GAUDEO
John Carter Brown
Library
Brown University

COMMENTARIA IN C. IVLII SOLINI POLYHISTORA, ET LVCII FLORI DE Romanorum rebus geſtis, libros, AC TABVLAM CEBETIS,

OMNIBVS ET RES ECCLESIASTICAS ET CIVILES adminiſtrantibus, ſiue lucem, ſiue rerum uarietatem doctrinamq́ſpectes, utiliſsima, IOANNE CAMERTE autore Viro in omni literarum genere preſtanti:

Præterea

POMPONII MElæ de orbis ſitu libri tres, cum com

mentarijs Ioachimi Vadiani Philoſophi, Medici & Poëtæ, præmiſſa eiuſdem rudimentaria de Geographia catecheſi.

Item

ALIA EX IOACHIMI VADIANI LVCVbrationibus utilioribus & iucūdioribus, opuſcula, cuius generis ſunt: De Vadianæ familiæ inſignibus exegeſis. Locorum aliquot ex commentario in Melam explanationes. Ad Rodolphum Agricolam epiſtola eandem materiam tractans. De Gallo & Gallinis ſyntagma, &c.

BASILEÆ, PER HENRICHVM PETRI.

Cum Cæſareæ Maieſtatis gratia & priuilegio.

1557.

RPJCB

IOANNES HErold, Ioanni Vito Scheüb ac Vuendelino Zypero, amicis. S.

POMPONII Melæ atq; Iulij Solini, de Situ orbis rebusq; eius memorabilibus, eleganti breuitate, mira uerò ac incredibili omnis doctrinæ uarietate, omni ætate, omnium doctorum iudicio probatiſsimos libellos IOANNES VITE ac VVENDELINE par amicorum incomparabile, HEINRICHVM PETRI Rei literariæ ſtudioſum uirum, ut coniunctos illos ederet, cum adhortarer ſtrennuè, tùm non minus urgere me ipſe cœpit, quod iam animo concepiſſem perficerem ego, id eſt, calcar currenti addens, ut nominis ueſtri inſcriptione illos exornarem. Verum enim uerò dignitati authoritatiq; ueſtræ, quàm deuotus eſſem, nec non erga uos non ſubitaneam, ſed obfirmatam animi mei promptitudinem cum diu iam, qua potiſsimum ratione, & uobis & omnibus comprobarem, deliberatione ſollicitus hærebam, cum id unicè ab omnibus deſyderari ſentirem, ut in hoſce libros Commentarij iuſti uidelicet atq; abſolutiſsimi IOANNIS CAMERTIS ET IOACHIMI VADIANI VV. CC. ante annos plures editi, ingentisq; theſauri loco, in doctorum hominum tabularijs obſtinatè abſconditi, in plura deſcriberentur exemplaria, atq; denuò exhiberentur politioribus literis addictis. Diuinitus itaq; in animum mihi incidiſſe tunc, ut editionem eorundem iuuarem, eamq; occaſionem oblatã interprætabar, qua animo grato, tot tantaq; in me ueſtra collata beneficia (quandoquidem iam ſcriptionibus meis nequirem) uel alieni laboris adminiculo, confiteri palàm atq; celebrare commodè poſſem. Prodierunt ſiquidem Commentarij iſti olim, ipſorum authorum diligentia ſatis correcti, ut operam meam in emendando parum poſtulare uiderentur, qua etiam ſi maximè opus fuiſſet (ut ingenuè id quod res eſt fatear) præſtare eam ocium habuiſſem nullum: occupationibus ſanè tot obrutus, præſertim Antiquitatum Francicarum editione, Libro nempe Legum SALICARVM, RIPVARIORVM ALLEMANNORVM, BOIOARIORVM, SAXONVM, VVESTPHALORVM, ANGLIORVM, VVERINORVM, THVRINGORVM, FRISIONVM, BVRGVNDIONVM, LANGBARDORVM ET FRANCORVM: quapropter amicum quendam ſingularis doctrinæ uirum, operum errata, ſi quæ deprehenderet, ut emẽdaret adhibui. id autem fideliter præſtitiſſe eum atq; fœliciter, ſi ueteri conferatur editioni, hęc noſtra omninò probabit: quã ipſe, ijs qui ingenij perſpicatioris ſunt hominibus, nomini ueſtro (conſecro enim his

atq̧ eã uobis purã putã offero) ritè inſcriptam haud difficulter docebo. Vt enim Melæ Soliniq̧ ſcriptis probè cõuenit, atq̧ in argumẽto ſimili maieſtatẽ quandam mutuam eamq̧ præclaram ſibi inuicem ſubminiſtrare uidentur, ſic ad illuſtrandũ illud omninò, & CAMERTIS ET VADIANI labores, omitti, aut ſeiungi, abſq̧ magno ſtudiorum detrimento, non poſſe, uel mediocriter in bonis litteris uerſato claret. Id igitur, quod in ſcripti generi per illuſtri atq̧ ſimillimo, authores duo, poſteris conſecrarunt: quod una patrum ſcilicet noſtrũ ætate Præceptor & diſcipulus doctiſsimi melioresq̧ noſtræ uiri, conſuetudinis ſtudiorum uinculo, atq; Reip. Literariæ iuuandæ, coniunctis animis aſtrictiſsimi illuſtrarunt, id inquam, bonorũ omnium calculo, uos duo, quorum neque noſtro æuo, aut unquam amicitia alia fuerit coniunctior, ſuauitate ingenij accipere, hac dedicatione mea nihil debito, qua conatus meos omnes interpretari ſoliti eſtis. quandoquidem par non erat, me (qui etiã ſi uitã ipſam pro honore & dignitate ueſtra profunderem, minimam partem meritorum aſſequi non poſſe ſatis gnarus ſim) diutius conticeſcere, cum de ornamentis ueſtris, etiam hoc ſuſpicioſiſsimo tempore, in omnium ore grauiſsimus idemq̧ gratiſsimus ſermo habeatur. qui cũ ceu de diuinis aliquibus atq̧ bono Collegij ſacroſancti Baſilicæ maioris apud BASILAEAM ueterem, multis iam ætatibus celeberrimi atq̧ ampliſsimi, de cœlo demiſsis & natis hominibus multus ſit, in calamitoſiſsimis huius ſeculi perturbationibus, prudentia ueſtra & diligentia quod Sodalitatis illius nobiliſsimæ, res, pacatiſsimæ florentes & integræ perdurent, non ſolum confirmare eundem uериſsimum, uerùm etiam omnium mentes in admirationem & amorem uirtutis ueſtræ rapere uidemus atq; indicare te, IOANNES VITE, dignitatem illam tuam, qua Decanus apud tuos ampliſsimo munere fungeris, animi dotibus multo plus illuſtrare, quàm quod aut ſplendoris aut emolumenti aliquid ab ea recipere poſsis. quando te VVENDELINE ea ſanctitate et aſsiduitate, res clariſsimorum illorum hominum curare pertractareq̧ notum ſit, ut opinione omnium conſtanti, uel totius orbis commodum tutò tibi ac ſapienter committi poſſet. Quantus uerò in literis bonis uigor ueſter, quanta excellẽtia, magnum certè opus eſt commendare uelle: incredibile autem, quãtum ſtudij de terræ ſitu, rebuſque naturæq̧ admirandis & ſcriptis amœnioribus, in tot rerũ occupationibus, in ſeuerioribus iuriſprudentiæ uigilijs, conferre conſueuiſtis. Præclariſsimum autem, expetitarum à uobis, inſuper & lectu ſcituq̧ digniſsimarum rerum hunc Librum copiæ cornu, ipſo ueſtro polito iuditio conuincã atq̧ operæ precium eſſe, ut in doctorum hominum manu uerſetur diurna, uerſetur nocturna: quòd de Mela & Solino, Interpretum horum profuſiori, ac multis paginis grauiſsimo uerborũq̧ ornatu elaborato teſtimonio, proclamatum eſt ita, ut addi à quolibet in eorum laudem, uix aliquid, quemadmodum etiam Commentatoribus ipſis, æmulorũ aut calumniatorum, uel inſcitia uel inſania detrahi nihil poſsit: magno, me hercle, noſtrorum ſtudiorum compẽdio, dum CAMERS ET VADIANVS in eorum quorum

ſcripta explicabant, gloria aſſerenda, omnem laborem exantlarunt, eo denique propriã ſuam adauxerunt exiſtimationẽ, ut apud uiuos ſummã laudẽ aſſecuti, poſteritati ſcriptorũ celeberrimorũ monimenta de ſeſe reliquerint. quorum equidem ſcripta uigoris plena, plena uitæ & æternitatis à me ſtudioſius conquiſita fuere hactenus, partim huic operi adiecta. Quis enim Romanæ urbis Origines & Amplitudinem ſuccinctius Floro perſtrinxit & ſucculentius? quis perpetua ea omnium hiſtoriographorum concinna ſerie euncleatius digeſsit CAMERTE? quod ſi Hiſtoria uitæ iſtius ſpeculum: ſi populus Romanus illa omnis ciuilis inſtituti norma atq; regula eſt, certè hic damus rerum humanarum pulchrè, miroq; compendio depictũ atq; exemplar abſolutiſsimum. nam ut ſordes & labes animi detergerentur, ut in corpore ſano uiuida mens conſeruari poſſet, cum CAMERTI homini doctiſsimo maximopere curæ eſſet, CEBETIS Tabulam explicandam ſibi propoſuit. illius autem commentariolos ſi quis legerit proculdubiò intelliget quid Chriſtiana perſuaſio, Græculorum philoſophiæ, quantum ſectatio humilitatis faſtuoſo atq; inflato ſapientiæ tumori præſtet? quantum pietatis doctrina literis coniuncta ſplendeat? Intelliget, inquam, quantum CAMERS ualebat, ubicunq; ingenium intendit, adeò ut quę in Lucanum, in Dionyſium Alexandrinum commentatus fuit, doctorum omnium dolore & literarum bonarum incommodo ingenti deſiderentur, nec non alia quæ ipſe ſcripſit, ab Harpyis nonnullis, ſupprimantur indignè. Emicuit pari ardore ingenij lumen incredibilisq; celeritas & amœnitas, in Syntagmate illo VADIANI, quod lepore & feſtiuitate refertum non parum afficit ac ideo his adiungendum duxi, ut grauioribus ſententijs & rebus defatigatum lectoris animum, ceu florum uarietate & fragrantia quadam delicatiori, ac lætiſsimi hortuli cuiuſdam uenere, recrearem. quandoquidem cæteris laudatiſsimi hominis ſcriptis, maieſtatem & uehementiam quandam ſpirare, atq; ea ubiq; ingentis moliminis argumentationes mouere uiderẽ, quas doctiorũ & iudicio elegantiori præditis hominibus dijudicãdas lubẽs defero. ſi quando editio inſtituta, in lucem prodierit. Exiſtimem enim rem literariam hac æditione piè me iuuaſſe, nunquàm minus candidè me feciſſe arbitrabor, quandocunq; ea, quæ in contentionem arripi poſſunt aut neglexerim, aut ſubterfugerim, præſertim cum Reip. Chriſtianæ calamitas ipſa concertationum harum finem expoſcere iamdudum uideatur. Teſtes igitur ſint & erunt ſempiterni IOANNES VITE ac VENDELINE amici, libelli iſti, meritorũ erga me ueſtrorum meæq; gratitudinis, quos eo gratiores uobis fore ſpero, quod deſiderium ueſtrum leniant, quo ardere uos nihil dubito, uidendi libros illos de Origine & Amplitudine urbis BASILEAE, quibus uos diſiũgo ab grauiorib. ueſtris ſtudijs, referoq; ad diſputationes & Dialogos, ſi nihil tenuiores, mãſuetiores tamẽ, quos quidem abſq; fauore ſubſidioq; ſcriptorum in archiuijs Collegij ueſtri, abſoluere me non poſſe, argumenti ratio ipſa docet: quandoquidem multa de ſacris inſtitutis ac ſacratorum uirorum ſucceſsionibus dicenda

erũt, ut uos hominesq́ ueſtros, omnis ibidem ſcripti, moderatores eſſe conueniat, quibus quidem & honorem & exiſtimationem meam curæ eſſe iamdudum perſpexi, cum ipſimet actionum & uoluntatum ipſorum omnium me admiratorem & buccinatorem habuerint, habituriq́ ſint perpetuo, uel GEORGIO ab AMPRINGEN & animi & fortunæ dotibus nobili & uiro illuſtri, uno inſtar omnium, ipſorum & loco teſte locupletiſsimo. Magna igitur diligentia opinionem hãc de me optimorum iſtorum hominum confirmate rogo, atq́ ſemper commendatam apud ipſos habete, oro. Ego quoniam aliud quod ſcribam relictum mihi nihil uideam, utar illa ex animo teſtificatione, mea ſtudia, omnem operã meam, curam, induſtriam ac mentem, deniq́ omnem meam cogitationem fixam atq́ locatam eſſe in hoc uno, ut gratiam ueſtrũm omnium capiam omnem, atq́ in agnoſcenda illa illuſtrandaq́ plurimum laborem. Valete amici optimi. Baſileæ Cal. Sextilis. M.D. LVII.

IOAN.

IOANNES CAMERS ORDINIS MINORUM, ARTIUM, & SACRAE THEOLOGIAE DOCTOR, PRAESTANtiſsimo, ac doctiſsimo uiro Domino Magiſtro STEPHANO Verbeucio Pannonio, inclyti Hungariæ regni Maieſtatis locum tenenti, perpetuam felicitatem deprecatur, & optat.

MIRABERIS forſitan Stephane humaniſsimę Solinianos nuper à me editos Commentarios primo aſpectu cõtuens, quod Camers tuus ſacris ab ineunte ætate literis, ac religione inſtitutus, in ſenectam iã uergens, hoſce labores profeſsione ipſa mea multo inferiores hoc præſertim tẽpore ſuſceperim, ſuſceptoſque, & abſolutos, in manus tandem hominum tuo auſpitio emitti ſuſtinuerim. At ſunt, ni fallor plures, qui propoſitum hoc noſtrum nedum mirentur, ſed idipſum culpent potius, carpant, damnentq; paſsim acriter. Hi maximè quibus mos eſt, in partem cũcta deteriorem accipere, & horum præſertim turba, quę, ut prouerbio dici ſolet, Corrumpit ſine Talione cęlebs. Erant, inquiẽt, aliæ ſtudij tui honeſtiores uigiliæ. Eſſemus & nos eiuſdem cum ijs omnino ſententiæ, ſi ob ęas, has honeſtiores uigilias diutius à nobis exulare pateremur. Verùm huius genus exercitia non niſi feriati, uel quopiam affecti tædio, in manus ſumimus. Solet enim ingenium curis maioribus diſtractum, remiſsioribus interdum ſtudijs plurimùm recreari. Sunt hęc nimirum aptiſsima ſtudioſis otia. Alia, id eſt corporis, uulgarçs affectant, Nimirum,

Otia corpus alunt, animus quoq; paſcitur illis,
Immodicus contra carpit utrumq; labor.
Occidet ad Circi ſiquit certamine ſemper
Firma ſit ipſa licet ſoluetur in æquore nauis
Non intermiſsis curſibus ibit equus.
Quæ nunquam liquidis ſicca carebit aquis.

Inter philoſophorum placita enumeratur & hoc. Nequaquam ſatis in re una conſumere curam. Platonem, quem ob cœleſtium, diuinarũq; rerum eruditionem, noſtri quoq; diuinũ uocitant, Tragœdijs faciendis locaſſe interdũ operã, memoriæ proditũ eſt. Eius inter cæteros, ij duo lepidiſsimi, uenuſtiſsimiq; uerſiculi celebrantur.

Τὴν ψυχὴν ἀγάθωνα, φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

Quorum eſt hæc ferme ſententia.

Sauia dans Agathoni animam ipſa in labra tenebam,
Aegra enim properans tanquam abitura fuit.

Ariſtoteles philoſophorũ princeps, & Theophraſtus homo in eloquentia tantus, ut nomẽ diuinum inde inuenerit, ſeſe ad mitiora ſtudia applicantes, ſcripſerũt libros pluſculos de Poëtica, Rethorica Muſica, De Amore. Inſuper Tragœdias, Elegias, diuerſaq; carminum genera. Pręter hęc librum, cui titulum Amatorium indiderunt, ſcripſiſſe produntur. Extant eiuſdem Ariſtotelis in Homerum etiam commentaria. Quod ijs ſtudijs animus altiorum cura feſſus reficitur, oblectaturq; plurimũ. Marcũ Tullium Romanæ, ut ait Lactantius Philoſophiæ principem, & ampliſsimo quondã pręditũ ſacerdotio, ſæpe in principũ conſeſſu iocis, quos Dicteria maiores proprio nomine appellari uoluerunt, uſum fuiſſe conſtat. Is enim cum apud Damaſippum cœnaret, & ille mediocri uino poſito, diceret. Bibite Falernum hoc, annorum quadraginta eſt. Bene, inquit Cicero, ętatem fert. Is idem cum Lentulũ generum ſuum exiguæ ſtaturæ hominem longo gladio accinctum uidiſſet. Quis, inquit, generum ad gladium alligauit? Huius eiuſdem Quintus frater paruæ ſtaturæ homo, in prouincia quam rexerat, clypeatam imaginem ingentibus lineamentis uſq; ad pectus ex more depictam, ſibi poni curauerat. Hanc intuens Marcus Tullius: Frater meus, inquit, dimidius maior eſt, quam totus. Iſtis non

illepidiora Catonibus, alijsq́ ſummæ ſapientiæ uiris, qui eorũ res geſtas referunt, fre quẽter adſcribũt. Noſtros quoq́, id eſt, Theologos, q uere eruditi habiti ſunt, & fuerunt, nõ abhorruiſſe ab ijs ſtudijs fatebuntur, qui Septimij Tertiliniani, Cypriani martyris, Arnobij, Lactãtij, Hilarij, Iuuenci, Sedulij, Prudentij, Diui Hieronymi, Ambroſij præſulis, Aurelij Auguſtini, Damaſi põtificis Maximi, uolumina reuoluerint terq́ quaterq́. Hi enim, & ex Latinis ſexcenti alij tam aſsiduæ lectionis fuiſſe traduntur, ut nullum obſcurum licet authorem, prꝫterierint, quem non relegerint diligenter, excerpſerint accurate, inque ſuum uſum illic lectu digna, oportune certe tranſtulerint & accommode. Memores nullum eſſe librum tam malum, qui non aliqua ſui parte prodeſſe poſsit. Mitto præterea Græcos innumeros, qui Chriſti dogma ſeruauerũt, adiuuerunt, auxeruntq́ plurimum. Clemẽtem Alexãdrinæ eccleſiæ præsbiterum, Iuſtinum, Quadratum Apoſtolorum diſcipulum, Ariſtidem, Methodium, Egeſippũ, Appollinarem, Origenem, Tacianum, Militonem Sardenſem prꝫſulem, Hirenꝫum, Euſebium, Damaſcenum, Chryſoſtomum, fidei noſtrꝫ accerrimos ſectatores ſimili ſtudio addictos fuiſſe nemini uel mndiocriter erudito, in dubium uerti poteſt. Non pauci noſtris quoq́ temporibus uiri etiamnum Eccleſiaſtici, & apprime in ſacris literis eruditi, politoria ſtudia nedum amplexi ſunt, ſed & illuſtrarunt quidem. Beſſarion Cardinalis, Campanus, Sipontinus, Ioannes Pannonius Quinq́ eccleſienſis cõterraneus tuus, Præſules, Barbarus Hermolaus Plinij inſtaurator unicus, & Patriarcha, qui Solini ſæpe utitur teſtimonio. Marcus Muſurus Epiſcopus Hierapetrenſis, ac Archiepiſcopus Monẽbaſienſis nouiſsime e uita functus, cũ quo (mẽtiar utinam) uerendum eſt, ne literæ Græcꝫ, quæ cum eo repullulabant, Chaos iterũ repetant con ſuetum. Huius (horreſco repetens) extant plures ad me epiſtolæ Græco ingenio dignæ, amicitiꝫ, & charitatis pleniſsimꝫ. Non multũ ante eius infauſtũ obitũ, literis, quas ad me ultimas dederat, Græcum Diſtichum, quo ſe meũ eſſe teſtabatur hoc addidit.

Εἰ καί σοι τηλουρὸν ἀεὶ χθόνα ναιετάοντι,
Βαιὸν ἐπιστέλλω γράμμα, σὸς εἰμὶ ὅμως.

Quod ſunt Præſules, & deo dicati in humanis hodie, qui ijſdem ſtudijs ſeſe applicant, & his operam dantibus fauent maxime. Non poſſum non meminiſſe ſaltem paucis Reuerendiſsimi Domini Ioannis Turzonis Vratislauienſis præſulis, ac principis illuſtriſsimi, qui licet diuinis literis noctesq́, diesq́ incumbat, ſucciſiuis tamen horis Ciceronem, Saluſtium, Liuium, Senecam, Plinium, Aulum Gellium, Columellam, Vergiliũ, Lucanum, Papinium, Horatium, Iuuenalem, Claudianum, hũc ipſum Solinum noſtrũ, ac huius genus authores alios, tractat, & relegit accurate. Eius peculiaris audita tantum uirtus, humanitas paſsim nota, uulgata circa meritos beneficentia, in ſtudioſos multis expertus fauor, me ad tantũ, talemq́ principẽ diligendũ merito compulerũt.

Incÿta (quis neſcit?) iungit diſtantia uirtus.

Expoſuit hæc nobis tum fama uolans, tum Caſpar Vrſinus Doctor, & Poëta, ac in utraq́ lingua plurimum eruditus, ſingulari præditus comitate, quo cum mihi gratiſſima conuerſatio. Non abſimilis in ijſce ſtudijs germano ſuo Reuerẽdiſsimus Dominus Stanislaus Epiſcopus Olomutzẽſis, qui moram omnem perijſſe exiſtimat, quæ non ſit bonis literis deſtinata. Nõ patitur epiſtolaris breuitas hac parte exponere, quãto affectu hæc eadẽ ſtudia cõplectatur, & excolat Reuerendiſsimus dominus Theodoricus Kaner ſacrꝫ Theologiꝫ Doctor, Zaracouiẽſis, ac Nouæciuitatis Epiſcopus, mihi ob profeſsionem conſimilem, & eius paternam in me charitatem obſeruandiſsimus. Is enim ut hos Solini Commentarios in lucem ederem, præcipienti ſimilis hortatus eſt quàm ſæpiſsime. Similibus te quoq́ lectionib. oblectatum. Fidem faciunt inter cætera tot ad me uarijs temporibus ſcriptæ literæ, quibus animi tui integritas, ingenij ſolertia, ſermonis comitas, rerum multifariam experientia, dicendi concinna facilitas, à quouis politioribus ſtudijs bene inſtituto, uel primo aſpectu deprehenditur. Pannonicæ inſuper inſtitutiones à te nuper docte & eleganter editæ, legiſſe te diligenter nobiles authores, id eſt, Iuriſperitos primarios, ac optimos hiſtoriarum ſcri-

rum ſcriptores, efficax perhibent teſtimonium. Quam bene ſtudioſis conſultum fo-
ret, ſi id tempus, quod curis ad regnum maximè pertinentibus, aſsiduè à te impendi
tur, in reuoluẽdis bonis authoribus, ac ſcribendis libris contribuere licuiſſet. At non
omnia poſſumus omnes. Horum igitur nos, ſi aptari magnis inferiora licet, exemplũ
ſequuti, relegatis ad tempus ſeueriorib. ſtudijs, & legere, & ſcribere parua ſolemus
interdum. Hac quoq; ratione factum eſt, ut cum Iulium Solinum diebus ſuperiori-
bus ſumeremus in manus, amicorum rogatu, pauca in eundem libuit annotare, rem
gratam facturi ijs maximè exiſtimantes, qui ad floridam, & multifariam Plinij le-
ctionem, quo uno uix in bonis literis Latini Græcis tribuunt principatum, faciliores
aditus expetunt, & affectant. Cum enim Solinus imitandum ſibi Plinium propo-
ſuiſſet, ita ut eius uniuerſam imaginem, paruo corpuſculo retulit, ut in ea, quem ef-
finxerat, authoris faciem, liceat contemplari. Dulcis eſt, terſus, & elegans. In eo ſiqui
dem authore, quæ plerumq; Plinio defuit, elocutionis claritatẽ paſsim reperies. Sed
dicet fortaſsis aliquis, ea ferme omnia, quæ hic paucis refert, illum copioſius, & exa-
ctius retuliſſe. Scripſerunt poſt Platonem plures Academici, poſt Ariſtotelem Peri-
patetici multi, poſt Zenonem, Chryſippumq; Stoici alij. Poſt Epicurum ingens uo-
luptuoſorum turba. Nec defuerunt qui poſt Mœonium Homerum, Mantuanumq;
Maronem, Ilian ſcripſerint, & Aeneida. Poſt Herodotum, Liuium, Thucydidem, Sa
luſtium, quam plures, tum Græcam, tum Latinam, literis hiſtoriam mandauerunt.
De diuinis, humaniſq; rebus poſt Varronem, ſunt plurimi commentati. Poſt hunc,
Catonemq; Cenſorium, à multis res ruſtica expoſita ſimul, & plurimum illuſtrata.
Multorum poſt Demoſthenem, Ciceronemq; actiones, orationeſq; conſcriptas legi
mus. Sint ergo priſci illi primum laudum nacti locum, non tamen qui poſt eos ſimi-
lia ſcripſerunt, omni apud poſteros memoria caruerunt.

Non, ſi priores Mœonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricæ latent,
Cææq;, & Alcæi minaces,
Steſichoriq; graues Camænæ.
Nec, ſi quid olim luſit Anacreon
Deleuit ætas. ſpirat adhuc amor,
Viuuntq; commiſsi calores
Aeoliæ fidibus puellæ.

Nec id uerendum quidem. Etenim quamuis.

Non poſsis oculo tantum contendere Linceus,
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi,
Et quia deſperes inuicti membra Gryconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.

Huc accedit, quod plurima ſcitu digniſsima Plinio Solinus addidit frequentiſsimè.
De nomine, origine, et temporibus urbis Romæ. De annorum diuiſione, diebuſq; In
tercalaribus. De Italicarum urbium origine, nominibus, cultoribus, quoue tempore
eæ urbes fuerint ab his conditæ. De Sardiniæ incolis, ac miris eius aquis. De Siciliæ
miraculis. In Græciæ, Theſſaliæ, Macedoniæ, Thraciæ, Cretæ, aliarumq; inſularum, in
ſuper Britaniæ deſcriptione addidiſſe Plinio Solinum plurima, nemo utrumq; rele-
gens inficias ibit. Sunt hic certè de ſerpentibus, de gemmis, de animalibus, deq; exoti
cis arboribus, de diſſono ritu hominum, de Corycio ſpecu, ac multis alijs, quæ non
ſunt à Plinio ante relata. Quàm copioſè, quanta elegantia, quoue ordine Indiæ mira
cula refert? Tot paruo hoc corpuſculo orbis miracula complexus eſt, ut non immeri
to opus ipſe ſuum Rerum memorabilium Collectanea, inſcribere conſtituerit ali
qando. Si quis rurſus culpę Solino dederit, quod hęc quoq; ab alijs ipſe fuit mutua-
tus, Terentiana ſeiſpum ſententia tutari poterit. Deniq; (inquit) nullum eſt iam di-
ctum, quod non ſit dictum prius. Quid pręterea de ijs ſcriptoribus cenſendum, qui
à ſe dicta prius, ſępius repetunt. Menander fecit Andriam, et Perinthiam, qui utrã
uis rectè norit, ambas nouerit. Sed tamẽ diſsimili oratione ſunt, ac ſtilo. Idipſum ob-
ſeruaſſe Solinum fatebitur, quisquis hunc, & quos ſequitur toto opere ęqua lance

penſitabit. Hac ratione nos moti, cum Plinij, tum aliorum, ut iacent uerba, frequen-
ter ſubſcripſimus locis ſuis. Non ambigimus, quin unius ſæpe ſententia, fiat uerbis
alterius nota magis. Hac quoq; ratione ab alterutro ſi quod mendum admiſſum eſt,
à mediocriter eruditis etiam tolli poteſt. Non defuit, ut uerum fatear, uoluntas inter
dum nobis, curioſis etiam morem gerere. Non libuit præterea uel in orationis conte
xtu, uel in uerborum expoſitione multum temporis contriuiſſe, præſertim cum tam
ordo, quàm authoris uerba plana ſatis fuerant & aperta. Non laudo eos interpretes,
qui in ijs duobus maximè occupati, ea omittunt ſæpius, quæ uel ad hiſtoriam, uel ad
ueterem morem aliquem, uel tandem ad occultam, & ſublatentem doctrinam maxi
mè faciunt, ſilentio ſoleant præterire. Cum enim quid tale intercidit, ſummi plena iã
margine libri, etiamnum Chryſippi aceruos accumulant. Et quod minus ferendum
eſt, ea ſuis Commentarijs aſſuunt, quę non magis authori exponendo conueniunt, q̃
cæteris quibuſcunq;. Sunt fateor ea plerumq; pulchra, ſed nunc (inquit ille) non erat
ijs locus. Sed nec culpa carēt, qui ſui ſcriptis nobilium authorum nedum ſenſus, ſed
ut iacent uerba, nulla eorum habita mentione pro ſuis frequenter interſerunt, cum
ſit pulchrum, decens, & debitum, fateri per quos profeceris. Sicubi nec nos à multi-
loquio abſtinuimus, id maximè factum prudens lector intelliget, cum primę claſsis
authorum uerba, uel ſententias tetulimus. Rati pulchrum fore plures, & quidem no
biles ſcriptores idem audire loquentes. Laudabunt, reor, propoſitum noſtrum, qui-
bus Solini nota fuerit æmulatio. Vtile enim nobis uiſum eſt Authoris, quem ęmula-
tur ipſe, uerba ſubnectere, quibus iuxta ſe poſitis, ferat prudens lector mox de utro
que ſententiam. Sed relegare Lectorem (inquit) ſatis erat. Commoda, & opportuna
menſa, quę cunctis neceſſarijs inſtructa ſit. Ingratum demum conuiuis opiparè refe-
ctis licet, poſt cibum, aliunde potum quęrere. Frequenter etiam relegamus ad autho
res lectorem, qui de dubijs, cum opus fuerit rogentur omnibus. Terruerunt nimirũ
ſępe nos Soliniana quotquot uidimus exemplaria, quòd ea omnia tam mutila, tam-
que deprauata comperimus, ut multis in locis authoris ſenſa à Dælio etiam quouis
natatore nullo modo, uel uix dinoſci poſſent. Non defuerunt exemplaria uetuſtiſsi
ma plura nobis. Verùm tanto ea mendoſiora reperimus, quanto fuerant ipſa uetuſta
magis. Hanc fuiſſe cauſam crediderim, cur Hermolaus Plinij, Pomponij, Senecæ,
Quintiliani caſtigationibus, Solinianas etiam non addiderit. Fateor huius quoq; au-
thoris Hermolaum loca aliquot primum reſtituiſſe, ſed ab eo, uix ex centum, lo-
cum unum legimus reſtitutum. Nemo emunctæ naris lector Solinum quondam à
Beroaldo, ſuo nitori reſtitutum fatebitur, qui noſtras caſtigationes cum illis diligen
ter contulerit. Nec tantum in hoc puluere curæ nobis tribuimus, quin ſuperſint loca
adhuc aliqua, quę diligentiori lima egeant, et indagine. Ea ſiqua ſint, ueluti fugitiua
mancipia in poſterum pęnas dabunt. Has ergo paucarum noctium uigilias libuit
ſub tuo tantum nominę publicare, quibus affectum erga te meum, tu ipſe in primis,
demum lecturi eas alij agnoſcerent paſsim omnes. Rati exiguum hoc munus noſtrũ
tuę excellentię futurum nõ omnino ingratum, quod probè intelligas, donum quod
libet, uel ex largientis animo, uel ex ſuſcipientis conditione, trahere qualitatem. E-
caſtor, inquit Plautus, condignum donum, qualis eſt, qui donum dedit. Immo ſic cõ
dignum donum, qualis eſt, cui dono datum eſt. Vale felix ſemper
ad uota. Viennæ Pannonię. VI. Calendas Februarij, Anno
poſt Chriſti natalem. M.D.XX.

τέλος

C. Iulii Solini uita per Ioan-
nem Camertem edita.

QVa ætate Iulius Solinus floruerit, nil certi à peritioribus proditum
eſt. Id accidiſſe crediderim, quod eorum monumenta, qui poſt eum
ſcripſerunt, Barbaris cuncta uaſtantibus, ferè perierint uniuerſa. Mi
ror Chronicorum ſupplemẽti obſcurum ſcriptorem aliàs, tradidiſſe,
hunc Solinum Auguſti Cæſaris floruiſſe temporib. cui & πολυίςωρα
dedicaſſe commemorat. Conſtat enim Solinũ Veſpaſiani principis,
in hoc opere meminiſſe. Ex annorum autem, inter utrumq; Cęſarem computatione,
euidens eſt, non potuiſſe Solinum opus ſuum Auguſto dicaſſe, & Veſpaſiani Cæſa-
ris res geſtas retuliſſe. Meminit pręterea Solinus Suetonij Paulini, quem Plinius ſe
uidiſſe teſtatur. Huc accedit, quod ex Pliniano fonte Solinus hauſerit ferme omnia.
Cum tamen ſcribens hæc infantię ſuæ, in operis exordio, ueniam ſibi dari poſtulet ab
amico. Sed cum necubi Plinij, per quem profecit habuerit mentionẽ, ſuſpicor uiuen
te adhuc Plinio opuſculum hoc ſuum ſcripſiſſe Solinum. Hinc factum forſitan, ut ui
uentis non meminerit authoris. Conſimili ratione potuit euenire, ne unquam Plin.
Dioſcoridis nobilis, eiuſdem cum eo temporis, ſcriptoris nomen recenſuerit,
cum conſtet tamẽ innumera ex eo in opus ſuum Plinium tranſtuliſſe. Eadem culpa
poterit Dioſcoridi imputari (Nam uter ab utro ſurripuerit, apud Ammonem inueni
ri poſſet) ſi is oppreſſa Plinij mentione, tanta ex eo fuerit ſuffuratus. Quid de Xeno
phontis, Platonisq; uita, & moribus, pluraq; de ijſdem alia exquiſitiſsimè ſcripſere,
tradunt nec Platonem Xenophontis, nec contra Xenophontem Platonis, cum eſſet
uterq; Socratis diſcipulus, in tot utriusq; uoluminibus, inſeruiſſe nomen.

Hi ſunt inuidiæ nimirum, credite, mores,
Vt ſua quam rarus tempora lector amet.

Vera Naſonis ſententia.

Paſcitur in uiuis liuor, poſt fata quieſcit.

Quid de Macrobio, qui integras ſæpe paginas ex Gellio, de Placido, qui ex Seruio,
Acrone, qui ex Porphyrione, quid de ſexcentis alijs, qui longas cõmentationes, ſup
preſsis unde ſumpſerint authoribus, ad uerbum ſibi omnia tribuerunt? Nemo ambi
git Aulum quoq; Gellium Latinæ linguæ delitias, Liuiana lectione plurimũ profe-
ciſſe, cum tamen T. Liuium Latinorum hiſtoricorum longè principem, ſuarum No
ctium noluerit eſſe participem. Nec aſſentior quorundam opinioni, qui ea ſpe Soli-
num nullam habuiſſe Plinij mentionem exiſtimant, ut Plinij exemplaria deperirent
penitus. Sicq; eius Collectanea extarent ſola, nec procedente tempore ab ullo poſ-
ſent ſua futura dinoſci. Qua mente Florus, & Iuſtinus laboraſſe creduntur. Eſſet uti-
nam tot bonorum authorum amiſsionis hæc ſola cauſa. Extarent hodie Catonis (ut
Gręcos interim miſſos faciam) Varronis, Nigidij, Saluſtij, Hygini, Celſi, Ennij, Furij,
Varij, Actij, Neuij, Pacuuij, nobilium authorum monumenta, quę magna ſtudioſo-
rum iactura perierẽt. Vtcunq; factum ſit, teſtatur Solinus ingenuè, quicquid in Po-
lyhiſtore compreſſus eſt de ſcriptoribus receptiſsimis emanaſſe. Suumq; nil propriũ
eſſe dicit, cum nihil (inquit) amiſerit antiquitatis diligẽtia, quod intactum ad hoc uſ-
que ęui permaneret. Rurſus conſtatiam ueritatis penes eos eſſe teſtatur, quos in ope
re fuerit ipſe ſequutus. Nec dedecori Solino adſcribẽdum, quod paſsim fuerit Pliniũ
æmulatus, ſicut nec Maroni dãdum crimini, quod toties ueterum poëtarum, Home
ri pręſertim uerſus in ſuum corpus tranſtulerit. Non enim parua uirtus authorẽ opti
mum optimè ęmulari. Fuiſſe Solinum Romanum tum ex ſcribendi ſtilo conijcitur,
tum quod frequenter quum de Romanis mentio intercidit, eos in locis multis no-
ſtros ſoleat appellare. Solini authoritate nedum recentiores ſcriptores, Sipontinus
Perottus, Domitius Calderinus, Angelus Politianus, Hermolaus Barbarus, Ianus
Parrhaſius, ijsque alij plures ſimiles, quos non iniuria inter ueteres quis annumera-
rit. Sed Seruius ſecundo Georgicorum, et Priſcianus in VI. inſignes Grammatici no
minatim

minatim etiam uſi ſunt. Dionyſij quoq; interpretē, ſiue is Priſcianus fuerit, ſiue Rhēnius, integras Solini clauſulas ſuis carminibus frequenter inſeruit. Solini, ni fallor, ſunt omnia, quæ de annorum diuiſione, & diebus intercalaribus à Macrobio ſunt relata. Doctores præterea eccleſiaſtici, Diuus Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, item Doctores alij, ijſdem ferè uerbis Solini ſæpe ſunt ſententias mutuati. Sunt qui perinde Plinianam Simiam Solinum nuncupēt, quemadmodum Titianum Oratorum, Arulenum Stoicorum, Iulius Capitulinus, Plinius Cæcilius, Sidonius, Apollinaris Simias nominatos fuiſſe tradunt. Sed hi non aduertunt eos per contumeliam Simias appellari ſolitos, qui uel ab alijs prius tradita, eodem quoq; ordine, referūt uel non eos authores, ſed eorum umbram potius æmulantur. Verùm Solinus ſic Plinianam pharſim ęmulatus eſt, ut, uenia dixerim aliorum, uix ſit repertus alter, qui Plinianæ maieſtati propius acceſſerit. Inſcripſit librum hunc, ut in uetuſtis quibuſdam exemplaribus inuenitur, Autio amico, cui & opus tradidit caſtigandum. Sunt qui alia ſui ingenij monumenta reliquiſſe tradant, quæ uel temporis iniuria perierunt, uel abſtruſo loco quopiam blattis forſitan deliteſcunt.

Varia lectio apud Solinum

Suō quoq;, alia litera. ſuò quæq;.2. memoratu digna. a.l. digna memorātur.2.c. quod in primis. a.l. quod ante omnia dimittere in pectus imum uelim.2.d. Quid enim afferre nouū poſſumus, quod ꝓpriū noſtrū eſſe poſsit.2.d. Valentiā Latine nominatā.4.d. inclareſceret. a.l. enūtiaretur.5.b. Cęlius. a.l. Gellius.6.b. Hoc ſacellū.7.b. cōuiuij, & maieſtatis.7.c. Hidem & montē.7.d. quinto poſtq;.11.b. Sic inter.15.b. Auguſtus, & cōſul factus eſt.16.b. curſus annui.17.a. quia apud. a.l. qui apud Aegyptios quatuor mēſib. terminabatur.17.b. ultra nouē neceſſarios.21.e. mortes filiorū.22.d. quib. nimis. Sunt qui legāt minus, uel munns neceſsitatis huius.25.d. prius Roman. Cæſ.30.a. cōſueuiſſe.32.b. Nā in factū, uel ſic. Nā huic ſactū Elogiū.33.b. Scripta quoq;, quæ ex antiquitate mo. acce. in fidē ueri, hoc etiā receperūt quod bello Cretico. &c.38.a. fluminū. a.l. fructuū.28.a. inceſſu tardū, & ſenſu hebetē.38.c. Hæ ſunt & in Sardinia. Sunt codices, qui hāc clauſulā nō habeāt.41.a. exeūtē claſſem Punicam.40.c. Quod attinet ad titulū.55.b. nobilia pecuaria.52.c. Tepētes fontib.52.c. perpetuo ſenatu cōſulto.63.e. filiūq; eius.64.b. inuidia ſcilicet. a.l. inuidiæ ſcilicet.67.b. Cōgreges uolicāt.69.a. in ortū ſolis.69.d. obuerſus occaſui eſt.69.e. niſi, quod fretū.71.b. uocāt aliæ.72.a. Ithaceſiā Vlyſsis, ut ꝓditur, ſpeculam.72.a. is proximum in.74.c. aut molliunt, aut abolēt.76.a. apices canicie perpetua brumalem detinent faciem.81.a. mixtis ignibus niues.80.b. aquæ proximauerit.83.d. per diuerſas officiorum, & nominum ſpecies.48.c. ſi ſacrum probatur.85.b. in triduo portendāt 87.b. ſuopte incendio.88.b. inuiſus. a.l. inuius.89.d. Eſt & Tænaron promon.89.d. aſperis ſurculorum.97.e. obtectu,98.d. Meridiana Theſſali, & Epirotæ 102.c. quæ ſeptentrione tunditur.102.d. Orpheo uate inter principes iudicatur, quem &c.111.c. Tunc contendunt.114.a. ſunt pennæ.131.c. Simones nominantur.132.c. celerius hauriunt.132.c. terminis inferatur, ubi 136 .b. obiacet orienti.138.d. & aſtu, quātalibet fuga, &c.150.a inundationem, & eliquia 152.b. uertant.154.c. perſequemur.155.e. pro ætate ramulos.156.e. nox degat, & denſet &c.159 a. ibi etiam natam.160.e. accomodæ 161.a. inſula qualibet.164.c. ut niſu, & pondere attritos.187.c. Elephantis copioſior, ut aiūt, & fridioior.187.d. præpinguibus.193.a. faculis.197.c. lucus uiret 206.a. ſub cœlo.210.c. glaciali algore inhorreſcat.212.a. hæc diſſoluta compendio.211.e. filij matres.214.b. uſtiq; undiq; 224. miſceri ſolent.226.b. pingi.226. interamnia.228.a. Nigrim facit.229.c. amplioria eadē.229.c. e tenebris.229.c. quo Siris.230.c. & quo impenſius.233.a. Ita concurrente concordi.232.b. quem Apim.234.a. ſtatutum, tui ſpatium.234.a. incumbit.234.c. ingruentia bella nec.234.c. dat pia manifeſta.234.c. ꝓijciūt in Nili ſtatim, uel ſtantem gurgitem.235.b. fœtus promit.235.e. Sunt Delphines in Nilo, quorū.236.c. roſtro reſimo.237.d. Nā quæcunq;.238.b. ubi agmen.238.c. Nunc ab Aegypto. a.l. Hinc ab Aegypto.241. d. ac furuo, 242.d. proderet.244.c. e fruticibus.247.a. nulla uel animi.248. latitudine ſemipedem.251.b. qui præditi.251.c. oſſeis ſed in.253.d. quos ut animo.255. fortum ſupra.256.b. amnis terras contegens.257.a. remedijs bonis.259.a. quam iuxta.260.c. de naturis locorum perſcrutantur. Alias naturas locorum periclitantur.264. indagator.269 a. lacinant.274.d. nocere.274.f. aiunt pertendere.277.b. ſed pro illa aut minuatur, aut creſcat.278.c. ſic enim ante.281.d. uelut qui uic.282.b. in pænalibus.284.c. faſtigijs hiſpida turgeſcat. Malum.285.a. dein ſpatia.291 a. uice hyemis, & æſtatis potitur auris.293.a.d. uiuendi rationem exactior cura eſt.300.c. modulos tibiarumq; concentus.302.c. At qui ex ipſa.306.b. ſyluas has gignit.310.a. Cuius æquitatis.319.d. ex margaritis pondus duarum librarum & ſemis ſextertio, &c.325.c.

THEODORICVS KANER SACRAE THEOLOGIAE Doctor, Zaracouienſis epiſcopus, ac Nouæciuitatis electus Antiſtes.

Plinius excoluit naturam pluribus omnẽ,
Informem uultu tempus aduſq; ſuum.
Naturæ parui Solinus cultor agelli
Florib. ė multis legit ubiq; roſas (mertis
Quod nitidus floreſcit ager, dat cura Ca-
Is ſegnem quoniam ſuſtulit inde ſitum,
Ergo cum primis debes ſtudioſe Camerti,
Quo duce purgatas isq;, redisq; uias.

M. THOMAS RESCH VIennenſis eccleſiæ Canonicus, ſacrę Theologiæ Licenciatus, Poëta Laureatus.

Qui cupis immẽſi miracula plurima mũdi
Noſcere, doctiloq; uolue Camertis opus
Explicat, illuſtrat, penitiſsima ſenſa uirorũ,
Sentibus abſtruſis, pandit ubiq; uias.

CASPAR VRSINVS DOctor, & poëta.

Nudus oberrauit prius hic, & languit æger
Solinus uariæ conditor hiſtoriæ. (xit
Multa ſorde grauis uix mẽbra labantia tra-
Iamq; impendebat certa ruina libro.
Qui nũc cõſpicuo ꝓdit decoratus amictu,
Et uigor in ſolido corpore priſcus adeſt.
Sęcula debuerint Solino multa: Camerti
Munera Solinus debet ob iſta meo,

ALIVD EIVSDEM.

Ingẽtem meruit numeroſa in ſęcula famam
Maximus in terris Amphitrioniades.
Durat adhuc illi purgatæ gloria Lernæ,
Viuit & Augei fama laboris anus.
Si non eſt maior, par eſt tua gloria ſummis
Alcidę factis officioſe Camers.
Nam mẽdis uariꝫ purgaſſe uolumina Pliniꝫ
Solinoq; ſuum reſtituiſſe iubar
Herculeę uirtutis opus. Sed ſola nec omnis
Illius inuictam Græcia ſenſit opem.
Tu uerò indomitis totum ſudoribus orbẽ
Acer, & iſta omnes ſedulitate iuuas.

PHILIPPVS GVNDELIVS Patauienſis Lectori.

Quiſquis diuitias amœniorum
Quæris lector amice litterarum,
Solinum lege, quo nihil Latinæ
Maius, candidiusq; habent Camenæ.
Seu ſpectes uariam eruditionem,
Seu malis Charitas ſtili nitenteis,
Seu res præcipuas, reconditasq;
Formis, ingenio, ſitu, ſtupendas,
Quas natura ſinu fouens capaci
Largitur ſolido benigna mundo.
Hoc dante Alipedis modo leuatus
Totum deſpicies ſublimis orbem,
Securusq; grauis uolans ruinæ
Subiectas animo uidebis alto
Terras, æquora, cardinesq; rerum,
Aduerſo gelidos Noto Triones,
Quaq; abdit radios, leuatq; Titan.
Quicquid deniq; continet profundo
Nympharum pater ambeunte Nereus.
Obſcurum uariꝫs ſed hunc tenebris,
Et nuper lacerum frequente monſtro
Mendarum ueterum, Camers repurgans,
Ac clarum modo priſtino nitore,
Communem tibi fecit, utilemq;,
Quiſquis diuitias amœniorum
Quæris lector amice litterarum,

ALEXANDRI BRASSICAni Cantſtatini Philoſophi, Poëtæ, & Oratoris Laureati, in Enarrationes. D. Camertis in Solinum Epigramma

Sol Iouis Aetherei eſt oculus, uidet omnia mundi
Mulciberis pandens retia ſparſa dolis.
Cimmerias tenebras. tunq; antra Illunis abyſsi.
Mopſopia primus pulſat ab arce Camers
Naturã hic reparat, fuerat q̃ ruſtica Baucis,
Ex Hecale informi reddidit ille Helenen
Ille oculus mundi, radianti lampade, captũ
Humanum excedit, Dꝫ bona fila ſinant.

HVLDRICHI FABRI RHEti Carmina, pro noua Solini editione.

Extulit in lucem media Solinus apertam
Parte caput lacer, & ſquallidus ora nimis
Haud ſecus ac Stygiꝫ curſu luſtraſſet anhelo
Fluminis, ardẽtes ſeu Phlegetõtis aquas.

Tempore

In comendat. Solin. cedit. Car.

Tempore ſic lõgõ circum tot nobilis autor
Oppida delituit ſpretus ubiq; loci. (ſim
Nemo manus porrexit ei, nec uulnera paſ-
Tergõ inflicta ſuo terſit in huncce diem.
Quod niſi ꝑdocti ſolers modo cura Camrt.
Acceſsiſſet, adhuc dulce iaceret opus.
Ecce Camers illum ꝓprio iã marte diſertus
Scriptorem peperit, reſtituitq; ſibi.
Nunc igitur quocunq; uolet Solinus abibit
Prænitidus, uolucer, nempe Camertis ho
nos.

FRANCISCVS LADO SIculus Tranſsyluanus ad Lectorem.

Perlege narrantem uaſti miracula mundi
Solinum lector, perlege ſed reducem.
Reddidit Hippolitum uitæ Titanius heros,
Qem dedit indignæ dira nouerca neci.
Dicitur et gelidos animaſſe Caducifer artus
Et recidiua bonus uulnera Phillyrides.
Tẽpus edax pariter lẽto Polyhiſtora morſu
Ad prope tartareas præſſerat uſq; domos
Hunc ſed enim uindex tandem miſerata Ca
mertis
Cura uel ad ſuperos extulit uſq; deos.
Quinetiam docti ſpatioſa uolumina Plynij
Facta Camertino pollice clara nitent.
Hinc uarias rerum, Lector ſtudioſe latentũ
Naturas facili ſcire labore potes.
Eia age nunc, illi, meritorum parua ſuõrum
Præmia, ſed grates dicito perpetuas.

C. IVLII SOLINI IN POLYHIſTORA LIBRUM

lini in Polyhiſtora librum
SVVM PRÆFATIO.

IVLIVS SOLINVS AVTIO SVO S.

QVONIAM quidam [a] impatientius potius, quàm ſtudioſius opuſculum, quod moliebar intercipere properarunt, idq; etiam tum impolitum in medium [b] dederunt, priuſquam inchoatæ rei ſumma manus imponeretur, & nunc exemplaribus corruptis, quę damnata ſunt quaſi probata circunferunt, præteritis, quæ ad incrementum cognitionis acceſſerunt cura [c] longiore. Ne fortè rudis, & imperfecta materia, uelut ſpectatus à me liber, corpuſculum ſententia mea digeſtum, ut noſceres miſi. Primo, quod referendus ad induſtriam tuam fuit tenor [d] diſpoſitionis. Deinde ut ſcabrę [e] adhuc informitatis ꝓditio, editione uera extingueretur. Erit igitur operi iſti titulus Polyhiſtor. [f] Nam quē in exordio deſignauerā ſcilicet, Collectanea rerum [g] memorabilium, cum ijs, quę improbauimus, placuit oblitterari. Collata igitur hac epiſtola cum ea, quæ auſpicium ſcriptionis facit, intelligis eodem te [h] loco habitum, qno eum cui laboris noſtri ſummam dedicauimus.

In Præfationem C. Iulii Solini Io, Camertis, Commentariolus.

QVoniam quidam.) Conqueritur hac epiſtola Solinus quoſdam impatientius potius, quàm ſtudioſius opuſculum, nondum abſolutum, intercipere properaſſe, idq; etiam tum impolitum in medium dediſſe priuſq; inchoatæ rei ſumma manus imponeretur. Et nunc (inquit) exemplaribus corruptis, quæ damnata fuerant, quaſi probata circũferunt, præteritis, quæ ad incrementum cognitionis longiore cura acceſſerũt. Hanc opuſculi nondum abſoluti interceptionem reor fuiſſe cauſam cur Solini omnia exemplaria tam mutila, tamq; deprauata ad nos peruenerint. Ex prima enim mutila, & deprauata editione, exemplaria exſcripta, mutila, & deprauata eſſe neceſſe eſt. Fuiſſe prętere hanc eandem cauſam, quare Solinus operi ſuo Plinij nomen non inſeruerit. Interſerturus ſi licuiſſet erat. Caſum conſimilem, cum libros de ſancta Trinitate ſcriberet, accidiſſe ſibi quadam epiſtola cõqueritur Auguſtinus. De Trinitate, quæ deus ſummus, & uerus eſt (inquit) libros iuuenis inchoaui, ſenex edidi. Omiſeram quippe hoc opus poſtea quàm comperi pręreptos mihi eſſe, ſiue ſurreptos, anteq; eos abſoluerem, & retractatos, ut mea diſpoſitio fuerat, expolirẽ. Non enim ſingillatim, ſed omnes ſimul edere ea ratione decreueram, qua præcedentibus conſequentes inquiſitione proficiente, necterentur. Cum ergo per eos homines, priuſq; uellem ad quoſdam illorum peruenire potuerunt, diſpoſitio mea nequiſſet impleri, interruptam dictationem reliqueram, cogitans hoc ipſum in aliquib. meis ſcriptis cõqueri, ut ſcirent qui poſſent non à me fuiſſe eoſdem libros editos, ſed ablatos, priuſq; mihi editione mea digni uiderentur, &c. Non immeritò reprehenſione dignum Solinus exiſtimabat eſſe opus, quod non Multa dies, & multa litura coërcuit, atq; Perfectũ decies nõ caſtigauit ad unguẽ. b In medium.) Minus diſpendioſum rebatur Solinus, ſi ſurreptum, nõdum tamen caſtigatum opuſculum ſuum apud ſurreptores delituiſſet, quàm quod ſic interceptum in multorum tandem manus de latum fuerit.

fuerit. Tanto enim magis fama inuritur authoris, quanto eius inexpolitum opus docti plures lectitarint. c Cura long.) Experiẽ q̃libet nõ ratione carẽs, lõgo ſtudio, aſsiduaꝙ lectione, ac rerum multarum uſu, doctrinam, & ſapientiam plurimùm perfici, & intendi. Aiunt, qui pręcepta de acquirenda doctrina, & ſapientia tradiderunt, oportere eum hominem, qui peritus & ſapiens eſſe cupit, uerſari, exerceriꝙ in rebus cominus noſcendis, periclitandisꝙ. Et ea omnia acta, et euenta firmiter meminiſſe, et perinde ſapere, ac conſulere ex ĳs, quæ pericula ipſa rerum docuerunt. Inter Salomonis Adagia numeratur & hoc. Audiens ſapiens, ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſsidebit. Quibus uerbis oſtenditur neminem tam ſapientem eſſe in hac uita, qui non poſsit ſapientior eſſe, etiam dictis minorum. Audiuit regina Saba Salomonem, minor maiorem, & ſapientior redĳt. Audiuit Moſes ſocerum multò inferiorem, et ſapientior factus eſt. Similia in quàm plurimis facta eſſe experientia innotuit. Vidẽdum tamen eſſe ait primo Epiſt. Seneca, ne lectio multorum authorum, & omnis generis uoluminum, habeat aliquid uagũ, & inſtabile, &c. d Tenor.) Opuſculi continuatio, atꝙ ordo. In operis exordio ita de locis, rebusꝙ alĳs ſe Solinus ſcripſiſſe ait, ut ſeruata orbis diſtinctione, ſuo quoꝙ ordine reddiderit uniuerſa. e Scabræ.) Aſperitatis, indigeſtionisꝙ. Sumptũ nomen à carnis contractione, quæ rugoſa dum contrahitur ſolet fieri. Intelligit autem ea loca, quæ in uulgatis Solini exemplaribus deprauata fuerunt. f Polyhiſtor.) Multiſcius. πολὺ, multum, ἱσορέω, inquiro, ſcio, narro. Vnde hiſtoria Græcis narratio dicitur. Fuerunt & alĳ plures, qui ob uariarum rerum peritiam Polyhiſtores dicti ſunt, ut Appion Gręcus homo, Alexãder Mileſius, Item alĳ. g Collectanea.) Cum Solini omnes codices hunc, uel ſimilẽ titulum præferant, apparet inemendata huius authoris exemplaria ad manus poſterorũ deueniſſe. Si qui ergo errores fuerint in hoc opere, uerius alĳs, quàm Solino meritò aſcribentur, cum inemendatũ opuſculum qui interceperant, inuulgarint. h Eodem te locum habitũ.) Alter eſt, cui librum Solinus inſcripſit, ab eo, ad quem epiſtolam hanc cum caſtigato opere deſtinauit, quod non aduerterunt, qui utramꝙ epiſtolam ad Autium ſcriptam exiſtimarunt.

Per primum numerum ſemipagina,

PER SECVNDVM EIVSDEM. SEMIPAGINAE

Cõmentarij linea. Per Alphabeti literas a b c, & c. textus ipſius particula deſignatur. Eapropter tum numerus, tum elementares literas, ob faciliorẽ uſum, ſuis locis adſcribi curauimus.

ABdera urbs a quibus condita, & unde dicta pagina centeſima tertia decima, a ſexta. & 113.b.21.37.
abderitus puer Herçulis deliciæ. 112.36.
abydos Aegypti opp. 240 d.50.
abidus urbs. 116 b.& 116.2.
abila, & Calpe Herculis columnæ. 175 a.1.
ablaqueare quid. 245 33
abnoba mons 134 37.
aborigines po. qui & unde. 8 52. & 9.4.
aboriginum, & Aeneæ inter ſe fœdus (59 5
abortus cauſam ſternutationem eſſe 28 b 15
abſtinentiæ exemplum. 195 e. 53 & 254 c 57
achaia prouincia. 71 d.56.
achais urbs. 287 d 50
achates flumen, lapiſq;. 85 c.28
achates lapis qualis. 786 b
acheloides Inſulæ. 89 16
achelous fluuius. 89 a.7
achemenes quis. 327 5
achemenidis ſedes ubi. 327 a.5
acheruſius ad Inferos ingreſſus. 277 b.40
achillea inſula. 153 25
achillis magnitudo. 37 57
achillis eiuſdem pulchritudo. 81 2
achillis Pyrrhi filij interitus .103 46
achillis inſulæ deſçriptio. 153 b.22
achilles ubi ſepultus. 153 25 32
achilles Illyrij filius. 163 46
achillis ſepulchrum. 273 a.
achilles Romanus quis. 41 20
acone portus. 277 a.26
aconitũ uenenũ unde dictũ. 151 24
aconiti ueneni cõſideratio. 150 e 56 & inde. & 277 a 28
acras Iapygias. 71 d 55
acroceraunia montes. 62 d & 87 d 40
acrothon, uel acroathõ quid. 129 43
adamantis gẽmæ cõſidera. 311 b 50
adamantis gẽmæ uirtus 312 a 15
adamantum ſpecies. 312 b 28
adamantis, & Magnetis inter ſe diſcordia. 313 b 22 (312 e 57
adamas hirci tãtũ ſanguine frãgitur.
adipſos arbor. 239 c 42
adriæ Iaon pater. 176 5
adriaticũ mare unde dictum. 176 a 35
adrymetũ urbs à quibus. 194 a
aduerſitatis peccata cauſam eſſe .23
aduerſis rebus comas tondere mos apud quoſdam. 148 8
adulterarum pœna. 151 55
adulterij pœna 247 38
adulterij exemplũ. 151 43 48 50
adulterij uitandi exemplum. 185 36 41
adu l. à quo primũ cõmiſsũ. 185 42
adulterium ubi licitum. 185.47
adulterijs nuptæ prima nocte ubi patere coguntur. 226 a 28
adulte tium ubi nullum. 291 55
adulteros contra, lex. 185 42
æcathæus hiſtoricus. 268 c
ædeq; quid. 312 b 40
ædilium edictum. 36 13
ægæ urbs unde dicta. 106 b 10
ægæa oppidum unde. 106 b 10
ægæum mare unde dictum 116 b 38
ægæa Amazon. 116 42
ægyalus mons. 94 b
ægilos inſula. 72 c 48 57
ægypanes quales. 182 c 51 & 226 c 50
ægyptiorum annus qualis. 18 3 4
ęgyptiorum reperta. 19 40 43 47 & 239 53
ægyptiorum fœminas. 7. uno partu gignere 23 c 40
ægyptiorũ uetuſtas 177 38 & 240 c 3
ęgyptij quæ animalia pro dijs colũt. 238 51
ægyptij terram ſuam qualiter menſurant. 330 7
ægyptios homines primos fuiſſe. 222 40
ægyptiorum inſtituta. 227 48
ægyptiorum hoim genera. VII. 227 54
ægyptios nunquã calueſcere. 227 57
ægy. ueteres ſapientiſsimi. 228 27
ægyptiorum uicia. 228 33
ægyptiorum uanitas. 235 c 15
ægyptiorum ſuperſtitio. 234 a 1 & inde & 248 a 1
ægyptia ficus qualis. 239 a 5
ægyptus unde dicta. 227 25
ægypti termini. 227 33
ægypti & ad eam pertinentium cõſideratio. 227 d 15 & inde
ægypti, & danai fratrum hiſtoria 227 16
ægyptũ quondã inſulã fuiſſe. 227 36
ægypti temperies. 227 41
ęgypti fertilitas. 227 42 57
ægypti mira 227 44 56
ægyptum uitibus carere. 228 21
ęgyptij Nili fons incertus. 228 a 49
ægypti in Indiam itinerarium 327 b 31
ægrotos iuuandos eſſe. 114 d 50
æmathiæ rex 105 b 42
æmathius quis 105 b 42
æmon rex. 99 26
æmonia regio. 99 a
æmus mons unde dictus. 111 52
ęmi montis mira altitudo. 111 c 48
ęnaria inſula. 73 a
æneæ in Italiam aduentus. 58 27 41 & 59 5
æneæ, & Latini inter ſe fœdus. 59 5
æneæ mors 59 a 2 9
æneæ Epitaphium. 59 36
ęneę, & Mezentij inter ſe bellum. 59.5.
æoliæ inſulæ quot. 86 32
ęolus rex quis. 86 43 & 87 3 14
ęolus cur uentorum rex. 87 14
ęonocauma mons. 217 54
ęs ubi repertum primo. 122 b 36
ęris uſus repertio. 119 22
ęſculapij ſacellum, & eius reliqua hiſtoria. 91 b 39
ęſculapij tẽplo ægroti reſident. 91 43
ęſer fluuius. 56 58
ęſerites monſtroſi homines. 174 40
ęſtas ubi bis anno. 293 a 4 13
ęſtate flumina creſcentia, decreſcentia hyeme. 231 55
ęthiops Vulcani filius. 213 47
ęthiopes citiſsimè caneſcere. 213 54
ęthiopiæ deſcriptio. 213 f 45
ęthiopia unde dicta. ibi. 45
æshiopia duplex. 213 50 & 214 44
æthiopiæ ſitus. 217 b 52
æthalia inſula. 72 50
ætites lapis. 259 b 35
ætna mulier. 80 13 16 21
ætnæ montis deſcriptio, 80 a 10
ętnæ incendij cauſæ 80 25 & inde
ętnenſis campus qualis 92 a 42
Αἴξ id eſt, capra, unde Aegeum nomen. 116 39
affectus hominum uarij. 31 a 39
affinitatis gradus. 28 9
africæ deſcriptio. 191 e 53 & inde
africa inops fontium. 192 d 57
africæ fertilitas. 193 a 5 & inde
africæ incolæ unde. 193 b 32
africæ ſerpentum copia. 199 d 50
africæ quot prouinciæ. 1:8 50
africæ termini. 179.20
africa unde dicta. 179 b 30
africa quę animalia generet, quęue non. 189
africani Scipionis redargutio. 42 a 33
aganippe fons. 95 40 & 96 b
agathyrſus Herculis filius. 138 44
agathoclis hiſtoria. 267 21
Ἀγέλαστος quis. 31 a 40 54
agilitatis exemplum. 27 34
agilla opp. à quo 53 c 58
aglaus cur felix iudicatus. 50 c
agregentinus ſal mirus. 83 c 52
agriculturæ repertor. 228 28
agriophagi populi. 215 b 27
agrippæ M. aduerſa. 29 d 50
agrippæ M. uxor, filijq;. ibidem
aiax longus, & ſtultus. 3 36
aiacis ſepulchrum. 273.a
alba longa a quibus condita. 59 b
albanus fluuius. 138 58
albani po. unde dicti. 138 e 58
alberti mira credulitas. 23 45 & 85 75 51 & 113 43 (139 20
alber. in Phyſicis plurimũ eruditus.
alberti lapſus. 64 58 & 65 55 & 66 28 &

†

Index.

28 & 68 17 50 & 92 37 & 97 51 & 113 43 & 122 5 & 131 44 & 134 5 & 141 13 & 146 a & 150 39 & 151 36 & 156 38 & 157 57 & 186 51 & 159 5 43 54 58 & 173 9 & 198 16 & 199 7 36 48 & 200 4 33 50 54 & 201 1 3 30 5 4 & 202 48 & 207 58 & 208 2 & 210 50 & 213 25 & 218 28 48 & 229 34 46 & 220 20 26 & 221 25 55 & 222 35 56 & 237 27 & 138 31 & 246 30 & 247 22 & 258 52 & 259 21 48 & 260 1 43 & 271 41 & 273 15 58 & 283 2 & 301 53 & 302 11 52 & 303 28 & 304 13 54 & 305 5 & 313 55

albion inſula. 164 42

albi montes. 119 a 23

alcæus poëta. 268 c

alces fera. 153 d 47

alchippe op. a quo. 53 b 35

allectorius lapis qualis. 33 b 43

aleiia colonia. 72 46 & 73 37

alexander rex. 106 c & 107 b

alexander Magnus iracundus, bibaxque. 108 34

alexandri magni pulchritudo. 108 a b 15

alexandri magni mater. 107 d 42

alexandri Magni corporis mira complexio. 108 a 15

alexandri magni interitus. 108 c 41

alexander Magnus quas gentes in India uicerit. 108 a 1

alexandri Magni Ariſtoteles magiſter 107 e 52

alexan. Magni Caliſtenes præceptor. 107 e 55

alexandrum Magnum Ariſtoteles peremiſſe creditus. 108 50

alex. Magno canes dono dati. 140 a 1

alexander Magnus ceruis torques innexuit. 157 e 52

alexander Magnus qua die natus. 267 c 53.

Alexandri Magni Bucephalus equus 280 d 38 & inde

alexander Mag. Darium ubi uicerit. 283 c 49

alexan. Mag. quando mortuus. 44 36

alexandri Magni in regno ſucceſſores. 108 c 51

alexan. Mag. cuius filius. 107 43

alexan. Magni geſta. 107 c 42

alexandri Magni uicia. 108 c 35

alexandri Magni interitus. 108 c 41

alexandri magni termini. 288 b 49 & 294 d

alexander Iouis Ammonis filius. 107 d 42

alexandria prima. 287 b 35

alexandria tertia. 288 b

alexandriæ ægyptię deſcriptio. 240 52

alexandrini uiri periti. 241 20

aliathis, & Aſtyagis regum bellum. 142 c 24

alpium nomen unde. 60 48

amalchium mare. 153 d 48

amazonum conſideratio. 148 a 44

amazones duplices. 148 48

amazonicæ peltæ forma. 307 39

ambidexter nullum animal niſi homo. 38 29

ambiati populi. 275 a

amyclas rex. 90 32

amyclæ a ſerpentibus deletæ. 64 c 56 & 90 a 12

amyclæ Laconicæ urbs 90 a 12

amicorum in funere crines tondebantur. 107 a 5

amici quando parandi. 269 34

amicitię exemplum. 236 7

aminthas Macedoniæ rex. 106 b & 107 b 18

amandum qualiter conueniat. 168 50

ammochryſos lapis. 259 b 29

ammoditæ ſerpentes. 202 a 2

ammonis Iouis templum, ac reliqua hiſtoria. 206 12 & inde

ammonis cornu gemma. 206 b 58

amphiarai uatis hiſtoria. 54 36

amphiarai fanum ubi 97 a 1

amphictionum iudicium. 90 35 40

amphion cur ſaxa lyra trahere creditus ſit. 95 55

amphionis repertum. 119 5

amphiſbæna ſerpens. 200 b 14

amphius, & Telchius Caſtoris, & Pollucis aurigæ. 142 c 36

anacreon poëta. 268 c 52

anariaci populi. 286 d 54

anatis fluuius. 183 a

anaxagoræ laus. 269 35

anaximenis in foueam cadentis lepida hiſtoria. 333 37

ancona urbs a quibus. 56 a 37

anci Martij regis cõſideratio. 12 b 42

anci Martij regis geſta. ibidem.

androdamas lapis. 249 d 43

andromedæ, & Perſei hiſtoria. 250 c 50

angeronæ deæ conſideratio. 5 c 42.

angitia Medea cur dicta. 64 28

angla regina. 164 45

anglia inſula unde dicta ibidem.

anglici quando Chriſti fidem primũ receperint. 165 34

anguillæ miræ magnitudinis. 303 c 5 3

anguibus ueſcentes. 248 49

animas hominum immortales eſſe 109 5 5 & 254 54

animal ubi non ſacrificatur. 10 30

animal quod primũ ſacrificatũ. 10 47

animalia quæ nomina ſua noſcunt. 140 g. 55

animalia ex locorum diuerſitate uariari. 155 41

animalium cõſideratio, 24 a & inde

animalium odiũ inter ſe. 197 37

animalibus abſtinentes. 225 48

animal nullo cibo, potuq; uiuens. 273 f 55

animalia lingua carentia. 274 e 28

animaliũ magnitudinis cauſæ. 3 19 51

animus beatus qualiter fiat. 1 12 43

aniſtius quis. 39 b 58

annus unde dictus. 17 22

annorum genera tria. 17 30

annus magnus quis. 17 31 & inde.

anni ratio quando, & a quo reperta. 27 a 26 & inde

annorum differentiæ diuerſitatesq; 17 b 22 & inde & 181 & 246 41

annus quid. 17 27

annus Romanorum decem menſiũ. 18 a 25.

anni menſe primo quæ fieri ſolita 18 b 45

annus. 12 menſium a Numa. 19 7

anni Iuliani qui dicantur. & quare. 19 36

annus 365 dierũ cum quadrante à quibus primo repertus. 19 40 43

anno uno fructus bis ubi. 52 43

anni primus inſtitutor. 333 27

antacei piſces. 137 30

antæi gigantis magnitudo. 37 2

antæi gigantis hiſtoria. 179 b 39

antæi, & Herculis certamen. 179 c 49

antane opp. 91 21

antenoris in Italiam aduentus. 59 7

antenoris ſepulchrum, & in eo Epitaphium. 56 27

anthracias lapis. 261 a 2

antropophagi populi. 138 48 & 141 b & 21 5 c 38 & 290 49 & 291 a

antia opp. 90 b

antichthones qui 315 c 54

antimachus poëta. 268 c

antiochi, & Artemonis inter ſe ſimilitudo. 35 b 10

antiochi Laodice uxor. 35 b 16

antiochi regis interitus. 35 c 27

antipodes an ſint. 315 56

antiquorum diligentia. 2 52

antonius M. qualis. 42 1

antonius conſul. 195 b

ἄορνα loca cur dicta. 153 35

aphrodiſia inſula. 329 b 19

Ἀφροδίτη id eſt Venus. 58 c 58

apis ubi nulla. 166 d 47

apibus contraria. 166 47

apis bouis deſcriptio. 234 4

apœninus mons. 60 39 50

apollo contra Iouem. 53 48

apollinis reſponſa ubiq; obſcura, in Delo uerò manifeſta. 323 15

apollo Marſiam ſuperat. 64 15

apollinis Teneati templum 92 54

apollinem Hiperborei maximè colunt. 147 a 5

apollo Capitolinus unde aduectus. 153 a 2

apollinis promon. 191 e

apollinis diuerſa nomina. 259 1

apollo Clarius. 271 c 5 1

apollinis Syrus filius. 279 1 & 283 35

apollinis Didymæi ara. 288 c 54

apollonitarum inſula. 153 a 1

appiani locus. 153 5

aquæ quę ſalubriores. 75 b 47

aquæ periuros dãnantes. 76 b 30

aqua fures arguens. 76 b 46

aquæ Segeſtanæ mirum 83 b 34

aquæ cur uariorum ſaporum. 83 42

aquarum curſus cauſa. 152 54 (153 52

aqua maris an cõgelari poſsit glacie.

aquę cur calidę. 212 1 & 268 56

aquę pingues quare quædã ſint. 216 41

aquarum qualitas unde 216 44

aquæ, in quibus ſupernatent omnia, uel ſummergãtur omnia. 216 48

aquæ colorem mutantes. 97 a 42 & 241 d 55 & 243 3 & inde.

aquarum miracula. 303 b 34

aq; miræ. 76 b 23 & inde & 78 8 & 78 b & 83 a 25 38 42 & 84 e 58 & 92 a 24 & 97 a 42 & 136 25 44 & 206 a 36 & 208 50 & 216 8 41 & inde & 242 55 & 243 3 75 1 & 252 a 32 & 258 a & 262 c 47 55.

arabiæ

Index.

Arabiæ deſcriptio. 242.c.17.
arabia triplex. 242.34.
arabię felicis cōſideratio. 243.c.41
arabia quid ſignificet. 244. a 5
arabia unde dicta. 244.5.
arabici ſinus deſcriptio .328.e,42.
arabum mores, cultuſq; .247.b.32.
arabes ditiſsimos eſſe. 247.35.
arabes hominē immolant. 247.37.
arabum dij. 247.41.
arachoſia urbs. 326.b.
aracotes fluuius. 326.b.
aratores Scythę. 136.47.
arandi Cain repertor. 120.53.
araxis flu. deſcriptio. 142.e.50.
arbilitis regio. 283,c.49.
arbona mons. 134.37.
arborum mira altitudo. 306.b.36.
arbores nunquā folio carētes. 308. a.21.
arborū medullę differentię. 310.38.
arcades uetuſtiſſimos eſſe. 227.46
arcades in Italiam nauigant. 4.d.
arcadiæ deſcriptio. 9.b.48.
archelais colonia. 279.c.45.
archalaus Macedonum rex. 107.e.
archeſilas philoſophus. 91.7.
archeſilaus ſtoicus. 90.b 58.
archeſilai quatuor. 91.4.
archiæ poëtę de Thracum more Epigramma. 110.15.
archilochi poëtæ percuſſores Apollo prodidit. 47.b.4.
archimedes Mathematicus, 81.47.
arcturus ſydus quid. 156.3.
arcturi ſyderis exortus quando. 156. 1.
ardæa oppi unde. 53.a.4.9.
arethuſa fons. 79.c.50.&,95.40.& 96.b.&.258.a.1.
argæus mons, 279.d.57.
argæ uirgo, 147.40.
argentei numi ubi uſus nullus. 174.
argēti ubi ingēs copia. 75.b.&.397.b.
argenti uſus ubi damnatus. 141.e.53.
argentum quę mala afferat. 174.37.
argyræ inſula. 297.b.39.& inde.
argiuæ Iunonis templum à quo. 53. c.39,50.
argiuorum, & Lacedæmoniorū. bellum .90.33.
argiuorum naufragium. 126.a.23.
aricia opp. à quo 57.a.&.59.b.
aries cur cœleſtium ſignorū primum ſit. 233.37.
arimaſpi po. quales. 142.e.59.
arimphęorum gētis deſcriptio. 147.c.
arionis Cytharædi hiſtoria. 69.d.51 & 133. cap.21.
ariopagus locus. 95.a.1
ariſtęi plena hiſtoria. 27.48. & 74. b. 45
ariſtęi geſta in Sardinia. 27. 51.
ariſtæus Iolaum creat. 74.cap.
ariſtoteles Alexandri magiſter. 107.c. 52
ariſt. locus correctus. 92. 31.
ariſtoteles Alexādrum peremiſſe creditus. 108.50.
armenicæ portę. 265.d.
armentorum quorundam mira cornua. 213.b.11.
armorum uſus ubi nullus .226.b.34.
arnoba mons. 134.37.
arotcres Scythæ. 113.b.33.
arpos op. à quo. 55.b.54.
artabrum promō. 171.a.29.
artaxerxis bellū cōtra Iudęos. 253.a.44
artemiſia inſula. 72.48.
artemionis, & Antiochi inter ſe ſimilitudo. 35.b.10.
arthabathitæ pop. 215.d.46.
artifices miri. 40.c.52.
arundinum mira magnitudo. 307.a. 41.
aruns Priſci Tarquinij filius. 13.11.
arces unde dictę. 4.d.51.
Aſachæi populi. 214.e.55.
aſana fluuius. 183.b.17.
aſbeſtus lapis. 92.b.38.
aſbyſtę po. 211.32.
aſbytæ po. 211.32
aſcytæ populi. 334.f.46.
aſia unde dicta. 266.51.
aſię minoris deſcriptio. 266.e.51.
aſiatica ingenia plura. 268.c.51.
aſylum unde dictum, ac de eo plura. 148.20.
aſini cornuti. 189.37.
aſini ſylueſtres, 199.d.38.
ἄσκια loca quę. 317.25.
aſopi Thebe filia. 95.42.
aſpagonum gens. 398.e.55.
aſphaltites lacus conſideratio. 25.a. & 252.a.32.
aſpidum ſpecies plures. 200.c.58.
aſsæi po. 209.b.4.
aſsyrię deſcriptio. 283.cap.32.& inde
aſtabores Nili. 229 52.&.230. a
aſter quis. 101.58.
aſteria inſula unde dicta. 123.d.49.
aſtyagis ſomnium. 42.45.
aſtyages à Cyro captus. 45.1.
aſtyagis, & Aliathis regum bellū 142. c.24.
aſtrologię / aſtronomię } repertor. 332.b.55.&. 333.2.30.
aſtrorū curſus, à quo repertus. 333.26.
aſtura inſula. 72.50.
aſtus canum. 141.b.3.
aſtus exemplum. 97.e.98.b.47.&.149 53.&. 150. c.36. &,187.b.17.20.&.236. b.4. &.289.58.&.191.b.24.47.&.197.c. 11.&.198. c.37. &.200.a.3. 9. &. 216. 34.&.219.d.56.&.237.e.56.
aſtuſapes Nili. 229.cap.53.
athamantis hiſtoria. 94.21.
athenarum urbis deſcriptio, lauſq; 93. c.41.
athenas Lyſander obſidet. 74.b.
athenarū uetuſtas, & unde dictę. 93. c.41,
athenienſes uetuſtiſsimi. 227.46.
athenodorus philoſophus. 48.32.
athydis uelocitas. 40.4.
athis Crœſi filius. 45.12.
athydis pueri hiſtoria. 46.51
athos mons, 103.a.13.
athos mons, & eius umbra. 129.a.15.
athos mons perfoſsus. 103.a.15.
atlantici Oceani deſcriptio. 333.56.
atlanticum mare à Gadibus ad Indiam uſq; an nauigabile. 334.a.4.
atlantis Gigantis magnitudo. 37.2.
atlantis filiæ. 179.51.
atlantis Gigantis hiſtoria, 181.21.
atlantis montis deſcriptio. 181.a.21.
atlantes populi. & eorum mores. 224 b.35.
atlantes nominibus carere. 224.b.
atlas latine Telamon. 181.39.
atlas cur cœlū ſuſtinere fingitur. 181. 45.
atlas Aſtrologiæ repertor. 332. 57.
atracię Theſſalia filia. 99.34.
atricapillę aues. 161.46.
attaci populi. 291.g.57.
attali piſces. 137.34.
atticę montes. 64.b.39.
atticę fontes. 94.49.
auaritię uitandæ exemplum. 220.b.
auaritię cauſa quę fiant. 184.20.
auaritię fugiendę exemplū. 185.a.12.
auaritiæ exemplum. 143.d.
audacia ubi minus tuta. 236.58.
audacię exemplum. 218.d.& 236. d.55.&.269.b.270.29.
audaciora minora plerumq; eſſe. 236. 56.
auditio qua ratione fiat. 156.45.
auchetæ populi. 136.b.
auenis uiuentes homines. 155.b.5.21.
auerna loca unde dicta. 153.35.
augeæ regis hiſtoria. 92.13.
augylæ populi. 226.a.14.
augures obſeruant ſignorum genera quinque 9.35.
augures aures uerbis diuitant alienas, ſuas ut auro locuplent domos. 333.42.
auguſtini defenſio. 27.5.
auguſtus Octauianus quando imperator factus. 16.21.
auguſti imp. laus. 16.b.35.
auguſtus terdecies conſul. 16.41.
auguſto regnante arma ceſſaſſe. 16. c.43.
auguſti tempore quę ingenia floruerunt. 16.55.
auguſtus quid circa anni ordinationem. 21.41.
auguſti geſta plurima compēdio. 21. 49.
auguſti aduerſa. 21.41
auguſti Iulię filia, neptiſq;. 22.d.44.
auguſti Iuliæ filia qualis. 29.50.
auguſti filius. 244.36.39.&.325.a.
aues templa non ingredientes. 153.b. 30.
aues nidum quę non faciunt. 98.3.
auiū uolatus qui primi obſeruarunt 269.55.
auibus loca contraria. 153.34.39.
aues nocte lucentes. 158.cap.51.
aues ubi rarę. 166.a.44.
aues loquentes. 305.51.
auium lingue differentię. 306.6.
auium ductu nauigantes. 318.b.
aulis inſula. 96.d.33.
aulocrenes uallis. 270.a.1.44.
auribus carenti difficile eſt uerba facere. 45.52.
auribus maximis ſe contegentes homines. 155.c. (39.
aures animalis index. 196.e.50.
auribus animalia carentia 214.e.
aurea uincula noxiorum ubi. 216.a.
aurei numi ubi uſus nullus 174. 37.
aurum tribus modis inueniri 171.45. & 271.3.

Index.

aurum quę mala afferat. 174.37
aurum formicę effodientes, cuſtodienteſq; 220.a,55
aurum flumina uehentia 270 d 58 & 271 4 & 273 b 25
auri fodinę in Macedonia 103 b 33
auri uſus ubi damnatus 141 c 53
auri ubi ingens copia 297 b 39
aurum ad ſe allicit ſtatim uiſum 323 56
aurum qui odio habent 323 13
auſes populi quales 214 14
auſonij locus 92 13
autarius Illyrij filius 163 46
autarij eiuſdem filij 163 47
authoritas magnorum quanti ponderis ſit 2 34
authoritati rationi interdum præferenda 2 48
authoritatem obeſſe aliquando 2 50
autololes populi 181 a 5
axiacę populi 145 d
azanium mare 329 a & 33 3 b

B

BAbel, id eſt, Babylon 331 39
babylon à quibus condita 331 50
babylonis urbis deſcriptio 331 c.38
babylonis magnitudo 332 a 34
babylonis muri ex qua materia 252 47
babylonij à Cyro uicti 45 b 3
babytace opp. 329 c 50
bacchus cur Liber pater dictus ſit 47 b 30
baccho cur cornua attributa fuerint 47 36
bacchi patria 167 16
bacchi Nyſa nutrix 255 7
bacchi termini 288 c 5 3
bacchus ubi nutritus 297 a 27
bacchus cur Iouis fœmine natus creditur 397 a 27
bacchus qua ueſte uſus 322 c & 323 1
bactri populi 288 a
bactros fluuius 288 a
bactrum opp. 288 a
bętis fluuius 172 a 32
bętica prouincia ibidem
baiarum fontium deſcriptio 52 c 47
baię unde dictæ 52 48
balænarum conſideratio 304 b 26
baleares inſulę cuniculis populatæ 173 c 46
balſami conſideratio 253 b 55
baltia inſula 153 51 & 55 a 1
baptiſtę Pij contra Auguſtinum ſententia 2 74
barbam nutrientes 297 b 52
baſilia inſula 153 52 & 155 2 & 160 6
baſiliſci ſerpentis uis 153 39
baſiliſci ſerpentis deſcriptio 207 d 47
baſiliſcum muſtella necat 207 55 & 208 24
baſiliſci reliquias Pergameni cur emerint 208 d
bateni populi 287 f
battus unde dictus 205 34
batti hiſtoria 205 20 & 207 42
beata gens 146 a 4 & 147 c
beatitudo quid 50 39
beatus nemo in hac uita 50 40
beatus animus qua ratione fiat 112 43
beluæ odore an delectentur. 150.39, & inde.
beli Iouis templum 332.b.48
beneuentum opp. unde 55.b.55
berenice urbs 208.c 44
berenice Ptolemęi uxor 208 f
beryllorũ lapidum conſideratio 314 c 28
beſſorum gens 111 b 30
bias philoſophus 269 a 29
bigrantinus lacus 163 40
biſontes ferę 159 c 18
biſtonium ſtagnum 1 12 a
bythyę fœminę quales 41 21
bithynię deſcriptio 275 b 5
bithyniorum origo 275 5
bituminis copia ubi 252 33 45
byzacenus Africæ ager fertiliſſimus 193 a 5
byzantium urbs quando, & à quo conditum 115 c 2
byzantium Romę quondam par 115 19
byzie opp. 215 d
blemmię populi 226 b 40
boę ſerpentis natura 65 a 53
boarium forum unde dictum 7 24
bocchoris rex 173 c 37
bochus rex 188 a 30
bœotiæ deſcriptio 95 b 37
bœotiæ fontes plures 95 40
bombices quę primum texuit 95 17
bombices uermes 291 18
bombicinę ueſtis repertio 95 20
Βωμωνίκαι cur dicti 90 52
bonaſi ferę deſcriptio 270 d & 271 7
borion promont. 193 b 37
boryſthenis fluminis deſcriptio 137 a 17
boues unicornes 302 d 54
boues Lucę quę 188 a 1 10
boſphorus Thracius 130 b 3
boſphorus unde dictus 175 42
hoſphori tres 175 46
brachmanorum philoſophorum de morte opinio 110 37
branchidarum oraculum 288 58
breuis uitę exemplum 136 58
bryarei Gigantis filij 80 a 10
bryarei Gigantis magnitudo 37 2
brigantinus lacus 163 40
brilettus mons 94 b
bryſis regio unde 105 58
britanię deſcriptio 164 c 41
britania unde dicta 264 44
britanię magnitudo. ibidem 58
britania quaſi orbis alter quondam credita 165 a 10
britaniam Vlyſſem adijſſe quondam 165 b 19
britanię fertilitas 168 57
britanię incolę 169 c 29
britanni longę uitę 165 38
britanni quando Chriſti fidem primum receperint 165 34
britanni ſe pingunt ſucco quodam 169 c 33
britomartis hiſtoria 120 24
brutia mulier 54 50
brutijs à quo conditũ Mineruę templum 54 c 44 & inde
brutij populi qui 54 c 43 & 54 48
brutij quales 54 48
bucephalus Alexandri Magni equus 280 d 38 & inde
buſiris Aegypti Rex 240 41

C

CAbyri Samothraces 288 50
cacabidę / cacabi } aues 97 54
caci monſtri hiſtoria 6 a 37
cadiſchus mons 119 a 24
cadmus literarum repertor 96 b 10
cadmus in Creta colitur 120 42
cadmus alter proſę orationis inuentor 271 cap.49
cęculi hiſtoria 55 b 44
cælus, et Titea Titanum parentes 122 40
cære opp. unde 54 1
cæſar dictator annum ordinat prim⁹ apud Romanos 17 53 & 19 35 47 & 213
cęſar unde dictus 30 a 13 37
cęſaris Iulij parentes 30 40
cæſaris Iulij fortitudo, ac mirum ingenium 41 5 37 & inde
cæſaris ſapienter dicta 41 51
cæſaris Pompeia uxor 41 51
cęſaris uxor qualis eſſe debet 41 51
cæſar regnandi cupidus 42 4
cæſarem Dictatorẽ quę arguunt 42 13
cæſarem Cicero taxare ſolitus 42 26
cæſaris habitus qualis 42 27
cęſaris ductu quot hominum milia perempta 42 a 30
cæſaris gloria in quibus 42 41
cęſari proprium 42 b 43
cæſaris ſcribendi celeritas, ac modus 42 b 45
cæſar quę ſcripſerit opera 42 45
cæſaris equus mirus 281 c 3
cæſarea colonia 188 a 15
cęſarienſis prouincia ibidem
cęſones unde dicti 30 15
caieta opp. unde dicta 58 a 36
cain arandi repertor 170 53
caius Pomponius conſul 15 24
calabria prouincia 57 d
calabriam Cherſidris abundare 65 a 47
calami odorati conſideratio 311 b 29
calaſiries qui 227 55
calcaribus indigens 269 7
calcites lapis 122 37
calida loca incolentes cur timidi 209 29
calida loca incolentes cur diutius uiuant 216 17 & 320 2
calido & humido uitam conſiſtere 146
calidis locis ſapientiores cur ſint 299 42
caliſthenes Alexandri præceptor 107 e 55
caliſthenis philoſophi interitus 107 e 54
callais gemma 161 c 41
callatis opp. 153 9
callicratis mirus uiſus 40 c 55
callimachi poëtę patria 205 b 41
callirhoë fons 94 c 49 & 253 a 51 54
callipodes populi 136 b
calpe, & Abila montes Herculis columnę 175 a 1
caluefcunt nunquã Aegyptij 227 57

camelo-

Index.

camelopardalis animal 219 a 3
camelus, id eſt, rudens nauticus 290 37
camelorum conſideratio. 289 c 6
camelorum & equorum inter ſe inimicitia. 289 f 58
cameli, matres nõ ſuperueniunt ſuas 290 30
canaria inſula. 336 e
campanię deſcriptio. 61 c 36
cancrũ ſol quando ingreditur. 232 44
caneſcere etiam equos. 139 30
canicies qualiter retardetur. 139 16
canicies cur tantum homini accidat 21 30
caniciei cauſa. 139 26
canina capita habentes homines. 215 c 42 & 299 c 45 & 300 c
canum conſideratio. 139 a 32
canis unde dictus. 139 33
canis rabidi morſus remedia. 25 2
canes quæ loca nõ ingrediũtur. 7 b 36
canes cur ſoli animalium rabiãt per ęſtatem. 25 2
cane Cyrus expoſitus nutritus eſt. 43 47
canes Moloſſi nobiles. 87 58
canum funus ubi ducitur. 88 1
canum genera tria. 139 55
canibus funera ubi uoranda dantur. 49 34
canum forma qualis eſſe debet. 139 40
canes ubi optimi. 87 58 & 139 50 56 & 140 16
canum erga hominem fides. 140 4 45
canes ubi pro dijs habentur. 140 10
canum exercitus in bello. 140 c 25 & 286 18
canum nomina qualia eſſe debent. 140 45
canes cum Tigribus coeũt. 140 57
canum aſtus. 141 b 3
canes caudam uiſis amicis cur uibrent. 141 8
canes ubi pro rege. 215 a 3
canum ſepulchra. 286 19
canibus defunctos quidam proijciũt 286 29
cani homines mox poſt natalẽ. 299 d
canopitanum oſtium unde dictum. 224 a 29
canopos ſydus. 318 a 46
canopus Menelai gubernator. 224 a 29
cantus mira uis. 95 58 & 156 38
capilli qua ratione natiuam nigredinem retineant. 139 6
capillos fœminę ubi tondent. 147 d
capitolinus Apollo unde Romã aduectus. 153 a 2
capitolium unde dictum. 3 52 & 8 19
capitolium à quo ædificari cœptum. 13 54
capitolium incenſum cum Sibyllę libris. 59 53
cappadoces pauperes. 279 24
cappadocum mores. 279 30 40
cappadoces quales. 117 37
cappadociæ deſcriptio. 278 c 57
capraria inſula. 72 47 57 & 336 e 46
capreæ palus. 11 b 1
capris ſylueſtribus Creta inſula abũdat. 120 55
caput pro principio. 3 28
capitis hominis excellentia. 3 35
caput unde dictum. 3 42
capite carentes homines. 226 b 40
capita canina habentes homines 215 c 42 & 299 c 45 & 300
caralis urbs. 74 c
carambis promontorium. 278 a
caranus Macedonię rex. 106 a 1
carbunculorum lapidum conſideratio. 211 b 19
cardamyle oppidum. 90 b
cardia urbs unde dicta. 115 g 58
caryſtię aues. 122 a 5
caryſti inſulę deſcriptio. 122 a 1
caryſti inſulę uaria nomina. 122 1
carmanię deſcriptio. 327 18
carmentis deæ fanum, portaq; 8 a 34
carmentis uatis hiſtoria. 7 a 1
carneades philoſophus Romam proficiſcitur. 48 35
carnibus abſtinẽtes. 225 48 & 254 c 57 & 298 c 42
carpathos inſula. 128 34
carthago Hiſpanię à quo 172 a 41
carthago Africæ à quibus, & quando condita. 194 a 34 & inde
carthaginis ſitus, potentiaq;. 194 49
carthago quando, & à quibus reſtituta. 195 a 3
caſius mons. 243 16 & 250 b 1 & 255 g 50
caſij montis accolę quales. 250
caſpar Vrſinus. 112 47
caſpiarum portarum deſcriptio. 265 d & 285 d 47
caſpię gentis mores. 286 15
caſpij maris fauces. 142 d
caſpij maris origo. 149 8
caſſiterides inſulę. 63 7 & 173 a 18
caſſius Seuerus orator. 35 e & 41 2
caſtalius fons. 88 b 47
caſtitatis exemplum. 83 a 25 & 185 c 36 & 226 45 & 290 30
caſtoris ſydus quale. 25 46
caſtor quid circa Simonidem 47 41
caſtoris aurigæ. 142 c 36
caſtor fera ſe ipſum caſtrat. 135 d 49
caſtoreum quid. 135 40 56
catabanes populi. 243 a 9
catabathmos locus. 192 b
cataractes Nili quid. 230 c 25 38
cataractes fluuius. 230 31
catylli hiſtoria. 54 b 31
cato ſuperior octogeſimo ętatis anno filium genuit. 26 b 51
cato cenſorinus Gręcos Roma pellẽdos dicebat. 48 b 35
cato contra Græcos. 48 35
catonis cenſorini hiſtoria. 45 d 35
cato quid ſignificet. 45 40
catonis ſuperioris mores. 45 45 135
cato unde Cenſorinus. 45 44
catoni ſuperiori tria tributa. 45 46
cato quoties accuſatus. 45 d 55
catonis ſententię. 45 42.
catonis Vticenſis hiſtoria. 48 a 30
catoblepæ ferę deſcriptio. 220 a 21
catochites lapis qualis. 73 c 40
cattuza opp. 113 b 35
caucaſus mons. 289 a 3
caucaſus mons quę procreet. 308 a 29
caudã canes uiſis amicis cur uibrent 141 8
cauda animalis index. 169 e 50
caue tibi illum. 42 29
caulona opp. à quibus. 56 b
celenæ opp. 269 a 56
celtes Polyphemi filius. 162 5
cenchris ſerpens. 202 a 4
cenſus Romę à quo primum 13 32
centaurorum origo. 100 50
ceos inſula. 95 b 10
cephiſus fluuius. 96 e.
cephus fera. 219 b 41
ceraſtę ſerpentes. 200 a 2
ceraunia montes. 87 46
ceraunię gemmę. 161 e 47 & 172 b 57
cerberum Hercules ab inferis extrahit. 277 b 45
cercina inſula. 213 b 27
cercopithicorum cõſideratio. 210 a 3
ceres Sicula. 82 a 38
ceres leges primas reperit. 118 48
ceres fruges qualiter reperit. 120 49
cereus mirum flumen. 97 48
certaminum genera quatuor apud Gręcos. 15 5
ceruarij lupi natura. 66 c 40
cernorum conſideratio. 155 e 54
cerui unde dicti. 155 56
ceruorum in medicinis uſus. 156 d 53
ceruorum ſua cornua mirè abſcondunt. 156 58
ceruos febrem nunquam ſentire. 157. c. 44.
ceruorum uita longiſſima. 157 e 47
ceruis Alexãdrum torques innexuiſſe. 157 e 52
chalazias lapis. 259 e 53
calcophthongos lapis. 260 d 48
chalcoſmaragdos lapis. 144 f 22
chaldeę gentis caput. 331 c
chalibes populi. 138 55
chemęleontis ferę deſcriptio. 221 c & 273 d 41
chamedracontes ſerpentes. 202 a 15
chaon Heleni frater. 87 56
chaonia regio unde dicta. 87 56
charitatis exemplum. 114 d 50 & 115 a
chelonophagi populi. 328 d 24
cherſidri ſerpentes unde dicti. 65 a 47 & 202 a 5
chimęra monſtrum. 266 a 2
chimeræ fabulæ expoſitio. 266 23
chimærę montis deſcriptio. 266 a 2
chirocrates architectus. 241 33
chium inſula. 116 b 34
choaſpes fluuius. 258 c 14 & 262 b 55
chorſari Perſæ. 289 a 2
chryſaor, & Pegaſus fratres. 174 22
chryſe inſula 297 b 39
chryſippus de reſurrectione 109 46
chryſippi patria. 264 a 39

chryſippi mors. 264 42.
chryſoberylli lapides. 314 e 40
chryſolampis gemma. 223 f
chryſopaſſos gemma. 314 51.
chryſopraſos gemma. 314 e 49
chriſtus quo tempore natus. 16 54.
cyanæus lapis. 144 g 42.
cybele Romam aduecta. 46 a 33.
cybeles plena hiſtoria. 46 a 47.
cybeles diuerſa nomina. 46 58.
cibus diuerſorum diuerſus. 125 1
cibo, potuq; animal nunquam utēs 273 f 55.
cibo ſine, an animal poſſit uiuere. 300 24.
cicadarum conſideratio. 67 c 5.
cicero Cæſarem taxare ſolitus. 42 26.
ciceronis Poſſidonius magiſter. 47 c 48
cicidelæ inſectorum genus. 159 4.
ciclades inſulæ quot, & unde dictæ. 122 c 48 & 127 a 27.
cyclopes quales. 107 36
cyclopeum carmen quod. 107 c 36.
cycones populi. 111 b 39 & 292 b 31
cyconiarum conſyderatio. 274 d 22.
cyconiariæ leges quę. 274 54.
cicuta Sturno cibus. 125 10
cydni fluminis deſcriptio. 262 c. 47.
cygnorum ubi copia. 91 34.
cilices populi quales. 117 37.
cilicum mores. 261 38.
cilices, mendaces. 261 43.
ciliciæ prouincię deſcriptio. 261 c 12 & inde.
cilicię ſitus. 261 e 52.
cilicia duplex. 261 52.
cilicia à quo dicta. 261 e 57.
ciliciæ portę. 265 d.
cilicia tecta quę. 243 35
cylindri gemmę. 315 b 1.
cyllene mons. 91 c 49.
cyllene nympha. 91 49.
cyllenius Mercurius unde dictus. 91 52.
cimmeriorum conſideratio. 148 27.
cynaris herba. 157 c 41.
cynee Pyrrhi legati ingens memoria 43 b 55.
cynerę, & Myrrhę fabula. 245 35.
cynethus inſula. 123 d.
cinnabaris quid. 187 f 53.
cinnamolgus auis. 247 a 4.
cinnamomi aromatis conſideratio. 222 b 35.
cinnamomi uis. 223 7.
cynocephali feræ. 210 a 23.
cynocephali lacte uiuunt. 214 50.
cynomolgi populi quales. 215 c 42.
cynoſſema Hecubę ſepulchrum. 116 a 5.
cypſeli tyranni hiſtoria. 13 4 & 92 a 14.
circe maga, & eius domus. 61 c 51
circes parentes. 64 28
circumciſio apud quas gentes. 227 53.
cyre fons. 205 38.
cyrenę urbs quando conditę. 205 a 45.
cyrenarum urbis hiſtoria. 205 a 19.
cyrenę unde dictæ. 205 36.
cyrenaica philoſophia. 205 44.
cyrenes fœminę hiſtoria. 205 36.
cirnos inſula. 73 34.
cirta oppidum. 188 d 56.
cyrus expoſitus, cane lactatus. 43 47.
cyri regis ingens memoria, ac reliqua eius hiſtoria. 43 a 44.
cyrus unde dictus. 43 49
cyri interitus. 43 49.
cyri, & crœſi hiſtoria. 45 b 3.
cyrus quando. 45 b.
cyri termini. 288 c 53.
cyri regis ſepulchrum. 330 a 24.
cyri regis Epithaphium. 331 28.
cytharę repertor. 119 3.
cytharę ſono Tales morbos ſanabat 119 1.
cythera inſula. 116 d 47.
citheron ſaltus. 96 a.
cytorus mons. 278 a 11.
citreum, & Medica malus an arbor eadem. 285 10.
ciuitatum nomina cum prępoſitione. 71 57.
clarius Apollo. 271 c 57.
claros inſula. 116 b.
claudię uitta nauis tracta. 50 a 2.
claudiani locus. 67 58 & 150 1.
claudij imperatoris luſtrum quando. 15 27
clazomenij populi in Thracia. 113 a 6.
cleantes philoſophus. 269 a.
clementia quid, qualiſque uirtus 1 44.
clementia Deo æquat habentem. 49 14.
clementię exemplum. 185 c 57 & 196 a 2.
clementia principes plurimum ornat. 321 41.
cleolaus, à quo Daunij populi. 53 c 50.
clypea opp. 193 c 44.
cneus Papyrius cum dentibus natus 30 b.
cocalus tyrannus. 79 30.
codanus ſinus. 158 39 & 160 2.
cœli poſitiones ſex, & quę ſint. 248 20 & 318 52.
cœli filij qui. 105 48.
cœlum pro Deo. 247 41.
cœleſtia quidam ſcire ſe putant, cum quæ ſunt ante pedes ingnorent. 333 37.
cœleſtis diſciplinæ inuentor. 332 b 55.
cœnienſis regio. 115 d.
coitus auerſi quibus animalibus. 196 c 24.
colonia, & Municipium quo differant. 52 50.
colophon urbs. 140 32.
colorum diuerſitas unde. 158 58
colorem mutantia. 97 a 42 & 221 b 35 & 242 d 55 & 243 3 & 274 a 2.
columbarum coniugij fides. 151 51.
columbaria inſula, à Plinio Colubraria dicitur ut in alterutro error ſit 72 c.
colubraria inſula. 173 c 36.
comam nutrientes. 265 58 & 297 b 52.
comas ubi tondet uterque ſexus. 148 3
comas tondere aduerſis rebus mos apud quoſdam. 148 8.
comben heroinam centum peperiſſe filios. 245.
comœdia ubi primum reperta. 81 c 28.
comœdiarum genera ſex. 81 38.
comicialis morbi remedia. 125 34.
compitalia feſta à quo. 133 34.
conceptionis ſigoa. 28 c 38 & 291.
conceptus ſine coitu. 98 b 44 & 149 43.
concipientes fœminę quinto à natali anno. 300 b 31.
concharum conſideratio. 323 a 20 & inde.
conchæ ubi maximè proueniunt. 325 b 34.
coniugij fides. 151 50.
coniugij exemplum. 201 5 & 202 b.
conſanguinitatis gradus. 289.
conſtantinopolis urbs. 115 c 3.
conſuetudo quid poſſit. 132 c.
conſuetudinis uis. 32 11 & 82 12.
conuerſio rerum an poſſibilis. 337 51.
copia rerum faſtidium parit. 311 25.
cor an primum formetur in utero. 28. d 42
cor lędere capitale eſſe. 28 d 55.
corda bina perdicibus ubi ſint. 278 52.
cora opp. à quo. 53 c 58.
corę ducis hiſtoria. 54 b 31.
coralij conſideratio. 67 d 46.
coralij uires. 68 b 5.
coralochates lapis. 86 a 1.
corycium ſpecus. 263 a 2 & inde.
corylorum fimbriæ. 309 a.
corinthum adire non cuiſque eſt. 81 d 51.
corinthus Oreſtis filius. 103 46.
cornelia Gracchorum matęr qualis 29 f 56.
cornelię Romanę duę. 30 1.
cornelius Balbus. 213 a 4.
cornelij tres peſſimi. 117 38.
coronę militares. 41 27.
corpylli populi. 111 b 39.
corporis humani excellentia. 333.
corſica inſula unde dicta. 72 3. & 73 5.
corſicę deſcriptio. 72 5 & inde.
corſica qualis. ibidem 10.
corſicæ magnitudo, urbeſq; 72 30 33. 43.
corſicę accolæ longæui. 72 37.
corſicę mel uenenatum. 72 38.
corſicę ligures authores fuiſſe. 73 b 5. & inde.
cortina Delphica quid. 50 57.
cortina unde dicta, 50 58.
coruinus Meſſala ob morbum ſui nominis oblitus. 45 a.
coruus lauro ſanitatem reparat. 274, c 11.
cos inſula. 95 b.
cottonarę portus. 328 a.
coturnices Elleboro nutriuntur. 125.

Index.

coturnices damnatę menſis. 125 31.
craſſiana clades. 287 c 46.
craſſum nunquam reſiſſe. 31 a 39 47
crathis fluuius Scyllæ mater. 81 3.
Idem cum Solino ſcribit Homerus 12. Odyſſeę. Cum autem eum Solini locum exponeremus, non ſuccurrebat Homeri Carmen. Ergo Plinius potius, quam Solinus emendandus, ut ſic apud Plinium legas. crathis fluuius mater (ut dixere) Scyllę.
credendum quibus maximè ſit. 21 8. 39.
crepitus uentris cauſa. 28 38.
cretam capris ſylueſtribus abundare. 120 55.
cretę mira. 117 4.
cretam maris imperium obtinuiſſe olim. 117.30.
creta quæ animalia non habeat. 120. 57.
creta inſula unde dicta. 118 a 27.
cretæ inſulę diuerſa nomina. 118 a 27.
cretę inſulę fertilitas. 118 29.
cretę inſulę deſcriptio. 117 1.
creta centum urbibus inſignis olim 117 10 52.
cretam inſulam ad Gręciæ principatum natam eſſe. 117 22.
cretenſes Dianam colunt. 120 32.
cretenſium in mari potentia. 118 b. 38.
cretenſium leges quales. 117 34.
cretenſes quales. 117 37.
cretenſibus mendacium plerunq; ad ſcriptum. 117 41.
crines deponebant in amicorum funere. 107 a 5.
crines qua ratione natiuam nigredinem retinent. 139 6.
crines ubi tōdeat uterque ſexus. 48 3. 3.
cryſtallus lapis. 144 g 42.
crocodili ſerpentis conſideratio. 235. c 15.
crocodilos Delphines quo aſtu perimant. 236 c.
crocus ubi optimus. 263 a 9.
crocutæ ferę deſcriptio. 199 b. 14
crœſus captus. 45 9.
crœſi & Cyri hiſtoria. 45.
crœſi filij duo. 9 12.
crœſo redditum oraculum. 279 50.
cronium mare quod. 154 a 4.
crotona oppidum à quibus. 56 b 52. & inde.
crotonis, & Herculis hiſtoria. 56. 54.
crotonis ſepulchrum. 57 3.
crudelitatis exempla. 94 1 & 112. 25 & 138 47 & 141 c 26 58 & 142 a 5. & 286 36 & 298 c 47.
cruneſos fons. 94 e 53.
cteſiphon urbs. 333 a 50.
cullu urbs. 189 a 3.
cumę urbs à quibus, & unde. 59 41.
cumana Sibylla quę. 59 48.
cumanæ Sibyllę ſacellum. 59 b 49
curtij locus. 264 35.
curius Marcus cum dentibus natus. 30. b.
curiorum familia, & in ea oratorum ſeries. 47 a 2.

D

DAedali filius. 53 c 56.
dędali fabri hiſtoria. 79 28.
dęmodamas dux. 288 e.
dęmones miracula interdum facere. 50 20.
dæmonum ui an natura una in aliam uerti poſſit. 138 5.
dahæ populi. 138 c 55 & 289 b 4.
dalmatia prouincia. 70 b 30.
damaſcus princeps. 251 57.
damaſcus opp. 255 c 48
danaes hiſtoria. 53 4.
Δανάκη quid. 277 55.
danai & Aegypti fratrum hiſtoria. 277 16.
danubij fluminis deſcriptio. 134. c 14.
danubij oſtia. 134 38 59
danubij ortus. 134 c 26 & inde.
danubium quę flumina ingrediantur. 134 46.
daorta Illyrij filia. 163 47
dardanus Illyrij filius. 163 46.
dardani populi origoq;. 102 46.
darij exercitus qua parte in Europā tranſuectus. 130 b 3
darium Alexander ubi uicerit. 283 c. 49.
daſera Illyrij filia. 163 43.
dauneos Cleolaus condit. 53 c 50.
debris fons mirus. 211 d 45.
decemuiri Romę quando creati. 15 f 46
defunctorum numus quis. 277 53.
defuncti domi ſepeliebantur olim. 12 56.
delos inſula unde dicta. 123 b 30.
delo in inſula quę fieri non poſſunt 123 38.
delphica Cortina quid. 50 57.
delphica Sibylla cur dicta. 60 15.
delphici oraculi origo. 48 54 & 96 55.
delphici templi diuitiæ. 106 c 41
delphinorum conſideratio. 130 b 34.
delphines Crocodilos quo aſtu perimant. 236 c.
delphini futura pręſagiunt. 130 56.
delphinos Simones uocari. 132 23.
delphinorum erga homines amor. 132 25.
delphus Neptuni filius. 96 49.
delphi unde dicti. 96 43.
delta locus. 228 a 40
democritus philoſophus qualis. 73 c. 47.
democriti de uirgine iudicium 73. 57.
democritus contra magos. 73 59.
democritus de melle quid. 94 49.
democritus in Aegypto, & terris alijs 112 b 32 58.
democritus cur ſeipſum excœcauerit. 112. 58.
democriti riſus. 112 44.
democritus de reſurrectione. 109 46.
democriti interitus. 113 3
democriti patria. 112 22.
democriti deſcriptio, ac reliqua hiſtoria. 112 38.
dentibus cum, quoſdam natos fuiſſe. 30 b 45.
dentium conſideratio. 30 b 45.
dentium cura. 157 4.
denſaletæ populi. 111 b 28.
dentati unde dicti. 30 b.
deucalionis Pandora mater. 99 25.
deucalionis diluuium quando. 123 c. 40.
deucalionis Melantho filia. 96 43.
deuotionis carmen. 5 38.
deus neque ſurdus, neq; cœcus. 111 5.
dei ueri ſimulachrum nullum eſſe poteſt. 311 4.
deorum ſimulachra ex qua materia. 310 54 & inde.
deorum imagines ex qua materia. 310 c 54.
deorum cultus. 223 26.
deorum contemtus. 234 13.
dijs quæ hoſtia grata. 10 44
dijs ſuperis, inferiſq; quis numerus tributus. 20 a.
dextra agilior quam ſiniſtra. 38 e 9.
dia inſula. 127 3 14.
diana ubi primum culta. 90 b 45 55.
dianæ fontis mirum. 83 a 25.
dianę humano ſanguine ſacrificabatur. 90 49.
dianam Cretenſes colunt. 120 32.
dianam Perſæ maximè colunt. 90. 56.
dianę Epheſiæ templum. 267 a 34
dianę Suſiæ templum. 329 c 48.
dianium inſula. 72 48.
dicta memoratu digna. 41 51 & 267 54 & 268 55 & 269 29 & inde & 333 39. & inde.
dictami herbæ deſcriptio. 157 b 5.
didymæi Apollinis ara. 288 c 54.
didyme inſula. 87 c 25.
didonis hiſtoria. 194 b 32.
dies ſex menſium, 146 b 44.
dies noctem ſubſequitur. 162 39.
digitij qui. 55 b 49.
diluuium uniuerſale quando. 105 2.
diluuiū uniuerſale impoſſibele per naturam. 105 3.
diluuij uniuerſalis cauſę. 105 6 7.
diluuij ſigna. 104 a 28.
diluuij deſcriptio. 104 d 53.
diluuia plura partialia. 104 53.
dinocrates Architectus. 241 a 30.
diogenis philoſophi conſtantia. 31 b.
diogenes Cynicus quando mortuus 44 36.
diomedeę aues mirę. 68 e 47
diomedeæ inſulæ. 68 e 43.
diomodis equi ubi. 112 a 22
diomedis Abdera ſoror. 112 b 34
diomedis Thraciæ tyrannus. 112 25.
diomedis Thracis patria. 112 25.
diomedis & Herc. pugna. 112 35.
diomedis Palladium. 59 a 3.
diomedis monumentum. 68 e 44.
diomedis ſocij in aues uerſi: 68 e. 47 & 69 58.
dionyſia inſula. 127 a 1.
dionyſias lapis. 260 a 6.
dionyſius quorum Deus. 247 42.
dionyſius cur Liber pater dictus ſit. 47. b 30.
dionyſius tyrannus Platonem honore proſequitur. 48 b 39
dionyſii Halicar. locus emaculatus. 58 54.

Index.

dionyſius ubi nutritus. 127.6
dioſpolis urbs. 240.42.&.246.40
diſpas ſerpens. 291.a.29
dirce fons. 95.40.&.96.b
diriei loci deſctiptio. 286.d.46
diris fluuius. 230.43
dyris mons. 183.c.31
diſcendi amor. 112.37.38
ditiſſimi Arabes. 247.35
diues delicatus carpitur. 91.9
diuitibus tyrannis periculoſa. 13.5
diuitiarum ſpernendarum exemplum. 248.52.
diuitię nobilitati, ac fortitudini pręferuntur. 39.41
diuitias ſpernentes. 141.d.48
diuitiæ ſępe habentibus pernicioſæ. 185.a.12
diuinatio qua ratione fiat. 207.b
diuinatores. 299.37
diuinatorum mira redargutio. 333.37.& inde.
diui qui. 55.b.49.
docti ſępe ab indoctis ſuperati. 317.51
dodone op. Ioui ſacra. 88.b.38.43
dodonęi Iouis templum, & oraculum. 88.2
dolobella qualis. 41.a.&.195.b
doloncæ populi. 111.b.39
dolongi populi. 111.b.39
dominandi gratia interdum contra patriam. 42.11
domus Sale factæ. 211.a.3
domi defuncti olim ſepeliebantur 12.56
doriſcos locus. 113.a.17.
dormire ſenes cur non bene poſſunt. 320.38
dotem magnam accipiens imperium uendit. 110.56
draconum conſideratio. 217.d.56
draconibus concepti homines. 107.43
draconum, & Elephantum diſcordia, pugnaq́;. 187.a.4
draconum ingens magnitudo. 187 8.51.&.217.d.56.
dracontias lapis. 218.b.43
drepanum promonto. 334.c.18
duodecim tabularum leges 15.56
duritia lapidũ unde accidat. 311.53

EAle fera. 301.f.56.
ebrietas quid. 108.39
ebrietatis natura. 156.14
ebrietati contraria. 260.a.11
ebrietatem quæ inducant. 110.58.
ebrierate qui delectantur. ibidem.
ebrij liberiores. 47.b.34
ebrij Thraces quid faciant. 111.15
ebuſus inſula. 173.b.33
echinades inſulæ. 89.16.
echites lapis. 259.c.&.260.2
edyſſa opp. 106.3
edonij populi. 102.39
egialeus Oetę filius. 64.28
elymi populi. 79.23
electriadę inſulę. 160.17
electri conſideratio. 160.10.54
electri genera tria. 160.55
electrum unde in Italiã aduectum 160.d.47
electri mira uis. 161.b.4
elephantię ſerpentes. 202.a.5
elephantorum conſideratio. 184.a.33
elephantorum prudentium exemplum. 185.5.& inde.
elephantum, & Draconum diſcordia pugnaq;. 187.a.4
elephantorum carne uiuentes homines. 214.e.53
elephanti, & Rhinocerotis pugna 219.d.55.
elicon mons. 56.a
elleboro coturnices nutriuntur. 125.1.
elongoſine locus. 257.d.57
eloquentia Romani qui clari. 46 b.& inde.
eloquentia quibus hęreditaria. 47.a
emathion rex. .99 26.
Ἐμβολιμοὶ dies qui. 20.43
ementes, & uendentes ſeipſos circumſcribere poſſunt. 36.48
emodi montes. 292.e.49
enhydrus ſerpens. 236.c.41
enydros lapis. 261.a.5
ennij ſtatua in Scipionis ſepulchro. 48.a.3
ennij mors, ſepulchrumq;. 48.3
ennij patria. 48.a.17
ennij origo unde. 57.52
enos urbs. 103.54
enſis pro ſimulacris. 138.32
epaminundę ducis geſta. 90.3
epaminundæ laudes. 96.3
ephesię Dianę templum. 26.7.a.34
epheſię Dianæ Heroſtratus templum incendit. 267.49
epheſi urbis deſcriptio. 267.a.3
epheſi uaria nomina. 267.31
Ἡφαιστος, ἠφαίστιος. 86.34
ephialtes quid. 225.27
ephorus hiſtoricus. 268.c
epicureorum de hominis miſeria opinio. 31.13
epidaurus opp. 91.b.39
epigranea fons. 95.40.&.96.b
epiri fons miræ naturæ. 88.a.16
epiſtolæ ne intelligantur. 42.50
epithyche promon. 58.31
equę uento ubi concipiunt. 181. c.59.&.283.b.30.
equorum conſideratio. 280.a.3
equus primus quis. 280.24
equi unde dicti. 280.5
equorum bonorum ſigna. 196. e 50.57.&.283.5.
equi Numidię quales. 189.a.12
equos caneſcere. 139.30
equi ſylueſtres. 136.18.39
equorum genus triplex. 280.34
equus cæſaris mirus. 281.c.3
equi ubi ſepeliuntur. 281.c.25
equorum, & Camelorum inter ſe inimicitia. 289.f.58
erycina Venus. 193.d.46
ericula inſula. 87.c.27 (63.31
eridanus, & Rhod. fl. prope naſcũtur
eridanus flumen Atticę. 63.40
erymanthus mons, fluuiuſq;. 91.c
eriphyles hiſtoria. 54.36
erythra inſula. 242.c.45
erythræa inſula. 173.d.50.
erythræum mare unde. 242.45
eryx mons. 80.a.5
erodius auis. 69.46
eſſęnorum gentis laus. 254.c.43
eſſedones populi. 289.b.4
eſſedonum gentis mores. 141.b.26
eſos piſcis. 137.34
eteſiæ uenti quales. 144.22
etionis gigantis magnitudo. 37.3
euandri regis hiſtoria. 4.38.& 827.47.56
euandri parentes. 8.28
euandri Palantia filia. 9.30
euangelij locus. 290.37
eubœę inſulæ deſcriptio. 125. 36.&.96.d.
eubœa unde dicta. ibidem.
eubœi euripi deſcriptio. 125.48
euleus fluuius. 243.c.50.
euonymos inſula. 87.c.31
eupatoria urbs. 278.b.51
euphorbiæ herbę deſcriptio .182.a.21
euphratis fluminis deſcrip .256.b.1.
euphrates quod mare ingreditur. 256.53.&.258.22
euphrates unde dictus. 256.4
euphrates, & Tigris an eodem fonte orti. 256.30
euphrates Nilo ſimilis. 257.a.18
euphratis inundatio. 257.a.17
euriale Gorgon. 335.7
euripides poëta quando. 106.54.59
euripi Eubœi deſcriptio. 125.48
euripus alter. 130.a.1
euripi philoſophi hiſtoria. 126.5
europa ubi leones procreat. 111.35
europæ ſinus primus. 62.d
europę ſinus ſecundus. 62.d
europę ſin' s tertius. 87.40.& 116.a.5.
europæ ſinus quartus. 129.c.53
europę flum. quę maxima. 71.a.42
europæ, & Iouis concubitus primus ubi. 120.42
eurota rex. 90.32.&.91.31
eurotas fluuius. 91.a.31
eurobates Olympici uictor. 12.25
euros populos in lupos uerti. 137 a.38
eutychide tricies enixa. 23.d
euthymenis filium triennio tria cubita creuiſſe. 38.b
euxinus unde dictus. 175.b.48
exampeus mirus fons. 136.c.44
exercitus ingens. 130.25.31
experientiæ maximè credendũ. 317.2
exquilię unde dictæ. 13.43

FAcetè dictum. 35.54.&.36.b
fagutalis locus, lucuſq́;. 13.56.
falerij populi. 54.25
faliſca opp. à quo. 54.a.8
fames ingens. 22.d.42.50
famem ſedantia. 239.47
fauſtam quatuor uno partu peperiſſe. 23.b.37
febrem ceruos nũq̃ ſentire. 157.c.44
febrium remedia. 25.29.34
februarius menſis cur infauſtus. 19.27
februario menſe cur intercalatio fiat. 20.52
felicitatis exempla. 50.b.36
felix quis ſit, quiſue non. 50.37.52
felicis Arabię conſideratio. 243. c.41.

ferę

Index

feræ Indię plurimæ. 301.d
ferarum copia ubi. 218. e
feroniæ deæ ſacra. 63.54.
ferri uſus repertio. 119.22
fertilis locus. 146.26.&.149.32.& 335.48
fertilis loci deſcriptio. 163.c.&.166. a.12.&.168.53.&.289 d.46.
fertiliſsimus Byzacœnus ager. 193. a.5
fertilitas Africæ. 193.a.5.& inde
feſcenninum oppidum. 54.a.28.
feſti pompeij locus emaculatus. 58. 65
fibri animalis deſcriptio. 135.c.36.58
ficus Aegyptia qualis 239.a.5
ficus ingentis magnitudinis. 306. b &.307.4
fidenæ opp.à quibus. 59.b
filias ubi in matrimonium patres ducunt. 214.38.
filij parentibus plerumque minores. 37.c,39.
filiorum in parentes charitas. 82.b.53
filiorum erga parentes honor. 274.e.43
fimbrię Corylorum quales. 309.a
flaminius Lucius ſenatu ſublatus. 45.43.
flauiopolis opp. 115.d
flumen aurum uehens. 111.57.&.270. d.58.&.271.4.&.272.b.25.
flumina ęſtate creſcentia, decreſcentia hyeme. 231.51.
fœdus contrahentes ſanguinem hominum potant. 242.a.5
fœminæ generandę cauſæ. 26.41
fœminis mares cur maiores. 37.20.
fœminarum cadauera quomodo fluitent. 38.f.52
fœminę capillos ubi tondent. 147
fœminis ubi uulgo utantur. 168.g.51
fœminæ ubi negotia exercent omnia. 227.48.&.296.e.42.
fœmina ſacerdos ubi nulla. 227.50.
fœminæ ubi communes omnibus. 247.38.
fœminę quę officia exercere non poſſunt. 196.56.
fœminę ſemel tantum parientes. 99.c. 45.
fœminę concipientes quinto à natali anno. 300.b.31.
fœminę nobilis ornatus. 325.b.
fœtus quo ordine, & ſpacio formetur in utero. 28.d.41.
fœtus quando primum mouetur in utero. 29.a.3
fœtus in utero ſitus qualis 29.22.
fons Epiri mirę naturæ. 88.a.16.
fontem omnem in ſua origine ſacrum eſſe. 134.35.
fontes miræ naturæ. 83. a. 25. &;84. c.e.49.58.et.88.a.16.&.92.a.24.et.94. c.49.&.136.c.25.44.&.206.a.36.47. & 211.d.43.&.216 8.& inde.&. 242.55.& 243.3.& 253.51.
fonteius conſul. 40,a.5.
formię oppidum. 62.a.8.
formicarum conſideratio. 220. a.27
formicæ mirę ſubtilitatis 40. c.55.
formicarum oua urſis ſalubria, 191.b.5.
formicarum ſolertia. 220.35.
formicæ canis magnitudinis. 230.
formicis contraria.ibidem. 29.
formicarum damnum. 220.28
formicæ Indicę maximę ibidem 53
formicæ aurum cuſtodientes. 220 a.55
fortitudinis conſideratio. 39.a
fortitudo quid. 39.2.
fortitudinis genus duplex. 38. 58.
fortitudinē cur maximo honore proſecuntur reſpub. 39.27.
fortitudini diuitię pręferuntur. 39. 41.
fortitudinis exempla 41.b.3.& inde &. 90.a.33.
fortitudinem quinque modis accipi. 41.5
fortitudo in quo non conſiſtat. 41.5.
fortes uinoſos plerumque eſſe. 39.30.
fortes qui ſint. 109.32
fortes ſunt frigida loca incolentes. 109.29
fortunatę inſulę, & ad eas pertinens hiſtoria. 173.b.31. & 335.42.&.336.a
fortunatum quid. 336.9
fratres qui dici ſoliti. 28.2
fratrum piorum hiſtoria. 82.b. 53.
freno indigens. 269.7
frigida loca incolentes cur fortes 109.29.
frons animalis naturę ſignum. 196.50.
fructus Anno ubi bis. 52.43. & 293.a.4
fruges ubi inuentę. 120.48.
fruges Ceres qualiter reperit. ibidem 49.
frumenti inuentio. 82.a.41
fucinus lacus. 53.c.36.
fulminata è cœlo loca. 245 a 23.
fūnera canibus ubi uoranda dantur. 149.34.
funerandi conſuetudo. 149 34.
fur ubi nullus. 291.55.&.141 d.48
fures aqua arguens. 67.b.46.
furta qua ratione deprehendantur 259.40
futura qua ratione pręduci poſſunt. 199.3
futura ſignis prædici. 267.57
futura an ex ſtellis pręduci poſſint, 333.33.& inde.
futura pręducentes. 299.37
futura pręducentium ſubtilis redargutio. 333.37.& inde

GAbij à quibus. 56.a
gadir inſula. 173.d.53 &.174.3
gaditanum fretum. 152.a.31.43
gaditanum templum Herculis. 174.4
gagates lapis. 168 b.a.
galactites gemma. 89.a.10
galateæ, & Polyphęmi filij tres 162. 5.&.163.44
galatię deſcriptio. 274.f.58
gallia unde dicta. 162.1
gallię deſcriptio. 162.a.1
galliæ prouinciæ quot. 162.23.
galliam præpinguem eſſe. 162.a.42
gallię laudes. 162.50
gallinas ſine maribus parere. 711 a
galli cantum leo maxime timet. 197 d.33
gallus Polyphæmi filius. 162.3
gallorum ſuperſtitio. 163.8
galli litant humanis hoſtijs. 163.a.5
galli cur Italiam primum ingreſſi. 162.52.
gallorum origo. 162.38
gallorum mores. 162.52.
gallus Comirus quis. 162.3
gamphaſantes po. 226.b.33
gangarides po. 295.a.12
gangis flum.deſcriptio. 294. c.43
garama, uel garamana urbs. 212 e.50.
garamantum gens. 211.d.42 &.212 55.
garamantes matrimonia priuatim neſciunt. 214.a.12
gargaphiæ fons. 95.40.&.96.b
gargara montes fertilitatis mirę 163.c
gattuza oppidum. 113.b.34
gaulos inſula. 213.b.32
gebenna mons. 162.a
gellij locus reſtitutus. 33.44. &.60.5
gelonium ſtagnum. 84.d.52
gelonus Herculis filius. 138.44
geloni po. 158.a.42
gelothophyllidos herbæ natura. 31. 57.
gemmarum copia ubi. 258. c.h.& inde
gemmæ unde nomen ſumant. 260.a
gemmarum & margaritarum differentia. 323.29.
generationis hominum conſideratio. 24.a.& inde
generationis terminus. 25.52.& 26.51.
geneſara lacus. 252.b.51.
gens beata. 146.a.4.&.147.c.
gentilitatis aſtus. 208.40
gerogi populi. 141.d
gerionis hiſtoria. 174.a.21.& inde
gerania opp. 113.b.35
germania unde dicta. 158.31
germanię deſcriptio. 158.a.1
germania Scythiæ contermina. 158. a.41
germaniæ flumina. 158.c.49
germanorum genera quinq;. 158.5
germanos indigenes. 158.26
germani unde dicti. 158.31
germanorum mutua inter ſe charitas. 158.33
gigantum magnitudo. 37.a.1
gigantum genus quale. 37.6
gigantes Hercules ubi ſuperarit. 61. 43.
gigantum origo bellumque. 103.d.48.
gigantum ſcelera. 103.55
gygis regis annulus 218.55

gignen-

Index.

gignendorum ſimul plurium ratio. 23.461
gymnoſophiloſtæ phiſophi. 299.a
girapha fera 219.4
glanum fera. 198.48
glaſium herba. 169.35.
gleſſaria inſula. 160.b.4.31
gleſſum quid. 160.b.30.35.
gloria non ex loco, ſed econuerſo potius. 112.42.
gloſſopetra lapis. 260.a.25.
gneus Papyrius cum dentibus natus. 30.b.
gomorrum oppi. fulmine ictum. 254.a.35.
Γοργία, uel Γοργονία quid. 68.c.26.
gorgones quot, & earum nomina. 335.5.
gracchorum Cornelia mater qualis. 29.f.56.
graciles corpore timendi. 42.2
grææ hiſtoriæ certitudo quando primum. 14.45.
gręcia unde dicta. 93.37.
gręcia maior cur Italia dicta. 524.
gręcos Roma Cato Cenſorinus pellendos dicebat. 48.b.35.
gręcorum iactantia, mendaciaque 118.3.
gręcorum contra Troianos coniuratio. 96.d.33.
gręcorum qui uetuſtiſsimi 227.46.
græcis Minerua cur infeſta. 126. a.23.
græcorum naufragium. 126.a.23.
gręcus rex. 93.37.
grandi corpore plerumq; ſtultos eſſe. 37.25.
graucaſus mons. 289.a.3.
grauidis ſalem nocere comeſtum. 29.b.5.
grauidarum reuerentia. 150. a
grauidis utile. 259. d. 39.
grini hiſtoria. 205.19.
gryphes alites. 143.c.50.
gryphes fabuloſos eſſe. 222.26.
gruum conſideratio. 112.c.56.
gruibus Pygmæi unde pulſi. 113 .b 35.
grues unde dictæ. 113.58.
gruum prudentia. 114.2.& 115. a
grues Strymonię. 102.53.
grues quando hinc abeunt. 113.55.

HAbraam quando, & ubi natus. 333.3
habraam Aſtrologię repertor. ibid.
hæbudes inſulę. 168. a.10
hæmatites lapis. 223.f.&.224.5
hęmi montis fabula. 103.3
hęmorrhois ſerpens. 201.52.
haleſina regio, & ibi mirus fons. (84. c 49.
halys fluuius. 279. c .46.
hammanientum gens. 211. a .1
hannibalis caſtra. 62. c .49
hannibalem ex Italia pellendum oraculo Sibyllæ prędictum. 46.39.
hannibalis interitus 276. c .37.
hannibalis Libyſſa ſepulchrum. 276. a 12.
hanibalis, & Pruſię hiſtoria. 276.37.
harmonia à quo primum. 119.4.
harpocrates ſilentij deus. 5.49.
haſta pura quę. 91.23.
hebeni arboris conſideratio. 399. b 41
hebrus fluuius. 111.b.34.
hecates filij. 64. a .25
hecuba in canem uerſa. 116.7.
hecubæ Cynoſſema ſepulchrum. 116. a .7.
helenæ ſydus quo mitigatur. 25. c 42.
heleni chaon frater. 87.56.
helenes reges unde. 99.a
helia opp. 58.1.
heliadũ, & Phaëtontis fabula. 160.47.
helidis Iouis templum. 106. c .46.
heliotropium gemma, herbaque. 202 d.45.&.203. a. 5.
helis regio. 106.d.47.
heliutropeza. 216. a. 29.
helladis deſcriptio. 93. c .35.
helles rex. 93.40.&.99.a.
helleſponti deſcriptio. 129. c. 53.
heneti pop. 278.28.
heniochorum gens. 142.e.&.287.f.
hephęſtiæ inſulæ. 86.c.27.
hephæſtia op. 128.b.&.129.20.& 226. b .45.
hera Iuno. 57. a .25.
heraclea opp. 277.a.&.287.d.47.
heracliti conſtantia. 31.b.
heracliti lachrymæ. 112.46.
heracliti ſcripta qualia. 269. a .39.
herciniæ ſyluæ deſcriptio. 158.b.42.
herculis ara. 6.a.4.53.&.180.c.
herculis ædes cur fœminæ non ingrediantur. 6.14.
hercules plures. 6.31.
herculis Euandri hiſtoria. 7.1.53.
herculis genus. 15.2.
herculem non niſi fœminam unicam genuiſſe. 26.48.&.296.51.
hercules, & Iphiclus qualiter geniti. 27.a.29.
herculis filij Theſpiades in Sardinia. 27.38.
herculis magnitudo. 37.a.36.
herculis, & Crotonis hiſtoria 56.54.
herculis & Mycili hiſtoria. 56.57.
hercules gignantes ubi ſuperarit. 61.43.
hercules quod cum Cicadis. 67. .d.41.
hercules Aegyptius. 74.3.
herculis geſta. 91.d.57.
herculis patria. 96. a 1.
herculis, & Diomedis pugna. 112.35.
herculis deliciæ Abderitus puer. 112. 36.
herculis templum apud Gades. 124.4
hercules Geryonem perimit. 174.34. & inde.
hercules plures. 174.57.
herculis columnę. 175.a.7.
herculis Libys quis. 179.b.6.
herculis, & Antęi certamen. 179. c.40.
hercules in Atlante monte. 182. c.55.
hercules Cerberum ab inferis extrahit. 277,b.45.
herculis Pandea filia. 296.e.42
herculis filij ſeptuagintaduo, filia tantum una. 296,51.
heretum opp. à quo. 57.a.25
hermothyebies qui. 227.55.
hermus fluuius. 372.b.
hermonies hiſtoria. 103.42.
herodotus de Pado, ſiue Eridano flumine. 63.4.
herodotus de Iſtro flumine. 134.43.
herodotus hiſtoricus. 2.68.d.
heroſtratus Epheſię Dianę templum cur incenderit. 267.49.
heſiodus quando. 272.c.49.
heſiodi de trium hominum generibus ſententia. ibidem. 29
heſperię duæ. 51.50.
heſperides quæ. 179.51.
heſperidum horti. 279.c.51.& 208.
heſperidum inſulæ. 335.38.
heſperionceras promon. 334.b.24.
heſperus Mileſius quis. 180.2.
hexecōtalithos lapis. 22.b. 5.&.226.3.
hyadum nomina. 255.19.
hyacinthizontes gemmæ. 314.57.
hyacinthus lapis. 223. b. 34.
hibernię inſulę deſcriptio 165.b.38.
hibernia quibus abundet, careatue. 166.a.19.
hiberniæ diuerſa nomina. 165.39.
hiberniæ incolarum mores. 165.b.48.
hiberniæ magnitudo. 165.36.
hibernici hominibus ueſcebantur. 165.48.
hibernici Chriſtiani optimi. 165.
hyems ubi perpetua. 143. b .47.
hyenę ferę deſcriptio. 198.c.28.
hyenium lapis qualis. 199.a.1.
hiera inſula. 87.a.45
hiericus campus. 253.a.36.
hieronymi ſcripta qualia. 2.41
hieroſolyma urbs. 252.c.54.
hieroſolyma à quo conſtructa. 253.3.
hieroſolymorum diuerſa nomina. 253.3.
hieroſolymorum excidium. 253.35.
higinij locus reſtitutus. 27.35.& 39.50.
hylę pueri hiſtoria. 275.c.45.
himantopodes quales. 226.c.56.
himereum flu. miræ naturæ. 83.b.38.
hymetus mons. 94.b.
hypanis amnis deſcriptio. 136.b.9.
hypanim, & hypaſim non eundem fluuium. 136.33.
hypaſis fluuius. 294.c.54.
hypate inſula. 174.25.
hyperborei Palanto filia. 9.b.38.
hyPerboreos nullos eſſe ſecundum quoſdam. 145.49.
hyperborei pop. unde dicti. 145.d.1.
hyperboreorum uirginum ſacra. 174. a.9.
hyperborei Apollinem maxime colunt. bidem.
hyperboreos mille annos uiuere. 292.23.
hyperiocha uirgo. 147.27.39.
hypnale ſerpens. 201.a.46.
hypocritarum redargutio. 150.49.
hippemolgi populi. 155.31.
hippo Regius op. 193.c.38.
hippocrene fons. 95.40.&.56. b.23.
hippodamię Oenomaus pater. 175.29.
hippomanes uirus. 282.c.47.

hippo-

Index.

hippona dea. 193.39
hipponax poëta. 268.e
hippopodæ pop. 155.c.22
hippopotami deſcriptio. 149.30
hircani maris origo. 149.8.
hircani populi. 286.d.54
hircaniæ deſcriptio. 149.30
hircius conſul quando. 16.a.21
hirci ſanguine Adamas frangitur. 312.e.57
hirpi pop. quales. 63.c.43
hirundinum conſideratio. 115.d.51
hirūdines futura pręſagiunt. 115a.52
hirundines quæ loca aſpernantur. 115.e.51
hiſpania quando Ro. facta. 170.b.47
hiſpanię deſcriptio. 169.f.53
hiſpanię fertilitas. 169.f.64.& inde &.170.14.54.& inde
hiſpaniæ diuerſa nomina. 170.1
hiſpaniæ incolæ. 170.35
hiſpanię prouinciæ. 170.b.42
hiſpani ex Græcis oriundi. 170.37
hiſtoriā ſcribēti quæ neceſſaria. 2.10
hiſtorico ſatis eſt ueterum authoritati inniti. 3.b.10
hyſtrix fera. 221.e.56
hytanis fluuius. 326.55
homeri patria, ac reliqua hiſtoria. 272.c.28
homeri Iliadas in Nuce. 40.c.52
homeri ſepulchrum, patriaque. 122 c.48,&.123.a.1
homerum quę urbes ſibi uendicent 123.15
homo cur minor mundus. 8.c
hominum ſtatura cur uaria. 37.16
homines ſtaturæ maximi. 214.e.53
hominis mēſurę ratio bifaria. 38.d.4
hominis natalis triſtis, lętus interitus. 110.a.1
hominum uita ridenda, deplorandaque. 112.44
homines ubi immolentur. 141.41 &.163.a.5.&.165.22.&.247.37.
homines multos peremiſſe ubi honor maximus. 142.a.4
homines iuſtiſsimi. 147.49
hominum genera tria. 1.32
hominum miſeria. 22.15.&.31.13. & 110.a.2.&.112.51
hominis natura mater, an nouerca. 22.21
homini non naſci melius. 22.31
hominis excellentia. 24.12
hominum generationis cōſid. 24.a
homines an fuerint ab ęterno. 241. 31
hominum magnitudo maxima quæ ſit. 37.a.1
homines lupos fieri. 137.a.38
homines monſtroſi plures. 217.a.1
homines primos Aegyptios fuiſſe. 227.40
homo ſapiens tantum dici poteſt. 269.23
homines mites. 291.d.49
horatij locus. 189.30.&. 308.46
horologium quando Romæ. 77. a.39
hoſtia ubi nulla cęditur. 10.38
hoſtilia curia. 12.29
hoſtilij Tullij regis geſta. 12.15
humana carne ueſcentes. 165.48
& 215.c.38
humani corporis excellentia. 35
humido, & calido uitam conſiſtere 146.36.
hungarus rex quis. 163.50
hungarorum origo, & unde dicti. 163
hungarorum laus. 163.51
hungari falſo regem canem habuiſſe creduntur. 215.8

I

IAculi ſerpentes. 700.c.47
ianiculum unde dictum. 53.a.1
iani portę ſub Auguſto clauſę. 16.49
iaon Adriæ pater. 175.5
iapias Acras. 71.d.55
iapix unde Iapiges. 53.c.56
iaſon in italia. 53.c.39.50
iaſoni Iuno cur fauerit. 53.44
iaſſum opp. 133.a.1
Iaxartes flu. 288.d
iberus flu. 172.a.26
ibides aues. 238.a.26
icarius mons. 94.b
icaros inſula. 127.b.27
icari Dædali filij hiſtoria, 127.c.39
ichneumon ſerpens. 236.c.41
ichnuſa inſula. 74.a.41.53
ichthiophagi populi. 298.c.43.& 326.d.41
icoſium opp. 188.b.42
ida mons ſolem nocte uidet. 119.24
idæi Dactyli qui, & unde. 119.a.13
idumęa regio. 250.b.28
igilium inſula 72.48.
ignis qui aqua accenditur. 164 a.33.&.169.7
ignis, & nix ubi ſimul. 80.53
ignis ubi ſponte accenditur. 85.b.5
ignis natura. 179.6
ignis ubi repertus. 119.22.& 123.d.58.&.217.18
igne quoſdam non aduri. 63.c.43
igne quę non abſumantur. 92.b.38
ignis Mineruę perpetuus. 169.a.
ignis uſus apud quoſdam nullus. 217.b.5
ignis primum rerū principiū. 217.46
igne quę non caleſcant. 259.57
ignitabula ubi reperta. 123.d.58
ignoranti quid agendum. 1.20
ilia Romuli mater. 9.48
ilium an captum à Gręcis. 15.48
ilium an captum à Gręcis. 14.44
ilienſes pop. 74.c
illyrius Polyphęmi filius. 162.5
illyrij filij plures. 163.46
illyrij populi unde dicti. 102.46 & 163.46
illyrij ubi. 70.22.32
ilua inſula. 72.49.57
imagines deorum ex qua materia. 310.c.54
immanitas hominum. 156 49
impar numerus quid ſignificet, & cur eo dijs ſacrificetur. 20.13
impari numero Pythagoras ad quid uſus. 19.57
imperatoris uxor qualis eſſe debet. 41.51
imprudentium hominum redargutio. 156.6
in pedes naſci contra naturam. 29 c.15
inachus rex fluuiusq;. 91.a.57
inarime inſula. 72.52.&.73.2
india ab Alexandro uicta. 108.a.1
indię flumina. 294.c.27
indiæ feræ. 301.d
indiæ, & ad eam pertinentium deſcriptio. 292.c.24.et inde p totū.
indię magnitudo. 293.d.43
indiam quo itinere petant illuc accedentes. 327.c.31.& inde
indiæ odoramenta. 311.b.48
indię ſpatium. 328.c.1
indicę formicæ maximę. 220.53
indicæ gentes quot. 326.25
indicum itinerarum. 326.a.1
indici Tauri deſcriptio. 302.a.3
indorum exercitia. 295.a.12
indorum genera ſeptem. 295.37
indorū regum potentia. 295.a.&inde
indorum habitus. 297.b.52
indorū regū ornatus. 310.a.53.et 315.b
indigetes dij qui. 59.39
infantes lacte ferino quidam nutriunt. 120.17
inferos pro dijs colentes. 226.a.24
inferos per Acheruſium ingreſſus 227.b.40
infirmis ſuccurrendum. 114.d.50
inimica plurima inter ſe 197.50.54
inimicitię exemplum. 236.b.41
inſomnium quid. 225.20
inſtar an prępoſitionem recipiat. 104.45.
inſularum quędam magnę, quędam paruæ. 117.1
intentatum nihil hominibus. 150.e
intercalandorum dierū ratio. 20.34
intercalatio cur Februario menſe fiat. 20.32
interitus ubi cum gaudio. 110.a.2
inuiare quid. 52.e.58
inus hiſtoria. 94.a.21
inutilis quis. 1.42
ioannes Mainardus. 308.8.
ioannes Baptiſta locuſtis ueſci ſolitus. 215.48
iolai hiſtoria. 27.b.38
iolaum Ariſtæus creat. 74.c
iolenſes qui, & unde dicti. 27.41
ione Naulochi filia. 53.b.34
ionica regio unde. 53.b.34
ionium mare unde dictum. 175.5
ioppe oppidum. 250.b.35
iordanis fluuius. 252.a.23
ios inſula. 122.57
iphiclus quis. 15.20
iphiclus, & Hercules qualiter geniti. 27.a.29
iphicli tres. 27.a.29
iphicli cuiuſdam pernicitas. 39.43
iris lapis. 249.c.18
iſidorus qualis. 84.10
iſmenus fluuius. 90.a
iſtri fluminis deſcriptio. 134.c.14
iſtri oſtia. 134.38.59
iſtri ortus. 134.c.26.& inde.
iſtrū quę flumina ingrediūtur. 134.56
iſthmia ludi à quib. inſtituti. 92.48
iſthmus Thracię. 115.f.56
iſthmi deſcriptio. 92.b.42.&.95.b
Ἴσμός quid. 152.39.
itaceſia inſula. 73.a.1
italię deſcriptio. 51.a.3.&.60.d.37

itaſia

Index

italia Saturnia quondam dicta. 8.1.22
italiam qui græci incoluerint. 7. 53.&.8.45.58.
italię laudes, & excellentia. 51.a.3
italiæ ſitus. 51.23
italię diuerſa nomina. 51.45.56.
italia unde dicta. 51.52
italiæ termini. 51.58.&.52.5. &.60.d.37.
italię externi cultores. 52.d.2
italia cur magna gręcia. 52.4
italię fertilitas. 52.a.29
italiæ urbes à quibus conditę: & unde dictę. 53.a.1.& inde.
italia querno folio ſimilis. 60.d.52
italię longitudo. 62.b.35
italię umbilicus. 62.c.54
italia, & Sicilia quondam iunctę. 62 a.&.78.f.47
italię circuitus ſpatium. 62.d
italię adiacentes inſulæ. 72.a.1.45
iubę regis hiſtoria. 183.36
iudeę deſcriptio. 251.d.50.& inde
iudæa unde dicta. 251.50.
iudæorum origo. 250.50.57
iudęorum dogma triplex. 254.46
iudaicus lapis. 259.7
iudex qui aptus habeatur. 1.29
iulia Auguſti filia, neptiſque. 82. d.44
iulia Auguſti filia qualis. 29.50
iuliani anni qui dicantur, & quare. 19.36
iulij Cæſaris parentes. 30.40
iulij Cæſaris fortitudo, ac mirum ingenium. 41.h.37.& inde
iuno contra Iouem. 53.41
iuno cœlo pulſa. 53.44
iuno Iaſoni cur fauerit. 53.44
iuno hera. 7.a.25
iunonis Monetæ ędes Romæ. 11.16
iunonis Argiuę templum à quo. 53 c.39.50
iunonia inſula. 336.d.38
iupiter à capra nutritus. 120.9
iupiter αἰγίοχος unde dictus. 120 10. Lege Lactan. cap. 21. primi.
iouis Beli templum. 332.b.48
iouis cognomina plura. 10.54 Vide Lactan. cap. 22. primi.
iouis Helidis templum. 106.c.46
iouis ſepulchrum in Creta. 120.3 Idem Lactan. cap. 11. primi.
iouis Epithaphium. 120.1
iouis cum Europa concubitus primus ubi. 120.42
iouis Dodonæi templũ, oraculumque 88.2
ioui trophęa tributa eſſe. 90.39
iura mons. 162.a.42
iuſtitia quid. 17.3.13
iuuenum officium. 321.55.
ixion Iunonis amore captus. 10.5

K

Kappa tria peſſima. 117.37
κυνόδοντες qui. 30.d.55
κρίου μέτωπον. 114.c.47
χρυσόκερας promon. 115.c.2
κυνόσημα . Hecubæ ſepulchrum. 116.a.7.

L

LActe matris pueros nutriendos 120.17
lacte ferino infantes quædam nutriunt. 120.17
lactis copiam faciens. 89.a.20
laceaumeue locus. 239.d.49
lacedęmon urbs unde. 90.33
lacedęmonum, & Tegeatum bellum. 37.42
lacedæmonis Sparta uxor. 90.32
lacedęmoniorum, & Meſſeniorum bellum 91.29
lacedęmoniorum, & Argiuorum bellum. 90.33
lacertis ueſcentes homines. 225.37
lactantij Placidi reſtitutus locus 90 52
ladæ cuiuſdam pernicitas mira 39. a 41
ladon flu. 91.d
lęſtrigones quales. 62.a.14
lagia inſula unde dicta. 123.d.57
laidis meretricis hiſtoria. 81.d.51
laliſiones aſini. 199.46
lampis quidem fortunatus. 50.51
laodice Antiochi uxor. 35 b.16
laodice uirgo. 147.28.39
lapidarij campi ubi. 53.a.28
lapidibus unde datum nomen. 260.2
lapidum duritię cauſa. 311.53
lapithæ populi. 100.c.46
lapitharum bellum ibidem.
lapon rex 194.b.28
lapſis ſuccurrendum. 114.d.50
laribus ludi à quo inſtituti. 13.40
larium ædes Romę ubi. 12.b.51.
lariſſa opp. 96.e
laſer quid. 207.34
laſerpitium quid. 207.7
latinæ feriæ à quo. 13.54
latini regis, & Aeneæ fœdus. 59.5
latium unde dictum. 53.a.1
latium ubi. 60.30
lauinium urbs. 58.a
lauro coruus ſanitatem reparat. 274.c.11.
laudis cupiditas. 194.25
leęne, & Pardi adulterium. 151 c.38
leandri, & Herus amor. 116.3
leleges pop. 96.c.45
lemnos inſula. 128.b.&.129.29
leonum conſideratio. 195.c.43
leo unde dictus. 195,43
leones ubi in Europa. 111.33.35
leonum genus triplex. 195.c.46
leones proſtratis parcere. 196.a.2
leo quot fœtus pariat. 196.d.36
leonis generoſi ſigna. 196.c.50
leones quæ maxime timent. 197.d.33
leones quos non attingunt. 197.53
leonum carne uiuentes. 215.b.32
leontophoni beſtię conſideratio 197.d.54
lepidorum trium inter ſe ſimilitudo 34.b
lepte acra promon. 334.c.18.
lesbios maris imperium tenuiſſe quondam. 60.26
letheus unde dictus. 120.35.39
lethon amnis. 208.f.49
leuce inſula. 153.29
leucoſia inſula unde. 58.a.21
leucotheæ hiſtoria. 94.21
leucrocutę ferę deſcriptio. 301.d.38
leuctrę opp. 89.e.58.
lex Tribunitia qualis. 15.449
leges duodecim tabularum. 15.56
leges à Cerere primum repertę. 118 48.
leges cur repertæ. ibidem 51
legem ſtatuens, legi parere debet. 269 33
leges Ciconiarię quales. 274.54
legis uigorem habet quod principi placet. 320.54
liber pater ubi nutritus. 197.a.27
libros Minio exornari. 171.11
librorum examen cui dandum. 1.a.5
libertatem quidam fugiunt. 279.36
libethrides Muſę. 102.a.12
libethrus fons. 102.a.12
libyæ deſcriptio. 178.c.47.& inde
libya unde dicta. 179.b.26
libyę termini. 179.20
libyę prouincię quę ſint. 178.50
libidinis mirę exemplum. 98.a.16
libyſſa Hannibalis ſepulchrum. 276 a.12.
liburni populi. 70.b.18
lycabettus mons. 94,8
lycæus mons. 91.c.49
licęus Iupiter. 91.56
lycaon fera. 221.a.2
lycaonem regem in lupum fuiſſe conuerſum. 138.30
lyches Oreſtis corpus quo aſtu repe‑rit. 37.51
lychnites lapis. 314.a.8
lycię deſcriptio. 265.f.49.& inde
lycię ſortes. 265.58
lycię urbes. 266.48
lyciorum mores. 265.54
lictor cur dictus. 48.2
lyctus locus. 120.30
lycus fluuius. 277.a.279.e
lygdami fortitudo. 32.b.46
ligia inſula. 54.c.54
lygos opp. 115.c
ligures Corſicę authores. 73.b.5
ligurum gens Siculi. 79.3
lilybęus promont. 77.42
lilybæum opp. 78.f
lymphatici numi qui. 25.7
lyncis ferę conſideratio. 66.d.48
lyncurium gemma. 66.d.51.
lingua animalia quędam carere. 274 e.28
linguæ auium differentiæ. 306.6
lipara inſula unde dicta. 86.55
liparis flu. mirę naturæ. 216,42
liparus rex quis. 86.55
lyſander dux quid circa Sophoclis corpus. 47.b.14
lyſander Athenas obſidet. 47.b.
literarum repertor Cadmus. 96.b. 10
liuiæ Criſtallum ingens. 145.c
lix colonia. 179.b.37
locri à quibus. 56.b
locus ſaluberrimus. 146.c.43
loco ſuo omnia ponenda. 2.25
locorum nobilitas ex quibus.. 52. b.31
loca frigida incolentes cur fortes. 109.30
locorum qualitas, ac uis. 109.29 & 155.41.&.204.13
locuſtis ueſcentes 215.d.47.

lollia

Index.

lollia Paulina. 325 c 41
longæ uitę homines. 72 37 & 129 b 39. & 215 f 57 & 291 51 & 292 22.
loripedes quales. 226 57
lotophagi pop. 204 d 36
lotos arbor. 204 37.
lucę boues. 188 a 110.
lucanię fructus bis anno uno proueniunt. 52 43.
lucētia nocte curquædam ſint. 159 1.
lucidię aues. 158 57.
lucius Plancus orator. 35 d.
lucij Sicinii fortitudo. 41 b 12
lucius Flaminius ſenatu motus 45 41.
lucullus unde Apollinis ſimulachrū Ro.aduexit. 153 a 2.
lucumo Priſci Tarquinij filius. 13 11.
ludorū genera iiij. apud Græcos 15 5.
luna ubi non niſi ab octaua in ſextādecimam cerni poteſt. 318 a 28.
luporum conſideratio. 663 & inde.
lupus uocem adimit eius, quem primus uiderit. 66 a 5.
lupum interficientis premium. 66 34
lupi Ceruarij natura. 66 c 40
luporum genera tria. 66 44.
lupi ubi non ſint. 663 & inde
lupos homines fieri. 137 a 38.
lupi Aethiopici proprium. 221 d.
luſitaniæ deſcriptio. 171 24
luſtrum Ro. à quo primum. 13 32.
luſa Bacchi comes. 171 24.
luſitania unde dicta. 171 26
luſus Bacchi comes. 171 24.
lutra qualis fera. 135 c 48

M

MAcaron inſula. 153 29.
macaronneſos inſula .118 b 28.
macedo macedonię rex. 105 b 51.
macedonia unde dicta. 105 b 51
macedonia qualiter Romanorum facta. 108 c 51.
macedonię regum ſeries. 105 b 41 & inde & 106 38.
macedoniæ reges ubi ſepeliebantur. 106 b 17.
macedonię deſcriptio. 102 b 33.
macedonię termini. 102 c 42.
macedoniæ aurifodinę, 103 b 33.
machlyes pop. quales. 214 14.
macrobij pop. 129 b 31 & 215 f 57.
męnades unde dictæ. 89 5.
magicæ uanitatis repertor. 31 32.
magicæ apta. 199 a 11
magiſtratu domum alicuius intraturo lictor fores uirga percutiebat. 47 57.
magnetis conſideratio. 313 b 22.
magnes lapis unde dictus. 313 33.
magnetis, & Adamantis diſcordia 313 b 22.
megneſiæ regio. 101 8 46.
magnitudo hominum maxima quæ ſit. 37 a 1 54
magnitudinis animalium cauſę. 319. 51.
maianardus Ferrarienſis. 308 8.
maiores cur excellentiores poſteris. 30 d 50.
maiores plerunq; ſtulti. 37 25.
maioribus minores cur prudentiores. 37 33.
malachum inſula. 334 d.
malea promon. 89 47
maleus mons. 296 c 25
mancipiorum uendendorum edictū. 361 3.
manticorę feræ deſcri. 302 b 44.
marathon campus. 95 a 2.
marcellus. M. quoties dimicauerit. 42 a.
marcellus quid egerit Syracuſas capiens. 79 42.
marci Sergij fortitudo. 41 d 33.
marcus Curius cum dentibus natus. 30 b.
marci Muſuri laus, in epiſt. prælim.
mare fuiſſe ubi nunc terra eſt. 105. 28 & 105 a 28.
maris quæ maxima profunditas. 101. 41 & 317 56.
maris Rubri cauſę. 242 c 45.
maris animalia cur tam magna. 251. 4.
mare terram qua parte ingrediatur. 152 a 1 & 175 a 1.
maris diuerſa nomina. 175 b 14 & inde.
mare qualiter unum, & plura. 175. 45.
maris fluxus & refluxus cauſæ. 176 c 58 & inde.
maris Pontici nulla reciprocatio. 152. c 42.
maris aqua an congelari poſſit glacie 153 52.
mare Cronium quod. 154 a 4.
mare ubi dulce. 154 b 35.
mare cur ſalſum. 154 38.
maris numina quæ. 94 36.
margaritarum conſideratio. 323 a 20 & inde.
margaritarum & gemmarum differentia. 323 29
margiana regio. 286 d 55.
mariana colonia. 72 45 & 73 37.
mariandini ſinus. 277 a.
maritimi ęſtus ubi maximè. 126 3.
mariti unius, uxores plures. 110 a 40. 47.
maritorum cauſa uxores ſe perimentes. 110 b 46 & 300 c 49.
marij foſſę. 71 a 4.
marij latebra. 203 e 56.
marmor Numidicum quale. 189 a 27
maronea regio. 112 a.
marrubii populi qui. 64 31.
mars ubi pro Deo colitur. 138 a 32.
mars in Thracia notus. 109 39.
martis domus ubi. 109 42
marſyas rex 6 b
marſyę Satyri hiſtoria. 269 58
marſis ſerpentes innocui. 63 e 58.
marſi unde dicti. 64 15.
martialis locus. 151 56 & 169 45.
martiani locus reſtitutus. 62 47 & 74. 27 & 179 38.
martij Anci regis geſta. 12 b 42.
mas qua ratione generetur. 26 41.
mares fœminis cur maiores. 37 20.
maſcula Venus à quo reperta. 117. 36.
maſiniſſa rex 86. anno filium procreauit. 26 b 51.
maſſagetę populi. 289 b 4.
maſſilia urbs unde dicta. 70 c 36 38.
maſſilia quando condita. 71 a 3.
maſſilienſiū inſtituta, moreſq; 70 56.
maſtuſia promont. 116 a 5
matres ubi in matrimonium ducuntur. 214 38.
matribus cum, coëuntes. 247 40
matris reuerentię exemplum. 290 36.
matres Cameli non ſuperueniunt ſuas. 230 36.
materni amoris exemplum. 149 53.
matrimonium quale eſſe debet. 110 c 53.
matrimonij exemplum. 201 5 & 202 b.
matrimonia apud quos nulla. 214 a. 12.
matrimonia Perſarum qualia. 214 37.
matrimonium à quo, quando, ubi inſtitutum. 214 45
mauritanię deſcriptio. 183 f 53.
mauritij ordinis Minorum laudes. 165 55.
maximini caliga. 37 30.
mazaca urbs. 279 c 54
meandri fluminis deſcriptio. 270 a. 46.
meconites lapis. 260 d 44
medea Angitia cur dicta. 64 28.
medeæ filius Medus. 330 57.
medeæ parentes. 64 28.
medię regionis deſcriptio. 330 c 51.
media unde dicta. 284 41 & 330 57
medica malus, & Citreum an arbor eadem. 285 10
medicę arboris deſcriptio. 284 e 41.
medicum oleum miræ naturę. 164 a 33
mediterranea maria unde caput tollant. 152 a 1 & 175 a 1.
medullæ arborum differentiæ. 310 38.
medulla quoſdam carere. 32 b 56.
medus Illyrij filius. 163 46.
medus Medeæ filius. 330 57.
medorum reges quam aquam bibāt. 243 c 51.
meduſa à Perſeo perempta. 174 21.
meduſa Gorgon. 335 11.
megales Phryx. 6 b
mel longę uitę cauſa. 72 37.
mel Sardinię quale. 75 5.
mel Corſicę uenenatum. 72 38.
mel quid. 94 42.
mellis naturę accommodum. 94 42.
mella ubi optima. 94 b 40.
melæ Pomponij locus. 90 44 & 242. 43.
melanes ſinus. 115 g.
μελανκορύφοι aues. 161 d 45.
melantho Deucalionis filia. 96 43.
melas flumen mirę naturæ. 97 46
melita opp. 279 c 53.
melon Latinè Nilus dicitur. 181 40.
melos inſula. 128 28 29.
memnonis regis hiſtoria. 273 2.
memnoniæ aues. 273 b 5.
memoria qui maximè floruerint. 43. a 51 & inde.
memorię conſideratio. 43 a 4
memorię ars. 44 a 23.
memoriam multis modis lædi. 44 b. 54 & inde.
memoria quid. 43 a 5
memorię ſapientia filia. ibidem.
memoria ſenſitiua, intellectiua altera 43 30.
memoria naturalis. ibidem.
memoria artificioſa. ibidem.

Index.

memoria dea quędam apud ueteres. 43 36.
menalus mons. 91 c 49.
menandri,& Palęmonis hiſtoria. 317. 51.
mendacium Cretenſibus plerumq; adſcriptum. 117 41.
mendacia paſſim fieri. 76 46.
menelai Canopus gubernator. 234 a. 29.
meninx inſula. 203 e 53.
menogenis,& Meſſalę ſimilitudo. 35. e.
menſis Sextilis. 17 57.
menſe anni primo quæ fieri ſolita. 18 b 45.
menſium ſex dies. 146 b 44.
menſes lunares à quo reperti. 333 27.
menſtrui fœminarum conſideratio. 24 b 40.
menſtruus ſanguis in partes tres diuiditur. 24 45.
menſtruum quid,& eius cauſa. 24 42 48 51 59.
menſtruum fœminis omnium animalium accidere, 24 50.
menſtruorum remedia. 24 57
menſtrui effectus. 24 c & 25 1 & 26. 11.
menſtrua ad quę proſint. 25 c 15
menſtruum unde dictum. 25 47.
menſtruum uariè accidere. ibidem.
menſtruum quando ceſſet. 25 51.
menſtruum etiam uiris accidere. 26 9
menſuræ hominis ratio bifaria. 38 d. 4.
mercatorum mos in uẽdendo, emendoq;. 36 45.
mercurius ubi natus. 91 49.
mercurius Aſtrologiæ repertor. 333.
mercurius Cyllenius unde dictus. 91. 52.
mercurij promon. 192 a 34.
meretrix ubi nulla. 185 46 & 29 55.
meridiem uerſus umbrę ubi. 317 24.
meroë inſula. 215 e & 230 a 15.
meros mons. 297 a 27.
merula ubi alba. 92. a 33.
meſappus mons. 271 30.
meſopotamiæ deſcriptio. 256 45.
meſopotamiæ fertilitas. 257 11.
meſſala conſul. 191 c 39
meſſalę,& Menogenis ſimilitudo 35. e.
meſſala Coruinus ſui nominis oblitus. 45 a,
meſſana opp. 78 f.
meſſapia unde dicta. 57 d 46.
meſſapus quis. ibidem.
meſſeniorum, & Lacedæmoniorum bellum. 91 29.
metapontum oppidum à quibus. 56. a 33 & 57 b.
metaurum oppidum. 57 b.
metellus, & Scipio cur æmuli. 46. 27,
metellorum familiæ pietatem peculiarem fuiſſe. 49 20
methone oppidum. 101 d 49.
metops arbor. 207 a 2.
metrodorus philoſophus quando. 44 a 34.
metus uocis incitamentum. 45 a.
mezentii,& Aeneæ bellum. 59 32.
myagrus Muſcarum deus. 7 36. Similia habes ca. 2 duodecimi apud Cœlium.
mycili,& Herculis hiſtoria. 56 57.
mydæ fabula. 271 1.
mygdonia prouincia. 102 40 & 257 c. 39.
miletos urbs. 271 c 47.
milicertę ludi. 92 52.
militares coronę. 41 27.
milo mons. 299 b 43.
milonis Cronitatis fortitudo, ac reliqua hiſtoria. 33 a 5.
mimnermus poëta. 268 c.
minerua unde Tritonia. 120 47
mineruæ patria. 120 45.
mineruæ in templo ignis perpetuus. 169 2.
minerua artium dea. 205 a 3.
mineruę templum in Brutiis à quo conditum. 54 c 44 & inde.
minium ubi prouenit. 171 4.
minio libros exornari. 171 11.
minoẽn maris imperium obtinuiſſe. 117 30.
minois imperium. 126 47.
minora audaciora plerumq; eſſe. 236. 56.
minores maioribus cur prudentiores? 37 33
miracula dęmones interdum facere. 50 20.
miracula facere cuius ſit. 50 27
miracula plura. 25 41 53 & 45 16 & 47. b 4 & inde & 50 a 2 & 56 57 & 63 c 43 et 64 1 & inde & 67 c 5 & 68 50 & 79 52. & 80 1 53 & 83 a 25 38 52 & 84 c 49 54 et 85 b 5 & 88 4 16 & 29 a b 33 38 & 97 a 42 & 99 2 & 114 1 & 119 b 24 & 122 5 31 & 153 b 30 & 164 a 33 & 173 2 & 177 4 & 180 d 52 & 197 d 54 & 198 c 28 & inde & 206 a 56 & 208 34 & 211 43 & 214 e & 223 a d 5 43 & 254 a 24 & 255 g 52 & 257 1 & 258 e & 259 40 & 263 b 40 273 c f 55 & 299 b & inde & 311 14 & 312 a 15 57 & 313 22.
mirina opp. 128 b & 129 20.
myrina Amazonum regina. 335 19
myrmecites lapis. 260 d 46.
myrrhę conſideratio. 244 d 54.
myrrhæ genera plura. 245 10.
myrrhę,& Cinyræ fabula. 245 35 34.
myrrhites lapis. 258 g 52.
myrthili,& Pelopis hiſtoria. 175.
myrtoum mare. 175 b 26.
miſcelli hiſtoria. 56 52 & 57. 7.
miſenum unde. 58 11 30.
miſericordiæ erga ægrotos exemplũ. 114 d 50.
myſia, & Mœſia quo differant. 164. 28.
myſiæ fertilitas. 161 a 11.
mites homines. 291 d 49
mithridatis ingens memoria. 43 b. 59.
mithridatis latebra, à reliqua hiſtoria. 142 d 41.
mitridax lapis. 258 h 56.
mineuus bos. 234 4
mœchorum pœna. 185 49
mœſię fertilitas. 163 c & 164 11
mœſia & Myſia quo differant. 164 28.
molochites lapis. 249 c 8
moloſſi populi. 87 d 54
moloſſi canes nobiles. 88 1
moloſſus Pyrrhi filius. 87 55
monetę Iunonis ędes Romæ. 11 b 16
monoceri feræ. 302 d 58
monoſcelli populi. 299 d 51.
monoxila nauigia. 327 58.
mons altiſſimus. 255 g
montes cur ardeant. 80 43.
montes ſemper ardentes. 82 52 & 182. 49.
montium quanta maxima altitudo 101 41
monſtroſa animalia plura. 189 37 & 216 c 50.
monſtroſi homines. 155 b c & 174 40 & 299 b 43 & inde
morbos qua arte curare poſſumus. 94 46
morimaruſa Oceanus. 153 49
mors quę optima. 42 8
mors ubi grata. 110 a 1
mortem quidam uitam exiſtimant. 110 17.
mortem ſponte ſubeuntes. 300 c. 49
mortuis cum, pecuniam defodere. 139 3
morum tractatus. 45 c 29
morum bonorum exemplum. 291 54
moſchorum gens. 342 c
moſſylicus promon. 334 a 1
motya oppidum 79 25
mugonia porta Romę 13 19
mulier parere quot uno partu poſſit 23 c 37
mundi natalis 232 e 51 & inde
mundi poſitiones ſex. 248 20 & inde
mundum Stoici animatum eſſe dicunt 177 42.
municipium & Colonia quo differant. 52 50
muſæ Pierides unde dictæ. 99 51
muſæ nouem in Pyrrhi regis gemma 85 f 52
muſcarum deus Myagrus. 7 36.
muſcæ quę loca non ingrediantur 7 b 36 Lege Cœlium ca 7 52 12
muſica triplex. 84 15
muſicę uſus. 118 58
muſicę repertor. 119 3
muſicæ mira uis. 95 58 & 156 38.
muſtella Baſiliſcum necat. 207 55 & 208 24
mutum quondam loquutum. 45 16
muzyrum emporium. 328 2

N

NAbis fera. 218 e 58
naribus carentes. 217 a 1.
naſamonites lapis. 204 d 34
naſcentium uox prima uagitus. 30 d. 57
naſci in pedes contra naturã. 29 c 15.
naſica Scip, optimus iudicatus. 46 a 30.
naſicę Scipionis laus. 46 a 30
natali die hoſtia nulla occidebatur 10 c 38.
natiuitas ubi luctuoſa. 110 a 2
natura hominis mater, an nouerca. 22 21.

naturę mira uis. 311 14.
naturę in animalium generatione prouidentia. 23.57.
naturalia à quibus primum tractari cœpta. 269 19.
nauigantes ſigno aliquo fallentium pœna. 126 36.
nauigantes ſydera non obſeruantes. 317 b.
nauigantes auium ductus ſequentes 318 b.
nauis claudiæ uitta tracta. 50 a 2.
naulochi Ione filia. 53 b 34.
nauplij Palemedis patris hiſtoria. 126 23.
naxos inſula. 126 c 58.
neapolis Italię urbs. 55 a 34.
neleus mirum flumen. 97 48.
nemeſis Phidiaca. 97 a 1
nemeſis deæ hiſtoria. 97 1 & inde.
neocæſaria oppidum. 279 c 53.
neptunus contra Iouem. 53 41.
neptuni templum, ludiq;. 92 b 42.
neptuni filij quales. 62 27 & 82 26
neptunus quare equeſter dictus. 280 27.
nero imperator omnium bipedum ſæuiſſimus. 29 52.
nero de Succino. 160 e 58.
neruorum uirium cauſa. 32 c 56.
neſcienti quid agendum. 1 20.
neſonides Theſſali filius. 99 27.
neſtus fluuius. 111 b 31 34.
niceus poëta 35 7.
nicolai Lyrani ſententia. 138 5.
nicoſtratę uatis hiſtoria. 7 a 1.
nidum quæ aues non faciant. 98 3.
niger pons inſula quando capta. 125. 45.
nigris flu. 192 d 54 & 213 f 55.
nili fluminis conſideratio. 228 a 40. & inde.
nilus Melon Latinè dicitur. 181 40.
nili fœcunditas. 23 d,
nilo Euphrates ſimilis. 257 a 18.
nili augmenti cauſę. 231 a 2 & 257 45.
nili ortus. 192 d & 213 f 56.
nili origo. 228 a & 229 29.
nili inſulę. 228 43 & 229 c 48.
nilus unde dictus. 229 8.
nili diuerſa nomina. 229 15.
nili lacus. 229 b.
nilum terram ſæpe ſubire. 229 b 47.
nili oſtia ſeptem. 230 c 46.
nili cataractes quid. 230 c 25 38.
nili iuſtum incrementũ quod. 233 41.
ninus rex quas gentes ſubegerit. 261 47.
niobes, & filiorum hiſtoria. 272 a 8.
nyſa Bacchi nutrix. 215 7.
niſa urbs. 297 a 4.
nitelæ quid. 171 a 17.
niuaria inſula. 336 e 49.
nix, & ignis ubi ſimul. 80 53.
nix quid. 182 42.
nobilitati diuitiæ pręferuntur. 35 41.
nobilitatis differentiæ. 321 29.
noæ reperta. 333 26.
nola opp. à quibus. 59 b.
nomades populi unde dicti. 141 d 43 & 188 d 48. & 214 d 49.
nomina ſua quę animalia noſcant 140 g 55.
nominis proprii obliuiſci monſtro ſimile. 44 58.
nominibus Atlantes carent. 224 b.
nora opp. 74 b.
norax Mercurii filius. 74 b 43.
norici qui dicantur. 163 32.
νοθοὶ id eſt, ſpurij. 184 56.
nox ubi nulla. 167 d 58.
noctem dies ſubſequitur. 162 39.
nubentes ſuo, non parentum ſuorũ arbitratu. 110 c 53.
numa Pompilius ubi ſepultus. 12 6.
numę regis regia, geſtaq;. 11 55.
numę inſtitutio circa annum. 19 2.
numam non fuiſſe Pythagorę diſcipulum. 128 a 3.
numus defunctorum quis. 277 53
numerus impar quid ſignificet, & cur eo dijs ſacrificetur. 20 13.
numicus fluuius. 59 a.
numidiæ prouinciæ deſcriptio. 188 d. 45.
numidiæ equi quales. 189 a 12.
numidicum marmor quale. 189 a 27.
numidici urſi. 189 b 31.
nuptæ ubi adulterijs prima nocte patere coguntur. 226 a 28.
nuptialia ubi inuenta. 54 29.
nutricum erga alumnos mirus amor 255 25.

O

OAxis flu. lacuſq;. 287 55.
obliuionis exemplum. 66 42.
occidens non niſi in comparatione ad nos. 89 1.
oceanus quando primum irruperit. 152 a 1.
oceani ſeptentrionalis deſcriptio. 153. d 42.
oceanus unde dictus. 174 b 54.
oceani deſcriptio. 174 b 54.
ocriſia ſerua. 13 27 38.
octauianus Auguſtus quando imperator factus. 16 21.
oculorum pupillę, quibus binę. 41 a 1
oculos quatuor habentes. 215 a 12.
oculos in pectore habentes. 226 b 40.
odium animalium inter ſe. 197 37.
odoramenta Indiæ. 311 b 48.
odorati calami conſideratio. 311 b 29. & inde.
odore tantum uiuentes. 300. a 1.
odoribus non utendum. 132 56.
odore beluæ an delectentur. 150 39 & inde.
odoratiora ubi maximè. 300 17.
odryſarum gens. 111 b.
oedipodia fons. 95 40 & 96 b.
oedipodis aſtus. 210 41.
oenomaus Hippodamię pater. 175. 29.
oenſes pop. Veſpaſianus ſuperat. 212. e 58.
oetę filiæ. 64 a 25.
ogigij diluuium quando. 123 e 40.
oglaſa inſula. 72 46.
olbia urbs. 28 a 12.
olbium quid. 13 47.
oleaſtrum ubi in ſummo honore. 180 41.
oleum in ſtagnis. 84 e 58.
olei fons. 216 44.
olympias Alexandri mater. 107 d 43.
olympias quid. 14 49.
olympiadis prima inſtitutio. 14 47.
olympicum certamen à quo. 14 c 54.
olympici Iouis opes. 106 49.
olympici Iouis ſimulachrum. 106. 49.
olympus unde dictus. 101 43.
olympus opp. 266 b 47
olympi montis deſcriptio. 101 a 7.
olympi montis mira altitudo ibi.
olorum ubi copia. 91 34.
ombrion inſula. 336 b 18.
onagri ferę conſideratio. 199 d 98.
oneſicritus præfectus. 316 a 37.
oonę inſulæ populiq;. 155 b 4.
operationes quaſcunq; tria requirere 40 7.
ophiophagi po. 226 11 & 248 50.
opis uirgo. 147. 40.
optimus quis. 1 36.
opuns opp. 282 40.
opuntius ſinus. 96 e.
operis ſermonem umbrã eſſe. 112 42.
oraculum quid. 225 11.
oraculi reſponſum. 37 42 43 47.
oracula plura. 57 10 27 & 88 3 & 89 42. & 92 55 & 106 2 & 205 20 27 & 206 22 25 & 271 c 57 & 276 55 & 279 50 & 288 58.
orationis Proſę inuentor. 201 c 49.
orbelum promont. 112 2.
orcades inſulæ. 168 d 32.
ordo quid. 2 17.
oreſtis corpus Lyches qua ratione reperit. 37 41.
oreſti magnitudo, ac funeris eius mira inuentio. 37 d 42 & inde.
oreſtis & Pyladis amicitia. 70 54.
oreſtis exilium, ac reliqua hiſtoria. 77. a 27 & 103 b 36.
oreſtis filij. 103 46.
oreſtes primi Oreſtis filius. ibidem
oreſtidę pop. unde dicti. 103 b 36.
oreſtidis regio. 103 b 36.
oriens non niſi in comparatione ad nos. 89 1.
orientis regęs qua gemma maximè gloriantur. 218 b.
orionis gigantis magnitudo. 37 2.
orizon uiſum qualiter terminet. 40 37.
orodes Parthorum rex. 287 c.
oromenus mons. 171 1.
orpheus à quibus peremptus. 111 41.
orphei Epitaphium. 111 45.
orphei patria. 111 c 55.
orpheus ubi habitauerit. 111 55. & 112 a 1.
orpheꝰ cur ſaxa lyra trahere fingitur 95 52.
orpheum poëtam nunquam fuiſſe 111 45.
orphei parentes. 111 55.
ortygiæ inſulę deſcriptio. 123 d 44.
ore carentes homines. 217 a 2.
ore parere quædam credita animalia. 238 d 57.
oſcitatio quando lethalis. 28 17.
oſiridis regis reperta. 228 28.
oſteode inſula unde. 87 32.
oſtracinę regio. 250 b 2.
othriadę fortitudo. 90 a 3.
othrys mons. 100 c 45.
ouidij uerſus reſtituti. 48 6.
ouidij locus. 63 38 & 96 50.

oxyſtagę populi. 287 f.
oxij fluminis deſcriptio. 148.b & 149. 25 & 287 f 52.
oxus fluuius aurifer. 149 29.

P

PAchynus promontorium. 77 b 42.
pactyę urbs. 115 g.
pactolus fluuius. 270 d 57.
padus unde dictus. 63 1.
padi fluminis deſcriptio. 62 d 58.
pæantidis lapidis cōſideratio. 108 d. 55.
pæderotes lapis. 249 e 50.
pæones pop. unde dicti. 163 48.
pętilius conſul. 241 a.
pæſtum oppi. à quibus. 56 b.
palęmonis, & Menandri hiſtoria. 317. 51.
palæmonis Inus filij hiſtoria. 94 a 21.
palamedis, & Nauplij patris hiſtoria. 126 32.
palantia Euandri filia. 9 30.
palanto Hiperborei filia. 9 b 28.
palatium Romanum unde dictum. 8 a 38 50 & 9 29.
palebotra urbs. 296 b.
palycenus fons. 76 36.
palici dij qui. 80 18.
palilia feſta quę, & unde dicta. 10 c 37.
palinurum unde dictum. 57 d 54 & 58 28.
palladium incendio eripitur. 49 25.
palladium Diomedis. 59 a 3.
pallanteum opp. 91 b 47.
palladis poſt Tibiam repertam hiſtoria. 204 d 46 & 270 20.
pallas Tritonida unde dicta. 204 58.
pallas artium dea. 205 a 3.
pallene regio. 104 2.
palladi plerumq; timendi. 42 2.
palma arbor. 250. 51.
palmaria inſula. 72 51 & 336 f 55.
pamphagi populi. 215 b 34.
pamphyle texrrix. 95 22.
pancratium quid. 32 52.
panda oppi. 288 b.
pandana Rom. porta. 8 25.
pandataria inſula. 72 51.
pandea gens. 296 c 42.
pandea Herculis filia. ibidem
pandora Deucalionis mater. 99 25.
pangęus mons. 111 b.
pannonicæ deſcriptio. 163 b 44.
pannonius Autarij filius. 163 48.
pannoniorum laus. 162 51.
pannonij unde dicti. 163 48.
pannonii falſò regem canem habuiſſe creduntur. 215 8.
panſa conſul quando. 16 a 21
pantherarum conſideratio. 150. c 28.
panrheræ ubi frequentes. 308 40.
pantherarum aſtus. 150 c 36.
pantheræ quos non attingunt. 197. 53.
pantherarum carne uiuentes. 215 b 33
paphlagonię deſcriptio. 278 a 1.
papyrius conſul. 241 a.
papyrius Gneus cum dentibus natus. 30 b.
papyrus herba. 214 5.
paradyſ. flumina quatuor. 256 1.
paraſangę menſuræ genus. 330 5.
pardalianches uenenum. 151 9 31.
pardorum cōſideratio. 151 b 36.
pardi cum Leęna adulterium. 151 c 38.
parentibus filij minores eſſe. 37 c 39.
parentibus filij minores eſſe. 37 c 39.
parentum pietaris exemplum. 49 2 42.
parentum ſuorum cadauera comedentes. 141 c 26 58.
parentum erga natos qualis cura eſſe debet. 156 20 & 209 58.
parentum erga filios amoa. 322 27.
parentum honoris exemplum. 274 c. 43.
parentes perimentes po. 298 c 47.
parere mulier quot uno partu poſſit 23 c 37.
parere quę animalia ſine mare poſſunt. 198 30.
partum iuuantia. 108 d 55.
paridis iudicium ubi. 119 31.
parium marmor. 126 b 39.
parnaſus orbis umbilicum. 88 54.
parnaſus mons. 88 48.
paros unde dicta. 126 39 41.
pari inſulæ nomina plura. 126 42.
paropamiſus mons. 288 a.
paropamiſus fluuius. 153 d 46.
partha Illyrij filia. 163 47.
parthenium opp. 54 a 29.
parthenope urbs unde. 55 a 23.
parthię deſcriptio. 330 a 33.
parthorum origo. 330 a 3.
parthorum quor regna. 330 a 44
paſſargada caſtellum. 331 a 16.
patauium urbs à quo, & eius ingens gloria. 56 7 & inde.
patauium unde dictum. 56 25.
patientię exemplum. 254 53 & 299 a. 1.
patra urbs. 89 c 38 42.
patrię amoris exemplū. 90 a 33 & 194. a 3.
patritij ſpecus. 165 26.
paulina Lollia. 325 c 41.
paulinus Sueronius. 183 d 51.
pauperem aſpernantur omnia præter canes. 140 2.
paupertatis exemplum. 139 3 & 141 d 48 & inde & 327 26.
paupertatis amatores. 225 1 & 226 a.
peatis lapis. 108 d 55.
peccata aduerſitatis cauſa. 23 5.
peccarorum uindicta. 254 35.
pecuniam cū morruis defodere 139 d.
pegaſus auis, uel equus. 222 a 18.
pegaſus equus. 96 c 17.
pegaſus & Chryſaor fratres. 174 22.
pelei, & Theridis nuprię. 101 1.
peloponneſi deſcriptio. 92 c & 93 a 21.
peloponneſi forma, & unde dicta. 93. b 21 & inde.
pelopis hiſtoria. 93 30.
pelopis, & Myrrhili hiſtoria. 175 34.
pelorias terra mira. 78 a 2.
pelrę Amazonicę forma. 307 39.
peneus flumen. 100 a 4.
perdicca Macedonię rex. 106 b 31.
perdicum auium conſideratio. 97 b. 50.
perdix pro diabolo. 98 54.
perdices ubi non ſunt. 97 c 57.
perdicis aſtus. 98 b 47.
perdicibus ubi bina corda. 99 2 & 278 52.
perdices ſermonem humanum exprimunt. 99 12.
pergameni Baſiliſci reliquias cur emunt. 208 d.
periedri montes. 279 b 43.
peritorum princeps amator. 106 d.
periuros quædam aquæ damnant. 76. b 46.
perpherees qui. 147 31.
perphebus Illyrij filius. 163 46.
perſæ maxime Dianam colunt. 90 56.
perſarum matrimonia qualia. 214 37
perſę Chorſari nuncupati. 289 a 2.
perſis regio. 329 a 3.
perſeus in Atlante monte. 182 e 55
perſeus Meduſam perimit. 174 21.
perſei, & Andromedæ hiſtoria. 250 c. 50.
perſeus contra Gorgonas. 335 1.
perſica Dianæ miſteria. 90 56
perſici ſinus deſcriptio. 328 e 42
perſici reges qua utuntur aqua. 262 b. 55.
perfidis diuitię. 329 b 32.
peruicaces qui. 149 48.
peruſina fames. 22 c 43.
pedibus nudis templa quędam ingrediebantur. 120 35.
peſſinus opp. 46 b 47.
peſtanæ ualles. 61 c.
peſtanę roſę. 52 41.
petilia à Philoctete condita. 55 b.
petrenſium ſtagnum quale. 84 e.
peucetia opp. 57 d.
phaetontis, & Heliadum ſororum fabula. 160 47.
phalacrium promont. 116 d 43.
phalarium promontorium. ibidem.
phaliſcorum ager, & in eo mirum. 63 c.
phantaſma quid. 225 25.
pharos inſula. 241 b 39.
pharruſij, ſiue pharuſij pop. 227 a 2.
pherecydes primus poſuit animę immorralitatem. 109 97
phiala locus Nili. 232 c 40
phicus promon. 192 a 36.
philadelphia opp. 255 e 48.
philænorum aræ. 194 a 3.
philippidis pernicitas. 39 b 50
philippus Macedoniæ rex fratres ſuos perimit. 107 26.
philippi Macedonis regnum. 107 c 29
philippus Macedo ubi, & à quo excœcatus. 101 d 50 & 107 c.
philippi Macedonis cōſtantia. 101 52.
philoctetis hiſtoria. 102 a 4.
philoctetes Petiliam condidit. 55 b.
philonidis uelociras cuiuſdam. 40 a.
philoſophi miræ patentię. 299 a 1.
phiſeteres piſces. 304 b 50.
phlægra regio. 103 d 48.
phlægræi campi. 61 c 42.
phlogites lapis. 260 d 56.
phocenſes pop. duplices. 70 41.
phœnicuſa inſula. 87 c 27.
phœnix auis. 245 c 44.
phœnicum nauigatio. 174 58.
phœnicis ætas. 246 a 23.
phorcides quę. 335 5.
phrygiæ deſcriptio. 269 a 45.
phryges unde dicti. 269 48.
phrygum uetuſtas. 227 39 & 240 35.
picarum garrulitas. 305 49.
pictorum in pingendo mos. 3 c 29

pie

Index.

Pieria regio. 99 a 50 & 102 b 41.
Pierides Muſę unde. 99 51.
Pietas quid. 48 56.
Pietatis exempla plura. 48 c 55 & 115 a.
Pietas dea apud ueteres. 49 3.
Pietas Deo ęquat habentem. 49 14.
Pigæuones pop. 158 a 39.
Pigmæi gruibus pulſi. 113 b 35.
Pigmęi an homines. 113 36.
Pigmęi in India. 296 e 40
Pigritiei exemplum. 274 d.
Pyladis & Oreſtis amicitia. 70 54.
Pyladis patria. 70 54.
Pyladis pulchritudo. 71 2.
Pinarii qui. 7 10.
Pindarus Caſtoris, & Pollucis monitu à ruina liberatur. 47 d 40.
pindarus poëta quando. 106 54 & 106 56.
pindari laus. 106 56.
pindus mons. 89 3 & 100 c 45
pingues aquæ quare quædam ſint 216. 41.
pingues non timendi. 42 2.
pingendi corpus conſuetudo. 169 33. & inde.
pingũt ſe ſucco quodam Britãni. 169. c 33.
piperis conſideratio. 308 b 49.
piperis collectio qualis. 309 33.
pyramidum conſideratio. 241 d 54.
pirithous Lapitha. 100 c 46.
pyrpile inſula. 123 d.
pyrrhices ſaltationis repertio. 118 b 55
pyrrhites lapis. 259 d 48
pyrrhus rex contra Ro. 85 f 52.
pyrrhi Cyneæ legati memoria. 43 b 55
pyrrhi regis gemma. 85 f 52.
pyrrhi Moloſſus filius. 87 55.
pyrrhi, & Andromaches filius. 87 35.
pyrrhi Achillis filii interitus. 103 40.
piſæ Italię opp. à quo. 53 c 51.
piſcatorium lex. 126 36.
piſciculus pluris quã bos uenit. 45 53.
piſcibus ueſcentes tantùm. 298 c 43.
piſces miræ naturę. 78 8.
piſces ſine oſſibus ubi. 137 32.
piſcis miræ longitudinis. 251 a 1.
piſces terreſtres ubi. 278 54.
piſcium carnibus uiuentes homines 326 d 41.
pitane opp. 90 b.
pythagoræ authoritas pro ratione habita. 2 46.
pythagoras impari numero ad quid uſus. 19 57.
pythagorę parentes. 43 38.
pythagorę repertum. 119 9.
pythagoræ hiſtoria, atq; exilium. 127. c 52 & 128 1.
pythagoræ Numam regem non fuiſſe diſcipulum. 128 a 3.
pithecuſa inſula. 72 53.
python ſerpens ubi peremptus. 88 47.
pytonis Come locus. 274 d 17.
piorum fratrum hiſtoria. 82 b 53.
planaria inſula. 72 47.
planaſia inſula. 72 50.
plancus Lucius orator. 35 d.
planetę cuilibet annus proprius. 17 34
planetas falſò errantes dici. 240 3. & inde.
plantas aduerſas habentes. 299 b 44 & inde.
plato ter in Siciliam nauigauit. 48 40
plato ubi, & cui uenditus. 48 43.
platonem Dionyſius tyrannus honore proſequitur. 48 b 39.
platonis laudes. 268 55.
plato mihi pro omnibus. ibidem.
plinij laudes. 218 37.
plinij locus emaculatus. 126 44.
plinij de Vrſis ab aliis aliena ſententia. 189 34 46.
plinij locus. 78 24 & 154 33 & 163 40 & 178 57 & inde.
plorare pueri cur primum incipiant
plutonis numus. 277 53. (31 3.
pluuia ubi nulla per annos ſeptem. 205 24.
pluuię ubi, & quando maximę. 336 20
pocula ex hominum capitibus quidam faciunt. 141 b 58.
pœnorum nationęs quatuor. 193 33.
poëtarum mendacium in quo. 95 50.
poëtarum licentia. 180 49.
poëtæ plures nobiles. 268 c 51.
polycrates tyrannus. 127 53.
polycratis gemma qualis. 148 a 52
polyde opp. à quibus. 53 19.
polidori ſepulchrum. 113 b 30.
polymneſtor, uel polymeſtor quis. 39 a 57.
polyphemi, & Galatęę filij tres. 162 5. & 153 44.
polyphemi gigantis magnitudo. 37 2
polypus piſcis colorẽ mutat. 221 c 38.
polytę Vliſſis ſocij hiſtoria. 54 46.
polis ſub ipſis mundi an ſit hominum habitatio. 146 34.
pollux quid circa Simonidem. 47. 41
pollucis aurigæ qui. 142. c. 36
pompeia Cęſaris uxor. 41. 51
pompeiopolis urbs. 278. b
pompeij, & Vibij inter ſe ſimilitudo. 35. c. 43
pompeij Magni erga Paſſidonium philoſophum reuerentia. 47. e. 48
pompeij Mag. Epitaphium. 250. 22
pompeij Ma. ſepulchrum. 250. b. 11
pompeij opp. à quibus. 53. 19
pompeij Melę locus. 90. 44
pomponius Caius conſul. 15. 24
pontia inſula. 72. 51
ponticę gemmæ. 136. a. 2
ponticę orę deſcriptio. 276. d. 57
pontici maris nulla reciprocatio. 152. c. 42
ponti menſura. 277. 3
porcorum carnibus abſtinentes. 243 b. 37
πορθμὸς quid. 152. 39
porphyris inſula. 116. d. 48
poſsidonius Ciceronis magiſter, & quid erga eũ Pom. egerit. 47. e. 48
poſterorum à maioribus differentia. 36. d. 50
potentia quę requirat ad agẽdũ 40. 7
potitij qui. 7. 10.
præneſte urbs unde. 55. a. 38
pręſter ſerpens. 201. b. 56
praſia gens. 296. b. 5
priantes pop. 111. b. 38
priapus urbs. 130. a. 1
princeps peritorum amator. 106. d
principi placitum legis uigorem habet. 320. 54
principes nil proprij habentes. 322. 31
princeps ſine crimine eſſe debet. 323 5. & inde
princeps ubi nihil propriũ. 198. b. 23
principes peritorum conſilio, ac cõſuetudine uti debent. 107. 3
principũ ornatus. 310. a. 53. &. 315. b
principib. malis quę curæ ſint. 319. 35
principũ auaritia quorundã. 319. 35
principis mali dicta impia. 319. 42
princeps qualis eligi debet. 320 52. &. 321. 43
priſcorum diligentia. 2. 52
priſci Tarquinij regis geſta. 13. a. 2
probi Grammatici commentar. 43. 1
prochyta inſula. 72. 51. 54
proconeſiæ fœminę mirus partus. 27
proconneſum marmor. 258. d. 41
prometheus cur homines formaſſe creditus. 95. 56
promothei fabula. 217. 21
promethei uxor. 266. 51
propertij locus. 169. 41
prophetę. 255. 1
propontis unde dicta. 130. b. 2. & 176. 52
proſę orationis Cadmus inuentor. 271. c. 49
proſerpina ubi, & à quo rapta. 82 b. 42. & inde
proſicię quid. 85. b. 23
proſtratis Leones parcere. 196. a. 2
protagoræ patria. 112. 24
proteſilai turris, ac reliqua hiſtoria. 116. b. 21
proteſilai interitus, ſepulchrumque 116. b. 21
prothei hetidi reſponſum quid. 101. 1

PROVERBIA QVAE HIS Solianis Commentarijs inſerta ſunt, ſecundum literarum ordinem

a cane non magno ſępe tenetur aper 208. 31
abdera optima Teiorum colonia. 112. 33. &. 113. 13
abderitanæ pectora plebis habes 112. 30
abſentem in prælia poſcit. 237. 3
achanthia Cicada. 67. 40
acrothinia Pygmæorum Coloſſo aptas. 113. 53
adamante creati. 313. 3
adamante durior. 313. 3
adamantina tunica. 313. 3
adamantini claui. 313. 4
æacidinę minę. 237. 2
ægyptizare. 228. 37
æticus panis huic porrigendus. 259 42
africa noui aliqd ſemper affert 195. 40
ἄλλος οὗτος ἡρακλῆς. 33. 39
amiclę ſilentio perierunt. 90. 30.
anguilla eſt. 304. 1
ante lupos rapient hœdi, uituli ante leones. 130. 55
archilochia dicta. 47. 10
altas eſt. 182. 1
athleticè. 32. 54
augei ſtabuli labor. 92. 22
autololibus fugatior. 181. 15
batti Laſerpitium. 207 42

bœoticus animus. 95 48.
bœotum in aëre natus. 95 48.

CAmelina potatio. 290 5.
camelus quamuis ęgra multorũ aſinorum defert onera. 290 16.
canem timidum uehementius latrare, quàm mordere. 139 58
caput. 3 28.
caſſioticum ligamen. 250 8.
celerius Elephanti parient. 186 32.
ceruario obliuiſior. 66 43.
ceruina ſenectus. 157 52.
chamęleonte mutabilior. 274 5.
cicada canorior. 67 44.
cicada aridior. 67 44.
cicadę nec æſtate ſilent. ibidem
cyclopa ſaltare. 82 35.
cyclopæi ludi. 107 41.
cyclopum uitam agere. 139 4.
cilix non facilè uerum dicit. 261 42.
concham diuidere. 323 50.
conchilia uiduarum copediæ. 323 48.
corrumpit ſine Talione celebs, in epiſtola præliminari.
cretes neſcit pelagus. 118 42.
crocodili lachrymę. 235 55.
crocodili audacia. 237 1.
cum Deo pugnare. 104 44.

DAuus ſum non Oedipus. 210 41.
delphini fugient piſces, aquilę ante col mbas. 130 54.
delphinum nare doces. 131 28.
delphini in terra uis. 131 48 & 133 49.
delphinum ſyluis appingit. 133 53.
deorum cœnæ. 216 39.
diomedis equi. 112 29.
domi manere oportet pulchrè fortunatum. 50 49.
donant ſecreta Cylindros. 315 6.

EDe Naſturtium. 111 11.
ego noui iſtos Polypós. 221 50.
en teſtudo uolat. 222 30
& muſtellis Baſiliſc⁹ uincitur 208 29.
eurypus prius ſtabit. 126 18.
excœcatus Cyclops. 107 40.

FOrmicæ tendunt ad inania nunquam horrea. 220 50.
fortunæ filii. 336 12.
fugæ fidens, & cœlum territat armis. 237 4.

GAllis hanc. 162 18.
gargara. 164 23.
gorgona Perſeus apprehendit 335 4.
gręcorũ malis implere cateruas. 3 4.
grues lapides deijcientes. 114 40

HArpocratem me factum puta. 5 53
herculis pomum. 181 1.
heroem Temeſſę ingruere. 54 47.
heroſtrati gloria. 267 52 & 317 51.
heſperidum hortis beatiora. 180 18.
hylan inclamare. 276 5.
hiſtrice ſpinoſior. 222 10.

INdi noſcunt ſua rura coloni. 317 24
infacundior Libethrijs. 102 23.
ipſi ſæpe ſibi mortem creant. 156. 11.
iſthmum fodis. 93 12.
iungentur iam Gryphes equis. 143. 55.

Κρῦς κροῦτα. 117 45.
κρῦς πρός αἰγινίτην. ibidem
κρητίζειν. 117 43.

LAda pernicior. 39 43.
lęſtrigonibus immanior. 62 30.
latrantẽ canẽ nũq̃ prędã capere. 140 1
laudem à crimine ſumit. 267 53.
lybicę meſſes. 193 36.
lycia coma. 266 1.
ligna in ſyluam defers. 3 4.
lynce inuidioſior. 67 3.
lynceo oculis contendere. 40 52.
lotum comediſti. 204 43.
lucri bon⁹ eſt odor ex re qualibet. 319. 41.
lupus eſt homo homini. 138 52.
lupus eſt in fabula. 66 11.
MArmore candidior pario. 126 46.
maximi ni caliga. 37 30.
mileſius ſermo. 271 57.
mulier imperat, atq; regnat. 297 2. (50
mutuã beneficiorũ uicẽ repẽdere. 274
NAſum Rhinocerotis habẽt 220 20
ne naſum uiui tentaueris urſi. 189 53.
ne quid hęreat ſub ancipiti. 117 48.
nili cum Amaracino ſui. 284 40.
non aliter proprium ualeat cognoſcere nomen. 45 2.
non uiri cuiuſq; eſt adire Corinthũ.
nubes ſuſpẽdit olympus 101 36. (81 56.
nulla Aconita bibũtur fictilibus 277.
numa grauior. 11 58 & 121. (34.
PAncraticè. 32 54.
pantherarum abditio. 150 49
parcius depaſta. 52 c 55.
parturientẽ timuiſti Leænam. 196 49.
perdiceum caput. 98 57.
perdiceus pes. ibidem.
perſidis gaza. 329 38.
peruſina fames. 22 43.
pedem referre. 1 58.
phœnice id rarius ipſo. 246 1.
pygmęis breuior. 113 54.
plutonis galea. 335 4.
polypi mentem obtine. 221 46.
pontificum pociore cœnis. 216 39.
prius pariet locuſta Lucã bouẽ. 186 37
promptius imponet glaciali Pelion oſſę. 41 42.
pſitacum Coturnici cõparas. 305 46.
QVa cerui amittunt cornua. 157 1.
quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano. 136 56.
qui parcit uirgæ, odit filiũ ſuum. 210 2
Saguntina fames. 22 43.
ſardois maxime dignus aquis. 76 51
ſardonius riſus. 75 44.
ſimia. 209 50.
ſimilem habent labra lactucam. 31 52.
ſirenum uoces. 55 15.
ſyrtes audax ſperat ſibi cedere uirtus. (192 52.
ſolis menſa. 216 38.

Terræ filios. 105 50.
tertius è cœlo cecidit Cato. 45 45.
teſtudinem Pegaſo confers. 222 29.
theſſala fides. 99 49.
tigride orba peior. 150 3.
tigride mobilior fœta ibidem. 4.
tigride formidoloſius. ibidem. 4.
tigris acerrim⁹ eſt, & occiditur. 150 4.
tireſia cœcior. 109 3.
totis neruis incumbere. 325 7.
traiectæ Syrtes. 192 54.
tria K K K peſſima. 279 33.
Velut Chalcidica peperit nobis uxor. 24 4.
uerſipellis. 274 10
uerſipellem ſe facit. 137 49.
uincula texis. 250 4.
uobis ne decima quidem Syracuſanorum. 79 41.
urſis aſperior, piloſiorq;. 189 51.
ut Simia fœtus diligit. 209 58.
uti Magnete ferrum. 313 56.
PRouinciarum nomina cum prępoſitione. 71 57.
prouinciarum Sicilia prima. 77 a 35.
prudentum regula. 23 48.
prudentis opus. 269 49.
prudentię exemplum. 197 c 11 & 221 42 & 236 b 4.
prudentia Gruum. 114 2 & 115 2.
prudentium Elephantorum exemplum. 185 a 12.
pruſiæ filius quales dentes habuerit. 90 53.
pruſię, & Hannibalis hiſtoria. 276 37.
pſammate fons. 95 40 & 96 b.
pſylli populi. 204 a 1.
pſylli à ſerpentib⁹ non læduntur. 64 a
pſyllus rex. 204 2.
pſitaci auis deſcriptio. 305 a 30.
pſitaci, & Turturis amicitia. 306 32.
πτεροφόρον locus qualis. 143 a 33.
ptolemęi Berenice uxor. 208 f.
pudicitię exempla. 50 a 2 & inde.
pudoris fœminarum exempla. 38 f 52.
pueri cur non caneſcant. 149 25.
pueri plorare cur primũ incipiãt. 31 3.
pueri nutriendi lacte matris. 120 17.
puerorũ ſe uerberãtiũ ſacrificiũ. 90 51.
puerorum curã habendã eſſe. 133 46.
puerperia Thracum luctuoſa. 110 a 1.
pullium locus. 13 47.
punica bella tria quo tempore. 16 a 1.
pupillę oculorum binę quibus. 41 a 1
puſionis cuiuſdam magnitudo. 37 b.
Quamlibet pro quamuis. 107 47.
quintus Verannius conſul. 15 24.

R

RAdendi corpus mos. 163 39.
ratio opinioni præferenda. 2 48.
ratione nil diuinius. 24 23.
rauraci montes. 134 54.
rediuij beſtiolæ. 236 37.
religionis exemplũ. 184 b 47 & 186 c. 3.
religionis ſeruatæ exemplum. 244 32. & 254 52.
remi &, romuli augurium de imponendo Romę nomine. 9 37.
rerum conuerſio an poſſibilis. 137 51.
reſurrectionem qui philoſophi poſuerunt. 109 45.
rętia à qua reperta. 120 27.
regum ſceptra ex hebeno. 310 42.
regum pericula. 310 49 & 321 24.
regum Indorum ornatus. 310 a 53 & 315 b.
reges Romanorum mala morte periiſſe. 14 2.
reges rarò bene uitam finiunt. 14 4.
rex qualis eſſe debet. 216 2.
reges oriẽtis qua gẽma gloriãtur. 218 b

reges Medorum quam aquam bibãt. 243.c.51
regum ſceptra qualiter formata. 274.55
regum indorum potentia. 295.a & inde
reges ubi nulli. 296.c
regis conſideratio. 320.49.& inde.
regum primus Saturnus. 320.50
rex qualis eligi debet. 320.52.& 321.43
regiũ nomẽ Romanis inuiſum. 321.17
reges nil proprij habentes. 168.b 23.&.322.31
reges dei uicem in terris gerere. 323.26
rhachia princeps. 319.e
rhamnus urbs. 96.c.57.&.97.8
rhaphana opp. 255.e.48
rhegini ſaltus. 61.c
rhegium opp. à quibus, & unde dictum. 56.b.&.62.a.3.&.78.f.47
rheticus ager qualis. 163.b.30
rheti populi unde dicti. 163.38
rhinocerotis deſcriptio. 219.c.53
rhinocerotis, et Elephanti inimicitia & pugna. 219.d.55
riphęi montes. 143.a.21
riphæi montes unde dicti. 269.47
rhodani fluminis deſcriptio. 71.a.11
rhodanus, & Eridanus flumina prope ſe naſcuntur. 63.31
rhodopes Strymon pater. 103.3
rhodopes montis fabula ibidem.
rhodi inſulæ deſcriptio. 128.38
rhodus inſula unde dicta. 128.40
rhodos quos illuſtres uiros habuerit. 128.44
ripęi montes. 143.24
riſiſſe quoſdam nunquam. 31.a.40
riſus quando primo accidat. 31.35
riſus qua ratione adimitur. 31.55
riſum inducentia. 75.b.36
riſus mortis interdum cauſa. 264.46
roma cur caput orbis. 3.43
romę excellentia. 3.53
romę mentionem quis Gręcorum primus habuerit. 4.18
romæ uocabulum à quo primum. 4.c.28
roma Valentia prius dicta. 4.c.41
ῥώμη quid Græcè, Hebraiceq́; 4.47
roma à quibus condita. 4.d.55 & inde.& 9.3.4
romæ nomen proprium ignotum, & quare. 5.b.32
romæ conditæ tempora. 5.d.56
roma quadrata à principio. 9.50
roma à quibus aucta. 11.5
romę portæ. 13.23
romæ uiæ. 13.25
roma quando cõndita fuerit uariæ ſęntentiæ relatę. 14.5.& inde
roma quando à Gallis capta. 14.35
romę quamdiu regnatum. 15.44
romam uniones quando primum allati. 325.d
romana luxuria unde orta. 284.a.4
romanis regium nomen inuiſum ſemper. 321.17
romanum ærarium Saturni ædes. 7 c.42
romanos reges mala morte perijſſe. 14.2
romanorum annus decem menſium. 18.a.25
romani eloquentia clari. 46.b.& inde
romanis uxores imperant. 45.54
romanus Achilles quis. 41.20
romuli, & Remi augurium de imponendo Romę nomine. 9.37
romuli mater Ilia. 9.48
romuli caſa. 10.6
romuli geſta. 10.a.5.& inde
romuli triumphi, interitusq́. 11 a.3
rubicundi homines non timendi. 42.2
rubri maris conſideratio. 242.43
rubri maris cauſę. 242.ç.45

S

SAba regio. 243.57
ſabbati inſtitutio. 243.27
ſabota op. 243.56
ſaburro quid. 114.a.45
ſacę populi. 289.b.4
ſaccari conſideratio. 307.b.51
ſacra uia Romę unde, & cur dicta. 12.b.49
ſacerdos fœmina ubi nulla. 227.50
ſacerdotes mirę abſtinentię. 226.45
ſacerdotum uitium. 21.26
ſacrificatur homo apud Laconas. 90.46. Quære Homo.
Sadanus inſula. 334.d
ſagda lapis. 258.f.45
ſagittis uenenatis utentes. 334.
ſal agrigentinus mirus. 83.c.52
ſal quid. 83.52
ſalis uſus in ſacris. 84.4
ſal pro ſapientia. 84.2
ſalem grauidis nocere. 29.b.5
ſal.ubi effoditur. 170.56.&.171.1
ſal ſterile ſolum reddit. 171.3
ſale domus ubi fiant. 211.a.3
ſale opp. 180.c
ſalentini pop. à quibus. 56.2
ſalinę locus Romæ. 6.a.47
ſambri pop. 214.e.58
ſamnitarum mulieres quales. 167.9
ſamos inſula. 127.c.43
ſami uaria nomina. 127.48
ſandaliotes inſula. 74.a.715.41
ſangarius fluuius. 277.a.13
ſanguis menſtruus in partes tres diuiditur. 24.45
ſanguinem hominum fœdus contrahentes quidam potant. 142.a.5
ſapiens homo tantum dici poteſt. 269.23
ſapientes ſeptem qui. 269.a.9
ſapienter dicta plura. 269.29.& inde
ſapientia memoriæ filia. 43.a.5
ſapientię honor. 47.e.& inde
ſapientiores calidis locis cur ſint homines. 299.42
ſappho uates. 268.c
ſarda lapis. 126.c.56
ſardanapali Epitaphium. 262.31
ſardinię inſulę deſcriptio. 74.a.1 & inde.
ſardinia à Theſpiadibus culta. 27 38.&.74.50
ſardinię magnitudo. 74.39
ſardiniæ diuerſa nomina. 74.a.1
ſardiniam Sardus dux à ſe dixit. 74.b.1.41
ſardinię incolæ. 74.b.41.& inde.
ſardinia ſerpentes non procreat. 75 a.4.36
ſardinię mel qualę. 75.5
ſardoa herba. 75.b.36.40
ſardonix gemma. 248.a.52.& inde
ſardus dux, à quo Sardinia. 74.b.1 41
ſatarchæ populi ſine auro argentoq́; 141.e.53
ſatyrorum conſideratio. 210.c.52. & 226.c.49
ſaturnia unde dicta. 53.a.2
ſaturnia porta. 8.25
ſaturnius mons. 8.22
ſaturnus quando floruerit. 320.51
ſaturni ædes Romanum ęrarium. 7 c.42
ſaturni falx in Sicilia. 57.38
ſaturni ſydus quale. 154.5
ſaturno homo ſacrificabatur. 163 22
ſaturnus regum primus. 320.50
ſauromatæ po. 142.c.59
ſcandinauia inſula. 159.e.&.160.1
ſcelerum uindicta. 254.35
ſceneon locus. 334.d
ſcenitę pop. 243.a.34
ſceptra Regum qualiter formata. 274.55
ſceptra regum ex hebeno. 310.b.42
ſceptra ſummę uenerationis. 310.49
ſchœni menſurę. 330.2
ſcientię honor. 47.e.& inde.
ſcientiæ amatores. 106.d.54
ſcyllę matrem Cratem fuiſſe. 61.b.3 Idem ſcribit Homerus duodecimo Odyſſeæ
ſcyllacęa regio. 61.b
ſcyllacęum oppi. 61.b
ſcyllacium opp. 56.a.36
ſcinci ferę. 237.b.4
ſciœſſa urbs. 89.c.38.42
ſcipio prior cæſa parente natus eſt. 30.a.12.41
ſcipionis Africani redargutio. 42 a.33
ſcipionis Lucij ingens memoria. 43 a.53
ſcipionis erga Ennium reuerentia, 48.a.3
ſcipionis ſepulchrum ubi. 48.3
ſcipionis Aemiliani hiſtoria, laudeſque 45.d.56
ſcipio Aemilianus cur peremptus 46.3.27
ſcipio Aemilianus optimus orator, 46.3
ſcipio, & Metellus cur ęmuli. 46.27
ſcipionis Naſicę laudes. 46.a.30
ſcironia ſaxa. 94.a.1
ſcyronis latronis hiſtoria ibidem
ſcitale ſerpens. 200.d.50
ſcythia Herculis filius. 138.44
ſcytharum uetuſtas. 227.39
ſcythę Aroteres. 113,b.33.&.136 47
ſcytharum mores. 141.b.e.26 & inde
ſcythiæ mira animalia. 155.e.54
ſcythię ſterilitas. 180.56
ſcythopolis deſcriptio; 255.e.4
ſcythotauri populi: 141.d.39
ſciurus animal. 237.45

Index.

ſcordiſcus Autarij filius. 163.48
ſcorpiones quę terra necet. 213.c.36.
ſcoti ſententię. 24.35.&.105.26 &.110.1.&.214.41.&.137.56.&.178 17
ſcribendi modus ne quis percipiat. 42.50
ſcribentes à dextro in ſiniſtrum latus. 227.52
ſcripta qualia inuulganda. 1.10
ſcriptorum examen cui dandum. 1.a.5
ſecundillę fœmine mira magnitudo. 37.b
ſegeſtanę aquę mirę. 83.a.25
ſeleucia urbs. 287.c
ſelenites lapis. 260.c.38
ſemina ebrietatem inducentia. 110 d.58
ſemiramidis hiſtoria. 332.5
ſemiramidis termini. 288.c.53
ſemiramidis libido. 332.32
ſempronius conſul. 203.52
ſeneca quid de diluuio uniuerſali. 104.4
ſenecę locus emaculatus. 42.33
ſenecæ ingens memoria. 44.11
ſenecę Tragœdi locus. 136.5
ſenectutis honor. 322.4
ſenectute quę animalia nigreſcant. 115.1
ſenectutis terminus. 320.7
ſenes dormire cur bene non poſſunt 320.7
ſenum officium. 321.51
ſenſus agere in proprium obiectum. 26 1
ſenſus quę requirat ad operandum. 40.7
ſenſus uiſus in quantum ſpatium progrediantur. 40.37
ſenſus excitantia. 111.5
ſepeliendi mira conſuetudo. 286.39
ſeps ſerpens. 202.a.1
ſeptem ſapientes qui, & aureæ eorum ſententię. 269.a.9
ſeptentrionis mira animalia. 155. e.54.& inde
ſeptentriones ubi rarò uidentur. 296.d. &. 317.39. &. 318.a.4.& 326 58
ſeptentrionalis oceani deſcriptio 153.d.42
ſeptum quid. 7.19
ſeres populi. 290.d.45.&.291.c.4
ſergij Marci fortitudo. 41.d.33
ſericum quid. 291.d.11
ſermonem operis umbram eſſe. 112 42
ſerpentum diuerſorum conſideratio. 199.d.50
ſerpens ubi nullus. 75.a.&.166.a 19.&.173.d
ſerpentes Marſis innocuos eſſe. 63 c.58
ſerpentes in Sardinia non procreari. 75.a
ſerpentum mira magnitudo. 199 56.&.301.b.8
ſerpentes quibus non obſint. 204.a.1
ſerpentibus ueſcentes homines. 225 57.&.226.a.8.&.248.49
ſerpentibus Theſſaliam abundare. 274.f
ſeruilius conſul. 205.52
ſeruij Tullij regis geſta. 13.a.27
ſeruij Grammatici error. 278.21.47
ſeruius defenſus. 60.34.&.86.44.& 122.52
ſeruorum uendendorum edictum. 36.13
ſeruos uendens quæ ſeruare debet. 36.13.& inde
ſeſtos opp. 116.a.2
ſeuerus Caſsius orator. 35.c
ſeuo mons. 158.a.1.38
ſextiæ aquæ quę. 71.c.45
ſextilis menſis. 17.57
ſexum mutantia quędam. 198.30 & inde
ſybaris à quibus condita. 56.a
ſibylla Delphica cur dicta. 60.15
ſibyllę Cumanæ ſacellum. 59.b.49
ſibyllę ſepulchrum. 79.a.1
ſibyllinorum librorum monitum, 50.32
ſibyllinorum librorum oraculum. 46.a.30
ſibylliui libri qui, & quot. 59.57
ſicanus rex. 79.a.&.80.13
ſicilię deſcriptio. 76.e.53.& inde
ſicilia Italię quondam iuncta. 62 a.&.78.f.47
ſiciliæ fertilitas. 57.39.&.81.c.12
ſiciliæ diuerſa nomina. 76.58
ſicilię incolę. 76.58.& inde.&.79.
ſicilia prouinciarum prima. 77.a.35
ſiciliæ promontoria. 77.b.42
ſicilia unde dicta. 79.14
ſiciliæ menſura. 86.c.5
ſicinij Lucij fortitudo. 41.b.12
ſiculus rex. 794.14
ſiculi Ligurum gens. 79.3
ſiculi unde dicti. 79.a.3
ſyderites lapis. 260.d.54.&.312.33
ſydus Helenę quo mitigatur. 25. c.15
ſydera nauigantes quoſdam non obſeruare. 317.b
ſydera an curſus ſuos mutare poſſint. 240.3.& inde
ſyderalis ſcientiæ inuentor. 332.b
ſyene urbs. 233.c.51
ſiga oppi. 188.b.24
ſigæum promontorium. 116.a.5
ſignorum genera quinq; Augures obſeruant. 9.35
ſilentij ſignum, & qui dij præſint ſilentio. 5.47
ſilentij ſeruandi uirtus. 5.55
ſilys fluuius. 288.d
ſylla cur fortunatus cognominatus fuerit. 50.c.53
ſilphium quid. 207.20
ſyluani dij. 226.51
ſimiarum conſideratio. 209.a.1
ſimia unde dicta. 209.50
ſimię quo aſtu capiantur. 209 45.52
ſimiarum ſolertia. 209.45
ſimilia quę eſſe dicantur. 33.53
ſimilitudo cur maior in cæteris animalibus quàm in hominibus. 34.27
ſimilitudinis formæ conſideratio. 33.d.53.& inde.
ſimilitudinis cauſæ. 33.55.& inde
ſimonides Delphinos uocari. 132 a.3
ſimonides deorum monitu à ruina liberatur. 47.41
ſimonides poëta quando. 106 54
ſimulacrum dei ueri nullum eſſe poteſt. 311.4
ſimulacra deorum ex qua materia. 310.54 & inde
ſinai mons. 243.16
ſiniſtra cur aptior ad ferendum, quã dextra. 38.e.9.& inde
ſinonia inſula. 72.51
ſintiæ Vulcani nutrices. 129. 4.12
ſyphax. 188.b.42
ſipylus oppidum. 272.a.4
ſyracuſarum urbis deſcriptio. 794 28
ſyracuſæ à Marcello captę. 79.42
ſyrbotæ populi. 214.f.52
ſirenum conſideratio. 61.9
ſirenum nomina. 55.5
ſirenes quales fuerint ibidem.
ſirenum fabulæ interprætatio. 61 24.34
ſirenum ſaxa. 61.c
ſirenuſſæ inſulæ. 54.56
ſiris fluuius. 230.c.40
ſyria unde dicta. 279.1.&.283.35
ſyrma ueſtis genus. 322.54
ſyrpe ubi, & qualiter gignitur. 207 a.16
ſyrtes duę. 192.b.37
ſyrtes unde dictę. 192.39
ſyrthium magnitudo. 203.e.50
ſyrtites gemma. 68.d.37
ſyrus Apollinis filius. 279.1.& 283.35
ſithonia gens. 111.c.55
ſitim cur uinum magis extinguit quam aqua. 39.35
ſitim ſedantia. 86.b.&.239.c.42
ſitim tollerantia. 289.f
ſitiſſe quoſdam nunquam. 32.b.45
ſmaragdi gemmæ. 144.a.1
ſmaragdorum genera duodecim. 144.13
ſmyrna urbs. 272.a.c
ſociale bellum quando. 16.a.16
ſocratis conſtantia. 31.a.59.& 32.11
ſocratis laudes. 32.1
ſocrates natura pronus ad uitia. 32 40
ſocrates oraculo Apollinis ſapiens iudicatus. 48.c.48
ſocrates qualis ex Catonis ſententia. 48.52
ſodomum oppid. fulmine ictum. 254.a.35
ſol quot diebus curſum expleat. 19 28
ſolem noctu uideri ex Ida monte 119 b.24.&.255.52
ſol ubi quotidie uidetur. 128.44 &.79.52.&.24.111
ſolis natura qualis. 93.33
ſolis menſa qualis. 216.a.29
ſolem pro deo quoſdam colere. 233 20
ſolem Diris quidam execrantur. 224 c.37

Index.

ſol Cancrum quando ingreditur. 233 39
ſolis ortum fuiſſe quondã ubi nũc occaſus eſt & contrà. 240 c 3
ſolis diuerſa nomina. 259 1
ſolem orientem qui dextra habeant 318 a 51
ſolinus gemma. 260 b 35
ſolis inſula. 326 d 49
ſoloe urbs. 264 a 20
ſolifuga animal. 75 a 14
ſolinus à calumnia defenſus. 10 27 44 & 30 29 & 44 46 & 47 10 & 49 57 & 64 43 & 74 56 & 90 15 & 91 1 4 & 94 54 & 97 16 & 128 31 & 133 3 & 178 56 & 193 3 53 & 200 33 & 205 45 & inde & 221 5 32 & 257 49 & 271 15 & 296 39 & 317 49
ſolinum a calumnia maximè defendunt, quę in primæ eius epiſtolę expoſitione congeſsimus.
ſoloes opp. 79 25
ſolonis exilium. 264 25
ſomniorum conſideratio, 224 46 & inde.
ſomnia quoſdam nunquam uidere. 224 c 46 & 225 30 38 42
ſomnium quid. 224 47 & 225 19
ſomnia qualiter accidant. 224 54
ſomnia ex hominum qualitatibus uariari. 225 21
ſomnia de quibus maximè eſſe ſolẽt 225 20 34
ſomnia maximè hominibus accidere. 225 29
ſomnium Aſtyagis. 43 45
ſomniandi ſpecies quinq;. 225 1
ſomnus ubi per diem nullus. 320 a 34
ſomnus quid. 190 40 & 320 34
ſomnus ingens. 290 c 37 55
ſomnus unde accidat. 320 34
ſomnus cur accidat. 190 38 & inde
ſophitis regio. 139 56
ſophoclis interitus. 47 b 14
ſophocles poëta quando. 106 54
ſoractis mons & circa eum mirum. 63 c 43
ſorani Valerij interitus. 5 c 39
ſorores ubi in matrimonium ducuntur. 214 38 & 247 40
ſparta, & Theramne eadem urbs. 90 48
ſparta Lacedæmonis uxor. 90 32
ſparta urbs unde. 90 33
ſparthium promon. 1 12 2
ſpecierum an poſsibilis permutatio. 137 51
ſpeculorum mira. 25 53
ſperchium promon. 1 12 a 1
ſphinges feræ. 210. b 36
ſpinam hominis lædere capitale eſſe. 28 d 55
ſporadum inſularum conſideratio. 127 b 33
ſtadiorum differentiæ. 86 20
ſtatij locus emaculatus. 5 82 & 92 56
ſtatij locus. 91 36 & 99 12 & 167 50 & 172 41 & 173 34 & 255 38 & 308 4
ſtatura hominum cur uaria, maximaq; 214 e 54
ſtephani Verbeutij laudes. 163 56 & in epiſtola præliminari.
ſterilitatis cauſę. 26 24
ſterilitatem inducentia. 84 c
ſterilitas Scythiæ. 180 56
ſterilitatis terræ cauſa. 182 5
ſternutationem abortus cauſam eſſe 28 b 15
ſternutatio cur peculiaris homini. 28 22
ſternutationis cauſa. 28 27
ſtheno Gorgon. 335 7
ſtoici mũdum animatum eſſe dicũt. 177 42
ſtrabonis cuiuſdã mira uidendi uis. 40 b 50
ſtrymon fluuius. 102 d 50 & inde.
ſtrymon Rhodopes pater 103 3.
ſtrongylæ inſula. 87 a 7
ſtrongyle oppidum. 126 c 58
ſtulti proprium. 269 50
ſturno cicutam cibum eſſe. 125 10.
ſubhaſtari quid. 110 56
ſuccini conſideratio. 160 b 24
ſuccinum unde dictum. 160 44.
ſuccinum unde in Italiam aduectũ 160 d 47
ſuccini mira uis. 161 b 4
ſudaſſe quoſdam nunquam. 32 b 43
ſuetonius Paulinus. 183 d 51
ſuffragines quid. 158 53
ſulpitiæ Romanæ laus. 50 a 30
ſuperfœtatio an ponenda. 27 3 & inde
ſuperſtitio Gallorum. 163 8
ſuperſtitio Aegyptiorum. 234 a 1 & inde.
ſura prętor cui ſimilis. 35 f
ſus prima ſacrificata, & quare 10 47.
ſuum carnibus abſtinentes. 243 b 37
ſuſa opp. 329 c 42
ſuſiæ Dianæ templum. 329 c 48

T

Tabin mons. 138 d 53 & 290 52 & 291 b 2
tænaron promontorium, ac ſpecus. 89 47
tagus fluuius aurum refert. 171 c 43
tales Cytharæ ſono ægros ſanabat. 119 1
tanais flu. 288 c
tanaquil regina. 13 28
tantalis opp. 272 a 4
tapyri populi. 286 d 54
taprobanes inſulæ deſcriptio 315 e 13
taprobanes ſitus. 316 c 47
taprobanes magnitudo. 316 c 40
tarandi ferę deſcriptio. 221 a 8
tarchon rex 6 b 50
tarentinæ arces. 61 b
tarentum opp. a quibus conditum. 56 b 42
tarquinij Priſci regis geſta. 13 a 2.
tarquinij ſuperbi geſta. 13 50
tarracina, uel Terracina inſula. 61 c 57
Tarraco opp. 172 b 51
tarutij de Roma condita opinio. 10 b 19
tarſenſes uiri peritiſsimi. 262 22
tarſos urbs. 262 a 8
tarſi nobile literarum ſtudium. 262 11
tarſos a quo conſtructa. 262 28
tatij regis regia ubi. 11 b 6
tatij interitus. 11 b 33
taulantius Illyrij filius. 163 46
tauricum opp. 134 c 27 52
taurominia opp. 78 f 37
tauri Indici deſcriptio. 302 a 3
tauri montis deſcriptio. 264 b 49
tauri montis uaria nomina. 265 b 2
taxilia opp. 186 42
tegeatum, & Lacedæmoniorum bellum. 37 42
teij pop. 113 8
telamon latinè Athlas. 181 39
telchius, & Amphius Caſtoris & Pollucis aurigæ. 142 c 36
temeritatis exemplum. 269 b & 270 29
tempe Theſſalica. 100 b 22
temporis curſus a quibus repertus. 333 19
teneati Apollinis templum. 92 54.
tenedos inſula. 116 b 34
tenſa inſula. 56 b
tereij regis arx, ac reliqua hiſtoria. 115 d 42
terina op. a quibus. 56 b
terræ filij qui. 105 48
terram mare qua partę ingrediatur. 175 a 1
terræ ſterilitatis cauſa. 182 5
terra Scorpiones necans. 213 c 35
terram Aegyptij qualiter menſurant 330 7
terræmotus ingens. 268 b 33
terræmotus ubi maximè fiant ibidẽ. 38.
terræmotus cauſæ. 268 33 & inde.
teſtudinibus uiuentes. 328 d 24
tecolithos lapis. 259 a 3
teutrania regio. 273 d 55
teuthria inſula. 68 45
thales Cytharę ſono morbos ſanabat 119 1
thaſij pop. 142 d
theathrum a quo primum. 119 4.
thebarum Bœotiæ deſcriptio. 95 b 37.
thebę unde dictæ. 95 42
thebæ Aſopi filia. 95 42
thebę ſępe captę, unde eius urbis mœnia hirundines non adeunt. 115 e 51.
thebarum Aegyptiarum deſcriptio. 240 c 36
thebę nomen. 240 37
theopompus hiſtoricus. 268 c
thera inſula. 205 41
theramne opp. 90 b

theramne, & Sparta eadem urbs. 90.48
thereorum gentis hiſtoria. 205.19
theriacæ compoſitio, uirtuſque. 201.36
thermæus ſinus. 100.b.40
theſei regis geſta. 92.48
theſpiades Herculis filij in Sardinia. 27.38.&.74.50
theſſaliæ prouincię deſcriptio 99 a.24
theſſalię diuerſa nomina. 99.24
theſſalia unde dicta. 99.28
theſſalię ſitus. 99.37
theſſalię flumina. 99.41
theſſalię altitudo. 104.d.49
theſſaliam ſerpentibus abundare. 274.f
theſſalia Atracię filia. 99.34
theſſali Neſon filius. 99.27
theſſamenes Oreſtis filius. 103 46
thetidis, & Pelei nuptię. 102.1
thetidi Prothei reſponſum. 1011. 1.
thilphoſius mons, atque fons. 108 59
thyni populi. 111.b.39
thynnorum piſcium conſideratio. 133.e.54
thynnorum ubi copia. 78.f.
thyre opp. 90.b
thoes ferę. 221.e.51
thracię deſcriptio. 109.a.8 & inde.
thracia unde dicta. 109.10
thracię locorum deſcriptio. 111 a.18
thracię Iſthmos. 115.f.56
thraciæ fines. 116.b
thracius Boſphorus. 130.b.3
thracum puerperia luctuoſa. 110. a.1
thraces ebrij quid faciant. 111. 15
thracum omnium terrarum maxima. 109.24
thracum gens ualidiſsima. 109. a.29
thrace nympha. 109.11
thraces uitam ſpernunt. 109.a 44
thules inſulæ deſcriptio. 167.d 46
thule unde dicta. 167.50
thuris conſideratio, 243 d.54
thus unde dictum. 244.47
tiberiadis lacus. 252.c.52
tiberianus ſcriptor. 316.33
tyberis paludes. 9.10
tiberij imperatoris tempore terręmotus ingens. 268.b.46
tibiam poſt repertam, Palladis hiſtoria. 204.d.46
tibiarum materia, ac de ijs alia .84 a.14
tibiarum ſpecies plures. 84.34 & inde
tibię inuentio. 270.29
tibullus poëta quando natus. 16 30
tybur opp. à quibus conditum. 54. a 30
tyburni hiſtoria. 54.b.32
tigrium ferarum conſideratiõ. 149. a.39
tigribus cum, canes coëunt. 140. 57
tigris zephyrus uentus maritus 149 41
tigris fera unde dicta. 149.46
tigrides cur Bacchi currum trahere finguntur. 105.11
tigridis fluminis deſcriptio. 257 d.51
tigris fluuius unde dictus. 257.e.52
tigris, & Euphrates an eodem fonte oriantur. 256.30
tigris quod mare ingrediatur 258 23
tylos inſula. 308.1.18
timidi qui natura ſint. 109.32
timidos eſſe qui loca feruida incolunt. 109.29
timor odij cauſa. 197.37
tinda opp. 112.20
tingi oppidum. 178.e.& inde
typhonis gigantis cubile. 263.e. &.264.1
tyrannidem diuitibus periculoſam eſſe. 13.5
tyranni raro bene uitam finiunt. 14.4
tyrannorum dicta. 319.42
tireſiæ ſepulchrum ubi. 109.1& 108.d 58
tireſię diuini honores tributi. 109.1
tyrida opp. 112.a.16.20
tirina inſula. 55.20
tyrrheni unde dicti. 53.c.57
titanum parentes. 122.40
titanes contra Saturnum, Iouemque. 122.42
titanes unde dicti. 122.46
titanum pœnę. 122.42
titea, & cælus titanum parentes. 122 40
titormi fortitudo. 33.39
tmarus mons. 88.a.14
tmolus mons. 270.c.53
toga adulterij conuictę induebãtur. 151.55
toliſtobogi popu. 275.a
tomarus mons. 88.a.13
toronij, & Antonij hiſtoria de pueris emptis. 36.a.1
tragelaphorum conſideratio. 157 c.56
tragopa auis. 222.31
tribunitia lex qualis. 15.49
trigonia porta Romę. 13.20
triopium locus. 117.28
tritani fortitudo. 32.d.58
triton palus. 204.d.46
tritonida Pallas unde dicta 204 58
troas prouincia. 270.b.50
trochilos auis. 236.b.7
troglodytę unde dicti. 113. 47
troglodytę populi quales. 225 a.53
trogus de ſeptigemino partu. 23. c.40
trophęa Ioui tributa. 90. 39
tullij Hoſtilij regis geſta. 12.a 15
tullij Seruij regis geſta. 12.a 27.
turturis, & Pſitaci amicitia. 306 32

V

VAdiani in Melam Scholia. 145 50
uafrè dictum. 35.54.&.36.b
uagire unde. 31.1
ualentia Roma prius dicta. 4.c 41
ualerij Sorani interitus. 5.c.39
ualerij Flacci locus. 136.39
uapone inſula. 72.49
uaſcæ Tibiæ quę. 84.a.44
uaticanus deus cur creditus. 30 58
uaticanus ager. 66.a.2
uientana gemma. 68.d.41
uelia urbs. 58.1
uelia locus Romæ. 12.a.33.39
uelocitatis exempla. 38.h.57 & inde.
uenaria inſula. 72.49
uendentes, & ementes ſeipſos circũſcribere poſſunt. 36.48
uenditor ſeruorum quæ ſeruare debet. 36.13.& inde
uenenatis ſagittis utentes. 334.E
uenenum qua materia contineri non poteſt. 310.c
uenenum quibus nõ noceat. 204 a 2
uenetorum origo. 278.b.45
uentris crepitus cauſa. 28.36
uento equę ubi concipiunt. 171 c.59
uenus maſcula à quo reperta. 117 36
ueneris ſimulachrum à quo dicatum. 50.b
uenus Ericina. 193.d.46
ueneris crinis gemma. 260.c.37
uerannius Quintus conſul. 15.24
uergiliæ ſtellæ ubi non uidentur. 317 39.&.318.4.&.326.58
uerbeutij Stephani laudes. in epiſtola præliminari, & 163.56.
ueſeui montis incendium. 266.42
ueſpaſianus Oenſes gentem ſuperat. 212.c.58
ueſpaſiani auaritia. 319.37
ueſtę templum incenſum. 49.25
ueſtium uarietas pro qualitate perſonę. 322.47
ueſtium differentiæ. 322.49
ueſulus mons. 63.a
ueſuuij montis deſcriptio. 52.c.44
uia ſacra Romę cur dicta. 12.49
uibij, & Pompeij ſimilitudo. 35.c.43
uibo opp. 57.b
uibonenſis ager. 63.a
uidendi difficultas unde accidat. 317.46.&.323.51 (323.53.
uidendi uis quantum protendatur.
uideri ab alijs qua arte quis nõ poſſit. 203.a.1
uincula aurea noxiorum ubi. 216.a
uinoſos fortes plerumq; eſſe. 39.30
uini ſaporem reddentia. 260.c.35
uinum quantum noceat. 108.c.35
uina ubi optima. 172.54
uino non utentes. 254.c.57
uinum cur ſitim magis extinguit quam aqua. 39.35

Index.

uinum terrę ſanguinem eſſe. 108 37
uiperæ naturę deſcriptio. 64.c 47.& inde
uipſanus conſul. 40.4.5
uirorum cadauera quomodo fluitent. 38.f.52
uirgilij locus. 92.13.&.148.1 &.228.8
uirgilij dictum de ſuis uerſibus. 190 25
uirgilij ſepulchrum, & in eo Epitaphium. 55.30
uirginem ſol quando ingrediatur. 233.39
uirginitatis exploratio. 169.11
uiſendus fons. 63.2
uiſio recta, flexa, reflexaq;. 40.28
uiſio qua rarione fiat. 40.31
uiſio quid. 225.18
uiſus ſenſus in quantum ſpatium progrediatur. 40.37
uiſum agere in obiectum. 26.1
uiſu qui plurimũ potuerunt. 40.b.6
uiſum Orizon qualiter terminet. 40 37
uita ceruorum longiſſima. 157.c.47
uitę humanę miſeria. 110.a.2. &.112.51.& inde
uitę longę homines. 129.b.39 &.215.f.52.&.291.51.&.292.22
uitę breuis exemplum. 136.58 & inde
uitæ animalia longiſſimę, 157.47
uiræ longę ſunt calida loca habitantes. 320.2
uites mirę magnitudinis. 287.13
uitium primus cultor. 228.32
uiuendi meta. 320.7
ulyſippo opp.& promontorium. 171 a.30
ulyſſes breuis, & prudens. 37.35
ulyſſis nauis in ſcopulum uerſa. 116.d.46
ulyſſem Britaniam adijſſe. 165.b.19
ulyſſes cur in hiſpaniam uenerit. 171.34
umbræ ubi uerſus meridiem. 296 c.36.&.317.24.& inde
umbrarum conſideratio. 247.43 & inde
umbri pop. unde dicti. 57.e.40
umbripedes populi. 299.56
unguentorum origo. 284.2
unguibus quando fœtus carear. 29 b.5
unicornes boues. 302.d.54
unionum conſideratio. 324.a.5
uniones Romã quando allati. 325.d
unoculi homines. 226.46
uoluptatis aſſertor. 262.32
uopiſcus qui. 30.b.44
uoturi populi. 275.2
uox prima naſcentiũ uagitus. 30.d.57
uocis claritatem ſeruantia. 260.d
uox articulata qualiter formetur 306.19
uocis incitamẽtũ metus interdũ. 45. (2
uox quid. 306.26
uocis magnæ cauſa. 319.54
ὑπερβάλοντες dies qui. 20.42
ὑπερβολικαί dies. 21.2
urbs nobiliſſima. 240.c.37.52
urgo inſula. 72.47
uri feræ. 159.c.31
urſini uelij Doct.& Poëtæ Epigram. de Democriti riſu, & Heracleti lachymis. 112.47
urſæ partus qualis. 190.a.1.& inde
urſus unde dictus. 190.8
urſi Numidici. 189.b.31
urſorũ cõſideratio. 289.b.31.& inde.
urſis ſalubria formicarũ oua. 191.b.5
utero uno quot geſtari fœtus poſſunt. 23.37
uulcaniæ inſulę an ſeptem tantùm numero. 86.42
uulcanus in Lemno colitur. 129.2
uulcani hiſtoria. 129.2
uulcanus unde dictus. 129.5
uulcani interprætatio. 129.5
uulcanus cur claudus. 129.13
uulcanus græcè ἥφαιςος. 129.23
uulcani Sintię nutrices. 129.4.12
uxores plures mariti unius ubi. 110 a.40.74.&.165.29.& 300.c.41
uxores maritorum cauſa ſe perimentes. 110.b.46.&.300.c.49
uxores plures habere ſimul infamiam eſſe. 110.a.40
uxorum erga maritos amor. 110.b.46
uxores plures quis primus habuit. 185.44
uxorum fides qualiter exploretur. 204.13
uxorib. omnino carentes. 254.c.57
uxores plures ſimul habere an ſit omnino licitum. 300.45

X

XAntus hiſtoricus. 268.c
xerxis ingens exercitus. 113.a 17.&.130.31
xerxes qua ratione exercitum numerauerit. 113.a.27
xerxes pontibus mare iunxit. 129 c.58.&.130.5
xerxes qualirer copias numerauerit. 113.a.17
Χρυσορόα fluuius. 270.d.58

Z

ZAncle urbs unde dicta. 57.35
zelotypiæ exemplum. 199.d.40
zephyrus uentus cur Tigris maritus 149.41
zeugitana regio. 189.a.12
zmilaces lapis. 258.d.37
zodiacus quid, & unde dictus. 19.48
zoroanda locus. 258.b.12
zoroaſtrem primo die riſiſſe quo natus eſt. 31.a.26
zoroaſtris hiſtoria. 31.a.26
zuccari conſideratio. 307.b.58

τέλος

Sequitur in L. Florum index copioſiſsimus. Prior numerus paginam indicat, poſterior, numerum in margine, tum Textui, tum Commentarijs ipſis additum, deſignat.

AB Auguſto uſq; ad Traianũ quot anni. 348.9
achaicum bellũ. 379.1
achaici belli cauſa. 379.1
actius Nauius ſummus augur. 351.2
actius Nauius qua ratione ſtatuam meruerit ibidem.
adad Deus Aſſyriorum. 400.4
adad quid ſignificet. ibidem.
adoleſcentia concito mari comparatur. 363.11.
adriaticum mare. 389.3
ædes lapidea in medio Hieroſolym. (389.5
ægates inſulæ. 365.11
ægeria Dea. 350.6
ærarium Romanum. à Cæſ. ſpoliatum. 391.2.
ætas ſecunda pop.Rom. 362.1
ætas tertia pop.Rom. 394.1
ætatis tertiæ ſuperiores ſancti, pij, aurei ibidem.
ætholi Legatos ad Antiochium mittunt. 374.5
ætholicum bellum. 375.1
afranius conſul. 405.3
agrarię leges. 395.1
agros ad diuidendos qui declarati. 396.3
alaricus Gothorum rex. 389.5
alba Longa diruitur. 350.4
alba longa quot annis regni caput fuerit. 350.2
alba Latij caput. 348.2
alba à quo condita. ibid.& 350.2
albani. 350.2
albertus nugatur. 361.12
albinouanus. 401.1
alexia urbs incenditur. 392.6
allobrogicum bellum. 384.1
allobrogum Legati. 404.4
alpes. 366.1.392.6
alpes Italię clauſtra. 385.2
ambiotrix dux 391.3
ἀνακεφαλαίωσις quid 353.1
ἀνακεφαλαιόω. ibidem
ana flu. 403.2
ancij ſpolia. 355.2
ancilia. 349.2
anci regis conſideratio. 351.1.453.2
ancus unde dictus. 351.1
ancus Martius. 351.1
andriſcus quare dictus Pſeudophilippus.

pus. 377.1
andriſcus uir ultimæ ſortis. 377.1
angues obtrito capite, cauda minantur. 388.6
annij mors. 396.2
annorum diuerſitas. 350.3
annuli unde Rom. 351.3
annulorum Rom. modij duo. 368.10
anſeres Capitolium ſeruant. 356.4
antiochus. 373.1
antiochi bellum. 373.1
antiochus ſua luxuria uictus. 374.6
antiochi belli cauſa. 373.2
antiochi ignauia. ibid. 4
antiochi luxus. 374.5. & inde
antiochi fuga. ibidem
antiochi claſſis uincitur. ibid. 8
antiocho pars regni reſtituitur. ibid.
antiochus à Rom. uictus. 373.5
antonius contra Cretam. 390.1
antonius uecors. ibidem
antonius mari uictus. ibidem
antonius conſul. 404.3
antonius Cęſaris hęres. 413.3
antonij bellum contra Auguſtum. 417.1
antonius ebrius, ibidem 2
antonij habitus. ibidem. 3
antonius mari uincitur ibi. & inde.
antonij cum Parthis bellum. 416.1
anon. à Parth. uincitur. 416.2
anton. ab Octauio uictus. 413.3
antonij fuga. 418.3
antonij mors ibidem
antonij uxor. 417.1
anton. Cleop. amore captus. 417.1
antonius Fanenſis. 355.2
apollinis decimæ. 356.1
apollinis Cumani ſudor. 373.4
appius Clau. à ſuis ſpernitur. 362.1
appij Cœci ſapientia. 360.6
appius Pulcher contra Hiſtros. 375.1
appius contra Sarmatas. 387.2
appij Claudij inſolentia. 363.1
appij Claudij dictum, 395.2
apuleiana ſeditio. 394.3. 396.1
apuleius Nonium interficit. 397.3
apuleius Saturnius. 396.1
apulei Saturnij interitus. ibidem
aqua interdici. 397.2
aquilij geſta. 383.3
aquitani callidi. 391.3
aracillum opp. capitur. 422.8
archelaus præfectus. 387.3
ardea opp. 352.3
arethuſæ fons. 369.16
aricinum nemus. 355.2
ariminum à Cęſ. oppreſſum. 406.6
ariobarzanes rex. 387.3. 405.2
ariouiſtus rex. 391.4
ariouiſti ſuperbia. ibidem
ariouiſtus à Cæſare uincitur ibid.
ariouiſti inſtitutum. 343.5
ariſtobolus captus. 388
ariſtonicus cuius filius. 383.2
ariſtonicus dux. 467.4
ariſtonici geſta. 383.2
arma templis detrahunt Rom. 369. 12.
armenij pop. 394.2
armenicum bellum. 422.7
armenij triumphi. 405.3
arquarius confoſſus. 402.3
arſia flu. 367.1
artabazes rex. 387.1
artaxares rex. 422.7
aruntis mors. 354.7
aruſini campi. 360.3
aſculum opp. Apuliæ. 360.3
aſculum euertitur. 498.4
aſianorum mores peſſimi. 394.3
aſiaticum bellum. 393.1. 374.5
aſiatica luxuria Romam omni hoſte peior irrepit. ibidem
aſia in Rom. poteſtatem. 387.8
aſinius Pollio cõtra Dalmatas. 418.2
aſopus amnis. 388.5
atargatis Dea. 400.4
atargatis ſimulachrum. ibidem
athara Dea. 400.4
athara in piſcem uerſa. ibidem
athenæ Gręcię decus. 387.3
athenę frugum parens. ibidem
athenienſium fames. ibidem
attalus pergamenorum Rex. 383.1
attali hęres Pop. Rom. ibidem.
attali non iure pop. Rom. hæres ibidem.
auaticum oppidum. 392.6
auaricum oppidum expugnatur. ibidem.
auaritia Romana. 388.5
auaritię exemplum ibidem. 6
auentinus mons urbi additur. 351.2
auernus. 358.2
auerni populi. 392.6
auguſti laus. 412.1
auguſti bella aduerſus gentes. 418.1
aug. contra Antonium apparatus. 417.3. & inde
aug. contra Illyric. 418.1
aug. uulneratus. ibidem
auguſti nepotum mors. ibidem
aug. contra Hiſpanos ibidem
auguſti fama per totum orbem ibidem.
aug. leges ibidem.
auguſtus dictator perpetuus. ibid.
aug. pater patrię. ibidem
auguſti nomen à quibus. ibidem
auguſt. contra Pannonios. 418.1
aurum fortius quàm ferrum. 384.2
aurum & argentum pro ęre ferroq; conflatum. 378.3
auxima. 403.2

B

BAię. 358
baię tepentes fontibus. 369.12
baleares inſulę. 403.2
balearicum bellum. 390.1
balearium arma. ibidem
baleares alio nomine Gymneſię. ibidem
baleares Rom. occurrunt. ibidem
balearium mores. ibidem
balearium pueri. ibidem
baleares unde dicantur. 391.1
barbaris rabies pro uirtute eſt. 386.5
baſilus. 460.12
bebij interitus. 402.4
bebius conſul. 366.1
beleus rex cæſus. 386.6
belgæ populi. 391.3
belgæ aduerſus Rom. ibidem
belgæ pro libertate pugnant. ibid.
belgæ à Cęſare ſuperati. 392.3
bellandum cur. 353.5
bello piratico quot naues captę. 390.3
bellum pluſquam ciuile. 409.2
beſtiarum morientium morſus mortiferi. 378.6
bituriges pop. 392.6
bithynia capitur. 387.2
bocchus rex uincitur. 384.4
bonna flu. 419.4
bragada oppidum. 365.9
brenni. 418.1
brennus Gallorum Rex. 349.8
britamorus Gallorum dux. 367.4
britannicum bellum. 392.6
britanni populi. ibidem
britannia in orbe alio. ibidem
brundusium opp. 406.12
brutus filios uirgis cædit & ſecuri percutit. 353.5
brutus primus conſul. 353.1
bruti filiorum coniuratio contra Rempub. ibidem.
brutus obſeſſus. 413.3
bruticum Aug. bellum. 414.1
bruti bellum quæ ſigna pręceſſerint. ibidem
bruti genius malus. ibidem. 3
bruti interitus. ibidem. 4
brutus pro Cęſare pugnat. 406.10
brutus conſentit in cædem principis. 409.25
byrſa arx. 378.4

C

CAelia quid. 382.3
cæſar in Galliam reuertitur. 392.5
cęſaris cum Põp. bellum quam diu durauerit. 405.2
cęſ. furor. 405.1
cæſar Maſſiliam inuadit. 406.10
cæſar eloquens. 405.3
cæſaris bellum 405.1
cæſaris bellum quale. ibid.
cęſaris bellum cum Venetis. 393.8
cęſaris fortitudo. 492.6
cæſaris natura. 406.15
cęſ. cum Pompeio bellum ubi geſtum. 406.2
cęſa. cum Pomp. belli cauſa. ibidem. 3
cęſar hoſtis patriæ iudicatus. 406.5
cęſaris uictoriæ. 405.3. & inde
cæſ. Romam inuadit. 406.6
cæſar ęrarium ſpoliat. 406.9
cæſar Hiſpaniam recipit. 406.11
cęſaris ingens animus. 406.14
cæſ. ad nautam dictum. 406.15
cæſ. contra Pomp. uictoria. 407.17
cęſaris miſericordia. 407.20
cæſaris medicus ſomnio monitus. 414.3
cæſar præter morem triſtis 408.25
cęſar in Africa pugnat. 408.22
cæſ. Aegyptios aggreditur. 405.2
cæſ. à Ptolemæo obſeſſus. 407.19
cæſ. ſe perimere cogitur. 409.26
cęſar naufragium patitur. 391.3. 408.25
cæſar uulneratus. 398.4
cęſaris triumphi quatuor. 409.25
cęſari tributi in urbe honores. 409.25
cęſ. pater patrię. ibidem
cęſ. perpetuus dictator ibidem
cæſ. oblata regni inſignia. ibidem
cæſ. interitus. ibidem 26
cæſ. hæres Antonius. 413.3

Index.

caieta. 358 2.
caij Craſſi caſtra deleta. 401 1.
caij Gracchi ſeditio. 396 1.
caij Gracchi interitus. ibidem
caij Gracchi caput auro penſatum. ibidem.
caius Gracchus legum fratris uindex ibidem.
caius Gracchus à ſeruo ſuo interfectus. ibidem
caius Gracchus nomen adoptans. 396 2.
caius Minutius. 360 3.
calagurris. 403 2. 63.
calamitatis cauſa, nimia felicitas. 405
calatinus dictator. 265 6.
calfurnius Beſtia. 384 2.
calfurnius in Numidiam mittitur. 384 2.
calphurnii uaria nomina. 366 6.
calfurnius Romanum exercitum liberat. 395 6
calfurnii flammæ uirtus. 365 6.
calor militum in præliando. 391 4.
calones. 382 3.
calydoniæ ſyluę. 392 6.
camerinenſium ſaltus. 365 6.
camilli fides. 356 3.
camillus pueros remittit. ibidem.
camillus Gallos cædit. 357 5.
camillus cur exul. 362 3
camillus uir ſanctus & ſapiens. 356 4.
campania contra Rom. 398 2.
campanię ſitus. 358 2.
campaniæ laus. 358 2.
campania Hannibal uicit. 369 11
cannę uicus. 308 9
cannenſis clades. ibidem.
candida cerua. 403 1.
cantabri gens. 422 8.
capitolium conſtruitur. 352 5.
capitolium unde dictum. ibidem 6.
capitolii defenſio. 356 3.
capitolium captum. 399 2.
capitolium à Sylla captum. 401 1.
capitolium obſeſſum. 399 2.
caprecę palus. 348 9.
capſa opp. 384 3
capua caput urbium. 358 2.
capuam Romani capiunt. 370 24.
caput humanum repertum. 352 6.
caralis urbs Sardiniæ. 269 17.
carbo contra Lucanos. 398 4.
carbo contra patriam. 402 4.
carbonis interitus. ibidem.
carbo conſul. 402 3.
cariſius dux. 422 8.
carmentalis porta. 356 2.
carnutæ pop. 392 4.
carſeoli oppidum. 398 4
carthago Rom. ſtrenuè reſiſtit. 378 3.
carthaginenſes crinibus tonſarum mulierum, ad funes efficiendos uſi ſunt. 379 3.
carthaginenſibus quibus condicionibus pax data. 379 2.
carthaginenſes Duces ſuos cruci affigunt. 400 5.
carthaginenſes exorant à Romanis pacem. 370 3
carthaginem delendam pronunciat Cato. 378 2
carthaginem non delendam ex Naſicę ſententia. ibidem.
carthago quando deleta. 379 7.
carthago in mari deleta. 366 1
carthago mouetur loco. 378 2
carthago urbs Hiſpanię capta 369. 20.
carthago capitur. 369 5
caſca legatus. 416 1
caſſij cum Auguſto bellum. 414 1.
caſſij belli quæ ſigna prçceſſerint. ibidem. 2.
caſſij caſtra deleta. 401 1
caſſius legatus. 387 2
caſſij mors. 414 4
caſſius Sp. regnum affectat. 363 3
caſſij & Bruti bellum. 414 1
caſſii interitus. ibidem 8
caſtitatis exemplum. 275 2
caſtor uiſus pugnare. 355 2
caſtor Romę uiſus. 376 5
caſtor & Pollux prçlio interſunt. 355. 2. & 376 5.
caſtori & Polluci templum extruitur ibidem.
catilinæ bellum. 404 1
catilina qualis. ibidem 2.
catilinæ crudelitas. ibidem
catilinę ſocii. ibidem
catilina facinus qua arte detectum. ibidem 4.
catilina uincitur. ibidem.
catilenę pulcherrima mors. ibidem.
catilinę bellum quando geſtum. 405 1.
cato contra Cęſarem. 408. 24.
cato contra Catilinarios. 404 5.
cato aduerſus potentes ſemper obliquus. 408 24.
cato Etruſcos diſcutit. 398 4
cato ſe perimit. 408 24
catulus conſul. 402 3
catonis filius ibidem.
catulus conſul quando. 404 1
catulus dux. 404 1
catulus ſe perimit. ibidem
catti populi uicti. 419 3
caudina clades. 358 3
caudinę furcæ. ibidem
cenonius Pompei filium perimit. 409 25
cauelanę reges. 392 6
cauelanorum regum unus captus. 392 6.
celia quid. 382 4
celtiberi robur Hiſpaniæ. 380 4
ceninenſium oppidum captum. 348 6.
ceninenſium opp. 348 6
cenſorinus conſul 378 3
cenſus primus Romæ. 351 3
centum Elephanti capti. 365 10
centenari populi. 393 6
centurię tres Romanę additæ. 351 1.
cephalonia inſula. 375 1
cepio. 385 2.
cepio à Cimbris uictus. 386 6 & 398 4
cerua candida. 403 1
ceres fruges ubi reperit. 400 3.
chaonum montes 373 5
cheronia opp. 387 3
cheruſci populi. 419 3.
chonidius centurio. ibidem
chryſus ſeruus. 400 1
cicero contra Catilinam. 404 3
cicero conſul quando. 405 1
cicero pater patriæ dictus. ibidem
cicero quid doceat de lege Agraria. 395 11.
ciceronis mors. 413 1.
cilicia uberrima ualidiſſimaq; prouincia. 394 2
cilices maria inuadunt. 389 1
cilices perditi furioſiq; latrones. ibid.
cimbricum bellum. 385 1
cimbri qua arte uicti. ibidem
cimbrorum uxorũ fortitudo. ibid. 5.
ciminius ſaltus. 359 2
cinna contra patriam. 402 2
cinna profugus. 401 1
cinna conſul. ibidem
ciues pernitioſi. 363 7
ciuilium bellorum cauſę. 412 1
ciuilium armorum finis. 418 1
ciuile bellum Marianum. 401 1
clades ſolatio caret. 393 1
claſſis uelocitas. 364 4
claſſes Romanę. 351.
claudius campus. 386 43
cleopatra. 407 20
cleopatrę ad Cæſarẽ allocutio. 407 20
cleopatrę pulchritudo. ibidem
cleopatra regina. 412 1
cleopatrę bellum aduerſus Auguſtũ. 417 1
cleopatra Rom. petit imperium. 417 3
cleopatrę fuga. 418 3
cleopatra ictu ſerpentum ſe perimit. ibidem.
clodius. 391 1
clœlię uirtus. 354 6
clodius Glabro contra Spartacum & ſuos. 400 1
cluſium obſeſſum. 356 1
clypei è uiminibus. 401 1
cneus Magnus. 388 6
collatius conſul primus. 353 1
collatinus conſolatu priuatur. ibid. 3
collatinus Lucretiæ maritus. 354 3
collina porta. 402 4
conſules pro Regibus. 353 2
conſules cur duo. 353 1
conſules primi qui. 353 1
conſules cur dicti. ibidem 2
conſules primi quando facti. ibidem
conſulatus annuus. ibidem
conſulum ornamenta & inſignia ibidem.
conſulum officium & dignitas ibidem. 2.
conſilium Reip. penes ſenes, qui ex authoritate patres, ob ętatem ſenatus uocabantur. 348 9
coriolanus. 362 3
cornelius Cinna conſul. 401 1
corphinium oppidum. 399 3.
corpora quo maiora eò magis gladio ferroq; patent. 391 4
corynthus quando capta. 380 3
corynthus Græciæ decus. 379 1.
corynthus Achaię caput. ibidem
corinthi ſitus. ibidem.
corinthii æris tria genera. 380 2
cottę interitus. 391 3
coruini unde dicti. 357 7
craſſi conſulis cupiditas. 393 2
craſſi conſ. mors. ibidem
craſſus quãdo uictus, & occiſus. 394 2.

††† carſius

Index.

craſſus pretor captus. 383 3
craſſus Aſiam inuadit. 405 3.
craſſi diuitiç. 405 3
craſſi mors. 405 3
craſſi caput repletum auro. 393 3.
craſtinus. 407 17
craſtini fortitudo. ibidem.
craſſorum mors. 402 3
cremera fluuius. 355 1
cretç triumphus. 405 3
cretenſes M. Antonium uincũt. ibi.
creticum bellum. 390 1
cretenſes urina ſitim ſedant. 390 1
crucis ſuppliciũ peculiare ſeruis 400
crucibus ſerui puniti. 399 5 (5
cumæ. 358 2
curiatii. 350 3.
curio. 387 2
curius conſul. 360 3.
curii paupertas. ibidem. 8
cydona urbium mater. 390 1
cymbri Cepionem ſuperant. 385 2
cymbri ubi uicti. ibidem
cymbri qua arte uicti. ibidem
cymbrorum uxorum fortitudo. 386 5
cymbrorum mos in acie. 386 5
cymbri quot cęſi. ibidem
cymbricum bellum. 385 1
cymbri ex Gallia & Hiſpania excluſi 385 1
cypriacum bellum. 391 1
cypriorum diuitię. ibidem
cypriorum mores. ibidem
cypros capta. ibidem
cypros inſula Veneri ſacra. quare ibidem.
cyzicum ciuitas nobilis. 388 5

D

DAnubius flumen. 387 2
decimæ Pythio à Ro. miſſæ. 356. 4.
decius Murena diis manibus ſe deuouet. 358 3
de ęquo bonoq́; certatur. 362 3
deiotarus rex. 405 2
dercetis dea. 400 4
deuouendi formula. 358 3
didius. 387 2
dimothus Corinthius. 405 2
ditiacus Heduus. 393 4.
ditiaci Hedui de incurſionibus querela. ibidem.
diuitię quid faciant. 394 3
dolobella. 357 7.
dolobella conſul. 391 3
domitius. 403 2
druſiana ſeditio. 397 1
druſus. ibidem
druſi ęmulatio. ibidem 2
druſus. 387 2
duillii ſtatua. 366 5
duodecim tabulæ. 363 1
duodecim Ethruriæ populi. 359 1
dux belli in urbem in catenis ductus 377 1.
dyrrachium inexpugnabile. 407 15

E

EBurones populi. 391 3
elephantorum deformitas equos terret. 360 3.
elephantorum docilitas. 361 12
eritrea oppidum. 390 1
ethruſci coniurant in excidium Romani nominis. 359 1
ethruſcum bellum. 359 1.
eunus Syrus fingit furorem fanaticũ. 399 4
euporus. 396 1
euphrates ponte iungitur. 388 6
europa iure ad Rom. pertinet. 374 5.
exercitus tanti quanti Imperator. 382 3.

F

FAbius Ambuſtus. 363 1.
fabius Põtifex per media hoſtiũ tela incolumis euadit. 356 5.
fabius occurrit Gallis. 356 1
fabius Cunctator quare dictus. 369 19.
fabii uaria nomina. 371 17.
fabricius conſul. 360 3
fabricius oblatum imperium repudiat. 360 8
fabula artuum humanorum inter ſe diſſidentium. 362. 2
falernus mons. 358 2.
faliſci ſe ſponte dedunt. 355 3
faſti dies, nefaſtiq́;. 349. 1
faſti & nefaſti dies qui, & cur ſic dicti 350 2.
feſulę oppidum. 398 4
felicitas nimia furores ciuiles peperit 394 3.
felicitas cauſa calamitatis. 405 3
feretrius Iupiter. 348 7.
feritatis exemplum. 418 1.
fidenates. 350 3
fidenates ſuo igne cremati. 355 3
filius patrem à morte rapit. 368 7
fimbriæ interitus. 402 3.
flaminius quando ab Hannibale ſuperatus. 371 10
flumen obliuionis. 380 5
fœdus cum Tatio percutitur. 348. 9
fœdus cum Ponticis. 387 3.
fœdus percutiunt Rom. cum Samnitis & Campanis. 358 1
fœmina Carthaginẽſis cum duobus filiis à culmine domus ſe in medium mittit incendium . 378 7.
fontes ueneno mixti, 383 3
formiæ. 358 2
fortunatę inſulæ. 403 2
fraus proditorum irrita. 350 3.
frumentariæ leges. 395 1
fuluia ſcortum Catilinæ facinus detegit. 404 5
fuluii de Euburiatibus uictoria. 366 1
fundę repertores. 391 1
furius Camillus uir ſanctus. 355 4

G

GAllicum bellum. 391 1
galli immaniſſimi gentium ibi.
galliæ primus motus. ibidem
galli fraudibus agunt. ibidem. 3.
gallorum coniuratio 392 6.
Gallia iterum à Cęſare occupatur ibidem.
Galliæ Legati. 393 4
Galli apertam urbem inuadunt. 356. 3.
Galli pretextatos ſenes in curulibus ſedentes, ut deos uenerati, mactãt ibidem.
galli urbem igni, ferro, manibus ſolo exæquant. ibidem
galli Inſubres. 366 1.
galli à Camillo ſuperat. ibidem
galli uouent Marti torquem. 367 5.
galli Senones. 356 1.
galli Senones per Italiam uagati. 356. 1.
galli iurant nõ prius ſoluturos ſe balthea quã Capitolium aſcendiſſent. 367. 4.
galli quinque potiſſimum deos coluerę. 367 5.
gallia uberrima ualidiſſimaq́; prouincia. 394 2.
gallicum bellum. 367 1 356 1
gallogræcum bellum. 375 1
gallogræcorum gens adulterina. 375. 2.
ganymedes eunuchus. 407 20
gaurus mons. 358 2.
gellius. 389 3.
gentianam herbam quis inuenerit. 377 1.
gergonia urbs. 392 6.
germani non pugnant decreſcẽte luna. 393 5.
germanorum conſuetudo. 393 5.
glaucia Saturnini ſatelles. 397. 3.
glaucia Nonium interficit. ibidem.
glabro Claud. contra Spartacum & ſuos. 400 1
gnoſos oppidum. 390 1.
gracchus nomen adoptans. 396 2
gracchi Tyb. Laus. 395 1
gracchi Tyb. interitus. 396 3.
gracchus in Capitolium fugit. 396 3.
gracchum Naſica perimit. ibidem.
gracchi concio ad populum. 396 3
gracchus Triumuir. ibidem
gracchus legiſlator. ibidem.
gracchi Tyberii ſeditio. 395 1
gracchi Cai ſeditio. 396 1
grach. Caius Legum fratris uindex. ibidem.
gracchi Caii interitus. ibidem
gracchi Caij caput auro penſatum. ibidem.
gracchus Caius à ſeruo ſuo interfectus. ibidem.
gracchus Sardiniam capit. 369 17
gracch. Tyb. cauſa ſeditionis. 395 1
gracchana ſeditio. 394 3.
gracchanæ Leges. 395 1.
gracchanę leges quot & quæ. 395 1.
gradus ætatis humanę uarii. 348 6.
græciæ libertas. 273 6
granicus fluuius. 388 5
gratillus. 389 3
gneus Cornel. Aſina à Punicis oppreſſus. 365 5
gneus & Publius Scipiones in Hiſpaniam miſſi 369. 18

H

HAmilcar Hannibalis pater. 372 25.
hannibalis faceta cauillatio. 374 5
hannibal contra Rom. iurat 368. 3
hannib. in Italiam aduentus. ibidem
hannib. pium dictum. ibidem
hannib. ſcit uincere, non uti uictoria. ibidem
hannib. quando uinci cœpit. ibidem
hannib. à Scipione uincitur. ibidem.
hannib. relicta Rom. Campaniam peragrat. 368 12.

hannib.

Index.

hannib. à Fabio mora uincitur. 369 15
hānnib. eruditrix Hiſpania. 369 20
hānib. pro Romanis prima confeſſio 370 28.
hanib. ad tertium ab Vrbe lapidem progreditur. 370 24.
haſdrubal uincitur. 370 27.
haſdrubalis caput in caſtra Hannibalis proiectum. ibidem.
heduorum querelæ. 319 4.
heluetij mœnia ſua incendunt, ne domum redeant. 391 2
heluetiorum bellum. ibidem
heluetij ubi. ibidem
heluetij patriam relinquunt. ibidem
heluetij uicti. ibidem.
heluetij quot à Cæſare fuſi. 392 2
hercinia ſylua. 392 6.
hercinius ſaltus. 355 2.
hercules primus alpes tranſit. 371 8.
herculis columnę. 369 20.
herculaneum. 358 2
hermodori Epheſij ſtatua. 363 1.
herennii conſilium. 358 4
hetrurii contra Rom. 398 2
hieron Rex Syracuſanus uincitur. 364 4.
hieroſolyma defenditur à Iudæis. 388 7.
hieroſolymæ amplitudo. ibidem
hipſei caſtra capta. 399 4
hircanus rex. 388 7.
hiſtricum bellum. 375 1
hiſtri à quo domiti. 375 1
hiſpaniæ laus. 369 19 380 1.
hiſpaniæ ſitus. 380 1
hiſpanici belli cauſa. ibidem
hiſpaniæ robur Celtiberi. ibidem 4
horatii. 350 3
horatii Coclitis ſtatua de cœlo iacta 354 3.
horatius Cocles Tyberim tranſnatat. 354 3
humanum caput repertum. 352. 6.

I

IAni porta clauſa, ſed ſine mora iterum patet. 366 1
ianiculum urbi additur. 351 2
ianus geminus. 349 1
illyrica expeditio. 423 2
illyricum bellum. 418 1
illyrij ubi agunt. 367 1
illirici ab Anitio ſubacti. 377 1
illyricum bellum. 367 1 377 1
imperatoris fides. 355 3
imperator miſer. 402 2
imperium Regibus abrogatum. 352 8.
imperium Rom. occupatum. 399. 2.
inſulę Baleares. 403 2
inſulę fortunatæ. 403 2.
interamnum oppid. 402 4
inteſtinum bellum. 394 2
iſaurici cognomen. 389 2
inſaurij præ ſiti ſe dedunt. 390 2.
itali contra Rom. 398 2
iuba Rex contra Cæſarem. 408 23
iuba uictus à Cęſare. ibidem
iubæ interitus ibidem
iudęi Rom. exoſi. 389 7
iudæi impij. 388 7
iudæi defendunt Hieroſolymam. 388 7.
iudiciarię leges. 395 1 397 1
iugurta captus. 384 4.
iugurta catenis opertus. ibidem.
iugurtę de Roma dictum. ibidem 5.
iugurthinum bellum. 383 1.
iulius Cęſar quando interfectus. 347. 2.
iuliæ Cęſaris filię mors. 405 3
iupiter cur Stator dicatur. 349 9. 387 3.
iuniores à ſenioribus conſilium petunt. 369 21
iunii bruti mors. 354 7.
ius humanum et diuinũ uiolatũ 387 3
inuentus Capitolium tuetur. 356 3.
iuuentius prætor uincitur. 377 1.

L

LAcones ccc. occiſi. 374 7
lamponius dux Samnitum. 402 3.
latini domantur. 355 3.
latinum bellum. 357 1 355 1
lauro opp. 403 2
lauinium à quo conditum. 348 2
legati Rom. ſecuri percutiuntur. 367. 2.
legati Allobrogum. 404 4
leges Gracchanę quot. 395 1.
leges Agrarię. 395 1.
leges frumentarię. ibidem
leges Iudiciariæ. ibidem
lentuli caſtra capta. 399 4.
lentulus conſul. 406 3.
lepidi bellum. 403 1.
lepidus conſul. ibidem.
lepidi mors. 404 1.
lepidus quis dicatur. ibidem
lethe ubi delabitur. 381 5.
leuinus conſul. 360 3 373 4.
lex Agraria. 363 7.
lex Agraria quando & à quo primum lata. 395 1.
lege ex Agraria quę mala. ibidem.
lege de Agraria Cicero quid doceat. ibidem.
lex Sulpitia. 401 1.
liberi Cereriſq; certamen. 358 2
libartatis cuſtos populus. 363 5
ligures. 366 1.
liguſticum bellum. 366 1.
liuius Druſus trib. pleb. 397 1.
liuius Druſus laborat morbo comitiali. ibidem
liuius Druſus Antyciram nauigat. ibidem.
liuium Druſum inter & Cępionem unde natæ inimicitiæ. ibidem.
liuius Druſus Catonis Auunculus. ibidem.
liuius Druſus legislator. 398 2
liuius Druſus occiditur. ibidem 4.
locatum loci conſequitur conditiones. 367 3.
lucas Itali boues appellant. 361. 3.
lucę ubi & quando primum uiſæ. 361 3.
lucretia moriens ſui ultionem Bruto & Collatino mandat. 353 1.
lucretiæ ſtuprum infertur. 352 7.
luculli caſtra capta. 400 6
lucullus. 387 2.
luculli caſtra iterum capta. 399 4.
lucullus contra Mithridatem. 388 5.
lucrinus. 358 2
lucius Cæſar conſul. 398 3.
lucius Quintius dictator. 355 3
ludimagiſter proditor. 355 4.
luſitani populi. 380 5 403 1
luſitani uicti. 380 5.
lyſimachia urbs. 374 5.

M

MAcedonia ſeruitute multatur. 377 1.
macedonicum bellum ſecundum. 376 1.
macedonicum bellum tertium. 377 1
macedonici belli cauſa. 3[illegible]7 1.
macedonum nobilitas. ibidem
maieſtas Romana. 405 3
maleus ſinus. 389 1.
manilius. 285 2
manilij caſtra capta. 399 4.
manilius de Gallogræcis triumphat. 376 3.
manlius Torquatus filium occidit. 358 2
manlius de Tarpeio monte præcipitatur. 363 10
manlius contra patriam. 404 3
manlius aureum torquem Barbaro detrahit. 357 6
marcellus conſul. 406 3.
marcellus Ioui arma ſuſpēdit. 367. 7.
marcus Antonius cōtra Cretam 390 1
marcus Attilius Regulus dux. 365 9
marcus Fabius Buteus conſul. 365 11
marcus Antonius uecors. 390 1.
marcus Antonius uictus. ibidem.
mare Siculum 389 3.
mare Adriaticum. ibidem.
mare Thuſcum. 389 3.
marij obſcuritas generis. 384 2.
marij nobile dictum. 385 3.
marius contra Mithridatem. 387 2
marianum ciuile bellum. 401 1
marius. ibidem.
marij belli cauſa. ibidem
marij diſcordia. ibidem
marius ex Africa. 401 1.
marij ſęuitia. 402 3.
marius contra patriam. 402 2.
marius ſepties conſul. 402 3
marius Iuuenis. ibidem
marij Iuuenis interitus. ibidem.
marius nobilitati inimicus. 396 1
marius ruſticus. 397 2.
marius aſtu uſus 386 6
marius contra Dalmatas 418 1
marmor Numidicum. 404 1
martius populus. 385 1.
martius philippus conſul. 398 3
maſſiliā Cæſ. inuadit. 403 10
maſſicus mons. 358 2
medorum conſuetudo. 405 3
megara uir fortiſſimus. 38[illegible] 2
memmius interfectus. 397 2
menenius Agrippa uir facundus & ſapiens. 362 1
meotis lacus. 387 2
merulę mors. 402 3
metij Suffetij mors crudelis. 350 3 35[illegible] 4

Index.

metelli fuga. 397 2
metellus contra Cretenſes. 390 1
metellus conſul. 377 1
metapontum oppidum. 401 1
mezera Syrus. 393 2
militum in prçliando calor. 391 4.
militaris diſciplina. 350 1
miluius pons. 404 1
minutius. 387 2
minutius tribunus pleb. 396 1
mioparones. 389 2
miraculum dçmoniacum. 377 5
mirmilo. 401 1
miſenus. 358 2
mithridaticum bellum. 387 1
mithridates quam diu reſtiterit. 387 1
mithridatici belli cauſa. ibidem. 2
mithridatis edictum. 387 3 & 389 3
mithrid. edicto quot hominum milia interfecta. ibidem.
mithridaticum bellum quando cœptum, & quàm diu durauerit. ibidem.
mithrid. crudelitas. 387 3
mithridatis laus. ibid. 1
mithridates uincitur. ibidem.
mithridat. aſtus. 388 6
mithridates iterum uincitur. ibidem
mithridatis mors. ibidem
morietium beſtiarum morſus morti feri. 378.
moſula flu. 392 6
mutinenſe bellum. 413 1
mutii Scæuole interitus. ibidem
mutius Scæuola pontifex. 402 3
mutius Scæuola ardentibus focis manum iniicit. 354 4

N

NAr. 358 1
naſica Scipio Gracchum perimit 396 3.
neapolis. 358 2
neoptolemus præfectus. 387 3
niceforum opp. 393 2
nicomedes Rex. 387 3
nola urbs. 401 1
non cuiuis homini contingit adire Corinthum 380 2
nonii mors. 397 3
norbani exercitus fuſus. ibidem.
norbanus conſul. 402 3
nuceria opp. 401 1
nuceriæ uaſtantur. 398 4
numa religioſus. 353 2
numa Pompilius ſuccedit Romulo. 349 1
numç Pompilii religio. ibidem.
numa Pompilius cultum deorum docet. ibidem.
numa Pomp. pontifices inſtituit. ibidem.
numa Pomp. annum in 12. menſes partitur. ibidem
numantiui furioſi. 382 3
numæ geſta. 350 1
numa unde dictus. ibidem
numa cultum diuinum in 8. diuiſit partes. 350 2
numantinum bellum. 381 1
numantiç laus, ibidem.
numantini duces, ſe, patriam, ferro, ueneno, igne, perimunt. 382 3
numidicum marmor. 404 1
numinum contumacia. 352 6
numitorii interitus. 402 3

O

OCeani inundatio. 385 1
octauii conſulis interitus. 402 3.
octauiani geſta. 423 2
octauius patris mortem ulciſcitur 412 1
octauius Auguſtus rerum potitur. ibidem.
octauii laus. ibidem
octauius iuuenis imperat. 413 3.
octauii cū Antonio prima diſcordia ibidem.
octauius Aquilam in caſtra refert. ibidem.
odium lethale inter Clau. Neronem & Liuium Salinatorem. 362 2.
oenomaus. 400 1
olimpos oppidum euertitur. 389 2
opes priuatæ fiunt publicç. 369 12.
opes & diuitiç quaſi ſentina. 394 3
opes & diuitiç Rom. afflixere. 394 3.
opimius conſul. 396 1
orchomenos opp. 387 3
orgiaguntis regis uxor ſtuprata. 375 3.
orodes Colchorum rex. 388 6 393 2.
oſca urbs. 403 2
otriculum oppidum. 398 4.
otium multa mala Rom. peperit. 395 2.

P

PAcorus Parthorum rex. 418 1.
padus fluuius. 368 6
pales dea. 361 1
paleſtinç deæ. 400 4
parthicum bellum. 393 1
parthicum bellum ſecundum. 418 1
parthi Rom. infeſti. ibidem
paulus Aemilius filios ſibi denegat. 379 5
paulus Aemilius Papiriam uxorem repudiat. ibid. 6
p. Claudius conſul. 365 11
pecunia in mare proiecta ne periret. 376 2.
perpenna Imperator. 399 4
perpenna deditus. 403 2
peruſinum bellum 417 1
petreius contra Cæſarem. 408 23.
phaſalis oppidum euertitur. 389 2
pheneatæ. 350 3
phœnices fundam repererūt. 391 13
photinus eunuchus. 407 20.
picentii uaſtantur. 398 4
picentes. 361 1
picente bellum. 361 1
piraticum bellum. 389 1
pyrrhi Regis caput uenale. 360 8
piſo. 387 2
piſonis caſtra capta. 399 4
plebei magiſtratus creantur. 363 1
plebei cum patriciis matrimonio iūguntur. 363 1
plotius. 389 3
pœnus affectat Sciciliam. 364. 1.
pompei Magni geſta. 388 6.
pompeius contra Mithridatem. ibidem.
pomp. quç ſubegit. ibidem.
pomp. contra piratas. 389 3.
pompeius belli cauſç plures. 409 3
pompeius Hiſpaniam inuadit. 405 3.
pomp. theatra. 405 3.
pompeius dux. 404 1
pompeij. 358 2
pompei bellum. 417 1.
pompeius uictoria dignus. 389 3
pompei potentia. 405 3
pompei contra Cæſ. bellum. 405 1
pompei bellum quale. ibidem.
pomp. bellum ubi geſtum. ibidem.
pompei belli cauſa. ibidem.
pompei uxor. ibidem.
pompeius penè à Cçſare uincitur ibidem.
pompei ſalubre conſilium. ibidem.
pompeius à Cçſare uincitur. 407 17
pomp. fuga. 407 17
pomp. interitus. 407 19
pompeiani uincuntur ad Mundam. 408 25.
pons de cadaueribus factus. 368 10.
pons Miluius. 404 1
pontica gens. 387 1
ponticum mare. ibidem & 388 6.
pontici triumphi. 405 3
po. Rom. Infantia, Adoleſcentia, Iuuenta & ſenectus. 347 7
pop. Romanus par orbi terrarum. 364 1.
pop. Rom. in cenſum relato hominum inuenta quot. M. 352 3.
pop. Rom. per 700 annos multa præclara gerit opera. 347 1
pop. Rom. multis laboribus periculiſq; iactatur. 347 3
pop. Rom. laus. 382 1 383 1
populi Romani magna calamitas 356 1
porſenna Ethruſcorum Rex. 354 1
porſenna Ianiculum occupat. ibidem.
porſenna cum populo Romano fecit fœdus. 354 2.
portus nobiles Campaniç. 358 2
portius Cato. 391 1.
porta Collina. 402 4
poſthumius ſignum in hoſtes curiaculatur. 355 2
poſthumius Imperator ab exercitu in ſeditione cur lapidetur. 362 1
poteſtas Tribunitia. 395 1
prçfecti nauium igne comburuntur 367 2.
prçneſte oppidum. 402 4
prodigia. 410 17
prima urbis diſcordia quando acciderit. 362 1
princeps quis eſſe poteſt. 393 2
pſeudophilippus. 377 1
ψεῦδω quid ſignificet. 377 1
ptolemçi ſcelus. 407 19
ptolemçi mors. ibid.
pub. Clodicus. 391 1
publius Seruilius. 389 2.
p. Rutilius uir innocens. 398 2
p. Rutilius in exilium miſſus. 398 2.
p. Rut. Aſiam defendit. ibidem.

punicum

Index.

punicum bellum primum. 364.1
punicum bellum ſecundum. 367.1
punicum bellum tertium. 378.1
punicum bellum quanto tempore patratum. 378.1
punici belli cauſa. 378.1
puteoli. 358.2
pyrenæi montes. 369.20
pyrrechmes EubϾæ rex ab Hercule occiditur. 351.4
pyrrhus Græciæ rex. 359.1

Q

QVarta urbis diſcordia. 363.1
quartæ urbis diſcordiæ cauſa. 363.1
quatuor florentiſsimi populi contra Romanos. 359.2
quirinus Romulus dictus. 349.10

R

RAuenna ciuitas. 392.6
regifugium. 152.8
regulus captus ab hoſtibus. 365.10
religio à Sapientibus cur inſtituta. 353.2
religio uera ex quibus conſtet ibid.
remi mors. ibidem.5
remus prima uictima. ibidem
remus urbis munitionem ſanguine ſuo conſecrauit. ibidem
rex imaginarius & ſcenicus. 377.1
rhea. 400.4
rhenus flu. 391.2.392.6
rhodanus flu. 391.2
rhodanus impiger. 385.2
rhodanus inter tres primos Europæ fluuios ponitur. ibidem.3
rhodij ſæpe maris imperiũ obtinuerunt. 373.5
roma Gentium imperio potitur. 349.10
roma biceps. 397.1
roma conditur. 348.4
romana uis. 392.6
romana maieſtas. 405.3
romani oderunt Iudæos. 389.7
romani regem deſtituunt 353.1
romani claſſem incendunt. 378.3
romani cum Latinis pro finibus pugnant. 355.2
romani omnes Nonas celebrant. 352.1
romanum imperium. 405.1
romanum ciuem cruci affigi contra omnes leges. 400.5
romanum imperium ad conſtituendum contendiſſe uirtus, & fortuna uidentur. 347.3
romanum imperium ætati hominis comparatur. 347.4
romanis niſi in agricultura, ferro uti non licet. 354.2
romę regnarunt Reges ſeptem. 353.1
romulus ardens. 353.1
romæ quamdiu regnatum. 347.5
romani uiribus ſuis conficiuntur. 394.2
rom.pop.princeps gentium. ibidem
rom. exercitus à Gallis funditur. 356.2
romani dijs ſe manibus conſecrant. 356.2
rom. pontifices ſacra tẽpli uaſa terra defodiunt. 346.2
rom.imperium cęterarum gentium imperia excelluit. 347.1
rom. de Macedonibus triumphus. 376.4
romani affectant Siciliam. 364.1
rom.ęrarium. 391.2
romuli interitus. 348.10
romulus mandat, ut Romani ſe pro numine acciperent. 349.10
romulus in cœlo Quirinus uocatur ibidem
romuli & Remi de condenda urbe auguria. 348.4
romuli & Remi parentes. 348.2
romulus & remus à lupa lactantur. ibidem
romulus & Remus à Fauſtulo paſtore regio educantur. ibidem
romulus & Remus ubi & quomodo expoſiti. 349.2
romulus optimus Augur. 249.4
romulum & remum Picus auis nutrit. 349.2
rutilius uictus. 398.4
rutilij damnatio. 397.2

S

SAbinarum raptus. 349.6
ſabinum bellum. 358.1
ſabinorum gens. 358.1
ſacer mons. 362.1
ſacriportus. 402.4
ſaguntus hiſpaniæ ciuitas deleta. 368.4
ſalentinum bellum. 361.1
ſamnitarum ingenium. 358.2
ſamnitas Romani ſubigunt & domant. 358.3
ſamniticum bellum. 358.1
ſamothracum religio. 376.3
ſanguis humanus coniurationis pignus. 404.2
ſanguinem humanum qui bibunt. ibidem.3
ſatyria quid. 357.7
ſcelera diu non latent. 384.2
ſcęuola pontifex. 402.3
ſcęuolę mors. ibidem
ſcęuę centurionis fortitudo. 407.15
ſicilia. 364.1
ſcipio. 368.7
ſcipio Naſica Gracchum perimit. 396.3
ſcipio contra Cæſasem. 408.23
ſcipionis copię oppreſſę. 402.3
ſcipionis ſanctitas. 369.21
ſcipio totam Hiſpaniam recuperat. 369.20
ſcythæ ſanguinem humanum bibunt. 405.3
ſcytharum mos in percutiendo fœdere. ibidem.
ſecunda urbis diſcordia quando acciderit. 363.1
ſeditio Tyberij Gracchi. 395.1
ſeditionum omnium cauſa. 395.1
ſeditionis cauſa Gracch. Tyberij. 395.1
ſeditio Apuleiana. 396.1
ſegonia. 403.2
ſenatus opes ſuas communes facit. 369.12
ſenonum nulla ſuperſunt ueſtigia. 357.5
ſenones. 418.2
ſequani pop. 392.6
ſerpens latrat. 352.8
ſerpẽs mirę magnitudinis apud Bragadam. 365.9
ſertorius contra Mithridatem. 387.2
ſertorius contra patriam. 402.3
ſertorianum bellum. 493.1
ſertorij deſcriptio. ibidem.2
ſertorius oppreſſus. 403.2
ſeruilia bella. 394.3
ſerui in cruces acti. 399.5
ſerui fiunt Romę liberi. 369.12
ſeruilij caſtra capta. 400.6
ſeruile bellum. 399.1
ſeruile bellum quando geſtum. 400.1
ſeruorum contra Rom.coniuratio. ibidem. 2
ſeruilius Cæpio contra ſenatũ. 397.2
ſeruius Tullius. 351.1
ſer.Tull.matre ſerua natus ibidem
ſer.Tullij hiſtoria. 352.1.2.3
ſer.Tull.in Tarquinij locum ſubſtituitur. 351.2
ſer.Tull.regnum dolo partum ſumma induſtria adminiſtrat. ibid.
ſibyllini uerſus. 404.4
ſicilia frugum ferax. ibidem
ſicilia cruentius ſeruili quàm punico bello uaſtata. 399.2
ſiculum mare. 389.5
ſociale bellum quæ protenderunt. 399.3
ſociale bellum. 398.1
ſociale bellum quando cœptũ. 399.1
ſociale cur dictum. ibidem
ſociali bello qui pop.in Rom.inſurrexerint. 399.2
ſocialis belli occaſio. 398.1
ſoranus prętor. 402.4
ſorani mors. ibidem
ſpartacus dux. 400.1
ſpartacus occiſus. 401.1
ſpartacum bellum. 400.1
ſp.Caſſium Seruilius Hala confodit 393.8
ſpolia opima. 367.6
ſpolia ad Feretrium reportata. 356.4
ſpoletum oppidum. 402.4
ſtator iupiter. 348.9
ſtatuę trepidaneæ quibus tribui ſolitę. 367.2
ſubterraneis dolis urbs euerſa. 356.4
ſucro opp. 403.1
ſulpitia Lex. 401.1
ſulmo uetus oppidum. 402.4
ſunia Veſtalis uirgo in ſtupro deprehẽſa, Romæ uiua defoditur. 363.6
ſylla & Charybdis. 366.3
ſylla contra Mithridatem. 387.2
ſyllanus. 385.2
ſyllæ diſcordia. 401.1
ſyllę crudelitas. ibidem
ſyllę uictoria. ibidem
ſyllæ proſcriptio. 403.1
ſyllius Italicus. 399.3
ſyria Dea. 400.4
ſyria uicta Romanos corrupit. 394.3
ſyracuſæ urbs capiuntur. 369.16
ſyriacum bellum. 373.1

T

TAbula proſcriptionis Syllæ. 403.2
tarchon rex 405.2

Index.

tarenti ſitus ac potentia. 361.1
tarentinũ bellũ quando geſtũ. 361.1
tarentinum bellum cum Pyrrho rege. 359.1
tarpeia uirgo Sabinis Capitolij portas aperit. 348.8
tarquinius priſcus. 351.1
tarquin. priſc. unde oriundus. ibidem
tarq. priſ. Senatus maieſtatem numero ampliat. ibidem
tarquinij hiſtoria. ibidem
tarquinius priſ. 12 Ethrurię populos armis ſubegit. 351.3
tarquinius ſuperbus poſtremus Rex. 3 .1.
tarq. cur dictus Superbus. ibidem
tarquin. ſuperb. rapit regnum ibidem.
tarq. ſuperb. geſta. ibidem
tarq. ſuperbi crudelitas ibidem. 2.3
tarq. ſuperb. quæ oppida in Latio ceperit. ibidem. 3
tarq. ſuperb. filium uerberat. ibidem. 4
tarq. ſuperb. papauerum capita uirgula excutit. ibidem. 5
tarq. ſuperb. Templum erigit. ibidem
tegeatę. 350.3
tela in modum grandinis. 393.2
tellus Dea. 361.2
tellurem deam quis colere inſtituit 361.2
tenchateri populi. 392.5
terine urbs. 403.2
terminus & iuuenta cęteris dijs cedentibus reſtiterunr. 352.6
tertię urbis diſcordię cauſa. 363.1
teucæ reginæ facinus. 367.2
theatrum Tarentinum multarum cauſſa calamitatum. 359.1
theatra Pompei. 405.3
theleſinus Samnitum dux. 402.3
theodorus. 407.20
theodorus in crucem actus. 411.20
thermopylę unde dictę. 374.7
theutones ex Gallia & Hiſpania excluſi. 385.1
theutonicnm bellum. 385.1
theutones uicti. 385.3
theurobochus rex uictus. ibidem.
thora. 401.1
thoas Etholię princeps. 373.5
thracia uberrima ualidiſsimaq; prouincia. 394.2
thracium bellum. 386.1
thraces tributarij quondam Macedonum. ibidem
thracum incurſiones. ibidem
thraces ſanguine humano litant. ibidem. 2
thraces ſanguinem humanum bibunt. ibidem
thraces mortem tam igni quàm fumo fœdant. ibidem
thracium bellum quando. 387.1
thracum ſęuiſſimi Scordiſci ibidem. 2
thraces fugati. ibidem
thracibus abſciſſę manus. ibidem
thraces in, igne & ferro ſęuitum. 387.2
thuſcum mare. 389.3
tiberius Nero. 389.3
ticinum. 368.7
tigurini uicti. 386.6
tigurini ex Gallia & Hiſpania excluſi. 385.1
tigurinum bellum. 385.1
titurij mors. 391.1
tirus Tatius. 358.1
tomyris Schitarum Regina. 394.3
torquati unde dicti. 357.6
treuiri populi. 391.3
tribunitia poteſtas. 395.1
triumphi Armenij. ibidem
triumphi de Samnitibus habiti. 358.3
triumphi pontici. 405.3
triumphus maritimus. 364.4
triumphus de nomine tantũ. 382.3
tryphon Syrię rex. 389.5
tullus Hoſtilius. 350.1
tylli Hoſtilij uirtus. ibidem
tulli Hoſtilij uita. ibidem
tullus miliriæ artifex. 353.2
turij. 401.1
tutia oppid. 403.2
tyber ponte inſternitur. 351.1
tyberij Gracchi ſeditio. 395.1
tyberius Gracchus ſeditionis cauſa. 395.1

V

VAlentia urbs. 403.2
ualerius publicola. 353.4
ualero. 362.2
ueientes pulſi. 348.6
ueientes funditus deleti. 355.3
uelini fontes. 358.1
uenetię amœnitas. 385.5
uentidius dux. 418.1
uenuleij mors. 402.4
uercingentorix rex. 392.6
ueſuuius mons. 358.2
ueſuuius mons ardens. 358.3
uictoria incruenta. 89.3
uictoria uera. 355.4 2. 400.1
uictoria manu unius parta. 350.3
uindelici. 418.1
uindelicus amnis, 385.2
uiriatus uir callidus. 381.6
uiriatus quos uicerit. ibidem
uirgo Romę in corruptione deprehenſa percuritur. 363.6
uirgo ingenua ſtupro deſtinatur. 363 1
uirginius filiam interficit. 363.1
uirgines ueſtales nudo pede fugiunt 356.2
urgines ueſtal. in plauſtrum receptę ibidem.
uirgines ueſtales ob ſtuprum in terra obrutæ. 363.6
uirgines prędę ſunt. 348.6
uitia quę & unde Romam irrepſerunt. 383.1
ulmus conciſa ſubito floret. 386.5
uolſini opulentiſsimi Ethruſcorum 362.1
uolſinenſe bellum. 362.1
urbs incendio expiata. 356.5
urbs muro cingitur. 351.2
urbis & imperij conditor. 348.1
utica ciuitas. 408.23
uulturnius amnis. 402.3
uulturius prætor. 404.4
uultures. 349.4

Y

YSara. 385.2

Z

ZEugma oppidum. 393.2

Index eorum quæ abundè in Commentariolo in Cebetis Thebani Tabulam referuntur. In quo obſeruabis Lector, numerum indicare paginarum ſeriem, Alphabeti uerò literam, characterem Commentarijs ipſis ſuo quemque loco inſertum.

ADulatorum deſiderium
adulterium ubi (442.c
nullum ibidem.
ægyprij Mathematicis operam cur dent. 469 a.
agro animus ſimilis. 448.d
alexander de Hales quis. 461. a
angelus cuiq; homini tributus. 460. d.
anima qualis in ſuæ creationis principio. 435 b
anima qualis à principio . in libri argumento.
animæ obliuio unde ſit 435. b
animarum prima origo. 459. a
animarum in corpora deſcenſus, ac earundem in cœlum reditus. ibidem.
animus agro ſimilis. 448.d
animi bona ſemper nobiſcũ. 440. e
animi mores quibus ſignis cognoſci poſſint. 464. a
apellis dictum nobile. 428. b
arrogantis hominis deteſtatio. 453. c
arrogantia quid. ibidem
artis ſuæ materiam tractare par eſt. 428 b.
artium proceſſus. 446. c
artium diuerſarum deriſio. 448. a
artibus bonis quis aptus ſit. 454. b
artium differentię. 467. d
artibus uictus parandus. ibidem

artes

Index.

artes quę licitię. ibidem
artium proprium. 470.a
aſtronomię qualiter ſtudendũ. 468.a
auditores quales eſſe debent. 432
Beatitudo ſine quib. ſcientijs acqui ri poſſit. 470.e
beatitudinis uarię ſentententię. 432 b
beati gaudẽt ſe mundi pericula, ac ui tia uitæ huius euitaſſe. 459.b
bene ad uiuẽdũ, quę adiuuẽt maxiè
bibentium diuerſitas. 435.c (451.c
bonauentuta cur Seraphicus. 476.b
bonitas morum ex quibus. 469.b
bona uera quę ſunt. 431.c.440.e.476.c
bonorũ quæ ſint cõmunes ſentẽtię.
bonorũ genera plura. ib. 440.a.(440.e
bona animi ſemper nobiſcũ. 440.e
bonũ unũ eſſe uarijs tamẽ nominib. nuncupatum. 441.a
bonorũ corporis aſſertores phil. 448 b
bonum malum eſſe dicentes. 460.e
bona, hominũ iudicio quę ſint. 466.i
bonis fortunæ qualiter utẽdũ. 466.c.f
bonorũ fortunæ, cauſaq́ꝫ mala fiãt 466.c plinis. 469.b
boni quã plures ſine ſecularib. diſci-
boni ſummi ſententię. 464.f
bonum nulli malũ eſſe poteſt. 471.e
bona oĩa culpa carere debẽt .474.b
bonorum natura qualis. ibidem
boni malũ cauſa eſſe nõ poteſt. 475.c
bonorum principium quod. ibid.
bonum ſummum in quo. 476.c
brutorum cognitio, ſagacitasq́ꝫ 461.g
CApella pro ſacro locello, an noua caſus quid. 427.a (uox. 428.b
caſu quæ euenire dicãtur. 427.a.466.i
cauſarum genera tria. ibidem
ciuitas quid. 428.a.429.b
clementia qualis eſſe debet. 454.e
cognitionis bonum. 475.a
conſtantiæ exemplum. 465.b
concupiſcentia quid, & eius ſpecies
conſtantia quid. 450.d (436.b.453.c
conſuetudinis uis. 442.e
continentia quid. 442.b.450.c
continentię genus quadruplex. 453.c
contrariorum natura. 432.b.463.d
cõuitijs maximè abſtinẽdũ eẽ. 428.b
corycium antrum quale. 461.b
coronarum diuerſa genera. 456.a
coronari q̃ digni nõ ſint .464.b 463.e
corporis bona q̃lia cẽſẽda 471 e.474 b
corporis bonorũ aſſertores phi. 448.b
corpotis & Fortunæ bona nocere ſæ pius. 472.d
credendum cui non ſit. 465.d.e.467.a
critici qui. 448.a
DEcipientibus mos. 464.a
demetrij Polycratis hiſt. 440.e
dei ſapientia qualis. 462.g (475.a
dei cognitio, ignorantiaq́ꝫ quid ſit.
deorum gentilium inſignia. 443.d
dialectica quid. 447.b
dialectici. ibidem
diligentię commodum. 471.c
diſcẽda aliq̃ multiplici cauſa. 470.e
diſciplinæ inutiles quæ 445.h.446.c
diſciplinarum proceſſus. 446.c
diſciplina uera quę ſit & quæ eam ſe quuntur. 449.b
diſciplinæ Verę popriũ. 452.a.b.c.d
diſciplina falſa quę ſit. 445.h
diuina non inquirenda. 468.a
diues aut auarus, aut auari hęres 475 b
diuites ſancti plurimi. 474.a
diuitias nemini nocere, ſed male u-tẽs nocumẽtum ſibi affert. 439.d
diuitiarum dilapidatio. 440.a
diuitiæ multos perdiderunt. 465.f
diuitiarum uſus qualis eſſe debeat. 456.c.f
diuitias nocere habenti ſępius. 472.d
diuitiæ uitiorum nerui. 474.a
diuitias nõ obeſſe bene utentib. ibi.
diuitiæ pręter modum amatę quid mali afferant. 474.b 475.b
diuitię qua arte parentur. ibi.b.d
diuitiarum effectus. ibidem
docti plerumq́ꝫ mali. 469.b.470.a.b
dolor quid, & eius ſpecies. 443.f
dubitandũ de quibus ſit, quantũq́ꝫ bene dubitare profuerit .437.f
epicureorũ de fabulis ſentẽtia. 430.a
epicuri ad homines ad ſe alliciendos aſtus. 434.b
ettor quid & unde dictus. 435.a
erroris cauſę quę. ibidem. a.b.c
error non ſimilis in quolibet reperi-
error uis. 460. e.f (tur. ibid. c
eruditionis fructus. 475.a
euentus quid. 427.a 468.i
expetẽdorũ ꝓpter ſe genera duo 441 a
FAbularũ diuerſitas, quibúſue utẽ-dum fabulis. 430.a
falſę diſciplinę quę cenſendę. 445.h
felices gaudẽt ſe mundi pericula, ac uitia uitæ huius euitaſſe. 459.b
felicitas quib. medijs acq̃ratur 454.e
felicitatis uarię ſententię. 432.b
felicitatem ex tribus conſtare. 441.a
felicicas uirtutum mater. 456.a(ibi.
felicitas q̃b. ſimilis & quæ eius ꝓpria
felicitati adipiſcendæ neceſſaria. 469. d.470.e
felicitatis priuatio ingens malũ 463.c
feræ hominib. prudentiores. 461.g
fides quid. 464.d. (463.e
finem intentum qui nõ adipiſcãtur.
finium. phõrum uariæ ſentẽtię. 440.e
fors quid. 427.a 468 i
fortuita cauſa quæ ſit ibidem.
fortitudo quid. 454.c
fortitudo officium quod. ibidem
fortuna quid. 427.a.468.i 438.a
fortunæ definitio ac natura cętera.
fortuna unde dicta. ibidem.b
fortunę uis ibidem.f.439.c
fortunæ incõſtãtia. 438.f.439.a.465.d
fortunæ ſimulacrũ. 438.a.ibi.f.439.b
fortuna magnarũ calamitatũ cauſa. 439.c
fortuna unde bona, uel mala. 440.c
fortunæ bona qualia ibidem. d
fortunę nõ credẽdũ. 465.d.ibi.e. (ibi.
fortunæ bonis qualiter utẽdũ. 466.c.
fortunę bona q̃lia cẽſẽda. 471 c 474.b
fortunæ corporis bona nocere ſæpi-us. 472.d
fortunatorum domicilium. 451.f
frontis hilaritate abutentes. 464.a
furor quid. 453.c
furioſus & iratus quo differant. ibi.
GAudium quale eſſe debet. 466.h
genitus quid. 429.e
geometrarum conſuetudo. 432.f
geomet. q̃liter dãda opa. 468.a.469.a
HAbitus ex quib. generetur. 476.a
herculis proprium. 432.e
hieroclis dictum. 442.c
hilaritate frontis abutentes. 464.a
hominibus feræ prudentiores. 461.g
honeſtũ tãtũmodo bonũ eſſe. 471.e
humanę uitę gradus tres. 441.c
Ignorantię uis. 460.c.f
ignorantia Scientiæ hoſtis. 463.d
ignorantię malũ. 475.a.476.c
ignorãtia nõ ſimilis in quolibet repe ritur. 435.c
ignorantiã quæ mala ſequũtur. 431.a. b.435.a
ignorantiæ cauſę quæ. 435.a.b.c
ignarus, & Sciens quo differũt .431.a
ignari natura qualis. 448.a.463.d
ignoti nulla cupido. 470.e
imperatorũ in coronis dãdis cõſuetu do. 456.a
imptudentię ſignum. 461.f
incontinentia quid. 441.c
infelicitatis domicilium quod. 444.c
infelicitatẽ quę mala ſequãtur. 463.a
inopia Luxuriæ filia. ibidem.f
inſipientiæ malum. 431.b.432.b
intemperantia quid 453.b
ioannes Picus Mirandula. 469.c
iratus, & Furioſus quo differãt. 453.b
iouẽ ꝑ ipſũ iurare maximum fuiſſe. 430 c
iurandi ritus apud ueteres. ibid.
iuſtitia quid. 454.e
iuſtitiæ comites. ibidem. (f
LAedẽtia plurimũ timeri ſolẽt. 461.
lęſus plurimum timere ſolet. ibi.
lætitia geſtiens quæ. 465.g
liber Vitæ. 433.c
liber qui eſſe meretur. 460.a.461.a.b
liberalitas quid. 454.e
libera cauſa quę ſit. 466.i
libertas quid 460.a
logicæ qualiter danda opera. 468.a
luctus quid, & quę in eo turpia. 444.a
luxuria unde dicta. 463.f
luxuria quid & eius malum. ibid.
luxuriæ inopia filia. ibidem
luxuriæ currus qualis. ibidem
MAlus in aliũ reijcit culpã ſuam. ibidem d
malorum paſſim copia. 470.a.b
malis gaudentes. 459.b
malum bonum eſſe dicentes. 460.e
mali hominis deſcriptio. ibid.
mali plures, quàm boni. 429.b
mala quæ ſint. 431.d, 440.e.476.c
malos quandoq́ꝫ prodeſſe. 437.a
malorum iudicium quale. 472.
malum ſummum in quo. 476.c
mala à bonis ſeparanda. 473.d
malum boni cauſa eſſe non poteſt, 475.c
malorum principium quod. ibidem
manſuetudo quid. 454.e
manſuetudo qualis eſſe debet. ibid.
marſi populi quales. 462.a
mathematicis qualiter ſtudiũ 468.a 469.a.& ibidem c
mathematicis Aegyptij operam cur dent. ibidem a
mathematicorum differentię. ibid.e
medela duplex. 452.g
medicinæ ſpecies quinq́ꝫ. ibidem
medicorum conſuetudo. 434.d
medici perfecti officium. 453.a

Index.

medicorum & uirtutum inter ſe comparatio. 461. d
medicorum in ſecandis membris.
meditullium. 451. d. (mos.473.d
medium quale eſſe debeat. 470. e
mendacium quale. 446. b
meretrix ubi nulla. 442.c
meretricum natura qualis. 435.d.442
meretricũ cura circa qd. 442.c.ib.g.
meretrices cui aſſimulẽtur. ibidem
meretricum perſuaſio qualis. ibid.d
meretrici ſeruire turpiſſimum.ib.g
meretricia ars à qua& ubi repta.ib.c
modeſtia quid. 454. e
mœror quid. 444. b
mœſtitię tẽpore quę fieri ſolita.462. e
mœſtorum ſigna. ibidem
morbus quid. 452. g
morbus duplex. ibidem
morbi curatio qualis eſſe debet.ibid.
morbũ prodeſſe interdũ. 472.d.473.f
mors quæ mala, aut bona putanda. 472. d
morte uitia deteriora eſſe. 432. a
mortem non eſſe malum. 473. e
mortem & uitam non differre.ibid.
mors quæ optima cenſenda. ibid.
mori honeſtè melius, quàm malè uiuere. ibid. (464. a
morum cognoſcendorum indicia.
mulier peccati cauſa. 429. c
munificentia quid. 467. f
munificẽtiæ quãdo nullus locus.ib.
muſicæ laus, atq; uituperatio. 447.c
muſici quales. ibidem
muſicæ qualiter danda opera. 468.a
naturalis cauſa quæ ſit. 468.1 (463.e
nauta laudãdus, aut uituperãdus qs
OBlationes pro templis quę.428. c
obliuio animæ unde ſit. 435.b.
opinio qd, et cętera eius natura.436.a 464.b
oppoſita qualiter eidem ineſſe poſ-
oratorię uis.447.a (ſint, aut nõ.466.c
PAtientiæ exemplum. 465. b
parmenidis hiſtoria. 430. b
peccatis gaudenres. 459. b
peccatorum cauſæ quę. 460.d
pecunię amiſſę cõſolatio.465.f.466.h
peripateticorum redargutio. 448. a
perſeuerãtię laus, fructusq;.462.d.463e
pharmacum, & eius contrariũ.462.c
philoſ an fabulis uti debeat. 430. a
philoſop.pleriq; mali.469.b.470.a.b
philoſ. à quibus pulſi, & quare.ibid.
philoſophi adepti magiſtratus plerumq; tyranni effecti. ibid.b
pythagoræ hiſtoria. 430. b
pythagoras de litera y. 437.f
plato de animæ obliuione. 435. b
platonis de deſcenſu animarum in corpora, & earũ in cœlũ reditu. 459.a
pœnitentiæ conſideratio .444.e.471.b
poẽtarum intentio. 446. e
poẽtice, ac poẽtarũ cõſideratio.446. e
potantium diuerſitas. 435. c
principia Rerum prima duo eſſe ſecundum quoſdam. 475.c
probitas quid. 454. e
probi qui cenſendi. ibidem
præmium magnum ſine magno labore nõ adipiſcimur.450.a.451.a
præmium incitat ad uirtutes. 456.a
prę mia magna non niſi per magnos labores. 462. d
prudentis officium. 461.f.ibidem.g
pſylli populi quales. 462.a. (443.b.d
punitio quid, & qualis eſſe debeat.
purgatoriæ uirtutes quæ. 448. e
quies uires reparat. 451. b
REquies uires reparat. ibidem
rerum genus triplex, bonarum, malarum, differentium 447. a
rerum principia prima duo eſſe ſecundum quoſdam. 475.c
riſus cur homini tributus. 464. a
riſu abutentes. ibidem
riſus qualis eſſe debeat. ibidem.
SAcellum quid. 427.b
ſalus quib. medijs habeatur. 433.g
ſanctè ad uiuendum quę adiuuent maximè. 451.c
ſanctos ſpernentium redargutio. 427.b.448.a.451.f.455.c.476.b
ſapiens tantum liber. 431.b
ſapientia uſus filia. 476. a
ſapientię laus. 467. e
ſapientiæ gradus duplex. 460. g
ſapientia dei qualis. 491. g
ſapientia q̃d, ac eius excellẽtia.476. a
ſaturni conſideratio 427. b
ſciens & Ignarus quo differunt.431.a
ſciendi Veri cupiditas inſerta omnibus. ibid.432.d
ſcientiæ ueræ puritas. 453. e
ſcientiæ ueræ officium. 454.d
ſcientię bonum maximũ.431.b.476.a
ſcientiæ proceſſus. 446.c
ſcientiarum genus triplex ibidem
ſcientia, quo à fide, & opinione differat. 464.b
ſcientiarũ inſpectiuarũ natura.470.c
ſcientię ignorantia hoſtis. 463.d
ſcientię bonum. 475.a.476. c
ſcientię fructus. 475.a.
ſcorta cui aſſimilentur. 442.c
ſcotus cur doctor ſubtilis. 459. b
ſcripta aliorũ s.uſurpantes.in Epiſt.
ſegnitiei malum. 463.a
ſeres populi neq; meretrices neque adulterium admittunt. 442.c
ſerpẽtes qb. nocere nõ poſſunt.462.a
ſerui ſtulti omnes. 452.g
ſeruorum officium. 468. a
ſeruitutis grauitas. 460.a
ſeruire uitijs ſeruitus grauiſſima.460
ſocrates cur ſe nihil ſcire ſolitus ſit aſſerere. 446.b (uerſatus.
ſocrates tantũ circa moralẽ philoſ.
ſoc.ſtudiũ q̃le. (uerſatus.445.h.446.c
ſocr. de Mathematicis ſententia.ib.
ſolium quid. 434 .a (469.c.470.c
ſpei efficatia. 455.a
ſphingis conſideratio. 431. b
ſtilphonis philoſ. ſapiens dictũ 440.e
ſtudiũ circa qd eſſe debet.468.a.469 a
ſtudium quale eſſe debeat. 431.a
ſtultitię malum. 431.b.432. b
ſtultitiæ cauſæ quæ. 435.a.b.c
ſtultos omnes ſeruos eſſe. 431.b
ſtulti ſerui omnes. 452,g
ſuadela quid, & eius uis. 434.b
ſuadere qui maxime poſſint. 434.a
ſummi boni ſententię. 463.f.476.c
TẽperãTia qd, et eius comites.454.b
temperantiæ proprium. 453.b
timere quę maximè ſolemus. 461.f
tyranni maxime ex philoſop. 470 a
triſtitia quid, & quotuplex. 443.c
triſtitia ſine, nemò eſſe poteſt. 444.b
VAllum quid. 429. a
uenena quibus nõ noceãt. 462.a
ueritas qualis. 446.b.471.a
uerę diſciplinæ propriũ. 452.a.b.c.d
ueri ſciẽdi cupiditas inſerta omnib.
ueſtibulum quid. 429. d (431.432.d
uia unde difficilis. 449.3
uiæ duæ, uitę huius. 437.f
uiaticũ quid, qualiterq; parãdũ.467.e
uiperę morſus natura. 461.f
uirtus quid. 432.b.461.c
uirtutum amatores. 429.b
uirtutes pauci amplexantur. ibid.
uirtutum proprium. 461.c.d.462.b.c
uirtutũ prædicatio qb. odioſa. 465.f
uirtutẽ ad ipſã q̃liter accedẽdũ 467.a
uirtuti quando opera danda. ibid.d
uirtutes purgatiore quę. 448.1
uirtutum genera quatuor. ibidem
uirtutum efficacia. 451.a.449.b.c
uirtus uia qualis. 449.g
uirtutum, & uitiorũ diſcrimẽ. 450.a
uirtutes unde germanę. ibid.
uirtutes cur datę. ibidem
uirtutum puritas. 453.e
uirtutum pluriũ definitio. 454.e
uirtutum felicitas mater. 455.b
uirtutum cauſæ. ibidem
uirtutũ, et Medicorũ inter ſe cõpatio
uita quid. 433.a. (461.d
uitam hanc mortem eſſe. ibidem
uitam humanã trib.cõtineri. ibid.
uitę humanæ ſpatium. ibidem
uitæ pręſentis conditio. ibidem.g
uitæ huius, Vię duę. 437.f
uitæ Humanæ gradus tres. 441.c
uitę neceſſaria primũ acq̃rẽda. 467. d
uitam, & mortem non differre.473.e
uitia q̃ plurimi ſequuntur. 429.b.
uitiorum amatores. ibidem
uitia morte deteriora eſſe. 432. a
uitium quid. 432. b
uitiorum potatio. 434. d
uitiorum fertilitas. 448. c
uitiorũ. & uirtutũ diſcrimen. 450. a
uitiorũ imitatores paſſim, abundeq; reperiri. 452.g.456.a
uitia uincentibus pręmia danda. ib.
uitiorũ cur tã frequẽs multitudo, ibidem. 456,c, 460.b.
uitijs gaudentes. 459.b (a
uitijs ſeruire ſeruitus grauiſſima. 460.
uitiorum uis. ibidem.b
uitiorum natura. 467.a
uitiorum iudicium quale. 462.c
uitiorum neruos diuitias eſſe. 474.a
uiuere male nulli eligendum. 473.e
uoluptas quid, & reliqua eius natura.436.c.ibid.d 437.a (c.437.a
uoluptati quilibet pronus eſt.434.b.
uoluptatis finis. 435.d
uoluptatis repertori Xerxes pręmium ſtatuit. 436.c
uoluptatum turpiũ propriũ. ibid.d
uoluptas nomen indifferens. 437. a
uoluptuarij qui. 448. a (c
uſus res bonas efficit, aut malas. 431
uſus reiũ, nõ res attẽdi debere 474 a b
uſus ſapientiam filiam eſſe. 476. a
xerxes uoluptatis repertori præmiũ. ſtatuit. 436. c

Finis

Iulii Solini Polyhiſtor.

IOANNIS CAMERTIS ORDINIS MINORVM, BONARVM artium, ac ſacræ Thelogiæ Doctoris eximij, in Iulium Solinum Enarrationes.

C*VM & aurium.*) Ex Horatij præcepto in arte Poëtica dat amico ſuo bonarum artium ſtudioſo, opuſculi ſui ſupremum examen. *Si quid olim,*
Scripſeris (inquit ille) *in Metij deſcendat iudicis aures,*
Et patris & noſtras. Sui autem propoſiti tres reddit Solinus rationes, uidelicet amici, cui librum caſtigandum tradit, clemētiam, bonarum artiū ſtudiū, poſtremā eius amici erga ſe benignitatem. Monet his uerbis Solinus ſcripta nō niſi elimata, terſa, atq; diligentiſsimè caſtigata inuulganda. Rurſus amicorū prudentium iuditium in rebus ſerijs requirendum. Itemq; ne nobis in rebus noſtris nimis complaceamus. In hiſce præterea rebus doctiores conſulendum fore. Nota eſt in Pœnulo Plauti ſententia. Viam, qui neſcit (inquit) qua deueniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem ſibi. Non abſimile huic in fine epiſtolarum Horatianū præceptū.
Viuere ſi rectè neſcis decede peritis.
Libri præterea examen, non niſi peritis committendum inſinuat. Quiſque enim (ut in Ethicis diſſerit Ariſtoteles) bene iudicat, quæ cognoſcit, & horum bonus eſt iudex. Tria ſunt authore primo Georgicorum Heſiodo, hominum genera. Eius uerſus ſunt, quos Ariſtoteles quoque recenſuit in primo Ethicorum uolumine.

Optimus hic, ſeſe qui nouit cuncta magiſtro,
Proſpiciens rerum fines, meliora ſecutus.
Dignum laude uirum parentem recta monenti
Credimus, ille tamen ſibi qui non conſulit, aut qui
Alterius præcepta fugit, uir inutilis extat.

b *Clementia.*) Claritudine, ac lenitate mentis. Clemētia, ~~quam~~ Græci ἀνεξικακίαν uōcant, eſt temperantia animi in poteſtate ulciſcendi, uel lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis pœnis. Vel eſt inclinatio animi ad lenitatē in pœna exigenda. Eſt aūt hæc crudelitati omnino cōtraria, cū crudelitas nihil aliud ſit, quā atrocitas animi in exigēdis pœnis. Nullā ex omnib. uirtutib. magis homini cōuenire ſcimus, quā clemētiā, cū ſit nulla humanior. Hæc in quācunq; domū peruenerit, eam felicē, trāquillāq; præſtabit. Sed in regia, quo rarior, eo mirabilior. Nihil eſt laudabilius, nihil magno & præclaro uiro dignius, placabilitate atq; clemētia. Tanta, tamq; excellens hæc uirtus eſt, ut, *cum uincamur in omni Munere, ſola deos æquat clementia nobis.* Hæc ex Marc. Tul. primo Officiorum. Seneca in lib. de Clementia ad Neronē, Claudiano de quarto Honorij Conſulatu. Extat apud Max. Valer. titulus, qui de humanitate, & clementia inſcribitur, factorum & dictorum memorabilium libro quinto. c *Oppidò.*) Satis, ſuperq;. d *Cuius uel induſtria.*) Ad id refertur, quod dixerat. Et optimarum artium. &c.
e *Liber eſt ad compendium præparatus.*) Argumentum operis eſt, exponens quid ſcilicet opuſculum in ſe contineat, & qualis in eo procedendi modus. f *Fermentum.*) Mixturam augmentumq;. g *Bracteas.*) Fucum, uerborum ſuperfluitatem, ac faſtum. h *Exquiſitis aliquot.*) Pliniana imitatio prologo primi naturalis hiſtoriæ. Exquiſitis (inquit) autoribus centum, & cætera. i *Referrem pedem.*)

IVLII SOLINI POLYHISTOR. PRAEFATIO.

Quæ ſit operis, & authoris intentio. Cap. I.

a CVm[a] & aurium[b] clementia, & optimarū artium ſtudijs præſtare te cæteris ſentiam, idq;[c] oppidò expertus, de beneuolentia tua nihil temere perceperim, putaui examen opuſculi huius tibi potiſsimum dare, cuius[d] uel induſtria promptius ſuffragium, uel benignitas ueniam
b ſpondebat faciliorem. Liber[e] eſt ad compēdium præparatus: quantumq; ratio paſſa eſt, ita moderatè repreſſus, ut nec prodiga ſit in ea copia, nec damnoſa concinnitas. Cui ſi animnm propius intenderis, uelut[f] fermentum cognitionis magis ei ineſſe, quàm [g] bracteas eloquentiæ deprehendes. Exquiſitis[h] enim
c aliquot uoluminibus ſtuduiſſe me compendio fateor, ut & à notioribus referrem[i] pedem: & remotis largius immorarer.

a Prouer-

Prouerbialis figura, de iſs, qui non in obuium quodlibet pedem mouent. Vtitur eadem & infra cap. 51. Verum (inquit) ut ab aliſs referamus pedē. Et Ammianus Marcellin. lib. hiſtoriarum 26. à principio. Ouidius ſexta. 1 de Ponto. *Turpe referre pedem.* Diuerſa ab illa Horatij undecima. 1. Carminum *3 pedes, quo te rapiunt, uel auræ.* Quadrat huic loco & diui Hieronymi de locis Hebraicis ſententia. Vt enim (inquit) excelſa mihi non uendico, ita terræ inhærentia me ſupergredi poſſe credo.

Locorum [a] commemoratio plurimū tenet, in quā par a
tem ferme inclinatior eſt uniuerſa materies. [b] Quorum
commeminiſſe ita uiſum eſt, ut inclytos terrarum ſi-
tus & inſignes tractus maris, ſeruata orbis diſtinctio-
ne, ſuo [c] quoq; ordine redderemus. Inſeruimus etiam b
pleraque differenter congruētia, ut [d] ſi nihil aliud, ſal-
tem uarietas ipſa legentium faſtidio mederetur. In-
ter hæc [e] hominum, & aliorum animalium naturas
expreſſimus. Addita ſunt pauca de arboribus, & la- c
pidibus [f] exoticis: de extimarum [g] gentium for-
mis, de ritu diſſono abditarum nationum. Non-
nulla etiam memoratu digna, quæ prætermittere in
curioſium uidebatur, [h] quorum authoritas (quod d
imprimis induſtriæ tuæ inſinuatum uelim) de ſcri-
ptoribus manat receptiſsimis. Quid enim proprium
noſtrum eſſe poterit, cum nihil omiſerit [i] antiquita-

a (*Locorum commemoratio.*) Scripturus Solinus plurima orbis miracula, exponit loca, in quib. ea mira, facta narrātur. Ad hiſtoriam enim maximè pertinet nedum rem ipſam exponere, ſed à quo, quando, & ubi geſta fuerit, explicare. b *Quorum.*) Locorū uidelicet. c *Suo ordine.*) Diuus Auguſtinus cap. 13. decimi noni Ciuitatis dei, ordinem definiēs. Ordo eſt (inquit) parium, diſparium'q; rerum ſua cuiq; loca tribuēs diſtributio. Orbis pulchritudo, inquit 12. Metaphy. Ariſtoteles, in ordine & diſpoſitione cōſiſtit. Notatu dignum eſt, in rebus omnibus Horatianum in arte Poëtica præceptum, quo ait, *Singula quæq; locum teneant ſortita decenter.* d *Vt ſi nihil aliud, uarietas ſaltem.*) Hi authores præſertim ad ſe lectores alliciunt, in quibus uel ſuauis fuerit elegantia, uel ipſa ſaltem materia recreat ſtudioſos. e *Hominum.*) Capite quarto, & tribus ſequentibus, hominum natura exprimitur copioſè. De aliſs animalibus, arboribus, ac exoticis lapidibus, locis plurimis. f *Exoticis.*) Peregrinis. g *Gentium formis, deq; ritu diſſono.*) Præcipuè cap. 41. ubi de Aethiopia ſermo eſt. Multa rurſus ca. 65. quo loco Indiæ miracula plura refert. h *Quorum authoritas.*) Quantum magnorum uirorum authoritas in rebus ualeat, Euripidis uerſibus in Hecuba demonſtratur. Sunt autem Euripidis uerſus iſ.

Τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃ τὸ σόν.
Πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει. Verba ſunt Hecubæ ad Vlyſſem.
Authoritas uerò (inquit) *& ſi male dicat, tua*
Perſuadebit. Nam ab inextimatis proficiſcens oratio,
Et ab exiſtimatis, eadem haud quaquam tantundem ualeat,

Hos Euripidis uerſus in Latinum Ennius ſic conuertit.

Hæc tu, & ſi peruerſe dices, facilè Achiuos flexeris.
Nam cum opulenti locuntur pariter, atq; ignobiles,
Eadem dicta, eadem oratio æqua, non æquè ualet.

Hæc ex noctibus Gellianis lib. 11. Pythagorici tantū authoritatis præceptori Pythagoræ tribuebant, ut ſi quid affirmarent in diſputando, cum ex eis quæreretur, quare ita eſſet, reſpondere ſolitos eſſe, *αὐτὸς ἔφα*, id eſt, ipſe dixit. Ipſe autem erat Pythagoras. Tantum opinio præiudicata poterat, ut etiā ſine ratione ualeret authoritas. Id aūt Marco Tul. primo de nat. Deorū nequaq; probatur. Nō enim (inquit) tā authores in diſputādo, q̃ rationis incremēta quærenda ſunt. Quin etiā obeſt plerunq; iſs qui diſcere uolunt authoritas eorū, qui ſe docere profitentur. Deſinunt enim ſuum iudicium adhibere, id habent ratum, quod ab eo, quem probāt, iudicatū uidēt.

i *Antiquitatis diligentia.*) Plinij uerba ſunt ex cap. primo 25. naturalis hiſtoriæ. In admiratione curæ priſcorum, diligentiæ'q; animum agit, quod nihil intentatū, inexpertum'q; illis fuit. Nihil deinde occultatū, quod nō prodeſſe poſteris uellēt. Et cap. ſexto 23. Non eſt ſatis mirari curā, diligentiā'q; priſcorū, qui omnia ſcrutati, nihil intentatū reliquere. Idē cap. primo 27. Creſcit apud me certe (inquit) tractatu ipſo admiratio antiquitatis, quātoq; maior copia herbarū dicenda reſtat, tāto magis adorare priſcorū in inueniēdo curā, in tradēdo benignitatē, ſubit. Nec dubiè ſuperata hoc modo poſſet uideri etiā rerū naturæ ipſius magnificētia, ſi humani corporis eſſet inuentio. Nunc uerò deorū fuiſſe eā apparet aut

certe

certe diuinam, etiam cum homo inuenerit. De rerum inuentoribus diuerſarum, extat caput 56. ſeptimi eiuſdẽ authoris libri. Rurſus apud Max. Valer. li. 8. Titulus eſt de Antiquorum ſtudio, ac induſtria. Huic loco quadrat Horatianum Adagium, Satyra decima primi Sermonum.

In ſyluam non ligna feras inſanius, ac ſi *Magnas Græcorum malis implere cateruas.*

tis diligentia, quod intactum ad hoc uſq; æui permaneret? Quapropter quæſo te, ne de præſenti tempore æditionis iſtius fidem libres. Quandoquidem ueſtigia [a] monetæ ueteris perſecuti, opiniones uniuerſas eligere maluimus potius, quàm innouare. Itaq; ſiqua ex iſtis, ſecus quàm opto in animũ tuum uenerint, des uelim infantiæ meæ ueniam. Nam conſtantia ueritatis penes [b] eos eſt, quos ſecuti ſumus. Sicut ergo hi, [c] qui corporum formas æmulantur, poſtpoſitis quæ reliqua ſunt, ante omnia effigiant modum capitis, nec in membra alia prius lineas deſtinant, quam ab ipſa (ut ita dixerim) figurarum [d] arce auſpicium faciant inchoandi: ita nos quoq; à [e] capite orbis, id eſt, ab urbe Roma, principium capeſſe=

a *Veſtigia mo. ueteris perſecuti.*) Ob ueterum patrũ reuerentiam, plerunq; ſeruatũ eſt, ut iiſdẽ formis nummi ſignarẽtur à poſteris, quibus ipſi ueteres à principio ſignauerũt. Sicq; dicit ſe opiniones priſcorum obſeruaſſe, nõ nouas addidiſſe illis alias. b *Penes eos eſt.*) Pliniana & hec euidens imitatio cap. primo 7. Nec tantum (inquit) ego in pleriſque eorum aſtringam fidem meam, potiuſq; ad authores relegabo, qui de dubijs rogentur omnibus. Aduertendum philoſophi eſſe, non hiſtorici, errata rationibus redarguere. c *Qui corporũ formas æmu.*) Cæteræ corporis partes, ut philoſophi aiunt, habere dicuntur ad caput ipſum, tanq; ad principale animantis membrum, ſeriem, & habitudinem. A capite igitur non immeritò, qui corporum formas æmulantur, poſtpoſitis quæ reliqua ſunt, ante omnia effigiant modũ capitis. Hinc factum eſt, ut prouerbio, caput, pro origine, & principio rei ſumi cõſueuerit. Terent. in Andria. *Nam ſi hic* (inquit) *mali eſt quicquã, hem, illic eſt huic rei caput.* Et in Adelphis *Non potuit* (inquit) *melius, idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput.* Vergilius in undecimo.

O latio caput, horum & cauſa malorum. Idem in duodecimo.

Se cauſam clamat, crimenq;, caputq; malorum. Vnde & rem quampiam, quæ principio careat, ἀκέφαλον nuncupamus. d *Figurarum arce.*) Scribit Diuus Ambroſius cap. 9. ſexti Hexame. humani corporis fabricam inſtar eſſe mũdi. Siquidem, ut cœlum eminet aëri, terris maria, quæ uelut quædã mẽbra ſunt mundi, ita etiam caput ſupra reliquos artus noſtri corporis cernimus eminere, præſtantiſsimũq; eſſe omnium, tanquam inter elementa cœlum, tanquam arcem inter reliqua urbis mœnia. in arce aũt hac, regalem quandã habitare ſapiẽtiã. Vnde à Salomone dictũ eſt, Quia oculi (inquit) ſapientis in capite eius. Hãc eſſe cæteris tutiorem, & ex illa omnibus mẽbris uigorẽ, prudentiãq; deferri. Quid em̃ robur & ualiditas lacertorũ proficiat, quid uelocitas pedũ, niſi capitis, uelut principis ſui, imperialis quædã adminiculetur poteſtas? Ex hoc enim aut deſtituũtur uniuerſa, aut omnia fulciũtur. In ſumma cõſtructionis corporis (inquit ca. 5. de Dei opificio Firmianus) caput deus ipſe collocauit, in quo eſſet regnũ totius animãtis. Datũq; illi hoc nomẽ eſt, ut quidẽ Varro ad Cic. ſcribit, quod hinc capiãt initium ſenſus, ac nerui. e *A capite orbis.*) Cur Roma caput orbis fuerit nuncupata, hãc hiſtorici cauſam prodiderunt. Quum enim Tarquinius Superbus Capitolium extrueret, caput humanũ integra facie aperientib. fundamẽta tẽpli, dicitur apparuiſſe, quæ uiſa ſpecies haud per ambages, arcẽ eã imperij, caputq; rerũ fore portendebat. Idq; ita cecinere uates, quiq; in urbe erãt: quoſq; ad eam rem cõſultandam ex Ethruria acciuerãt. Author Liuius primo ab urb. con. lib. Addit Diony. Halicar. Antiquitatũ Romanarũ lib. 4. id ipſum caput fuiſſe nuper occiſi hominis: habuiſſeq; faciẽ uiuis ſimilem: & à capite manantem ſanguinẽ: ipſumq; caput calidum adhuc, atq; recens. Fuiſſeq; tandẽ ab Etruſco uate Romanis legatis, qui hãc ob cauſam à ciuib. probatiſsimis ad eum miſſi fuerãt, reſponſum. Viri Romani (inquit) dicite ueſtris ciuibus, fato dari caput Italiæ fore omnis hunc locum, in quo caput eſt repertum. Exq; illo Capitolinus uocatur is locus ab inuentione ibidẽ capitis. κεφαλάς enim Romani uocãt capita. Tradunt poëtæ diu quæſitum, qua tandem poneret arce Terrarum fortuna caput. Viſumq; tandem ſuperis nihil poſſe huic rei, Roma aptius reperiri. Hinc 12. Epigrammatum à Martiale dictum eſt.

Terrarum dea, gentiumq; Roma,
Cui pars eſt nihil, & nihil ſecundum. De ea Claudiamus in Panegiricis ſic eleganter cecinit.
Proxime dijs conſul, tanta qui proſpicis urbi,
Qua nihil in terris complectitur altius æther,

Cuius nec ſpatium uiſus, nec corda decorem,
Nec laudem uox ulla capit, quæ luce metalli
Aemula uicinis faſtigia conſerit aſtris,
Quæ ſeptem ſcopulis zonas imitatur olympi,
Armorum, legumq; parens, quæ fundit in omnes
Imperium: primiq; dedit cunabula iuris.
Hæc eſt in gremium uictos quæ ſola recepit:
Humanumq; genus communi nomine fouit,
Matris, non dominæ ritu: ciueſq; uocauit,
Quos domuit: nexumq; pio longinqua reuinxit.
Hæc eadẽ (ut alibi idẽ canit) *domuit terras, homineſq; reuin-*
Legibus: ad Solem uictrix utrumq; cucurrit. (xit.

mus, quamuis nihil[a] ſuper ea, doctiſsimi authores re a
liquerint, quod in nouum præconium poſsit ſuſcitari, ac ſuperuacaneum penè ſit relegere tramitẽ decurſum tot annalibus. Ne tamẽ prorſus diſsimulata ſit, originem eius, quanta ualemus, proſequemur fide. b

De origine urbis Romæ, & temporibus eius, deq; ſeptẽ Romanis regibus. Cap. II.

SVnt[b] qui uideri uelint Romæ uocabulũ c
ab [c] Euandro primum datũ, cum oppidũ
ibi offendiſſet, quod extructũ antea [d] Va
lentiam dixerat iuuẽtus Latina, ſeruataq; ſignificatio
ne impoſiti prius nominis, ῥώμην Græcè Valentiã La- d
tinè nominatã, quam Arcades quum in excelſa parte
mõtis habitaſſent, deriuatum deinceps, ut tutiſsima
urbium [e] Arces uocarentur. Heraclidi placet Troia
capta quoſdam ex Achiuis in ea loca, ubi nunc Ro- e
ma eſt, deueniſſe per Tyberim, deinde ſuadente
Rome nobiliſsima captiuarum, quæ his comes erat,

Horatius quarto carminũ, principem urbium eam nominat.

Hæc (ut canit Maro) *tantum alias inter caput extulit urbes,*
Quantum lenta ſolent inter Viburna Cupreſsi.

De Roma plura congeſſimus locis aliis.

a *Nihil ſuper ea re.*) Vix unus inter nobiles authores repertus eſt, qui Romæ memoriam præterierit. Theophraſtus (ut author eſt Plinius) primus externorum aliqua de Romanis diligentius ſcripſit. Nam Theopõpus, ante quem nemo mentionem habuit, urbem duntaxat à Gallis captam dixit. Clitarchus ab eo proximus, legationem tãtùm ad Alexãdrum miſſam. b

S*Vnt qui uideri uelint.*) De nomine urbis Romæ prius quàm de urbe ipſa Solinus diſſerit, qđ quæſtio quid nominis quæſtione quid rei inueſtigatiõe prior ſit. Aliquorũ (inquit primo poſteriorũ Analetycorũ Themiſtius) quid nomẽ ſignificet oportet præſcire. Nã quęrẽtibus, quã ob rem à Magnete ferrum trahatur, prænoſcendũ eſt ferrũ à Magnete trahi, & mores pati ſolere. c *Ab Euandro primũ datum.*) Euandri Arcadis hiſtoriam abundè refert Seruius 8. Aeneidos ſuper illud. *Arcades iis oris.* Id ipſum quoq; primo Faſtorum Naſo cecinit. *Nec mora &c.* Rurſus ibi. *Orta prior luna.* Dionyſius Halicar. lib. primo tradit Euandrum ex Pallantio urbe Arcadica, annis ſexaginta ante res Troianas, in hęc italiæ loca nauigaſſe. d *Valentiam.*) Fabius Pictor inſignis ſcriptor, de origine urbis Romæ ſic inquit. Suſcepto Italus Italiæ imperio, tum filiam ſuam Romã nomine, Siculis, & Aboriginibus in Latio præfecit, quæ relicta Capena, medium Palatinũ tenuit, & in uertice, ubi hæret Exquilino Romã oppidulũ condidit, quod Valentiã ſonat. Poſt eius obitũ ob paludes neglectum oppidum fuit uſq; ad aduentũ Euãdri, qui cum oppido ſimul reſtituit nomẽ. Subſidẽs ſeptẽ collibus campus, Argæus dictus eſt ab Argo Euãdri hoſpite, è comitibus Argiui Herculis, qui ad Euandrũ uenerũt, & in Saturnia ſubſiderũt. Hinc extrema Argileta dicũtur. Diuus Hieronymus in fine eius operis, quod aduerſus Iouinianum ſcripſit ait ῥώμην, aut fortitudinis nomen eſſe apud Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos. Alij (ut Feſtus refert) exiſtimãt à uiribus regẽtis Valẽtiam nuncupatã, quod nomen aduentu Euandri, Aeneæq; in Italiã, cũ magna Græcè loquentiũ copia interpretatũ: diciq; cœptũ Romã. A Dionyſio Halicar. Antiquitatũ Romanarũ lib. primo, copioſius hæc omnia ſunt relata. e *Arces.*) Ab Arcadibus Arces duxiſſe nomen Solinus exiſtimat, alij ab arcẽdis hoſtibus dictas uolunt. f *Heraclidi.*) Sex. Pom. de uerborũ ueterũ ſignificatione uolumine ſextodecimo his quidẽ uerbis hanc ipſam refert hiſtoriã. Qui cognomento (inquit) Lembus Heraclides appellabatur, exiſtimat reuertẽtibus ab Ilio Achiuis, quoſdã tempeſtate deiectos in Italiã, regiones ſecutos Tyberis decurſum, proueniſſe ubi nũc ſit Roma, ibiq; propter tędiũ nauigationis impulſos, captiuas authoritate ueteris cuiuſdã tẽpeſtiuæ nomine Romes, incẽdiſſe claſsẽ, atq; ab ea neceſsitate ibi manẽdi urbẽ conditã ab iis potiſsimũ eius nomine appellatã, à cuius conſilio eas ſedes ſibi firmauiſſent.

Idem

a incenſis nauibus,poſuiſſe ſedes, ſtruxiſſe mœnia:& oppidum ab ea Romen uocaſſe. a Agathocles ſcribit Romen non captiuam fuiſſe,ut ſupra dictum eſt, ſed Aſcanio natam, Aeneæ neptem, appellationis
b iſtius cauſam fuiſſe. Traditur b etiam proprium Romæ nomen, ueruntamen uetitum publicari, quandoquidem quo minus inclareſceret, ceremoniarum arcana ſanxerunt, ut hoc pacto notitiam eius abo-
c leret fides placitæ taciturnitatis. Valerium c denique Soranum, quòd contra interdictum eloqui id auſus foret,ob meritum profanę uocis, neci datũ. Inter antiquiſsimas ſanè religiones ſacellum colitur An-
d geronæ,cui ſacrificatur ante diem. xij. calendarum Ianuariarum: quæ diua preſul ſilentij ipſius prænexo, e obſignatoq; ore ſimulachrũ habet. De f temporibus urbis conditæ ambiguitatum quæſtiones excitauit,

Idem abundè refert Plutar.in Romulo,& in principio eius lib.quẽ de uirtutibus mulierũ ſcriptũ reliquit.Plurima apud Dionyſium ſcripta reperies.Scribit Laertius in fine quinti, fuiſſe quatuordecim Heraclides. a *Agathocles)* Verba Sex.Pomp. eodem lib. hæc ſunt. Agathocles Ciſycenarum rerũ ſcriptor,ait uaticinio Heleni impulſum Aeneã, Italiã petiuiſſe,portantẽ ſecum ſuam neptẽ, Aſcanijq; filiam nomine Romã, eamq;, ut Italia Phryges ſunt potiti, ex ijs regiõibus maximè,quæ nũc ſunt uicinæ urbi, primã omniũ cõſecraſſe in Palatio Fidei templũ, in q̃ monte poſtea quum cõderetur urbs, uiſam eſſe iuſtam uocabuli Romæ nomẽ cauſam: eãq; priore, unde ea locum dedicauiſſet Fidei. Gergithius, qui de aduentu Aeneę in Italiã ſcripſit, aſſerit Romam fuiſſe appellatã Cephalõ ab homine quodã comite Aeneæ. Eũ eñ occupato mõte, qui nũc Palatinus dicitur,urbẽ condidiſſe, atq; eam Romam nominaſſe. Apollodorus in Euxenide ait, Aenea, & Lauinia natas Mayllem, Millũ, Romumq;, atq; ab Romo, urbi tractum nomen. Alcinius ait Tyrrhenia Aeneæ natum filiũ Romulũ fuiſſe: atq; eo ortã Albã Aeneæ neptẽ, cuius filius nomine Romus cõdiderit urbẽ Romam. Antigonus Italicæ hiſtoriæ ſcriptor ait, Romũ quendam nomine, Ioue conceptum,urbem cõdidiſſe in Palatio Romæ, eiq; dediſſe nomẽ. Has diuerſitates cõcordat Dionyſ.lib.1. tradens Romæ nõ unicam,ſed triplicem uarijs temporibus,conſtructionẽ. b *Traditur etiã propriũ nomen Romæ.)* In carmine,quo res aliqua deuouebatur,propriũ rei nomen,exprimi opus erat. Aliter enim preces credebãtur inanes. Ea ex cauſa Romæ Latinũ nomẽ extare noluerũt,ne poſſet aliquãdo deuoueri ab hoſtibus. Proprij preterea nomẽ Dei,in cuius tutela Roma erat,ignotũ etiã eſſe uoluerũt. Huius rei cauſã multiplicẽ Plutar.in q̃ſtionibus refert.Item Plin.cap.2.28. naturalis hiſtoriæ.Caius Sempronius cap.6.eius lib.qui de diuiſione Italiæ,& origine urbis Romæ inſcriptus eſt. Macrobius tertio Saturna.lib.4.Ouidius Faſtorum, *Ipſe locum uati.&c.* Carmen Deuotionis,quale fuerit,docet Liuius lib.8.ab urb.con.Plinius cap. ſecundo.28.naturalis hiſtoriæ.Macrobius tertio Saturna. c *Valerium deniq; Soranũ.)* De Valerio Sorano Plutar.Quęſtionum problemate.60.Plinius cap.5.lib.tertij. Seruius autem grãmaticus in fine primi Georgicorum,dicit hunc Val.Soranum fuiſſe Tribunũ plebis, obq; linguæ temeritatem leuatũ in crucẽ d *Sacellum colitur Angeronæ.)* Feſta hæc ab ea Angeronalia dicebãtur. Fiebãt autem hæc ſacra in Aculeia curia.Eo quoq; tempore publicæ erant feriæ.Author.M.Varro quinto de lingua Latina lib.Sunt aũt authore Pom.à Romanis inſtituta,quum Angina omne genus animalium cõſumeretur. Sumpſit aũt hæc Solinus ex cap.5.Pli. C.Sempronio cap.6.Macrobio.3.Saturna. Verrius Flaccus dicit Angeronã eandem eſſe,& Volupiam:dictamq; Angeronã, quod angores, ac animorum ſolicitudines propiciata depellat. e *Prænexo ore.)* Huius conſuetudinis meminerunt Plinius, & Sempronius locis eiſdem. Macrobius primo,& tertio Saturna.huius rei triplicẽ refert cauſam. Ad id alludit Iuuenalis Saty. 1. cum inquit *Digito cõpeſce labellum.* Inter cæteros Deos,Aegyptij Harpocratem ſilentij deum religioſiſsimè uenerabantur.Eius Dei ſimulachrũ admoto labijs digito figurabatur,qua effigie ſilentiũ indicabat.Harpocratis huius meminerunt Catul.ſemel & iterum.Ouidius.9. Meta. Auſonius ad Paulinũ. *Aut tua Sigalion Aegyptius oſcula ſignet.* Item Tertul.cap.6.Apologetici.Hinc natum Adagium.Factum me eſſe puta Harpocratem.In taciturnos,& nimium ſilentium præſeruantes. Plura de Harpocrate Politianus.83.primæ Centuriæ.Seruandum in omni re Naſonis monitum,ſecundo de Arte amandi.

Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus,
At contra grauis eſt culpa,tacenda loqui.

f *De temporibus urbis conditæ ambiguitatum.)* Variè hic locus in exemplaribus reperitur. Nos autem ita eum reſtituendum putamus,De temporibus urbis cõditæ ambiguitatum quæſtiones excitauit,quod quædã ibi multò ante Romulũ condita ſint,Quippe

quod quædã ibi multò ante Romulũ, condita ſunt, a
Quippe [a] aram Hercules, quam uouerat ſi amiſſas
boues reperiſſet, punito Caco, patri inuentori, di=
cauit. Qui [b] Cacus habitauit locum, cui [c] Salinæ no=
men eſt: ubi Trigemina nunc porta. Hic (ut Cæli= b
us tradit) cum à [d] Tarchone tyrrheno, ad quem le=
gatus uenerat Marſyæ regis, ſocio Megale Phry=
ge, cuſtodię foret datus, fruſtratus uincula, un=
de uenerat rediјt, præſidijs amplioribus occupa= c
to circa Vulturnum, & Campaniam regno, dum at=
trectare etiam ea auderet, quæ conceſſerant in Ar=
cadum iura, duce Hercule, qui tunc fortè aderat,
oppreſſus eſt. Megalem Sabini receperunt, diſcipli= d
nam augurandi ab eo edocti. Suo [e] quoque numi=
ni idem Hercules inſtituit aram, quæ maxima apud

ante, Aram Hercules &c. Eſt autẽ ordo. Quod quædam ibi multo ante Romulũ cõdita ſint, excitauit quæſtiones ambiguitatũ, de tẽporibus urbis conditæ. Quippe ante Romulũ ſcilicet, Hercules punito Caco, patri inuentori dicauit aram, quam uouerat, ſi reperiſſet amiſſas boues. Vetuſti codices plerũq; habent, culta, nõ cõdita. a *Aram*) De hac Ara Liuius lib. 1. Feneſtella tit. ſecundo. Vergilius. 8. Aenei. ibi. *Ex illo.* Ouidius primo Faſtorum, ibi. *Conſtituitque ſibi.* Propertius. 11. quarti. Hercules cum ſe flumine recentem ob cædẽ abluiſſet, aram ei loco proximã erexit Iouis inuentoris, quæ eſt Romæ iuxta portã Trigeminã: immolauitq; deo iuuencum, gratum munus inuentionis boum. &c. Ex Dionyſ. libro primo. Strabo aũt lib. 5. hæc omnia fabuloſa exiſtimat. Hanc Herculis arã, ſicut nec eius ædes alias, nulla fœmina ingrediebatur. Cuius hãc fuiſſe cauſam fabulantur, quod Hercules poſt peremptũ Cacũ bibendi cupidus, ædem Bonæ deæ, ab ipſa templi ſacerdote exclуſus fuerit, Propertius li. quarto *Maxima quæ gregibus deuota eſt Ara repertis,*

Ara per has. inquit, maxima facta manus.

Hæc nullis unquam pateat ueneranda puellis,

Herculis eximij, ne ſit inulta ſitis.

Plura Macrobius primo Satur. Fuit aũt hæc Ara, in undecima urbis Romæ regione, ut etiã à P. Victore notatũ eſt. Diod. Siculus in fine quarti ſcribit tres fuiſſe Hercules. Superiorem Herculẽ in Aegypto natũ, qui magna armis ſubacta orbis parte, in Lybia colũnam poſuit. Secũdũ Cretenſem fuiſſe refert Olympici certaminis inſtitutorem. Vltimũ paulò ante Troianũ bellũ, ex Alcmena & Ioue genitum: multiſq; functũ certaminibus. Huic defuncto ob nominis, & rerũ geſtarũ ſimilitudinẽ, aliorũ geſta aſcripta ſũt tãquã unicus Hercules extitiſſet. Seruius. 8. Aenei. ſuper illud. *Naſcenti cui tres animas*, Legi ait Herculẽ Tirynthiũ, Argiuũ, Thebanũ, Libym. Quo loco refert, Varronẽ quadraginta quatuor Hercules enumerare. b *Qui Cacus.*) Caci huius hiſtoriũ, ſiue malis fabulã, ſcribũt Liuius, & Dionyſ. lib. 1. Strabo lib. 5. Verg. 8. Aeneid. *Hic ſpelunca fuit. &c.* Propertius. 11. quarti. Ouidius primo Faſtorũ. *Ecce boues illuc.* In boum numero diſcrepat à Marone Ouidius. *De numero tauros* (inquit Ouidius) *ſenſit abeſſe duos.* Vergilius aũt quatuor tauros, totidemq; iuuencas abductas canit. *Quatuor à ſtabulis. &c.* Hunc Cacũ Dio. Siculus lib quinto, Lacinũ furem appellat. Columella malũ eum uicinũ nominat. Tradũt fabulæ Cacũ fuiſſe Vulcani filiũ, ore ignẽ fumumq; uomentẽ. Hic uicinorũ omnia populabatur. Veritas tamen ſecundũ philoſophos, & hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Euandri nequiſsimũ ſeruũ, ac furem. Nouimus autẽ malũ à Græcis κακὸν dici, quã ita Arcades illo appellabãt tempore. Poſtea trãslato accentu, Cacus dictus, ut ἑλένη Helena. Ignem autem dictus eſt uomere, quod agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiuſdem nominis, prodidit. Vnde etiam Sacellum meruit, in quo ei per uirgines Veſtę ſacrificabatur. Hæc ex Seruio. 8. Aeneid. ſuper illud. *Iam primum ſaxis.* c *Cui Salinæ nomẽ eſt.*) Frõtinus de Aquæductibus ſcribit Salinas ad Tergeminã portam fuiſſe locum. P. Victor in undecima regione urbis Romæ Salinas ponit. Ancus Martius rex, ſalis modia ſex milia in congiario dedit populis: & Salinas primus inſtituit, author Plin. cap. ſeptimo 31. natutalis hiſtoriæ. d *Tarchone.*) Tarchones, ſiue Tarchontes, plures fuerunt, qui quondam apud Hetruſcos regnauerunt, Lege Manethonem. Syllius libro octauo, *Tarchontis domus. &c.* Et Vergilius decimo Aeneidos. *Admonet, immiſcetque preces. &c.* De Marſya rege, Cato in Originibus. e *Suo quoque numini idem.*) Plura de hac ara Macrobius tertio Saturnalium, & Ouidius primo faſtorum. Aduertendum hanc aram fuiſſe aliam à ſuperiore. Nam illa Ioui, hæc autem Herculi dicata fuit. Ara hæc præterea foro Boario proxima fuit, uenerationéque apud incolas, inter cæteras præcipua. Nam & peierationes fiunt per eam, & conuentiones uolentibus aliquid firmi conficere. & Decumationes rerum plures fiunt ex uotis, ornatu tanto multo inferior eſt, quam opinio eſt. Ex Dionyſio et hæc libro primo Antiquitatum Romanarũ

a *Nico-*

a *Nicoſtrate.*) Perempto Caco, Hercules Iouis, & Alcmenæ filius, Euandrũ eius loci regem adijt. At Euander ipſe habitũ formãq; uiri aliquantũ ampliorẽ, auguſtiorẽq; humana intuens, rogitat qui uir eſſet. Vbi nomen, patremq;, ac patriam accepit. Ioue nate Hercules ſalue (inquit.) Te mihi mater ueri dica interpres Deûm, aucturũ cœleſtiũ numerũ cecinit, tibiq; aram hic dicatũ iri, quã opulentiſsima olim in terris gens, maximam uocet, tuoq; ritu colat. Dextra Hercules data accipere ſe omen, impleturumq; fata. Ara condita, atq; dicata, ait. Ibi tum primũ boue eximia capta de grege, ſacrum adhibitis ad miniſterium, dapemq; Potitijs, ac Pinarijs, quæ tum familiæ maximè inclytæ ea loca incolebant. Author libro primo Titus Liuius. Plura Diony. lib. primo. Dio. Siculus lib. quinto, Feneſtella titulo ſecundo. Vergilius. 8. Aeneid. *Vix ea dicta, &c.* Ouidius primo Faſtorum.

Ipſa mone, quæ nomen habes à carmine dictum, &c.

Eſt autem conſeptum munitus locus quiſpiam, ubi Potitij Herculi ſcarificare conſueuerant. Lege L. Feneſtel. eo tit. quẽ modo citauimus. b Boario foro) Propertius libro quarto ſenſit Boarium forum à bubus Herculis fuiſſe cognominatum. Inquit enim.

Aruaque mugitu ſancite Boaria longo,
Nobile erit Romæ paſcua ueſtra forum.

Varro, & eum ſecuti, ſcribit ideo ſic dictum, quod in eo boues uendi conſueuerint. In eo preterea tauri æneum ſimulachrum fuiſſe refert Tacitus: ab eoq; Romulũ deſignandi oppidi ſulcum cœpiſſe ducere. Conſtans opinio eſt id forum à boue fuiſſe ſortitiũ nomẽ. Ouidius primo Faſtorum.

Conſtituitq; ſibi, quæ maxima dicitur, aram,
Hic ubi pars urbis de boue nomen habet.

c *Muſcarum deum.*) Vetuſti quidam codices habent non muſcarum, ſed myagrum deum. Plinius cap. 28. lib. decimi, Muſcarũ deũ Achorẽ nominat. Inuocãt (inquit) Cyrenaici Achorẽ deũ Muſcarũ multitudine peſtilẽtiã afferente, quæ protinus intereũt, quã litatũ eſt illi deo. Idẽ Plinius cap. 29. decimi, Romæ (inquit) ædem Herculis in foro Boario neq; muſcę, neq; canes intrant. Nec ulla auis in Põto in inſula, in qua ſepultus eſt Achilles, infeſtat ſacrã ei ædẽ. Idem de hac Achillis æde ſcribit Solinus cap. 19. infra. Cauſam huius referemus cap. 40. infra, ubi de Baſiliſco agitur. d *Aedem etiã quæ Saturni ærariũ fertur.*) In templis deorum pecunias ſeruari conſueuiſſe, author eſt Plautus in Aulularia. Tertul. cap. 11. Apolog. dicit id factũ fuiſſe qm̃ ab ipſo primũ tabula, & imagine ſignatus eſt numus. Aerarium ſane (inquit Feſtus) populus Romanus in æde Saturni habuit. Meminit Iuſtinus lib. 43. Plura de hac æde ſcribit Macrobius lõgè poſt principium primi Saturnaliũ, quem adeas ſi uis, qm̃ nos in noſtris Annotationibus breuitati ſtudere plerũq; ſolemus Quam aũt ob rẽ Saturni ædem, pecuniæ publicæ ſacrariũ eſſe uoluerunt, multiplicem cauſam aſsignat Plutarch. probl. quadrageſimo primo. Romanũ ærarium in Saturni æde deſcribit Lucanus tertio Pharſaliæ.

Pugnaxq; Metellus.
Vt uidet ingenti Saturnia templa reuelli
Mole, rapit greſſus. &c.

(Scribit Pli. cap. tertio, 33. Caium Cæſarem primõ introitu urbis in ciuili bello ſuo, ex ęrario Romano protuliſſe laterũ aureorũ. XXVI milia numero. põdo. ccc. Nec fuit (inquit) alijs tẽporibus reſpub. locupletior. e *Idẽ & montẽ Cap. Saturniũ nominarunt.*) Scribit Dionyſius Halicar. primo antiquitatũ Romanarũ lib. paucis annis poſt Arcades, aliam claſſem Græcam in Italiam aduenisse ducẽte eam Hercule, qui Hiſpaniam uſq; ad occaſum totam ſubegerat. Ex his ẽm (inquit) quidã miſsionẽ precãtes ab Hercule, circũ hæc loca, permanſerũt. Inuentoq; colle cõmodo, in eo ædificãt, diſtante ſtadijs ferme tribus à palatio, qui tunc quidem Capitolinus dicitur, ea uerò tẽpeſtate Saturnius. Græce aũt κρόνιος, Ex his aũt relictis plures erãt Peloponeſes, Pheneatæ, Epij, qui ex Elide, quib9 nullũ

a Pontifices habetur, cum ſe ex a Nicoſtrate Euandri matre, quæ à uaticinio Carmentis dicta eſt, immortalem cõperiſſet. Conſeptum etiam, iuxta quod ritus ſacrorum, factis Bouicidijs, docuit Potitios. Sacellum b Herculis in foro b Boario eſt, in quo argumenta conuiuij, & maieſtatis ipſius remanẽt. Nam diuinitus illo neq; canibus, neq; muſcis ingreſſus eſt. Et ẽm cũ uiſcerationem ſacricolis daret, Muſcarum c deum dicit im- c precatus. Clauã uero in aditu reliquiſſe, cuius olfactu refugerent canes, id uſque nunc durat. Aedem d etiam quæ Saturni ærarium fertur, comites eius condiderunt d in honorem Saturni, quem cultorem regionis illius cognouerãt extitiſſe. Item e & montẽ Capitolinũ Saturnium nominarunt. Caſtelli quoque quod excitauerant, portam Saturniam appellauerunt, quæ po-

erat amplius deſideriũ reditus ad proprios lares, euerſa eis patria in bello aduerſus Herculẽ. Euſenũs aũt uetus poëta, & alij quidam fabularũ Italicarũ ſcriptores, à Pyſatis ipſis putant eſſe impoſitũ huic loco nomẽ, ob ſimilitudinẽ Saturni ſui: atq; arã Saturno Epios ſimul cũ Hercule collocaſſe, quæ nũc etiã manet iuxta radicẽ collis, ſecundũ uiã qua ex foro in Capitoliũ aſcenditur. Dion. aũt ipſe exiſtimat etiã ante aduentũ Herculis in Italiam, hunc locũ fuiſſe Saturno ſacrũ, dictũq; Saturnium ab regionis incolis. Omniſq;, ait, ora q̃ nũc Italia dicitur, dicata erat huic deo, atq; Saturnia ab incolentibus uocabatur, ſicut inueniri poteſt & ex Sibyllinis uerbis quibuſdam, & ex alijs deorũ oraculis. Templa autẽ multis in locis eius regionis, conſtructa ſunt huic deo: atq; urbes eodem nomine quo tota regio appellatæ. Locaq; multa ſub cuiuſdam dei cognomine, & maximè ſcopuli, & excelſa. Varro lib. quarto de lingua Latina, de montibus urbis Romæ loquens. E quibus (inquit) Capitolium dictũ, quod hic quum fundamenta foderẽtur ædis Iouis, caput hominis inuentũ dicitur. Hic mons antè Tarpeius dictus à Virgine ueſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata armis, & ſepulta. Eius nominis monumentum relictum quod etiã nũc eius rupes Tarpeium appellatur ſaxũ. Hunc antea montẽ Saturniũ appellatũ prodiderũt. Et ab eo latè Saturniã terrã, ut etiã Ennius appellat, antiquũ oppidũ in hac fuiſſe Saturnia ſcribit. Eius ueſtigia etiã nũc manẽt tria, quod Saturni fanũ in faucibus, quod Saturnia porta, quã Iunius ſcribit ibi, quã nũc uocãt Pãdanã, quod poſt ędẽ Saturni in ædificiorũ legibus parietes poſtici muri ſunt ſcripti, hęc ille. Feſtus Põpeius Pãdana (inquit) porta dicta eſt Romæ, quòd ſemper pateret.

ſtea Pandana uocata eſt. Pars [a] autem infima Capitolini montis habitaculum Carmentis fuit, ubi Carmentis nunc fanum eſt, à qua Carmentali portæ nomen datum eſt. Palatium [b] uerò nemo dubitauerit, quin Arcades habeat authores: à quibus primum Pallanteum oppidum conditum: quod aliquandiu Aborigines [c] habitarunt, ſed propter in-

a *Pars autẽ infima Capitolini montis.*) Annis ſexaginta ante res Troianas claſsis Græca, ad ea loca Italiæ ubi nũc Roma eſt, appuliſſe dicitur, ex Pallãtio urbe Arcadiæ exurgẽs: duceq; profectionis Euãdro, Mercurij filio credito, & Nymphæ cuiuſdã Arcadiæ incolæ, quã Græci Themin eſſe dicũt: deiq; patientẽ, ſiue fatidicã demõſtrãt. Qui uerò Romanas cõſcripſerunt origines, lingua eã patria Carmentẽ nominant. Eſſe aũt Nymphæ ipſi nomẽ ſermone Græco Thiſpiados. ᾠδὰς enĩ Romani dicũt carmina. Hãc aũt fœminã dicunt diuino ſpiritu detentã, quæ uẽtura eſſent, populo ſolitã eſſe carmine prædicere. Author Dionyſius in primo. Plura de hac re ſcribit Naſo primo Faſtorum, ibi.

Proxima proſpiciet Tithono Aurora relicto. Carmentalis porta fuit ex tribus una, quas Romulus in urbis Romæ cõſtructione, ſtatuiſſe dicitur, à Carmenta primũ denominata, poſtea aũt Scelerata dicta eſt, quòd per eam ſex & trecenti Fabij cũ clientiũ milibus quinq;. egreſsi aduerſus Hetruſcos ad amnẽ Cremeram omnes ſunt interfecti, author Feſtus. Scribit Diony. in primo, Carmentæ exædificatã aram ſub Capitolio iuxta portam Carmentalẽ. Hãc aram Solinus fanũ nominat.

b *Palatium autem nemo dubitat quin Arcades habeat authores.*) Hanc hiſtoriam ſic explicat Dionyſ. 2. Antiquitatum lib. Arcades (inquit) ex urbe Palantio exeuntes duce profectionis Euandro, Mercurij, & Nymphæ Themidis filio, in uno ex ſeptem collibus, ſedes ponunt, qui in medio ferme eſt Romæ. Palantiũ uocantes eum locum à patria ſua in Arcadia. Non multum pòſt autem Hercule in Italiam delato cum exercitũ ex Erythia domum deportaret, pars quædam relicta uiriũ eius Græca, proximè Palatina ędificat ad collẽ alterũ, qui nunc Romæ habitatur, tũc Saturniũ ab incolis, nũc à Romanis Capitolinũ appellatũ. Horũ autẽ pars maior Epij erant ex urbe Elide, profugi euerſa eis ab Hercule patria. Idem Dionyſ. lib. 1. Eo tempore (inquit) quo Arcades duce Euãdro in Italiã nauigarũt, Aboriginũ rex Faunus erat ꝓnepos (ut aiũt) Martis. Hic inquam, Faunus multa cũ charitate ſuſcipiẽs Arcades, qui pauci erant, dat eis agri proprij tantã quantã cupiũt portionem. Arcades uerò ſicut Carmẽta eis aperuit, collẽ eligũt, haud multũ diſtantẽ à Tyberi, qui nunc ferme in medio eſt urbis Romæ. Ibiq; uicum extruũt paruũ, turmæ erratili duarũ nauium, quibus auecti erant à Græcia ſatis futurũ. Caſtello nomẽ imponũt Palantiũ à Metropoli eorum in Arcadia. Nunc autẽ Palatium à Romanis dicitur cõfundẽte tẽpore certitudinẽ.

c *Ab origines habitarũt.*) Aborigines appellati ſunt, quòd errantes cõuenerint in agrum, q̃ nunc eſt populi Romani. Fuit enĩ gẽs antiquiſsima Italiæ, Athenis quoſdam profectos Sycionẽ, Theſpiaſq; ex quibus porrò ciuitatibus ob inopiam domiciliorũ cõplureis profectos extremas regiones delatos in Italiã eoſq; multo errore nominatos Aborigines. Author Feſtus Põp. Fuit aũt horũ rex primus Saturnus: poſt quẽ tertio loco regnauit Faunus, ſub quo Euander ab Arcadiæ urbe Palantæo, in Italiam cũ mediocri turba populariũ uenit. Author Iuſtinus lib. 43. Obtinẽtibus autẽ regionẽ Aboriginibus, primi eius cohabitatores fiunt Pelaſgi, errabũdi profugiq; ex ea, quę tũc Aemonia dicebatur, nũc Theſſalia

in qua

in qua tempus quoddã babitarunt. Poſt Pelaſgos aut Arcades, ex urbe Pallantio exeũtes, duce profectionis Euandro. Hæc ex Dionyſ. in principio 1. Diodorus Siculus in 5. dicit eo tempore, ꝗ Hercules ad eum locũ uenit, ubi nunc Roma eſt, Aborigines tenuiſſe, ꝗd nunc Palatium appellãt, urbẽ penitus paruulã incolẽtes. Exiſtimat Dionyſ. lib. 1. Aborigines dictos ἀπὸ τοῦ ὄρους, id eſt, à monte, ꝗd montes ipſi incoluerint. Addit Pli. ca. 5. tertij. Colonis in ea regione ſæpe mutatis, tenuere (inquit) alij alijs tẽporib.

a cõmodum uicinæ [a] paludis, quã præterfluens Tyberis fecerat, profecti Reate [b] poſtmodum reliquerunt. Sunt [c] qui uelint à balatibus ouium mutata litera, uel à Pale paſtorali Dea, aut (ut Silenus probat) b à [d] Palanto Hyperborei filia, quam Hercules ibi compreſsiſſe uiſus eſt, nomen monti adoptatum. Sed ꝗꝗ iſta ſic congruant, palàm eſt proſpero [e] illi augurio deberi gloriam Romani nominis, maximè cum annorum ratio faciat cardinem ueritati. c Nam ut affirmat Varro author diligentiſsimus, Romam condidit Romulus Marte genitus, & Rhea Syluia, uel ut nonnulli, [f] Marte, & Ilia. Dictaꝗ eſt primum [g] Roma Quadrata, quòd ad Aequilibrium foret poſita. Ea

Aborigines: Pelaſgi: Arcades &c. a *Vicinæ paludis.*) Videtur intelligere paludem Capreæ, de qua parũ infra. Fabius Pictor lib. 1. de origine urbis Romæ. Paludes plures (inquit) eò paſsim Tyberina inundatio efficiebat, quæ hanc areã non ſatis idoneã habitationi reddebant ante, ꝗ factis Vertumno ſacrificijs, in alueum ſuum, Tyberis uerteretur. b *Reate profecti.*) Lege hiſtoriam apud M. Varro. quarto de lingua Latina libro. c *Sunt qui uelint à balatibus ouium.*) Palatium, id eſt, mons Romæ appellatus eſt, ꝗd ibi pecus paſcens balare conſueuerit. Vel quod palare, id eſt, errare ibi pecudes ſolerent. Author Feſtus, Varro 4. de lingua Latina libro. Eundem hunc locum (inquit) à pecore dictũ putãt quidam. Itaꝗ Næuius Balantiũ appellat. Hãc opinionẽ reprobat Seruius 8. Aeneid. ſuper illud. *Arcades his oris.* d *A Palanto Hyperborei.*) Hoc idem recenſet Feſtus Pom. Alij (inquit) Palatiũ dictũ putant, ꝗd Hyperborei filia Palanto habitauerit, ꝗ ex Hercule Latinũ peperit. Alij eundẽ, ꝗd Palas ibi ſepultus ſit, æſtimant appellari, Hæc Feſtus. Varro, & Seruius dicũt nomẽ accepiſſe à filia Euandri Palatina, ab Hercule uiciata, & poſtea illic ſepulta. Vel certè à Palante eius filio illic ſepulto. Vergilius autẽ nomẽ accepiſſe ſcribit, à Palante auo Euandri. *Arcades his oris* &c. Cauſam diuerſitatis huius, aſsignat Seruius circa finem 7. Aeneid. ſuper illud. *Nec Præneſtinæ.* Seruius ſexto Aeneid. ſuper illud. *Hi tibi Nomentum.* Dicit poſsibile eſſe Romam ante Romulũ fuiſſe cõſtructam, ſed ab eo tandem auctam, ꝗd de multis alijs urbibus factum dicit. e *Proſpero illi augurio.*) Quinque genera ſignorum obſeruant Augures, ex cœlo, ex auibus, ex tripudijs, ex quadrupedibus, ex diris, Author Feſtus Pom. lib. 15. In conſtituenda urbe Roma, inter Romulum, & Remum fratres (ut 4. Faſtor. ſcribit Naſo)

Conuenit, ambiguum eſt nomina ponat uter,
Nil opus eſt (dixit) certamine Romulus ullo,
Magna fides auium eſt, experiamur aues.
Res placet, alter init numoroſi ſaxa Palati,
Alter Auentini mane cacumen adit.
Sex Remus hic uolucres, bis ſex uidet ordine frater,
Statur, & arbitrium Romulus urbis habet.

Huius Proſperi augurij, extant apud M. Tul. 2. de Diuinatione, Ennij uerſus plures, ꝗs caſtigatius repe ries apud Crinitũ cap. 9. decimi, de Honeſta diſciplina. Plura ſcribunt Liuius, & Dionyſius in 1. Plutarchi, in uita Romuli. Aliqua de hac ipſa re aſcripſimus in principio Annotationum Lucij Flori. f *Vel ut nonnulli Marte, & Ilia.*) Rhea Veſtalis à Syluio rege, Syluia: ab Ilio Troiano, uel Ilio urbe unde originem duxit, Ilia dicta eſt. Non igitur alia Syluia, & Ilia, ſed eiuſdem denominatio alia. Lege Oden 2. primi Horatij, & Dionyſ. Romanarum antiquitatũ lib. primo. g *Roma quadrata.*) Locus (ut inquit Plutarchus in Romulo) ubi primum Roma fuit cõdita, Quadrata dicebatur. Caius Sẽpronius cap. 6. de urbis Romæ origene, Romulus (inquit) ſolũ ex oppido Roma, in Palatino colle, quadratã, & regiã reddidit, cuius quatuor portiones erant. Idẽ aſſerit Dionyſius in fine 1. Fuit in decima regione urbis locus, qui Roma Quadrata dicebatur, Author P. Victor. Cato etiam in Originib. huius meminit, Romulus (inquit) cum Palatio in ꝗ Quadratã Romam cõdidit, etiam Exquilinũ tenuit &c. Solin. aũt aſſignat cauſam, cur Quadrata Roma dicta fuerit, ꝗd ad æquilibriũ (inquit) foret poſita. Id aũt ſignificat Romam ipſam ad æqualẽ regulam, in quadratam ſpeciẽ fuiſſe cõſtructam, idꝗ poſtulare uidetur (ut inquit Verrius) loci, ac mœnium ratio. Plutar. præterea Ῥώμην τετράγωνον uocatã dicit. In ædificijs rurſus

incipit à ſylua, quæ eſt in area Apollinis, & ad ſuperci a
lium ſcalarum Caci, habet terminum, ubi tuguriũ fuit
Fauſtuli, ibi [a] Romulus manſitauit, qui auſpicato fun=
damenta murorum iecit, [b] duodeuiginti natus annos,
[c] xi. Calend. Maias, hora poſt ſecundam ante tertiam, b
ſicut Lucius [d] Tarutius prodidit, mathematicorũ no=
biliſsimus, Ioue in piſcibus, Saturno, Venere, Marte,
Mercurio, in ſcorpione, Sole in tauro, Luna in in libra
conſtitutis. Et obſeruandum deinceps, ne [e] qua hoſtia c
Palilibus cæderetur, ut dies iſte à ſanguine purus eſſet.
Cuius ſignificationem de partu Iliæ tractam uolunt.
Idem Romulus [f] regnauit annos yij. & xxx.

cæteris id ad Aequilibriũ factũ dicunt, quod æqua ratione, perfectũ abſolutumq́ eſt. De Roma Quadrata, is Ennianus uerſiculus circumfertur. *Et quis tum curat, Romæ regnare Quadratæ?* Plutarchus in Romulo tradit Romæ ab initio haud mille domos plures fuiſſe. Cornelius Nepos, & Plinius capite 11. uoluminis ſexti decimi, ſcribunt Scandulis contectam fuiſſe Romam usq; ad bellum Pyrrhi, annis quadringentis ſeptuaginta. a *Ibi Romulus manſitauit.*) Romuli caſa extabat Dionyſij Halicar. tempore ut ipſe aſſerit lib. 1. Fuit autem hæc in decima urbis regione, ut Publ. Victor etiam annotauit. b *Duodeuiginti natus annos.*) Idem ſcribit Dionyſius libro 1. Pro geſtis Romuli, lege eos authores, qui in principio annotationum Flori citati ſunt. c *Vndecimo Calendas Maias.*) Hæc omnia ſumpta ſunt ex fine Caij Sempronij de origine urbis Romæ d *Lucius Tarutius prodidit.*) Qua ratione Lucius Tarutius reperit urbis Romæ natalem diem, pluribus uerbis oſtendit Plutarchus in Romulo. Quã imaginationem deridet Marcus Tullius ſecundo de Diuinatione libro. Fuit hic Tarutius, uel ut eum uocat Plutarchus, Taruntius, familiaris Varronis, ac Marci Tulij. Error ingens C. Sempronio aſcribitur, & Solino, tanquam crediderint ipſi, Sole in Tauro, Luna in Libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, fuiſſe Romam conditam. Verũ nec Sempronius, nec Solinus id aſſerunt, ſed fuiſſe hanc L. Tarutij opinionẽ prodũt. Huc accedit, q̃d uterq; eorum refert non cõuenire inter authores, qua Olympiade à Romulo Roma fuit cõdita. Multo ergo minus de anno, menſe, die uel hora cõueniet inter eoſdẽ. Inter cætera q̃ de hac Tarutij ſentẽtia Plut. refert hæc ſubdit. Verũ hæc (inquit) atq; alia huiuſmodi ſuperflua magis, & aliena poterũt fortaſſe uideri, q̃ q̃d fabulæ cõmento lectorib. moleſtæ ſint. Refert ergo plurimũ dicere in eũ errorẽ hos incidiſſe, & hũc ipſum errorẽ, à L. Tarutio aſſertũ, referre. Plures ſunt, inter q̃s eſt Plut. ipſe, qui dicũt Romã cõditã 12. calendas Maias, non 11. quam diuerſitatem lege 4. Faſtorum Ouidij. *Nox abijt, oriturq́.* &c. Vbi de Palilibus feſtis multa reperies. Item apud M. Varronẽ, & Feſtum Pompeium habetur, qualia feſta, & unde dicta Palilia fuerint. Solinus autẽ exiſtimat Palilia à partu Iliæ dicta eſſe, quaſi partus Iliæ. e *Ne qua hoſtia cæderetur.*) Idem ſcribunt Plut. in Romulo, Euſebius lib. tem. Cenſorinus cap. 1. de die natali, recenſet Varronis uerba. Id moris (inquit) inſtitutiq; maiores noſtri tenuerunt, ut cum die natali munus annale Genio ſoluerent, manũ à cæde, ac ſanguine abſtinerẽt, ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, alijs demerent. Denique Delij, ad Apollinis genitoris arã (ut Timæus author eſt) nemo hoſtiã cædit. Inter Indos ſunt, qui uictimam non iugulant, ſed præcluſo ſpiritu necant, ne quid mancum deo offeratur, ſed integrum. Author Strabo lib. 15. Plura ſcribit Naſo circa finem 4. Faſtor. Porphyrius in eo libro, quem aduerſus edentes carnes cõſcripſit, refert ueteres, non ſanguinẽ, aut nidorẽ dijs obtuliſſe, ſed fruges terræ, quas etiam ipſas, quaſi deos adorabant. Multo autem poſtea iniquitate hominum fœdiſsimus ſanguis, atq; hoſtiarum mos introductus eſt crudelitatis plenus occiſis animalibus, & eorum ſanguine aris deorum imbutis. Apud Ouidium 15. Metam. prima putatur.

Hoſtia ſus meruiſſe mori, quia ſemina pando
Eruerit roſtro, ſpemq́ interceperit anni. &c.

Et primo Faſtorum.

Prima Ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ.
Vlta ſuas merita cæde nocentis opes. &c.

Scribit Plinius cap. 56. ſeptimi naturalis hiſtoriæ, Hyperbium Martis filium primum animal occidiſſe. Prometheum bouem. f *Idem Romulus.*) Geſta Romuli, & quot annos regnauerit, habentur latè ex his authoribus, quos in principio Florianarum annotationũ citauimus. Quo loco etiam de Feretrio Ioue meminimus. Ex diuerſis euentibus factũ eſt ut uaria cognomina Iupiter ſortitus fuerit. Dictus enim eſt, prædator, ſtator, pugnax, feretrius, ultor, piſtor, inuictus, optimus, Maximus, Tonans, &c. De opimis ſpolijs, lege præter alios, eos authores, quos cap. 4. ſecundi Lucij Flori aliàs citauimus. De ritu triumphãdi, ac triumphi forma, plurima in noſtris Collectaneis in poëtas ex uarijs congeſſimus authoribus.

a De Ceninẽſibus egit primum triumphum, & Acroni regi eorum detraxit ſpolia, quæ Ioui Feretrio primus ſuſpendit, & opima dixit. Rurſum de Antennatibus triumphauit. De Veientibus
b poſtremo. Apud Capreæ [a] paludem apparere deſijt Quintilibus nonis. Cæteri reges, quibus locis habitauerint, dicemus. Tatius [b] in arce, ubi nunc [c] ædes eſt Iunonis monetæ, qui anno quinto, quam in-
c greſſus urbem fuerat, à [d] Laurentibus interemptus [e] vij. & uiceſima Olympiade hominẽ exuit. Numa [f] in

a *Capreæ paludem.*) Huius hiſtoriæ authores ſunt, Liuius, Dionyſ. Plutarc. cæteri. Ouidius 2. Faſtor.

Eſt locus antiqui capreæ dixere paludem,
Forte tuis illic Romule iura dabas. &c.

De morte Romuli diſcrepant plurimum authores. Cicero 1. Tuſcul. q̃ſtion. Horat. ode 3. tertij. Lampridius in uita Cõmodi. Apud Florum authores huius alios recitauimus. b *In Arce.*) Id ſic explicat Dionyſius in ſecundo, Romulus (inquit) & Tatius urbem ſtatim maiorem effecerunt, duos ei colles alios adijcientes, Quirinũ & Cœlium, ſeparanteſque habitationem alter ab altero in proprijs locis utriq; uitam agebant, Romulus quidem Palatiũ occupans, & montem Cœlium ꝓpinquum, Tatius uerò Capitolium quod ab initio cœperat. c. *Aedes Iunonis monetæ.*) Non multum poſt exactos reges, ingentem terræmotum Romæ accidiſſe dicunt, quo tempore uocem in arce, ex æde Iunonis auditã ferunt, qua uoce Iunonẽ Romanos monuiſſe, ut ei plena fieret procuratio. Hinc à monendo Iunò Moneta appellata eſt, author Marcus Cicero de Diuinatione lib. 1. Ouid. 6. Faſtor. dicit Iunoni Monetæ ædem in arce à Camillo factam Calendis Iunijs.

Arce quoq; in ſumma Iunoni templa monetæ
Ex uoto, memorant, facta Camille tuo.
Ante domus Manli.

Et idem 1. eiuſdem operis libro inquit.

Candida te niueo poſuit lux proxima templo,
Qua fert ſublimes alta moneta gradus.
Fuluius antiqui populi, &c.

Alteram ab hac Iunonis Monetæ ædem in Auentino monte fuiſſe conſtat, in qua eius deæ ſimulachrum ex Veijs dirutis Romam allatum, locatũ eſt, authores Liuius lib. 5. Valerius tit. ult. lib. 1. Lactantius. cap. 8. lib. 2. Fuit hæc ædes in 13. urbis Romæ regione, ut P. Victor etiam annotauit. d *Laurentibus interemptus.*) Ob Sabinarum raptum à Romulo, bellũ atrox inter Romanos, & Sabinos exortum eſt. Poſt tamen utriuſq; populi cædem plurimã, Sabinis, ob quas in bellum itum eſt, interuenientibus, fœdus inter utroſq; initum eſt. Et (ut ait in 1. Liuius) nec pacem modò, ſed ciuitatem unam ex duabus faciunt, regnum conſociant, imperium omne conferunt Romã. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati ſunt. Id eleganter canit Ouidius 6. Faſtorum libro.

Hæc ubi narrauit Tatium, fortemq́; Quirinum
Binaq́; cum populis regna coiſſe ſuis.
Et Lare communi ſoceros, generoſq́; receptos,
His nomen iunctis Iunius (inquit) habet.

Tatij à Laurentibus interitum, paucis idem Liuius ſic explicat. Poſt aliquot (inquit) annos, ꝓpinqui regis Tatij, legatos Laurentium, pulſant. Cumq́; Laurentes iure gentium agerẽt, apud Tatium, gratia ſuorum, & preces plus poterant. Igitur illorum pœnam in ſe uertit. Nam Lauinij, cum ad ſolenne ſacrificium eò ueniſſet, concurſu facto, interficitur. Eam rem minus ægrè, ꝙ dignum erat, tuliſſe Romulum ferũt, ſeu ob infidam ſocietatem regni, ſeu quia haud iniuria cæſum credebat, &c. Idem Dionyſius in ſecundo. e *Septima & uiceſima Olympiade hominem exuit.*) Videtur legendum tertiadecima Olympiade, non 7. & uiceſima. Bellum enim Sabinorum cum Romanis duce Tatio ex computatione Euſebij, circa annum uiceſimum primum regni cœptum eſt Romuli. Durauit autem, authore Dionyſio, annis tribus. Cum Romulo uerò Tatius annos quinque tenuit principatum. Fiunt igitur anni octo & uiginti, id eſt Olympiades ſeptem, quibus ſi addideris ſex Olympiades, quæ urbem conditam præceſſerunt, erunt Olympiades tãtum tredecim. Præterea anno tertio ſextedecimæ Olympiadis Numa Pompilius à Romanis in regnum uocatus eſt, ut in ſecundo annotat Dionyſius. Rurſus annus, quo Tullus Hoſtilius imperium ſuſcepit ſecundus erat ſeptimæ & uiceſimæ Olympiadis, author in principio tertij Dionyſius f *Numa in monte primùm Quirinali, deinde propter ædem Veſtæ, &c.*) In annotationibus noſtris in Lucium Florum, compendio retulimus, quæ ad Numæ regis geſta facere uiſa ſunt. Inter cæteras Numæ laudes ſic maximè ſibi grauitas adſcribitur, & conſtantia, ut in prouerbium abierit uulgatiſsimum,

colle primum Quirinali, deinde propter ædem Ve-ſtæ in regia, quæ adhuc ita appellatur, qui regnauit annis tribus & quadraginta, ſepultus ſub Ianiculo: Tullus [a] Hoſtilius in Velia, ubi poſtea Deum Penatum ædes facta eſt, qui regnauit annos duos & triginta, obijt Olympiade quinta & trigeſima. [b] Ancus Martius in ſumma [c] ſacra uia, ubi [d] ædes Larium eſt, qui regnauit annos quatuor & uiginti. Obijt Olympiade prima & xl. a b c

Numa grauior. De loco ubi regiam habuerit, ſcribit Ouidius 6. Faſtorum.

Hic locus exiguus, qui ſuſtinet atria Veſtæ,
Tunc erat intonſi regia magna Numæ.

Et 1. tertij Triſtium:

Hic locus eſt Veſtæ, qui Pallada ſeruat & ignem:
Hic fuit antiqui regia parua Numæ.

Idem ſcribit 2. primi Carminum, Flaccus Horatius. Quod ſepultus fuerit ſub Ianiculo, in fine 2. aſſerit Dionyſius. Moriente (inquit) Numa, luctus fuit in urbe maximus, funusq́; ei duxit ciuitas nobiliſsimum. Iacet aūt in Ianiculo, trans Tyberim. Fuit autē ſepulchrum Numæ in quartadecima regione urbis Romæ, ut ſcribit P. Victor. a *Tullus Hoſtilius.*) Tullus Hoſtilius tertius Romanorum rex, patrem habuit Tullum Hoſtilium inſignem Medulliæ urbis ciuem. Vir hic generoſus, ac opibus potēs, cum cæteris, poſt fœdus cum Sabinis, Romam petens, uxorem ex Sabinorum genere, Seruilij cuiuſdam filiam duxit uxorē. Hanc eam fuiſſe ſcribūt q̃ Sabinis à Romulo raptis ſuaſiſſe creditur, ut ꝓ uiris ad patres omnino legatio mitteretur. Sicq; ducū recōciliationis præcipua fuiſſe cauſa, uiſa eſt. Ex his igitur parentibus Tullus Hoſtilius natus, cum eſſet ꝓmptus, & alacer rex à Romanis, poſt Numæ regis obitum, creatus eſt, eo anno, q̃ Eurubates Olympico certamine, uictor fuit, qui ſecundus ſeptimæ & uiceſimæ Olympiadis annus erat. Ab hoc rege (authore Liuio) Cœlius additur urbi mons, & q̃ frequētius habitaretur, eandē ſedē regiā ipſe capit, ibiq́; habitauit. Principes Albanorum patres, ut ea quoq; pars reipublicæ creſceret, legit Iulios, Seruilios, Quintios, Geganios, Curiatios, Chlœlios. Templumq́; ordini aucto, curiā fecit, q̃ Hoſtilia uſq; ad patrum ætatem, appellata eſt. Fuit hæc (ut Publius Victor annotat) in ſecunda urbis Romæ regione, quæ Cœlimontium dicta eſt. Lucius Piſo, primo annalium author eſt, Tullum Hoſtilium regem, ex Numæ libris eodem q̃ illum ſacrificio, Iouem cœlo deuocare conatum, q̃niam parum ritè q̃dam feciſſe, fulmine ictum. Ex Plinio hæc poſtrema, ſecūdo, & 28. uoluminibus ſumpta ſunt. Solinus aſſerit Tullum Hoſtilium in Velia habitaſſe. Fortaſsis duabus tantū literis immutatis, pro Velia, Celio ſcriptum erat. Vel intelligas Tullum Hoſtilium in Velia habitaſſe prius, q̃ Cœlij montis regiam ipſe cœperit, ibiq́; habitauerit. Adſcribam huic loco M. Varronis uerba ex 4. de lingua Latina libro: Germalum (inquit) & Velias cōiunxerunt, q̃d in hac regione Sacriportus eſt, & in ea ſic ſcriptū: Germalenſe Quinticepſos apud ædem Romuli, & Velienſes Sexticepſos in Velia apud ædem deūm Penatium. Germalum à Germanis Romulo & Remo, q̃d ad ficum Ruminalem, & hi ibi inuenti, quo aqua hyberna Tyberis eos detulerat in alueolo expoſitos. Veliæ unde eſſent, plures accepi cauſas, in quis, quod ibi paſtores Palatini, ex quibus ante tōſuram inuentam, uellere lanam ſint ſoliti, ex quo uellera dicuntur. Hæc ibi. Fuit autē Velia (ut P. Victor ait) in decima urbis regione.

b *Ancus Martius.*) Ancus Martius Numæ Pompilij, ex filia nepos, poſt Tulli Hoſtilij regis interitū, cuius cauſam fuiſſe nonnulli ſuſpicati ſunt, rex à populo Romano creatus eſt. Hic inter cætera geſta egregiè, Auentinū montē, atq; Ianiculū, urbi addidit, & ſupra mare ſextodecimo ab urbe miliario Hoſtiam cōdidit ciuitatē. Latinorū, qui ruptis fœderibus, rebellarant, urbem cœpit. Politorium incendit. Tellenem illuſtrē Latinorū urbē Romanis ſubiecit. Medulliā quā Latini occupauerant, magnis prælijs recuperauit. Fidenas diruit, Sabinos atq; Vientes, quià Romanis defecerāt, ſuperauit. Hic præterea pōtem ligneum ſine ære & ferro, ſed lignis ipſis cōpactum, Tyberi impoſuit. Hunc ipſum pontem (ut ait Dionyſ.) hucuſq; cuſtodiūt, ſacrū eſſe exiſtimātes. c *Sacra uia.*) Scribit Dionyſ. Halicar. 2. antiq. Rom. lib. idcirco ſacrā uiā appellatā, q̃d in ea inter Romulū, & Tatiū, ſacrū fœdus ictū fuerit. Alias cauſas denominationis huius apud Feſtū Pom. 17. ſui opis uolumine repies. d *Aedes Larium.*) Tradit Macrob. 1. lib. Satur. xi. Cal. ferias larib. dedicatas, quibus ædē bello Antiochiæ Aemilius Regilius prætor in cāpo Martio curandā uouit, de qua re ſic Ouid. 5. Faſt.

Præſtitibus Maiæ Laribus uidere Calendæ,
Aram conſtitui, paruaq́; ſigna deum.

Idem 6. eiuſdem operis libro.

Lucifero ſubeunte Lares delubra tulerunt,
Hic ubi fit docta multa corona manu.

Apud maiores, ut 6. Aeneidos ſcribit Seruius, omnes homines in ſuis domibus ſepeliebantur. Vnde ortum eſt (inquit) ut Lares colerentur in domibus. Hinc etiam umbras Lares uocamus. In quartadecima urbis Romæ regione

regione(ut P. Victor tradit)unicus fuit qui Lariũ Ruraliũ,dictus eſt. Ancus,anthore Seruio,dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος,hoc eſt, á cubito,quem incuruum habuit. a *Tarquinius Priſcus.*) Tarquinius Priſcus, qui Lucumo antea dicebatur,patrẽ habuit Demaratũ Corinthiũ ex Brachiadũ familia oriundum. Hic cum diu mercaturam exercuiſſet,ingentes opes breui quodã tẽpore adeptus eſt. Cum autẽ Cypſelus patriam Corinthum tyrannide occupaſſet,ratus non tutum fore,multa præſertim hominẽ poſsidentẽ ſub tyrrãnide uitã agere, relicto ſolo patrio,ſumptisq; ſecũ,q̃ ferri poterant bonis, in Ethruriam q; ocyſſimè nauigauit.Ibi illuſtrẽ genere uxorem ducit,duos ex ea filios procreat,Aruntẽ eos,& Lucumonẽ nominãs. Arunte fratre mortuo, paternorũ Lucumo bonorum omniũ ſolus hæreditatẽ cõſequitur. Romã nõ multũ pȯſt ꝓficiſcitur. Anci regis familiaritatem cõſequitur. Ab eoq; filiorũ tutor relinquitur. Et tandẽ anno ferè ſecundo, primæ & quadragefimæ Olympiadis,oblitus filiorũ Anci regis,Romanorũ regno præter æquũ & fas potitꝰ eſt,Liu.Dion. Flor.Plin.iunior,cæteri explicãt,q; cõmodus reip.qualisq; tandẽ fuerit eius exitus. b *Mugoniam portã.*)

a Tarquinius [a] Priſcus ad Mugoniam [b] portam ſupra ſummam nouam [c] uiam, qui regnauit annos vij. & xxx. Seruius [d] Tullius Aexquilijs [e] ſupra cliuum Olbium, [f] qui regnauit annos duos [g] &
b quadraginta. Tarquinius [h] Superbus & ipſe Aexquilijs ſupra cliuum Pullum ad [i] Fagutalem

Mugoniam urbis Romæ portã à mugitu dictã uolunt,qđ ꝑ eam uenale pecus ingrederetur. Hæc eadẽ & Trigonia,hoc eſt,triangularis,dicta eſt. Exiſtimo eam eſſe quã Feſtus Pom. Mugioniã nominat. Mugionia(inquit) Romæ porta dicta eſt á Mugio quodã,qui eidẽ tuendæ præfuit. Quid ſi apud Solinum Mugioniam etiã portã legi oporteat,non Mugoniã? De portis urbis Romæ ꝗr fuerint,uide Plin.cap. 5.lib.3. Plura Blondus in principio primi eius operis,qđ Romã illuſtratã inſcripſit. c *Nouam uiam.*) P. Victor enumerans nouẽ & uiginti urbis Romæ uias,non meminit huius,ſupra quã habitaſſe Tarquinium Priſcũ Solinus affirmat. Sed nec mirũ quũ nomina,ſicut & res ipſæ Romæ ferme perierint. d *Seruius Tullius*) Tullius Seruius, Tullij regij quondã generis, & Ocriſiæ ex Corniculo Latinorũ urbe natus eſt. Hic dum à Romanis Corniculũ oppugnatur pugnans interfectus eſt. Ocriſia uxor prægnãs capitur. Tanaquili reginæ ſerua datur. Nec dum facta libera puerũ parit. Pueri(mirũ) arſiſſe caput pro cõperto eſt. Hinc à regina dilectus unicè. Tarquinius eum inſtar filij educat, filiã adulto uxorẽ ſpõdet. Perempto rege Priſco,reginæ aſtu,quarto Olympiadis quinquageſimæ anno,Romanũ regnũ adipiſcitur. Regnãs Veiẽtes,Ethruſcosq; hoſtes fortiſsimè uicit. Primus Romanorũ cẽſum inſtituit. Luſtrũ cõdidit. Claſses atq; Cẽturias ordinauit. Dilatat urbis pomœriũ,Quirinalẽ,Viminalẽ,Exquiliũ.colles urbi iũgit. Dianæ in Auẽtino tẽplũ extruit. Filiã Tulliã Tarquinio copulat matrimonio,à ꝗ & pẽptus eſt. Eius(proh nefas)cadauer à Tullia filia carpẽto cõteritur. Plin.cap.ult.36.natur. hiſt.huius Tullij Seruij ortũ multò mirabiliorẽ fuiſſe narrat. Non præteribo(inquit) & unũ foci exẽplũ Romanis literis clarũ. Tarquinio Priſco regnãte,tradũt repẽte in foco cõparuiſſe genitale maſculini ſexus. Eãq;,q̃ ſederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillã Ocriſiã captiuã cõſurrexiſſe grauidã. Ita Seruiũ Tulliũ natũ,qui regno ſucceſſit. Inde & in regia cubãti puero caput arſiſſe uiſum,creditũq; Laris familiaris filiũ. Ob id cõpitalia, in ludos Larib. primũ inſtituiſſe. Tullius dictus cognomen ſumẽs à patre. Seruius aũt à fortuna ꝓpria, ꝗd eũ mater ſeruiẽs peperiſſet. Author Dionyſ.lib.4. e *Exquilijs.*) Hunc regẽ Exquilias habitaſſe, Varro,& Titus Liu.tradiderũt. Idẽ Varro.4.de lingua Latina lib.exponit unde Exquiliarũ nomẽ ortũ habeat. Alij has(inquit) ſcripſerũt ab excubijs regis dictas. Alij ab eo qđ excultæ à rege Tullio eſſent. Huic origini magis luci uicini,&c. Cato in Originib.uult ab excubijs Exquilinũ dici. Romulus(inquit) Exquilinũ tenuit ab excubijs dictũ,quas illi Lucumo dedit more Thuſco duodecim lictorũ, id ẽ,trecẽtis ad cuſtodiã corporis ſimul & dignitatis,quia Tacitus non ſine ſuſpicione infidæ ſocietatis erat. Fuerũt aũt Exquiliæ,authore P. Victore,in quinta urbis Romæ regione. f *Olbium.*) Olbiũ & Pullũ,fuerũt, (ut quidã uolũt)duo Exquilini mõtis uertices. Sunt qui Vrbicũ non Olbiũ legãt. Itẽ Pulliũ,nõ Pullũ. g *Duos & quadraginta.*) Liu.Dion.& Sex.Ruf.4. & 40.annos regnaſſe ſcribunt. h *Tarquinius Superbus.*) Tarquinius,qui ſuperbus ob corruptos mores cognominatus eſt, cũ Tulliũ regẽ ſocerũ ſuũ ꝑemiſſet, anno 4. primæ & ſexageſimæ Olympiadis, præter ius omne, Romano potitur imperio,peremptũ à ſe regem ſepultura prohibuit. Primores patres perimi iuſſit. Tyrannidis ſuæ cõſcios armatos, tutelæ ſui corporis milites adhibuit. Sabinos bellõ domuit, Ethruſcis urbes quaſdã ui eripuit. Gabinos miro aſtu parere ſibi cõpulit. Latinas Romanis ferias indixit. Romanũ Capitolium extruxit. Et tandẽ cũ annos multos Romanis imperaſſet,ob Lucretiæ à filio illatum ſtuprũ, ac tyrannicas in ſubditos plurimas inſolentias, è regno quod tyrannicè occupauerat, eiectus eſt. i *Fegutalem lacum.*) Videtur legendum Fagutalẽ lucũ. Etenim fagutal locus fagis cõſitus dicitur,unde & à fago dictũ uolũt,in ꝗ(ut Varro, & Feſt. Põpeius ſcribunt) ſacellum Iouis fuit. Vnde etiam Iouis Fagutalis,quod fagus ipſa arbor Ioui ſit con-

ſecrata, Liuius, & Dionyſ. aſſerunt Tarquinium Superbũ pulſum regnō, anno 25. ſui regni. Alij ut Euſebius, Eutropius, Sex. Rufus dicũt anno 35. Docet D. Auguſtinus cap. 15. tertij Ciuit. dei. Romanos omnes reges, duobus exceptis, Numa & Anco Martio, graues uitæ exitus habuiſſe. Iuuenal. q; uera eſt ſententia Sat. 10. *Ad generum Cereris ſine cæde, & uulnere pauci Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.*

lacum, qui regnauit annos xxv. Cincio [a] Ro- a
mam duodecima Olympiade placet conditam. Pi-
ctori octaua, Nepoti, & Luctatio opiniones E-
ratoſthenis, & Apollodori comprobantibus, Olym-
piadis vij. anno ſecundo. Pomponio Attico, b
& M. Tullio, Olympiadis ſextæ, anno tertio. Col-
latis igitur noſtris, & Græcorum temporibus, in-
uenimus incipiente Olympiade ſeptima Romam con-
ditam, [b] anno poſt Ilium captum cccc. xxxiij. c
Quippe certamen Olympicum, quod Hercules
in honorem attaui materni Pelopis ediderat, in-

a *Cincio Romam duodecima Olympiade placet.*) De prima urbis Romæ conditione, non una eſt authorum ſententia. Quidam ſacrarum tabularum uetuſtis titulis, aſſerunt Romam à Romulo, & Remo Aeneæ filijs fuiſſe conditam. Aiunt enim poſt Aeneæ Aſcanium maiorem natum, regionem omnem, quam Aeneas reliquerat, cum fratribus diuiſiſſe, ipſumq; Aſcanium Albam Longam, Romum Capuam, Romulum uerò Romã condidiſſe. Hãc quum ſequẽte tempore defeciſſet, ab Albanis iterum reſtitutã. Sicque duplicem fuiſſe Romam autumant. Vnam non multùm poſt captam Troiam. Alteram quindecim ætatibus ferè poſt primam extructam uolunt. Antiochus Syrucuſanus hiſtoriarum ſcriptor, tradit fuiſſe in Italia & Romam tertiam, multò his duabus uetuſtioram. Obmiſſis extremis, de ſecunda, quando cõſtructa fuerit, plurimũ uariant authores. Timæus Siculus ſcribit eodẽ tẽpore & Romã, & Carthaginẽ fuiſſe cõditas, octauo ſcilicet & trigeſimo anno ante primã Olympiadẽ. Lucius aũt Cincius uir ſenatorij ordinis, anno 1. octauæ Olympiadis. Eratoſthenes uult olympiadis ſeptimæ, anno primo. Polybius Megalopolitanus ſub ſecundum annũ 7. olympiad. Hæc ex Dionyſij ſententia, antiquit. Roman. lib. 1. quo loco habentur abundè ea omnia, q̃ de hac re, hoc loco à Solino traduntur. In hoc tamen à Solino differt, qđ Dion. hanc olympiadũ cõputationem ex eo anno deducit q̃ Roma à Gallis capta phibetur, ad eum annũ, q̊ primi Romæ Cõſules imperarũt, cuius paucis recolligens, hæc ſententia eſt. Ex Cenſuarijs monumentis cõſtat (inquit) anno ante urbem à Gallis captã, luſtrũ à populo Rom. factũ eſſe L. Valerio, & Tito Manilio Capitolino Cõſulib. poſt exactos reges anno 119. Vrbis igitur anno 120. Poſt exactos reges à Gallis capta fuit. Hi autẽ centũ & uiginti anni olympiades triginta cõſtanter efficiũt. Rurſus primi Romanorũ Cõſules, Iunius Brutus, & Tarquinius Collatinus, eo anno creati ſunt, quo Athenis Iſagus imperabat. Is aũt octauæ & ſexageſimæ olympiadis primus annus fuit. Ex annis, quibus ſeptẽ reges Romæ regnarunt, colliguntur anni 244. id eſt, una & ſexaginta olympiades. A' primis aũt Cõſulibus, ad captionẽ urbis, ſunt anni 120. id eſt, triginta duntaxat olympiades, q̃ proximis iunctis, Olympiades unã & nonaginta faciunt. A' prima aũt olympiade, ad primos Romanorũ Cõſules, ſunt octo & ſexaginta olympiades, & annus unus. Ab eo autem anno ad annum captæ urbis, triginta (ut iam eſt habitũ) olympiades cõputantur. Hæc autem ſi ſimul cõiunganturocto & nonaginta olympiades & annum unum efficiunt manifeſtè. A' quibus ſi nonaginta & una olympiades ſubtrahantur, reſtabunt ſeptẽ olympiades, & annus unus, q̊ tempore cõſtat urbẽ Romam ſumpſiſſe principium. b *Anno poſt Ilium captum 433.*) Quidam, inter quos eſt Ariſtoteles, ſcribũt Ilium nunq; à Græcis captũ. Euſebius quoq; lib temp. affirmat à primæ olympiadis tempore, Græcam tantum hiſtoriam creditam. Cum (inquit) ante hoc, ut cuiq; uiſum eſt, diuerſas ſententias protulerunt. De Hercule præterea ſcripta omnia fabuloſa ferè ſunt. Idem Euſebius tradit à captiuitate Troiæ, uſq; ad 1. olympiadẽ numerari annos 405. aliàs 406. Aeſchyli Athenienſium ducis anno 2. primã olymp. actã fuiſſe. Erat aũt (inquit) Olympias Agon Gymnicus. in ea prima olympiade Choræbus Heliẽſis uictor extitit. Helij ſiquidẽ agunt quinquennale certamen, quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui cõſtituuntur quatuor. Ait rurſus primã olympiadẽ, Iphitũ Praxonidis, uel Hemonis filium primum cõſtituiſſe. Idẽ ſcribit Strabo 8. Coſmographiæ lib. Firmior itaq; Dionyſij, q; Solini, hæc urbis cõditæ annorum cõputatio uidetur. Illam in hiſtorijs, & actis publicis, hanc uerò in ſcriptis dubijs & fabellis potius eſſe fundatã. Diod. Siculus dicit lib. 5. Olympicum certamen utiq; primũ ab Hercule inſtitutum, ipſum tamen non Pelopi, ſed Ioui patri dedicaſſe. Pro Solini ſententia facit, qđ ſcribit Statius 6. Thebaid. in principio, de olympici certaminis inſtitutione loquens:

Hunc pius Alcydes Pelopi certauit honorem.
Puluereumq; fera crinem deterſit oliua.

Quem locum exponens Lactantius. Primus (inquit)

Hercules

a termiſſum Iphiclus [a] filius eius inſtaurauit poſt exci-
dium Troiæ anno quadringenteſimo octauo. Er-
go ab Iphiclo numeratur Olympias prima. Ita ſex
medijs Olympiadibus interiectis, quibus ſingulis an-
b ni quaterni imputantur, cum ſeptima cœptante, Ro-
ma condita ſit, inter exortum urbis, & Troiam captam,
iure eſſe quadringentos annos, & xxxiij. conſtat.
Huic argumento id accedit, quod cum [b] Caius Pom-
c peius Gallus, & Quintus Veranius urbis conditæ an-
no octingenteſimo primo fuerunt Conſules. Conſula-
tui eorum olympias vij. & ducenteſima actis publicis
annotata eſt. Quater ergo multiplicatis vi. & ducentis
d Olympiadibus, erunt anni octingenti xxiiij. quibus ſe-
ptimæ Olympiadis annectendus eſt primus annus, ut
in ſolidum colligantur anni octingenti xxv. Ex qua
ſumma detractis uiginti annis, & iiij. Olympiadum
e retro ſex manifeſtè octingenti & unus annus reliqui
fient. Quapropter cum octingenteſimo primo anno
urbis conditę, ducenteſima ſeptima Olympias compu
tetur, par eſt Romam vij. Olympiadis anno primo
f credi conditam. In qua [c] regnatum eſt annis ducentis
xli. Decemuiri [d] creati anno ccc. ſecūdo. [e] Primū puni-

Hercules hunc honorē, manibus Pelopis exhibuit, qui erat Herculi per Alcmenam genere cōiunctus hoc uidelicet ordine. Pelops & Hippodamia Lyſidicē genuit. Lyſidice, cum Electrione Alcmenā. Hæc ex Iouis trinoctio cōcubitu, Herculem procreauit. Idē x. Theb. ſuper illud. *Mœſtus et intentus.* Ex Lactantij uerbis. Pelops auus Herculis fuiſſet, nō attauus. Doctè plura de Olympicorū inſtitutione, & ſucceſſu, ſcribit Cœlius Rodiginus cap. 38. ſeptimi Antiq. lect. lib. De quatuor certaminum primis generibus quæ & qualia fuerint tradit Lactantius Placidus in principio ſexti Thebaid. apud Statiū. Extat de his quatuor certaminū generibus, elegans Achaiæ poëtæ Tetraſtichō. Hos uerſus Pius Bononienſis ſic latinos fecit.

Quatuor inſignis certamina conficit Hellas,
Sunt duo quippe hominum, ſunt ſuperumq́ duo.
Archemori, Iouis & Phœbi, atq́ Palæmonis, ipſa
Pinus, oliuaſter premia, poma, apium.

a *Iphiclus.*) Euſeb. ut iam dictum eſt, Iphitū nominat, Plaxonidis, uel Hemonis filium. b *Caius Pompeius, & Quintus Verannius.*) Horum Conſulū meminit Cornelius Tacitus lib. 12 à principio Scribit etiam ſub Syllano prætore, lecto ſenatu, fuiſſe luſtrum cōditum. Euſeb. lib. temporum. Deſcriptione (inquit) Romæ facta ſub Claudio, inuenta ſunt ciuiū Romanorum 69. centena & 144. millia. Facit ueterum annalium Chronicarumq́ carentia, ne hic annorum numerus omnino certus ſit. Satis conſtat, Auguſtum anno 709. ab urbe condita Romanum imperium inijſſe. Auguſti autem imperij anno 42. Chriſtus Dominus ex uirgine natus eſt. Luſtrum uerò ſub Claudio circa annum quinquageſimum poſt Chriſti natalem, authore Euſebio, conditū eſt. Simul igitur ſumptis annis 709. 42. 50. is numerus redditur, quē Solini reddidit cōputatio, id eſt, ab urbe condita ad hoc uſq́ luſtrum, anni unus & octingenti ſimul fiunt. c *In qua regnatum eſt annis 241.*) Ex annorum collectione, quos ſeptē Romanis regibus Solinus ipſe attribuit, anni non 241. ſed 243. potius colliguntur. Dionyſ. Sex. Rufus, & plures alij affirmant Romæ regnatum annis 240. Diuerſitatis huius cauſam in Florianis annotationibus explicauimus. d *Decemuiri.*) Ex hominum inconſtantia euenit, ut plerumq́ prioribus faſtiditis, gaudeant nouitate. Hinc factum eſt, ut poſtq́ Conſules per annos octo & quinquaginta tenuiſſent imperiū, aliū Romani expoſcerent magiſtratū. Exactis regibus (inquit Pomponius de origine iuris, lege, Neceſſariū) lege tribunitia omnes leges exoleuerunt. Iterumq́ cœpit pop. Rom. incerto magis iure, & cōſuetudine aliqua uti, q̃ per latā legē, idq́ prope uiginti annis paſſus eſt. Poſtea ne diutius hoc fieret, placuit publica authoritate, decē cūſtitui uiros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, ut ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulis eburneis ſcriptas pro Roſtris cōpoſuerunt, ut poſſent leges apertius percipi. Datumq́ eſt eis ius in eo anno in ciuitate ſūmum, uti leges corrigerent, & ſi opus eſſet, interpretarētur. Neq́ prouocatio ab eis, ſicut à reliquis magiſtratibus fieret. Qui & ipſi animaduerterunt aliquid deeſſe iſtis primis legib. Ideoq́ ſequēti anno, alias duas eiſdē tabulas adiecerunt. Et ita ex accidēti appellatæ ſunt leges duedecim tabularū. Quarū ferendarum authorem fuiſſe ex Decemuiris Hermodorum quendam Epheſi exulantem in Italia. Hæc Pomponius. Vide ſi libet, quæ capite ultimo primi apud L. Florum, alias annotauimus. e *Primum Punicum bellum*

cum bellum anno cccc. octogeſimonono. Secun- a
dum, anno quingenteſimo triceſimoquinto. Ter-
tium ſexcenteſimoquarto. Sociale ſexcenteſimo ſexa-
geſimoſecumdo. Ad [a] Hircium, & Caium Pan-
ſam conſules, anni ſeptingenti & x. Quorum con- b
ſulatu Cæſar [b] Auguſtus Conſul creatus eſt, octa-
uumdecimum annum agens, qui [c] principatum ita in-
greſſus eſt, ut uigilantia illius non modò ſecurũ uerum
etiam tutum imperiũ eſſet. Quod tempus ferme ſolùm c
repertum eſt, quo [d] plurimùm & arma ceſſauerunt, &
ingenia [e] floruerunt, ſcilicet ne inerti [f] iuſticio langue-
rent uirtutis opera bellis quieſcentibus.

a *cum bellum anno 389.*) Sic ferè legitur in omnibus tam ſcriptis, quàm impreſsis exemplaribus, & quidem manifeſto errore. Reor hunc errorẽ accidiſſe unius tantùm omiſsione. c. Cum à Solino ſcriptum fuerit 489. Legendum igitur non 389. ſed 489. Similem errorem reperies apud Plinium cap. 3. triceſimi tertij. Argentum (inquit) ſignatum eſt anno urbis 588. Q. Fabio Conſule, quinque annis ante primum bellum Punicum, cum legi oporteat, anno urbis 485. Dionyſ. lib. 1. bellum primum Punicum cœptum eſſe dicit anno tertio, centeſimæ & uiceſimæoctauæ Olympiadis. Gellius ait cap. ult. 17. Noct. Attic. poſt Romam cõditam anno 400. ferme & 90. De initio ſecundi & tertij belli Punici, parum diſcrepãt, qui de ijs hiſtoriam cõſcripſerũt. De bellis tribus Punicis, nõ pauca annotauimus apud Florũ capitibus 2. 6. & 15. ſecũdi Epitomes libri. De bello quoque Sociali ſcripſimus apud eundẽ Florum cap. 18. libri tertij, quo loco huius belli plurimos citauimus authores.

a *Ad Hircium & Caium Panſam Conſules.*) Conſtat apud nobiles hiſtoricos, Octauianũ, qui poſtea Auguſtus dictus eſt, ſeptingenteſimo nono ferè urbis conditæ anno, ætatis uerò ſuæ 18. principatum inijſſe. Quo anno M. Antonius, & Pub. Dolobella erant Cõſules, ut Florus ait. Anno deinde 2. hoc eſt, ut Suetonius ait 20. ætatis ſuæ anno, conſulatum inuaſit. Scribit idem Suetonius in Auguſto, quoſdam exiſtimaſſe Hircium, & Panſam conſules, Auguſti opera fuiſse occiſos. Bello Mutinenſi (inquit) cum Hircius in acie, Panſaque pòſt, ex uulnere perijſsent, rumor increbruit, ambos Auguſti opera occiſos, ut Antonio fugato, repub. conſulibus orbata, ſolus uictores exercitus, &c. Tibullus 5. tertij, fatetur natum ſe eo anno, quo Hircius, & Panſa interierunt.

Natalem primo noſtrum uidere parentes,
Cum cecidit fato conſul uterque pari.

b *Cæſar Auguſtus conſul creatus eſt.*) Videtur ſuperfluere conſul. Nam octauumdecimũ annũ agens, principatũ, non conſulatũ inijt, ut mox antè docuimus. c *Qui principatum ita ingreſsus eſt, ut uigilantia.*) L. Florus cap. 3. lib. 4. in eandem ſententiam. Cõgratulandum (inquit) in tanta perturbatione eſt, quod potiſsimum ad Octauium Cæſarem Auguſtũ ſumma rerum redijt, qui ſapientia ſua, atque ſolertia, perculſũ undique & perturbatum, ordinauit imperij corpus, quod ita haud dubiè nunquam coire & cõſentire potuiſset, niſi unius præſidis nutu, quaſi anima & mẽte regeretur. Non alia ab his ſunt, quàm lib. 1. ſcribit Tacitus: Lepidi (inquiens) atque Antonij arma, in Auguſtũ ceſſere. Qui cuncta diſcordijs ciuilibus feſsa, nomine principis ſub imperiũ accepit. Auguſtus hic terdecies inijt conſulatum, quod ante eum nulli legitur contigiſse. Statius Sylua quadam lib. 4.

Ter Latio deciesque tulit latentibus annis
Auguſtus faſces, ſed cœpit ſero mereri.

d *Quo plurimum arma ceſſarunt.*) Eleganter hanc Auguſti armorum ceſsationem cecinit Manilius in 1.

Sed ſatis hoc fatis fuerit, iam bella quieſcunt,
Atque Adamantæis diſcordia uincta cathenis
Aeternos habeat frenos in carcere clauſa.
Sit pater inuictus patriæ, ſit Roma ſub illo,
Cumque deum cœlum dederit, non quærat in orbe.

Vnde factum eſt, ut Auguſto imperante, Iani portæ clauſæ fuerint. Horatius 15. quarti Carminum:

Ianum Quirini clauſit, et ordinem
Rectumque, et uaganti frena licentiæ
Iniecit, amouitque culpas,
Et ueteres reuocauit artes, &c.

In hac, in toto orbe, armorum ceſsatione, rex pacificus Chriſtus deus & homo, ex uirgine naſci dignatus eſt. e *Ingenia floruerunt.*) Si unquam Romæ bonæ artes, & ingenia floruerunt, id maximè ſub Auguſto cõtigiſse cõperiet ſtudioſus lector. Eo ſiquidẽ tẽpore Auguſtus ipſe ingenio, & doctrina nulli cedens. M. Varro, M. Cicero, bonarũ artiũ parẽs unicus. Cor. Nepos, Saluſtius, Titus Liuius lacteus, ut ait Hieron. eloquentiæ, Aſinius Pollio, Vergil. Catul. Horat. Ouid. Manilius, Tibullus,

Tibullus Propertius,& ſexcenti alij immortalitatem nominis conſecuti. Poëtas eius temporis recenſet Naſo nona quarti Triſtium. f *Inerti iuſtitia.*) Exiſtimo non niſi ab inerti homine inertem iuſtitiam nuncupari. Legi in quibuſdam exemplaribus, non iuſtitia, ſed iuſticio, id eſt, publico luctu, & calamitate, qui ex armis bellicis plerunq; accidit. Lucanus in 2.

Ergo ubi concipiunt quantis ſit cladibus urbi
Conſtatura fides ſuperûm, ferale per urbem
Iuſticium, latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos.

Et ibidem lib. 5.

Mœrentia tecta
Cæſar habet, uacuasq; domos, legesq; ſilentes,
Clauſaq; iuſticio triſti fora.

Eſt autem ſenſus & ordo, ne ſcilicet opera uirtutis, bellis quieſcentibus, lãguerent inerti iuſticio.

De diuiſione anni, & diebus Intercalaribus. Cap. III.

a TVnc [a] ergo primùm curſus anni perſpecta ratio, quæ à rerum origine profunda caligine tegebatur. Nam [b] ante Auguſtum Cęſarem incerto modo annum cõputabant,
b quia apud [c] Aegyptios quatuor mẽſibus terminabãt,

TVnc ergo primùm.) Quoniam ſine certa annorum notitia, res aliæ, quæ præſertim ad hiſtoriam pertinent, ſciri non poſſunt, idcirco capite hoc tertio docet Solinus quanta fuerit apud ueteres annorũ cõſtantia, atq; diuerſitas, quoue authore ad certã rationem & regulã, ſit redactus annus. Annus (ut quidam ſcribũt) ex Græco uerbo dictus eſt. Nam ἔνος, Græcè, Latinè annus dicitur. Seruius aũt in 1. & 5. Aeneid. deducit nomen ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, id eſt, ab innouando, quod uidelicet aſſiduè innouetur, & alter fiat. Vel ut idem ait, annus quaſi annulus, quod in ſe redeat. Menſes em̃ in ſe currentes annũ faciunt. Alij inquit Atteius Capito apud Macrobium 1. Satur. ex an, id eſt, circũ, & nare, fluere, quaſi tẽporis circũfluxus quidã. Nam (authore Macrobio) ſicut lunaris annus menſis eſt, quia luna paulominus, ꝗ menſem in zodiaci circuitione cõſumit, ita ſolis annus hoc dierum numero colligendus eſt, quem peragit dum ad id ſignum ſe denuo uertit, ex quo digreſſus eſt, unde & annus uertens iure uocatur. Idẽ Seruius 1. Aeneid. ſuper illud,

Triginta magnos uoluendis menſibus orbes.

Scribit tria eſſe annorũ genera, Lunarẽ dierum triginta, Solſtitialẽ duodecim menſiũ, Magnum, qui (inquit) ſecundũ Tulliũ, tenet duodecim milia quingentos annos, &c. Apud Maronẽ Solaris annus ſæpe etiã magnus uocatur, quod intelligendũ eſt cõparatione lunaris anni, cũ lunæ annus breuis putetur. Plutarchus 2. de placitis philoſophorũ lib. ſcribit cuiuslibet Planetæ eſſe annũ ſuũ. Saturni quidẽ annorũ ambitus uertentiũ triginta, Iouis duodecim, Martis duorũ, Solis duodeni menſes, totidẽ Mercurij, & Veneris, pariles em̃ eorũ curſus. Lunæ dies 30. hic em̃ pfectus menſis ab luna, ad intermenſtruã. Cæterũ quidã annũ octenniũ eſſe exiſtimarũt. Nonnulli annos undeuicenos, ſunt qui undeſexagenos. Heraclitus ex duodeuicenis annorũ milib. cõſtare putat. Diogenes ex tricenis quinquageniſquinis ſupra Heraclitũ. Alij ex ſeptenis milibus tricenis ſeptuagenis ſeptenis, hæc Plutar. Multa Macrob. 2. de Sõnio Scipionis. Annus qui à M. Cicerone magnus uocatur, ab Ariſtotele maximus potius, ꝗ magnus appellatur, quẽ ſolis & lunæ uagantium quinque ſtellarũ orbes cõficiunt, cum ad idẽ ſignum, ubi quondã fuerũt unà referũtur. Cuius anni hyems, ſumma eſt Cataclyſmos, quã noſtri Diluuionẽ uocãt. Aeſtas aũt Ecpyroſis, qđ eſt mũdi incendiũ, nam his alternis temporibus mundus tum exigneſcere, tum exaqueſcere uidetur. Hunc Ariſtarchus putauit eſſe annorũ uertentiũ duũ miliũ 484. Aretes Dyrrachinus quinque milium 552. Herodotus, & Linus x. miliũ dccc diẽ xiij. dcccclxxxiiij. Orpheus centũ xx. Caſsandrus tricies ſexies centũ milliũ. Alij uerò infinitum eſſe, nec in ſe unq; reuerti exiſtimauerunt. Phyſici aiunt, ut 2. de Somnio, Macrobius refert, hunc magnum annum 15. mill. annorũ omnino cõpleri. Huius autem anni, qui etiam Mundanus dicitur, finis eſt, quum ſtellæ omnes, omniaq; ſydera, ἀπλανὴς habet, à certo loco ad eundẽ locũ ita remeauerint, ut ne una quidem cœli ſtella in alio loco ſit, ꝗ in quo fuit, cum omnes aliæ ex eo loco motæ ſunt, ad quem reuerſæ anno ſuo finem dedere. Ita ut lumina quoq; cum erraticis quinque in ijſdem locis, & partibus ſint, in quibus incipiẽte mundano anno fuerunt. Adſcripſi hæc ex Macrobio, & Cẽſorino, ad Q. Cereliũ, ut intelligant omnes, anni illius magni, nullã haberi etiã à doctioribus certitudinẽ b *Ante Auguſtum.*) Suetonius, Plutar. Macrob, Cenſorinus. Item cæteri ſcribunt primũ apud Romanos Cæſarem Dictatorẽ, annũ ad curſum ſolis accõmodaſſe, ut trecentorũ dierũ, & intercalario menſe ſublato unus dies, quarto quoq; anno intercalarẽtur. Vnde Lucanus in 10.

Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus.

Auguſtus igitur nõ primus anni ordinẽ apud Romanos inſtituit, ſed annũ à D. Iulio ordinatũ, poſtea uerò negligentia conturbatũ atq; cõfuſum, rurſus ad priſtinã rationẽ redegit. In cuius ordinatione Sextilẽ mẽſem è ſuo cognomine nũcupauit, magis ꝗ Septẽbrẽ, q̃ erat natus, quia hoc ſibi & primus cõſulatus, & inſignes uictoriæ obtigiſſent. Sueton. tit. 31. ſecundi. c *Apud Aegyptios.*) Imitatur Solinus hoc loco C,

apud Arcades tribus, apud Acarnanas ſex, in Italia a
apud Lauinios xiiį. quorum annus ccclxxiiį. die-
bus ferebatur. Romani a in initio annum decem men-
ſibus computabāt, à Martio auſpicantes adeo, ut eius
die prima de aris Veſtalibus ignem accenderent, muta b
rent ueteribus uirides laureas, ſenatus, & populus Co-
mitia agerent, matronæ ſeruis ſuis cœnas ponerent, ſi-
cut Saturnalibus domini. Illæ ut honore promptius
obſequium prouocarēt, hi quaſi gratiam repenſarent c
perfecti laboris, maximè quod hunc menſem princi-
pem teſtātur fuiſſe, qui ab hoc quintus erat, Quintilis
dictus eſt: deinde numero decurrente December ſolen
nem circum finiebat intra b diem trecenteſimū quar- d
tum. Tunc enim iſte numerus explebat annum, ita
ut ſex menſes tricenûm dierum eſſent, quatuor reliqui
tricenis & ſingulis explicarentur. Sed quoniam raro
illa ante Numam à lunæ curſu diſcrepabat, lunari e
computatione annum peræquarunt quinquaginta &
uno die adiectis. Vt ergo perficerent duodecim men-
ſes, de ſex menſibus ſuperioribus, detraxerunt dies ſin-
gulos, eosqúe quinquaginta iſtis & uni annexerunt, f
factiqúe lviį. diuiſi ſunt in duos menſes, quorum al-

co C Plinium cap. 48. lib. 7. Annum enim (inquit) aliį æſtate unum dererminabant, & alterum hyeme. Aliį quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, q̃rum anni trimeſtres fuere. Quidam lunæ ſenio, ut Aegyptiį. Ita apud eos aliqui & ſingula milia annorum uixiſſe produntur. Xenophon de æquiuocis: Annus enim (inquit) diuerſus eſt. Etenim ipſi Aegyptiį utuntur anno quandoq; mēſtruo, ſæpe bimeſtri, nō raro trimeſtri. Sæpe quadrimeſtri, nonnunq̃; ſolari, &c. Ex hac annorum diuerſitate ſaluat Varro homines potuiſſe ad annos mille uiuere. Sed hoc probat Lactantius cap. 13. ſecūdi. Plura Auguſtinus capitibus 12. 13. & 14. quintidecimi de Ciuitate Dei. Item Macrobius primo Saturnaliū. Et ut cōtentus ſim referendo paucarum morē regionū. Arcades annum ſuum tribus menſibus explicabant. Acarnanes ſex. &c. Et ne ſim æquo longior de diuerſitate annorum apud diuerſos, lege Lactantium ubi ſupra. Auguſtinū cap. 10. 12. & cap. 12. quindecimi Ciuitatis. Gell. cap. 2. tertiį. Nullus tamē annorum diuerſitatem apud uarios Cenſorino tradidit copioſius cap. 14. eius libri, quem de die natali ad Corneliū ſcripſit.

a *Romani in initio annum decem menſibus computabant.*) Hanc rem Macrobius ſic explicat. Non mirum (inquit) in hac uarietate Romanos quoq; olim, authore Romulo, annum ſuum decem habuiſſe mēſibus ordinatum, quia annus à Martio incipiebat, & conficiebatur diebus 304. ut ſex quidem menſes, id eſt, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember December, tricenûm eſſent dierum. Quatuor uerò, Martius, Maius, Quintilis, October tricenis & ſingulis expedirentur. Idē refert & Cenſorinus capite 15. addens tunc etiam Albanis, unde Romani orti ſunt, annum decem fuiſſe menſium. Subdit inſuper decem menſium quatuor maiores, id eſt, qui 30. & uno diebus conſtant, plenos. Cæteros ſex cauos uocari. Subdit tandem Macrobius q̃d maximè ad hunc locum pertinet. Hæc fuit (inquit) Romuli ordinatio, qui primū anni menſem genitori ſuo Marti dicauit, quē menſem anni primū fuiſſe uel ex hoc maximè ꝓbatur, q̃d ab ipſo, Quintilis quintus eſt, & deinceps pro numero nominabantur. Huius etiā die prima, ignem nouū Veſtæ aris accendebant, ut incipiente anno, cura denuo ſeruandi nouati ignis inciperet. Eodem q̃q; ingrediente menſe, tam in regia, curiiſq́;, atq; flaminū domibus, laureę ueteres, nouis laureis mutabantur. Eodē quoq; menſe & publicè, & priuatim ad Annā pennam ſacrificatū itur, ut annare, pannareq́; cōmodo liceat. Hoc menſe mercedē exoluebant magiſtris, quas cōpletus annus deberi fecit. Comitia auſpicabātur, Vectigalia locabant. Et ſeruis cœnas apponebāt matronæ, ut domini Saturnalibus, illæ ut principio anni ad ꝓmptius obſequium honore ſeruos inuitarent. Hi quia gratiā ꝑfecti operis exoluerent. De Romanis annis extat caput nobile apud Cenſorinum. Naſo ſtatim ab initio 1. Faſtorum, docet cur Romulus annum decem tantum menſium inſtituerit.

Tempora digereret cum conditor urbis in anno,
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo,
Scilicet arma magis, quam ſydera Romule noras,
Curaq́; finitimos uincere, maior erat.
Eſt tamen & ratio Cæſar quæ mouerit illum, &c.

Non defuerunt, ut etiam Cenſorinus tradit, qui dicerent annū uertentē, id eſt, ſolarē, fuiſſe Romæ ſtatim ab initio uiginti duorū menſium, ut fuerunt Licinius Macer, & poſt eum Feneſtella. b *Intra diem trecenteſimū quartum.*) Vel Solin. à Macrobio, uel Ma-

a ter xxix. alter xxviij. dies continebat. Sic annus habere v. atque l. trecentos dies cœpit. Poſtmodum cum perſpicerent temere annum diuiſum intra dies, quos ſupra diximus, quandoquidem appareret
b ſolis a meatum non ante trecenteſimum ſexageſimum quintum diem, abundante inſuper quadrantis particula Zodiacum b conficere decurſum, quadrantem illum, & decem dies addiderunt, ut ad liquidum an-
c nus diebus trecentis lxv. conſtaret & quadrante, hortante obſeruatione imparis numeri, c quem Py-

uel Macrobius à Solino hæc omnia mutuatus eſt, cuius uerba ſubſcripſimus ex primo Saturn. libro. Sed ſecutus (inquit) Numa, quantum ſub cœlo rudi, & ſæculo adhuc impolito, ſolo ingenio magiſtro, cõprehẽdere potuit. Vel quia Græcorũ obſeruatione forſan inſtructus eſt, quinquaginta dies addidit ut in trecentos 54. dies, quibus duodecim lunæ curſus cõfici credidit, annus extẽderetur. Atq; his quinquaginta à ſe additis, adiecit alios ſex retractos illis menſibus ſex, qui triginta habebant dies, id eſt, de ſingulis ſingulos, factosq; quinquaginta & ſex dies, in duos nouos menſes pari ratione diuiſit. Ac de duobus, priorẽ Ianuarium nuncupauit, primumq; anni eſſe uoluit, q̃ſi bicipitis dei mẽſem reſpicientem tranſacti anni finẽ, futuriq; principia. Ad idẽ Cenſorini cap. 20. uerba ſunt: Poſtea (inquit) ſiue à Numa, ut ait Fuluius, ſiue ut Iunius à Tarquinio duodecim facti ſunt mẽſes, & dies 355. quamuis luna duodecim ſuis menſibus 354. dies uidebatur explere. Sed ut dies unus abundaret, aut per imprudẽtiam accidit, aut quod magis credo, ea ſuperſtitione, qua impar numerus plenus, & magis fauſtus habebatur. Certè ad annum priorem unus & quinquaginta dies acceſſerunt. Qui quia menſes duos non implerent, ſex his cauis menſibus, ſunt ſinguli detracti, & ad eos additi, factiq; dies 57. & ex his duo menſes Ianuarius undetriginta dierum. Februarius duodetriginta. Atq; omnes menſes pleni & impari dierum numero eſſe cœperunt, excepto Februario, qui ſolus cauus, & ob hoc cæteris infauſtior eſt habitus. a *Solis meatum non ante 365. diem, abundante inſuper quadrante.*) Ingens apud primæ claſsis Aſtrologos, ab initio extitit dubitatio: quantónam temporis ſpacio, ſol duodecim zodiaci ſigna percurrens, unde profectus eſt, rediret? Inter Aſtrologos non cõuenit, quanto uel ſol plus q̃ 365. dies in anno conficiat, uel luna minus, q̃ 30. in menſe. Philolaus annum naturalem dies habere prodidit 364. & dimidiatum. Aphrodius 365. & dierũ duorum & uiginti, partem undeſexageſimã. Harpalus aũt 365. & horas æquinoctiales xiij. At Ennius 366. Pleriq; præterea cõprehenſibilem quidem, & innumerabilem eſſe exiſtimarunt, ſed pro uero, quod ꝓximum putabant, amplexi ſunt, dies ſcilicet 365. Lege quæ eleganter ſcribit Ammianus lib. hiſtoriarum uiceſimoſexto. Ex hoc anno ita à Iulio Cæſare ordinato (ut Cenſorinus author eſt) cæteri ad noſtram memoriam Iuliani appellãtur, eiq; cõſurgunt, ex quarto Cæſaris Conſ. Qui etiã ſi non optimi, ſoli tamẽ ad annum naturæ apti ſunt. Annis ꝓximis tractari cœptũ, ut Romanũ Calendariũ, quod à uero ſolis curſu, dieb. haud paucis aberrarit, reformaretur in melius. uaria ſunt ſuper ea re à Theologis, & Aſtrologis, diſputata. Et nos itidẽ de hac ipſa re tractatulũ ſimili ſtudio confecimus, quem ſummo pontifici Leoni x. deſtinauimus. Adnotandũ aũt annum 365. dierũ cum quadrante, primũ ab Aegyptijs fuiſſe repertũ, & ab his Platonẽ, & Eudoxũ, qui cũ Aegyptiorũ ſacerdotibus annos 13. ſunt uerſati, edoctos, ad Græcos hunc ipſum annum trãſtuliſſe, author lib. ult. Strabò eſt. Herodotus in Euterpe cõſtare ait, omniũ hominũ primos Aegyptios, annũ cõperiſſe, diſtinguentes eum in duodecim tẽporũ menſes. Idq; cõperiſſe ex aſtris, eo ſcientius (ut mihi uidetur) hoc agentes, q̃ Græci: q̊d Græci quidẽ tertio quoq; anno intercalarẽ menſem introducũt tẽporis gratia. Aegyptij uerò tricenis diebus, quibus 12. menſes taxãt, adijciunt huic numero quotannis, quinos dies. Macrobius de C. Cæſare ſic Saturnalium 1. refert. Poſt hoc Cæſar imitatus Aegyptios, ſolos diuinarũ rerũ omniũ cõſcios, ad numerũ ſolis, qui diebus 365. & quadrante curſum cõficit, annum dirigere cõtendit. b *zodiacum.*) Author Sphæræ, & ſecum plures exiſtimat Zodiacũ dici uel ἀπὸ τῆς ζωῆς. id eſt, à uita, q̊d uidelicet ſecundũ motũ planetarũ, ſub illo ſit omnis uita in rebus inferiorib. Vel ἀπὸ τοῦ ζωδίου, id eſt, ab animali, q̊d ipſe quum in 12. partes diuidatur æquales, q̃libet pars appelletur ſignũ, & nomen habet ſpeciale à nomine alicuius animalis, ꝓpter ꝓprietatẽ aliquã cõuenientẽ tã ipſi q̃ animali. Vel ꝓpter diſpoſitionẽ ſtellarũ in illis partib. ad modũ huiuſmodi animalis. Ipſe potius Macrobio crediderim, qui 1. de Sõno Scip. Duodecim (inquit) zodiaci partes ſigna appellari maluerũt, certaq; ſingulis uocabula, gratia ſignificationis adiecta ſunt. Et quia ſigna Græco nomine ζώδια nuncupãtur. Idcirco ipſum zodiacum, quaſi ſigniferũ uocauerunt. Quo ingenio quibusúe inſtrumentis, fuerit ab Aegyptijs repertus zodiacus, multis uerbis recẽſet idem Macrobius ubi ſupra, c *Quem Pythagoras.*) Paulo poſt. Numa (inquit Macrob.) in honorẽ imparis numeri, ſecretum hoc & ante Pythagoram parturiente natura, unũ adiecit diem, quẽ Ianuario dedit, ut tam in anno

quam

thagoras monuit prḝponi in omnib. oportere. Vnde a
propter dies impares, dijs ſuperis Ianuari9 dicatur, pro
pter pares Februarius quaſi abominoſus, dijs inferis
deputatur. Cum itaq; hæc definitio toto orbe placuiſ-
ſet, cuſtodiendi quadrantis gratia à diuerſis gentibus b
uariè intercalabatur, nec unquam tamen ad liquidum
fiebat temporum adæquatio. [a] Græci ergo ſingulis
annis undecim dies & quadrantem detrahebant, eosq́;
octies multiplicatos, in annum nouum reſeruabant, ut c
contractus nonagenarius numerus in menſes tres per
tricenos dies ſcinderetur, qui anno nono reſtituti effi-
ciebant dies [b] quadringentos xliiij. quos ἐμβολίμους d
uel ὑπερβάλλοντας nominabant. Quod cum in initio
Romani probaſſent, contemplatione numeri pari-
lis offenſi neglectum breui perdiderunt, translata in
ſacerdotes intercalandi poteſtate, qui plerumque e
gratificantes rationibus Publicanorum, pro libidine
ſua ſubtrahebant tempora, uel augebant. Cum
hæc ſic forent conſtituta, modusq́ue intercalandi in-
terdum fieret imminutior, interdum auctior, uel om- f
nino diſsimulatus præteriretur, nonnunquam acci-

quā in menſib. præter unū Februariū, impar numerus ſeruaretur. Quia duodecim mēſes ſi ſinguli aut pari, aut impari numero putarentur, cōſummationē parē facerent, unus pari numero inſtitutus unius amputationē imparē fecit &c. Ad q̄ Pythagoras impari numero uteretur, docet Plinius cap. 4. uiceſimiooctaui naturalis hiſtoriæ. Ariſtot. philoſophus idipſum aperit ab exordio operis, quod de cœlo & mūdo inſcriptū eſt. Quēadmodū em̄ (inquit) aiūt Pythagorici: Totū & omnia, trib. determinata ſunt. Cōſumatio em̄ & mediū, & principium numerū habēt eum, qui omnis. Hic aūt eum, qui trinitatis. Propter quod à natura accipientes, tanq̄ leges illius, & ad ſacrificationes deorum utimur numero hoc. Adnotat Seruius 5. Aeneid. Parem numerū diuiſibilem eſſe, per quem mortalitas ſignificatur. Impar namque (inquit) diuidi non poteſt, per quē immortalitas oſtenditur. Plura ad hoc idē Seruius Egloga 5. apud Vergilium. Vnde & à nobili poēta dictum eſt. *Numero deus impari gaudet.* a *Græci uerò*) Macrobius (non grauabor enim in hac re ſæpe huius recenſere ſententiam) primo Saturnalium. Hanc Græcorum ab annis ſingulis undecim dierum detractionem pluribus explicat. Græci (inquit) quum animaduerterent temerè ſe cccliiij. diebus ordinaſſe annū, quoniā appareret de ſolis curſu, qui 365. diebus & quadrante zodiacum conficit. Deeſſe anno ſuo xi. dies, & quadrantem, intercalares, ſtatuta ratione commenti ſunt. Ita ut octauo quoq; anno lxxxx dies, ex quibus tres menſes tricenū dierum, cōpoſuerunt, intercalarēt. Id Græci fecerūt, quoniā erat operoſum, atq; difficile omnibus annis xi. dies, & quadrantē intercalare. Itaq; maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies qui naſcuntur, ſi quadrans cum diebus xi. octies cōponatur, inſerere in tres mēſes (ut diximus) diſtribuendos. Hos dies ὑπερβάλλοντας, id eſt, addititios. Mēſes uerò ἐμβολίμους, id eſt, interſertos, appellabāt. Hūc ergo ordinē Romanis quoq; imitari placuit, ſed fruſtrà. Quippe fugit eos diē unū (ſicut ſuprà admonuimus) additū à ſe ad Grḝcū numerū, in honorē imparis numeri. Ea re per octennium cōuenire numerus, atq; ordo non poterat. Sed nondū hoc errore cōperto, per octo annos nonaginta quaſi ſuperfundēdos Græcorū exemplo, cōputabāt dies: Alternisq; annis binos uicenos, alternis ternos uicenosq́; intercalares expenſabāt intercalationibus iiij. Sed octauo quoq; anno intercalatores octo affluebant dies ex ſingulis, quibus uertentis anni numerū apud Romanos ſuper Græcū abundantiſsimè iam diximus. Hoc quoq; errore iam cognito, hæc ſpecies emēdationis inducta eſt. Tertio quoq; octēnio ita intercalādos diſpēſabāt dies, ut nō nonaginta, ſed ſexaginta ſex intercalarent, cōpenſatis xxiiij. diebus pro illis, qui per totidē annos ſuprà Græcorū numerū creuerant. Omni aūt intercalationi mēſis Februarius deputatus eſt, quoniā is ultimus anni erat. Qđ etiā ipſum de Græcorū imitatione faciebāt. Nā & illi ultimo anni ſui mēſi, ſupfluos inſerebāt dies, ut refert Glaucippus, qui de ſacris Athenienſiū ſcripſit. Verū una re à Græcis differebāt. Nā illi cōfecto ultimo menſe, Romani non cōfecto Februario, ſed poſt xx. & iij. diē intercalabāt, Terminalib. ſcilicet iam peractis. Deinde reliquos Februarij mēſis dies, qui erant quinque, poſt intercalationē ſubiūgebāt (credo) uetere religionis ſuæ more, ut Februariū omnino Martius ſequeretur. Scribit Euſebius anno x. imperij Auguſti, lunæ ſecundum Romanos curſum fuiſſe inuentum. b *Dies quadringentos xliiij.*) Macrobij

exempla-

a debat, ut mēſes, qui fuerāt trāſacti hyeme, modò in Ae-
ſtiuū, modò in Autūnale tēpus inciderāt. Itaq; [a] Caius
Cæſar in uniuerſam hanc inconſtantiam inciſa tem-
porum turbatione compoſuit, & ut certum ſtatū pre-
b teritus acciperet error, dies xxi. & quadrantem ſi-
mul intercalauit, quo pacto regradati menſes de
cætero ſtatuta ordinis ſui tempora detinerent. Il-
le ergo annus ſolus trecentos, quadraginta quatuor
c dies habuit. Alij deinceps trecentos ſexagenos qui-
nos & quadrantem. Et [b] tum quoque uitium admiſ-
ſum eſt per Sacerdotes. Nam cum præceptum eſſet
anno quarto, ut intercalarent unum diem, & oporte-
d ret confecto anno quarto id obſeruari, antequam quin-
tus auſpicaretur, illi incipiente quarto, intercalarunt
non deſinente. Sic per annos ſex & triginta cum no-
uem dies tantumodo ſufficere debuiſſent, duodecim
e ſunt intercalati. Quod deprehenſum Auguſtus re-
formauit, iuſsitque annos duodecim ſine intercala-
tione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra nouena-
rios temere fuerant intercalati, hoc modo poſ-
f ſent repenſari, ex qua [c] diſciplina omnium po-
ſtea temporum fundata ratio eſt. VERVM
cum [d] & hoc, & multa alia Auguſti temporibus

exemplaria paſsim habent quadringentos.xliij. cuius uerba mox aſcribam. Sunt qui non ὑπερβάλλοντας, ſed ὑπερβολικάς, id eſt, exceſsiuos, legendū putent. ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς, id eſt, exceſſu, deductum nomen. a *Itaq; Caius Cæſar.*) Quò clarior fiat hic Solini locus, aſcribam Macrobij ex primo Saturnalium uerba. Caius Cæſar (inquit) omnem hanc inconſtantiam temporis uagam adhuc, & incertam, in ordinem ſtatutæ definitionis coēgit, adnitente ſibi. M. Flauio ſcriba, qui ſcriptos dies ſingulos ita ad Dictatorem retulit, ut & ordo eorum inueniri facillimè poſset, & inuento certus ſtatus perſeueraret. Ergo C. Cæſar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes, qui cōfuſionem adhuc poterant facere, conſumpſit. Eaq; re factum eſt, ut annus confuſionis ultimus in quadringentos quadraginta tres dies protēderetur. Poſt hoc imitatus Aegyptios ſolos diuinarum rerum omniū cōſcios, ad numerum Solis, qui diebus. 365. & quadrante curſum conficit, annum dirigere contendit. &c. Et infra, Sic annum ciuilem Cæſar habitis ad lunam dimenſionibus conſtitutum, edicto palam poſito, publicauit. b *Et tum quoque uitium admiſſum eſt per ſacerdotes.*) Hiſdem ferè uerbis idipſum & Macrobius Saturnalium primo refert. Hucuſque (inquit) error ſtare potuiſſet ni ſacerdotes ſibi errorem nouum ex ipſa emendatione, feciſſent. Nam quum oporteret diem, qui ex quadrantibus conſit, quarto quoque anno confecto, antequam quintus inciperet, intercalare, illi quarto nō peracto, ſed incipiente, intercalabant. Hic error. Vi. &. xxx. annis permanſit, quibus annis intercalati ſunt dies. xij. quum debuerint intercalari. ix. Sed hunc quóque errorem ſerò deprehenſum, correxit Auguſtus, qui annos. xij. ſine intercalari die tranſigi iuſsit, ut illi tres dies, qui per annos. 36. uitio Sacerdotalis feſtinationis excreuerant, ſequentibus annis. xij. nullo die intercalato deuorarētur. Poſt hoc unum diem, ſecundum ordinationē Cæſaris, quinto quoq; incipiēte anno, intercalari iuſsit, et omnē hūc ordinē æreæ tabulæ ad æternā cuſtodiam inciſione mādauit. c *Ex qua diſciplina.*) Multis rationibus deprehenſum eſt, Auguſti Cæſaris diſciplinā in anni reformatione omniū poſtea tēporū nō fuiſſe fundatā rationē, cū ab eo ad noſtra uſq; tēpora, nō paucorum dierū (ut in dicto tracttatu noſtro mōſtrauimus) interceſſerit immutatio. d *Verum cum hoc. &c.*) Hūc locū totū ex. C. Plinio, in ſuū opus Solinus trāſtulit. Plinij uerba ex cap. 45. ſeptimi nat. hiſt. hæc ſunt. In Diuo quoq; Auguſto, quē uniuerſa mortalitas in hac cēſura nūcupat, ſi diligēter extimētur cūcta, magna ſortis humanę reperiētur uolumina. Repulſa in magiſterio equitū apud auūculū, & cōtra uolūtatē eius prælatus Lepidus, proſcriptionis inuidia in collegā, collegiū in triūuiratu peſsimorū ciuiū, nec æqua ſaltē portione, ſed prægraui Antonio, Philippēſi prælio morbo, fuga, & triduo in palude latebra ægroti, et ut fatētur Agrippa, & Mæcenas, aqua ſubter cutē fuſa, turgida latera, naufragia Sicula. Et alia ibi quoq; in ſpelūca occultatio. Iā in nauali fuga urgēte hoſtium manu, preces ꝓculeio mortis admotæ, cura Peruſinę cōtētionis, ſolicitudo Martis Actiaci, Pānoniciq; belli, ruinæ pōtis, tot ſeditiones militū, tot ancipites morbi corporis, ſuſpecta Marcelli uota, pudēda Agrippæ ablegatio, toties petita inſidijs uita, incuſatæ liberorū mortes, luctusq; nō tm̄ orbitate triſtes, adulteriū filiæ, et cōſilia parricidę palā facta, cōtumelioſus priuigni Neronis ſeceſsus, aliud neptis adulterium. Iuncta deinde tot mala, inopia ſtipendij, rebellio Illyrici, ſeruitiorum delectus, iuuentutis

debeantur, qui penè ſine exemplo rerum potitus a
eſt, tanta, & tot in uita eius inueniuntur aduerſa, ut
non [a] ſit facilè diſcernere calamitoſior, an beatior
fuerit. Primum quòd apud auunculum in petitione
magiſterij equitũ prælatus [b] eſt ei Lepidus tribunus b
cum quadam auſpicantium cœptorum nota. Mox [c]
triumuiratus collegium prægraui poteſtate Anto-
nij. Philippenſis [d] prælio. Inde proſcriptionis inui-
dia. Abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionẽ. c
Deinde deſyderio eius inſignis pœnitentia. Nau-
fragia [e] Sicula. Turpis ibi in ſpelunca occultatio.
Seditiones [f] militum plurimæ. Peruſina [g] cura
Detectum filiæ [h] adulterium, & uoluntas parricidia- d
lis. Nec minore dedecore neptis [i] infamia in:u-
ſatæ de morte filiorum, & amiſsis liberis non ſo-
lum orbitatis dolor. Vrbis [K] peſtilentia. Fames Italię

penuria, peſtilentia urbis, fames, ſitiſq; Italiæ. Deſtinatio expirandi, & quadridui inedia maior pars mortis in corpus recepta. Iuxta hæc Variana clades, & maieſtatis eius fœda ſugillatio. Abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionẽ. Deſyderiũ poſt relegationẽ. Inde ſuſpitio in Fabium, archanorũq; ꝓditionẽ. Hinc uxoris, & Tyberij cogitationes ſuprema eius cura. In ſũma deus ille, cœlũq; neſcio adeptus magis, an meritus hærede hoſtis ſui filio exceſsit. Hęc ille. Nec ſit alicui mirũ, quod totũ hoc Plinij caput ſubſcripſerim. Ratus enim ſum ex his Plinij uerbis, hanc Solini partem, et notiorẽ fieri. & ſi qua in eo menda fuerit facilè poſſe tolli. Simul ne ſæpius hunc Plinij locum in hac expoſitione, citare cogeremur. a *Vt non ſit facilè.*) Quod de Auguſto exemplis oſtenditur, de omni homine uerum eſſe in prologo libri ſeptimi docet Plinius. Hominis cauſa (inquit) uidetur cuncta genuiſſe natura, magna, & ſæua mercede contra tanta ſua munera, ut nòn ſit ſatis extimare, parens melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia unum animantiũ cunctorum aliena, alienis uelat opibus. Cæteris uariè tegumenta tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, uillos, ſetas, pilos. &c. Quo loco depingit Plinius hominum in hac uita erũnas, atq; miſerias. Subdit in eo etiamnũ Plinius. Itaq; (inquit) multi extitere, qui nòn naſci optimum cenſerent, aut quàm ociſsimè aboleri. Hanc ſententiam eleganter carmine Auſonius complexus eſt. *Ergo Optima Graiorum ſententia, quippe homĩni aiunt Non naſci eſſe bonum, natum aut cito morte potiri.* Idem refert Cicero in fine primi Tuſcula. quæſt. libri. Pro his Auguſti aduerſis ſic ca.15. de conſolatione ad Martiã ſcribit Seneca. Diuus Auguſtus amiſsis liberis, nepotibus, exhauſta Cęſaris turba, adoptione deſertam domũ, luxit. Tulit tamẽ fortiter, tanquã eius iam res agebatur, cuiuſq; maximè intererat de dijs neminẽ queri &c. b *Prælatus eſt ei Lepidus.*) Facit ad hanc hiſtoriam, quod ſcribit Suetonius. 82. tit. primi libri. c *Mox triumuiratus.*) Apud Suetonium tit. 27. ſecundi libri, & L. Florum cap. 5. quarti, hæc affatim habetur hiſtoria. d *Philippenſis prælio.*) Totum hoc leges apud Suetonium. tit. 13. ſecundi libri, & Florum 6. cap. 4.
e *Naufragium Siculum.*) Adeas eos hiſtoriæ authores, quos capite. 8. quarti citauimus apud Florum.
f *Seditionis militum.*) Suetonium conſule tit. 19. ſecundi, ſi hanc expreſſam concupis hiſtoriam.
g *Peruſina fames.*) Authores huius hiſtoriæ cap. 7. quarti citauimus apud Florum. Tam miſerandã in hoc bello Peruſino famem paſsi ſunt, ut in prouerbium abierit. Peruſina fames, ſicut Saguntina fames, author Auſonius, ut in prouerbijs noſtris aſcripſimus. h *Filiæ adulterium.*) Hanc eandem hiſtoriam Suetonius tit. 16. ſecundi elegãter exponit. Scribit Euſebius lib. temporũ, Auguſtũ, Iuliã filiã ſuã in adulterio deprehenſam, damnaſſe exilio. Macrobius ſecundo Saturnaliũ lib. huius *Iuliæ* plena ſale Dicteria. i. perelegantes iocos, refert plurima. i *Neptis infamia.*) Scribit Suetonius tit. 14. lib. ſecundi, Auguſtum neptes duas habuiſſe, Iuliam, & Agrippinam. Et ſequenti titulo eius libri ait, Auguſtũ, Iulias filiam, & neptem omnibus probris contaminatas, relegaſſe. K *Vrbis peſtilentia, fames Italiæ.*) Horatius Ode uigeſimaprima primi Carminum de Auguſto lòquens utrumque horum eleganter canit.

Hic bellum lachrimoſum, hic miſeram famem,
Peſtemq; à populo, & principe Cæſare
Veſtra motus aget prece.

Scribit rurſus Euſebius, circa annum quadrageſimumnonum imperij Auguſti ita ingentem famem fuiſſe Romæ, ut quinq; modij uenderentur denarijs uigintiſeptem ſemis. Idem refert Suetonius titulo ſextodecimo ſecundi. Appianus bellorum ciuilium libro quinto, huius famis rationem, & cauſam refert. Interea (inquit) fames urbem perurgebat. Nihil enim è mari ob Pompeium, aut

a bello [a]Illyrico. Anguſtia rei militaris. [b]Corpus
morbidum. Contumelioſa diſſentio priuigni Ne-
ronis. Vxoris, & Tyberij cogitationes parum
fidæ, atque in hunc modum plura. Huius tamen
b ſuprema quaſi lugeret ſæculum, penuria inſecuta
eſt frugum omnium. At ne fortuitum, quod accide
rat, uideretur, imminentia [c]mala non dubijs ſignis
apparuerunt. Nam [d]fauſta quædam ex plebe par-
c tu uno edidit quatuor geminos, mares duos, & fœ-
minas totidem monſtroſa fœcunditate portendens
indicium futuræ calamitatis. Quamuis Trogus au-
thor affirmet in Aegypto ſeptenos uno utero ſi-
d mul gigni. Quod ibi minus mirum, cum fœtifero
potu Nilus non tantum terrarum, ſed etiã hominũ
fœcundet arua. Legimus Cneum Pompeium Euty-
chiden fœminã Aſia exhibitã, quam cõſtabat tricies
e enixam, cum. xx. eius liberis in Theatro ſuo publi-
caſſe. Vnde cõpetens hoc loco duco ſuper hominis
generatione tractare.

ex Italia bellorum cauſa diſtributis ad culturam agris ferebatur. Quicquid aũt ex his fieret, ab exercitib9 cõſumebatur, hucuſq; Appianus. Hæc fames Auguſti prudẽtia ſublata eſt. Horatius ultima quarti carminum. *Tua Cæſar ætas Fruges, & agris retulit uberes.* a *Bello Illyrico.*) De Illyrico bello ſcripſi cap. ultimo quarti Flori. b *Corpus morbidum.*) Plures Ceſaris auguſti morbos, infirmitatesq;, refert Sueto. tit. 81. lib. ſecundi. c *Imminentia mala.*) Creditum eſt, nec ab re quidem, ob hominũ crimina immitti à deo tũ bella, tum peſtem tũ demum famẽ, ac mala cætera. Et quod ad hominum miſeriã maximè pertinet, ea ferè omnia anteq; accidãt, ſignis quibuſdã præmonſtrari ſolent. Hinc canit Luca. ſecundo Pharſaliæ libro.

Iamq; iræ patuere deûm, manifeſtaque belli
Signa dedit mundus, legesque & fœdera rerum
Præſcia monſtrifero uertit natura tumultu,
Indixitque nefas.

Fingũt poẽtæ (quod nec ab hoc propoſito eſt alienum) Prometheum cum homines inanimes quidem primum procreaſſet, Mineruæ auxilio cœlum cõſcendiſſe, eumq; ad ſolis facem facula adhibita ignem ſurripuiſſe, ipſumq; hominibus indicaſſe. Ob quam rẽ deos iratos plurimùm, febres, morboſq;, ac mala alia, hominibus immiſiſſe.

Audax Iapeti genus (inquit tertia primi Carminũ Flaccus Horatius,) *Ignem fraude mala gentibus intulit.*
Poſt ignem æthera, domo
Semotique prius tarda neceſsitas
Læti corripuit gradum.

Multis carminibus idipſum refert Heſiodus lib. 1. eius operis, quod opera, & dies inſcriptum eſt. d *Nam fauſta quædam.*) Sumpſit hæc omnia Solinus ex cap. 3. ſeptimi Caij Plinij. Proximè ſupremis diui Auguſti annis (inquit) fauſta quædam è plebe Hoſtiæ duos mares, totidẽque fœminas enixa, famem, quæ ſecuta eſt portendit haud dubiè. Reperitur & in Peloponneſo binos quater enixa, maioremq; partem ex omni eius uixiſſe partu. Et in Aegypto ſeptenos utero ſimul gigni, author eſt Trogus. Ariſtoteles, cui ob ſingularẽ doctrinã magis credendũ eſt, ait in terra Aegypti mulieres parere ſæpe tres, interdũ quatuor, ſed quinq; cũ plurimũ naſcuntur. Iam enim hoc pluribus eueniſſe cõſpectum, lege eum cap. 4. ſeptimi de natura animaliũ. Ariſtotelis, Plinij, & Solini ſententiã eleganter (ut cætera) recenſet Gellius ca. 2. decimi Noctiũ Atticarũ. Aſſerit idẽ Ariſto. decima problematũ ſectione, homini partus geminationẽ contra naturã eſſe. Mirum eſt quod cap. 5. noni de animalibus narrat Albertus, ſe à medico quodam audiſſe, nobilẽ mulierẽ, ad cuius curã is fuerat aduocatus, centum & quinquaginta fœtuũ ſimul feciſſe aborſum. Sed cũ mulier ſe uermes è matrice emiſiſſe crederet, apertis telis, pueri (inquit) figurati inuenti ſunt quantitatis auricularis digiti hominis. Sed prudentũ regulam omnino transgreditur, qui narranti mira nimiũ aſſenſum prȩſtat. Quomodo autẽ plures ſimul gigni poſſunt, uaria philoſophi tradiderunt. Empedoclis & aliorũ philoſophorũ ſententiã cap. 10. quinti de placitis Philoſophorũ Plutar. refert, Empedocles geminos, trigeminoſq; gigni exuperãte, ſciſciliue ſemine. Aſclepiades propter ſeminũ præſtãtiã, haud ſecus atq; ordeaceas ſpicas binis triniſq; granorũ uerſibus cõſtãtes, huiuſcemodi eñ ſemina prolificentiſsima eſſe. Eraſiſtratus propter ſupfœtationes, quomodo & in brutis animantibus. Vulua eñ quæ probè expurgata eſt, ea demum ſuperfœtationẽ capit. Stoici ꝑpter uuluæ loculamenta, cũ in primũ, ſecundũq; incidit ſemẽ, hinc eñ ſupfœtari, & geminos trigeminoſq; interdũ gigni. Quæſtio eſt apud Alexãdrũ Aphrodiſieũ. Cur animãtiũ alia parere plura, alia pauciora cõſueuerint? Cẽſendũ (inquit) ſic ſtatuiſſe naturã, ut q̃ breui tempore uiuerent, hæc partu eſſe nũeroſiori uidelicet ea de cauſa, ut uitæ breuitas, partus copia cõpenſaretur, Genera eiuſmodi ſunt, ſues, canes, aues plures, piſces oẽs. Quæ aũt diu uiuerẽt, hæc pauca ꝓcrearẽt

Quippe cũ tẽporis amplitudo poſſet rei, quã natura ſpectaret, ſatisfacere. Sunt hoc in genere Elephanti, ſerpentes, cornices, cerui. Quæ etiã mediocriter uiuerent, hæc etiã partu eſſent mediocri &c. Vide ad idem Ariſt. ꝓbl. 16. decimę ſectionis. In ꝓuerbiorũ Collectaneis apud Tarrẽã reperitur & hoc, ὥς περ χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνή. Velut chalcidica peperit nobis uxor. De muliere plurimũ fœcũda dici cõſuetũ. Citat authores Polyzolũ, & Ariſtũ Samiũ aſſerẽtes Cõben heroinã q̃ndã filios cẽtũ peperiſſe marito.

De homine. & partu eius. De prodigioſæ fortitudinis uiris. De lapide Alectorio Cap. IIII.

ETenim [a] cùm de animalibus, quæ digna dictu uidebuntur, [b] prout patria cuiuſque admonebit, ſimus notaturi, iure ab eo potiſsimum ordiemur, quod rerum natura ſenſus, iudicio, & rationis capacitate prępoſuit omnibus. Itaque ut [c] Democritus Phyſicus oſtendit, [d] mulier ſolum animal menſtruale eſt, cuius profluuia non paruis ſpectata documentis [e] inter monſtrifica merito numerantur. Contactæ his fruges non germinabunt. Aceſcent muſta. Morientur herbæ. Amittent arbores fœtus. Ferrum rubigo corripiet.

a ETenim cum.) Scripturus Solinus de his animalibus, quæ cæteris uel nobiliora ſunt, uel admiranda magis, ab homine in ſcribendo ſumit exordium, quod is cunctis animãtibus ſit perfectior. Animal hoc (inquit primo legũ. M. Cicero) prouidũ, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenũ rationis, & conſilij, quem uocamus hominẽ præclara quadam conditione generatum eſſe. A ſummo eñ deo ſolus eſt, ex tot animantium generibus, atq; naturis, particeps rationis, & cogitationis, cum cætera ſint omnia expertia. Quid eſt autem, non dicam in homine ſed in omni cœlo, atq; terra, ratione diuinius? Quæ cum adoleuit, atq; perfecta eſt, nominatur ritè ſapiẽtia. Eſt igitur, q̃m nihil eſt ratione melius, eaq; & in homine & in deo prima cũ deo rõnis eſt ſocietas. Inter q̃s aũt ratio, inter eoſdẽ etiã recta ratio, & cõis eſt Quæ cum ſit lex, lege quoq; conſiliati homines cum dijs putãdi ſumus, &c. Eadẽ repetit & Lactãtius tertio Diuinarũ inſtitutionũ aduerſus gentes. Hoc loco iure ea quæſtio tractari poſſet. Extiterint'ne homines ab initio, an fuerit tẽpus aliquod, cũ hominũ omnino nullus foret? Quid Theologi de hac quæſtione ex fide ſẽtiãt, in dubiũ nequaq̃ uerti poteſt. at q̃d gẽtiliũ philoſophi fuerint opinati, ne lõgus ſim, recenſet elegãter & doctè Cẽſorinus. ca. 3. eius lib. quẽ de die natali ſcriptũ reliq̃t. Multa Lactãtius lib. 7. Diuinarũ inſtitutionũ. Doctè diſputat Ioãnes Scotus diſt. 3. ſecundi ſententiarũ ſuarũ. Vtrũ poſsibile ſit, deũ producere aliquid aliud à ſe ſine principio? Quo loco pluriũ opiniones refert, aſſerẽs tandẽ utranq; quæſtionis partem eſſe probabilẽ, licet fide tenendũ ſit. rem omnẽ aliã à deo ex tẽpore factã eſſe. b *Prout patria cuiusq; admonebit.*) In præfatione enim dixerat. Seruata orbis diſtinctione, ſuo quoque ordine redderemus. c *Democritus Phyſicus.*) In eo lib. qui Græcè inſcribitur. περὶ ἀντιπαθῶν. d *Mulier ſolum animal menſtruale eſt.*) De homine tractaturus, ab eo ſumit initium, quod eſt humanæ generationis principium, & origo. Id autem mulierum menſtruum eſſe fatentur omnes, qui de generatione hominum tractauerunt. Eſt autem menſtruum cibi ſuperfluitas, hoc eſt, quarta digeſtione completi, ſeſe in mulierũ corporibus proportione habens, quemadmodũ in uirorum corporibus ſperma ipſum. Si plura de his expetis, adeas Ariſt. cap. 2 ſeptimi de nat. animaliũ, & cap. 19. primi de animaliũ gñatiõe. Aduertẽdũ ſanè, ſanguinẽ mẽſtruũ in muliere pregnãte in tres diuidi partes In eã primò partẽ, q̃ in nutrimentũ cõuertitur mulieris. In partẽ rurſus alterã q̃ eleuatur ad mãmas. Poſtremò in eã partẽ, q̃ ſuꝑfluitas nũcupatur, tẽpus expectãs, quo tandẽ depellatur exterius. Hęc ex Auicẽna cap. 2. Fen. uiceſimæ primæ tertij Canonis. Mẽſtrui aũt cauſa in muliere ipſa, eſt caloris defectus digeſtũ humidũ abſumere nõ ualẽtis. Vnde fit, ut cũ mẽbris animalis aſsimulari nõ poſsit, ſuo tandẽ põdere exitũ expetat. Ariſto. ca. 1. 7. naturæ animaliũ exiſtimat fœminis omniũ animaliũ mẽſtruũ accidere, licet lenius, q̃ mulieribus id cõtingat, ꝓpter. ſ. maiorẽ ſui corporis mollitudinẽ. Probl. ẽ apud Alexan. Aphrod. Cur mulierũ mẽſtrua colligãtur? Q̃m (inq̃t) ꝑ uitã, q̃ ociorẽ degũt, amplius materia ſuꝑuacua redũdat. At ſanguis largior in homine, q̃ cętera materiarũ gña eſt. Ergo merito is cũ amplius uacet, egeri leuãdi corporis gratia ſolitus ẽ. Cur aũt decreſcẽte mẽſe partius fiãt, docet Ariſt. ca. 2. quarti de gñatione animaliũ. Sumpſit hæc omnia de ꝓfluuijs, & mẽſtruis Solinus ipẽ ex ca. 15. 7. & cap. ſeptimo. 28 hiſtoriæ nat. Caij Plinij Pro toto hoc cap. & ſequẽti, plurimũ faciũt, q̃ lõgo ſermone ſcribit Auicẽna tota ea Fen. q̃ paulo añ à nobis citata eſt. Remedia hui9 peſtis, multis carminib. elegãter. Q. Senen9 exponit, in eo libro, quẽ de medicina edidit. *Si modicus plenò manat de corpore ſanguis. &c.* Remedia plurima alibi retulimus menſtruorũ. e *Inter mõſtrifica.*) Magna malorũ humorũ pars in mulieribus ſtatuto tẽpore in mẽſtrua abeũt.

Quare

Quare cõſequens eſt ineſſe ijs, uim quandã malè affectã, qua cõntactæ fruges nõ germinẽt. Aceſcant muſta. Moriantur herbæ, &c. a *Canes in rabiem.*) Quæſtio. 74. primi ꝓblematũ eſt apud Alexandrum. Cur ſoli animantium canes rabiant per æſtatem? Cauſam expetens eum adeas cum libuerit. Curationem aduerſus rabioſi canis morſus, lege apud Celſum cap. 27. lib. quinti. Plura Auicenna cap. 5. & 9. tracta. quarti. Sextæ Fen. tertij Canonis. b *Lymphaticos.*) Furore concitos. Curam morbi huius, docet

a Nigreſcent æra. Si quid canes inde ederint in ra-
biem [a] efferabuntur nocituri morſibus, quibus [b] lym
phaticos faciunt. Parua hæc ſunt. Bitumen, quod
in Iudea [c] Aſphaltites gignit lacus, adeo lentum eſt
b mollitie glutinoſa, ut à ſe nequeat ſeparari. Enimue-
ro ſi abrumpere partem uelis, uniuerſitas ſequetur,
ſcindiq́ue non poteſt, quoniam in quantum ducatur
extenditur. Sed ubi admota fuerint cruore [illegible] pol-
c luta fila, ſponte diſcerpitur, & applicita tabe didu-
citur paulò ante corpus unum: fitq; de tenacitate
connexa contagione partitio repentina. Habet planè
id [d] ſolùm ſalutare, quod auertit ſydus [e] Helenæ per
d nicioſum nauigantibus. Cæterum fœminæ, quibus
nimis [f] eſt neceſsitas huiuſmodi, quandiu ſunt in ſua
lege, nõ innocẽtibus oculis cõtuẽtur. Aſpectu [g] ſpecu
la uitiãt, ita ut hebetetur uiſu fulgor offenſus, & ſolitã
æmulationẽ uultus, extinctus ſplẽdor amittat, facieſ-
que obtuſi nitoris quadã caligine nubiletur. Mulierũ

Cor. Celſus cap. 27. lib. quinti. Tranſfertur etiamnũm & ad inanimata uocabulũ, ut eſt apud Plautum in Pœnulo. Sunt mihi intus neſcio, quod numi aurei lymphatici. c *Aſphaltites lacus.*) Ex Plin. cap. 15. lib. ſeptimi. De hoc lacu infra Solinus cap. 48. Quo loco plura dictabimus d *Id ſolùm ſalutare.*) Alia menſtruorum ſalutaria ponit Plin. cap. 7. 28. naturalis hiſtoriæ. Iam primum (inquit) abigi grãdines, turbineſque, cõtra fulgura ipſa in menſe connudata ſic auerti uiolentiam cœli. &c. Et infra. Multi uerò (inquit) eſſe etiam remedia tanto malo aiũt Podagras illini, ſtrumas, & parotidas, panos, ſacros ignes, furunculos, epiphoras tractatu earum mulierum liniri. Lais, & Salpa canum rabioſorũ morſus & tertianas quartanaſq; febres menſtruo in lana arietis nigri argento brachiali incluſo Diothymus Thebanus ueſtis omnino ita infectę partiũcula acu, uel pelliceo brachiali inſerta. Sotira obſtetrix tertianis, quartaniſq; efficaciſsimũ, dixit Plãtas ægri ſubter lini, multoq; efficatius ab ipſa muliere etiã ignoranti. Sic & comitiales excitari, morboſq; ſanari. Icethidas medicus quartanas coitu finiri incipiẽtibus dũtaxat menſtruis ſpopõdit. Inter omnes uerò cõuenit, ſi aqua potuſq; formidetur à morſu canis ſuppoſita tãtũ calici lacinia mẽſtruo tincta tali ſtatim metũ eũ diſcuti, uidelicet præualente ſympathia illa Græcorũ, cũ rabiẽ canũ eius ſanguinis guſtatu incipere dixerimus. Cinere eo iumẽtorũ omniũ ulcera ſanari certũ eſt. Addita caminorũ farina, & cæra. Maculas aũt è ueſte eas nõ niſi eiuſdẽ farina ablui. Cinerẽ per ſe roſaceo mixtũ fœminarũ præcipuè capitis ſedare dolores illitũ fronti &c. Alij (inquit li. 1. Palladius) mulierem menſtruantẽ, nuſq̃ cinctã, ſolutis capillis, nudis pedibus, cõtra Erucas, & cętera hortorũ, faciũt circũdare. Lege Columellã in fine undecimi. d *Sydus Helenæ.*) Ex cap. 37. 2. naturalis hiſt. Caij Plinij euidẽs eſt locus iſte. Nautæ cũ ſtellã Helenæ urderint, q̃ Vrania dicitur, cuius tãta eſt uis incẽdij, ut malũ, & nauis ima ꝑtũdat, ut etiã ſi æs ſit, hoc calore ſoluatur. Ergo ſi hæc ſtella in naui inſederit, ſciũt ſe nautæ ſine dubio perituros. Contrà Caſtoris ſydera ſunt nauigãtibus ſalutaria. Lactan. in fine. 7. Thebaidos, f *Quibus nimis eſt neceſsi.*) Menſtruũ, quod Græci καταμήνιον uocãt, dictũ uolũt quod mulieribus, mẽſibus ſingulis, plerũq; accidere ſoleat. Hoc tale, tantũq; omnibus tricenis diebus malũ in muliere extitit & trimeſtri ſpatio largius. Quibuſdã uerò ſæpius mẽſe, ſicut aliq̃bus nũq̃, ſed tales nõ gignũt, ex Plin. ca. 15. li. 7. Scribit Paulus iurepitus li. 21. digeſt. tit. 1. lege. 15. Mulierẽ, q̃ bis in mẽſe purgatur, ſanã nõ eſſe, Itẽq; nõ eẽ eã ſanã, q̃ nõ purgatur, niſi (inq̃t) ꝑ ætatẽ accidit. Scribit idẽ Pli. c. 14. li. 7. ꝓfluuiũ genitale magna expte. 40. ãno plerũq; in mulierib. ſiſtere. Vñ & is annus finis generatiõis eſſe ſolet, q̃uis & 50. quoq; anno interdũ gñent. g *Specula ui.*) Nõ paruũ miraculũ affert homini, cũ q̃s ſeipſum intuetur in ſpeculo. Cauſa ãt ẽ, q̃m oculorũ radij ꝓfecti in corpa, q̃ nobis ſplẽdida obducta ſũt, refrãgãtur, ac ſuã repetãt ſedẽ. Speciẽ. n. noſtrã iã ſibi habet obductã, poſtq̃ refracti ſũt Itaq; illã cõſpiciũt. Aphrodiſeus in ꝓblem. Quid de hac re ſẽtiãt Empedocles, Democr. Epicurus, Pythagorici, refert Plutar. 4. de placitis phõrum lib. Ars ẽ, q̃ Græci ὀπτικὴν i. ꝑſpectiuã, uocãt. Hæc (ut Gellianis uerbis utar) multa demiranda facit, ut uidelicet in ſpeculo uno, imagines unius rei, plures appareãt. Itẽ ut ſpeculũ in loco certo poſitũ, nihil imaginet, alio rũ trãſlatũ faciat imagines. Itẽ ſi rectius ſpeculũ ſpectes, imago fiat tua eiuſmodi ut caput deorſum, pedes ſurſum

aliæ [a] in æternum ſteriles ſunt, aliæ [b] mutatis coniugijs exuunt ſterilitatem, nonnullæ tantùm ſemel pariunt, quędam [c] aut fœminas, aut mares ſemper. Poſt annum quinquageſimum fœcunditas omniū conquieſcit. Nam [d] in annum octogeſimum uiri generant, ſicuti Maſiniſſa rex Metimathnum filiū lxxx & ſextum annum agens genuit. Cato octogeſimo exacto ex filia Salonij clientis ſui auum Vticenſis Catonis procreauit. Compertum & illud eſt, quod

Ex hoc quod à mulieris mēſtruæ aſpectu ſpecula uitiātur, ꝓbat Themiſtius lib. de Inſomnijs cap. 10. uiſum nō modò pati, & affici ab oculo, ſed agere quoq;, & afficere aliquid in potentia. Speculorū (inquit) fulgor aſpectu mulieris præſtringitur tpe menſiū. Statim em̄ ſuperficiē illā, quædā ueluti nebula ſanguinis, obducit, adeò ut ſi nouitiū ſpeculū ſit, haud temere maculā eluas, ſi peruetus, facilè abſtergas. Cauſa ea quā dixi, quòd nō ſolū ab aēre uiſus mouetur, ſed aliqñ ē, ut etiā mouere poſsit. Nā ſplendida mouēdi uim habēt. De gñe aūt ſplendidorū oculi ſunt. Hoc igitur tēpore, quo menſes patimur, nā & uiri ſua meſtrua patiūtur, eodem modo quo lumina, quo cæterū corpus, afficimur. Omnia em̄ mēbra aſpergine mēſtruorū rigātur, præcipuè'q; oculi, quia maximè foraminoſi, ueluti uenulētiq; ſunt. Quāobrem tēpore genitalis profluuij, quod cōmotione, et inflāmatione ſanguinea ſolet contingere, obſcurū quidē diſcrimen in maſculis eſt, eo'que ſi tum ſpeculum inuiſant, nihil id polluitur, quod euidēs ſit. Et quo ordine idipſum contingat, planè (inquit) primū inficitur, & mouetur aēr, à ſanguine, genitura'ue, q̃ ſuffuſa oculis ſunt. Aēr infectus, aliū aērē inficit, qui ſpeculo proximus ſit. Ab hoc poſtremū ſpeculo inquinamentū illud allinitur, quod nitorē eius hebetat. &c. a *Aliæ in æternum ſteriles.*) Ex Plin. cap. 13. 7. hunc locum Solinus mutuatus eſt. Sterilitatis cauſas, uariè à philoſophis tradi, refert Plutarchus, de Placitis Philoſophorū lib. 5. his quidē uerbis. Medici (inquit) ſteriles fieri propter uuluam, aut denſiorem, aut rariorem, aut duriorem, aut ſi calla quædam obduxerit, aut carnoſior ſit. Deniq; ſi mulier lāguido animo ſit, aut tabido corpore, aut mala habitudine. Poſtremo ꝓpter contortā uuluæ configurationē, cōuulſionē'ue. Diocles uiros ſteriles ſcere, aut quoniā geniturā nullā omnino emittant, aut quoniā minus q̃ quāto opus eſt, aut quia minimè fœtificant, aut ſi laſſeſcant genitalia, aut penis obliquitatē. Si modò geniturā recto tenore egerere nequeat. Deniq; ſi proportione penis, uulua immodicè reducta ſit. Stoici cauſantur potētias, q̄litateſq; in utroq; coeūtiū inter ſe adhorrētes, quas ſi diſſociari contigerit, ſuiq; generis alijs coniungi, tū deniq; mixturā e natura temperari, ſicq; infantē ab ſolui. Auicenna Fen. 21. tertij. Canonis, has ponit ſterilitatis cauſas, aut in ſeminibus maris, & fœminæ: aut in genitalibus, & mēbris ſeminis utriuſq;, aut propter cauſam (inquit) quæ eſt in principijs, ueluti ſunt triſticia, timor, tremor, capitis dolores, digeſtionis debilitas, uſq; ad nauſeā ſatietas. his additur et accidens error. Hæc omnia multis uerbis explicat author ibi. Albertus ferè eadē, ſuppreſſo authoris nomine lib. de animalibus decimo in ſuum opus tranſfert. Cū pulchrū ſit (inquit ille) fateri, p quē ꝓfeceris. b *Mutatis coniugijs.*) Sunt hæc manifeſta ex Ariſtot. cap. 6. ſeptimi naturæ animalium. & cap. 2. quarti de genera. animaliū, & Pli. cap. 13 lib. ſeptimi. Auicenna cap. 8. ubi ſupra. Quid Stoici cauſentur, iamiā retulimus ex Plutarcho. c *Quædam aut fœminas, aut mares ſemper.*) Habes hæc latius cap. 13 ſeptimi Plin. & cap. 6. ſeptimi naturæ animalium, & cap 1. & 2. quarti de generatione animalium Ariſtot. Extat nobile ꝓblema decimæ ſectionis apud eundē Ariſtot. Cur in animantiū genere alia maris, ac fœminæ coitu creātur? Eū locū adeas, ſi libuerit. Idē Plut. in eo opere, quod de placitis philoſophorū inſcripſit ca. 7. li. quinti. ueterū philoſophorū pluriū ſentētias, in hac quæſtione refert. Vide Cēſorinū c. 5. de die natali. Lact. præterea Firmianus hanc rē (ut cætera) explicat elegāter cap. 12. de dei opificio. Si plura cu pis ad id faciētia Auicennā cōſule, principē medicorū ca. 12. Fen. ſæpius iā citatæ. Nō indignū ſcitu eſt quod de Hercule ca. 6. ſeptimi, Naturæ animaliū refert Ariſt. Sunt (inquit) & uiri, q nō niſi fœminā ꝓcreent, & mulieres q̃ nō niſi marē, & cōtrà, ut de Hercule fabulantur, qui inter duos & ſeptuaginta liberos, fœminā unā tātummō genuit. Ad idē alia annotabimus cap. 65. infra, ubi de Pandea gēte Solinus differit. e *In annum octogeſimum.*) Ex Plin. ſumpta ſunt ca. 14 lib. ſeptimi. Nō imitātur hoc loco Pli. & Solinus, Ariſtot. qui non octuageſimū, ſed ſeptuageſimum ſcribit. Verba eius ex cap. 6. li. ſeptimi naturæ animalium hæc ſunt. Mares plurimi (inquit) ad ſexageſimū gñant, quē ſi exceſſerint, ad ſeptuageſimū uſq; ꝓcedūt. Et iā quidē ānos ſeptuaginta nati, genuerūt. De Maſiniſſæ ſenio præter Pli. c. 14. ſeptimi ſcribit Val. Max. tit. 14. octaui libri. De nomine aūt filij, quē poſt ſextū & octuageſimū annū genuiſſe dicitur, nō utiq; exemplaria idē retinēt. Aliubi (ut etiā in ſecūda æditione Pliniana tetigit Hermolaus) Methymatnū, in quibuſdā Mechymnū. Aldus Manutius exiſtimat Methymathū legi oportere. In uetuſtioribus codicibus Mathumānū, uel Mathymanū ſcriptū reperi, Sed bonarū literarū parua hæc

omnino

a inter [a] duos conceptus cum interceſſerit paululum temporis, uterque reſidet, ſicut [b] in Hercule, & Iphiclo apparuit fratre eius, qui geſtati eodem onere, interuallis tamen, quibus concepti fuerant, nati uidentur. Et de Proconeſia ancilla, quæ è duplici adulterio geminos edidit, utrumq; patri ſimilem. Hic [c] Iphiclus Iolaum creat, qui Sardiniā ingreſſus.

omninō iactura. Quod de Catone hic dicitur, præter ea, quæ ca.14 ſeptimi ſcribit Plin. Lege ad hoc propoſitū. Aul. Gel. cap. 12. tredecimi Noc. Attica. a *Inter duos conceptus.*) Solinus hæc à Plinio cap. 11. ſeptimi. Plinius autem ab Ariſtotele cap. 4. ſeptimi Naturæ animalium, mutuatus eſt. Quibus locis uterq; uidetur mulieris ſuperfœtationē aſſerere. Baptiſta Pius Bononiēſis de bonis literis optimè meritus, acerbè nimis taxat Diuū Auguſtinū, qui cap. 6. 5. Ciuitatis ſuperfœtationem negare uidetur. Tāta (ingt Auguſt.) naturæ uis eſt, ut cū cōceperit fœmina, deinde alterū cōcipere omnino nō poſſit. Quid ſi Aſtrologi, quos eo loco reprobare nititur, ipſam quoque ſuperfœtationē negauerint? Inſuper dicam Auguſtinū locutum de his, quæ ut in plurib. ſic eueniunt. Euenit autem in pluribus, ut gemini, unico coitu procreentur. Et ne ita eſſe negādum putes, ſubſcripſi Auicennæ uerba, cui in his maximè credēdum putant. Is capite de geminōrum cauſis, & ſuperfœtationis 21. Fen. tertij canonis. Cauſa geminorū (inquit) eſt multitudo ſpermatis, & diuiſio ipſius in duos uentres. Et incolumitas qdē duorū filiorū etiā geminorū nō eſt plurima, & parū ſunt inter gminos dies plurimi. Ipſi em̄ ſecūdū plurimū fiūt ex coitu uno &c. Fabula præterea eſt (ut etiā Ariſt. cōfitetur) ſic genitos Herculē, & Iphiclū. Nec argumētū eius fœminę, quæ gemino partu, alterū marito ſimilē alterū adultero genuit, euidens eſt. Potuit em̄ hoc accidere propter fortē matris imaginationē, cum (ut ait Plin.) Similitudo quidē in mente reputatio eſt. De ea quæ unū iuſto partu, quinq; menſiū alterū edidit. Diceret quiſpiā hoc eueniſſe, tum ꝓpter defectum uirtutis in matre, tū ex eo qđ duorū fœtuū uis unius fuerit alterius fœtus uirtute efficatior, ut uidelicet alterius ſubſtantiam ad ſe contraxerit. Geminorū cauſam lege apud Cenſorinū ca. 5. de die natali. Et Plutarch. cap. 10. quinti de placitis philoſophorum, cuius uerba capite 3. aſcripſimus circa finem. b. *Sicut in Hercule, & Iphiclo.*) Ex Plinio cap. 11. ſeptimi, & Ariſtot. cap. 4. ſeptimi naturæ animaliū. Plura ad præſens propoſitum Diod. Siculus in principio quinti, & Plautus in Amphitrione. De altero Iphiclo cuius boues Melampus rapuiſſe memoratur, habes apud Propertium ſecundo libro,

Turpia perpeſſus uates eſt uincla Melampus.
Cognitus Iphicli ſurripuiſſe boues.

Hiſtoriam habes apud Homerum 11. & 15. Odiſſeæ. Fuit item Iphiclus alter Philaci, & Clymenes filius, tātæ agilitatis, ut ſuper frugis ariſtas ſine offenſa curreret. Quidā & immunē ſuper maris aquā inceſſiſſe ꝓdunt. Longus de eo ſermo apud Higinium cap. 15. ſecundi Aſtronomicō, quo loco Phyclo ꝓ Iphiclo paſſim legitur. Hoc antè Cælius adnotauerat lib. 3. De Proconeſia ancilla, quod hic dicitur, ſumptū eſt ex capite 11. ſeptimi Plinij, & cap. 4. ſeptimi, naturæ animalium Ariſtotelis. c *Hic Iphiclus Iolaum creat.*) Ferunt Herculem ex quinquaginta Theſpis Athenienſis filiabus, nocte una, quinquaginta filios procraſſe. Hos omnes, nouē exceptis, duce Iolao nepote, in Sardiniam miſiſſe. Hunc Iolaum in ea inſula urbibus inſignibus conſtructis, totaq; ea inſula in poteſtatem redacta, ex ſuo nomine cāpeſtrem partē inſulæ, quā incoluit, Iolæam, incolas uerò Iolas, uel (ut Solino placet) Iolēſes dixiſſe. In ea rurſus inſula Dædalo ex Sicilia accerſito, deorū templa, plurimaúe, quæ ad hominū felicitatē pertinēt, cōſtruxiſſe. Oraculo inſuper reſponſum, Coloniā ab eo inſtitutā, ꝑpetuā libertatē retenturā. Inceſſitur hoc loco, Solinus, quod alibi hunc ipſum Iolaum non Iphiclo, ſed Ariſtræo creatū dicat. Quid ſi creat infra ca. 10. exponas, id eſt, regni ſucceſſorē relinquit, inſtituitq;? In qua ſignificatione ſæpè apud Liuiū, & primæ claſſis authores, ſcriptū reperies. Quod ſi hæc expoſitio non arriſerit, addā, qđ ad expoſitionem decimi infra capitis maximè faciat. Id autē eſt huiuſmodi. Aiūt Ariſtæū uetuſtiſsimū Thebanorū regē fuiſſe Apollinis, & Cyrenes Nymphæ filiū, ac Acteonis patrē, Eum poſt cædē filij, oraculo monitū, in Chiū inſulā nauigaſſe, ibiq; facto ſacrificio, uniuerſam Græciā peſte laborantē, liberaſſe. Nec diu pòſt, relictis in Chio nepotibus, ad matrem Cyrenen in Libyā redijſſe. Inde matre Cyrene mouente, in Sardiniā nauigaſſe. Eiuſq; inſulæ amœnitate captū, inſulā cultiorē reddidiſſe. Ex ea tandē inſula, relicto (ut creditur) Iolao ſucceſſore, ad alias quoq; inſulas, & tandē in Siciliā deueniſſe. Hinc eleganter à Syllio bellorū Punicorū duodecimo ſcriptū eſt.

Fama eſt cum laceris Actæon flebile membris,
Supplicium lueret ſpectatæ in fonte Dianæ.
Attonitum nouitate mali fugiſſe parentem
Per freta Ariſtæum, & Sardoos iſſe receſſus.
Cyrenen monſtraſſe ferunt noua littora matrem.

Ex hac enim hiſtoria, nec incurioſè mul-

 cum, u

palantes [a] incolarũ animos ad concordiã eblãditus, a
Olbiã,atq; alia Græca oppida extruxit. Iolẽſes ab eo
dicti,ſepulchro eius tẽplũ addiderunt quod imita-
tus uirtutem [b] patrui,malis plurimis Sardiniam libe
raſſet. Ante omnia Sobolẽ [c] cogitantibus ſternutatio b
cauenda eſt poſt coitus,ne prius ſemen excutiat im-
pulſus repẽtinus,quã penetralibus ſe matris inſinuet
humor paternus. Quod [d] ſi naturalis materia hæſe-
rit,decimus à cõceptu dies dolore grauidas admone c
bit. Iam inde incipiet & capitis inquietudo, & caligi-
ne uiſus hebetabitur. Ciborũ quoq; faſtidijs ſtoma-
chi claudetur cupido. Conuenit [e] inter omnes corda
primũ ex uniuerſa carne formari,eaq; in diem quin- d
tum & ſexageſimũ creſcere,deinde minui. At ex oſſi-
bus ſpinas. Ea [f] p ·pter capitale eſt, ſi pars alterutra
noceatur. Planè [g] ſi corpuſculum in marem figura-
tur, melior eſt color grauidis, & pronior paritudo e

tum,ut uidetur,Solinus fortaſſis Iolaũ Ariſtæo creatũ dixit,more ueterũ,qui priores omẽs,patres,poſteros uerò filios ſint ſoliti nominare. Fratres præterea eos etiã nũcupamus,qui uel ex eadẽ gente ſunt, uel(ut Hieronymi uerbis utar)de una ſunt familia,id eſt patria,quas Latini (inquit)paternitates interpretãtur. Iphiclus aũt,& Ariſtæus Thebani,cũ ex Cadmo ſint oriũdi,nõ abſurdè fratres,& eorũ poſteri filij nũcupãtur. Reliqua capite infra decimo memorabimus. a *Palãtes incolarũ animos.*) Vagantes, ob errantesq; pecudũ more abſq; rationis uſu. b *Virtutẽ patrui.*) Herculis fratris Iphicli. De gradibus affinitatis eſt titulus 11.38. lib Digeſtorum, & titulus 6. tertij Inſtitutionũ. De Olbia ſæpè Strabo meminit. Stephan. enumerat huius nominis urbes nouem. c. *Sobolem cogit.*) Similia reperies apud Plin.ca.6.7. Oſcitatio quidẽ (inqt) in exitu lœtalis eſt,ſicut ſternutaſſe à coitu, abortiuum. Inter quæſtiones,quæ ad res naturales pertinẽt,Ariſtot.& hãc etiãnũ diſſoluit. Cur in animantiũ genere homo ſternutare maximè ſolet? Viceſima quæſtio Sectionis decimæ. Eſt & apud Alexãdrũ,pblema.139.lib.1. Cur homo amplius,& crebrius,& uehemẽtius,q̃ cætera animalia ſoleat ſternutare. Quoniã cibo & potione largius,magisq; uariè utitur,et ſæpenumero ultra ſatitatẽ repletur Hinc enĩ cũ cibos ſatis cõcoquere nequeat,multũ ſpiritus ob humoris copiam mouet. Spiritus uerò pro ſua tenuitate efferẽs ſe ad cerebrũ,cogit id crebro ad ſe expellendũ incitari, ſtrepitus itaq; mouetur. Quoniã per nares meatus deniq; arctiores ſpiritus extrudatur uniuerſus,quemadmodũ etiã ad partes inferiores ſpiritus idẽ euolutus murmur per inteſtina excitat,& per ſedẽ inſigni cum ſono excedit,atq; etiã ad ſuperiora enixus ructũ per ſtomachũ agit,& uocẽ per guttur,& ſonitũ, ac tinnitũ per aures. d *Quod ſi naturalis materia hæſerit*) Sumpſit hæc Solinus ex Plin. cap. 6.7. Item ex ca. 3.& 47. naturæ animaliũ Ariſtot. Extat apud Auicen ca.11.21. Fen 3. Canonis,quo loco abundè explicat, quæ ſint conceptionis ſigna. Rurſus aliud de Embrionis generatione, quo ordine & ſpatio formetur fœtus in utero. Eleganter hũc locum reperies apud Cenſorinũ cap.8. de die Natali. Et apud Gel. cap.10. tertij. e *Conuenit inter omnes cor.*) Sumpſit hoc Solinus ex capitibus 13.10 & cap.37.11. naturalis hiſt. C. Plin, Itẽ ab Ariſtot. cap.4.3. de partib. animaliũ Miror dixiſſe Solin. inter omnes cõuenire,corda primum ex uniuerſa carne formari,cũ plures philoſophi id ipſum negẽt,qđ ut euidẽs fiat,aſcripſi Plut. uerba de philoſophorũ placitis. Stoici(inqt)in plerisq; mẽbra ſimul omnia abſolui putant. Ariſtot. lũbos primũ abſolui carinæ nauis inſtar. Alcmenon caput,ut in quo principatus eſt. Medici cor,ut in quo uenarũ,arteriarũq; principiũ. Sũt q maximũ digitũ pedis. Nõ deſunt q umbilicũ dicũt. Cẽſor. ca. 5. eius li. quẽ ſępe citauimus,hãc ipſã philoſophorũ diuerſitatẽ explicãs, Empedocles(inqt)quẽ in hoc Ariſtot. ſecutus eſt,ante omĩa,cor iudicauit increſcere,qđ hominis uitã maximè cõtineat. Hippõ uerò caput,in quo eſt principale cerebrũ. Democrit. aluũ cũ capite,quę plurimi habẽt ex inani, Anaxagoras cerebrũ,unde omẽs ſũt ſenſus. Diog. Apolloniates ex humore primũ carnẽ fieri exiſtimauit,tũ ex carne neruos & oſſa,& cæteras partes enaſci. At Stoici unà totũ infantẽ figurari dixerũt,ut unà naſcatur, alaturq;. Ex uerbis Plut. & Cẽſ. apparet nõ uno tãtũ modo de hac re Ariſt. opinatũ. Dicẽdũ itaq; Plin. & Solin. de prima cordis formatione alterã Ariſt. ſententiã,itẽ Medicorũ omniũ placita ſecutos eſſe. f *Et propter.*) Nõ ab re factũ eſt,ut capitale ſit apđ quoſdã,eas corporis partes lædere,in qbus uita cõſiſtat humana. Scribũt medicorũ qdã, Cor læſum ilico mortẽ trahere. Auicẽna 1. Canonis ſcribit. Cor ipſum primũ uirtutũ omniũ eſſe radicẽ,ac mẽbris cũctis alijs,ſuas elargiri uirtutes,quib. mẽbra ipſa nutriuntur,& uiuũt,qbusue cõprehendũt & mouẽt. Lege q̃ de corde ſcribit Ariſt. cap.17.1. naturæ animaliũ,& ca.4.3. de animaliũ partib. Cõpendio ea omnia refert Plin. ca.37.11. natural. hiſt. g *Si corpuſculũ*

in ma

a uteri. Denique à [a] quadrageſimo die motus, Alter
ſexus nonageſimo primum die palpitat: & concepta
fœmina geſtantis uultum pallore inficit, crura quo=
que præpedit languida tarditate. In utroque ſexu
b cum capilli germinant, incommodum maius eſt, fitq́;
plenilunijs auctior ægritudo, quod tempus etiam e=
ditis ſemper nocet. Cum [b] ſalſiores eſcas edit gra=
uida, unguiculis caret partus. At cum propè ad ute=
c rum liberandum uenerint momenta maturitatis, eni
tentis ſpiritum retinere plurimum congruit, quan=
doquidem letali mora oſcitatio ſuſpendit puerperia.
Contra [c] naturam eſt in pedes procedere naſcentes.
d Quapropter uelut [d] ægrè parti appellantur Agrip=
pæ. Ita editi minus proſperè uiuunt, & de uita bre
ui æuo decedunt. Denique in uno Marco Agrip=
pa felicitatis exemplum eſt. Nec tamen uſq; eò inoſ=
e fenſæ, ut non plura aduerſa pertulerit, quàm ſecũda.
Namque & miſera pedum ualetudine, & aperto
[e] cõiugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis re=
trouerſi ortus omen luit. Fœminis perinde eſt
f infauſta natiuitas, ſi concretum uirginale fuerit,
quo pacto [f] genitale fuere Corneliæ, quæ editis Grac
chis oſtentum hoc piauit ſiniſtro exitu liberorum.

in marem figuretur.) Melior color marẽ ferẽti, & facilior partus, ait cap. 6. ſeptimi nõſter Plin. Magna ex parte (inquit cap. 4. ſeptimi naturæ animaliũ Ariſtot.) quæ marẽ ferũt, facilius exigũt, minusq́; pallent. &c. a *A quadrageſimo die.*) Ex Plin. mutuatus hæc ca. 6. lib. 7. Ariſtot. uerba ſunt ex ca. 3. ſeptimi naturę animalium. Mares fœtus (inquit) magna ex parte circa quadrageſimum diem, dextero potius latere mouentur, fœminæ ſiniſtro circiter nonageſimum. Nihil tamen in his affirmari licet, &c. b *Cum ſalſiores eſcas.*.) A Plinio Solinus ca. 6. ſeptimi, Plinius ab Ariſtotele ca. 4. ſeptimi naturæ animaliũ hanc particulã huic loco inſeruit. Eſculentorum etiam (inquit Ariſtoteles) quæ mater comederit, ſæpe gerulus uenit in lucẽ. Et ſi ſale immodicè uſus eſt, ipſe ſine unguibus naſcitur. c *Contra naturam eſt in pedes procedere.*) Nihil eſt quod ad huius loci expoſitionẽ pertineat, quod non elegãter explicet Plin. cap. 8. lib. 7. Adſcribã tamen Ariſtotelis ex 8. cap. lib. 7. naturæ animalium uerba, quæ ad hunc locum maximè congruunt. Situs in utero quadrupedũ omnium (inquit) extenſus eſt, expedum autẽ obliquus, ut piſcium. Bipedum uerò inflexus, contractusq́;, ut auium. Homo etiam in ſemet cõglobatus ſic geſtatur, ut naſum inter genua: oculos ſuper genua: aures extra genua, habeat. Omnibus æquè animantibus caput primum ſuperius eſt, ſed cũ creuerint, & iam exitũ appetant, deorſum deducitur. Ita fit ut omnibus partus ſecundũ naturã in caput contra naturam in pedes, aut inflexò, circũactoq́; corpore agatur. Auicenna ſecũda Fen. tertij Canonis, accidere ait partui in pedes naſci, propter debilitatem eius, qui naſcitur. Ritu naturę (inquit) capite hominẽ gigni mos eſt, pedibus ferri. d *Aegrè partus.*) Auli Gellij uerba ex cap. 16. ſextidecimi Noctiũ Atticarũ, ex M. Varronis ſententia huic loco ſubſcripſi, quod docta ſimul, & elegãtia ſint. Quorũ (inquit) in naſcẽdo nõ caput, ſed pedes primi extiterãt, qui partus difficillimus, ægerrimusq́; habetur, Agrippæ appellati uocabulo ab ægritudine, & pedibus. Cõfixos eſſe aũt pueros in utero Varro dicit capite in fine nixos, ſurſum pedibus elatis, nõ ut hominis natura eſt, ſed ut arboris. Nam pedes, cruraq́;, arboris appellat ramos. Caput ſtirpẽ, atq; caudicem. Quando igitur (inquit) contra naturã fortè cõuerſi in pedes, brachijs plerunq; diductis retineri ſolent, ægriusq́; tũc mulieres enitũtur. Huius periculi deprecãdi gratia aræ ſtatutæ ſunt Romæ duabus Carmentibus quarum altera Poſtuerta nominata eſt, Proſa altera, à recti, peruerſiq́; partus, & poteſtate, & nomine. e *Aperto coniugis adulterio.*) Iuliam Auguſti filiam intelligit. Hanc enim M. Agrippa uxorem duxit, exq; ea quinq; liberos ſuſtulit. Mares tres, Caiũ, Luciũ, Agrippã. Filias rurſus duas, Iuliã, & Agrippinam. Lege Suet. tit. 63. 65. in uita Cæſaris Auguſti. De Iulia filia, & altera Auguſti nepte, proximo capite pauca annotauimus. Ex Agrippina, Nero imperator omniũ bipedũ ſæuiſſimus, & toto principatu ſuo (ut inquit Plinius) hoſtis generis humani. Hunc Neronẽ etiã in pedes natũ, mater eius Agrippina ꝑdidit. De M. Agrippa paſſim omnes, Liuius, Seneca, Plutar. Plin. Sueton. Verg. 8. Aeneid. Horat. 1. Carminũ. Item reliqui. f *Genitalia fuere Corneliæ.*) Quaſdã (inquit cap. 16. ſeptimi Caius Plinius) cõcreto genitali gigni infauſto omine, Cornelia Gracchorũ mater inditio eſt. De hac Cornelia ob eius morum præſtãtiã plena ſunt hiſtoricorũ uolumina. Annotatu digna Senecæ uerba ſunt, De cõſolatione

Rurſus a necatis matribus,ortus eſt auſpicatior, a
ſicut Scipio Africanus prior: qui defuncta matre,
quod exciſus utero in diem uenerat, primus Ro=
manorum Cæſar dictus eſt. E geminis ſi b remanen
te altero, alter abortiuo fluxu exciderit, alter qui b
legitimè natus eſt, Vopiſcus nominatur, c Quidam
etiam cum dẽtibus naſcuntur,ut Cneus Papyrius
Carbo. & Marc. Curius Dentatus ob id cognomi=
natus, Quidam uice dentium continui oſsis arman= c
tur ſoliditate, qualem filium Bityniorum rex d Pru=
ſias habuit. Ipſum dentium numerum diſcernit qua
litas ſexus, cum in uiris plures ſint, in fœminis pau=
ciores. Quos e κυνόδοντας uocant. Et quibus gemi= d
ni prodeunt à dextra parte, fortunæ blandimen=
ta promittunt. Quibus à læua, uerſa uice. f Naſcen=
tium uox prima uagitus eſt. Lætitiæ enim ſenſus
differtur in quadrageſimum diem. Itaq; unum no= e
uimus eadem hora riſiſſe, qua erat natus, ſcilicet

ad Martiã ſic ſcribẽtis. Ex una tibi duas Cornelias dabo, Scipionis filiã, Gracchorũ matrẽ. Duodecim illa partus, totidẽ funeribus recognouit. T. Gracchũ, & G. quos etiã quidã bonos uiros negauerit, magno fatebitur, & occiſos uidit, & in ſepultos. Conſolantib. tamẽ, miſeràq; dicentibus, Nunq; (inquit) nõ felicẽ me dicã, quæ Gracchos peperi. De Gracchis huius Corneliæ filijs, multa annotauimus capitibus 13. 14. 15. libri tertij apud Florum. a *Rurſus necatis matribus.*) Verba Plinij apponam ex cap. 9. ſeptimi naturalis hiſtoriæ, ut notum ſit fuerit'ne Solinus in hac quoq; parte, ſentẽtiã eius, quem in locis fermè omnibus imitari conatur, aſſecutus, nec ne. Auſpicatius enecta parente gignuntur. Sicut Scipio Africanus prior natus. Primuſq; Cæſar, à Cæſo matris utero dictus, qua de cauſa Cæſones appellati, &c. Hermolaus annotat, ſi uerba, primuſq;, ad Africanũ referas. Contradicunt hiſtoriæ (inquit) propterea quòd ante bellum Samnitum, Claudius quidã, Cæſar appellabatur, &c. Alij contẽdũt uerba Plinij ſic legi oportere. Sicut Scipio Africanus prior natus, ſcilicet eſt enecta parente Primuſq; Cæſar à Cæſo matris utero dictus, Ita ut particula, primuſq; &c. non ad Scipionẽ, ſed ad Claudiũ illũ, qui ante bellum Samnitum floruit, ſit referenda. Hinc affirmant, Solinũ perperã, in hoc loco Plinij uerba, accepiſſe. Quid ſi Solini uerba ſic ordines? Scipio Affricanus, primus Romanorum, id eſt, qui inter Romanos duces obtinuit excellentiæ principatũ, Cæſar dictus eſt. Poſſes & ſic accipere, ut Scipio prior, primus Romanorũ ſit dictus Cæſar à cæſo matris utero, Claudius autem ille, ante eum, Cæſar utiq; fuerit appellatus, nõ quidẽ à cæſo matris utero, ſed à cæſarie quod ſcilicet cũ cæſarie natus fuerit. Nam & hac quoq; nomenclatura, authore Feſto, Cæſares nominãtur. Hæc monendi tantũ cauſa dicta uolumus. Non laudo eos, qui uerba nobiliũ authorũ, in partẽ ſoleãt peiorem accipere. Adnotandũ ſanè Iuliũ Cæſarẽ nequaq̃ natũ matris cæſo utero, cum 18. Gallicũ bellũ gerens, matrem Aureliã amiſerit, pater præterea cæſaris dictatoris. C. Plinio cap. 53. ſeptimi id aſſerente, etiã Cæſar cognominatus eſt. Ortum prioris Scipionis cæſo Pomponiæ matris utero canit Syllius 13 Punicorum bellorum libro.

Excipit his mater, nullos ô nate labores, &c.

b *E geminis ſi remanente.*) Ex Plinio cap. 10. ſeptimi ſumptum totum, Vopiſcus (inquit Nonius) qui ex duobus conceptis, uno abortu excluſo, ad partum legitimum deducitur. c *Quidam etiam cum dentibus naſcuntur.*) Omnia ex capite ſedecimo ſeptimi Plinij tranſtulit hæc Solinus. Si plura de dentium origine, natura, numero, neceſſitate &c. expetis, adeas Philoſophorum principem Ariſtotelem cap. 3. ſecundi naturæ animaliũ, cap. ultimo quinti de generatione animaliũ. Multa in problematibus, decima, & 34. ſectionibus. Extat caput copioſum, & doctũ, prima Fen. primi Canonis Auicennæ, cuius titulus de Anotomia dentiũ aſcriptus eſt. Albertus hos imitatus ultimo capite decimonono de animalibus uolumine. De Cneo Papyrio Plin. cap. 16. lib. ſeptimi. Val. Max. tit ſecundo, lib. ſeptimi. De Curio Dentato, Liuius 14. ab urbe condita. Valer. Max. tit. 3. lib. quarti. Geſta huius recenſet compendio more ſuo Plinius Cecilius de uiris illuſtribus cap. 33. Item. L. Florus cap. 15. libri primi. d *Rex Pruſias.*) Ex Plinio cap. 16. lib. ſeptimi. Pruſiæ regis Bithyniæ filius (inquit. Max. Valerius libro 1.) eodẽ nomine, quo pater, pro ſuperiori ordine dentiũ unum os æqualiter extentum habuit, nec ad ſpeciẽ deforme, nec ad uſum ulla ex parte incommodum. e *κυνόδοντας.*) id eſt, caninos dentes. κύων enim Græcè, Latinè canis, ὀδὼς dens, à uerbo ἔδω, quod commedo ſignificat. f *Naſcentium uox prima uagitus eſt.*) Ex prologo ſeptimi Plinij ſumptum hoc. Veteres Romani inter cæteros, deum quempiã coluerunt, Vaticanũ nomine, penes quẽ eſſent uocis humanæ initia, quoniã

pueri

Zoroaſtrem [a] mox optimarum artium peritiſſimum. At [b] Craſſus auus eius, quem rapuerunt bella Parthica, quia nunquam [c] riſerit Agelaſtos cognominabatur. Inter [d] alia Socratis magna, præclarum illud eſt, quòd in eodem uultus tenore etiam aduerſis interpellantibus perſtitit. Heraclitus, & Diogenes Cynicus nihil unquam de rigore animi remiſerunt, calcatisq; turbinibus fortuitorum aduerſus omnem dolorem, uel miſeriam uniformi durauere

pueri ſimul atq; parti ſunt, eam primā uocē edunt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Idcircoq; uagire dicitur, exprimente uerbo ſonū uocis recētis. Gellius ex Varronis ſentētia ca.17. decimiſexti Nocti. Atticarū. Sed cur pueri ſtatim, ut ex utero parentis in lucē uenerunt, plorare incipiant? Quoniam (inquit Alexander in quæſtionibus) ſenſum iam, & naturā alienā ſibi experiūtur. Quippe qui ex corpore calido, & molli, quo continebantur, ad aërem frigidum prodeant. Fortaſſe uel luce ipſa perculſi, contriſtari, uociferariq; incipiūt. Haud enim illi audiendi ſunt, qui animum dicunt, quod amiſſo cœleſti domicilio, corpus inhabitare terrenum occepit, idcirco infantem cogere dolere, atq; plorare. Epycurei (ut Lactā. Fir. retulit.) queruntur hominem nimis imbecillum, & fragilē naſci, quàm cætera animalia naſcūtur, quæ, ut ſunt edita ex utero protinus in pedes ſuós erigi, & geſtire diſcurſibus, ſtatimq; aëri tollerando idonea eſſe, quā in lucem naturalibus inſtrumentis munita proceſſerint. Hominem, contra, nudum, & inermem tanquam ex naufragio in huius uitæ miſerias proijci & expelli. Qui neq; mouere ſe loco ubi effuſus eſt, poſſit, nec alimentū lactis appetere, nec iniuriam temporis ferre. Itaq; naturam non matrē eſſe humani generis, ſed nouercā, quæ cum mutis ſe tàm liberaliter geſſerit, hominem uerò ſic effuderit, ut inops, & infirmus, & omni auxilio indigens, nihil aliud poſſit, q̃ fragilitatis ſuæ conditionem ploratu, ac fletibus ominari, ſcilicet (ut canit Lucretius.

Cui tantum in uita reſtet tranſire malorum.

a *Zoroaſtrem.*) Hunc Zoroaſtrem Beroſus ait in tertio fuiſſe Noë filium, eum ſcilicet, quem ſcriptura Cham nominat. Ex Plin. cap.16. ſeptimi, & capite primo trigeſimi, ſumpta ſunt hæc omnia. Ad hunc locum maximè faciūt diui Auguſtini uerba ex 14. capite uigeſimiprimi de ſancta ciuitate libri. Quis (inquit) non exhorreat, & mori eligat, ſi ei proponatur aut mors perpetienda, aut rurſus infantia? Quæ quidem non à riſu, ſed à fletu orditur hanc lucē, quo quid malorum ingreſſa ſit neſciens, prophetat quodammodo. Solum quando natus eſt, ferunt riſiſſe Zoroaſtrem, nec ei boni aliquid mònſtruoſus riſus ille portendit. Mam magicarum artium fuiſſe perhibetur inuētor. Quæ quidē illi, nec ad præſentis uitæ uanā felicitatē cōtra ſuos inimicos, prodeſſe potuerunt. A Nino quippe rege Aſſyriorū, cum eſſet ipſe Bactrianorū rex, bello ſuperatus eſt. Lege quę ſcribunt Iuſtinus in principio, & Diod. Siculus lib.3. Infantes (inquit Ariſtot. ca.10. ſeptimi naturæ animaliū) primis quadraginta diebus neq; rident cum uigilant, neq; lachrimātur, ſed noctu, & per quietem utrumq; interdū faciūt &c. Scribit Auicēna uiceſimaprima Fen. tertij Canonis, qđ cū naſcitur infans nondum cōprehenſi ſunt in eo ſomnus, & expergefactio. Cum aūt hæc ei adueniūt, poſt quadraginta dies tandē ridet. b. *Craſſus auus eius.*) Ferūt Craſſum, auū Craſſi in Parthis interempti, nunq; riſiſſe. Ob id ἀγέλαστον uocatū, ſicuti nec fleuiſſe multos. Socratem clarū ſapientia eodem ſemper uiſum uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorē quēdam, toruitatemq; naturæ, duram & inflexibilem, affectusq; humanos adimit, quales ἀπαθεῖς Græci uocāt. Multos eius generis experteis, quòdq; mirum ſit authores maximæ ſapiētiæ, Diog. Cynicū, Pyrrhonem, Heraclitū, Timonē. Hūc quidē etiā in totius odiū generis humani euectū. Sed hæc parua naturæ inſignia in multis uaria cògnoſcūtur, ut in Antonia Druſi, nunq; expuiſſe. In Pomponio cōſulari poëta nunq; ructaſſe, ex Plin. ca.19. lib. ſeptimi. c *Nunquam riſerit.*) Quod ſemel tantū, aut rariſſimè contingit, perinde habetur, tanquā ſi nunquā cōtigiſſet. M. Cic.3. Tuſc. quæſt. ex Lucilij poëtæ ſentētia, ſcribit hūc M. Craſſum ſemel in omni uita riſiſſe. Nec uerò (inquit) eadē Socratis frons, quę M. Craſſi illius ueteris, quem ſemel, ait in omni uita riſiſſe Lucilius, ſed tranquilla, & ſerena. Eiuſdē Ciceronis uerba ſunt ex fine 5. lib. de finibus Bo. & Ma. An hæc (inquit) in toto. M. Craſſo, quem ſemel ait in uita riſiſſe Lucilius nō cōtingit, ut ea re minus Agelaſtus, ut ait idē, uocaretur. Hæc Cic. Cōtigit aliquādo, ut Craſſus hic aſinū carduū cōſpexerit comedentē, eā ob rē dixiſſe fertur. Similē habēt labra lactucā, qđ poſteris in prouerbiū abijt, Eo faceto, ac feſtiuo ſermone (qđ nunquā antea expertus fuerat) in riſū tādē dicitur reſolutus. Quia igitur, nunq̃, uel ſemel tātū riſerit ἀγέλαστος, id eſt, mœſtus ſine riſu, uel ſi uerbū uerbo reddas, irriſibilis. Eadē reperies apud Macrob. ſecūdo Saturnaliū lib. Si qs (ut refert Plin.) lienē amiſerit, uel per uulnus exemerit, tradūt adimi riſum ſimul homini. Produ̅t q̄dā ioci intēperantiā, lienis cōſtare magnitudine. In Bactris, & circa Boryſthenē amnē, herbā Gelothophyllida (quaſi riſifoliū dicas) aiūt prouenire. Ea ſi bibatur cū myrrha, & uino, ridēdi finē non fieri, ni potis nucleis pineæ nucis, cum pipere & melle in uino palmeo, author. 24. uolumine Caius Plin. d *Inter alia Socrates.*) Neminē fere nobilium ſcripto-

propòſito. Pompònium Poëtam conſularem uirum a
nunquam ructaſse habetur inter exempla. Antoni-
am Druſi nunquam ſpuiſse percelebre eſt. Nonnul-
los naſci accepimus concretis oſsibus, eosq́; [a] neque
ſudare conſueuiſse, neque ſitire, qualis Syracuſa- b
nus [b] fertur Lygdamus, qui tertia & triceſima O-
lympiade, primus ex Olympico certamine Pan-
cratij coronam reportauit, eiúsque oſſa deprehenſa
ſunt medullas non habere. Maximam uirium ſub- c
ſtantiam neruos facere certiſsimum eſt, quantóque
fuerint denſiores, tantò propenſius augeſcere fir-
mitatem. Varro in relatione prodigioſæ fortitu-
dinis annotauit Tritanum [c] gladiatorem natura d
Sannitem fuiſse, qui & rectis, & tranſuerſis ner-
uis non modo crate pectoris, ſed & manibus
cancellatis, & brachijs, omnes aduerſarios leui
tactu, ac penè ſecuris congreſsionibus uicerit. Ei-
us filium militem Cnei Pompeij pari modo natum e
ita ſpreuiſse hoſtem prouocantem, ut inermi eum

ſcriptorũ reperies, qui nõ ſummis laudibus Socratis cõſtantiã celebrauerit. Hinc M. Cic. tertio Tuſcula. quæſt. lib. Hic eſt ẽm (inquit) uultus ſemꝑ idẽ, quẽ dicitur Xantippe prædicare ſolita in uiro ſuo fuiſſe Socrate, eodẽ uultu ſemper ſe uidiſſe exeuntẽ illũ domo, & reuertẽtem. Et primo Officiorũ. Nã (inquit) ut aduerſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre, leuitatis eſt. Præclara itaq; eſt æquabilitas in omni uita, & idẽ ſemper uultus, eademq́; frõs, ut de Socrate, idem. de C. quoq; Lælio accepimus. Illã (inquit epiſtola. 104. Seneca) mirabilẽ laudẽ, & ſingularẽ uſque ad extremũ, nec hilariorẽ quiſquam, nec triſtiorẽ Socratem uidit. Aequalis fuit in tãta inæqualitate fortunæ. Quantæ ſit conſuetudo efficaciæ ex Socrate ipſo licet perpendere. Hunc enim pertinaci ſtatu, ſtare ſolitum à ſummo lucis ortu, ad ſolem alterum orientem, inconniuentem, immobilem, ijſdem in ueſtigijs, ex ore, atque oculis eundem in locum directis cogitabundũ, tanquam quondam ſeceſſu mentis, atque animi facto à corpore. De eo Phauorinũ philoſophũ ſolitum dicere accepimus. ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον ἑστήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμμων. id eſt, ex ſole ad ſolẽ ſtetit erectior arboribus. Erat Socrati Philoſopho Xãtippe uxor moroſa nimiũ, & (ut fieri ſolet) uiro ſuo moleſta plurimum. Huius Xantippes in maritum intemperiem olim Alcibiades demiratus, Socratem rogat, quænam foret ratio, ut mulierem tam acerbam domo non extruderet. Quin (inquit Socrates.) cum illam domi talem perpetior, inſueſco, & exerceòr, ut cæterorum quoque foris petulantiam, & iniuriam facilius feram. Hæc ex Gellianis noctibus excerpſimus. De reliquis, Diogenes, Valerius, Lactantius, item reliqui. Inſeram huic loco, quod ad laudes Socratis maximè pertinet, Cicero ex quarto Tuſc. quæſt. libro uerba. Qui natura (inquit) dicuntur iracundi, aut miſericordes, aut inuidi, aut tale quid, hi ſunt eiuſmodi conſtituti quaſi mala ualetudine animi ſanabiles tamẽ, ut Socrates dicitur, cum multa in cõuentu uitia collegiſſet in eum Zopyrus, qui ſe naturam cuiusq́; ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt à cæteris, qui illa in Socrate uitia non agnoſcerent. Ab ipſo autem Socrate ſubleuatus eſt, cũ illa ſibi ſigna ineſſe, ſed ratione à ſe deiecta diceret. a *Neq; ſudare, neq; ſitire.*) Ex Plin. cap. 18. ſeptimi nat. hiſ. Demophon Alexandri præfectus ad umbram calefiebat, ſole uerò rigebat. Rurſus Andron Argiuus, ut ait Ariſtot. per arida Lybiæ loca abſq; potu iter agebat. Extat ſectio ſecunda problematum Ariſtotelis, de his quæ ad ſudorem pertinent. b *Syracuſanus Lygdamus.*) Plures fuerunt Lygdami. Tybullus ſecunda tertij, Propertius ſexta tertij, & octaua quarti. Lucan. in. 3. Strabo lib. 1. De quo aũt Solinus loquatur, nihil aliud præſens certũ habeo, fortè is eſt, quẽ Val. Max. tit. 12. lib. 9 Polydamũ uocat, quem Athletã fuiſſe ait. Is tẽpeſtate in ſpeluncã ſubire coactus, nimio, & ſubitu incurſu aquæ labefactata ea, ac ruẽte, cæteris comitibus fuga periculũ egreſſis, ſolus reſtitit, tanq; humeris ſuis totius ruinæ molẽ ſuſtẽtaturus, potẽtiore ſed põdere omni corpore humano preſſus hymbribus, petitã latebrã dementis fati, ſepulchrũ habuit. Pancratiũ genus certaminis, cõpactũ nomen ἀπὸ τοῦ παντός, & κράτος. id eſt, omni robore, qđ in genere certãdi robur omne aduocaretur. Fit de eo mẽtio tit. 2, noni digeſt. lege 7. Inde ſumptũ adagiũ apud Plautũ in Bacchilibus. Pancraticè, atq; Athleticè, de eo qui fortiter, & ualenter quippiã aggreditur. Ariſt. ca. 6. ſecundi de partibus animalium, & Plin. cap. 37. undecimi, docẽt in quibus medulla nulla, aut perexigua ſit. De neruis in quibus maximè conſiſtunt uires, Plin cap. 37. undecimi, & Ariſtot. ca. 5. tertij naturæ animaliũ. In prouerb. abijt. Totis neruis incũbere, cũ ſcilicet conatũ ſummũ ſignificare uolumus. Ouid. prima tertij de Põto. *Pectore de toto, cũctisq; incũbere neruis.* c *Tritanum.*)

a dextra ſuperaret,& captum digito uno in caſtra imperatoris ſui reportaret. Milonem[a] quoque Crotonienſem ferunt egiſſe omnia ſuprà quàm homo ualet. De quo etiam hoc proditur, quod ictu nudæ manus,
b taurum fecit uictimam, eumq́ ſolidum, qua mactauerat die, abſumpſit ſolus nõ grauatus. Super hoc nihil dubium. Nam factũ Elogium[b] extat. Victor ille omnium certaminum obijt. Sanè[c] Alectorius tra
c ditur lapis, qui Cryſtallina ſpecie in modum fabæ, gallinaceorum uentriculis inuenitur, aptus (ut dicunt) prælíantibus. Milo porrò[d] Tarquinij Superbi temporibus enituit.

De ſimilitudine formæ. Deq́ corporum quorundam proceritate. De menſura hominis. Nec non defunctorũ pudore. Cap. V.

d IAm[e] uerò qui deflexum animum referat ad ſimilitudinum cauſas, quantum ſit artificis naturæ

num.) Ex Plin.ca.10.ſeptimi. Tritanũ(inquit)in gladiatorio ludo Sãnitiũ armatura celebrẽ, filiũq́ eius militẽ magni Põpeij,& rectos & trãſuerſos cancellatim toto corpore habuiſſe neruos, in brachijs etiã manibusq́,author eſt Varro,prodigioſa uiriũ elatione. Atq́ etiã hoſtẽ ab prouocatione dimicantẽ, inermi dextra uno digito ſuperatũ,& poſtremo correptũ in caſtra trãslatũ. De eo citat authores Hermolaus cap.eodem Plinianarum caſtiga. a *Milo Crotoniates.*) Milo Crotoniates Diotimi (ut ait Pauſanias) filius, tantæ fortitudinis fuiſſe narratur, ut ictu unico nudæ manus taurum perimeret, peremptum die uno ſolus abſumeret. Punicum inſuper malum manu apprehenſum, tam arctè tenebat, ut nemo extorquere illi idipſum poſſet. Is cum ſemel conſtitiſſet, nemo eũ è ueſtigio educebat. Olympicorum ſexies, Pythiorum certaminum ſepties uictor fuit. Poſt hæc, plurimaq́ alia ab eo fortiter geſta, cũ ob ſenium an ſolitas uires amiſiſſet omnes, experiri uellet, querneum immiſsis in rimã digitis diducere conatus eſt, feciſſetq́ forſitan, niſi ante perfectũ conatus ſui opus, manus laſſaſſet. Sicq́ cum truncus in naturæ ſuæ uim rediſſet, Milo (heu humana imbecillitas) affixus manibus, ſe feris dilaniandum præbuit. Tanta fuit huius fortitudinis fama, ut apud Darium Perſarum regem celebre Milonis luctatoris nomen eſſet, author Herodotus in Thalia. b *Elogium extat.*) Virtutis ſuæ teſtificatio In Olympijs. Milonis huius æneam ſtatuã, in fortitudinis eius ſignũ ueteres poſuerunt. Erat aũt huiuſmodi. Milo ſuper diſcũ poſitus, ſimul uinctis pedib. inniti uidetur. Siniſtra autẽ malũ Punicũ tenet, dextræ autem manus digiti recti,& rigentibus ſimiles apparent. Quid aũt hæc ſignificarẽt, expoſuit Apollonius Tyanæus cũ in Olympijs eſſet, author Philoſtratus lib.4.uitæ Apollonij. In ea ſtatua elogiũ ſcriptum fuiſſe creditur. *VICTOR ILLE OMNIVM CERTAMINVM OBIIT.* Ab hoc Milone ferunt natũ adagiũ hoc. ἄλλος οὗτος ἡρακλῆς. Alius hic Hercules. Cũ enim experimẽto percepiſſet Titormũ quendã ſe lõge fortiorẽ, ob hoc plurimũ demiratus, ad cœlum manus erigens, hæc dixiſſe fertur. ὦ ζεῦ ἔφη μὴ τὸν ἡρακλῆν ἡμῖν ἕτερον ἔσπειρας; O Iupiter, inquit, num alterum Herculem nobis ſeminaſti? Hiſtoriã refert Cælius.11.Antiq.lect.lib.cap.69. c *Alectoria uſum.*) Ex Plin. hæc cap.10. triceſimiſeptimi Naturalis hiſtoriæ. Sumptũ nomen à Gallo Gallinaceo, in cuius uẽtriculis inuenitur hic lapis, ἀλέκτορα enim Græci gallum dicũt. d *Tarquinij Superbi temporibus enituit.*) Manifeſtus error in Gellianis noctibus cap. 16.15. quo loco recenſet eſſe ſcriptum in Cronicis Olympiade prima, Milonẽ hunc coronatũ fuiſſe, cũ cõſtet Tarquiniũ Superbũ anno 4. Olympiadis primæ & ſexageſimæ principatũ inijſſe. Dionyſius 4. antiq. Romanarũ libro. Præterea floruit ſub Dario quarto Perſarũ rege, ut ex citato Herodoti loco cõſtat. Darius aũt is ex Euſebio,& reliquis, tẽpore Tarquinij Superbi, Perſarũ tenuit principatũ. Aſſerit rurſus Strabo.lib.16. Milonẽ fuiſſe Pythagoræ diſcipulũ. Pythagoras aũt eiuſdem Tarquinij floruit temporibus, ut etiã ex cap.11. infra patet. Sunt aliquot uetuſta Solini exemplaria, quæ eũ Priſci Tarquinij enituiſſe, habeant. Forte legendũ, Priſci Tarquinij,& Superbi tẽporibus, propter quædã exemplaria, in quibus ſcriptum eſt, Priſci Tarquinij Superbi temporibus.

I*Am uerò.*) Ariſtot. ſimilia ea eſſe dicit, quorũ ſit qualitas una, qđ de unitate cõmuni,& imperfecta intelligendũ eſt. Ex quo infert doctor Subtilis nõ eſſe niſi imperfectã extra deũ ſimilitudinẽ, qđ eius proximũ fundamẽtũ imperfectum ſit,& nõ unitate numerali unũ. Qui de natura animaliũ ſcripſerũt nõ paucas conati ſunt reddere rationes, cur ſint filij parẽtibus, in toto, uel parte ſimiles, uel diſſimiles. Plinius cap. duodecimo ſeptimi, unde hæc Solinus mutuatus eſt, has refert cauſas. Similitudinũ

ingenium, deprehendet. Interdum [a] enim ad genus ſpectant, & per ſobolem in familias tranſitus faciunt. Sicut plerumꝗ paruuli modò neuos, modò cicatrices, modò qualeſcumꝗ origenis ſuæ notas ferunt. Vt in Lepidis, quorum tres interuulſa tamen ſerie ex eadem domo obducto membrana oculo, ſimiles geniti reperiuntur.

(inquit)in mente reputatio eſt,& in qua credantur multa fortuita pollere, uiſus, auditus, memoriaꝗ, hauſtæ imagines ab ipſa conceptæ. Cogitatio etiã utriuslibet animo ſubito trãſuolans effingere ſimilitudinem,aut miſcere exiſtimatur. Ideoꝗ plures in homine,ꝙ in cæteris omnib. animalib. differẽtię, quoniã uelocitas cogitationũ,animi celeritas,& ingenij uarietas,multiformes notas imprimit, cũ cæteris animantib. immobiles ſint animi,& ſimiles om̃ibus,ſingulisꝗ in ſuo cuiꝗ genere. Non diuerſa multum reperies apud Val. Maximum. 15. libri noni, in principio. Quid philoſophi ſint de hac materia opinati refert Plutarch. 5. de placitis philoſophorum libro. Empedocles (inquit) ſimilitudines fieri corporũ ſemine inualeſcẽte, diſſimilitudines uerò ſeminali calore in uaporẽ euanido. Parmenides cum à dextra uuluæ parte fœtus editur, patrem referre, cum uerò ab læua matrem. Stoici toto corpore,atꝗ ab anima ſemina ꝓdire. Vnde & ſimilaritates affingere figuras, formasꝗ iiſdem ex generibus, haud ſecus,atꝗ pictorem iiſdem ex pigmẽtis effigiẽ facientẽ,eius quẽ imitari ſtudet. Cæterũ emittere mulierẽ etiãnum ſemina. Quod ſi euicerit mulieris ſemẽ,partũ mulierẽ referre,ſin uiri,uirũ. Medicorũ pleriꝗ fortuitu,& temere,prout refrixerit,tum uiri,tum mulieris ſemen,parentibus naſci diſſimiles pueros. Empedocles uiſo ſub cõceptum oblato informari infantem. Etenim mulieres ſimulachra ſæpiuſcule,ſtatuasꝗ in delicijs habuiſſe, ſimilesꝗ iis partus enixas. Stoici cõcordia mẽtis,& radiorũ,atꝗ imaginũ ſub defluuiorũ inſinuationes,fieri parentũ,prolisꝗ ſimilitudines. Eleganter explicat hæc Cenſorinus ca. 5. libri quẽ de die natali inſcripſit. Multa Auicenna uiceſimaprima Fen tertij Canonis. Et Lactan ca. 12. de opificio dei. Multis carminibus canit hoc Lucretius lib. quarto de rerũ natura,cuius uerſus mox abſcribemus. Quæſtio ſcitu digniſsima,cur ſcilicet ꝓles cæterorũ animãtiũ magis ꝙ hominis,ſuis parẽtib. ſimilẽ gerit naturã? An qđ homo uago,barioꝗ plurimũ animo in coitu eſt? Pro ut aũt pater materꝗ in conceptu affecti fuerint, ita partus euariant. Cætera uerò animantia omnia,aut certè plurima rei tantũ ipſi intendunt,totaꝗ ſeſe Veneri dedunt. Adde quod ob eã auiditatẽ minimè repleri,magna ex parte patiũtur. Ex Ariſtot. decima ꝓblematum ſectione. Quæſtio rurſus alia. Cur pleriꝗ ſtulti(nam hæc quoꝗ ad animũ trãsferũtur) liberos prudentiſsimos procreauerunt? Quod homines ſtultiores(inquit primo problematũ Alexãder)cum cõcumbũt,totos libidini ſeſe dedũt, Itaꝗ animo penitus in corporis cõcreationẽ demerſo, aſtrictoꝗ rei tãtum Venereæ ſemen uires optimas,tũ rationales,tum naturales ademptũ perfluit, creatꝗ proinde hominẽ prudentiorẽ. At homines prudentes,& docti,ſemper aliquid uel honeſti,uel utilis animo complectũtur,ne in ipſo quidem Venereo coitu omninò à rerũ ſtudio deſiſtunt. Itaꝗ animo remiſſiori ꝓfluens ſemẽ expers lõge facultatis illius animalis incũbit. Hinc etiã deduci ratio poteſt, cur homines ſtulti,atꝗ indocti,filios robuſtos maximè procreant. Prudentes,& docti imbecillos. Extat de hac ipſa re Titulus quintus libri tertij,apud Maximũ Valerium. a *Interdum enim ad genus*.) Ariſtot. cap. 6. ſeptimi Naturæ animalium ſic ait: Similes etiam aliqui parẽtibus,aut auis,ſuisꝗ maioribus generantur. Aliqui ſimilitudinis nihil referunt. Redditur etiã uel poſt plures eiuſdem proſapiæ,ut in Sicilia eius,quæ adulteriũ cum Aethiope cõmiſerat,filia nõ colorẽ patris Aethiopis retulit,ſed qui natus ex hac eſt,in auũ Aethiopẽ regenerauit. Fœminę magna ex parte matri,mares patri ꝓueniũt ſimiles. &c. Eadem reperies ca. 12. ſeptimi,apud Plin. Hæc eleganter à Lucretio lib. 4. referuntur,cum inquit.

Quare etiam atꝗ etiam (ut dico) eſt communis uoluptas,
Et commiſcendo cum ſemen forte uirili
Fœmineum mulſit ſubita ui, corripuitꝗ
Diuerſi cupide ſummis ex uiribus tendunt.
Tum ſimiles matrum materno ſemine fiunt,
Vt patribus patrio,ſed quos utriuſꝗ figuræ
Eſſe uides miſtim miſcenteis multa parentum
Corpore de patrio,& materno ſanguine creſcunt,
Semina cum Veneris ſtimulis excita per artus
Obuia conflixit conſpirans mutuus ardor,
Et neꝗ utrum ſuperauit eorum,nec ſuperatumſt,
Fit quoꝗ ut interdum ſimiles exiſtere auorum
Poſsint,& referant proauorum ſæpe figuras,
Propterea,quia multimodis primordia multis
Mixta ſuo cælant in corpore ſæpe parentes,

Qua

Quæ patribus patres tradunt à ſtirpe profecta.
Maiorumq́ refert uoltus, uocesq́, comasq́
Fiunt, quàm facies, & corpora, membraq́ nobis
Maternoq́ mares exiſtunt corpore Creti, &c.
Inde Venus uaria producit forte figuras
Quandoquidem nihilo magis hæc à ſemine certo.
Et muliebre oritur patrio de ſemine ſæclum,

a *Vel ut in Byzantino nobili poëta.*) In omnibus Solini uetuſtis exemplaribus, quæ uidere pòtuimus, ſcriptũ eſt. In Byzãtino nobili pugile. Plin. autem ait, indubitatũ exemplũ eſt, Nicei nobilis Poëtæ Byzantij geniti. Ariſtot. (ut mox retulimus) in Sicilia ipſum factũ ſcribit. b *Regem Antiochum Artemon ex plebe Syriaca.*) Vetuſta ferme omnia Solini exemplaria, Artemõ habent. Pliniana, Arteon. Antiocho regi Syriæ (inquit) è plebe nomine Arteon in tantum ſimilis fuit, ut Laodice coniunx regia, necato iam Antiocho munus per eum commendationis, regniq́ ſucceſſionis peregerit. Apud Val. Max. tit. 15. lib. noni, non Artemon, ſed Artenio legitur. Itẽ nõ ex plebe Syriaca, ſed unus (inquit) ex æqualibus & ipſe regiæ ſtirpis nomine Artenio, regi Antiocho perquàm ſimilis fuiſſe traditur. Lectori & hæc pẽſitãda relinquimus. De morte regis Antiochi non uſq́ quaq́ cõueniunt authores. Plin. minor dicit eum ultra Taurũ montem à L. Scipione relegatum, à ſodalibus, quos in cõuiuio temulẽtus pulſauerat, fuiſſe peremptũ. Iuſtinus aũt lib. 32. aſſerit incolarum cõcurſu interfectum Antiochũ, cum templum Dodonæi Iouis ſpoliare uellet. Vide quæ ſcripſimus cap. 8. ſecũdi apud Florum. c *Populari iſto.*) Vili, & plebeio homine. Plautus, Præſtat diuitem eſſe, ac popularem, quàm nobilem, & mendicum. d *Inter Cn. Pomp. & C. Vibium.*) In ueteribus Valer. Maxim. exemplaribus, Iunium, non Vibium reperies, Quod & Hermolaus Barbarus annotauit. e *L. Plancum.*) Exemplum hoc à Plin. non autẽ à Valerio relatum eſt. f *Armentarius Mirmillo.*) Hunc locum exponit Hermolaus in dictione Armẽtarius, poſt Plinianas Caſtigationes. Exẽplũ hoc refertur à Plinio. Duo ſtatim ſequentia à Plinio, & Maximo Valerio. g *Marcus Meſſala.*) Plinius cap. 12. libri ſeptimi. Rurſus (inquit) Curioni patri Burbuleius. Itẽq́ Meſſalæ Cenſorio Menogenes perinde Hyſtriones. h *Piſcator ex Sicilia.*) Plinius eodem loco. Suræ quidem proconſulis etiam rictum in loquendo, contractionem linguæ, & ſermonis tumultum non imaginem modò, piſcator quidã in Sicilia, reddidit. Valerius Maximus addit Proconſulis huius in piſcatorẽ Siculum iocum, & contrà piſcatoris in Proconſulem petulantiam. Ille uerò (inquit) quem in Sicilia prætoris admodum ſimilem fuiſſe conſtat, petulantis animi. Proconſule enim dicente, mirari ſe quapropter ſui tam ſimilis eſſet, cũ pater ſuus in eã prouinciã nunq́ acceſſiſſet. At meus (inquit) Romã frequẽter acceſsit. Ioco nãq́ laceſſitã matris ſuæ pudicitiã inuicẽ ſuſpitione in matrẽ eius reiecta, audacius, q́ uirgis, & ſecuribus ſubiecto conueniebat, ultus eſt.

a Vel [a] ut in Byzantino nobili poëta, qui cum matrem haberet adulterio ex Aethiope conceptam, quæ cum nihil patri comparandum reddidiſſet, ipſe in Aethiopem auum regenerauit. Sed hoc minus
b mirum, ſi reſpiciamus ad ea, quæ ſpectata ſunt inter externos. Regem [b] Antiochum Arthemon quidam ex plebe Syriaca, ſic facie æmula mentiebatur, ut poſtmodum Laodice uxor regia, obiecto popu-
c lari [c] iſto, tam diu diſſimulauerit defunctum maritum, quoad ex arbitratu eius, regni ſucceſſor ordinaretur. Inter [d] Cn. Pompeium, & C. Vibium humili loco natum, tantus error extitit de paribus lini-
d amentis, ut Romani Vibium Pompeij nomine, Pompeium Vibij uocabulo cognominarent. Oratorem Lucium [e] Plancum, Rubrius Hiſtrio ſic impleuit, ut & ipſe plancus à populo uocaretur, Ar-
e mentarius [f] Mirmillo, & Caſſius Seuerus orator, ita ſe mutuo reddiderunt, ut ſi quando pariter uiderentur, dignoſci non poſſent, niſi diſcrepantiam habitus indicaret. Marcus [g] Meſſala Cenſorius, &
f Menogenes, ex fece uulgari, hoc fuerunt uterque, quod ſinguli, nec alium Meſſalam, quàm Menogenem, nec alium Menogenem, quàm Meſſalam putauerunt. Piſcator [h] ex Sicilia Proconſuli Suræ præ-
g ter alia rictu oris comparabatur, ita in eodem uocis impedimento, & tarditate ſono linguæ naturalibus offendiculis congruebant. Interdum uerò non modò in externos, ſed etiam inter conductos ex diuer-

ſiſſima parte orbis miracula, indiſcreti uultus fue= a
re. Denique cum Antonio [a] iam Triumuiro, Thora
nius quidam eximios forma pueros uelut geminos
trecentis [b] Sextertijs uendidiſſet, quorum alterum
de Tranſalpina Gallia, alterum ex Aſia comparaue= b
rat, adeoq́ una res uiderentur, niſi ſolus ſermo fi=
dem panderet. Atque ideo cum irriſum ſe Anto=
nius grauaret, non infacetè Thoranius id uel præci=
puè, quod emptor criminabatur, precioſum com= c
probauit. Neque enim mirum ſi forent pares ge=
mini, illud nullis poſſet taxationibus æſtimari, quod
tantis ſpacijs diuerſitas ſeparatos, pluſquàm gemi=
nos contuliſſet. Quo reſponſo adeò Antonius mi= d
tigatus eſt, ut deinceps nihil ſe habere carius in ſua
ſubſtantia iactaret. Nunc ſi de ipſis hominum
formis requiramus, liquidò manifeſtabitur, nihil de
ſe antiquitatem mendaciter prædicaſſe, ſed [c] corruptã
degeneri ſucceſſione ſobolẽ noſtri tẽporis ꝑ naſcẽtiũ

a *Cum Antonio.*) Refertur pariter à Plinio ubi ſuprà. Troianus (inquit) M. Antonio iam triũuiro eximios forma pueros alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos uendidit, tanta unitas erat. Poſtquam deinde ſermone puerũ detecta fraude à furente increpitus Antonio eſt inter alia magnitudinẽ precij requirẽte (nam ducentis erat mercatus ſeſtertijs) reſpondit uerſutus ingenij mãgo, ob id ipſum tanti uẽdidiſſe, quoniã nõ eſſet mira ſimilitudo in ullis eodem utero editis. Diuerſarum quidẽ gentium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem taxationẽ. Adeoq́ tempeſtiuam admirationẽ intulit, ut ille proſcriptor animus, mero & contumelia furẽs, non aliud in cenſu magis, & in fortuna ſua duceret. In Edicto Aedilitio, qua parte de mancipijs uendundis cautum eſt, ſcriptum ſic fuit. Titulus ſeruorum ſingulorum, ut ſcriptus ſit curato, ita uti intelligi rectè, quid morbi, uitij ue ſit. Quis fugitiuus, erroue ſit, noxa ue ſolutus non ſit &c. Libro 21. Digeſtorũ tit. 1. Lege, Labeo ſcribit. Et eodẽ titulo .l quis ſit fugitiuus. Idẽ Vlpianus, Si quis (inquit) affirmauerit aliquid adeſſe ſeruo, nec adſit, uel abeſſe & adſit, utputa ſi dixerit, furem nõ eſſe & fur ſit, ſi dixerit artificem eſſe & nõ ſit. Hi enim quia quod aſſeuerant, non præſtant: aduerſus dictum, promiſſum ue facere uidentur. Et lege mox ſequenti uerba Gaij iurepiti ſunt. Si qd (inquit) uẽditor de mãcipio affirmauerit, id q́ nõ ita eſſe emptor q̃ratur, aut redhibitorio, aut æſtimatorio, id eſt, quãto minoris iudicio agere poteſt. Verbi gratia, Si cõſtãtẽ & laborioſũ, aut curacẽ, aut uigilacẽ eſſe, aut ex frugalitate ſua peculiũ acqrẽtẽ affirmauerit, & is ediuerſo leuis, ꝓteruus, deſidioſus, ſomniculoſus, piger & tardus, cõmeſſor inueniatur. Hæc oĩa uidẽtur eo pertinere, ne id qđ affirmauit uẽditor amare ab eo exigatur, ſed cũ quodã tẽperamẽto, ut ſi fortè cõſtantem eſſe affirmauerit, nõ exacta grauitas, & cõſtãtia quaſi à Philoſopho deſideretur. Et ſi laborioſum, & uigilacem affirmauit eſſe, nõ cõtinuus labor per dies noctes q́ ab eo exigatur, ſed hæc omnia ex bono, & ęquo modicè deſiderẽtur, &c. Subdit idẽ Vlpian. Sciendũ tamẽ eſt (inqt) quædã, & ſi dixerit præſtare eũ nõ debere, ſcilicet ea q̃ ad nudã laudẽ ſerui ꝑtinent, ueluti ſi dixerit frugi, ꝓbũ, dicto audientẽ. Vt eñ Pedius ſcribit multũ intereſt cõmẽdãdi ſerui cauſa quid dixerit, an uerò præſtaturũ ſe ꝓmiſerit, quod dixerit. Planè ſi dixerit aleatorẽ nõ eſſe, furẽ non eſſe, ad ſtatuam nunquã confugiſſe, oportet eũ id pręſtare. Similia his ſcribuntur titulo 58. 4. lib. Codicis. Mercatoris cõmunis mos eſt, qđ ſecũdo epiſtolarũ ad Iuliũ Florũ ſcribit Horat. *ut plenius æquo. Laudet uænales, quas uult extrudere merces.* Aul. Gel. cap. 2. quarti. Noc. Atti. Edictum hoc de ſeruis uendẽdis, & emẽdis, quæ ue uicia à uẽditori exprimi debeãt, multis uerbis exequitur. Vlpianus tit. primo 21. lib. Digeſt. le. 1. & le. 17. Verba ſunt Pauli iureperiti tit. ſecũdo. 19. libri Digeſt. le. 25. Quemadmodum (inquit) in emẽdo & uendendo naturaliter cõceſſum eſt, qđ pluris, minoris emere, quod minoris ſit, pluris uendere, & ita inuicẽ ſe circũſcribere. b *Trecentis ſeſtertijs.*) Ducentis ſcribitur in codicib. Plinianis. cap. 12. lib. 7. In Plinio an Solino mendũ ſit, obſeruatores uiderint. c *Corruptam degeneri ſucceſſione.*) Ex hiſtorijs, & magiſtra rerũ experientia cõſtat, poſteros lõgo uiuẽdi æuo, corporũ uiribus, habitu, & uultus forma, & omnino corporis magnitudine, plurimũ à ueterib. degeneraſſe. Harũ diuerſitatum Theologi has præſertim cauſas reddiderũt. Cõplexionis priſtinæ, ſupra nouã, bonitatẽ, uiuẽdi tũc hominũ moderationẽ, nutrimẽti puriorẽ naturã, ueterũ illorũ maiorem rerũ ſcientiã, qua poterant conuenientia ꝓſequi, ac euitare cõtraria. Adderãt tũc quoq́ ſyderũ aſpectus meliores. Et tandem id totũ referũt in dei parentis noſtri diſpoſitionẽ, uti ex paucis hominibus, genus amplificaretur humanũ. Qui harũ cauſarũ tractatũ expetunt longiorẽ, adeant Nicolaũ Lyrenſem in Cõmentarijs quinti capitis ſuper Geneſim. Recenſuit hæc Cælius Rhodiginus cap. 17. libri antiquarũ lectionum undecimi.

a *Longi-*

a detrimenta, decus ueteris pulchritudinis perdidiſſe. Licet ergo plerique definiant nullum poſſe excedere longitudinem [a] pedum ſeptẽ, quod intra [b] menſuram iſtam Hercules fuerit, deprehenſum tamen b eſt Romanis temporibus ſub Diuo Auguſto, [c] Puſionem, & Secundillam, denos pedes & amplius habuiſſe proceritatis, quorum reliquiæ adhuc in conditorio Saluſtianorum uidẽtur. Poſtmodum Diuo c Claudio principe, Gabbaram nomine ex Arabia aduectum, nouem pedum, & totidem unciarũ. Sed anante Auguſtum fermè annis mille non apparuit forma huiuſmodi, ſicut nec poſt Claudiũ uiſa eſt. Quis d enim æuo iſto non [d] minor parentib. ſuis naſcitur? Priſcorum autẽ molem teſtantur etiam Oreſtis [e] ſuprema, cuius oſſa Olympiade quinquageſima & octaua Tegeæ inuẽta, à Spartanis oraculo monitis didicimus impleſſe longitudinem cubitorum ſeptem.

a *Longitudinem pedum ſeptem.*) Quibus fabulas conſectari mos fuit, mira, & credulitatem excedẽtia de Gigantibus tradiderunt. Atlantem uertice cœlum ſuſtinentem, Antei tibiam cubitorum ſexaginta, Bryareum Centimanũ, Polyphemũ maria pedib. tranſmeantẽ, Orionẽ, Etionemq́ꝫ ſex & quadraginta cubitos adæquaſſe. Nec negant Theologi, fuiſſe Gigantes aliquando impiũ genus hominum, ſed non tam uaſtę magnitudinis omnino fuiſſe, ſed qui cõmunẽ, & cõſuetã aliorũ ꝓceritatem plurimum exceſſerint. Gigãtes (inquit Macrobius) nihil aliud fuiſſe credẽdum eſt, quàm hominũ quandã impiam gentẽ, deos negantẽ, & ideo exiſtimatam deos pellere de cœleſti ſede uoluiſſe. Horum pedes in Draconum uolumina deſinebant. Quod ſignificat nihil eos rectum, nihil ſuperum cogitaſſe, totius uitę eorum greſſu atqꝫ proceſſu in inferna mergentem &c. Sed cur homines uaria ſtatura proueniũt? Ariſtotelem adeas decima ſectione ꝓblematũ idipſum perdoctiſſimè diſſoluentem. Rurſus. Cur mares corpore maiore ex toto penè ſunt, quàm fœminæ? Idẽ Ariſtot. hãc eodem loco diſſerit q̃ſtionẽ. Homines prægrandi corpore plerũqꝫ ſũt ingenio hebeti, atqꝫ ſtolido. Vnde authore Iulio Capitolino, factũ eſt, ut cũ de lõgis, & ineptis hominib. loq uolumus, eos Maximini caligam nominemus, quod Imperatoris magno corpore exiſtẽs, ratione fuerit parũ ualida. Sed cur homines, q̃ breui ſunt corpore prudẽtiores magna ex parte ſunt, q̃ q lõgo? Quoniã (inquit primo ꝓblematũ Alexander) animus toto in corpore coactius, & cõptius manet, ſi breue eſt. Si longũ paſſus, per lõgitudinẽ exoluitur, & hebetaſcit. Vnde Homerus Vlyſſem breuẽ, ac prudentiſſimum refert, Aiacẽ longũ, & ſtultiſſimũ ꝓdidit. b *Intra menſurã iſtam Hercules fuerit.*) Extat caput primum apud Gelliũ primi noct. Atticarũ lib. quanã ratione Pythagoras, Herculis magnitudinẽ deprehenderit. c *Puſionẽ & Secundillam.*) Horũ duorũ. Rurſus Gabbaræ, à Plinio cap. 20. ſeptimi refertur hiſtoria. d *Non minor parẽtibus ſuis naſcitur.*) Homerus poẽta cõqueritur mortaliũ corpora minora in dies fieri. Plin. cap. 16. lib. ſeptimi. Iam uerò (inquit) ante annos propè mille uates ille Homerus, nõ ceſſauit minora corpora mortalium, q̃ priſca cõqueri. Idẽ refert Aulus Gel. ca. 10. tertij noct. Atti. e *Oreſtis ſuprema.*) Poſt Lycurgi obitum, Lacedæmonij bellum Arcadibus inferre ſtatuerunt, ſed oràculo territi aduerſus Tegeates arma parant, oraculo huiuſmodi moniti. *Saltandam Tegeam planta plaudente daturus.* Cum aũt à Tegeatibus ſæpe uicti fuiſſent, rurſus ad oraculũ ſciſcitaturi mittunt, quanã ratione poſſent Tegeates prælio ſuperare, Reſpõſum à Pythia id futurũ, ſi Oreſtis Agamẽnonis filij oſſa in patriam deportarẽt. Sed cũ ea oſſa inueniri nõ poſſent, tertio Delphicũ oraculũ adierunt petituri quonã eà oſſa reperire quirent. Quibus ab oraculo ita reſponſum eſt. *Eſt pars Arcadiæ, Tegeæ in regione patenti.*

Hic duo flant uenti ui peruehemente coacti,
Forma hoſtis formæ, & plagæ ſuperindita plaga,
Hic Agamemnonides terra omniparente tenetur.
Quo tu ſublato Tegeæ ſperabere uictor.

Ea tandẽ oſſa Lyches Lacedæmonius reperit, atqꝫ Spartã ſummo honore deportata. Nec diu pòſt iuxta oraculi ſentẽtiã, hoſtes Tegeates fortiter ſuperarũt, hiſtoriã abũdè ſcribit Herod. li. 1. Septipedalẽ Oreſtis magnitudinẽ Gel. ca. 10. 3. No. Atti. exiſtimat fabuloſam. Sed ex Varr. ſentẽtia affirmat, modũ ſummũ adoleſcẽdi humani corporis, ſeptẽ pedes eſſe, qđ eſſe magis uerũ (inqt) arbitramur, q̃ qđ Herod. homo fabulator in primo hiſtoriarum inuentũ eſſe ſub terra ſcripſit, Oreſtis corpus cubita lõgitudinis habẽs ſeptẽ, q̃ faciũt (inqt) pedes 12. & quadrãtẽ. Sed ex his, q̃ ca. 16. ſeptimi refert Plin. Herod. opinio q̃ Var. & Gel. uerior eſſe uidetur. Huius etiã magnitudinis & Achillis corpus fuiſſe narrãt. Vnde Lycoph. ἑπταπάγυιν, uel ἑπταπυγόνιον Achillẽ à .7. cubitis appellauit.

Scripta quoque ex antiquitate memorias acceſſunt a
in fidem ueri, quibus receptum eſt, quod bello [a] Cre
tico cum elata flumina impetu plus quàm ui am=
nica inuecta terras rupiſſent, poſt diſceſſum flumi=
num inter plura humi diſſidia humanum corpus re= b
pertum cubitûm trium atque triginta, cuius ſpectan
di cupidine L. Flaccum legatum, Metellum etiam
ipſum impendiò admodum captos miraculo, quod
auditu refutauerant, oculis potitos. Non omi= c
ſerim Salaminæ [b] Euthymenis filium creuiſſe in
triennio tria cubita ſublimitate, ſed inceſſu tardo,
ſenſu hebeti, robuſta uoce, pubertate feſtina, ſta=
timq; obſeſſum morbis plurimis, immoderatis æ= d
gritudinum ſupplicijs compenſaſſe præcipitem in=
crementi celeritatem. Menſuræ [c] ratio bifariam
conuenit. Nam quantus manibus expanſis inter
digitos longiſſimos modus eſt, tantum conſtat eſſe e
inter calces, & uerticem. Ideoq; phyſici hominem
minorem mundum eſſe iudicarunt. Parti [d] dex=
træ habilior aſcribitur motus, læuæ, firmitas ma=
ior. Vnde altera geſticulationibus promptior eſt, f
altera oneri ferendo accommodatior. Pudoris
[e] diſciplinam etiam inter defuncta corpora natura
diſcreuit, ut ſi quando cadauera necatorum flucti=
bus euehuntur, uirorum ſupina, prona fluitant fœ= g
minarum.

De uelocitate, uiſu, deq; Romanorum quorundam fortitudine. Ac Cæſaris Dictatoris excellentia. Cap. VI.

VErum [f] ut ad pernicitatis titulum tran= h
ſeamus, primam palmam uelocitatis

a *Bello Cretico.*) Hiſtoriam recenſet Plinius. cap. 16. lib. ſeptimi. b *Salaminæ.*) In quibuſdam Solini exemplaribus, Salamina reperies, ut ſit nomen uiri, ſiue pueri eius, de quo hic agitur. Res leuiuſcula, ſed quam Hermolaus Barbarus etiam adnotauit. c *Menſuræ ratio bifariam conuenit.*) Verba Plinij ſunt ex cap. 17. lib. ſeptimi. Quod ſit hominum ſpatium à ueſtigio (inquit) ad uerticem, id eſſe pāſis manibus inter longiſſimos digitos, obſeruatum eſt. Scribit Ariſtot. ſecundo uolumine eorum librorum, quos de Anima inſcripſit. Natura conſtātiū omniū, terminū poſitum eſſe, & rationem magnitudinis, & augmenti. Simile ſcribit Diuus Auguſtinus cap. primo ſuper Geneſim. d *Parti dextræ.*) Ex Plinio cap. 17. libri ſeptimi. Conſtat ſanè dextrum, & ſiniſtrum ex ſimilib. ferè partibus, atq; eiſdem, uerū ſiniſtra omnia ſunt imbecilliora. cap. 15. primi, naturæ animaliū Ariſtotelis. Idē cap. 1. ſecūdi eiuſdem operis. Solus (inquit) animaliū homo ambidexter, hoc eſt, dexter manu utraq;, naſcitur. Sed cur ſint dextera ſiniſtris agiliora, habilioraq;. An quod iecur ob ſanguinis copiam, calidum omnino natura eſt. Iecur aūt in dextero latere ſitum eſſe conſtat. Siniſtri autem quidam fiunt ob plurimū cordis calorē, ſiniſtrā partem in homine poſsidentis. Ambidexter ex eo quis efficitur, quòd tā iecur quā cor ipſum, calorem dextræ debitum, in ſiniſtrā diffundant. Sed cur ſiniſtra parte facilius pondera ferre poſſimus, cum hæc infirmior ſit, quàm dextera? Quoniam (inquit in quæſtionibus Alexander) dextera, ut ualidior, læuæ ſubuenit, leuatq; aliquantulum onus. Quod quidem officium læua præſtare dextræ ſuam ob imbecillitatē, non poteſt. Vel ut alibi tradit, quoniā materia partis læuæ oppreſſa plus edurare, patiq;, q̄ dextera poteſt. Quippe cum altera difficilius, altera facilius moueatur. Differit idem author in fine ſecūdi problematum, cur pars dextera ſanabilior ſit, quàm læua. Quoniā (inquit) per exercitationem ampliorē materiæ cōmpeſcuntur, redduntur q; ſanitati oportuniores. e *Pudoris diſciplinā.*) Ex Plin. cap. 17. lib. ſeptimi. Mira naturæ uis, q̄ ꝓuida quadā ratione ſicut dum uiuimus, ea, quæ pudoris plena ſunt, eo loco cōſtituta ſint, ubi operta ueſtibus, elucere non poſsint, ita & poſt morte quoq; in fœminis præſertim eadē ſeruanda mōſtrauit. Nā cū uirorū cadauera ſupina fluitent, fœminarū tamē prona uelut pudori defunctarum parcente natura. Sunt qui hūc locū peruertant, ſic legentes. Virorū prona, ſupina fluitant fœminarū. V*Erum ut ad pernicitatis.*) Relaturus aliqua de fortitudine Solinus, præmittit quorundam miram pedum pernicitatem. Eſt enim & hæc quædam fortitudinis ſpecies. Eſt aūt fortitudinis duplex ge

nus

a Ladas [a] quidam adeptus eſt, qui ita ſupra cauum puluerem curſitauit, ut arenis pendentibus nulla indicia relinqueret ueſtigiorum. Polymeſtor Mileſius puer, cum à matre locatus eſſet ad caprarios
b paſtus, ludicro leporem conſecutus eſt, & ob id ſtatim productus à gregis domino Olympiade ſexta, & quadrageſima (ut Bocchus author eſt) uictor in ſtadio meruit coronam. [b] Philippides biduo mille ducenta quadraginta ſtadia ab Athenis Lacedæmonem cucurrit. Aniſtius [c] Lacon, &

nus, Vnũ quod ad corpus pertinet, alterũ aũt quod ad animũ transferunt. Primũ tñ Solinus exequitur hac parte. Id aũt definiũt, ut ſit robur quoddã, ex corporis optima diſpoſitione ꝓueniens, de quo exempla plurima refert Max. Valerius lib. tertio. Solinus uerò more ſuo, Pliniũ in ſeptimo ca. 10. imitatur. Alterum fortitudinis genus ad animum pertinet, & uirtutẽ. Eam. M. Cicero 1. Officiorũ lib. definiens. Ita (inquit) probè definitur à Stoicis Fortitudo, cum eam uirtutẽ eſſe dicũt pugnãtẽ pro æquitate. Quo circa nemo, qui fortitudinis gloriã conſecutus eſt, inſidijs, & malicia, laudem eſt adeptus. Nihil enim eſſe honeſtum poteſt, quod iuſticia uacat. Et tertio libro eiuſdem præclari operis. Fortitudo (inquit) eſt dolorum, laborumq́ꝫ contemptio, cuius proprium eſſe dicit, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poteſt, intolerandum putare. Et Seneca epiſt. 113. Fortitudo (inquit) eſt munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile, quod qui circundedit ſibi ſecurus in hac uitæ obſidione perdurat. Vtitur enim ſuis uiribus, ſuis telis. Et circa finem ſecundi de beneficijs. Fortitudo eſt pericula iuſta contẽnens, aut ſcientia periculorũ expellẽdorũ, excipiendorũ, prouocandorũ. Et epiſto. 88. Fortitudo contemptrix timendorum eſt, terribilia, & ſub iugũ libertatem noſtrã mittentia deſpicit, prouocat, frangit. Ariſto. ſecundo, & tertio Ethicorum dicit fortitudem eſſe, inter timores, & audacias quãdã mediocritatẽ. Quærit Ariſto. in Problematis. Cur fortitudinẽ maximè honore proſequũtur reſpublicæ, quæ tamen uirtutũ præcipua nõ eſt. An quia ſemper uel ipſæ bellũ alijs inferunt, uel ab alijs ſibi illatũ patiuntur. Hæc autem uirtus perutilis utranq́ꝫ in partem eſt. Honorant uerò nõ quæ optima ſunt ſed quæ optima ſibi exiſtiment. Quærit eodem præclaro opere, Cur homines fortes magna ex parte uinoſi ſunt. An (inquit) quia fortes calidi ſunt, Calor aũt in pectore conditus eſt. Ibidem eñ metum quoq́ꝫ refrigeratione quadã effici nouimus, ut cor fortibus caloribus copia fultũ perſiſtat, timidis refrigeratũ inſiliat. Ergo qui ſanguinolentũ habent pulmonẽ, calidũ hunc modo uinolentorũ gerũt, ita ut rei aduerſæ ſuſpitione refrigerari non queant, At qui ita ſe habent, bibendi auidi eſſe conſueuerũt. Nã & bibendi cupiditas membri eius calore oritur, ut aliàs dictum eſt, & cupiditas ipſa non niſi rei uim ſedandi habẽtis deſyderatio eſt. Vinum autem etſi natura calidũ eſt, ſitim tamen amplius, q̃ aqua extinguere poteſt, maximeq́ꝫ id hominũ, quã ob cauſam dictum aliàs eſt, ex quo & qui ſpirandi difficultate laborant, aut inſania uexantur, uinũ admodũ cupiũt, quanq́ꝫ alteris ex inſtrictione, alteris ex perturbatione pulmo efferueat. Cũ igitur magna ex parte homines eoſdẽ ſitibũdos, ac fortes eſſe obueniat, uini autẽ auidi qui ſitibundi, talesq́ꝫ geſtiũt naturas, uiciſsim inter ſe cõſectari neceſſe eſt. Vnde fit etiam, ut uinolenti, q̃ ſobrij fortiores ſint. a *Ladas.*) Iuue. Saty. 13. ex perſona auari de Lada hoc.

Et Phthiſis, & uomicæ putres, & dimidium crus
Sunt tanti? pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet Ladas, ſi non eget Anticyra, nec
Archigene, quid enim uelocis gloria plantæ
Præſtat, & exuriens Piſeæ ramos oliuæ?

Meminerunt Catullus ad Camerium. Martialis epigrammate. 85. ſecundi, & centeſimo decimi. Item. M. Tullius in Rhetoricis. Ex Ladæ pernicitate non inelegans ſumetur adagium. Lada pernitior. Heſiod. canit Iphiclũ, Philaci, & Climenes filiũ fuiſſe tãtæ pernicitatis, ut excurreret ἐπὶ πυρίνων ἀθέρων, hoc eſt, ſuper triticeas ariſtas, eas nõ oblædẽs. Huius Iphicli Higinius meminit libro ſecũdo, quo loco de Orione diſſerit. Sed dictione Iphicli deprauata. Quẽadmodum (inquit) Phyclô datum dicitur &ce. pro Iphiclo. Hoc Cælio Rhodigino lector debes, capite quinto tertij Antiq. lectionum libri. Polymeſtoris meminit Heſichius, ſi tñ iſte ſit. Compoſitũ nomẽ (ut uidetur) ex πολὺ, multum, & μήστωρ ualens, uel bellicoſus. Sunt qui Polymneſtor legant.

b *Philippides mille ducenta. xl. ſtadia.* Vetuſta exemplaria habent fere omnia. Philippides biduo mille ducenta. xl. ſtadia. Plinius, cucurriſſe (inquit) mille centũ. xl. ſtadia. Legendum uidetur, mille ducenta quadraginta, expuncto biduo. Nam ex Ptolemæo (ut etiam Hermolaus Barbarus annotauit) menſura hæc ab Athenis Lacedæmonẽ, ueritati proprior eſſe uidetur. c *Aniſtius.*) Apud Plinium capite uiceſimo libri ſeptimi. Caniſtius legitur. In Solini uetuſtis codicibus, Aniſtis.

Philonides Alexandri Magni curſores, à Sycio- a
ne Elin uſque mille ducenta [a] ſtadia uno die tran-
ſierunt. Fonteio, Vipſanoque conſulibus in Italia
octo [b] annos puer natus, quinque & quadraginta
milia paſſuum à meridie tranſiuit ad ueſperum. Vi- b
ſu [c] deinde plurimum potuit Strabo [d] nomine, quẽ
ſuperſpexiſſe per centum xxxv. milia paſsuum Var
ro ſignificat, ſolitumq; exeuntem à Carthagine claſ-
ſem Punica, numerumq; nauium manifeſtiſsime è c
Lilybitana ſpecula denotare. Cicero tradit [e] Iliada
Homeri omnem ita ſubtiliter in membranis deſcri-
ptam, ut teſta nucis clauderetur. Callicrates [f] formi
cas ex ebore ſic ſculpſit, ut portio earum à cæteris

a *Mille ducenta ſtadia.*) Pli. cap. 20. ſeptimi, habet ccclj. ſtadia. Sed lib. 2. cap. 73. ſicut Solinus, mille ducenta b *Octo annos puer natus.*) Plinius non octo, ſed nouem annos dicit. Itẽ non V. & xl. milia paſ. ſed. lxx. milia Paſ. habet Domitius in commentarijs Martialis Epigrammate. 19. lib. quarti, exiſtimat hunc puerum eum eſſe, quem Martialis Atham nominat, ſed omnino incertum, cum nullum aſſerti, afferat autorem. De Vipſano, & Fõteio cõſulibus, præter Plin. Tacitus lib. xi. & XV. Item Iuue. ſaty. 13. c *Viſu deinde.*) Sumpta omnia ex cap. 21. ſeptimi Plinij. Scribunt philoſophi tria requiri ad operationẽ quamcunq; ſenſualis potentiæ. Vim ipſam ſenſitiuam, hoc eſt, ut Scotus ait, quiddam mixtum ex partẽ corporis conuenienti ratione compacta, & portione quadam animæ, quã eius ſectatores formalitatem uocant. Requiri ſecundo loco obiectum ipſum. i. rem, quæ ſenſum mouere, & terminare nata eſt. Poſtremo decens mediũ, ac intercapedinis ſpatium inter utrumq;. Aliter certe res maior q̃ minor. Aliter diſtans, q̃ proximum. Lucidum q̃ obſcurũ. In aẽre, uel aqua exiſtens, conſpicitur à potentia. Aiunt igitur quantò uiſus fuerit affectus melius, tantò eum rem ipſam clarius, & in diſtantia longiori rem eandem percipere. Tradũt qui de ſenſuũ natura ſcripſerũt trifariã nos uidere per lineas. Aut em̃ (inquiũt) per rectas, aut flexas, aut reflexas denique. Per rectas lineas, quæ in aẽre cernimus. Per flexas ueluti, quæ in aqua ſunt, uiſus deprehẽdit. Quo fit ut remus incuruus appareat. Tertio tandem modo, obiecta ſpeculis, quadam ſpecierũ, imaginũq; reflectionẽ conſpici conſtat. Sed quanã ratione fiat uiſio, à philoſophis plurima ſunt tradita luculẽter Democritus, & Epicurus (ut etiã Plutar. recenſuit) uiſus per imaginũ inſertus uiſualẽ arbitrantur potentiã accidere, radioſq; quoſdam ab oculis exertos ſimul atq; ſubiectæ rei inſtiterint, rurſus in eodẽ redire, inſertariq;. Empedocles imaginibus radios immiſcuit, idq; coniunctim imaginis radios uocauit. Hipparchus exiſtimat ab utroq; oculo ad corporũ lineamenta exporrectos. Plato per corradiãtiã autumat uiſum fieri, lumine ab oculis quidẽ exerto, ad aliquantulũ interualli per cognatũ ſibi aẽrẽ effluente. Lege ſimilia apud Gelliũ cap. 16 lib. 5. Non grauabor (quod ad huius loci expoſitionẽ maximẽ pertineat) Macrobij ex primo de ſomnio Scipionis uerba ſubſcribere. Quoniam (inquit) ad Orizontẽ, quodã circo cœli terminum conſignatũ, non põt humana acies peruenire, idcirco, quãtũ quiſq; oculos circũferendo conſpexit, ꝓpriũ ſibi cœli, quod ſuper terrã eſt, terminũ facit. Hic orizon, quẽ ſibi uniuſcuiuſq; circũſcribit aſpectus, ultra trecentos & ſexaginta ſtadios longitudinẽ intra ſe cõtinere non poterit. Centũ em̃ & octuaginta ſtadios, non excedit acies cõtra uidẽtis. Sed uiſus cũ ad hoc ſpatium uenerit, acceſſu deficiens, in rotunditatẽ recurrẽdo, curuatur. Atq; ita fit, ut hic nũerus ex utraq; parte geminatus trecentorũ ſexaginta ſtadiorũ ſpatiũ, quod ultra orizontẽ ſuũ cõtinetur, efficiat, ſemperq; quantũ ex huius ſpatij parte poſtea ꝓcedendo demiſeris, tantũ tibi de interiore ſumetur, & idẽ orizon ſemper quantacunq; locorũ trãſgreſsione mutatur. Hunc aũt quẽ diximus admittit reſpectũ, aut in terris æqua planities, aut pelagi trãquilla libertas, quæ nullã oculis obijcit offenſam. Nec te moueat, quod in lõgiſsimo poſitũ montẽ uidemus, aut quod ipſa cœli ſuperna ſuſpicimus. Aliud eſt em̃, cũ ſe oculis ingerit altitudo, aliud cũ per planũ ſe porrigat, & extendit intuitus, in quo ſolo Orizontis circus efficitur. d *Strabo.*) Idipſum Max. Valerius tit. ultimo primi, inter miracula retulit, ſed eum Lynceũ, nõ Strabonẽ nominat, niſi ſic eum uocet, propter mirã uidendi uim, quaſi lynceos oculos habentem. Vnde natum Adagium apud Horatiũ. Lynceo oculis contẽnere. e *Iliada Homeri.*) Ex Pli. cap. 21. ſeptimi. Martialis ſecundo Diſtichorum.

Ilias, & Priami regnis inimicus Vlyſſes
Multiplici pariter condita pelle latent.

f *Callicrates.*) Plin. cap. 21. ſeptimi. de eodẽ lib. 35. cap. 5. Sunt (inquit) in paruis marmoreis famam conſecuti Myrmecides, quum quadrigam cum agitatore cooperuit alis muſca, & Callicrates, cuius formicarum pedes, atque alia membra peruidere non eſt. Sicque à formica nomen ſortius eſſe uidetur. Græcis enim μύρμηξ formica dicitur.

a By-

a *Bythiæ.*) Plinius cap.2.ſeptimi, licet ibi antea Vitiæ legeretur. Huius gentis meminit Stephanus de Vrbibus, dictæq́ue uideri poſſunt à Bithy, Martis & Setæ Rheſi ſororis filio. Stephanus eas in Thracia eſſe dicit. b *Præualuiſſe fortitudine.*) Sūpſit hæc omnia Solinus ex cap.28. ſeptimi naturalis hiſtoriæ Caij Plinij. De fortitudine in huius ſexti capitis principio, aliqua tetigimus. Scribit Ariſtot. cap. 16. & 17. tertij Ethicorū, Fortitudinē quinq; modis poſſe accipi, adeas eū ſi libuerit. Nec in nō timēdo ſolū fortitudo conſiſtit. Si quis em̄ non timet tonitrua, aut coruſcationes, aut aliud quid ſupra hominem terribilium, is nō fortis, ſed inſanus potius exiſtimandus eſt. Magnorum Moralium lib.1. c *Lucium Sicinium Dentatum.*) Præter ea quæ de hoc Sicinio ſcribit cap.28. ſeptimi Caius Plinius. Lege eundem Plin. cap.5 li. uiceſimi ſecundi. Itē apud Maxi. Valeriū tit.2. lib. tertij. Is Sicinius (ut ſecundo Noctiū Atti. ſcribit Gellius) ob ingentem fortitudinem Romanus Achilles appellatus eſt. Adeas caput. xi. eius lib. qui iamiam citatus eſt. d *Haſtis puris.*) Scribit Donatus haſtam puram eam eſſe, q̄ ſit ſine ferro.

Pura triumphatis haſta ſequatur equos.

Tertia lib. quarti inquit Propertius. De coronis militaribus, extat caput ſextum, quinti Noctium Atticarū apud Gellium. Item apud Plin. cap.5 ſextidecimi, & cap.3. uiceſimiſecundi Naturalis hiſtoriæ. e *Marcus Sergius.*) Hęc & plura eodem capite reperies apud Pliniū. Miror Valeriū hoc exemplū præterijſſe, cū de fortitudine ſcriberet lib. tertio. f *Cæſar Dictator enituit.*) *Si quis Cæſaris Dictatoris in unum.*

Geſtarum ſperet cumulos aduoluere rerum,
Promptius imponet glaciali Pelion Oſſæ.
Si partem tacuiſſe uelit, quodcunque relinquet.
Maius erit.

Pro his tamen, quæ Solinus hac parte recēſet. Lege Pli. cap.25. libri ſeptimi. Plura annotauimus ex Liuio, Sueto. Plutar. Luca. cæteris apud Florū. Inter Cæſaris ſapiēter dicta, hæc quoq; enumerantur. Cum em̄ is Pompeiā uxorē, quod eſſet de Clodio infamata, repudiaſſet, eāq; ob rē Clodio in iudiciū acto, teſtis adductus, nihil neq̄ de Cæſaris uxore locutus eſt. Accuſatore aūt interrogāte. quid igitur uxorem eieciſti? Quoniā (inquit ille) decet uxorē Cæſaris calumnia etiā uacare. Rurſus cū apud Dyrrhachium cū Pōpeij exercitu pugnaſſet, Pōpeiuſq; uictor nō fuiſſet uſus uictoria, ſed in caſtra redijſſet, Erat (inquit Cæſar) apud hoſtes uictoria, ſed uincendi

a ſecerni nequiuerit. Apollonides perhibet in Scythia fœminas naſci, quæ Bithiæ [a] uocantur, haſq́ue in oculis pupillas geminas habere, & perimere uiſu, ſi quem forte iratæ aſpexerint. Hæ ſunt & in
b Sardinia. Præualuiſſe [b] fortitudine apud Romanos Lucium, Sicinium [c] Dentatum titulorum numerus oſtendit. Tribunus hic plebis fuit non multùm poſt exactos reges, Spurio Tarpeio. A. Ther-
c mo conſs. Idem ex prouocatione octies uictor quadraginta & quinque aduerſas habuit cicatrices, in tergo nullam notam, ſpolia ex hoſte tricies & quater cepit. In Phaleris, haſtis [d] puris, armillis, coronis.
d trecenta duodecim dona meruit. Nouem imperatores, qui opera eius uicerant, triumphantes proſecutus eſt. Poſt hūc Marcus [e] Sergius duobus ſtipendijs, primo aduerſo corpore ter & uicies uulneratus,
e Secundo ſtipendio in prælio dextram perdidit. Qua de cauſa ferream ſibi manum fecit, & cum neutra penè idonea ad præliandum ualeret, una die quater pugnauit, & uicit ſiniſtra, duobus equis co in-
f ſidente confoſsis. Ab Hannibale bis captus refugit, cum. xx. menſibus quibus captiuitatis ſortem perferebat, nullo momento ſine compedibus fuerit, & cathenis. Omnibus aſperrimis prælijs, quæ tem-
g peſtate illa Romani experti ſunt, inſignitus donis militaribus. A Thraſymeno, Trebia. Ticinoq; coronas ciuicas retulit. Cannenſi quoque prelio, de quo refugiſse eximiū opus uirtutis fuit, ſolus accepit coro-
h nam. Beatus profectò tot ſuffragijs gloriarū, ni heres in poſteritatis eius ſucceſsione Catilina tātas adoreas odio dānati nominis obūbraſſet. Quātū inter milites Sicinius, aut Sergius, tm̄ inter duces, imò, ut uerius dicam, inter omnes homines Cæſar [f] Dictator e-

gnarum

nituit Huius [a] ductibus undecies centum, & nonaginta duo milia cæſa ſunt hoſtium. Nam quantum bellis ciuilibus fuderit, noluit annotari. Signis collatis quinquagies & bis dimicauit. M. Marcellum ſolus ſupergreſſus, qui nouies, & tricies pari modo fuerat præliatus. Ad hæc nullus [b] celerius ſcripſit. nemo uelocius legit. Quaternas [c] etiam epiſtolas ſimul dictaſſe perhibetur. Benignitate adeo præditus, ut quos armis ſubegerat, clementia magis uicerit.

gnarum nõ habent. Cum quibuſdã præterea hortaretur, ut Antoniũ, atq; Dolobellã, de quibus malè opinabãtur, ſibi caueret. reſpõdit nõ hos ſibi rubicundos, & pingues timori eſſe, ſed graciles illos, ac pallidos, Bruto, Caſsioq; oſtenſis. Quõdã cũ inter cœnandũ ortus eſſet de morte ſermo, quænã foret optima, Inopinata reſpondit. Fuiſſe Cæſarem regnandi cupidũ, extant ſigna plurima. Cũ em̃ in Alpibus ſterile, inopsq; oppidulũ præteriret, amicis quærentibus, an etiã hic ſeditiones aliquæ, contentionesq; de principatu eſſent, ſubdubius, cogitabundusq;. Malim (inquit) hic primus eſſe, quã Romæ ſecundus. Hæc ex Plutar. in Apophthegmatis. Extat & illud, quo dicere ſolitus fuerit, dominãdi gratia etiã cõtra patriã agendũ aliquando. Inſuper prægrauãt eũ cætera facta, dictaque eius, ut & abuſus dominatione, & iure cæſus eſtimetur. Non em̃ honores modò nimios recepit, ut continuum conſulatũ, perpetuam dictaturã, prefecturamq; morũ. Inſuper prænomẽ imperatoris, cognomen patris patriæ ſtatuam inter reges, ſuggeſtũ in Orcheſtra, ſed & ampliora etiã humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, ſedem aureã in curia, & pro tribunali Thenſam, & ferculũ Circenſi pompa, templa, aras, ſimulachra iuxta deos, puluinar, flaminem, Lupercos, appellationẽ menſis è ſuo nomine, ac nõnullos honores ad libidinẽ cepit, & dedit. Ex Sueto. lib. 1. Ob hæc & ſimilia cõplurima in Cæſarẽ quoq; mordacitas Ciceronis dentes ſuos ſtrinxit. Nã primũ poſt uictoriam Cæſaris, interrogatus, cur in electione partis erraſſet, reſpõdit. Præcinctura me decepit. Iocatus in Cæſarem, qui ita toga precingebatur, ut trahendo Laciniã, uelut mollis incederet, adeo, ut Sylla tãquã prouidus dixerit Pompeio. Caue tibi illũ puerum malè præcinctũ. a *Huius ductibus undecies centena, & duo milia cæſa.*) improbè, & inhumanè faciũt, qui ob multorum hominum cædem cuipiã laudem tribuũt perimenti. Immaniũ hominũ ſententia, ille, qui infinita hominũ milia trucidauerit, cruore campos inundauerit, flumina infecerit, non modò in templũ, ſed etiã in cœlum admittitur. Apud Ennium ſic loquitur Africanus.

Si fas cædendo cœleſtia ſcandere cuiquam eſt,
Mi ſoli cœli maxima porta patet.

Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit O quantis in tenebris Africane uerſatus es. &c. Lactantius cap. 18. libri primi. Si hunc Lactantij locũ aduertiſsent Senecæ ſtudioſi, eum ipſum aliquando à turpi ulcere uindicaſſent. In eius authoris epiſtola. 108. ſic paſsim corruptè legitur. Eſſe em̃ apud Ciceronem in his ipſis de R.P. hoc epigramma.

Et niſi faciendo plagas cœleſtium aſcendere cuiquam eſt,
Mihi ſoli cœli maxima plaga patet.

Hæc ibi. Vides in hoc Diſticho, Lactantio recenſente, & ſyllabarum quantitatem, & authoris Ennij ſenſum integrum. Maiorem ergo gloriam & apud probos laudẽ, Cæſar adeptus eſt, ob eius uirtutem, conſtantiam, ſublimitatemq; omniũ capacẽ, quæ cœlo continentur, quã quod à ſe, uel ductu ſuo tot hominũ milia perempta fuerint. Fuit (ut ait Plin.) Cæſari propriũ, & peculiare, præter iã ſupradicta, clemẽtiæ inſigne. De M. Marcello nõ pauca annotauimus apud Florũ b *Nullus celerius ſcripſit.*) Cæſar (ut Suetò. author eſt) reliquit rerum ſuarum cõmentarios Gallici, ciuiliſq; belli Pompeiani. Nã Alexandrini, Africiq;, & Hiſpanienſis incertus author eſt. Reliquit & de Analogia duos libros & Anticatones totidem. Ac preterea poema, quod inſcribitur, Iter. Feruntur & à puero, & ab adoleſcẽtulo quædã ſcripta, ut Laudes Herculis. Tragœdia Oedipi. Itẽ dicta Collectanea, quos omnes libellos Auguſtus in Epiſtola quadam, ad Pompeiũ Marcum, uetuit publicari. c *Quaternas etiam epiſtolas.*) Nõ alienũ ab hoc loco eſt, quod. 17. Noct. Atti. libro refert. Gell. Libri ſunt (inquit) epiſtolarũ. C. Cæſaris, ad. C. Oppiũ, & Balbũ Corneliũ, qui res eius abſentis curabant. In his epiſtolis quibuſdã in locis inueniũtur literæ ſingulariæ ſine coagmẽtis ſyllabarũ, quas tu putes eſſe poſitas incõdite. Nã uerba ex ijs literis confici nulla poſſunt. Erat aũt cõuentũ inter eos cladeſtinũ, de cõmutãdo ſitu literarũ, ut inſcriptio quidẽ alia, aliæ locũ, & nomen teneret. Sed in legendo locus cuiq; ſuus et ptãs reſtitueretur. Quænã uerò litera ꝓ qua ſcriberetur, antè ijs, ſicut dixi, cõplacebat, ꝗ hãc ſcribẽdi latebrã parabãt. Harũ quoq; epiſtolarũ in Cęſare dictatore, ſic Suetonius meminit. Extãt (inquit) & ad Ciceronẽ. Itẽ ad familiares domeſticis de rebus, in quibus, ſi qua occultius perferẽda erant, per notas ſcripſit. i. ſic ſtructo literarũ ordine, ut nullũ uerbũ effici poſſet, quæ ſi quis inueſtigare, & perſequi uel

let

let,quartã elementorum literã,id eſt.d.pro.a.et perinde reliquas,cõmutet.Eſt autẽ(ut idẽ Gellius annotauit)Probi Grãmatici Cõmentarius ſatis curioſè factus,de occulta literarum ſignificatione epiſtolarum Caij Cæſaris ſcriptarum.

Qui memoria clauerunt. Cui caſus uocem ademerit, cuiue dederit. De morum laude. Qui eloquentia floruerunt. De pietate, De pudicitia. Et quis beatus fuerit iudicatus. Cap. VII.

a Cyrus [a] memoriæ bono claruit, qui in exercitu, cui numeroſiſsimo præfuit, nominatim ſingulos alloquebatur. Fecit hoc idem in populo Romano Lucius Scipio. Sed & Cyrum, & Sci-
b pionem conſuetudine credamus profeciſſe. Cyneas [c] Pyrrhi legatus poſtero die, quam ingreſſus Romam fuerat, & equeſtrem ordinem, & ſenatum proprijs nominibus ſalutauit. Rex [d] Ponticus

Cyrus memoriæ bono claruit.) Memoria eò eſt magis admiranda, quòd in hæcuſq; tempora, qui in ea claruerint, pauci reperti ſunt. Eſt autem memoria, ut in principio Nouæ Rhetoricæ ait Cicero, Firma animi rerum, & uerborũ diſpoſitionis perceptio. Idẽ Cice. ex Platonis ſententia primo Tuſcula. quæſt. dicit memoriã eſſe recordationẽ quandã uitæ ſuperioris. Alij eã definiũt, rerũ & eloquentiæ theſaurũ, in qua diſciplinæ omẽs cõtinẽtur. Hinc prudenter ab Afranio dictũ eſt, Sapientiã uſus, & memoriæ eſſe filiã. Vide Gelliũ cap.8. tredecimi Noc.Att. Aug ait eam eſſe uẽtrẽ animi, Cõfeſsionũ li.10. Plures eã uocãt repoſitorium quoddã prẹteritorũ Seruat enim (inquit) memoria per extimationẽ eas intentiones, quæ à rerũ figuris eliciuntur. Omnis enim diſciplina (inquit Quintil. lib.xi.) memoria cõſtat. Fuſtraq; docemur, ſi quicquid audimus prẹterfluat &c. Themiſtius cap.10.lib primi de memoria, & reminiſcẽtia, exiſtimat memoriã nullo mõ eſſe intellectus affectionẽ, ſed partis ſentitiuæ dũtaxat. Auicẽna ſexto naturaliũ lib. eam ponit in poſteriori cerebri cõcauitate, aitq; ea retinere memoriã, quæ extimatiua uirtus de non ſenſatis intentionibus, rerũ ſenſibilium apprehenderit. Scotus præter ſenſitiuã memoriã, quæ nobis & brutis cõmunis eſt, ponit aliam rationalẽ memoriã, quæ in deo quoq;, & intelligentijs reperiatur omnino. Hanc aũt non eſſe aliud tradit, quã intellectũ, & rem ipſam actu intelligibilẽ ab eodẽ. Eam fuiſſe Auguſtini ſententiã, pluribus perſuadere conatur. Marcus Cicero Rhetoricorũ nouorũ lib.3. Sũt (inquit) duæ memoriæ. Vna naturalis, Altera artificioſa. Naturalis eſt ea, quæ noſtris animis inſita eſt, & ſine multa cogitatione nata. Artificioſa eſt ea, quã cõfirmat inductio quædã, & ratio præceptionis. Sed quia rebus in cæteris ingenij bonitas imitatur ſæpe doctrinã, ars porrò naturæ commoda cõfirmat, & auget. Tam excellens dei donũ à quibuſdã memoria exiſtimata eſt, ut eã deã quandã eſſe crediderint. Eam Græci μνημοσύνην nominãt, cui aurẽ ſacram eſſe dixerunt. Scribit Heraclides ponticus quoſdam exiſtimaſſe Pythagorã Aethalides, & Mercurij fuiſſe filiũ. Mercuriumq; quondam eum monuiſſe, ut peteret præter immortalitatẽ, quod uellet. Ipſum petiſſe, ut uiuens, & uita functus, omniũ quæ contingerẽt memoriã haberet. Itaq; in uita meminiſſe omniũ. Refert Philoſtratus in tertio, Iarchã Indorũ philoſophorũ principẽ, Apollonio dixiſſe, ſe & Indorũ ſapientes memoriã maximè poſt deos colere. Quæ de memoria hoc loco ſcribit Solinus, ſumpta ſunt ex cap. 24. ſeptimi naturalis hiſtoriæ Caij Plinij. Plura Tullius primò Tuſcul.q. & Fabius Quintilianus lib.xi. de oratoria inſtitutione cap.2. a *Cyrus.*) Cyrus Cambyſis Perſarum regis, & Mandones filius fuit, hic aui ſui Aſtyagis iuſſu expoſitus, quod per ſomnium (ut Iuſtinus ait) ex naturalibus filiæ, quã unicam habebat, uitem enatã uidiſſet, cuius palmite omnis Aſia obumbraretur. Hic dum exponitur (mirũ) à cane fœmina aliquandiu lactatus eſt. Tandẽ à regio paſtore educatus, fatis uolentibus in Perſarũ regem aſſumptus eſt. Quibus cũ diu imperaſſet, à Tomiri Scytharum regina, cũ ducentis milibus Perſarũ cæſus eſt. Dictus autẽ Cyrus (ut Strabo ait) à Cyro flumine. Huius Cyri hiſtoriã ſcripſerunt Xenophon philoſophus octo uoluminibus, Herodotus & Iuſtinus lib.1. Item cæteri. De eius miranda memoria præter Plin. & Solinũ, meminit Val. Max. tit. 7.lib.octaui. Quintilianus cap.2.lib.undecimi. Cyrus (inquit) quem omniũ militum tenuiſſe nomina, quin ſemel auditos quãlibet multos uerſus, protinus reddidiſſe. b *Lucius Scipio.* Hic fuit Pub. Scipionis frater, qui conſul in Aſiam miſſus, Antiochũ Syriorum regem apud Sipylum montem, uicit, ac parte regni priuauit, Vñ & Aſiaticus dictus eſt. c *Cyneas Pyrrhi legatus.*) Præter ea, que de Cyneæ legati memoria referunt, Cice.1. Tuſ.q. Plin. cap.24. ſeptimi. Plutar. in Pyrrho, ſic ſcribit Seneca in ꝓlogo primi Declamationũ. Intra exiguũ paucíſsimorũ dierũ tẽpus (inquit) poterit quilibet facere id, quod Cyneas fecit, qui miſſus à Pyrrho legatus ad Romanos, poſtero die nouus homo, & ſenatũ, & omnẽ urbanã circunfuſam Senatui plebem, nominibus ſuis perſalutauit. d *Rex Ponticus Mithridates.*) Appia-

nus;

nus Alexãdrinus librũ edidit,quẽ,quia Mithridaticũ bellũ continet,Mithridaticũ inſcripſit,in eo nil ferè,quod ad Mithridatẽ pertineat,prætermiſit. Plura Iuſtinus libris.37.&38. Cæteros authores citauimus cap.5.tertij.L.Flori. De eius regis ingenti memoria Plin.cap.24.lib.7.& cap.2. uiceſimiquinti Naturalis hiſt. Alter Plin. cap.penul.de uiris illuſtribus. Fabius Quintilianus in xi. Aulus Gel.cap.17.decimiſeptimi Noctium Atti. Val.Maxi.tit.7.lib.octaui. Cyrus omniũ militũ ſuorũ nomina, Mithridates duarũ et uiginti gentiũ, quę ſub regno eius erant,linguas diſcendo. Ille ut ſine monitore, exercitũ ſalutaret, Hic ut eos,quibus imperabat ſine interprete alloqui poſſet. Senecæ fuiſſe aliqñ floridam memoriã, teſtatur ipſe de ſe,in eo quẽ modo citauimus loco. Memoriam aliquando (inquit) in me floruiſſe, ut & non tantum ad uſum ſufficeret, ſed in miraculum uſq; procederet. Nã duo milia nominũ recitata quo ordine erant dicta,referebã. Et ab his,qui ad audiendum pręceptorem noſtrum conuenerãt, ſingulos uerſus, cũ plures quã ducenti efficerentur,ab ultimo incipiens uſq; ad primum,recitabã.

Mithridates duabus & uiginti gentibus, quibus [a] imperitabat, ſine interprete iura dixit. Memoriam [a] ex arte fieri palam factum eſt, ſicut Metrodorus [b] philoſophus, qui temporibus Cynici Diogenis fuit, in tantum ſe meditatione aſſidua prouexit, [b] ut à multis ſimul [c] dicta, non modo ſenſuum, ſed etiam uerborum ordinibus detineret. Nihil [d] tamen in homine aut metu, aut caſu, aut morbo facilius intercipi, ſæpe perſpectum eſt. Qui [e] lapide ictus fuerat,accepimus oblitum literarum. Meſſalam certè

a *Memoriam ex arte fieri*) Qui de memoriæ arte ſcripſerũt non unũ omnes ordinem tenuerunt. Metrodorus Sceptius inter alia,quibus ad artẽ memorandi uſus eſt,in duodecim ſignis, per quæ ſol meat, tricenos & ſexagenos inuenit locos, de qua re in xi.plurimũ Quintilianus miratur. Vanitas nimirũ (inquit) fuit,atq; iactatio circa memoriam ſuam potius arte,quam natura gloriantis. Marcus Cicero circa finẽ ſecundi de Oratore,ex Simonidis ſententia tradit ordinẽ eſſe maximè,qui memoriæ lucẽ afferat. Itaq; ijs,qui hanc partẽ ingenij exercẽt locos eſſe capiendos, & ea quæ maximè memoria tenere uelint, effigienda animo,atq; in ijs locis collocanda ſic fore ut ordinem rerum,locorũ ordo ſeruaret,res autem ipſas,rerũ effigies notaret. Atq; ut locis pro cæra,ſimulachris pro literis,uterentur. Hãc memorandi artẽ abundè tradunt Cicero Rhetoricorũ nouorum lib.3.& Fab.Quintilianus cap.de memoria Oratoriarũ inſtitutionũ lib.xi. Nõ deſunt,qui noſtro quoq; tempore hãc publicè profiteãtur. Sed qui in ea multũ profecerit, uidi neminẽ.

b *Metrodorus philoſophus,qui temporibus Cynici Diog.fuit.*) Si quis bene tempora cõputet,inueniet proculdubio,inter Diogenem Cynicum,& hunc Metrodorum,fuiſſe annos medios centum,& quinquaginta,non pauciores. Conſtat enĩ Cynicum Diogenem Olympiade.114. mortẽ obijſſe,hoc eſt,circa annũ 432.urbis cõditæ. Nã eadẽ die(ut Demetrius in Aequiuocis ait) Alexãdrũ Babyloniæ, Diogenẽ Cynicũ Corinthi,uita functos. Lege Laërtiũ lib.6. Metrodorus autẽ hic(ut 13.Geographiæ lib.ſcribit Stra.) Mithridatis floruit temporibus. Hunc inſuper Metrodorũ uidit.M.Cicero,ut ab eodẽ ſecũdo de Oratore lib.ſcriptũ eſt, Vidi ego(inquit)ſummos homines,& diuina prope memoria. Athenis Carneadẽ. In Aſia,quẽ uiuere hodie aiunt, Sceptiũ Metrodorũ, quorũ uterq; tanquam literis in cæra ſe agebat imaginibus in his locis,quos haberet,quæ meminiſſe uellet,præſcribere. Hæc ibi. Cicero aũt ipſe(ut tradit Euſebius,& cæteri)obijt Olympiade.168.hoc eſt,circiter annũ.648,urbis cõditæ. Exiſtimo Solinũ deceptũ,quod pro Diogene Stoico,Cynicũ Diogenẽ acceperit. Fuit autẽ Diogenes hic Stoicus, qui cũ Carneade,quẽ Cicero ſe uidiſse ait, et Critolao Peripathetico, ab Atheniẽſibus ad Senatũ populi Romani,negotij publici gratia legati miſsi ſũt,author Aul.Gell.in fine 17.Noctiũ Atticarũ. Quid ſi Solinus eorũ ſententiã ſit in hac parte ſecutus,qui hũc Metrodorũ Democriti auditorẽ, & Anaxarchi magiſtrũ fuiſſe tradũt. Anaxarchũ aũt Olympiade.110.floruiſſe ab ijs,qui eius uitã ſcribũt,proditũ eſt. Potuit fortaſsis ſic à Solino ſcriptũ fuiſſe. Metrodorus Philoſophus,qui tẽporibus Stoici Diogenis fuit. Fieri etiãnũ potuit,ut à ſcriptore quopiam Cynici adiectũ fuerit. Nõ ſoleo tam facilè primæ claſsis authoribus,in paruis præſertim,& obuijs paſsim rebus,aſcribere ignorãtiã,& ſi uetuſti omnes codices,Cynici Diogenis retineãt.

c *A multis ſimul dicta*) Sunt codices,qui ſic habeant. Vt à multis ſimul dictorũ,non modo ſenſum,ſed etiam uerborum ordinem detineret.

d *Nihil tamen in hominum.*) Omnia hæc ex cap.24.ſeptimi Plin. Seneca in principio primi Declamationũ. Memoria (inquit) eſt res ex omnibus partibus animi maximè delicata, & fragilis, in quã primũ ſenectus incurrit.

e *Qui lapide ictus.*) Val. Maximus libro primo,inter miracula idipſum ponit. Quidam (inquit) Athenis uir eruditiſsimus, cum ictũ lapidis,capite excepiſſet, cætera omnia tenaciſsima memoria retinẽs,literarũ tantũmodo quibus precipuè inſeruierat,oblitus eſt &c. Monſtro ſimile eſt, cũ quiſpiã proprij nominis obliuiſcitur,

ſcitur. Vnde factũ, ut cum de re, quam maximè memoria tenere quis creditur, prouerbio dici ſoleant. *Non aliter proprium ualeat cognoſcere nomen.* a *Victor Cyrus.*) Capto à Cyro Aſtiage Medorum rege, urbes quamplurimæ, quæ Medorum tributariæ erant, à Cyro Perſarũ rege deficiũt. Quibus à Cyro uictis, Babylonios quoq; potenti exercitu aggreditur. Sed Crœſus Lydorum rex ea tempeſtate diuitijs, & armis potentiſsimus, Babilonijs auxilio fuit. A Cyro Crœſus uincitur. Victus in patriam remeat.

a Coruinum poſt ægritudinem, quam pertulerat, per-
cuſsum proprij nominis obliuione, quamlibet aliàs
ei ſenſus uigeret. Memoriam metus perimit. Inui-
cem metus uocis eſt incitamentum, quam non
b ſolùm acuit, ſed etiam ſi nunquam fuerit, extorquet.
Denique cum Olympiade octaua & quinquage-
ſima uictor [a] Cyrus intraſset Aſiæ oppidum Sar-
dis, ubi tunc Crœſus latebat, Athis filius regis mu-
c tus ad id uſque temporis in uocem erupit ui timo-
ris. Exclamaſse enim dicitur. Parce patri meo Cy-
re, & te hominem eſse uel caſibus diſce noſtris. [b] Tra-
ctare de moribus ſupereſt, quorum excellentia ma-
d ximè in duobus enituit. Cato [c] princeps Portiæ
gentis ſenator optimus, orator optimus, optimus
imperator. Cauſam tamen quadragies [d] & quater
dixit, diuerſis odiorum ſimultatibus appetitus,
e ſemper abſolutus. Verùm [e] Scipionis Aemiliani laus
propẽſior, qui propter bona, quibus Cato clarus fuit,

At Cyrus uictis Babilonijs, Lydiam contra Crœſum ingreditur. Crœſum iterato ſuperat, capit, captumq; abducit. Fuerant Crœſo regi duo liberi. Primus, quem Athin Valerius nominat, maximis dotibus præſtans, & ſi fata ſinerent, Crœſo ſucceſsor in regno, ab apro dũ uenatur, occiditur. Alter eius filius natura mutus, hic captis à Cyro Sardibus, cum unus ex Perſarum numero ignarus uiri in cædem Crœſi concitato impetu ferretur, ne is Crœſum patrẽ perimeret, ſic Græcè proclamaſse dicitur, ὦ ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε κροῖσον, id eſt, Heus homo ne Crœſum perimas. Hiſtoriam ſcribũt Herodotus in primo, Valerius Maxi. lib. 5. Aulus Gellius cap. 9. quinti. Iuſtinus lib. primo, & Xenophon Pædiæ Cyri libro ſeptimo. b *Tractare de moribus ſupereſt.*) Scripturus de moribus Iulius Solinus, ut more ſuo ſtudeat breuitati trium tm̃ Romanorum illuſtrium, po-
nit exempla. Eorũ ſcilicet, qui uel ſapientũ hominũ ſententia, uel diuino oraculo, ſunt optimi iudica-
ti. Sunt aũt hi, Portius Cato, Scipio Aemilianus, & Scipio, cui Naſica cognomentũ fuit. c *Cato prin
ceps Portiæ gentis.*) Portius Cato genere Tuſculanus, Marco non admodũ illuſtri (ut ait Valerius) pa-
tre genitus, ob eius ſingulare ingeniũ, ac mores integros, à Valerio Flacco Romã ductus, nec diu poſt
Romana ciuitate donatus eſt, omni in ea (ut M. C. de Senectute eſt author) dignitatis honore functus
eſt. Principio (ut Plutar. author eſt) tertio nomine nõ Cato, ſed Priſcus uocabatur. Cõſequenti tẽpore
Cato ei uirtutis cognomentũ extitit. Romani enim, eũ in quo multarũ rerũ uſus, ac experiẽtia ſit Ca-
tonẽ nominant. Hic Cenſor, Luciũ Flaminiũ. T. Flaminij fratrẽ & ante conſulẽ, qđ ad arbitriũ mulier
culæ, cuius amore tenebatur, quendã in prouincia, cui præerat, ſecuri percuſserat, è Senatu ſuſtulit. au
thor de ſenectute. M. C. Ob eam rẽ ſenatus ſibi, populuſq; Romanus, conſularẽ ſtatuã, in templo po-
ſuit cum hac inſcriptione. M. Cato morũ reſtitutor. Hinc & Cenſorius nominari cœptus. Propter
duorũ Catonum Cenſorij, & Vticẽſis ſeueritatẽ, Saty. 2. à Iunenale prouerbiali ironia dictũ eſt. *Tertius
è cœlo cecidit Cato.* in nimium ſuperciliosos, ac uitæ alienæ cenſores homines. Tria huic Catoni uete-
res Romani tribuerunt, quorũ quodlibet uel diuiſim, abũdè quẽlibet decorare queat. Quę in rep. geſ
ſit, optimũ Senatorẽ, quæ poſteris ſcripta reliquit, optimũ oratorẽ. Poſtremo quæ foris, et bello agit,
optimũ imperatorẽ fuiſse probãt. Refert. M. Ci. ſecũdo Academicarũ. q. & lib. de Senectute. M. Cato-
nẽ in ſenectutute Græcas literas didiciſse, id quod ſine ſummo uiri ingenio nõ potuit. Quæ de Cato
nis Portij familia cap. 19. tredecimi ſcribit Gel. per te adeas. Rurſus pro his omnibus, lege Pli. cap. 27. ſe
ptimi Natu. hiſtoriæ. Huius hæ ſentẽtiæ potiſsimæ celebrãtur. Difficilè eſt ad carentẽ auribus uerba
facere. Laborioſum eſt eã Rempu. ſaluã fore, in qua piſciculus pluris q̃ bos uenit. Et urbis Romæ mo
res carpens. Omnes homines uxoribus imperãt. nos omnibus hominibus, at nobis certè uxores. Le-
ge Plutar. Apophthegmata. d *Quadragies quater.*) Ex Pli. cap. 27. ſeptimi nat. hiſtoriæ. Itẽ alter Pli. cap.
47. de Viris illuſtribus. Lege q̃ ſcribit Cælius cap. 36. ſexti Ant lectio. e *Verum Scipionis Aemiliani.*) Hæc
quoq; ex cap. 27. ſeptimi. C. Plinij ſumpta omnia. Ex his quæ Scipio Aemilianus in Cenſura, & alijs
magiſtratibus geſsit, eũ optimum Senatorẽ fuiſse conſtat. Cum enim in Cenſura ſibi Mummius ho-
mo ſegnis, & reipublicæ parum utilis Collega datus foret, ſic de eo Collega in Senatu dixiſse fertur.

Vtinā mihi(inquit) Collegā aut dediſsetis aut nō dediſſetis. Fertur hic Scipio ſic ſeſe cōmodō reipub. tribuiſſe, ut annis quatuor & quinquaginta, quibus uixit, nihil emerit, uel uendiderit, uel ædificauerit. nec aliā ob cauſam peremptus creditur, niſi quod cōtra Agrariā legem, diſcordiarū fomentū, ſenatus ip ſius, & pacis defenſor optimus, fortiter repugnabat. Orationes rurſus, quæ ab eo ſcriptæ ferūtur, quarum Gellius, Appianus, Macrobius, & cæteri meminerunt, fuiſse eū oratorē optimū ſatis oſtendunt.

etiam publico [a] amore præceſsit. Vir [b] optimus Naſica Scipio iudicatus eſt, non priuato tantum teſtimonio, ſed totius ſenatus ſacramento. Quippe quod inuentus dignior non fuit, cui præcipuè religionis crederetur miniſterium, cum [c] oraculum moneret accerſi ſacra matris Deum Peſsinunticæ. [d] Plurimi inter Romanos eloquentia floruerunt.

Scribit Gell cap.20. ſecundi Noctium Atticarū Scipionem omnium ætatis ſuæ puriſsimè fuiſſe locutū. Ea p̃terea, quæ in militia geſſit, imperatorē eū optimū fuiſse demōſtrant. Is enim inter cætera Conſul contra Numantiam miſsus, eodē tēporis momēto (ut libro.2. Max. Val. annotauit) quo caſtra intrauit, edixit, ut omnia ex his, quæ uoluptatis cauſa cōparata erant, auferrentur, ſummouerenturq́. Nam cō[illegible] (inqui[t]) tū maximū inde Inſtitorū, & Lixarū numerū cū duobus milibus ſcortorum abijſse. Hac[illegible]i. &c. Hic (ut Plutar. refert) cū iuuenis adhuc eſset, tantā & fortitudinis, & prudētiæ expectationē [illegible]e præſtitit, ut Cato de q̃ dictū eſt, de his interrogatus, qui ad Carthaginē militarēt, inter quos etiā erat Scipio, diceret. Sólus is quidē ſapit, ac uiget, ad hūc autē umbræ cōcedunt. Itē cū Romā ueniſset ab exercitu, eū inuitabāt, nō quo illi gratificarētur, ſed quod per illū propediē, ac facilè Carthaginem capturi eſsent, &c. Lege Plutar. in Apopthegmatis. a *Publico amore præceſsit.*) Bonorum dilectione Qui Agrariā legem ferri affectabāt, hunc Scipionē eius legis hoſtē maximū, ingenti odio proſequebātur, quorū etiā opera creditur interfectus. Metellus præterea Macedonicus, cū Scipione Africano diſsenſerat, eorūq́ ab æmulatione uirtutis profecta cōtentio. Is cū interemptū Scipionē conclamari audiſset, in publicū ſe proripuit, mœſtoq́ uultu, & uoce cōfuſa. Cōcurrite, cōcurrite (inquit) ò ciues, mœnia noſtrę urbis euerſa ſunt. Scipioni enim Africano intra ſua mœnia quieſcenti uis illata eſt. &c. Val. Max. tit.1. lib. quarti. Appianus itē lib.1. bellorū ciuiliū. b *Vir optimus Naſica.*) Sumpta ex cap.34. ſeptimi Plinij, Vide Plinium Nepotē cap.44. de uiris illuſt. Hanc Naſicæ Scipionis hiſtoriā ſcribit Val. Max. octauo libro tit.16. Lege Feneſtellam tit.12. de magiſtratibus Romanorū, & quos apud eum conſignauimus authores. c *Cum oraculum moneret.*) Hærebat Hannibal in Romanorum uiſceribus, nec a tam infeſto hoſte liberari poterant. Ob id igitur Sibyllinos lib. conſpici placuit, in quibus hoc oraculum repertum dicunt.

Mater abeſt, matrem iubeo Romane requiras,
Cum ueniet, caſta eſt accipienda manu.

Plura Ouid. quarto Faſtorum. Syllius multis carminibus recenſet, hiſtoriam lib. ultimo bellorum Punicorum.

Hoſtis, ut Auſonijs diſcederet aduena terris,
Fatidicæ fuerant oracula priſca Sibyllæ.
Cœlitolum Phrygia genetricem ſede petitam,
Laomedonteæ ſacrandam mœnibus urbis,
Aduectum exciperet numen, qui lectus ab omni
Conſilio patrum, præſentis legeret æui
Optimus heu nomen melius, maiuſq; triumphis.
Iamq; petita aderat. &c.

Lege Liuium lib.9. tertiæ Decadis, & Diuū Auguſtinū cap.29. primi Ciuita. d *Peſsinunticæ.*) Cybele Minois, & Dindymenes filia parentū iuſsu expoſita, quadā diuina ſorte, à feris lacte nutrita eſt. Poſtmodū à fœmina paſcente greges ouiū exportata, et educata eſt. Hæc poſt adultam ætatē, mira pulchritudine & prudentia fuiſse narratur. Fiſtulā, Cymbalū, Tympanūq́ prima reperit. Hæc inſuper curandi pueros artē tradidit, eoſq́ ſummo ac materno amore proſequuta eſt. Vnde factū eſt, ut ex facto, matris nomē cōſecuta ſit. Hanc ob Atydis pueri à ſe dilecti interitum, in furorem uerſam dicunt. Nec diu poſt cū Phryges morbo, & fructuū penuria laborarēt, ab oraculo reſpōſum accipiunt, malorum remedia adepturos, ſi Atydis corpus ſepelirent, & Cybelen uenerarentur ut deam. Sed cum Atydis corpus reperire nequirent, quod reliquum erat, Cybelen religioſiſsimè coluerunt. Aram erexerunt, ſacrificia perſoluerunt. Poſtmodum in Peſsinunte urbe Prygiæ inſigne templum conſtruxerunt, honores illi, & annua ſumptuoſè perſoluentes. Inde eius ſimulachrum monente Sibylla, per Scipionem Naſicam Romanum aduectum eſt. Hæc ex Diodori ſententia libro quarto. Hanc Troes prope Idam habitantes, Rheam deorum matrem uocant. Item Veſtam & deam

Phrygiam

a Sed hoc bonum hæreditarium nunquam fuit ni-
ſi in familia[a] Curionum, in qua tres, ſerie conti-
nua, oratores fuerunt. Magnum hoc habitum eſt
ſanè eo ſeculo, quo præcipuè facundiam & huma-
b na, & diuina mirata ſunt. Quippe tunc percuſſo-
res[b] Archilochi poëtæ, Apollo prodidit, & latro-
num facinus Deo arguente, detectum eſt. Cumque
Lyſander[c] Lacedæmonius Athenas obſideret, ubi
c [d] Sophoclis Tragici inhumatum corpus iacebat,
identidem Liber[e] pater ducem admonuit per qui-
etem, ut ſepiliri delicias ſuas ſineret. Nec prius de-
ſtitit, quàm Lyſander cognito quis obiſſet diem,
d & quid à numine poſceretur, inducias bello daret,
uſque dum congruè ſupremis talibus exequiæ du-
cerentur. Pindarum lyricum è cõuiuij loco, cui immi-
nebat ruina, ne cum cæteris interiret, forinſecus eum
e Caſtor, & Pollux uocarunt inſpectantibus uniuer-
ſis. Quo effectum eſt, ut ſolus impendens pericu-
lum euaderet. Numerandus poſt Deo s Cneius Pom
peius Magnus intraturus[g] domum Poſsidonij cla
f riſsimi tunc ſapientiæ profeſſoris, percuti ex more à
Lictore uetuit fores, ſummiſq; faſcibus, quamlibet cõ-
fecto Mithridatico bello, & oriẽtis uictor, ſententia

Phrygiã magnã. A locis Idæã, Dindymenã, & Phyllenã, & Peſsimũtiã, & Cybelẽ, author Strabo lib. 10. Plura de eius nomine refert Marcellinus lib. 22. & Feneſtella, tit. 12. a *In familia Curionum.*) Ex Plin. cap. 41. lib. ſeptimi. Meminit Cice. primo epiſtolarũ. Liuius lib. 109. & 110. Plura Appia. lib. ſecundo bellorũ ciui. Itẽ Luca. 1. Pharſaliæ. *Audax uenali. &c.* b *Percuſsores Archilochi poëtæ.*) Ex Plinio capite 29. ſeptimi ſumptum & hoc. Euſe. cap. 12. quinti præparationis, Archiã uocatum dicit, qui Archilochũ poëtã peremerit. Plures ſribũt a Calõda eũ peremptũ fuiſse. Hic Archilochus ſane p̃cellẽs uates, ſed obſcenus multum ac uirulentus. Hinc factum eſt, ut dicta amarulenta plurimũ, & mordacia, prouerbiali figura, Archilochia nominentur. c *Lyſander Lacædemonius.*) Sumpſit hæc Solinus ex capite 29. ſeptimi Plinij. De hoc Lyſandro lege apud Iuſtinum libro quinto & ſexto. d *Sophoclis corpus.*) De Sophoclis poëtæ interitu diſcordãt à Græcis Latini plures. Val. Max. tit. 12. lib. noni &. C. Plin. capite 53. lib. ſeptimi, aſſerunt eum gaudio perijſse, accepto Tragicæ uictoriæ nũcio. Sed Græci ferme omnes dicunt hũc Sophoclẽ uuæ acino ſuffocatũ. Multis uerbis latinorum à Græcis diſcordiã proſequitur Crinitus cap. 6. ſecundi. de Hon. diſciplina. e *Liber pater.*) Plutar. in Quæſtionibus multas cauſas affert, cur Dionyſius. i. Bacchus, Liber pater fuerit appellatus. Vel (inquit) quod bibentibus libertatis cauſa ſit, Fiunt enim homines ebrietate petulãtiores, hinc & cornua eidẽ aſcripſerunt. Vel qd' libationẽ præbuit. Vel quod pro Bœotiæ libertate pugnauit. f *Pindarum lyricum è conuiuij loco.* Vix adduci poſsum, ut credã Solinum in hac tã celebri apud nobiliſsimos authores hiſtoria, ita turpiter lapſum fuiſse, ut ea ſcilicet, quæ Simonidi cõtigerunt, Pindaro ipſe lyrico tribuerit. Opinor itaq; non à Solino, ſed ſcriptore quopiam, erratum potius, cũ cõſimili ratione, in hoc præſertim authore, loca plurima fuerint deprauata. Potuit & id memoriæ uicio, nõ authoris inſcicia accidiſse. Experiũtur nimirũ homines, ut dictionẽ unã pro altera ſæpe ſcribant. Vtcunq; error acciderit, Simonidi id, nõ Pindaro accidiſse conſtat. Authores ſunt. M. Cicero, 2. de Oratore circa finẽ, Fab. Quintil. cap. de memoria Oratoriarum inſtitutionũ lib. 11. Val. Max. lib. 1. tit. de miraculis. Licet Quintil. uulgatã fabellã, potius quam hiſtoriã eã eſse credat. g *Intraturum domum Poſsidonij.*) Sumptũ ex cap. 30. ſeptimi. C. Plinij. Fuit aũt Poſsidonius hic Ciceronis magiſter, ut in lib. de Fato aſserit ipſe Cicero. Eũ enim audiẽdi gratia Rhodũ adijt, author in uita Ciceronis Plutarchus. Hic Poſsidonius ſphærã effecit, cuius ſingulæ cõuerſiones idẽ efficiũt in Sole & in Luna, & in quinq; ſtellis errantibus, quod efficitur in cœlo ſingulis diebus, & noctibus. Fuit præterea hic ipſe Poſsidonius Fataliũ ſyderũ aſsertor, qua in re à Cicerone diſcipulo lib. de Fato, et Diuo Auguſtino ca. 1. quinti. Ciui. efficaciſsimè redargutus eſt. Cũ Põpeius ad Piraticũ bellũ exiret, & mox cõtra Mithridatẽ eſset exiturus, fertur Rhodũ ueniſse atq; diſputãti Poſsidonio affuiſse, cui in diſceſsu interrogãti nũquid iuberet reſpõdiſse Poſsidoniũ ferũt, ut ſe gereret clarè, atq; alios excelleret oẽs. Author Strabo xi. Geographiæ. alib. Fuit lter Poſsidonius Apamiẽſis Stoicus, Strabonis tẽporibus eruditiſsimus, ut lib. 16. idẽ Strabo refert. Apud Romanos morẽ fuiſse cõſtat, ut cũ magiſtratus domum cuiuſpiã eſset intraturus, Lictor fores uirga percuteret. Authores moris huius ſunt, Titus Liuius libro primo. Florus in fine primi. Plinius capite 30. libri ſeptimi. Martialis libro octauo. Papinius primo Syluarũ libro

propria ceſsit ianuæ literarum. Africanus prior a
Quinti [a] Ennij ſtatuam imponi ſepulchro ſuo iuſ-
ſit. Vticenſis [b] Cato unum [c] ex tribunatu militum
philoſophum, alterum ex [d] Cypria legatione Ro-
mam aduexit, profeſsus plurimum ſe eo facto Se- b
natui,& populo Romano contuliſse, quamuis proa-
uus eius ſæpiſsime cenſuiſset, Græcos [e] urbe pel-
lendos. Dionyſius [f] tyrannus uittatam nauem Pla-
toni obuiam miſit. Ipſe cum albis quadrigis egre- c
dientem in littore occurrens honoratus eſt. Per-
fectam prudentiam ſoli [g] Socrati oraculum Delphi-
cum adiudicauit. Pietatis documentum nobilius
quidem in Metellorum domo [h] effulſit. Sed eminentiſ

de Stellæ Poetæ conſulatu. *Dum feriunt agmine poſtes, Atriaq;, & multa pulſantur limina uirga.* Cur autem Lictor dictus ſit, docet Plutar. problemate. 66. Sed quam ob rem pretorū uirgæ ſecuribus alligatæ præferantur, aperit idē Plutar. proble. 81. a *Quinti Ennij.*) Pliniana imitatio cap. 30. lib. ſeptimi. Ennius poeta (inquit in temporibus Euſebius) ſeptuagenario maior articulari morbo perijt, ſepultusq; in Scipionis monumēto, uia Appia in tra primū ab urbe miliariū. Quidā oſsa eius Rhudiā ex Ianiculo trāſlata affirmant. Ex uerbis Plinij, Solini, & Euſebij, Ouidiani uerſiculi, tertio de Arte amandi libro, reſtituendi ſunt, qui ſic corruptè leguntur, in omnibus exēplaribus.

Ennius emeruit Calabris in montibus ortos,
Contiguos penè Scipio magne tuis.

Sed tu ſic legas.

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.

Hoc Iani Parrhaſij ingenio lector debes. De Ennij proſapia, patria, laudibus, lege Sylliū lib. 12.

Ennius antiqua Meſsapi ab origine regis, &c.

Lucretius libro primo.

Ennius æternis exponit uerſibus edens. &c.

Sed magis ad huius loci expoſitionem faciunt uerſus Claudiani in Præfatione tertiæ Panegyris in laudes Stiliconis.

Maior Scipiades Italis, qui ſolus ab oris. &c.

Si Ouidio credimus.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

b *Vticenſis Cato.*) Et hæc ex cap. 30. ſeptimi Plinij mutuatus eſt Solinus. De hoc Catone ſcribunt. M. Cicero, Seneca. T. Liuius, Plutar. Lucanus, item cæteri. c *Vnum philoſophum.*) Intelligit Athenodorum cognomine Cordilionem Stoicæ diſciplinæ hominem præſtantiſsimum, hunc ex Pergamo Romam aduexit, author Plutar. in Catone Vticenſi. d *Ex Cypria legatione.*) De legatione Vticenſis Catonis in Cyprum, ſcripſimus cap. 9. tertij libri, apud. L. Florū. e *Græcos urbe pellendos.*) Scribit Plutar. Catonis Cenſorini temporibus, Carneadem Romā uenisse, eumq; quaſi quodam diuino afflatu, Romanā iuuentutē ad Græcarum literarū amorē pellexiſse, idq; cæteris Romanis iucundū fuiſse ſpectaculū, unū hunc Catonē ijs ſtudijs uniuerſam ciuitatē abundare grauiter tuliſse. Vniuerſos præterea plilosophos quadā honeſtatis ſpecie Roma demitti curaſse. Nec Græcos philoſophos ſolū Romæ, uerū Medicos odio & ſuſpitione proſequutus eſt. f *Dionyſius tyrannus.*) Diogenes Laertius de uitis philoſophorū lib. tertio author eſt. Platonē philoſophū ter in Siciliā nauigaſſe. Primo ut eā inſulam, crateresq; uideret, ſed cū de tyrānide cōtra tyrannū Dionyſiū acerrimè diſseruiſset, Dionyſiū ob id concitū, Platonē necare uoluiſse, ſed à Dione, & Ariſtomene exoratū, ab incepto deſtitiſse, eū tñ Polydi Lacedæmonio uendendū tradidiſse. Secundo profectū in Siciliā Platonem dicit, ad iuniorē Dionyſiū, à quo & terrā, & homines poſtulaſse, qui iuxta conſtitutā ab eo rempu. uiuerent. Veniſse autē in tyrāni ſuſpitionē, uelle eū, Siciliā tyrannide liberare. Sed Architæ Tarentini epiſtola omni eū ſuſpitione purgatū & tandē iterū in patriā remeaſse. Poſtremo illuc acceſsiſse, ut Dionē amicū, Dionyſio, cuius odiū incurrerat reconciliaturū, quod cū obtinere nequiſset, infecto negotio tandē in patriā redijſse. Eadē fere & Plutar. in Platonis uita refert. g *Soli Socrati.*) Sumptū ex Caio Plinio cap. 31. lib. 7. & cap. 6. triceſimiquarti. De qua re. Tertul. cap. 46. Apolo. Ouid. 13. quinti Triſtiū: *Ille ſenex dictus ſapiens ab Apolline.* Val. Max. tit. 4. libri. tertij. Euſebius capite quarto quartidecimi. Præparationis, Diogenes lib. 2. dicit Chærephōti miraculū editū, quod in omniū (inquit) ore eſt, quo ſcilicet mortaliū omniū Socrates ſapiētiſsimus predicaretur, ex quo magna in illum inuidia cōflata eſt. Cato Cēſorinus (ut Plutar. refert) Socratē loquacē, & uiolētū hominē appellabat. Huic loco ſeruiūt, quę ca. 4. antea ex Cicerone adducta ſunt. Quā ridicula fuerit Delphici oraculi origo, exponit Diod. Siculus lib. 16. in geſtis Philippi Macedonis. Multa Cœlius cap. 16. quinti. Antq. lect. h *In Metellorū domo.*) De pietate ſcripturus Solinus duo tm̄ exēpla pietatis refert. Eſt em̄ pietas quā Græci θεοσέβειαν uocant, teſte Cicerone. Virtus, per quam dijs immortalibus, ſanguine coniunctis, & patriæ beneuolis, officium & diligens tribuitur cultus. Lactantius autem capite nono tertij, nihil aliud eſse pietatem, quam iuſticiam definit. Quintodecimo uerò capite libri quinti. Pietas (inquit idem author) nihil aliud eſt quam

Dei

a ſimum in plebeia [a] puerpera reperitur. Humilis hæc atque ideo famæ obſcurioris, cum ad patrem, qui ſupplicij cauſa clauſtris pœnalibus continebatur ægrè obtinuiſſet ingreſſum, exquiſita ſæpius à
b ianitoribus, ne forte parenti cibum ſubminiſtraret alere eum uberibus ſuis deprehenſa eſt. Quæ res & factũ, & locũ cõſecrauit. Nã qui morti deſtinabatur, donatus filiæ in memoriã tãti ꝑconij reſeruatus eſt Locus, dicatus ſuo numini Pietatis Sacellum fuit

Dei notio, ac religioſus cultus, ſicut Triſmegiſtus uerißime definiuit. Euſeb. cap. 2. octaui Præparationis, ex Ioſephi ſententia, ſcribit Pietatẽ nõ eſſe uirtutis partẽ, ſed uirtutes omnes alias, pietatis eſſe partes. in cap. autẽ. 2. ſeptimi eiuſdẽ operis declarat ſolũ Hæbreorũ genus, uerã pietatẽ ſequutũ. Tãta fuit apud ueteres pietatis excellẽtia, ut eã numẽ quoddã eſſe crediderint, ei tẽpla cõſtruxerint, perſoluerint eius numini ſacrificia. Nihil habuit Mantuanus Homerus, uirtutũ omniũ præclarius, qđ ſuo Aeneæ tribueret, ꝙ qđ toties eũ inſignẽ pietate uirũ nominarit. Theodoſius nobilis Romanorũ imperator, quum uellet Honorium filium ad uirtutum amorẽ incendere, inter plurima præcepta ſaluberrima, & hoc pietatis ſubdidit documentum.

Sis pius in primis, nam quum uincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis

Huic lõco cõſonant, quæ ſcribit Seneca in fine tertij eius lib. quẽ de Beneficijs ſcriptum reliquit. Metellorũ familiæ inter cæteras uirtutes, pietatẽ in Deos peculiarẽ fuiſſe cõſtat. Metellus eñ Pōtifex max. Poſthumiũ conſulẽ, eundẽꝗ flaminẽ Martialẽ, ad bellũ gerendũ Africã petentẽ, ne a ſacris diſcederet, mulcta indicta inconſulto Deo urbem egredi paſſus non eſt. Val. Max. de ſeruata religione libro primo. Fuit & hoc in eodẽ Metello pietatis in deos ſignum patens. Cum enim Veſtæ templum, in quo Romanorum fatale pignus Palladium ſeruabatur, corripuiſſet ignis, &

Attonitæ flerent demiſſo crine miniſtræ
Abſtulerat uires corporis ipſe timor,
Prouolat in medium, & magna ſuccurrite uoce,
Non eſt officium flere Metellus ait,
Pignora uirgineis fatalia tollite flammis,
Non ea ſunt uoto, ſed rapienda manu,
Me miſerum dubitatis ait, dubitare uidebat,
Et pauidas poſito procubuiſſe genu.
Haurit aquas, tollensꝗ manus ignoſcite dixit,
Sacra uir, intrabo non adeunda uiro.
Si ſcelus eſt, in me commiſſi pœna redundet,
Sit capitis damno Roma ſoluta mei.
Dixit, & irrupit, factum dea rapta probauit,
Pontificisꝗ ſui munere tuta fuit.

Idem feciſſe prius Ilum, cũ in Ilio Mineruæ templũ arderet, Scribit Plutar. cap. 30. & 31. Parale. Imitatur Solinus in Metellorum exemplo. Plin. cap. 36. lib. ſeptimi. c *In plebeia puerpera.*) Diſcrepat & hoc loco Solinus à Plinio, quum Plin. dicat hanc pietatẽ matri oſtenſam. Solinus autẽ ad patrẽ referat. Verũ ut locus hic fieret dilucidior, aſcripſi uerba Plinij ex cap. 36. libri ſeptimi. Pietatis (inquit) exempla, infinita quidẽ toto orbe extitere, ſed Romæ unũ, cui comparari cuncta non poſſint. Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera ſupplicij cauſa carcere incluſam matrem, cũ impetraſſet aditũ à ianitore ſemper excuſſa, ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt uberibus ſuis alens eã. Quo miraculo matri ſalus donata filiæ pietate eſt, ambæꝗ perpetuis alimentis. Et locus ille eidem conſecratus eſt Deæ. Hæc Plinius. Aſtipulatur & Plinio Vale. Maximus tit. de pietate erga parentes lib. ſ. Sanguinis ingenui mulierem (inquit) prætor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam, in carcere necandam tradidit, quã receptã is, qui cuſtodiæ præerat, miſericordia motus, non protinus ſtrangulauit, aditũ quoꝗ ad eã filiæ, ſed diligenter excuſſæ, ne quid cibi inferret, dedit, exiſtimans futurũ ut inedia conſumeretur. Quum autem iã dies plures intercederent, ſecũ ipſe quærens, quid nam eſſet, qđ tam diu ſuſtentaretur, curioſius obſeruata filia, animaduertit illã exerto ubere, famem matris lactis ſui ſubſidio lenientem, & cetera. Niſi de ea Solinus intelligat, quæ patrem Cimona pari cuſtodia traditum iam ultimæ ſenectutis uelut infantem, pectori ſuo admotum aluit, Author maximus Valerius loco eodem. Verum hanc non plebeiam, ſed nobilem Athenienſem fœminam fuiſſe conſtat. Item non inter Romana, ſed externa exempla id factum connumerat. Boni expoſitoris officium crederem, ut apud Solinum pro patre, mater reponeretur, niſi toties eſſet à Solino ipſo patris nomen expreſſum.

Nauis [a] à Phrygia gerula ſacrorum, dum ſequitur a
uittas caſtitatis, contulit Claudiæ principatum pu
diciciæ. At Sulpitia Paterculi filia Marci Fuluij
Flacci uxor cenſura omnium matronarum è cen
tum probatiſsimis haud temere electa eſt, quæ ſimu- b
lacrum Veneris (ut Sibyllini libri monebant) dedi-
caret. Qui [c] attingat ad titulum felicitatis, necdum
repertus eſt, & qui felix cenſeri iure debuerit. Nam-
que Cornelius Sylla [d] dictus potius eſt, quam fue- c
rit felix. Solum certe beatum Cortina [e] Aglaum iu-
dicauit, qui in anguſtiſsimo Arcadiæ angulo paupe-
ris ſoli dominus, nunquam egreſsus paterni ceſpitis
terminos inuenitur. De homine ſatis dictum habeo.

Quid ſi apud Plinium, & Valerium, pro patre matrem corruptè quis aſcripſerit? Sed id iudicio relinquimus aliorum. a *Nauis à Phrygia.*) Ex C. Plinio cap. 35. libri ſeptimi. Val. Max. tit. 1. octaui. Tito Liuio lib. 29. ab urb. condita. Altero Plinio cap. 46. de uiris illuſtribus, Syllio libro ultimo à principio. Ouid. quarto Faſtorum multis carminibus hiſtoriam hanc cecinit eleganter. *Hoſtia contigerat, qua ſe Tyberinus in altum. Diuidit etc.* Claudia hæc (inquit ſecundo diuinarum inſtitutionum Lactant.) ponitur in exemplo miraculi. Nam cum ex libris Sibyllinis Idæa mater eſset accita, & in uado Tyberini fluminis nauis, in qua uehebatur, hæſiſſet: nec ulla ui cõmoueretur, Claudiã ferunt, quæ ſemper impudica eſset habita, ob nimios corporis cultus, Deam ſubmiſsis genibus oraſſe, ut ſi ſe caſtam iudicaret ſuum cingulũ ſequeretur. Ita nauim quæ ab omni iuuẽtute nõ ualuit commoueri, ab una muliere eſſe cõmotam. Hoc autẽ mirũ, & ſexcenta ſimilia dæmonum poteſtate fieri. cap. 16. decimi Ciuitatis aſserit Augu. ut qđ nauim, qua (inquit) ſimulachrum matris Phrygiæ uehebatur, tantis hominum boumque cantibus immobilem redditam, una muliercula zona alligatam, ad ſuæ pudicitiæ teſtimoniũ mouit & traxit. Aduertendũ tamen nõ poſse facere mirabilia, id eſt, maxima ratione cõſtantia, niſi qui habet mentẽ, prouidentiam, poteſtatẽ. Ita fiet, ut Deus fecerit omnia, nec quicquam eſse poſsit omnino, quod non originẽ à Deo traxerit. b *Sulpitia paterculi.*) Ex Caio Plinio cap. 35. ſeptimi. Abundè Val. Maxi. tit. 16. 8. lib. Meritò cõmemorationi uirorũ Sulpitia Seruilij paterculi filia, Q. Fuluij Flacci uxor. &c. Sibyllinorum librum monitum refert Ouidius quarto Faſtorum lib. his quidem uerbis.

Roma pudicitia proauorum tempore lapſa eſt,
Cumæam ueteres conſuluiſtis anum
Templa iubet fieri Veneris quibus ordine factis,
Vnde Venus uerſo numine corda tenet. &c.

c *Qui attingat ad tit.*) Ex Pliniano fonte, ut cætera capite. 43. & 46. lib. 7. Felix ait Auguſt. 13. de ſancta trinitate libro, eſt, qui habet quicquid uult, & nihil male uult. Exponit Scotus, id eſt, habitio omnium beneuolitorum. Boëtius autem tertio de conſolatione libro, ait beatitudinem ſiue felicitatem, eſse ſtatum bonorum omnium aggregatione perfectum, quo quis adepto nihil ulterius deſyderare queat. Hæc autem nulli poteſt conuenire mortalium. Huic quadrat Horatiana illa ſententia.

Nihil eſt ab omni parte beatum.
Vſque adeo nulla eſt ſyncera uoluptas,
Sollicitumque aliquid lætis interuenit.

Ouidius Metamorphoſeõs libro ſeptimo. Crœſum Lydorũ regem, quum ſe felicem eſse iactaret, his uerbis à Solone ſugillatum ferunt.

Scilicet ultima ſemper.
Expectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.

Ad rem ipſam lege Val. Max. in principio lib. ſeptimi, ubi de Aglao etiamnum recenſet hiſtoriam. Vnde prouerbium factum οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα, domi manere oportet pulchrè fortunatum. Claudianus Epigrãmate, *Felix qui patrijs etc.* Cum quiſpiam Iampin Aegenitã beatũ diceret, quod ditiſsimus eſse uidebatur (Erat enim multarũ nauiũ gubernator) ad hunc Lacon quidã. Non attendo (inquit) felicitatem, quæ pendeat ex funibus, author Plutar. in Apophtegmatis. d *Sylla felix.*) Cornelius Sylla in fortuna felix dictus, cũ paruulus à nutrice ferretur, mulier obuia, ſalue (inquit) puer tibi, & Reipu. tuæ felix. Et ſtatim quæſita, quæ hæc dixiſset, nõ potuit inueniri, author Plin. de uiris illuſtribus. Lege de eo Pliniũ cap. 43. ſeptimi naturalis hiſtoriæ. Val. tit. ſecũdo noni. Aug. cap. 28. tertij ciuitatis. Plura Plutar. in uita eius. Lucius Florus cap. 21, libri tertij. e *Cortina.*) Continens pro Contento. i. Apollinis ſacerdos. Eſt enim Cortina menſa Delphici oraculi, unde certa dabantur reſponſa. Lege Strabonẽ lib. 9. Iuſti. lib. 24. Lucanũ in quinto. Dicta autem Cortina, aut

qu od

quod cor teneat,aut quod Tripos ſeptus erat ſerpentis corio, aut certe ſecundum Græcam Etymol. ὅτι τὴν κόρην τείνει.id eſt,quod extendat puellam,ut maiorq́ uideri.Ex Seruio.3.&.6 Aeneidos.

De Italia,& eius Laudibus,deque peculiaribus multis, que in ea reperiuntur. Cap. VIII.

a NVnc [a] ut ad deſtinatum [b] reuertamur ad locorum commemorationem ſtilus dirigẽdus eſt,atq́ ideo prĩcipaliter in Italiã, cuius

NVnc ut ad deſtinatum.) Scripturus de orbis terræ regionib. Solinus,merito ab Italia ueluti à reliquis preſtantiore,ſumit initium. Hæc enim(ut Plinianis uerbis utar)in toto orbe,& in quãcunq́ cœli conuexitas uergit,pulcherrima eſt omniũ,rebus,uiris,fœminis,ducibus,militibus,ſeruis,artiũ præſtantia, ingeniorũ claritatibus. Iã ſitu ac ſalubritate cœli, atq́ temperie,aceſſu cunctarum gentium facili littoribus portuoſis, benigno uentorũ afflatu. Etenim contingit recurrẽtis poſitio in partem utiliſsimam,& inter ortus, occaſuſq́ mediam. Aquarum copia,nemorũ ſalubritate,montium articulis, ferorũ animalium innocẽtia. Soli fertilitate,pabuli ubertate. Quicquid quo carere uita nõ debeat, nuſquam eſt præſtantius,fruges, uinum,olea,uellera,lina,ueſtes,iuuenci ne equorũ q̃dẽ in trigarijs præferri ullis uernaculis animaduerto metallis auri,argenti,æris,ferri q̃ diu libuit exercere,nullis ceſsit. Et ijs nunc in ſe grauida,pro omĩ dote uarios ſuccos,& frugum promorũq́ ſapores fundit. Hæc ex tertio, &.37. uoluminibus Caij Plinij, natura.hiſtoriæ. Scribunt qui de Italia tractauerunt,eã ſitam eſſe,mediam inter Meridiẽ, & Septẽtrionem,id quod ex Sphæræ ratione deprehenditur Quæ duo,qđ extrema ſint,uel ob nimiũ ſolis ardorẽ, uel immodicam frigoris aſperitatẽ,habitationi hũanæ minus accõmoda eſſe conſtat. Eam ob rẽ Italię ſitum mirũ in modũ & fertilẽ,& plurimũ accolis ſalubrẽ eſſe aiunt. Agrius Socraticus apud Varronẽ arbitratur,nullã eſſe regionẽ,quæ tã tota ſit culta. Nã quid in Italia(inquit) utenſile non mdò naſcitur, ſed etiã egregiũ ſit? Quod far cõferã Cãpano? Quod triticum Apulo? Quod uinũ Falerno? Quod oleũ Venafro? non arboribus cõſita Italia eſt, ut tota Pomariũ uideatur? etc. Hinc à Marone primo Aeneid. dictum eſt. *Terra antiqua,potens armis,atq́ ubere glebæ.* Vnde fit,ut ſi quis ſingula ſingulis conferat, uix terrã alteram Italiæ præferre iure poſsit. Non ab re igitur (quod ad hunc Solini locum maximè attinet) à Marone uerifico uate ſecundo Georgicorum lib. ſcriptum eſt.

Sed neq́ Medorum ſyluæ ditiſsima terra,
Nec pulcher Ganges,atq́ auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent,non Bactra,neq́ Indi,
Totaq́ thuriferis Panchaia pinguis arenis.
Hic grauidæ fruges,& Bacchi Maſsicus humor
Impleuere,tenent oleæq́ armentaq́ læta.
Hic uer aſsiduum,atq́ alienis menſibus æſtas,
Bis grauidæ pecudes,bis pomis utilis arbos,
Adde tot egregias urbes,operumq́ laborem,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaq́ antiquos ſubter labentia muros.
An mare quod ſupra memorem? quodq́ alluit infra?
An ne lacus tot? &c.

Multis Italia à ueteribus fuit appellata nominibus. Ouidius primo Faſtorum.

Vnde diu genti manſit Saturnia nomen,
Dicta fuit Latium,terra latente deo.

Oenotria autem dicta eſt,uel à uino id eſt, οἶνον, quod optimum in Italia naſcitur. Vel(ut Varro dicit)ab Oenotro rege Sabinorum,author Seruius primo Aene. ſuper illud *Oenotrij coluere uiri.* Dicta inſuper Heſperia ab Heſpero Atlantis fratre,qui à Germano pulſus,Italiam tenuit,eiq́ nomen priſtinæ regionis impoſuit. Sunt autem Heſperiæ duæ, Lege Seruium primo Aeneid. ſuper illud. *Eſt locus Heſperiam &c.* Auſoniam Italiã appellauit Auſon Vlyſsis,& Calipſus filius,ut Põpeius refert. Poſtremo ea regio Italia dicta eſt,uel quod magnos Italos,hoc eſt boues,habeat Vituli enim Itali ſunt dicti,authores M. Varro.cap.1. ſecundi de Agricultura,& Colummella in Prologo ſeptimi. Vel ut Pompeius ſcribit,ab Italo rege. Sũt qui eã ab Italo Siciliæ rege Italiam appellatam tradant. Lege Seruium primo Aeneid. ſuper illud.

Italiam dixiſse ducis de nomine gentem.

Idem ſcribit tertio Aene. De Italiæ diuerſis nominibus habetur duodecimum caput Originum Catonis,ſi tamẽ id quod extat ſit originũ illarũ fragmentũ. Italiæ terminos paucis deſcribit Appianus in principio operis ſui. Italia(inquit) omniũ gentiũ domina,ab

Ionio circūdata,plurimū à Tyrrheno mari uſq; ad Celthas,quos ipſi Galathas uocāt,extenditur.Qui externi populi Italiam incoluerint,ſcribit Ouid.quarto Faſtorum libro.

Venerat Euander plena cum claſſe ſuorum.&c. Plura Diony.Halicarnaſſæus libro primo antiquitatum Romanarum.Lege Myrſilum in principio.Hi autem incolæ,quoniam maiori ex parte Græci fuerūt, Italia maior Græcia nuncupata eſt.Italiæ ſitum,& terminos deſcribit Ptolomæus cap.1.libri tertij Coſmographiæ, ſexta Europæ tabula. Copioſè de Italia Strabo libro 5.& ſexto.Plin.libro 3.Vergil.ſeptimo &.10.Aeneidos,Sylius Italicus lib.8. Cæſar primo Cōmentariorum.Martianus Capella lib.6. Sparſim nemo tam Græcorum,quam Latinorū Italiam intactā reliquit. Lege Stephanum de urbibus. b *Ad deſtinatum.*) Dixerat in præfatione. Locorum commemoratio plurimum tenet,in quam partem ferme inclinatior eſt uniuerſa materies. a *In urbe contigimus.*) Capite ſecundo ſupra. Pliniana imitatio cap.5.libri tertij. Martianus. Italia longè ante alias omnes laudibus ueterum in urbis Ro. gratia prædicanda. b *A M.Catone.*)In eo opere,quod de Originibus ſcripſit quarum ferè omnes meminerunt. c *Locorum ſalubritatem.*)Ex capite tertio Plinij. & ſecundo Geor. Ver.ut iam diximus. Locorū enim nobilitas ex duobus attenditur, noxiorū ſ.abſentia,& tandem afluentia ſalutarium,qui duo Verg.prudentiſsimè obſeruauit. d *Ouilia,pecuaria.*) Veteres codices habent Nobilia pecuaria,Plinius. Tam nobilia pecori uellera. e *Bifera uiolaria.* Quidam putant non uiolaria,ſed roſaria,legendum,propter illud Vergilij.4. Georgicorum. *Biferique roſaria peſti.* De Peſtanis roſis Oui.15.Meta.*Tepidique Roſaria peſti.* Claudia.de nuptijs Hono.

Ceu geminæ Peſtana roſæ per iugera regnant. Martalis in quartò.

Peſtanis rubeant æmula labra roſis, Item Propertius quinta quarti.Verum in Lucania non ſolùm roſæ.ſed & alij flores multi,bis anno proueniunt. *Veſeuum flagrantis.*) Mons hic in Campania iuxta Neapolim.Dicitur etiam Veſeuus,& Veſbius. Lege quæ ſcribit Domitius |Sylua ſexta ſecundi. Statij ſuper illud.*Ructaſsent dites Veſuuina incendia.* Et Sylua q̄nta tertij,*Non adeo Veſuuinus apex.* g *Tepentes Baias.*) Deſcribit eas eleganter Val.Marc.Epigrammate.81.lib.undecimi.

Littus beatæ Veneris aureum Baias &c. Dictæ autem Baiæ,à Baio Vlyſsis ſocio. Syl.in.8. *Ore giganteo &c.* & lib.12.Docet ille tepentes unde ferant nomen Baiæ.&c. h *Colonias tam frequentes.*) Ex Plinio cap.5.tertij Diony.lib.primo.Myrſilo Leſbio in principio. Quid Colonia ſit,& quo à Municipio differat, docet Gel.cap.13.decimiſexti Noct. Atti.Lege quæ ſcribit Vlpianus tit.15.lib.ultimi Digeſto.l.1.itt i *Lorum portuoſa.*) Id eſt,totis littoribus portubus frequens. Id ipſum Plinius capite quinto tertij ſic explicat. Tot maria portuſq;,gremiūq; terrarū cōmertio patēs undiq;,&tanquā ad iuuandos mortales ipſa auida in mare procurrēs. K *In ea quæ minus trita ſunt,animū intendere.*)Promiſerat in procemio ſe pedem à notioribus relaturum. l *Parcius depaſta.*)Metaphora ſumpta ab eo,q̄ in locis auijs, necdum tritis antea, ſe ſequentibus iter ueſtigijs terit.Lucretius lib.primo.

Auia Pieridum peragro loca nullius ante
Trita ſolo. Inuiare autem ſignificat uiam facere. m *Dicta uel condita.*) Legendum uidetur dictum

decus iam in urbe [a] contigimus. Sed Italia tanta a
cura ab omnibus dicta eſt,præcipue à Marco [b] Ca-
tone,ut iam inueniri non ſit,quod non ueterum au-
thorum præſumpſerit diligentia, largiter in laudem
excellentis terræ materia ſuppetente,dum ſcripto- b
res præſtantiſsimi reputant locorum [c] ſalubri-
tatem, cœli temperiem, ubertatem ſoli, aprica colli-
um,opaca nemorum, innoxios ſaltus,uitium, olea-
rumque prouentus,ouilia, [d] pecuaria, tot amnes, c
lacus tantos,bifera [e] uiolaria. Inter hæc [f] Ve-
ſeuum flagrantis animæ ſpiritu uaporantem, tepen-
tibus fontibus [g] Baias,colonias [h] tam frequētes,tam
aſsiduam nouarum urbium gratiam,tam clarum de
cus ueterum oppidorum,quæ primum Aborigines, d
Arunci, Pelaſgi, Arcades, Siculi, totius poſtremo
Græciæ aduenæ, & in ſumma uictores Romani
condiderunt.Ad hæc littorum [i] portuoſa, oraſq; pa
tentibus gremijs commertio orbis accommodatas. e
Verum ne prorſus intacta uideatur,in [k] ea quæ
minus trita ſunt,animum intendere haud abſurdum
uidetur, & parcius [l] depaſta leuibus ueſtigijs in-
uiare.Nam quis ignorat,uel dictam, [m] uel conditam

dictum,uel conditũ,quod & uetuſta exemplaria retinent.Niſi dicta,uel condita multitudinis numeri eſſe intelligamus.De Ianiculo,& Saturnia ad mentẽ Solini,habetur.8.Aeneid.Vergilij.*Hæc duo prætereа* &c.Item ab Ouid.in principio ſexti Faſtorum. *A patre dicta meo quondam Saturnia Roma eſt.&c.* a *A Danae Ardeam.*) Danaen Acriſij Argiuorum regis filiam,cum à Ioue in imbrem aureum uerſo uitiatam pater cognouiſſet,in arca incluſam præcipitauit in mare,quæ delata in Italiã, & à piſcatoribus inuenta cum Perſeo,quẽ illic pepererat, regi eius loci oblata eſt. Cumcꝫ rex eam uxorem duxiſſet, Ardeæ auis augurio monitus,cum Danae coniuge Ardeã urbem condidiſſe dicitur, author Lactan.2.&.6. Thebaidos. Meminit Verg.7. Aene. *Acriſioneis Danae* &c. Loca hæc nudis nominibus recenſet Mela Pomponius,in ſecundo. Plin.omnia cap.5.lib.tertij. De cõditoribus harũ urbium,Martianus cap.14. libri ſexti. b *Polyden.*) Polyde quænam ſit urbs nondum legi. Suidas dicit πολυίδιον eſſe nomen urbis,ſed cuius regionis nõ explicat.De Pompeijs Martian. in ſexto, ab Hercule Herculanium ad radicem Veſuuij, à quo haud procul Pompeios cum boum pompam duceret Iberorum. Vide Serui.ſexti. Aene. ſuper illud. *Dicitur,& tenebroſa palus Acheronte refuſo* c *In Liguria quocꝫ Lapidarios campos.*)Plin. cap.4.tertij,& Mela Pom.in ſecundo,hos campos in Narbonenſi eſſe dicunt. Cato in Originibus.C. Sempronius.Martianus lib.6.& Solinus ipſe in Liguria Hanc differentiam accidiſſe crediderim, propter Liguriæ,& Narbonẽſis uicinitatem.Vel quod ij Liguriæ lapidarij campi, alij ſint ab his quos in Narbonenſi eſse fabulantur.Fabulã hanc ex Aeſchylo in Promotheo ſoluto,abũdè refert Diony.Halicar.circa mediũ primi Antiqui.Roma.libri.Strabo quocꝫ eiuſdem poëte de hac ipſa re uerſus refert. d *Regionem Ionicam ab Ione Naulochi filia.*) Martianus lib.6.Idẽ etiã(inquit)Ioniæ nomẽ dedit.Nã Ionẽ Naulochi filiã obſidentẽ uias latrocinaliter interemit. e *Alchippen*) Sic hunc locũ ex Plinio caſtigauimus, cũ antea legeretur,tum Archippenam,tum Archippen,in alijs codicibus Achippen. Verba Plinij, quæ Solinus hoc loco ſecutus eſt,ex cap.12.tertij ſunt hæc.Gelianus author eſt lacu Fucino hauſtum Marſorum oppidum Alchippe conditũ à Marſya duce Lydorum.De Marſya Lydorum duce meminit etiã in Origi M.Cato. f *A Iaſone templum Iunonis Argiuæ.*) Sumpſit hæc Solinus ex ca.5.tertij Pli. Domitius in Commẽtarijs Syluæ primæ tertij Papinij,exiſtimat nõ Argiuæ,ſed Acreę legendũ eſse, de qua re plura diſserit Hermo.cap.5.tertij Caſtigationum Plin.Fabulantur Græcorum quidam Apollinem,Neptunum,& Iunonẽ,quondam de Ioue ex imperio eijciendo cogitaſse. Quod cum Iuppiter reſciuiſset,diuerſis ab eo pœnis eos affectos aiunt.Apollinem,& Neptunũ Laomedonti in cõſtruendis Troianis mœnibus,ſeruire coactos,Iunonẽ ipſam cõiectam in uincula,ac pòſt cœlo eiectã.Hæc in terris uitam agens,cũ ad Enipheũ amnẽ preter ſolitũ inundantem peruenißet,et ſe anũ ſimulaſset,à Iaſone per flumen tranſuecta eſt.Eam ob rem fuiſse ea plurimum Iaſoni deinceps credita eſt. Meminit Lactã. 5.Thebaidos apud Statium.Et Val.Flaccus primo Argonauticon.

Omnipotens regina(inquit)quam turbidus atro
Aethere cæruleum quateret cum Iuppiter imbrem,
Ipſe ego præcipiti tumidum per Eniphea nimbo
In campos,& tuta tuli,nec credere quiui
Ante deam,quam te tonitru,nutuꝗ repoſci
Coniugis,& ſubita raptam formidine uidi.

Non mirum igitur ſi Iunoni Argiuæ à Iaſone in Italia templũ conſtructum fuerit, g *A Pelopidis Piſas.*) Vetuſti codices habẽt à Pelope, Eodem modo Pli.c.5.tertij.De Piſis Etruriæ ſic Str.in.5,Piſæ ab ijs cõditæ ſunt Piſanis qui è Peloponneſo cum Neſtore aduerſus Iliũ militarunt. Renauigantes aũt errore diſiecti.Hi quidẽ Metapontũ.Alij uero Pyſanũ tenuerũt agrũ. Cũcti Pylij uocati &c. Meminit Verg.10. Aene. *Alpheæ ab origine Piſæ* &c. De Daunijs populis,Pli.ca.xi.tertij,& Stra.li.5.Porphyrio,ſcribit.1. Carmi.Hora. ode.22.Dauniã dictam eſse à Dauno rege Diomedis ſocero. De Iapygia Pli.c.10.tertij,& Stra.lib.5.&.6. h *Tyrrhenos à Tyr.*) Eytat libellus Myrſili Lesbij, q̃ de Tyrrhenorum origine inſcribitur.Lege Serui.8. Aene.ſuper illud. *Vrbis Agellinæ.* Item Syllium in principio quinti.Seruius.7.Aene,dicit Corẽ dictam a Cora Catylli,& Tyburti fratre.Pli.cap.5.tertij,ut Solinus. i *Agillam à Pelaſgis.*) Hæc urbs,ut Cato,et alij

a à Iano Ianiculum,à Saturno Latium,atque Saturniã,
à Danae [a] Ardeam. à comitibus Herculis Polyden, [b] ab ipſo in Campania Pompeios, quia uictor ex Hiſpania pompam boum duxerat. Ligu-
b ria [c] quocꝫ lapidarios campos, quod à Ioue eo dimicante creduntur pluiſſe ſaxa. Regionem [d] Ionicã ab Ione Naulochi filia, quam procaciter inſidentem uias Hercules interemit, ut ferunt. [e] Alchippen à
c Marſya rege Lydorum, quod hiatu terræ hauſtum diſſolutum eſt in lacum Fucinum. [f] A Iaſone templum Iunonis Argiuæ. A [g] Pelopidis Piſas, à Cleolao Minois filio Daunios, & Iapigas à Iapige Dædali filio, Tyrrhenos [h] à Tyrrheno rege Lydiæ, Coram à Dardano, Argillam [i] à Pelaſgis, qui primi in

alij ſcribunt,alio nomine Cære dicta eſt,cuius cauſam refert Seruius.8.Aenei.Agilla(inquit)ciuitas eſt Tuſciæ à conditore appellata,cui ex inſcitia Romana,aliud eſt inſitũ nomen.Nã cum Romani euntes per Thuſciã,interrogarẽt Agellinos,quę diceretur ciuitas,& illi (utpote Græci)quid audirent ingorãtes,& optimũ ducentes ſi prius eos ſalutarent.Dixerunt χαῖρε, quã ſalutationẽ Romani ciuitatis nomen eſſe arbitrati ſunt,& detracta aſpiratione,eam Cære nominauerũt.Citat Iginũ authorem in urbibus Italicis.Fuit hæc urbs quõdam Lydiæ gentis ſedes.

Hanc (ut canit Maro) *multos florentem annos rex deinde (ſuperbo*
Imperio, & ſæuis tenuit Mezentius annis.

a *Haleſo.*) Faliſcos (inquit idem Seruius.8.Aenei.) Hiliſus condidit,immutata.h.in.f. Ouidius de eo Faſtorum.4.ſic ait.

Venerat Atrides fatis agitatus Haleſus,
A qua ſe dictam terra Faliſca putat.

Exiſtimant nonnulli eum locum eſſe, quem inuerſo uocabulo, Montemflaſconem uocant,ob uini nobilitatem Romipetis nominatiſsimum. De Falerijs meminit Strabo, Ptolemæus, Pli. Falerienſes nominat, cap.13.lib.tertij.

latium literas intulerunt. Ab Haleſo [a] Argiuo Faliſcã,à Falerio Argiuo Falerios.Feſceninum [b] quoque ab Argiuis, portum Parthenium à Phocenſibus. Tybur,[c] ſicut Cato facit teſtimonium, à Catillo Arcade præfecto claſsis Euandri, ſicut Sextius, ab Argiua iuuentute, Catillus enim Amphiarai filius poſt prodigialem [d] patris apud Thebas interitum Oeclei aui iuſſu cum omni fœtu uel ſacro miſſus tres liberos in Italia procreauit, Tiburtum, Coram,Catillum, qui depulſis ex oppido Siciliæ ueteribus Sicanis à nomine Tiburti fratris natu maximi urbem uocauerunt. Mox in [e] Brutijs ab Vlyſſe [f] extructum templum Mineruæ. Inſula [g] Ligia appellata abiecto ibi corpore Sirenis ita no-

b *Feſceninum ab Argiuis.*)Diſcrepat à Solinõ Seruius.7. Aene.ſcribens Feſceninũ oppidũ Campaniæ, ubi nuptialia inuenta ſunt,hi(inquit)populi ducunt originẽ ab Athenienſibus. De Parthenio portu Pli.cap.5,lib.tertij.Græci παρθενῶνα locũ dicũt,in quo uirgines habitant. c *Tybur à Catillo.*) De Græcia(inquit 7 Aene.Seruius grammaticus)tres fratres uenerũt,ad Italiã,Catillus,Coras, Tyburnus,Hi ſimul omnes unam fecere ciuitatẽ,& eam de fratris maioris nomine,Tybur appellaue runt,licet & alias fecerint ſinguli. Vergilius ſeptimo Aeneidos.

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catilluſque,acerque Coras,Argiua iuuentus.

d *Poſt prodigialem patris interitum.*)Amphiaraus augur Oeclei, uel ut uolunt alij,Lyncei & Hypermeſtræ filius,præuiderat ſe periturũ omnino, ſi inſtanti Thebano bello afforet. Eam ob cauſam alijs præter uxorem Eriphylen omnibus inſcijs,latitabat.Hunc Eriphyle aureo torque dono à Polynice accepto,contempto coniugali uinculo,maritum Amphiaraum Adraſto fratri indicat.Is inuitus in bellũ pergit.Sed cũ contra hoſtes fortiter pugnat,hiatu terræ cum curru,& equis abſorptus eſt.Quo in loco ab urbe Oropo duodecim ferme ſtadijs,ſacellum conſtruxerunt eiq; diuinos honores inſtituerunt.Quam religionem reliqua Græcia ſecuta eſt. Authores Pauſanias in Attica.Dio.Siculus in quinto.Pli.cap.45.ſextidecimi.Papinius ſeptimo Theb. e *Brutijs.*)Brutij populi poſt Sannites,in Siculum uſq; fretum protendentes. f *Ab Vlyſse extructum tem.Mineruæ.*)De hoc Mineruæ templo ab Vlyſſe extructo in Brutijs,nil me legiſſe memini. Scribit Strabo li.6.prope Temeſſam ſacellum eſſe oleaſtris circumſeptum Polytæ Vlyſsis ſocio dicatum.Quem Barbarorũ fraude trucidatum,graues excitaſſe iras tradunt,ad eoſq; extare prouerbium.Heroem Temeſsæ ingruere dicat nemo.Idem Strabo,Brutios Lucanorũ lingua dici rebelles,& fugitiuos dicit.Antea enim(inquit) Brutij Lucanorum paſtores erant,à quibus turansfugerũt.Dehinc remiſsi,in libertate uitã exegerũt.Multa de Brutiorũ origine,& nomine Diod.Siculus lib.16.Iuſti.lib.23.à Brutia quadam fœmina nomen accepiſse refert.Stephanus de Vrbibus dicit,τὴν Βρουτίαν μοῖραν σικελίας.id eſt,Brutiã partem eſse Siciliæ.In his locis Pomp.Mela,&.C.Plin. ponũt Mineruæ promõtoriũ,in quo hoc templũ ædificatum dicunt Fuit & apud Luceriam Mineruæ fanum,priſcis donis refertum,ut idem Strabo eodẽ libr. author eſt. g *Inſula Ligia.*) Cũ hæc ſcriberemus,nihil relatu dignius,de Ligia inſula occurrebat ijs,quæ in Ariſto. monimentis ſcripta memoria tenebamus.Subſcripſimus ergo eius uerba,ex cap.91.eius operis cui de Admirãdis in natura inſcriptionẽ indidit.Sirenuſsas inſulas(inquit)poſitas eſse intra Italiæ ambitũ ferunt,circa maxime illud interfluens mare,quod promontorium illidit,in cuius ſinu,Cuma ipſa ſita eſt & ea ciuitas,quam Poſsidoniam uocant.Sunt enim tres,quarum unam quidem Parthenopen appellant,alteram uero Leucoſiam,tertiam Ligiã, ubi unaquæq; ſuũ poſsidet templũ,quod ſumma cũ om

circum

circum habitantiū ueneratione,exquiſitiſq; ſacris excolitur. Triū Sirenuſſarū inſularū meminerunt etiam Pli.ca.10.lib.terij. Strabo lib.primo. Stephanus de urbibus. Strabonis uerba ſunt. Ad Poſsidoni atem ſinum paruæ tres adiacent inſulæ,deſertæ,petroſæ,quas Sirenuſſas uocant. Euſtathius Homerū duas tm̄ Sirenuſſas poſuiſſe ſcribit,nec eas qdē ꝓprijs nominib. nuncupaſſe. Stephanus,& cæteri fer me omnes, Sirenum nomina hæc eſſe tradunt. παρθενόπην,λευκωσίαν,καὶ λίγειαν. Referunt Palephatus,et Seruius Sirenes meretrices fuiſſe, ſumptis nominibus ex meretricum conſuetudine. παρθενόπην enim uirginem λευκωσίαν, albam, λιγύα canoram Græci dicūt. Candore enim & cantu ad ſe amatores alliciunt, præſertim cum ſe uirgines mentiuntur. Hinc prouerbiali figura primo epiſtolarum ab Horatio dictum eſt. Sirenum uoces, in eos, qui compoſitis blanditijs quempiam conantur excipere. Lycophronis Interpres Sirenes tres uocari tradit, Piſinoen, Aglaopen, Theſiepian. Scribit Lycophron inſulam eſſe Tirinam nomine, in qua Ligia Siren colebatur. Plura de Sirenibus Seruius in fine 5. Aene. ſuper illud. *Iamque adeo ſcopulos &c.* Quæ omnia ſumpta ſunt ex 12. Odyſſeæ Homeri, cuius uerſus Cicero in Latinum uertit, lib. quinto, de Finibus bonorum & malorum. Eos parum infra hoc ipſo capite recenſebo. a *Parthenope.*) Sumpta ex cap. 5. tertij Pli. Similia ſcribit Syllius in principio 12. bellorum Punicorum.

a minatæ Parthenope [a] à Parthenopes Sirenis ſepulchro, quam Auguſtus [b] poſtea Neapolin eſſe maluit. Præneſte, ut Zenodotus refert, à Præneſte Vlyſsis nepote, Latini filio, Aut, ut Præneſtini
b ſonant libri, à [c] Cæculo, quem iuxta ignes fortuitos inuenerunt (ut fama eſt) Digitiorum ſorores. Notum eſt à Philoctete Petiliam conſtitutam, Arpos, & Beneuentum [e] à Diomede. Patauium ab

Prima inſtaurantem ſenſit certamina mitis Parthenope &c. Et parum infra.
Sirenum dedit una ſuum memorabile nomen
Parthenope muris Acheloias, æquore cuius
Regnauere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miſeris caneret non proſpera nautis.

Plura de hac urbe Procopius libro primo de bello Gothorum. Hęc urbs ob multa inſignis, ſed Maronis uatis ſepulchro celeberrima. Cuius uatis oſſa, ut Aelius Donatus tradit, iuſſu Auguſti, Neapolim translata ſunt, ſepultaq; uia Puteolana intra lapidem ſecundum, ſuoq; ſepulchro id Diſtichon, quod ipſe fecerat, inſcriptum eſt.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini paſcua rura duces.

b *Auguſtus poſtea Neapolin eſſe maluit.*) Strabo lib. 5. ſcribit Neapolin idcirco dictam, quoniam eam uariæ gentes incoluerint. Poſt Dicearchiam (inquit) Neapolis eſt Cumanorum. Poſtea uero & Chalcidenſes incoluerunt, & ex Pithecuſis, Atheniſq; uenientes. Vnde & noua ciuitas. id eſt, νεάπολις appellata fuit, ubi Parthenopes unius è Sirenibus ſepulchrum oſtenditur, &c. Vide Stephanum. c *Præneſte.*) Hæc urbs quondam, (authore Strabone in 5.) Polyſtephanos, id eſt, multarum coronarum appellata eſt. Seruius ſeptimo Aenei. Præneſte dici exiſtimat ἀπὸ τῶν πρίνων. id eſt, ab Ilicibus, quæ illic abundant. Stephanus de eo, à quo dicta eſt, ſic ait Πραίνεστος πόλις ἰταλίας ἀπὸ πραινέστου τοῦ ὀδυσσέως καὶ κίρκης υἱοῦ, hoc eſt. Præneſte ciuitas Italiæ à Præneſto Latino Vlyſsis, & Circes filio. Vide Plutar. cap. ultimo Paraleliorum.
d *A Cæculo.*) Vergiliana imitatio ſeptimo Aeneidos.

Nec Præneſtinæ fundator defuit urbis,
Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem,
Inuentumq; focis, omnis quem credidit ætas
Cæculus.

Super quo loco (quod maximè ad hanc Solini hiſtoriam pertinet) ſic ſcribit Seruius Honoratus. Præneſte (inquit) erant Pontifices, & dij Indigetes, ſicut etiā Romæ. Erāt etiā illic duo fratres qui diui appellabātur. Horū ſoror dū ad focū ſederet reſiliēs ſcintilla eius uterū ꝑcuſsit, unde dicitur concepiſſe. Poſtea enixa puerū iuxta templū Iouis abiecit, quē uirgines aquatū euntes, iuxta ignē inuentum, ſuſtulerunt, quia à fonte haud longè erat, unde Vulcani dictus eſt filius. Ex uerbis his Seruij uidetur legendū apud Solinū nō digitiorū, ſed diuorū. Vel apud Seruiū nō Diui, ſed Digitij. Vel ut alterū cognomē ſit. Pro his, quæ de Philoctete hic dicūtur. Lege Ariſto. ca. 94. de Admirandis in natura.
e *Arpos.*) Ex Pli. cap. xi. lib. tertij. Eam urbem Plinius, & Strabo lib. 6. dictam aiunt Hargos Hippium, mox Argirippā Diomede condente f *Beneuentum.*) Beneuentum (inquit cap. xi. tertij. C. Plinius) auſpicatius mutato nomine, quæ quondā appellata Maleuētū. Nō grauabor adſcribere uerba Procopij ex primo de bello Gothorum libro, cur Maleuētum antea dictū fuerit. Inter cętera oppida (inqt) & Beneuentū ad Romanos defecit, quod Maleuentū quondā priſci dixere, id namq; oppidū Dalma-

tiæ

tiæ ex aduerſo ôppoſitū̃ eſt, in cōntinentiq; ſitū̃, in quod ſpiritus uiolētior quidā̃, & acerbiſsimus ingruere conſueuit. Qui utiq; ubi flare occeperit, nullo ſit pacto, qui ea iter faciat inuenturus, ſed domi ſe continent omnes. Nam uenti huius ea eſt uiolentia, ut uel equitē cum equo ſimul arreptū̃ ſublimē deferat. Diuq; per aërē circumactū̃, & quocunq; tulerit caſus proiectum interimat. Vnde & Maleuentum contra Dalmatiā̃ (ut diximus) & in edito poſitū̃, eo ex uento tolleratu difficili, ſortitū̃ eſt nomen.

Vrbem hanc cū̃ Diomedes, &c.

Antenore [a] Metapontum [b] à Pylijs. Scyllacium ab a
Athenienſibus. Sybarim à Trœzenijs, & à Sagari
Aiacis Locri filio. Sallentinos à Lycijs. [c] Anconam
à Siculis. Gabios à Galatio, & Bio Siculis fratribus. Ab [d] Heraclidis Tarentum. Inſulam Tenſam
ab Ionibus. Pæſtum à Dorenſibus. A [e] Miſcello b
Achęo Crotona, Rhegium à Chalcidenſibus.
Caulonam & Terinam à Crotonienſibus. A Na-

a *Patauium ab Antenore.*) Hanc urbem à primæuo eius exordio in hæc uſque tempora fuiſſe clariſsimam norunt uel mediocriter eruditi. De ea cùm alij tum Strabo quinto Geographiæ libro mira tradunt. Patauium (inquit Strabo) cunctas eius regionis urbes excellit. Nuper quidē in ea cenſi ſunt, quingenti equeſtris ordinis uiri. Antiquis autē annis cētum, et .xx. militum milia miſiſſe cōſtat. Quàm uero ciuitas ipſa & uirorum ꝓbitate, & artiū̃ bonitate floruerit, magnitudo cū̃ aliarū̃ rerū̃ maximo apparatu Romam miſſarū̃, tū̃ uero pannorū̃, & ueſtimentorū̃ omnifariam mercatura declarat, &c. Aduentū̃ Antenoris in Italiā̃, & Patauinæ urbis exædificationem, canit Maro .1. Aene. *Antenor potuit* &c. Et infra.

Hic tamen ille urbem Pataui, ſedesq; locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit
Troia, nunc placido combuſtus pace quieſcit.

Dictum autem Patauium, uel à Padi fluminis uicinitate quaſi Padauium. Vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id eſt, à uolando, quod captato augurio dicitur conditū̃. Vel quod auē telo petiſſe dicitur, & eo loco condidiſſe ciuitatem. Author Seruius primo Aenei. Extat hodie in eadem urbe Antenoris ſepulchrum uetuſtiſsimum cum huiuſmodi inſcriptione, quæ ob nimiam uetuſtatem uix legi poteſt.

Inclytus Antenor patriam uox niſa quietem,
Tranſtulit huc Henetos, Dardaniumq; fugas.
Expulit Euganeos, Patauinam condidit urbem,
Quem tenet hic humili marmore cæſa domus.

Faciunt, quæ habentur infra cap. 56. b *Metapontum.*) De his urbibus ſcribunt Strabo lib. 6. C. Plinius lib. 3. maximè cap. xi. Ptolemæus cap. 1. tertij. Item Pomponius, & Stephanus. De Scyllatio Strabo lib. 6. Poſt hanc (inquit) eſt Scylletium Athenienſium colonia, qui Mneſtei comites fuere. Hoc tempore σκυλάκιον uocatur. c *Anconam*) De hac Piceni urbe, lege Pli. cap. 13. lib. tertij. & Strabonem lib. 5. Iuuenalis Saty. 4. Doricam eam uocat, quoniam Syracuſani, à quibus fuit condita, Dorenſes habent authores. In ea urbe Venus quondam Religioſiſsimè colebatur. Catullo ad Annales Voluſij, & Iuuenale authoribus.

Ante domum Veneris, quam dorica ſuſtinet Ancon.

Sortita nomen Plinio, & Mela authoribus, à forma, & ſitu. ἀγκὼν enim Græcè, tum cubitus, tum eminens locus, tum flexus dicitur. Inter alia eius urbis inſignia, nobili portu, memoranda. d *Ab Heraclidis Tarentum.*) Tarentum nobilis Calabriæ ciuitas, à Tara Neptuni filio primū̃ conditū̃, ſed Lacedæmonij Partheniatæ. id eſt, ex Lacedæmonijs uirginibus orti, duce Phalanto illuc nauigantes, ab eisq; auctū̃ oppidū̃ incoluerū̃t. Hinc ab Ouidio .15. Metamor. Lacedæmoniū̃ Tarentū̃ nū̃cupatur. Hiſtoriā̃ copiosè recēſet Seruius .4. Georg. Verg. ſuper illud. *Namque ſub Oebalij.* Et tertio Aene. ſuper eo uerſu. *Hinc ſinus Herculei* &c. Quod aū̃t Solinus dicit Tarentum ab Heraclidis cōditū̃, non eſt dictis contrariū̃, quoniā̃ Phalantus is ab Hercule octauus ducit originem. Haud ab hoc loco alienū̃ eſt, quod ſcribit Ariſt. in eo lib. cui de Admirandis in natura nomen eſt, cap. 93. Poſtq̃ (inquit) Tarentinos Hercules cepit, ferū̃t eam regionē Heracleā̃ fuiſſe appellatam, cū̃ antea ab Ionicis poſſeſſa Pleion diceretur, atq; deinde ipſis à Troianis deuictis Sigion uocitata. Ex hac hiſtoria exiſtimat Ianus Parrhaſius à Vergilio .3. Aeneid. dictum, Herculeum Tarentum. e *A Myſcello Achæo Crotona.*) Sunt, qui legant, à Miſcello, & Archia, ex Strabone fortaſsis moti, qui ait Miſcellum Archiæ auxilio, Crotonem condidiſſe, ſed à Myſcello *Achæo*, i. Gręco, legendum potius etſi *Archia* Syracuſarum conditor auxilium tulerit. Hercules perempto Geryone per Italiam boues ductitans, à Crotone uiro quodam nobili hoſpitio ſuſceptus eſt. Hunc Hercules per ignorantiam perimens, conſtructo ſepulchro, honorificè ſepeliuit. Locicq; eius incolis futurum prędixit, ut eo loco inſignis urbs defuncti nomine conderetur. Nec diu poſt, Mycalum, Alcmonis Argolici filiū̃ in ſomnis idem Hercules alloquitur additis, ni pareat minis plurimis. *Lapidoſas* (inquit) *Aeſeris undas*

I pete

I pete diuerſi patrias age deſere ſedes. Rurſus non parenti Mycilio idem Hercules minitans uiſus eſt, qui tandem relictis patrijs ſedibus nauigans.

Inuenit Aeſerei fatalia fluminis ora. *Oſſa tegebat humus, iuſſaq; ibi mœnia terra*
Nec procul hinc tumulum, ſub quo ſacrata Crotonis *Condidit & nomen tumulati traxit in urbem.*

Hāc hiſtoriā plurimis carminib. refert Naſo Trāſformationū uolumine quintodecimo. Multo aliter

a ricijs Locros. Heretum [a] à Græcis in honorem Heræ. Sic enim Græci Iunonem uocant. Ariciam ab Archilocho Siculo. Vnde & nomen (ut Caſſio Heminæ placet) tractum. Hoc in loco Oreſtes [b] o-
b raculo monitus ſimulachrū Scythicæ Dianæ, quod de Taurica extulerat, prius quàm Argos peteret conſecrauit. A [c] Zanclenſibus Metaurum locatum. A Locrenſibus Metapontum, quod nunc Vi-
c bo dicitur. Bocchus abſoluit, Gallorum [d] ueterum propaginem Vmbros eſſe. Marcus Antonius aſſeuerat hos eoſdem, quòd tempore aquoſæ cladis imbribus ſuperfuerint, Vmbros eſſe nominatos.
d Liciniano placet à [e] Meſſapo Græco, Meſſapiæ datam originem, uerſam poſtmodum in nomen Calabriæ, quam in exordio Oenotri [f] frater Peucetius, Peucetiam nominauerat. Par ſententia eſt inter authores, à gubernatore Aeneæ Palinurum [g] appellatum. A tubicine Miſenum.

oraculum de cōdenda hac urbe recenſet Strabo lib. 6. Conditorem non Mycilū, ſed Myſcellum nominans. Alij ſcribunt Myſcello ex adytis huiuſmodi oraculū fuiſſe redditū, ubi ſcilicet ab eo ciuitatem condendam, ut ipſum in ſerenitate pluuia excepiſſet. Euenit tandem, ut cum is in Italiam nauigaſſet, obq; oraculi incertitudinem plurimum fluctuaret, cumq; ei pellex mœſta, ubertimq; flens ſereno tempore aſſediſſet, ratus impletum oraculū, Crotonienſem condidit ciuitatem. Stephan. tres urbes huius nominis eſſe dicit. De Crotone plura Liuius lib. 24. ab urbe condita. Et Strabo eodem libro 6.

a *Heretum.*) quaſi Iunonium dicas. Græci enim ἥραν Iunonem dicunt. b *Oreſtes oraculo monitus.*) Quæ hic de Oreſte, & Scythicæ Dianæ ſimulachro ſcribit Solinus, habes copioſè apud Seruium 2. Aeneid. ſuper illud. *Sanguine placaſtis uentos.* Item ab Horatio Ode 7. primi Carminū. Rurſus ab Ouidio quarta quarti Triſtium. De alijs urbibus, quas hic Solinus recenſet, Plinius, Strabo, Ptolemæus, Stephanus, Mela. c *A Zanclenſibus.*) Zanclen oppidum tum Achaiæ, tum Siciliæ eſſe ſcribit Plin. cap. 8. tertij, & cap. 5. quarti naturalis hiſtoriæ. Zancle Siculæ inditum nomen aiunt quòd falcis formæ plurimum ſit aſſimilis. Siculi enim (ut etiā Thucidides meminit lib. 6.) ζάγκλην falcē dicunt. Syl. aūt. 14. bellorū Punicorū nomē accepiſſe ait, qđ Saturni falx ibi reperta fuerit. *Nec Zanclea gerunt,* &c. Id aūt idcirco à poëtis fictū tradunt, qđ ſolū Siculū fertiliſſimum habetur. d *Gallorum ueterum propag.*) Cato in Originibus. Galliā Togatā (inquit) primi coluere Liburni, & Siculi, quos pepulere Vmbri. Hos Etruſci trecētis, & amplius eorū ualidiſſimis oppidis iuſti more belli expugnatis. Eos tandē uicere Galli. Idē ſcribit Plin. cap. 14. li. tertij. Vmbrorū gens (inquit) antiquiſſima Italiæ exiſtimatur, ut quos Vmbros à Græcis putent dictos, quod inūdatione terrarū imbribus ſuperfuiſſent. Trecenta eorum oppida Tuſci debellaſſe reperiūtur, ὀμβρέω pluo. ὄμβρημα, & ὄμβρος, imber. ὄμβριος pluuialis. De Vmbris lege Syllium lib. 8. *Sed non ruriculæ firmarunt,* &c. e *A Meſſapo Græco.*) Sciendum, authore Seruio 8. Aene. Apuliam uno dictam uocabulo, ſed huius partem, quam Diomedes tenuit, Meſſapiam, & Peucetiam à duobus fratribus denominatam, qui illic imperarūt. Alij (inquit) aliter ſentiunt de Meſſapiæ nomine. In Antedonis enim ora, qui Bœotiæ eſt mons, ſtat Meſſapius, à duce Meſſapo nominatus, qui aduentans in Iapygiā ab ſe Meſſapiā regionē appellauit. Item Dauniam à Dauno rege Apuliæ. Vide Plin. cap. 11. tertij. Hunc Meſſapum fingit Verg. in 7. Aeneid. fuiſſe Neptuni filiū.

At Meſſapus equûm domitor Neptunia proles.
Quem nec fas igni cuiquam, nec ſternere ferro, &c.

Ab hoc Meſſapo Ennius dicit ſe originem ducere. Seruius 7. Aeneid. Item. Ennius *antiqua Meſſapi ab origine regis,* Syllius bellorum Punicorū duodecimo.
f *Oenotri frater Peucetius.*) Ex cap. 11. tertij Plinij. g *Palinurum appellatum*). Vergilium imitatur in 6.

Nam tua finitimi longè, lateq; per urbes
Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabunt,
Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolennia mittent.
Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.

Sanè aduertendum iuxta Palinurum

f promonto-

promontorium, urbem eſſe Heliam, uel, ut alij, Veliã nominatã, ubi Palinurus Aeneæ claſſis gubernator ſubmerſus, ſepultus eſt. Ex hac hiſtoria tollitur mendum ex Papiniano codice. Syllius enim 5. li. 5. de patre loquens ſic in omnibus exemplaribus ſcriptum eſt.

Graia refert Selle, Graias qua puppe magiſter
Excidit, & medijs miſer uigilauit in undis.

Quibus uerſibus Palinuri tangit hiſtoriam, Ergo legendum eſt non Selle Graius, ſed Velie Phrygius, ſic uidelicet.

A [a] conſobrina Leucoſiam inſulam. Inter omnes a
perſpicuè conuenit, a [b] nutrice Caieta, Caietam. Ab
uxore Lauinia, Lauinium eſſe nuncupatum, quod
poſt Troiæ excidium (ſicut Coſconius perhibet)
quarto anno extructum eſt. Nec [c] omiſſum ſit Ae- b
neam æſtate ab Ilio capto ſecunda Italicis litori-
bus appulſum, ut Hemina tradit, ſocijs non am-
plius ſexcentis in agro Laurenti poſuiſſe caſtra.
Vbi dum ſimulachrum, quod ſecum ex Sicilia ad- c
uexerat, dedicat Veneri matri, quæ, [d] Ἀφροδίτη dicitur.

Graia refert Velie, Phrygius qua puppe magiſter.
Excidit.

Domitius de bonis literis optimè meritus, neſcio quã de Selle, nullo authore cõfingat hiſtoriam. De Miſeno habetur ex eodem ſexto Aeneid.

Monte ſub aërio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per ſecula nomen.

Syllius quoq; libro duodecimo.

Nec non Miſenum ſeruantem Idæa ſepulchro
Nomina.

a *A conſobrina Leucoſiam.*) Duæ ſunt ueterum ſententiæ de Leucoſiæ inſulæ nuncupatione. Plin. cap. 7. lib. tertij tradit eam nomenclaturam à Leucoſia, una trium Sirenum fuiſſe ſortitam. Contra Pæſtanum ſinum (inquit) Leucoſia eſt, à Sirene ibi ſepulta, appellata. Idem ſcribit Strabo in principio libri 6. Aliorũ opinio eſt, ei inſulæ à Leucoſia Aeneæ conſobrina nomen datũ. Sed quo res fiat dilucidior, & Dionyſij locus emaculetur, aſcribã eius authoris ex primo Antiquitatum Romanarnm lib. uerba. Qui uerò (inquit) cum Aenea nauigarũt ex Sicilia per Tyrrhenũ mare, primã in Italiã ſtationem habuerunt in portu Palinuro, qui quidẽ eam appellationẽ habuiſſe dicitur, ex uno gubernatorũ Aeneæ ibi mortuo. Poſtea inſulæ adhæſerunt, cui nomẽ poſuere Leucoſia à cõſobrina quadã Aeneæ circa eum locũ mortua. Inde tranſeuntes in portũ profundũ, & bonũ in Opicis, moriente ibi Miſeno uiro quodã illuſtri, ab eo quoq; portũ nomiuauerũt. Inſulæq; Prochytæ, & ꝓmõtorio Epytichę claſſe cum appuliſſent, cognomina pariter illis locis dederunt morientiũ fœminarũ, uolentes loca ipſa monumẽta facere. Harũ uerò altera Aeneæ cognata fuiſſe dicitur, nutrix altera. Hucuſq; Dionyſ. Quo loco nõ Laucaſia, ſed Leucoſia legendũ eſt. Errorẽ conſimilẽ reperies apud Feſtũ, ubi pro Leucoſia, Lectoſia paſsim legitur. Leucoſia (inquit) inſula dicta à cõſobrina Aeneæ ibidem ſepulta. De Leucoſia inſula, ubi de Ligia ſermonẽ habuimus, hoc ipſo capite ex Ariſtot. fecimus mentionem. b *A nutrice Caieta.*) Sumptum ex principio ſeptimi Aeneidos Vergilij.

Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix.
Aeternam moriens famam Caieta dediſti, &c.

Sunt qui hanc urbem à Laconibus fuiſſe conditã autument. Vnde à curuitate nomen indidere. Caieta enim curua omnia, ut Strabo author eſt, Lacones appellant. Vergilij opinioni aſtipulatur Halicarnaſſæus in primo. c *Nec omiſſum ſit, Aeneam æſtate ab Ilio capto ſecunda.*) Verg. in fine primi Aeneid. multo aliter aſſerens æſtate, id eſt, anno 7. poſt captum Ilium, Aeneam in Africam nauigaſſe, quod & Dido (ut ait Seruius) cognouit ex Teucro.

Nam te (inquit Maro) *iam ſeptima portat*
Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas.

Et libro quinto.

Septima poſt Troiæ excidium iam uertitur æſtas.

Verba ſunt Didonis apud Ouid. in epiſtolis.

Per mare, per terras ſeptima iactat hyems.

De aduentu Aeneæ in Italiam diſcrepant plurimum authores. Menecrates ſcribit, Aeneã ꝓpter ſimultatẽ cũ Paride, Græcis Iliũ tradidiſſe, ipſumq; Aeneã in Thraciam nauigaſſe, ac ibidẽ mortẽ obijſſe. Quã ſententiã & Egeſippus ſequitur. Alij dicunt Aeneam in Arcadiã deueniſſe. Multi in Epirũ. Homerus aũt uidetur aſſerere eũ in Troia remanſiſſe inquiens.

Iam Priami genus eſt miſeratus Iuptter, at nunc
Imperium Troiæ Aeneas uiolentus habebit,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Quamuis Strabo, & Euſtathius aliter ab alijs ſcriptum referant.

At genus Aeneæ cunctis dominabitur oris.

Verg. aũt, & Latini ferè omnes tradunt Aeneã ex Trõia fugientẽ in Italiã nauigaſſe. Eã fugã lege apud Seruiũ in principio 3. Aeneid. Apud Naſonẽ. 14. Meta. Apud. T. Liu. in principio primi ab urbe cõdita. Quo aũt tẽpore hoc factũ fuerit, docet Aug. ca. 19. decimioctaui Ciui. dei. Et copioſius Diony. Halicarnaſ. li. 1. d *Ἀφροδίτη.*) Vnũ ex Veneris cognominib.

Sumptum

a à Diomede [a] Palladium ſuſcipit, tribusq́; [b] mox an-
nis cum Latino regnauit ſocia poteſtate, quingen-
tis iugeribus ab eo acceptis. Quo defuncto ſum-
mam biennio adeptus, apud Numicum [c] apparere
b deſijt, Anno ſeptimo patris indigetis [d] ei nomen da-
tum. Deinde conſtituta ab Aſcanio Alba longa,
Fidenæ, Aricia, Nola à Tyris. Ab Euboenſibus
Cumæ. [e] Ibidem Sibyllæ [f] ſacellum [g] eſt, ſed eius
c quæ rebus Romanis quinquageſima Olympia-
de interfuit, cuiuſq; librum ad Cornelium uſq; Syl-
lam Pontifices noſtri conſulebant. Tunc enim una
cum [h] Capitolio igni abſumptus eſt. Nam [i] priores
duos Tarquinio Superbo parcius preciũ offerente,

Sumptum nomẽ ex Spuma, quæ Græci ἀφρὸς dicitur, qđ ex teſtiũ Saturni, uel ut alijs placet, Cœli, ſpuma nata fingitur. Fabulã lege apud Seru. circa finẽ quinti Aeneid. ſuper illud. *Vnde genus ducis*. Quo loco Phyſicã quoq; rationẽ aſcribit. a *à Diomede Palladium.*) Hanc hiſtoriam Seruius Grammaticus copioſè ex Varronis ſententia recenſet. 2. Aeneid. Verg. ſuper illud. *Palladium cæſis* &c. Plura nos in Poëtarum Collectaneis. b *Tribus mox annis.*) Cum Aeneas primũ in Laurentum agrum comites è naui expoſuiſſet, Latinus Aboriginum rex nouorũ aduenarũ commotus aduentu, bellum Troianis inferre decreuit. Sed per ſomniũ à loci Genio cõmonitus eſt, ut eos aduenas in patria regione ſuſcipiat. E diuerſo dij patrij Aeneã monent, ut amicè à Latino ſe in ea regione ſuſcipi poſtulet. Longo ultro, citroq́; ſermone habito, inter Aborigines atque Troianos, huiuſmodi ſub iureiurando icta ſunt fœdera, ut Aborigines Troianis darent regionẽ quantam poſtulabant, ad quadraginta fermè ſtadia à colle ipſo quoquo uerſus euntibus Troiam. Id enim inceptæ à Troianis urbis nomen erat. Cõtra, ut Troiani Aboriginib. bellum præſens unà ſuſciperent, & quocunq; alio aduocaſſent, ſimul militarent. Cõmuniter aũt utriq;, quæ utilia inuicem eſſent alteris eorum agerent ex ſentẽtia & manu. Hæc autem omnia per obſides filios fide firmata ſunt. Ex primo Antiquitatum Romanarum Dionyſij Halicarnaſſæi, paucis hæc omnia excerpſimus. c *Apud Numicum apparere deſiit.*) Dionyſ. lib. primo aſſerit Aeneam poſt Latini obitum tres regnaſſe annos, quod & Iupiter apud Vergilium primo Aeneidos libro, futurum prædixit.

Tertia dum Latio regnantem uiderit æſtas. De Aneæ morte uariæ ſunt ſcriptorum ſententiæ. Rutuli enĩ Mezẽtio Hetruſcorũ rege belli ſocio Aeneæ, qui Latino in regno ſucceſſit, bellũ inferũt. Nec procul à Lauinio atrox præliũ cõmittitur, & cæſis utrinq; plurimis, nox ſupueniẽs pugna dirimitur, ſed Aeneæ corpus nuſq; cõparuit. Alij in deos translatũ. Alij in fluuio, iuxta quẽ præliũ fuit, eſſe ſubmerſum putant. Hic Latini templũ cõſtruxerunt, inſcriptione huiuſmodi. Præditũ patris diui terreſtris, q fluuij Numici undas gubernat Ex Dionyſij lib. 1. ſentẽtia. Lege Serui 1. Aeneid. exponẽtem illud. *Cui nunc cognomen Iulo Additur.* Et ſup illud 4. Aen. *Sed cadat ante diem.* Et Liuiũ in principio primi. Auguſt. cap. 19. decimioctaui Ciuit. d *Patris indigetis.*) Indigetes deos (ut 12. Aen. docet Seruius) duplici ratione dicuntur. Vel ſecundum Lucret. quod nullius rei egeant, qui ait: *Nil indiga curæ.* Vel certe indigetes, quaſi in dijs agentes. e *Cumæ.*) Euboenſes cũ uellẽt urbẽ condere in eo loco, mulier grauida reperta eſt. Vnde & eam urbem Cumas uocarunt, ſiue ab ἐγκύον, id eſt prægnante, ſiue ἀπὸ τοῦ κυμάτων, id eſt, ab undis, Latini cumas dicunt *v.* in u conuerſa. f *Sibyllæ ſacellum.*) Sibyllæ quæ, quot, & quo tempore floruerint, docet copioſè Lactant. ex Varronis, & aliorũ ſententia, cap. 6. primi diuina. Inſtit. Auguſtinus ca. 23. decimioctaui Ciuit. dei. Sibylla (ut tertia Aeneid. ſcribit Ser.) dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit. Nam Aeoli σίους dicunt deos, βουλὴ ſententiã. Ergo σιβυλλὰς quaſi σιβουλὰς dixerunt. Vnde eſt, Magnam, cui mentem, animũq; Delius inſpirat uates. Sanè ſciendũ, eodem authore, omnia reſponſa Sibyllæ, plus, minusue centũ non cõtineri ſermonibus. Cumana aũt Sibylla proprio nomine Phemonoe dicta eſt, Seruio 3. Aeneid. ſuper illud. *Quæcunq; in folijs, &c.* Alijs Amalthea, Demophile, uel Herophile dicitur. g *Ibidem Sybillæ ſacellum.*) Sacellum hoc deſcribit Syllius lib. 12.

Aeq; hic perluſtrans aditus fulgentia cernit *Arcis templa iugo, &c.* Item Vergil. ſexti Aeneid. quem Syllius longo interuallo imitatur. Specum apud Cumas eleganter deſcribit Ariſtot. cap. 82. de Admirandis in natura. h *Cum Capitolio.*) Conſtat apud nobiles Authores, ſæpè Romanum Capitoliũ fuiſſe incenſum, Olympiade 174. 212. 242. Hinc Lucretius in fine ſecundi, & M. Cicero in lib. conſulatus ſui conqueruntur. *Quod pater altitonans ſtellanti nixus Olympo*

Ipſe ſuas arces, atq; inclyta templa petiuit, *Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes.* Lege Lactantium cap. 17. lib. tertij. i *Priores duos Tarquinio Superbo.* Hiſtoria hoc habet, Cumanã Sibyllã nouem libros attuliſſe ad regẽ Tarquiniũ Priſcum, ac pro eis trecentos Philippeos poſtulaſſe, regemq; aſper-

quàm poſtulabatur, ipſa exuſſerat. Huius ſepul- a
chrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam [a] au-
tem Sibyllam ante Troiana bella uaticinatam [b] Boc
chus autumat, cuius uerſus plurimos operi ſuo Ho
merum inſeruiſſe manifeſtat. Hanc Heriphile E- b
rictrea annis aliquot intercedentibus inſecuta eſt,
Sibyllaque appellata eſt de ſcientiæ parilitate, quæ
inter alia magnifica Lesbios [c] amiſſuros maris im-
perium multo antè præmonuit, quàm id accideret. c
Ita Cumanam fuiſſe tertio poſt has loco ipſa æui ſe-
ries probat. Ergo Italia, in qua [d] Latinum antiquũ
antea à Tyberis oſtijs aduſq; Lirim amnem, perti-
nebat, uniuerſa conſurgit à iugis [e] Alpium porrecta d
ad Rheginum uerticem, & littora Brutiorum, quo in
mare meridiẽ uerſus protendit. Inde procedẽs paula
tim ſe Apẽnini montis [f] dorſo attollit, extenſa inter
Thuſcũ, & Adriaticũ, id eſt, inter ſuperũ mare, & in- e
ferum, ſimilis querno [g] folio .ſ. proceritate amplior,

natum precij magnitudinẽ, & mulieris inſaniã. Illam in conſpectu regis tres cõmbuſſiſſe, ac prò reliquis idem preciũ poſtulaſſe. Tarquiniũ multo magis mulierẽ inſanire putaſſe. Quæ denuo tribus alijs exuſtis, cũ in eodẽ precio perſeueraret, motum eſſe regem, ac reſiduos, trecentis aureis emiſſe. Authores, Lact. cap. 6. primi. Et Seruius ſexti Aen. ſuper illud. *Hic ego namq; tuas ſortes, &c.* Eleganter, ut cætera, Aul. Gel. cap. 19. primi noctium Atticarum. Aſcribit tamen hoc nõ Tarquinio Priſco, ſed Tarquinio Superbo, ſicut & Solinus hoc ipſo loco. Sed Lactantij ſententia temporibus conformior, cũ Tarquinius Superbus anno 4. ſexageſimęprimæ Olym. Romanũ arripuerit principatũ. Hi autẽ libri, cuius Sibyllæ fuerint incertum eſt, quanq; Cumanæ Vergilius dicat, Var. Erythreæ.

a *Delphicam.*) Hoc uel à natali ſolo ſortita nomen, uel quod apud Delphicum oraculũ reſponſa dare fuerit conſueta. Delphicam Sibyllam Varro tertio loco ponit. Vide Lactant. ca. 6. primi.

b *Bocchus.*) Sunt, qui non Bocchus, ſed Boëthus legendum exiſtiment. Boëthi Stoici philoſophi meminit Diogenes in uita Zenonis, lib. ſeptimo.

c *Lesbios amiſſuros imp. maris*) Euſebius lib. temporum ſcribit, poſt Cares, Lesbios aliquandiu maris obtinuiſſe imperium.

d *Latium antiquum.*) Ex Plinio cap. 5 tertij. Vide Plinianum indicem, in dictione Larium. Seruius aliter in principio primi Aeneid. ſuper illud. *Inferretq; deos Latio.* Seruij ſententiam Beroaldus reprobat. Sed fieri potuit, ut de Latio Seruius alios ſit authores ſecurus, quã quos pro ſe aduocat Beroaldus, cum de locis etiamnũ alijs, ſępiſſime Geographi diſſentiant inter ſe. Non aduertit Beroaldus eſſe Seruiana exemplaria paſſim mutila, & reliquias ſcriptorum eius plurimũ deprauatas.

e *A iugis Alpium.*) Hac parte Solinus. C. Sempronium imitari uidetur. Vniuerſa (inquit) Italia à iugis Alpiũ oritur, & in Leucopetram, fretumq; Siculũ terminatur. Cingitur ſupero, & infero mari, & ſecatur Apœnino, qui à iugis Alpiũ ortus, per mediã Italiã, à Ligurib. ad Anconã porrectus. Inde paulatim uſq; Venuſiam flexus ibi ex trãſuerſo diuidit Italiã, &c. Sed quo locus iſte totus fiat dilucidior, aſcribã Ptolemæi ſententiam ex primo tertij. Geographiæ. Italia (inquit) limites habet, ab Occidente Alpiũ iuga iuxta lineã, quæ extenditur à mõte Adula, uſq; ad Varij fluminis oſtiũ. Præterea littus Tyrrheni pelagi, à Neapoli ſcilicet uſq; Leucopetram. A Septẽtrione terminatur Alpiũ iugis, quæ Rhetiæ imminẽt. Præterea, Pœnis, Ocra, Caruſadio monte, qui ſub Norico eſt. Rurſus littore Adriatici ſinus, à Tilauento flumine uſq; Garganũ mõtem, & Hydruntũ. A Meridie Adriatici pelagi littore, à Tilauẽto flumine uſq; Illyricã metã. Præterea Liguſtico littore, atq; Tyrrheno à Varij fluminis oſtio, uſq; Neapolim, ac à Leucopetra, uſq; Hydruntum. Si picturis, & tabulis delecteris, uide eius authoris tabulam ſextam Europæ. Exiſtimat Nonius Mar. nomen Alpiũ ſumptũ ex candore niuium. Græci enim ἄλφον album dicunt. Sabini tamẽ Alpum dixerunt. Plures in noſtris Collectaneis citauimus authores.

f *Apennini montis.*)

Hic mons eſt Siculum porrectus aduſq; Pelorum
Finibus à Ligurum populos amplectitur omnes
Italiæ, geminam latus ſtringentia longe,
Vtraq; perpetuo diſcriminat æquora tractu.

Sunt qui Apœninum ab Hannibalis Pœni tranſitu dictum uelint. Apenninum montem eleganter deſcribit Lucanus libro 2.

Longior educto, qua ſurgit in aëra dorſo,
Gallica rura uidet, &c.

g *Similis querno folio.*) Plinius cap. 5. libri tertij, idipſum ſic explicat, Eſt (inquit) Italia folio maximè querno aſſimilata, multo proceriore

amplior

amplior,q̄ latitudine in læuo ſe flectens cacumine,& Amazonicæ figura deſinēs Parmæ, ubi à medio excurſu Cirthos uocatur,per ſinus lunatos duo cornua emittens, Leucopetrā dextra, Laciniū ſiniſtra.

a *Scyllæ matre.*) A Plinio hoc quoq; loco diſſentit Solinus, Nam Plinius ſcribit Cratidem fluuium Scyllæ patrē,non matrē fuiſſe. Id aūt Idcirco fictū eſt,quoniā id uel acciderit ſecus flumina. Vel ab his factum,qui ex ſe flumina nominarunt. Reor autem à Solino, Scyllæ patre,non matre fuiſſe ſcriptum,

a quam latitudine. Vbi longius proceſſit, in cornua
duo ſcinditur, quorum alterum Ionium ſpectat æ-
quor, alterum Siculum. Inter quas prominentias
non uno margine acceſſum inſinuati freti recipit,
b ſed linguis proiectis ſæpius, ac procurrentibus, di-
ſtinctum promontorijs pelagus admittit. Ibi (ut
obuia paſſim notemus) arces Tarentinæ, Scylla-
cæa regio, cum Scyllæo oppido, & Crathide flumi-
c ne Scyllæ [a] matre, ut uetuſtas fabulata eſt. Rhe-
gini ſaltus, Pæſtane ualles. Sirenum [b] ſaxa, [c] A-
mœniſſimi Campaniæ tractus, Phlegræi [d] cam-
pi, Circes domus. [e] Tarricina [f] inſula antè circūflua
immenſo mari, nunc æuo nectente addita cōtinenti,

m, in p, ſcriptoris uitio, mutato. Sæpè enim leguntur flumina quorundam fuiſſe patres, matres autem nunq̃. b *Sirenum ſaxa.*) Dino Clitarchi, celebrati authoris pater,in India Sirenas eſſe affirmat, mulcerióq; earum cantu,quos grauatos ſomno, lacerant,licet, ut ait Plinius, apud alios nec impetrauerint fidē. Secundum autem fabulam monſtroſæ uirgines fuerunt, Acheloi fluminis,& Calliopes muſæ filiæ. His cantus ſuauitatem adſcribunt, Has ferunt primo iuxta Pelorum promōtoriū,deinde in Capreis inſulis habitaſſe. Quos autem ſuo cantu illexiſſe,in naufragia ducebant. Id aūt fictum eſt,quoniā reuera meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes ad egeſtatem ducebāt,ita ut naufragia feciſſe uiderentur. Homerus.12. Odiſſeæ lib. multis carminibus fabulam proſequitur. Homeri uerſus de hac re Cicero ſic in latinum uertit.

O decus Argolicum quin puppim flectis Vlyſſes,
Auribus ut noſtros poſsis agnoſcere cantus.
Nam nemo hæc unquam eſt tranſuectus cærula curſu,
Quin prius aſtiterit uocum dulcedine captus,
Poſt uarijs auido ſatiatus pectore Muſis
Doctior ad patrias lapſus peruenerit oras,&c.

Interpretatur autem fabellam Cicero de his hōminibus,qui ingenijs, ſtudijsq;,atq; artibus delectātur. Hi enim (inquit) cognitione rerū,ſcientia capti, nec ualetudinis,nec rei familiaris,rationem ullam habent. c *Amœniſsimi Campaniæ tractus.*) Omnium (inquit Florus libro primo) non modò Italia,ſed toto orbe terrarum,pulcherrima Campaniæ plaga eſt. Nihil mollius cœlo. Deniq; bis florib. uernat. Nihil uberius ſolo,ideo Liberi, Cererisq; certamē dicitur. Nihil hoſpitalius mari. Hic illi nobiles portus,Caieta,Miſenus,& tepentibus fontibus Baiæ,Lucrinus,& Auernus,quædā maris ocia. Hic amicti uitibus montes,Gaurus,Falernus,Maſſicus, & pulcherrimus omniū Veſuuius Aetnæi ignis imitator. Vrbes ad mare Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis,&c. Alia ad idē in eo Flori loco alias annotauimus. d *Phlegræi campi.*) In Campania iuxta Acheruſiam paludē,cāpus eſt Phlegræus nomine,in quo Herculē Gigantes ſuperaſſe fabulantur, illicq; ſepulti quoties anhelant,terram quatiunt. Syllius lib.12. *Tradunt Herculea proſtratos mole Gigantes*

Tellurem iniectam quatere,& ſpiramine anhelo
Torreri late campos,quoties'q; minantur
Rumpere compagem impoſitam,expalleſcere cœlum.

Id autem ideo fictum eſt,quoniam ea regio tota ferè ſulfure plurimo ſcatet. Hinc fit,ut uētorum impulſu,excitetur paſſim ignis. Qui cum exitū è cauernis natura expetat,dū luctatur aſſiduè,terram tandē quatit,& cōmouet,exuritq; frequēter. Vnde & nomen ſortitus. φλέγειν eñ Græcè,exurere,ardereq; ſignificat. Fabulā explicat Diodorus in 5.

d *Circes domus.*) *In cuius limine tecti Mille lupi,mixtiq; lupis urſiq; leæq;.*
Occurſu fecere metum,ſed nulla timenda,
Nullaq; erat noſtro factura in corpore uulnus,
Quin etiam blandas mouere per aëra caudas.
Noſtraq; adulantes comitant ueſtigia.

De Circes domo,ubinā fuerit,uaria ab Homeri interpretibus lib. Odiſſeę.10. memorātur. Ea q legere uoluerint,adeāt Domitiū in cōmētarijs tertiæ ſyluæ.1. Syluarū Statij, Multa Maro.7. Aen. Ouid.14. Met. Diod. Sic. lib.5. e *Tarracina.*) Hæc (ut cap.5.3. ait Plin.) Lingua Volſcorū Anxur dicitur, Eadem & Trachinia dicta eſt ab aſperitate, ut Strabò author eſt. τραχὺς enim

diuerſamqúe [a] fortunam à Rheginis experta, quos a
fretum medium à Siculis ui abſcidit. Formiæ
[b] etiam Læſtrygonibus [c] habitatæ. Multa præterea
pollentiſſimis ingenijs ediſſerta, quæ præterire,
quàm inferius exequi tutius duximus. Verum Ita- b
liæ [d] longitudo, quæ ab Auguſta Prætoria per ur-
bem Capuam porrigitur, uſque ad oppidum Rhe-
gium, decies centena & uiginti milia paſſuum col-
ligit. Latitudo ubi plurimum quadraginta de- c
cem. Vbi minimum centum xxxv. milia. Arctiſſima
eſt ad portũ, quem [e] Hannibalis caſtra dicunt. Ne-
que [f] enim excedit quadraginta milia. Vmbilicum
(ut Varro tradit) in agro Reatino habet. At in ſoli- d
dum ſpacium circuitus uniuerſi uices quadragies no
uies centena ſunt. In quó ambitu aduerſa Locren-
ſium fronte ortus à Gadibus finitur Europæ ſinus
primus. Nã ſecũdus à Lacinio auſpicatus, in Acro- e
ceraunijs metas habet. Ad [g] hęc Italia Pado clara eſt,

aſper ſignificat, τραχίον ſaxoſum. Fuit enim hæc olim Voſcorum Metropolis, ut lib. Originum ſcribit Cato. a *Diuerſam fortunam à Rheginis.*) Id eſt, queadmodum maris abſceſſu Terracina, addita cõtinenti, ſic Rhegium maris acceſſu, à continenti ſeiunctum eſt. Hinc & nomẽ urbi datum Ῥαγεὶς enim Græcè ruptum ſignificat. Cæterum (inquit Strabo lib. 6.) caſu quodã Rhegio nomen inditũ eſt, qui huic obuenit regioni Aeſchylo teſte. Namq; Siciliã ab cõtinente ui terræmotuũ auulſam fuiſſe, & ille, & alij memoriæ prodiderũt. Ex quo Rhagene, id eſt, à frangendo nomen aſſequutũ. b *Formiæ.*) Ante (ut ſeptimo Aenei. ſcribit Seruius) Hormiæ dicebantur, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, hoc eſt, ab impetu. Poſteritas enim in multis nominibus f, pro h, poſuit. c *Læſtrygonibus habitatæ*) Læſtrygones homines immaniſſimi fuerunt, qui corporibus humanis ueſcebantur, de quibus plura Homerus circa principiũ decimi Odiſſeæ. Thucydides in principio ſexti, ſcribit ſe ignorare Læſtrygonum genus, neque unde uenerint, neque quò abierint dicere habere. Sufficiat (inquit) & à poëtis memoratum eſſe, & apud ſe quiſque de illis agnoſcit. Poëtæ fabulantur fuiſſe eos Neptuni filios ferociſſimos & immanes ab omni humanitate penitus alienos, tanquam è mari genitos. Hinc non inelegãter prouerbio dici cõuenit, Læſtrygonibus immanior, In feralem, & truculentum quemuis hominem. Dicti autem, ut nonnulli exiſtimant, ἀπὸ τῆς λυστρείας, id eſt, à latrocinio. Id quod Orthographia nõ patitur, qđ λαιστρυγόνες dicantur à Græcis. d *Italiæ longitudo.*) Id ipſum Plin. cap. 5. tertij ſic refert. Patet, (inquit) longitudine ab Alpino fine Prætoriæ Auguſtæ per urbem Capuam æque curſu meante, Rhegium oppidum in humero eius ſitum, à quo ueluti ceruicis incipit flexus, decies centena, & uiginti milia paſſuũ, multoq; amplior menſura fieret Laciniũ uſq;, ni talis obliquitas in latus digredi uideretur. Latitudo eius uaria eſt. 410. milliũ inter duo maria, Inferum & Superum, amnesq; Varum, atq; Arſiam, mediæ atq; fermè circa urbem Romã, ab oſtio Aterni amnis in Adriaticum mare influens ad Tyberina oſtia 136. & paulò minus à Caſtro nouo Adriatici maris Alſium ad Thuſcum ęquor. Haud ullo in loco 200. in latitudinem excedens. Vniuerſæ autem ambitus à Varo ad Arſiam 30. milia paſſuum 58. effecit: Abeſt a circumdatis terris Iſtria, ac Lyburnia quibuſdam locis 100. millia paſſuum. Ab Epiro, & Illyrico 50. Ab Africa minus 200. Ab Sardinia 120 millia. A Sicilia. M D. p. Corſica minus 70. Ab Iſsa. L. Incedit per maria cœli regione ad meridiem quidem. Sed ſi quis dilıgẽti ſublimitate id exigat, inter ſextã horam, primãq; brumalem. Hanc Italiæ menſuram clarè aperit Martianus cap. 13. lib. ſexti. Quo loco de Italiæ latitudine loquens numerus corrigendus eſt. Sic enim paſsim retinẽt exemplaria. Nuſq; uerò (inquit) 300. latitudo eius excedit. Cum legendũ ſit 410. Plinio, & Solino, quos paſſim ſequitur, id aſſerentibus. e *Quem Hannibalis caſtra dicunt.*) De portu quem Hannibalis caſtra dicunt. Plin. cap. 10. tertij. In ea (inquit) portus, qui uocatur caſtra Hannibalis, nuſquam anguſtiore Italia 20. millia paſſuum latitudo eſt. Itaq; Dionyſ. maior intercıſam in eo loco adijcere Siciliæ uoluit. Cũ Plinio concordat Martianus ubi ſupra. Anguſtior plurimũ (inquit) eſt ad portũ, quẽ Hannibalis caſtra dicunt. Nam uix 20. milia paſſuum lata eſt. f *Neq; excedit 40 millia.*) Ex Plinio, & Martiano iamiam citatis, patet legendum eſſe non 40. milia, ſed 20. milia, licet paſsim primum numerum retineant exemplaria. De Italiæ Vmbilico in Reatino agro Plin. cap. 12. lib. tertij. In agro (inquit) Reatino Cutyliæ lacũ, in quo fluctuet inſula, Italiæ Vmbilicũ eſſe. M. Varro tradit. Vt aũt in Reatino agro Italię umbilicus ponitur, ita orbis totius in Delphis eſt. Huius authores in Collectaneis noſtris q̃ plures aduocauimus. De quatuor Europę ſinib. infra ca. 12. g *Italia Pado clara eſt.*) De Pado flumine nihil eſt, qđ nõ elegãter ca. 16. tertij & ca. 2. 37. retu-

leric

lerit Gaius Plinius, Refert in originibus Cato Portius, Ethruſcos, Botigon, Lygures uerò Bôtigũ hũc ipſum amnẽ, à profunditate nominaſſe. Pli. nõ Botigon, nec Botigum, ſed Bodincũ. i. fundo carentem uocari dicit, quo loco argumentũ affert, cur ſic uocetur. Gallos autem à Pado. i. Picea arbore, quod in eius ripis hæc arbor plurima proueniat. Herodotus in Thalia nõ aſsẽtitur ijs, qui flumẽ Eridanũ eſſe prodiderunt. Neq; n. aſſentior (inquit) fluuiũ quendã eſſe, Eridanũ à Barbaris uocitatũ, qui ſubijt mare ad Septẽtrionem ſpectans, unde Electrũ uenire narratur. Nec Caſsiteridas quidẽ noui inſulas hoc eſt, Stãnarias, unde ad nos uenit ſtannũ. Eridanus eñ nomen Græcũ eſt, nõ Barbarum, ab aliq̊ poëtarũ fictũ, ſed hoc & ſi ſtudioſè q̃ſiui, à nemine, qui ipſe uiderit, accipere potui. Quomodo ſe habeat mare ad illam Europæ patrem, lege Pli. ca. 4. lib. 11. Ver. primo Georgicorum libro, uocat Eridanũ fluuiorum regem. Quod ad Padi magnitudinẽ reſpexiſſe uidetur. Nam, ut Lucanus cecinit in ſecundo.

Non minor hic Nilo, ſi non per plana iacentis
Aegypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas.
Nec minor eſt Iſtro, niſi quod dum permeat orbem
Iſter caſuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas exit non ſolus in undas.

a quem mons Veſulus ſuperantiſsimus inter iuga Al-
pium gremio ſuo fundit Viſendo fonte in Ligu-
rum finibus, unde ſe primum Padus proruit, ſum-
merſuſque cuniculo rurſus in agro Vibonenſi ex-
b tollitur, nulli amnium inferior claritate, à Græcis
dictus ἠριδανὸς. Intumeſcit exortu canis tabefactis
niuibus, & liquentibus Brumæ pruinis, auctuſ-
que aquarum acceſsione. xxx. flumina in Adria-
c ticum defert mare. Eſt è memorabilibus inclytum,
& inſigniter per omnium ora uulgatum, quod [a] per-
paucæ familiæ ſunt in agro Phaliſcorum, quos Hir-
pos uocant. Hi ſacrificium annuum ad Soractem
d montem Apollini faciunt. Idque operantes geſticu-
lationibus religioſis impunè exultant, ardentibus li-
gnorum ſtruibus, in honorem diuinæ rei flammis
parcentibus. Cuius deuotionis miniſterium munī-
e ficentia ſenatus honoratum, Hirpis perpetuo om-
nium munerum uocationem dedit. Gentem [b] Mar-
ſorum ſerpentibus illæſam eſſe nihil mirum. A Cir-
ces filio ij genus ducunt, & de auita potentia de-

Appianus lib. 1. Bellorũ ciuiliũ ſcribit Eridanum, & Rodanũ flumina paruo inter ſe ſpacio caput exerere. Ex his (inquit) alter per Celtas, q ſupra Alpes incolunt, in Tyrrhenũ mare diffunditur. Alter uerò intra Alpes ſupra Ioniũ ſinũ elapſus, pro Eridano Padi nomen aſſumit. In uetuſtis omnibus exemplaribus apud Ouidium primo Metamorphoſis ſic legitur.

Eridanuſq; ſenex, leniſq; Amphryſus, & Aeas.

Quo loco Raphael Rhegius pro Eridano repoſuit Apidanuſq; ſenex, nõ aduertens de eo Eridano poëtam loquutũ, qui Atticæ regionis fluuius eſt, in Illiſum influens, author in Attica Pauſanias. Fluuij (inquit) Athenis labuntur Illiſus, & qui in eũ immittit Eridanus Gallico Eridano cognominis. Ianus Parrhaſius, & Cælius Rhodiginus id ipſum anteà retulerunt. a *Perpaucæ familiæ.*) Sumpſit hæc Solinus ex cap. 2. ſeptimi Pli. Haud procul (inquit) urbe Roma in Faliſcorum agro familiæ ſunt paucæ, quæ uocantur Hirpiæ, quæ ſacrificio annuo, quod fit ad montẽ Soractẽ Apollini ſuper ambuſtã ligni ſtruẽ ambulãtes nõ aduruntur. Et ob id perpetuo Senatuſconſulto militiæ, omniumq; aliorũ munerũ uacationẽ habent. Rem hanc cecinit Verg. xi. Aeneid.

Summe deum ſancte cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui Pineus ardor aceruo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus ueſtigia pruna.

Super quo loco plura Seruius ad huius rei notitiã doctè tradidit. Syllius li. 5. de hac eadẽ re ſic cecinit.

Tum Soracte ſatum, præſtantem corpore, & armis
Aequanũ noſcens, patrio cui ritus in aruo
Cum pius arcitenens accenſis gaudet aceruis,
Exta ter innocuos lætum portare per ignes,
Sic in Apollinea ſemper ueſtigia pruna
Inuiolata teras, uictorq; uaporis ad aras
Dona ſerenato referas ſolennia Phœbo.

Strabo aũt li. 5. ſcribit ea ſacra nõ Phœbo, ſed Feroniæ Deę celebrari ſolita. Feroniã (inquit) finitimi magno dignantur honore. Quo in loco ipſius tẽplũ eſt, mirificũ habẽs ſacrũ. Nã q eius numine afflantur, nudis pedibus prunas, & copioſum inambulant ſub hac dæmone nulla læſione cinerem. Varro id nõ aſcribit miraculo, ſed ait Hirpinos ambulaturos per ignes, medicamento quodam plantas tingere. Hirpi Sabinorum lingua lupi uocantur. Lege Seruium ubi ſupra b *Gentem Marſorum.*) Pli. cap. 2. libri

beri ſibi ſciunt ſeruitium uenenorum, ideo ue- a nena contemnunt. Caius Cœlius Oetæ tres [a] filias, Angitiam, Medeam, & Circen fuiſſe dicit. Circen Circæos inſediſſe montes carminum maleficijs uarias imaginum facies mentientem. Angi- b tiam uicina Fucino occupauiſſe, ibique ſalubri ſcientia aduerſus morbos reſiſtentem cum, deſiſſet intus hominem uiuere, deam habitam. Medeam à Iaſone Buthroti ſepultam, filiumq; eius Marſis imperaſſe c Sed quamuis Italia habeat hoc prę ſidium familiare, à ſerpentibus non penitus libera eſt. [b] Deniq; habitatores ab Amyclis, quas antea Amyclæi Græci condiderant, fugauere ſerpentes. Illic [c] frequens uipera

ſeptimi. In Africa gens Pſyllorum fuit (ut Agatharchides ſcribit) à Pſyllo rege dicta. Horū **corpori in** gentiū fuit uirus exitiale ſerpētibus, ex cuius odore ſopirent eas. Et infra. Simile & in Italia Marſorum gente durat. quos à Circes filio ortos ferunt. Et ideo ineſſe his uim naturalē eam. Idē **eleganter, ut cæ**tera, ſcribit Aulus Gel. cap. xi. lib. 16. Noct. Atti. Syllius Italicus lib. 8. de Marſis loquens.

Hæ bellare acies norant, ac Marſica pubes,
Et bellare manu, & Chelydris cantare ſoporem,
Vipereūq; herbis hebetare, & carmine dentem,
Aeetæ prolem Agnitiā mala gramina primam
Monſtrauiſſe ferunt, tactuq; domare uenena.
Et lunam excuſsiſſe polo, ſtridoribus amnes
Frenantem, ac ſyluis montem undaſſe uocatis.

Scribit idem Syllius Marſos denominatos à Marſia, qui quōdam ab Appolline uictus, in hac loca profugerit.

Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes,
Cum fugeret Phrygios trans æquora Marſia Crenos
Mygdoniam Phœbi ſuperatus pectine loton.

Alij à Marſia Lydorum duce appellatos tradunt

a *Tres filias*) Diod. Siculus lib. 5. tradit Oetam ex Hecate Maga, tres liberos procreaſſe Circen, Medeam, Egialeum. Seruius ſeptimo Aene. ſcribit Angitiā, uel ut alijs placet, Anguitiam, à Marrubijs populis, Medeam nominatam, ex eo, quod eius carminibus ſerpentes angeret. Medea (inquit) quando relictis Colchis Iaſonē ſecuta eſt, dicitur ad Italiā perueniſſe, & populos quoſdā circa Fucinū ingentē lacū habitantes, qui Marrubij appellabantur, quaſi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinē, docuit remedia contra ſerpentes. Hi ergo populi Medeā Angitiā nominauerūt, ab eo quod eius carminibus, ſerpentes angeret. Angitiæ meminit Verg. lib 7.

Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda.

Vim etiā hanc contra ſerpentum uenena, tribuit Marrubijs populis.

Quin & Marrubia uenit, de gente ſacerdos. &c.

b *Deniq; Amyclas.*) Sumptum **ex cap. 5 tertij** Plinij. Tarracina (inquit) oppidū lingua Volſcorū Anxur dictum. Ibi fuere Amyclæ à ſerpentibus deletæ. Idē ſcribit cap. 29. octaui. Quo loco docet quas ciuitates, genteſq; minuta animalia deleuerint. Inter Caietā, & Tarracinā oppidū conſtitutū eſt à Laconibus, qui comites Caſtoris, & Pollucis fuerunt & ab Amyclis prouinciæ Laconicæ ciuitate eſt ei nomen inditū. Lacones iſti cū ſecundū Pythagoræ ſectam à cæde omniū animaliū abſtinerent, & ex uicinis paludibus natas ſerpentes, occidere nephas putarent, ab ijſdem interempti ſunt. Vnde Amyclas tacitas dixit Maro in. 10. *Et tacitis regnauit Amyclis.* Solinus infra cap 11. hanc taciturnitatē, Amyclis Laconicæ regionis urbi uidetur tribuere. Amyclæ (inquit) ſilentio ſuo quondā peſſundatæ. Quod ideo fortaſsis dixit, quoniā ab eis Amyclæ Italiæ originē duxerint. Hinc ab Auſonio Paulino ſcribente dictum eſt.

Tu uelut Oebalijs habites taciturnus Amyclis.

Reliqua cap. 12. infra.

c *Frequens uipera.*) Vipera, quæ Græce ἔχις dicitur, dicta eſt, quod ui pariat. Corroſis eñ matris lateribus, exeunt pulli cum matris interitu. Scribunt primæ claſsis authores, Viperæ marem caput inſerere in os fœminæ, quod illa arrodit uoluptatis dulcedine. Herod. in Thalia. Nunc (inquit) cū libidine agitantur, & per paria coëunt, fœmina collū maris in emittenda genitura comprehendit, forbēſq; nō prius dimittit, q̃ deuorauerit, & mas quidem hoc modo perit. Fœmina uerò talē luit maſculo pœnam quod filij dum adhuc intra uterum ſunt, patrē ulciſcentes ambedunt, eiuſq; aluo ambeſa, ita partum faciūt. Eandē ſententiā tradit Ariſtot. cap. 16. eius libri, quē de Admirandis in natura ſcripſit. Id ipſum eleganter canit in Theriacis Nicander poëta inquiens.

Vipera ſæua caput lœtali dente mariti
Mordicus abſcindit, ſed nata ex ſemine proles
Viſcera dilaniat matris, ſtratamq; relinquit,
Sic patris interitum ſub primo ulciſcitur ortu.

Ex his apparet Albertum lib. 25. de Animalibus,

nec

necPliniï uerba, nec uiperæ cõcipiendi, aut pariendi modum intellexiſſe. Citat neſcio quem Sirach ſcribentem de Vipera, quod fœmina inſaniens libidine (utar em̃ authoris eius qualibuſcunq; uerbis) caput ſpuens maris, caput in os apprehendit, & amputat, & ex ſputo illo concipit partum, qui ſe uiſceribus matris emordet, & ſic uiſceribus matris laceratis, mater moritur in partu. Et parum infra. Adhuc autem (inquit) quod dicit Plinius, uolens magis aptare mẽdacium, quod quidẽ, ut dictum eſt, concipiat decapitatione maſculi. Sed quia multos concipiat, & propter ſtricturam corporis, non niſi unum poſt eniti poſsit, cum multi ſint, amplius uidelicet quam uiginti, ultimos tædium inuadit, quod non prodeũt ad lucẽ, & illi uiſcera matris corrodunt, eſt ſimiliter mendacium & impoſsibile. Natura em̃ nunq̃ dedit actum, cuius non daret naturalem potentiam, & facultatẽ, quia aliter deficeret in neceſſariïs. Hucuſq; Albertus. Pro Plinio, & contrà Albertum eſt Ariſtoteles in eo libro, quẽ iamiam citauimus. Eius uerba libuit ſubſcribere. Echidna (inquit) piſcis eſt maritimus, cum qua ferunt Echin uiperam ſerpentem quendam nigris intinctum maculis coire plerumq; conſueuiſſe. Atq; illam dum in ipſo demulcentur complexu aduerſam ſerpenti, morſibus illius caput abſcindere. Tum qui ex ea naſcuntur (quaſi uindicaturi eſſent patris interitum, & accepturi de matre pœnas) abſciſſo uentre, per media illius uiſcera erumpere, atque ſuper mortua matre, quod ultionẽ patris abũde patraſſent, inter ſe mutuo efferri, congratulariq;. Apollonius Tyanæus, ut in ſecundo eius uitæ, refert Philoſtratus, nõ aſſentitur huius ſententiæ authoribus. Vipera (inquit) uiſa eſt ſerpentes, quos peperit lingua lambere, & quaſi expolire. Nõ em̃ aſſentior (inquit) imprudenti eorum ſermoni, qui dicunt uiperarũ filios abſq; matre naſci. Neq; em̃ hoc natura patitur, neque cõprobat experientia. Locus montanus eſt iuxta Aliacmon flumen Macedoniæ Is, ut lib. 3. ſcribit Dioſcorid. Viperis ſcatet. Ob hoc fortaſsis euenit, ut rutam ibidem naſcentẽ qui ediderint negent euadere. In Phœnicia tam præſentis ueneni uiperæ ſunt, ut halitu ſolo animalia necent, quod radicibus uenenatis illic naſcentibus ueſci credantur. Viperæ Balſami, tũ ſuccũ, quo aluntur, tũ umbrã ſub qua deliteſcunt plurimũ affectant. Qua ex re ſi quẽ illic uiperæ momorderint, uulnus quidẽ inferunt, ſed earũ morſus ueneno omnino carẽt. Id autem accidere creditur quod ex cibis odoratis paſcantur. a *Morſu inſanabili.*) Extat apud Dioſcoridẽ lib. 6. caput, quod ad uiperas curatio inſcribitur. Rurſus apud Auicennam longus ſermo eſt, de uiperarum morſus curatione capitibus. 33. 34. 35. 36. tertiï tractatus ſecundę Fen. quarti Canonis. Idipſum multis carminibus Quintus Serenus cecinit.

Cuſpide non quiſquam, longæ neq; cæde Lariſſæ,
Fulmine non gladiï, uolucris nec felle ſagittæ. &c.

a morſu [a] inſanabili. Breuior hæc cæteris, quàm in a-
liïs aduertimus orbis partibus, ac propterea dum de
ſpectui eſt, facilius nocet. Calabria [b] Cherſydris
frequentiſsima, Et Boam [c] gignit, quem anguem
b in immenſam ferunt molem coaleſcere. Captat
primo greges bubulos, & quæ plurimo lacte ri-
gua bos eſt, eius ſe uberibus innectit, ſuctuq; con-
tinuo ſaginata, longo in ſæculo, ita [d] fellebri ſati-
c etate ultimo extuberatur, ut obſiſtere eius ma-
gnitudini nulla uis queat. Poſtremo depopula-
tis animalibus, regiones, quas obſederit, cogat
ad uaſtitatem. Diuo denique Claudio principe, ubi

Sunt qui Plin. in uiperæ deſcriptione plurimum arguant, quod perperã ſententiam Ariſtot. cap. ult. quinti naturæ animaliũ fuerit imitatus. Cuius defenſionẽ lege apud Cœliũ cap. 30. tertiï Antiq. lectionũ. De Vipera plura notatu digna ſcribit Ambro cap. 7. quinti Hexameron. b *Calabria Cherſydris.*) Cherſydri dicti, quod in aquis, & in terris morẽtur. Nã χέρσον dicimus terrã, ὕδωρ autẽ aquam. Imitatur hoc loco Solinus tertio Geor. Vergilium.

Diſce & odoratam ſtabulis accendere Cedrum,
Galbaneoq; agitare graues nidore Chelydros
Sæpe ſub immotis præſepibus, aut mala tactu
Vipera delituit. &c.

Et infra.

Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis
Squammea conuoluens ſublato pectore terga,
Atq; notis longam maculoſus grandibus aluum. &c.

Sunt qui nõ Cherſydris, ſed Chelydris legãt. c *Et Boas.*) Ex Pli. cap. 14. lib. octaui, faciũt iïs (inq̃t) fidẽ in Italia appellatæ Boæ in tantã magnitudinẽ exeuntes, ut Diuo Claudio principe occiſæ in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Alũtur primo Bubuli lactis ſucco, unde nomẽ traxere. Albertus li. 25. de Animal. falſò exiſtimat Boã fuiſſe eũ inuſitatæ immanitatis ſerpentẽ, aduerſus quẽ primo Punico bello. M. Attilius Regulus Cõſul in Africa caſtris apud Bragadã flumẽ poſitis, pręliũ grãde, atque acre feciſſe narratur, cuius interfecti lõgũ coriũ pedes cẽtũ & uiginti Romã miſit. Id coriũ, maxillæq; (ut Plin. author eſt) uſque ad bellũ Numantium durauere Romæ in templo. d *Fellebri ſatietate.*)

Copioſo

Vaticanus ager eſt, in aluo occiſæ Boæ ſpectatus
eſt ſolidus infans. Italia [a] lupos habet, qui cũ cæ= a
teris ſimiles non ſint, homo, quem prius uiderint,
conticeſsit, & anticipatus [b] obtutu nocenti, licet cla=
mandi uotum habeat, non habet uocis miniſterium.
Sciens [c] de lupis multa prætereo. Spectatiſsimum b
illud eſt, quod caudæ [d] animalis huius uillus ama=
torius ineſt perexiguus, quem ſpontaneo damno
abijcit, cum capi metuit. Nec habet potentiam, niſi
uiuenti detrahatur. Coeũt lupi toto anno non am
plius dies. xij. Veſcuntur in fame terra. At [e] hi, quos c
Ceruarios dicimus, quamuis poſt longa ieiunia re=
pertas ægrè carnes mandere cœperint, ubi quid ca=
ſu reſpiciunt, obliuiſcuntur, & immemores præſen=
tis copiæ, eunt quæſitum, quam reliquerunt ſatieta=
tem. In hoc animalium genere numerantur [f] & Lyn
ces, quarum urinas coire in duriciem precioſi cal=

Copioſo lactis ſuctu, à uerbò fellò, quod lac ſugerè ſignificat. Sunt qui legent celebri, aut funebri ſati etate. De Vaticano lege quæ ſcribit. A. Gellius cap. 17. ſextidecimi Noc. Atti. a *Italia lupos habet*) Lupus ex Græco ſumptum nomẽ. Is em̃ Græcè λύκος dicitur. Animal hoc noxiũ, nec in Olympo Macedoniæ monte, nec in Creta inſula reperitur. Quod hic de Lupis Solinus refert, ex cap. 22. octaui Plinij ſumptum eſt totum. Sed in Italia quoq; (inquit) ut creditur luporum uiſus eſt noxius, uocemq; hominis, quem priores cõtemplentur adimere ad præſens. Diuus Amb. ca. 4. ſexti Hexã. Lupus (inquit) ſi prior hominem uiderit, uocẽ excipit, & deſpicit eum, tanq̃ uictor uocis ablatæ. Idem ſi ſe præuiſum ſenſerit, deponit ferociam, & nõ poteſt currere. Ex hac lupi proprietate, ſumptum Adagiũ apud Terẽtiũ in Adelphis. Lupus eſt in fabula. Cũ quempiam, ob eius præſẽtiã, in quem loquimur, ſilendum eſſe ſignificamus. Plautus in Sticho. Quin tu uocaſti hominem ad cœnam? Reſpondet Epignomus adoleſcens. Nequid aduenians perderem. Atq; eccum tibi lupũ in ſermone. Exuriens adeſt. Prouerbiũ interpretatur Seruius Ecloga nona Vergilij ſuper illud.

Lupi Mœrin uidere priores Multa ex his, quæ de lupis Albertus ſcribit de animalibus lib. 22. fabuloſa eſſe nemo ambigat. b *Obtutu nocenti.*) Sunt uetuſti codices, qui ſic habeant. Et anticipatus obtutu aſpectus nocentis Idẽ tñ cũ priori ſenſus. Inter animalia uix lupo alterũ magis hominibus noxium reperitur. Vnde apud Atticos cautũ lege fuerat, ut ei, qui lupi catulũ pemiſſet, talentum daretur. Ei uerò qui adultum lupũ necaſſet, talenta duo fuerant inſtituta. Hunc etiã morem plurimæ hac tempeſtate urbes ſeruant, ut qui luporũ capita urbiũ rectoribus referant, præmiũ quodpiam inde recipiant deferentes. c *Sciens de lupis multa prætereo.*) Quæ hic ſciens Solinus præterit, lege apud Ariſtot. cap. 35. ſexti. & cap. 5. octaui naturæ animalium. Item apud Plin. cap. & lib. iamiam citatis. Solinus etiã aliqua de lupis refert cap. 25. infra, d *Caudæ animalis huius uillus.*) Sumptũ hoc, & quod ſequitur ab eodem Plinio ubi ſupra. e *At ij, quos Ceruarios dicimus.*) Sunt eo genere, qui ceruarij uocantur, qualẽ è Gallia in Pom. Magni arena ſpectatũ diximus. Huic quamuis in fame mandenti ſi reſpexit, obliuionẽ cibi ſurrepere aiunt, digreſſumq; quærere aliud. Ex Pli. ca. 22. octaui. Ex hac animalis huius natura, nõ incongruè, in hominẽ, uel proprij cõmodi obliuioſum, puerbiali figura quis utetur. Ceruario obliuioſior. Tria ſunt luporũ genera Cõmunes, Canarij, Ceruarij genus tertiũ. Ariſtot. ca. 35. ſexti naturæ animaliũ. Lupos itẽ Canarios (inquit) cœcos parit luporũ ritu, numero cũ plurimũ quatuor. Quin etiã lupus Ceruarius coitu, ut canes amplectitur, & cæcos generat, numero duos, aut tres, aut quatuor. Corpore longior, & cauda porrectior eſt, ſed proceritate breuior, celeritate æquè pręſtat, quamuis crura habeat breuiora. Mollis em̃ & agilis eſt, proſilireq́ue longius ob eam rẽ poteſt. f *Numerantur & Lynces.*) Græca omnino dictio eſt λύγξ. Sumpta hæc omnia ex cap. 38. octaui naturalis hiſtoriæ Caij Plinij. Lyncum humor ita (inquit) redditus, ubi gignuntur glaciatur, areſcitq; in gẽmas Carbunculis ſimiles, & igneo colore fulgentes, Lyncuriũ uocatas, atq; ob id Succino à pleriſq; ita generari prodito. Nouere hoc, ſciunt Lynces, & inuidentes, urinã terra operiunt, eoq; celerius ſolidatur. Plura idẽ Pli. de Lyncurio cap. 3. lib. ultimi Et Dioſcorid. ca. 302. Vrina Lyncũ, quã λυγκούριον uocãt, ſimul ac egeſta eſt ſolidari creditur in lapidẽ. Proinde ſuperfluo medicinas ex eo cõminiſcũtur, quãdoquidem nõ ſit alia res à Succino, quod quidã Electrũ appellauere cognomento πτερυγόφορον. Potũ hoc in aqua ſtomachi uicijs, & alui fluctionibus medetur. Ariſtot. in lib de Admirandis in natura. 66. cap. Et Lynces quod emingunt, obtegere arenis ferunt, cum uideãtur intelligere id ab hominibus quæri ad priuatã utilitatẽ, & potiſsimũ ad informãdas imagines, decorandosq; ſculpturis annulos. Ouidius item quintodecimo Meta. ſic de hac re inquit,

a culi fatentur, qui naturas lapidum exquiſitius ſunt perſecuti. Iſtud etiam ipſas lynces perſentiſcere, hoc documento probatur, quod egeſtum liquorem ilico arenarum cumulis, quantum ualent, contegunt
b inuidia ſcilicet, ne talis egeries tranſeat in noſtrum uſum, ut Theophraſtus perhibet. [a] Lapidi iſti ſuccini color eſt, pariter ſpiritu attrahit propinquantia. Dolores renum ſedat. Medetur regio morbo.
c λυγκούριον Græcè dicitur. Cicadæ [b] apud Rheginos mutæ, nec [c] uſquam alibi. Quod ſilentium miraculo eſt, nec immeritò, cum uicinæ, quæ ſunt Locrenſium ultra cæteras ſonitent. Cauſas [d] Granius tra-
d dit. Cum obmurmurarent illic Hercule quieſcente, deum iuſsiſſe ne ſtreperent. Itaque ex eo cœptum ſilentium permanere. Liguſticum [e] mare frutices procreat, qui quantiſper fuerint in aquarum profundis, fluxi ſunt, tactu propè carnulento. Deinde

Victa racemifero Lynceas dedit India Baccho,
E quibus (ut memorant) quicquid ueſica remiſit
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.

a *Theophraſtus perhibet.*) Theophraſtus, ut lib. 5. refert Diogenes, edidit libros duos, de ijs quæ durantur in lapides. Ex Lyncũ ferarũ natura, Adagiũ ſummi poſſe uidetur. Lynce inuidioſior. In auaros, qui ne inutile quidẽ ſibi, alijs indigẽtibus elargiũtur. b *Cicadæ apud Rheginos.*) Sumptũ ex ca. 27. undecimi Pli. Cicadæ (inquit) nõ naſcuntur in raritate arborũ. &c. Et parũ pòſt. At in Rhegino agro ſilent omnes, ultra flumen in Locris canunt. Scribũt Græcorum quidam Cicadas omnes quæ maſculæ ſint, canere, & Achetas dici. Quæ uerò fœminæ ſunt, mutas eſſe, & Tettigonas nũcupari. Tradunt Philoſophi, & Plin. retulit. ca. 51. undecimi naturalis hiſtoriæ, nõ ineſſe uocẽ ijs animalibus, quæ pulmone, & arterijs carent. Proclus ſcribit cicadam canere, cum ſeipſam ſub alis atterit, atque ita ſonum emittere. Strabo libro 6. docet cur Cicadæ in altera fluminis ripa ſint canoræ, in alia uerò ſilẽtes, & mutæ. Cum fluuius (inquit Alex.) Rheginum à Locrenſi diſterminet agro, qui per uallem profundam curſum habet. Peculiare quiddam cicadis obuenit. Quæ enim in Locrorum ripa uerſantur, ſonantius ſtridẽt Alijs uox nulla contingit. Eius rei cauſam ſuſpicatur eſſe, Nam cum ijs omnino umbroſa regio ſit, unde roſidas alarũ pelliculas minimè pandãt. Illis ſole feruida eſt, quæ aridas, & uti corneas habeat. Vnde apte ſtridor emittitur. Aliã cauſam refert Ariſtot. ca. 30. quinti de Animaliũ natura, & in lib. eo, qui de morte & uita ſcriptus eſt. Scribit idẽ Ariſtot. cap. 57. de admirandis in natura, Cicadis quemadmodum & Apibus futurorũ notionẽ ineſſe, contrarijs tamẽ actibus. Illæ (inquit) taciturnitate quadã & quiete, hæ uerò motu, ac uocis crepitatione, cũ nõ antea concinẽt, q̃ ſol retorqueat eius curſum, quo maximè tempore homines ad laborẽ prouocãtur. c *Nec uſquã alibi.*) Tarteas in prouerbiorũ Collectaneis, tradit in Acantho, qui eſt Aetoliæ urbs. τέττιγας οὐκ ᾄδειν. i. Cicadas non canere. Vnde prouerbio locum datum, ἀκάνθιος τέττιξ, Acanthia Cicada, in mutos, & inſcios homines dici ſolitum. d *Cauſas Granius tradit.*) Has fabuloſas cauſas ijs uerbis refert Diodorus in quinto. Cum Hercules ad fines Rheginorum, ac Locrenſium perueniſſet, obq; iter feſſus quieſceret, cicadarũ ſtrepitu pertæſus, deos oraſſe fertur, ut eas inde amouerent. Exaudita prece, nõ ſolũ tunc, ſed poſtmodũ cicadę nunq̃ ſunt in ijs repertæ locis. Ex Cicadarũ natura huiuſmodi prouerbia nata ſunt. Cicada canorior. Cicada aridior, Cicadæ nec æſtate ſilent, ex Theocrito, Martiale, Ouidio. Horũ & ſex miliũ aliorũ uſus, in lib. Adagiorũ noſtrorũ explicuimus. e *Liguſticum mare frutices procreat.*) Coralium Græca omnino dictio, κωράλιον eis dictum, de quo lege Plin. quem more ſuo Solinus imitatus eſt, cap. 2. lib. 32. & cap. 19. lib. triceſimiſexti. Coralium, ut lib. 5. ſcribit Dioſcor. alij Lithodendron uocant. Forma eſt ei fruticis marini, duraturq; illico exemptum, atq; in lucem uniuerſam prolatum, ut uideri poſsit ſpiſſatũ à ſpiritu, qui nos ambeſt &c. Theophraſt. κουράλιον appellat, ἀπὸ τῆς κουρᾶς. i. à tonſura, ſiue à radendo. Aiunt em̃ tactu protinus lapideſcere ſi uiuat. Itaq; occupari, euelliq; retibus, aut acri ferramento præcidi. De eo ſic Ouidius libro quintodecimo Metamorpho.

Sic & Coralium, quo primum contigit auras
Tempore, dureſcit, mollis fuit herba ſub undis.

Auicenna cap. 114. ſecundi tractatus, lib. ſecundi, ponit eius ſpecies. Album, rubrũ, nigrumq;. Aſſerit autẽ frigidũ eſſe in primò, ſiccum in ſecundo. Ponit tandẽ eodem ca. plures eius operationes, & proprietates. Ouid. in fine. 4. Meta. fabuloſè narrat uirgas ſanguine Meduſæ contactas, in hunc lapidem fuiſſe conuerſas.

Anguiferumq; caput, dura ne lædat arena. &c.

Claudia. de Nuptijs Honorij contra Orthographiæ

phiæ rationem corripuit primam. *Mergit ſe ſubito, uellitq; Coralia Clotho.*
Vimen erat dum ſtagnã ſubit, proceſſerat undis *Gemma fuit.* Niſi, quę, coniunctionẽ additítiã putemus. De Liguſtico mari infrà cap. 39. a *Natalibus derogatis.*) Detractis, mutatis, conuerſiſq; quod. ſ. natiuã molliciem, propriumq; colorem ſtatim uertant. Sunt uetuſti quidã codices, in quibus tũ naturalibus, tũ natiuis ſcriptũ ſit, idẽ tamẽ ſenſus omnibus. b *Vt Zoroaſtres ait.*) Marbodæus in libello de lapidibus precioſis, de Coralio loquens ſic ait.

Ex quo finguntur geſtamina commoda multis.
Quippe ſalutaris geſtantibus eſſe probatur
Illius, ut dixit Zoroaſtres, mira poteſtas.
Et ſicut ſcribit Metrodorus maximus author,
Fulmina, Typhonas, tẽpeſtatesq; repellit. &c.

Stultè omnino faceret, qui ſuper pomiferas arbores, uel fabaceas herbas Coralia in pulueres redacta cum aqua, aſperſerit, pomorum, aut fabarum ſperans copiã. Eam lucri ſpeciẽ ſiquis affectarit Alberto grates referat, qui id ſecretum poſteris ſcriptũ reliquit. c Γοργίαν nominat.) Lego Γοργονίαν, ex ſimilitudine ſic appellatam, quoniam Coralium exemptũ aquis, ex uimine dureſcit in gemmam, ſicut oſtenſo Gorgonis capite, in lapides uertebantur aſtantia. Plin. cap. 10. triceſimiſeptimi natura. hiſt. Gorgonia (inquit) nihil aliud eſt, quã Coraliũ, nominis cauſa quod in duriciem lapidis mutatur. &c. d *Eruitur gemma in parte Lucaniæ.*) Plinius cap. 10. triceſimiſeptimi. Syrtitæ (inquit) in littore Syrtium. Iam quidẽ in Lucania inueniuntur, melleo colore croco refulgẽtes, intus autẽ ſtellas continẽt languidas. e *Eſt & Veientana.*) Ex Plin. cap. 10. triceſimiſeptimi. Veientana Italica gemma eſt (inquit) Veijs reperta, nigram materiam diſtinguente limite albo. f *Inſula, quæ Apuliæ oram uidet.*) Ptolemæus cap. 1. tertij, tabula Europæ ſexta, ſcribit ſex eſſe Diomedeas inſulas. Plinius in fine tertij. Contra Apuleũ littus (inquit) Diomedea cõſpicua monumẽto Diomedis. Et altera eodẽ nomine à quibuſdã Teuthria appellata. Duas etiã Strabo lib. 6. eas eſſe dicit. In propinquo mari (inquit) iacent duæ inſulæ, quas Diomedeas appellant. Ex quibus habitatores habet altera. Reliquã deſertam eſſe dicunt, in qua Diomedem diſparuiſſe quidã fabulantur, comiteſq; in aues conuerſos eſſe. Eas etiã hac ætate mãſueſcere, & humanã quodãmodo uitam agere, & uiuendi ordine, & erga benignos manſuetudine. A malignis autem, & ſceleratis, fuga & euitatione. Meminit Stephanus de Vrbibus. Sumpſit hæc omnia Solinus, ex Plin. cap. 44 lib. decimi. Ab Alberto barbarè Dyomeditæ uocantur, quas (inquit) ad Augurium uocauit rex Diomedes. g *Diomedeæ aues.*) Ouid. 14. Meta. Diomedis ſociorum in aues conuerſionẽ. enumerat inter fabulas. A Venere ẽm, quã Pleuronius Agmõ Diomedis ſocius maledictis inſtimularat, in has alites eos narrat fuiſſe cõuerſos. Locũ fabulæ (ut inquit Plí.) fecít, quod hæ aues cotidie Diomedis ædem pleno gutture, madentibus pennis perluũt. Vergilij uerſus de hac ipſa re, ex xi. Aeneidos libro hi ſunt.

Nunc etiam horribili uiſu portenta ſecuntur,
Et ſocij amiſsi petierunt æthera pennis,
Fluminibusq; uagantur aues, heu dira meorum

ubi in ſupera tolluntur, natalibus [a] derogatis, la= a
pides fiunt. Nec ſolùm qualitas illis, ſed & color
uertitur. Nam puniceo protinus rubeſcunt. Ra=
muli ſunt, quales arborum uiſimus, ad ſemipedem
frequentius longi. Rarum eſt pedaneos depre b
hendi. Excuduntur ex illis multa geſtamina. Habet
enim (ut [b] Zoroaſtres ait) materies hæc quandam
poteſtatem, ac propterea, quicquid inde fit, habetur
inter ſalutaria. Coralium aliàs dicunt. Nam Me= c
trodorus [c] Γοργίαν nominat. Idem quod reſiſtat Ty=
phonibus, & fulminibus, affirmat. Eruitur [d] gem=
ma in parte Lucaniæ facie adeo iucunda, ut languẽ
tes intrinſecus ſtellas, & ſub nubilo retinentes cro= d
ceo colore perfundat. Ea quoniam in littore Syrti
um inuenta primum eſt, Syrtites uocatur. Eſt [e] &
Veientana gemma à loco dicta, cui ſuperficies nigra,
quam ad gratiam uarietatis limites interſecant albi e
notis candentibus. Inſula [f] quæ Apuliæ oram ui=
det tumulo, ac delubro Diomedis inſignis eſt.
& Diomedeas [g] aues ſola nutrit. Nam hoc genus
alitis præter quã ibi nuſquã gẽtiũ eſt, idq; ſolũ pote
rat memorabile iudicari, niſi accederẽt nõ omittẽda.

a Forma [a] illis penè quæ Fulicis, color candidus, ignei oculi, ora dentata. Congregatæ uolitant, nec ſineratione pergendi, duces [b] duæ ſunt, quæ regunt curſum, altera agmen anteit, altera inſe-
b quitur, illa, ut ductu certum iter dirigat, hæc, ut inſtantia urgeat tarditatem. Hæc in meantibus diſciplina eſt, Cum [c] fœtificum adeſt tempus, roſtro ſcrobes excauant, deinde ſurculis inuerſum ſu-
c perpoſitis texta cratium imitantur, & ſic contegunt ſubtercauata. Et ne operimenta deſint, ſi fortè lignorum caſas uenti auferant, hanc ſtruem comprimunt terra, quam egeſſerant, cum puteos ex-
d cauarent. Sic nidos moliuntur bifori acceſſu, nec fortuito, adeo, ut ad plagas cœli metentur exitus, uel ingreſſus. Aditus qui dimittit ad paſtus, inortum deſtinatur, qui excipit reuertentes, occa-
e ſum uerſus eſt, ut lux, & morantes excitet, & receptui non denegetur. Leuaturæ aluum aduerſis flatibus ſubuolant, quibus proluuies longius auferatur. Iudicant [d] inter aduenas. Si Græcus eſt, propius accedunt, & quantum intelligi datur, uelut ciui blandius adulantur. Si quis erit gentis alterius, inuolant & impugnant. Aedem ſacram omni die celebrant ſtudio huiuſmodi. Aquis imbuunt plumas, aliſque impendiò

Supplicia, & ſcopulos lachrymoſis uocibus implent. Quo loco plura ſcribuntur à Seruio. Sociorum Diomedis in aues, conuerſorum, nomina ſunt, Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus, & Abas. Ariſtoteles in eo libro, quem de Admirandis in natura ſcripſit cap. 68. ijs quidem uerbis rē totā explicat. Erat in Diomedea inſula, quæ in Adriatico freto poſita adiacet Italiæ peruetuſtum quoddam ſacellū Diomedi olim principi dicatum, admirabile quidē, & multa ueneratione tū, ppter uetuſtatē ipſam, tum etiam ob eam, quam dicam rei nouitatem digniſsimum. Ferunt enim circa illud uerſari nō nullas aues miræ magnitudinis, ac roſtri duriſsimi, illaſq; ſi quis eò acceſſerit cuiuſcunque fuerit nationis, præterquā Græci in eum ſtatim irrumpere acerrimo uolatu, rapereq; illum ſublimem, ac totum unguibus dilaniare. Tum uerò demum confoſſa roſtro ceruice, atque undique diſcerpta necatum abijcere. Idq; potiſsimum eos facere, inquunt, aduerſus uicinas gentes, cū dicant illas ſocios olim fuiſſe Diomedis, qui cōfractis circa eā inſulam nauibus ſubmerſi, in huiuſmodi aues ſunt commutati, atque illud odij aduerſus uicinos perpetuò conſeruaſſe, cum Diomedes eorū dux ab Aenea fuiſſet dolo interceptus, qui tū ea poſsidebat loca, quandoquidem Grecis, qui eò proficiſcuntur ſeſe benignas admodū, et familiares præſtent. Lege Auguſ. cap. 16. decimioctaui de Ciui. dei.

a *Forma illis.*) Ex Plinio ubi ſupra. Has (inquit) Iuba Cataractas uocat, & eis eſſe dentes, oculoſq; igneo colore, cætero cādidas tradens.

Si uolucrum (inquit Naſo) *quæ ſit dubiarum forma requiris,*
Vt non Cygnorum, ſic albis proxima Cygnis.

Suidas exiſtimat has aues uel Ciconias eſſe, uel Ciconijs ſimiles. Auguſtinus Fulicas, Theodorus Gaza Ardeolas transferunt. Has aues Græci Erodios uocant, cuius generis auem auſpiciū dixit Homerus, Diomedi, & Vlyſsi ſpeculatorib. apparuiſſe. Verſus Homeri eſt.

τοῖσι δὲ δέξιον ἧκεν ἐρώδιον ἐγγὺς ὁδοῖο παλλὰς ἀθηναίη.

b *Duces duæ ſunt.*) Plin. maſculino genere protulit. Duos ſemper his duces (inquit) alterum ducere agmen, alterū cogere

c *Cum fœtificum.*) Scrobes (inquit Plinius) excauare roſtro, inde crate conſternere, & operire terra, quæ ante fuerit egeſta. In ijs fœtificare.

d *Iudicant inter aduenas.*) Aduenas Barbaros (inquit Plin.) clangore infeſtant. Græcis tantum adulantur miro diſcrimine, uelut generi Diomedis hoc tribuentes &c. Mira naturæ uis. Iam quædā animalia authore Plinio, innoxia indigenis, aduenas interimunt ſicut ſerpentes. Parcunt in Myrinthe, quos terra naſci proditur. Item in Syria angues circa Euphratis maximè ripas dormientes Syros non attingunt. Aut etiam ſi calcati momordere, non ſentiunt maleficia, alios cuiuſque gentis infeſti auidè, & cum cruciatu exanimantes. Quamobrem & Syri non necant eos. Contra in Aletenio Cariæ monte Ariſtoteles Philoſophus ſcriptum reliquit, à Scorpionibus hoſpites non lædi, indigenas interimi. Quid de ſociorum Diomedis Aetoli ducis in has

aues conuerſione, ac reliquis, re uera tenendum, ſit, tradit Diuus Auguſtinus ca. 18. decimioctaui Ciui. dei, ijs quidē uerbis. Socij Diomedis, quia nuſq̄ ſubito comparuerunt, & poſtea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis, & pro eis aues occultæ ex alijs locis, ubi eſt hoc genus auium, ad ea loca perductæ ſunt, ac repente ſuppoſitæ, ideo credūtur eſſe cōuerſi. Quod aūt Diomedis in tēplū aquā roſtris afferūt, & aſpergūt, & quod blandiūtur Græcigenis, atq; alienigenas ꝓſequūtur, mirandū nō eſt, fieri dæmonū inſtinctu, quorū intereſt. i. ad quos pſuadere pertinet, deū factū eſſe Diomedem ad decipiendos homines, ut falſos deos, cū ueri dei iniuria, multos colāt, & hominibus mortuis, qui nec cū uiuerent uerè uixerunt, templis altaribus, ſacrificijs, ſacerdotibus, q̄ omnia cum recta ſunt, nō niſi uni deo uiuo, & uero debentur, inſeruiant.

madefactis confluunt rorulentæ, ita ædem excuſ- a
ſo humore purificant, tunc pennulis ſuperplau-
dunt, inde diſcedunt quaſi peracta religione. Ob
hoc ferunt Diomedis ſocios aues factos. Sanè an-
te aduentum Aetoli ducis nomen Diomedeæ non b
habebant. Inde ſic dictæ. Talicus [a] excurſus per
Liburnos, quæ gens Aſiatica [h] eſt. Procedit. in
Dalmatiæ pedem. Dalmatia [c] in limitem Illyri-
cum. In quo ſinu Dardani ſedes habent, homi- c
nes ex Troiana proſapia in mores Barbaros effe-
rati. At [d] ex altera parte per Ligurum oram in
Narbonenſium prouinciam pergit, in qua Pho-
cenſes quondam fugati Perſarum [e] aduen-

a *Italicus excurſus per Liburnos.*) Liburnia (ut cap. 5. tertij refert Plinius) quibuſdam locis abeſt ab Italia centū. M. paſſuū. Vnde dicti ſint, tradit Stephanus. Illyrij ſeu Liburni (inquit ca. 5. ſecūdi Lucius Florus) ſub extremis Alpium radicibus agunt inter Arſiā, & Titium flumen longiſsimè per totum Adriatici maris littus effuſi. Lege Pliniū cap. 22. lib. tertij, & Appia. in Illyriō. b *Aſiatica eſt.* Seruius primo Aene. exiſtimat Rhetos, Vindelicosq; Liburnos eſſe. Hi autē (inquit) ab Amazonibus originē ducunt Citat Horatiū ode 4. quarti Carminū. Videre Rheti bella ſub Alpibus Druſum gerentem. Vindelici, quibus mos inde deductus per omne tempus Amazonia ſecuti. c *Dalmatia in limitē Illyricum.*) Florus lib. quarto. Dalmatæ (inquit) plerumq; ſub ſyluis agunt, inde ad latrocinia promptiſsimi. Et de Illyrijs. Illyrij quoq; ſub Alpibus agunt, imasq; ualles earū, & quædā quaſi clauſtra cuſtodiunt, abruptis torrentibus implicati. Lege de utriſq; populis præter Plinium, Strabonem, Ptolemæū, apud Appianū in eo lib. quē Illyriū inſcripſit Ptole. ca. 9. tertij Tab. 9. Europæ, ponit Dardanos in ſuperiore Myſia. d *At ex altera parte.*) Deſcribit eū Italiæ limitē, quo Italia, Galliā, & Hiſpaniam è regione proſpicit. Qua in parte Maſsilia urbs à Phocenſibus olim condita, ſita eſt. Maſsilia (ut in cōmentarijs Dioniſij refert Euſtathius) ex euentu quodā ſortita eſt nomē. Cum em̄ Phocenſiū gubernator illuc primū appuliſſet, conſpicato in littore τοῦ ἁλιέως. i. piſcatores, mox ex ſumpto omine, nautas ligare rudentē iuſsit Aeoles enim ligare μάσσειν dicunt. Qua ex re Maſſiliam dictam refert. Conſtructa autem eſt à Perano Phocenſium duce Senani Segoregiorū regis genero. Eam uerò condidit ꝓpe amnis Rhodani oſtia, in remoto quodā ſinu, ueluti (ut Iuſtinus author eſt) in maris angulo. Hermolaus c. 30. quinti Pliniarū caſtiga. Aſiaticos Phocenſes cū dyphthōgo Græcos aūt ex Phocide Phocenſes ſine dyphthongo ſcribendū exiſtimat. Ab utroq; tamen Phocaicus deduci refert. e *Perſarum aduentum.*) Marcellinus lib. 15. circa finem. A Phocide (inquit) Aſiaticus populus, Harpali inclementiā uitās Cyri regis præfecti, Italiā nauigio petit. Cuius pars in Lucania Veliā, & altera condidit in Vienēſi Maſsiliam. Meminit & Herodotus in primo. Hanc Phocenſium fugam deſcribit Hora. ode. 16. Epodon. Vide Porphyrionē ibidem. Non conueniunt authores, à quibus Phocenſibus urbs Maſsilia condita fuerit In hoc ferè cōcordant omnes, ut eā Græci ꝓfugi cōdiderint. Pli. ca. 4. 3. Iuſti. lib. 43. Luca. in. 4. Sylli9 l. 15.

Iamq; agiles Thyrrena ſonant, qua cærula puppes
Auſonium euaſere latus, Ligurumq; citatis
Littora tranſmittunt proris, hinc gurgitè ab alto
Tellurem procul irrumpentem in ſydera cernunt
Aerias Alpes occurrunt mœnia Graio
Condita Maſsiliæ &c.

Maſsilienſium inſtituta plura recenſet Max. Valerius, de *inſtitutis* antiquis lib. 2. Plautus in Caſsina c[illegible]ca finē. Vbi tu es (inquit) qui colere mores Maſsilieſes poſtules? Taxat Maſſilienſes tanquā molles, & effœminatos, quod & Athenæus dicit. Phocæa urbs Aſiatica inſignis eſt Pylade alumno, cuius cū Oreſte ueteribus amicitia celebratur. Apud Statium Sylua ſexta lib. 2. ſic in omnibus exemplaribus falſò legitur.

Dignus & Hæmonium Pyladen præcedere forma.

Quaſi Pyladen Hæmonium dicat, cū conſtet eū Phocæum fuiſſe. Ouid. 2. Elegiarū.

Quod fuit Argolico iuuenis Phocæus Oreſti.

Et 1. de Pōto.

Affuit inſano iuuenis Phocæus Oreſti.

Vnde quibuſdam apud Statium ſic legendum uidetur,

Dignus

Dignus & Hæmonium iuuenem præcedere forma, Vt ad ſolum Achillem referas. Egō uerò ſic legendum cenſeo. *Dignus, & hæmonium, & Pyladen præcedere forma,* Vt & Achillē, & Pyladen ſimul Papinius complectatur. a *Olympiade quadrageſima quinta.*) Idem tradit Euſebius libro Temporum. b *Caij Marij.*) De his foſsis Plinius cap. 4. tertij. Sunt (inquit) authores, & Heracleā oppidum in oſtio Rhodani fuiſſe ultra foſſam ex Rhodano centū paſsibus, Marij opere, & nomine inſigne ſtagnū. Mercatores noſtri temporis, qui in Galliam merces deuehūt, has ipſas foſſas (credo ob aquarum immobilitatem) aquam mortuam, appellāt c *Qui amnis.*) Rhoda oppidum Rhodorum in Narbonenſi prouincia, unde (inquit cap. 4. tertij Caius Plinius) dictus multò Galliarum fertiliſsimus Rhodanus fluuius, ex Alpibus ſe rapiens, per Lemannū lacum ſegnemq; deferens Ararim, nec minus ſeipſo torrentes Iſaram, & Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica, ex his alterum Hiſpanienſe, alterum Metapinū, tertiū idēq; ampliſsimū, Maſſalioticū. Polybius increpat Timæū, qui Rhodanū quinq; oſtia habere tradidit. Artemidorus tria Rhodanū habere oſtia opinatus eſt. Lege Strabonē in quarto. Plutarchus in uita Hannibalis, ait Rhodanū nō lōge ab Iſtri, Rheniq; fontib. ſurgere. Octingentis propè emēſis ſtadijs in lacū Lemannū ſe cōdere, Inde egreſſum, in occidentem ſe uertentē Gallias aliquandiu dirimentem, Araris, & aliorū fluminū acceſsione nō mediocriter auctū. Tandē inter Volcas, & Cauares, pluribus capitibus in mare influere. De ortu Rhodani ſupra, ubi de Pado ſcripſimus, ſententiā retulimus Appiani. Eleganter Rhodanum deſcribit Syllius tertio bellorū Punicorum libro.

Valcarum populatur iter, tumideq; minaces
Accedit Rhodani feſtino milite ripas,
Ac gregibus caput Alpinis, & rupe niualī
Proſilit in Celtas, ingentemq; extrahit amnē
Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos &c.

d *Inter tres Europe maximos fluuios.*) Varro cū de parte orbis, quæ Europa dicitur, diſsereret, in tribus primis eius terrę fluminibus Rhodanum eſſe ponit. Per quod uidetur eam facere Iſtro æmulum. Iſtrus em̄ quoq; in Europa fluit. Aulus Gellius ca. ſeptimo libri decimi. e *Aquæ quoq; Sextiæ.*) De ijs aquis Plinius cap. 4. tertij, & cap. ſecundo triceſimi primi. Plutarchus iu uita. C. Marij, Sextiles uocat. Caius Sextius proconſul uicta Saliyorum gente Coloniam aquas Sextias condidit, ob aquarū copiã, & calidis, & frigidis fontibus, atq; à nomine ſuo, ita appellatas, Author Liuius libro. 61. ab urbe condita. Et Strabo in quarto. Sextius (inquit) potiſsimum redactis in poteſtatem Saliys, nō longe à Maſsilia, ſui nominis ædificauit oppidum, ſuæq; appellationis aquas dixit calidas, quarum partem in frigidas permutatas eſſe ferunt, ibi Romanorum præſidium collocans. f *Hyberna conſulis.*) Intelligit uel Caium Sextium, uel quod magis placet. C. Marium qui, ut lib. 68. ſcribit Liuius, ſumma ui oppugnata à Teutonis, & Ambronibus caſtra, defendit. Duobus deinde prælijs circa aquas Sextias eos hoſtes deleuit. In quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta milia, capta nonaginta milia. Plutarchus dicit captos uiuos, atq; trucidatos ex Barbaris ultra decem Myriadas. g *Acran Iapygiam.*) Sumptum ex capite undecimo tertij Plinij. Promontorium (inquit) quod Acran Iapygiam uocant, quo longiſsimè in maria excurrit Italia. h *Achaiam.*) In Achaiam. Ars quidem authore Seruio, hoc exigit, ut nominibus prouinciarum præpoſitionē addamus ciuitatū nunq;, tamen plerumq; peruerſo ordine lectum eſt. Achaiæ nomen prouinciæ, ut docet Plinius, ab Iſthmo incipit. Antea Aegialos uocabatur, propter urbes in littore per ordinem diſpoſitas.

a tu Maſsiliam urbem Olympiade [a] quadrageſi-
maquinta condiderunt. C. [b] Marius bello Cym-
brico factis manu foſsis inuitauit mare, pernici-
oſamq; feruentis Rhodani nauigationem tempe-
b rauit. Qui [c] amnis præcipitatus Alpibus primo
per Heluetios ruit, occurſantium aquarum agmi-
na ſecum trahens, auctuque magno, ipſo, quod inua
dit, freto turbulentior, niſi cum fretum uentis ex-
c citetur. Rhodanus ſæuit & cum ſerenum eſt, atque
ideo inter [d] tres Europæ maximos fluuios, & hunc
computant. Aquæ [e] quoque ſextiæ eo loco claru-
erunt quondam hyberna conſulis, poſtea excultæ
mœnibus. Quarum calor olim acrior exhalatus per
tempora euaporauit, nec iam par eſt famæ priori. Si
Græcos cogitemus, præſtat reſpicere littus Tarenti-
num. Vnde à promontorio, quod Acran [g] Iapygi-
an uocant, Achaiam [h] curſum deſtinantibus, citiſsi-
ma nauigatio eſt.

De quibuſdam ignobilibus Tyrrheni maris inſulis, quæ Italiæ adiacent. De Corſica, & Catochite lapide. Cap. IX.

Flectendus [a] hinc ſtylus eſt, terrarum uo- a
cant alia, & longum eſt, ut moratim in-
ſularum omnium oras legamus quaſcunq;
promontoria Italica proſpectant. Quamuis ſparſæ
receſsibus amœniſsimis, & quodam naturæ quaſi b
ſpectaculo expoſitæ non erant omittendæ. Sed quã
tum reſidendum eſt, ſi dilatis, quæ præcipua ſunt, per
quandam deſidiam, aut [b] Pandatariã, aut [c] Prochy-
tam dicamus, aut ferri feracem [d] Iluam, aut [e] Capra c
riã, quã Græci Αἰγιλον dicũt, aut Planaſiã de facie ſupi
na freti, uel Vlyxis [f] erroribus ſic uocatã, uel Colum

Flectendus hinc ſtylus eſt.) Poſt Italiæ deſcriptionem, flectit ſtylum ad eas inſulas deſcribendas, quæ Italiæ adiacent, primum Corſicam deſcribens, quæ minus lxx. ſtadijs ab Italia diſtat. A forma autem Corſicam dictam uolunt, id eſt á capitis temporum ſimilitudine, Græci enim κόρσας, ut li. 2. tradit Pollux, tempora .i. partem capitis nominant. Stephanus uerò dictam dicit ἀπὸ κόρσις δούλης βουκόλου, hoc eſt, à Corſi ancilla boum cuſtode. Cingitur autem, ut cap. ſecũdo tertij Ptolemæus ait, ab occaſu quidem, & ſeptentrione, mari Liguſtico. Ab ortu autem Tyrrheno mari. A meridie pelago, quod inter ipſam, & Sardiniam interiacet. Scribit Strabo Corſicam malignè coli, aſperam, & plurimis in partibus inacceſsibilem, adeo, ut qui eius montes habitant, ex latrocinijs uitam degant, immanitateq; beluas ipſas ſuperent. Hinc factum eſſe dicit, ut cum Romani imperatores in eos irruant, ipſorumque caſtella irrumpant, magnum ſeruorum gregẽ captum aduehãt. Romæ (inquit) cernere eſt ſimul et mirari, q̃ agreſtis uideatur effigies, quãq; beſtiarũ appareat diritas, facieſq; truculentæ. Eos ſeruos tam uiles eſſe aſſerit, ut quãuis domini pro eis parũ exponãt, precij tamẽ pœnitentia torqueãtur. Diſcordat aliquãtiſper à Plinio Strabo in huius inſulæ menſura. Eius ẽm lõgitudinem miliaria .c. et .xl. Latitudinem uerò .lxx. Pli. aliter, ut mox dicetur. Diodori Siculi ex lib. 6. uerba ſunt. Celebres in Corſica ciuitates habentur duæ, Calaris, & Nicea. Calaris à Phocenſibus, qui à Tyrrhenis poſtmodum inſula pulſi ſunt. Nicea à Tyrrhenis maritimis, q reliquas etiã Tyrrheni maris, ſuæ ditionis fecerunt, De ea ſcribunt latè Strabo li. 5. Mela Pomponius lib. 2. Did. Siculus lib. 6. Corſicæ formã, ſi picturis delecteris, appingit Ptolemæus. 6. Europæ tabula. Athenæus tradit Corſicæ incolas iccirco longæuos eſſe, quod mellis cibo, quo plurimũ abundãt, utãtur aſsiduè. Quod alicui mirum uideri poteſt, cum eius inſulæ mel, ob taxi copiam, uenenatũ ſit. Ouidius Elegiarum primo.

Melle ſub infami Corſica miſit apis.

b *Aut Pandatariam.)* Sic enim eam Plinius, & Pomponius nominatam dicũt, Ptolemæus Pandatoriã nũcupat. Quoniã has inſulas præter Corſicam, nudis tãtũ nominibus Solinus refert. Pluresq; alias in ijs locis ſitas præterit. libuit de ijs inſulis Plinij ex cap. 6. tertij uerba ſubnectere. In Liguſtico (inquit) mari eſt Corſica, quã Græci κύρνον appellauere, ſed Thuſco ꝓpior à ſeptentrione in meridiẽ proiecta, longa paſſuum centũ quinquaginta. M. Lata maiore ex parte. L. Circuitu. cccxxij. M. Abeſt à Vadis Volaterranis. Lxij. M. p. Ciuitates habet. xxxiij. & colonias. Marianã à Mario deductã, Aleriã à Dictatore Sylla. Citra eſt Oglaſa. Intra uerò. lx. M. paſsibus, à Corſica Planaria ſpecie dicta æqualis freto, ideoq; nauigijs fallax. Amplior Vrgo, & Capraria, quã Græci Αἰγιλόν dixere. Item Igiliũ, & Dianium, quã Artemiſiã, ambæ contra Coſanũ littus, & contra littus Vapone, Meneria, Colubraria, Venaria, Ilua, cum ferri Metallis circuitu .c. paſſ. A Populonia .x. M. à Græcis Aetalia dicta. Ab ea Planaſia. xxxviij. M. Ab ijs ultrà Tyberina oſtia in Antiano, Aſtura, mox Palmaria, Sinonia. Aduerſũ Formias, Pontiæ. In Puteolano aũt ſinu Pandataria, Prochyta, nõ ab Aneæ nutrice, ſed quia profuſa ab Aenaria erat. Aenaria ipſa à ſtatione nauium Aeneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine (ut aliqui exiſtimauere) ſed à figulinis doliorũ: πίθος dolium. De ijs inſulis Strabo, Diod. Siculus, Mela, Ptole. ubi ſupra. c *Prochytam.)* Præter alios, de Prochyta, lege quæ ſcribit Seruius nono Aen. ſup illud. *Tum ſonitu Prochyta.* Diony. Halicar. lib. 1. (ut cap. 8. retulimus) Prochytã inſulã, ab Aeneæ nutrice dictã tradit, quod Pli. omnino reprobat. d *Iluam.)* Sunt qui falſo, Vilbam legant, cum Plinius, Mela Pomp. Ptole. Iluam nuncupent. e *Capraria, quam Græci αἰγίγον dicunt.)* A caprarum ſimilitudine, uel copia. Græci enim αἶγα capram dicunt. αἴγεος caprinus. f *Vlyſsis erroribus uocatam.)* Πλανάομαι apud Græcos erro ſignificat, πλάνη errorem,

Ithace-

a *Ithaceſiam.*) Ab Ithaca inſula, Vlyſsis quondam regno. Vel ſi Seruio credimus, ab Ithacō Dulychij inſulæ monte Vlyſſes habitaſſe fertur. b *Inarime.*) Dicta Inarime ab Arimis populis, aut beluis. Sic enim lingua Hetruſca Simiæ nominantur, quas Greci πίθηκους uocitant c *Homero nominatam.*) Carmen Homeri eſt. Ε'ιναριμοίς ὀθίφασι τύφωνος ἔμμεναι ἔυνας. d *Lætas.*) Pingues, fertileſque, Vergilius. *Quid faciat lætas ſegetes* Georgicorum primo. e *Vt exordium incolis Ligures dederint.*) In ueterum monumentis ſcriptum reperimus, Ligurum incolas, Corſicæ inſulæ nomen indidiſſe. Id autē hac ratione contigiſſe tradūt. Cum enim Corſa quædam nomine, patria Ligur, iuxta littus æquoris boues paſceret, & ex eo armēto taurus unus mare tranſnare ſæpius conſueuiſſet. Poſtque dies aliquot cum ad reliquum boum gregem aucto iam corpore rediſſet. Cupida Corſa noſcendi, quo taurus pergeret, ſimulque incognita ſibi pabula, quibus is uſus fuerit ſcire cupiens, nauicula eum ipſum taurum à cæteris digredientem, proſecuta eſt. Inſulam, quæ, qualisq; foret, Liguribus rediens aperit, Qui conſcenſis nauibus, in eam inſulam nauigarūt. Cuiuſq; fertilitatem cum didiciſſent, tranſmiſsis cultoribus, inſulam coluerunt, exq; eam Corſæ authoris, duciſq; nomine, Corſicam nominarunt. Stephanus hiſtoriam tangit potius, quàm explicet. Græci κύρνον eam nuncupant, à Cyrno Herculis Libys filio, quod is quondam inſulā incoluerit. f *Colonias deduxerint.*) Marianam, & Aleriam, authores Plinius, et Mela Pomponius

a bariam auium huius nominis matrem, uel [a] Itha-
ceſiam, quæ Vlyxis proditur ſpecula, uel Aenari-
am Inarimen [b] Homero nominatam, [c] aliaſque nō
ſecus lætas [d], inter quas Corſicam plurimi in dicen-
b do latius circumuecti pleniſsima narrandi abſol-
uerunt diligentia, nihilque omiſſum, quod retra-
ctari non ſit ſuperuacuum. Vt exordium [e] incolis
Ligures dederint, ut oppida ibi extructa ſint, ut
c colonias [f] ibi deduxerint Marius, & Sylla, ut ipſa
Liguſtici ſinus æquore alluatur. Sed hæc [g] faceſ-
ſant. Verum ager Corſicanus, quod in eo agro
d unicum eſt, ſolus edit, quem Catochiten [g] uocant
lapidem fatu digniſsimum. Maior eſt cęteris, qui
ad ornatum deſtinantur. Nec tam gemma, quam
cautes. Idem impoſitas manus detinet, ita ſeiunctis
e corporibus annectens, ut cum ipſis hæreat, à quibus
tangitur. Sed ei ineſt uelut de glutino lentiore neſcio
quid par, atque gummi. Accepimus Democri-
tum [i] Abderiten oſtentatione ſcrupuli huius fre-
quenter uſum ad probandam occultam naturæ
potentiam in certaminibus, quæ contra Magos
habuit

g *Hæc faceſſant.*) Harum inſularum deſcriptiones curatum abeant. h *Catochiten uocant lapidem.*) Hic lapis à proprietate nomen habet. Nam, ut Plin. & hic Solinus affirmant, impoſitas manus ueluti gummi retinet. Græci enim τὴν κατοχὴν, detentionem dicunt, & τὸν κατοχὸν, detentiuum. Plin. cap. 10. triceſimiſeptimi de hac ui lapidis huius dubitare uidetur. Catochites (inquit) lapis eſt cæteris maior, mirabilis ſi uera traduntur, impoſitam manum ueluti gūmi detinens. De eo Rhēnius de Corſica loquens ſic ait.

Hanc ſolam, perhibent, Catochiten gignere terram.
Corporibns lapis hic ceu glutine tectus adhæret.

i *Democritum.*) Democritus, ut primo de Diuinatione ſcribit Cicero, futurorū prędictionē eſſe dicebat. Rurſus fuiſſe eum Magū, docet. 14. & 30. uoluminibus Caius Plinius. Democritus is, ut Antiſthenes author eſt, inter cætera, uariè fantaſias ꝓbare curabat, ſæpe ſolitarius uiuēs, atq; etiā ſepulchra incolens defunctorum. Is idem præterea ſolitus eſt futura prædicere. Quod ubi ſequens rerum euentus fidem fecerat, diuinis iam honoribus dignus à pleriſq; iudicatus eſt. Scribit Plinius Democritum, & Pythagoram primos magicas in noſtro orbe celebraſſe. In ijs igitur artibus (ſi artes eas appellare fas eſt) Catochite lapide Democritū fuiſſe uſum opinantur plures, è quorum numero & Solinus eſſe uidetur Hic Democritus ita ſuo ingenio cōfiſus eſt, ut inter cætera traderet artem nominando aues, quarū cōfuſo ſanguine ſerpēs generatur, quē quiſquis ediderit, intellecturus ſit alitū colloquia. Celebratur & illud maximè, quod puellā Hippocratis comitē primo die ita ſalutauerit χαίρε παρθένη. ſalue uirgo. Poſtridie uerò χαίρε γυνή. hoc eſt, ſalue mulier. Fuerat em̄ puella nocte illa uitiata. Docuit q̄re q̄terni Cyathi, ſextarij ue nō eſsēt bibēdi. Opinatus ē inter cętera, Atomos rerū omniū eē principia. Itē eſſe infinitos mūdos gn̄atiōi, et corruptiōi ſubiectos

Sardinia inſula. De ſolifuga. Sardonia herba, deque eius inſulæ miris aquis.
Cap. X.

SArdinia [a] quoque, quam apud Timæum San- a
dalioten legimus, Ichnuſan apud Criſpum,
in quo mari ſita ſit, quos incolarum authores
habeat ſatis celebre eſt. Nihil ergo attinet dicere, ut
Sardus [c] ab Hercule, & [d] Norax à Mercurio pro- b
creati, cum alter à Lybia, alter abuſque Tarteſo Hi-
ſpaniæ in hoſce fines permeauiſſent. A Sardo ter-
ræ. A Norace Nore oppido nomen datum. Mox
Ariſtæum [e] regnando his proximè in urbe Cara- c
li, quam condiderat, ipſe coniuncto populo utriuſ-
que ſanguinis ſeiuges uſque ad ſe gentes ad unum
morem coniugaſſe, imperium ex inſolentia nihil
aſpernatas. Sed & hic Ariſtæus Iolaum creat,
qui ad id locorun agros ibi inſedit. Præterea & [f] Ili-

Sardinia quoq;.) Eam dictam fuiſſe à Sardo, ſcribunt Martianus cap. 16. lib. ſexti, & Syllius lib. 12. Belloru m Punicorum.

Mox Libyci Sardus generoſo ſanguine fidens
Herculis ex ſeſe mutauit nomina terræ.

Fuit aũt Hercules, non Thebanus ille poëtis cantatiſsimus, ſed Aegyptius Nilo flumine procreatus, de quo Cicero tertio de natura Deorũ, Diodorus in primo. Philoſtratus. 2. & 5. uoluminibus uitæ Apollonij. Sardiniã inſulã Ptolemæus cap. 3. tertij ſic deſcribit. Sardiniam (inquit) inſulã amplectitur ab Oriente Tyrrhenum pelagus, A Meridie Africum. Ab Occaſu Sardoum. A Septẽtrione mare, quòd inter ipſam, & Cyrnum circunfunditur. De ea lege Pli. ca. 7. lib. tertij. Diodorũ Siculũ lib. 6. Straboñẽ li. 3. Põponium. Melam in fine ſecundi. b σανδαλιώτην. Gel. cap. 28. tertij decimi, citat Saluſtium ex hiſtoria ſecunda. Sardinia (inquit) in Africo mari, facie ueſtigij humani in orientẽ, q̃ occidentẽ latior prominet Martianus Capella c. 16. li. ſexti. Cæterum (inquit) Sardinia, à Sardo filio Herculis appellata, habet formam humanæ plantæ. Deniq; Sandaliotes eſt nuncupata, & Ichnuſa, quod utrinq; ueſtigij formã ſignat. Sic ẽm apud eũ legendũ eſt. Syllius eodem libro.

Inſula fluctiſono circũuallata profundo
Caſtigatur aquis, cõpreſſaque gurgite terras
Enormes, cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa prius Grais memorata colonis.

Claudianus in Gildonem.

Humanæ ſpeciem plantæ ſi magna figurat
Inſula, Sardiniam ueteres dixere coloni
Diues ager frugum. &c.

Magna inquit Claudianus, quoniam teſte Diodoro, Sardinia par eſt Siciliæ magnitudine. Ab oriente enim, teſte Capella, centũ octuagintaocto milibus patet, ab Occidẽte centũ ſeptuagintaquinq;, à Meridie ſeptuagintaſeptẽ, à Septẽtrione cẽtũ uigintiquinq; milia habet, Lege Plin. Græci σανδάλιον, muliebre calceamentũ dicunt, ἴχνος ueſtigium apud eoſdem c *Vt Sardus Hercule.)* A ueteribus notatum eſt, Sardum Herculis filium nõ parua hominum multitudine, in Sardiniã è Libya nauigaſſe, eam occupaſſe, exq; ſuo ipſam nomine Sardiniam nuncupaſſe. d *Norax Mercurio.)* Fuit hic, ſi Theodontio credimus, quinti Mercurij, & Oſchyræ nymphæ filius. e *Mox Ariſtæum regnando.)* Pro hoc, & quod ſequitur de Iolao Iphicli filio, libuit aſcribere Ariſtotel. uerba, ex cap. 87. eius libri, quẽ de Admirandis in natura inſcripſit. In Sardinia (inquit) inſula multa extare adhuc inquiunt uetuſtiſsima quidem monimẽta ſuperioris ætatis. Græcoq; illo perantiquo more laborata. Ac inter alia nõnullos etiam fornices, & inarcuata domicilia conſpici poſſe modulatis quibuſdã ſed diſparibus confecta numeris, quæ ferunt olim ab Iolao Iphiclis filio fuiſſe cõſtructa, eo potiſsimũ tempore, quo ille Theſpiades, quos ab Hercule commiſsos acceperat, illuc deduxerat, tanq; qui ſibi affines eſſent, ob eam, qua cũ Hercule cõiunctus erat propinquitatẽ. Tũ etiã ob id quod Hercules tũc uniuerſas ad occidentẽ regiones ſubegerat. Ipſa præterea inſula, ea ætate haud quaq; Sardinia dicebatur, ſed Ichnuſa, ꝓpterea quia cõformis eſſet cuidã quaſi humano ueſtigio. Fertiliſsima quidẽ ſuperiori illa ętate, atq; omniũ rerũ copioſiſsima. Ideoq; illã quõdã ab Ariſtæo ſubactã fabulãtur. Magnis quibuſdã in eã inuectis auiũ copijs, quæ illã diriperent, quẽ quidẽ ferunt preſtãtiſsimũ omniũ agricolã extitiſſe &c. Ex his Ariſtot. uerbis fortaſsis legendũ eſt fugat, nõ creat. Nam ex Ariſtot. Diodoro, Syllio, & ipſo quoq; Solino ſupra ca. 4. Iolaus Iphicli fuit filius. Niſi hunc Iphiclũ fuiſſe binomiũ quis exiſtimet. Hermolaus. ca. 7. tertij. Caſtig. Plinianarũ dicit Solinum hoc in loco, quaſi oblitũ ſui. Ad hunc locum faciunt, quæ cap. 4. ſupra à nobis relata ſunt. f *Ilienſes.)* Pauſanias, & Titus Liuius, Ilienſes

in Sar-

a enſes, & Locrenſes tranſeamus. Sardinia eſt qui-
dem abſque [a] ſerpentibus. Sed quod alijs locis ſer
pens eſt, hoc Solifuga [b] Sardois agris. Animal per
exiguũ, ſimileq́ araneis forma, Solifuga dicta, quòd
b diem fugiat. In metallis argentarijs plurima eſt,
Nam ſolum illud argenti diues eſt. Occultim re-
ptat, & per imprudentiam ſuperſedentibus, peſtem
facit. Huic incommodo accedit, & herba Sardo-
c nia,[c] quæ in defluuijs fontaneis prouenit largius
iuſto. Ea ſi edulio fuerit, ueſcentibus neruos con-
trahit, rictu ora diducit, ut qui mortem oppetunt,
uelut ridentium facie intereant. Contrà quicquid a-
d quarum eſt, uariè commodis ſeruit. Stagna piſcu-
lentiſsima. Hybernæ pluuiæ in æſtiuam penuriam
reſeruantur. Nam homo Sardus opem plurimam
de imbrido [d] cœlo habet. Hoc collectaneum de-
paſcitur, ut ſufficiat uſui, ubi defecerint ſcaturigi

in Sardinia fuiſſe memorant, illuc profectos ex Ilio. Mela quoq; lib. 2. In Sardinia (inquit) antiquiſsimi populorum ſunt Ilienſes. Syllius lib. 12.

Affluxere etiam & ſedes poſuere coactas
Diſperſi pelago poſt eruta Pergama Teucri.

Diodorus Siculus lib. 6. ab Iolao Iphicli filio, Iolaos, uel Iolenſes nuncupauit incolas huius inſulæ. Idem Strabo in quinto. a *Abſq; ſerpentibus.*) Syllius lib. 12.

Serpentum tellus pura, ac uiduata uenenis,
Sed triſtis cœlo, & multa uitiata palude.

Cum mel in Sardinia progenitum, uirus habeat, mirum eſt, cur nullum tamen animal homini peſtiferũ in ea inſula naſci perhibeatur, præter Solifugam. Scribit Dioſcorides lib. 2. id eſt, cap. 104. in Sardinia mel naſci aſperum guſtu. Quod pabulo (inqt) euenit abſynthij. b *Solifuga Sardis agris.*) De nomine beſtiolæ huius plura diſputat Hermolaus cap. 29. octaui Plinij. Quidam enim Solpygam, alij Solifugam, nonnulli Solpugam, Plures Salpigam media producta, nominant. Citat uerſus Luciani ex nono Pharſaliæ.

Quis calcare tuas timeat Salpiga tenebras?
Et tibi dant Stygiæ ius in ſua fila ſorores

Citat inſuper locum Plinij, ex cap. 4. uiceſimi noni naturalis hiſtoriæ circa finem. Eſt (inquit) & formicarũ genus uenenatum. Non eas nouere in Italia. Solſugas Cicero appellat, Salfugas Bætica. Hæc Plin. Feſtus Põpeius Solipungam appellat. Solipunga (inquit) genus beſtiolæ maleficæ, quod ſit acrius, contractiusq́; feruore ſolis. Vnde etiam nomen traxit. Scribit rurſus Plinius cap. 29. octaui. Citra Cynamulgos Aethiopas latè deſertam regionem eſſe, qui propter paruitatem nõ uidetur, & tamẽ (inqt) uim nocendi habet maximã. c *Herba Sardonia.*) Scribit Pauſanias in Phocaicis, Sardiniam ſerpentes herbasq́; habere innocuas, præter herbam quãdam, eam ſimilem, τῷ σελίνῳ, id eſt, Apio eſſe dicit, quam (inquit) edentes ridendo pereunt. Græci eam herbã βατράχιον, Latini Ranunculum, & Strumeam, uocant, lege Plin. in fine 25. naturalis hiſtoriæ. Apiaſtrũ, quod Higinus Melliſophilon appellat, in cõfeſſa datione eſt, eſſe in Sardinia uenenatũ. Author lib. 20. Caius Plin. Hanc herbam Saluſtius Sardoam uocat. In Sardinia (inquit) quædã herba naſcitur, quæ Sardoa dicitur, Apiaſtri ſimilis. Hæc ora hominũ & rictus contrahit, & quaſi ridentes perimit. Strabo ex hac ipſa herba ſcribit Hiſpanos uenenum conficere, qđ urgente ui maiore hauſtũ citra dolorẽ perimat. Herbam hanc, & cõtra eius uenenum remedia Dioſcorides exprimit cap. 20. libri ſexti. Vnde etiã prouerbiũ ſumptũ autumat. Σαρδόνιος γέλως. Sardonius riſus. In eos, quorũ omnino ſalus omnis abſit. Adagium uerbis plurimis Tarræas explicat in ꝓuerbiorũ collectaneis. Quæ riſum inducãt, adimãtq́;, diximus ſuprà ca. 4. de eo loco, ubi de M. Craſſo mentio facta eſt. d *Imbrido cœlo.*) Aqua quæ ex imbribus colligitur, ſalubriores habet uirtutes, eo quod eligitur ex omnibus fontib. leuiſſimis, ſalubribusq́; tenuitatibus. Deinde per aëris exercitationem percolata tempeſtatibus liqueſcẽdo peruenit ad terrã. Etiamq́; non crebriter in campis cõfluunt imbres, ſed in montibus &c. Lege Vitru. cap. 2. lib. 8. Columella cap. 5. lib. 1. eam aquam maximè probatam haberi dicit, ſine qua nemo noſtrum, uel proſperæ, uel aduerſæ ualetudinis uitam proroget. Ea cap. 5. eiuſdẽ uoluminis. Si deerit (inquit) fluens unda, putealis quæratur in uicino, quæ non ſit hauſtus profundi, non amari ſaporis, aut ſalſi. Hæc quoq; ſi deficiet, & ſpes artior aquæ manantis coegerit, uaſtæ ciſternæ hominibus piſcinæq́; pecori ſtruantur, quæ tamen pluuialis aqua ſalubritati corporis eſt accommodatiſsima. Sed ea ſic habetur eximia, ſi fictilibus tubis in contentã ciſternã deducitur. Huic proxima fluẽs aqua è montibus oriunda per ſaxa præceps deuoluitur, ut eſt in Guarceno Campaniæ. Tertia putealis collina, uel quæ non infima ualle reperitur. Deterrima paluſtris, quæ pigro lapſu repit. Peſtilens quæ in palude ſemꝑ cõſiſtit. Hic idem tamen humor, quamuis nocẽtis naturæ tem-

 poribus

nes, quæ ad uictum uſurpari ſolent. Fontes [a] ſanè a
calidi,& ſalubres aliquot locis efferueſcunt, qui me-
delas afferunt. Aut ſolidant oſſa fracta, aut abolent
à Soliſugis inſertum uenenum, aut etiam ocularias
diſſipant ægritudines. Sed qui oculis medentur, b
& coarguendis [b] ualent furibus. Nam quiſquis
ſacramento raptum negat, lumina aquis attrectat.
Vbi periurium non eſt, cernit clarius. Si perfidia ab
nuit, detegitur facinus cœcitate,& captus oculis, ad- c
miſſum tenebris fatetur.

De Sicilia, deq́ peculiari ſoli, ac aquarum natura. De Aetna monte, ac reliquis eius inſulæ miris plurimis. De Vulcaniſs ſeptem inſulis. Cap. XI. d

SI reſpiciamus ad ordinem temporũm, uel e
locorum, poſt Sardiniam res uocant Siculæ.

poribus tamē hyemis edomitis imbribus miteſcit, ex quo cœleſtis aqua maximè ſalubris intelligitur, qđ etiã uenenati liquoris eluit perniciē, ſed hãc potui probatiſſimã dixi. Corn. Celſ. 2. medicinæ libro docet aquã leuiſsimã pluuialē eſſe, deinde fontanã, tum ex flumine, tum ex puteo. Poſt hanc ex niue, aut glacie. Grauiorē iſs ex lacu, grauiſſimã ex palude. Tradit inſuper quanã ratione aquarum natura dignoſci queat. Palladius Rutilius Primo rei ruſticæ libro. Aquæ, (inquit) ſalubritas ſic agnoſcitur. Primum ne à lacunis aut palude ducatur, ne de metallis originem ſumat, ſed ſit perſpicui coloris, neq́ ullo aut ſapore aut odore uitietur, nullus ibi limus inſidat, frigus tempore ſuo mulceat, æſtatis incēdia moderetur. Sed quia &c. Vitruuius Pollio tradit nullam aquam eſſe natura calidam, ſed frigida aqua (inquit) cum incidit percurrens in ardentem locum, efferueſcit, & percalefacta, egreditur per uenas extra terram, ideo non poteſt calida diutius permanere, ſed breui ſpacio refrigeſcit. Si enim naturaliter eſſet calida, non refrigeraretur calor eius. a *Fontes calidi, & ſalubres.*) Rhennius in Dionyſiſ Periegeſi, ſic inquit.

Sardiniæ poſtquam pelago circumflua tellus
Fontibus è liquidis præbet miracula mundo.
Quod ſanant ægros, pandunt, damnantq́ nefando.
Periuros furto, quos tacto lumine cœcant.

Amnis Olachas in Bithinia Brietiũ alluit (hoc eſt & templo, & deo nomē) cuius gurgite periuri notãtur pati uelut flammã urentē, Plin. ca. 2. triceſimiprimi naturalis hiſtoriæ. In Sicilia quoq́ Stephanus eſſe fontem tradit Palycenũ uocatũ, qđ iuxta Palicos fratres ſit. In eum (inquit) tabella mittitur à iuratis, quæ ſi uerũ dixere, fluitat, ſin falſum mergitur, ipſiq́ cõtinuo flãmantur. Fontem ipſum decē fiſtulis aquã reiſcere in altitudinem cubitorum ſenũ. Putes inundatum iri loca circum omnia, ſed protinus coire denuo in ſeipſam. Hæc antea retulit Hermolaus. Libuit hoc loco Philoſtrati uerba aſcribere, ex ſecũdo uolumine uitæ Apolloniſ. Eſt (inquit) iuxta Tyanam, aqua, Ioui (ut perhibent) ſacrata, quã indigenæ extinguibilem uocant. Fons eius frigidus ſanè ſcatet, ebullit aũt non ſecus atq́ igne calefactus lebes. Hanc puris, & iuramēto fidē ſeruantibus uiris aſpectu placidã, & guſtu dulcem eſſe perhibent. Periuris uerò, & infidis, palã aduerſatur. Epota namq́ oculos, pedesq́, ac manus peierãtis inuadit, puſtulis, ac uomicis totũ corpus inquinans. Neq́ illinc diſcedendi facultas datur, ſed ibidem permanentes coram aqua ipſa, ſuam deplorant calamitatem, palã quod peierarunt, ꝓfitentes. Similem fontem in Aethiopia eſſe ſcribit Diod. in tertio. b *Coarguendis furibus.*) Irrigarēt huius generis fontes hac tempeſtate utinam terram omnem, ut terrore ſaltem pœnæ, à tot mendaciſs, ac periuriſs homines abſtinerent. Nam, uulgò iactatur, eo in loco, ubi uerũ dicitur, herbã nunq́, uel rariſſimè prouenire. Quam uera hodie Terentiana ſententia. Veritas odium parit. Et Iuuenalis altera. *Fronti nulla fides.* Et alibi.

Caſus hic multis cognitus, & iam
Tritus, & è medio fortunæ ductus aceruo.

Ex Sardois iſs aquis, non inelegans ſumetur Adagium.

Fur hic Sardois maximè dignus aquis.

In furacē hominē, qui furtũ etiam peierando cõſtanter negat.

SI reſpiciamus ad ordinem.) In deſcribendo Siciliã, & alias Italiæ adiacentes inſulas, ſeriē Solinus proſequitur Plinianã. Plinius enim poſt expoſitam Italiam, mox ad Corſicam ſtilum uertit. Deinde Sardiniam, & quaſdam ignobiliores inſulas ei proximantes, exponit. Et tandem octauo capite libri tertiſ, Siciliã, & Aeolidas inſulas deſcribit abundè. Solinus aliam refert ordinis rationē, quod ſcilicet utraq́ in Romanã poteſtatem redacta, iſdē temporibus prouincia facta fuerit. Sicilia (ut Scribit Diodorus Siculus lib. 6.) olim Trinacria ab eius forma primũ appellata, Deinceps Sicania ab incolis dicta eſt

a Primo quod utraq; [a] inſula in Romanam poteſtatē redacta ijſdem temporibus prouincia facta eſt, cum eodem anno Sardiniam M. [b] Valerius, alteram C. Flaminius prætor ſortiti ſunt. Addequod freb
b to Siculo excipitur nomen Sardoi maris. Ergo Sicilia, quod cum primis aſsignandum eſt, diffuſis promontorijs Triquetra [c] ſpecie figuratur. Pachynus [d] aſpectus in Peloponneſum, & meridi
c anam plagam dirigit. Pelorus [e] aduerſam ueſpero Italiam uidet. Lilybæus in Africam extenditur.

cta eſt. Poſtremo ab Italis, qui Siculi dicebantur, in eam uulgò profectis, Siciliā dixere. Seruius autem s. Aeneid. ſuper illud. *Tum manus Auſoniæ, & gentes uenere Sicanæ.* Aliam Philiſti, & aliorum ſententiam refert. Sicani (inquit) ſecundū nonnullos, populi ſunt Hiſpaniæ, à Sicori fluuio dicti. Luca. in 4.

Heſperios inter, Sicoris non ultimus amnes.

Hi duce Siculo uenerunt ad Italiam, & eam tenuerunt excluſis Aboriginibus. Mox illi pulſi ab illis, quos ante pepulerāt, inſulam uicinam Italiæ occupauerunt, & eam Sicaniam à gentis nomine, Siciliā uerò à ducis nomine dixerūt. Quanquā Thucydides de Sicilia Italum dixit ueniſſe, & ab eo Italiam eſſe appellatam, Hucuſq; Seruius. Beroſus li. 5. ſcribit Sicanum regnaſſe apud Celtiberos eo tempore, quo Sferus Aſſyrijs imperabat. Fieri autem potuit, ut duce hoc Sicano, hi ex Hiſpania populi in Trinacriam uenerint, & eam de ducis nomine, Sicaniam nuncuparint. Syllius libro quartodecimo.

Poſt dirum Antiphatæ ſceptrum & Cyclopeia regna
Vomere uerterunt primum noua rura Sicano
Pyrene miſit populos, qui nomen ab amne
Aſyitum patrio, terræ impoſuere uacanti.
Mox Ligurnm pubes Siculo ductore notauit,
Poſſeſsis bello mutata uocabula regnis &c.

Plura Dionyſius primo Antiquitautm Roman. lib. Et Iuſtinus lib. 4. Diod. Siculus in ſexto. Ptolemæus cap. 4. tertij. eius inſulæ ſitum paucis explicat. Sicilia (inquit) ambitur, ab occaſu, & ſeptentrione mari Tyrrheno. A meridie Afro. Ab Oriente Adriatico pelago. a *Vtraq; inſula in Rom. poteſtatem.*) M. Cicero in principio quartæ in Verrem actionis aſſerit primam omnium Siciliam prouinciam appellatā. Quo loco plura Tullius de huius inſulæ nobilitate, eleganter narrat. Pomponius iureperitus tit. 2. primi Digeſtorum, lege ſecūda. Capta (inquit) deinde Sardinia, mox Sicil. Item Hiſpania, deinde Narbonēſis ꝓuincia, totidem prętores, quot prouinciæ in ditionem uenerant, creati ſunt. Partim, qui urbanis rebus, partim, qui prouincialibus præeſſent &c. Sex. Rufus in eo libro, quem de tribus Romanorū imperādi generibus ſcripſit. Prima prouinciarum (inquit) facta eſt Sicilia. Eam uicto Hierone Siculorū rege, Marcellus conſul obtinuit. Deinde à prætoribus recta eſt, poſtea cōmiſſa præſidib. Nunc à conſulibus adminiſtratur. Sardiniā & Corſicā Metellus uicit, qui & triumphauit de Sardis &c. b *Marcus Valerius.*) Hic Marcus Valerius primus ex Sicilia Solarium Romam aduexit, & ad Roſtra in columna poſuit. Lege Pliniū cap. ultimo ſeptimi, & Cenſorinum cap. 18. de die natali. c. *Triquetra.*) Mela Pomp. in fine ſecundi. Sicilia (inquit) ingens, & tribus promōtorijs in diuerſa procurrens. Græcæ literæ imaginem, quæ. Δ. Delta dicitur, effecit. Idem & alij ſimiliter aſſeuerant. d *Pachynus.*) Pachynus Siciliæ promontorium in Auſtrum ſpectās, ab aëris craſsitudine nomen ſumpſit. παχὺς enim Græcè, pinguis & craſſus uocatur. Aduertendum nominis huius mediam interdum corripi. Auienus.

In matutinos Pachynus producitur ortus.

Quod & Dionyſius facit. Verg. 3. Aene. produxit.

Hic altas cautes, proiectaq; ſaxa Pachyni.

e *Pelorus.*) Volunt quidam Pelorum dictum à Peloro nauis Hannibalis gubernatore. Vel (quod placet magis) ab eius altitudine fuiſſe nomen inditū πέλωρος enim & πελώριος, excelſus, ingenſq; Græcè dicitur. Lege quæ ſcribit Mela circa finem ſecundi. Seruius tertio Aeneidos ſuper illud.

Ventus & anguſti rareſcent clauſtra Pelori.

Græci Pelorini dicunt. Item Lilyben fœminino genere Dionyſius Ἄκρα δὲ παχυνός τε πελωρίς τε λιλύβητε. Id eſt.

Eminet ad zephyrum Lilybe, Pachynusq; ſub ortum.

De ijs tribus Siciliæ promontorijs Syllius librō quartodecimo.

Hic uerſi penitus Pelopeia ad regna Pachyni
Pulſata Ionio reſpondent ſaxa profundo.
Hic contra, Libycam ſitum, Chaurosq; furentes
Cernit deuexas Lilybeon nobile chelas.
At qua diuerſi lateris frons tertia terris

Inter quæ Pelorias a præſtat, temperie ſoli præ- a
dicata, quod neque humido in lutum diluatur, ne-
que fatiſcat in puluerem ſiccitate. Ea ubi retror-
ſum recedit, & in latitudinem panditur, tres lacus
obtinet. Quorum unus, quod piſcium copioſus b
eſt, non equidem ad miraculum duxerim, ſed quod
ei b proximans condenſis arbuſtis inter uirgulto-
rum opaca feras nutriat, & admiſsis uenantibus
per terrenos tramites, quibus pedeſtres acceſſus ex- c
cipit, duplicem piſcandi, uenandique præbeat uolu-
ptatem, inter memorabilia numeratur. Tertium a-
ra ſacrum approbat, quæ in medio ſita, breuia diui-
dit à profundis. Qua ad eam pergitur, aqua cru- d
rum tenus peruenit. Quod ultra eſt, nec explora-
ri licet, nec attingi. Et ſi fiat, qui id auſus ſit, malo
plectitur, quantamq́ ſui partem ingurgitauerit, tan-
tam it perditum. Ferunt quendam in hæc alta quam e
longiſsimam poterat, ieciſſe lineam. Eam ut recu-
peraret dum demerſo brachio niſum adiuuat, cada-
uer manum factam. Peloritana ora habitatur co-
lonia Taurominia, c quam priſci Naxum uoca- f
bant. Oppidum Meſſana Rhegio Italiæ oppoſi-
tum eſt, quod Rhegiũ à dehiſcendi d argumento Ῥή-
γιον Græci dictitabant. Pachynum, Thynnis, & om-
nibus mari nantibus piſculentiſsimum, ac propterea
ſemper captura larga. Lilybitano Lilybęũ oppidum

Vergit in Italiam prolato ad littora dorſo, Celſus arenoſa tollit ſe mole Pelorus.

a *Pelorias.*) Inter miracula, quibus Sicilia ſcatet, non paruũ eſt, quod de Peloriade terra Solinus refert. Etenim contra terræ naturam eſſe uidetur, quod humido non diluatur in lutum, quodq́ non fatiſcat in puluerem ſiccitate. Nomen à Peloro promontorio ſortita uidetur. b *Ei proximans.*) Non diſsimilia ſunt, quæ ſcribit Ariſtot. ca. 61. ſexageſimiſecundi, & 63. de Admirandis in natura. In Heraclia, quæ eſt in Ponto (inquit) & in Rhegio naſci inter foueas piſces, qui partim in fluminibus, partim etiam inter ſcatẽtes fontes, & paluſtrem terram nutriũtur. At ſi fortè eueniret, ut ea loca, in quibus uerſantur, aut ſolis ardore, aut frigoris rigiditate, ut plerunq́ cõtingit, deſiccarentur, tunc ad irrigua eos confugere. Sæpenumeroq́ itidẽ facere, quo ad extremum peruenerint, ut nulla poſt hæc ſpes reliqua ſit refugij. Tum uerò ibi perſiſtere, nec amoueri inde prius, quã aquæ denuo redierint. Similia ex Theophraſti ſententia refert Plinius capite 57. noni libri, & Sene. tertio naturaliũ. q. Ex quo Plinij, & Senecæ loco mihi aliquãdo uiſum eſt, eum libellum, uerius Theophraſto, quã Ariſtoteli aſcribendum eſſe. Niſi uterq́ eadẽ ſcripſerit, uel Plinij ſit deprauata citatio. Capitibus præterea 51. 52. & 99. eiuſdem libri, mira de aquis Siculus recitãtur. Sed loca demonſtraſſe ſatis fuerit. Cum hæc ſcriberem, non ſuccurrebat locus, unde hæc de his lacubus Iulius Solinus tranſtulerit. c *Taurominia.*) Iuxta hanc urbem, nobiles Mulli piſces reperiebantur. Vnde Iuuenalis Satyra 5. gulam taxans inquit.

Mullus erit domino, quem miſit Corſica, uel quem
Taurominitanæ rupes, quoniam omne peractum eſt.
Et iam defecit noſtrum mare, dum gula ſæuit &c.

De Meſſana oppido, quæ antea Zancle dicebatur. Lege præter cætera Thucydidẽ lib. ſexto. d *Ab dehiſcendi argumento Ῥήγιον dictitabant.*) ῥήγιον hoc oppidum nominatur à Græcis, quaſi abruptam dicas. Strabo lib. 6. Cæterum (inquit) caſu quodam Rhegio nomen inditum eſt, qui huic obuenit regioni, Aeſchylo teſte. Namq́ Siciliam ab continente, ut terræmotuum auulſam fuiſſe, & ille, & alij memoriæ prodiderunt. Ex quo ἀπὸ τοῦ ῥήγνυαι, id eſt, à frangendo, nomen aſſecutum. Sicilia enim ab Italia, ea parte abruptam dicunt,

Qua mare tellurem, ſubitis aut obruit undis,
Aut ſcidit, & medias fecit ſibi littora terras
Vis illic ingens pelagi, ſemperq́ laborant
Aequora, ne rupti repetant confinia montes.

Euſtathius Dionyſij interpres tradit, Neptunum Tridentis ictu Siciliã ab Italia idcirco diremiſſe, ut Acaſtus Aeoli filius ab inſidijs eſſet tutior. Eſt enim Rhegium, & montis, & urbis nomen, à Chalcidẽſibus (ut ſupra dixit) conditæ. De hoc maris impetu mira ſcribit Ariſtot. cap. 102. ubi ſupra. Item Diod. Siculus in fine quinti. De Thynnis dicã infra ca. 22.

a decus eſt Sibyllæ [a] ſepulchro. Sicaniæ diu ante
Troiana [b] bella, Sicanus rex nomen dedit ad-
uectus cum ampliſſima Iberorum manu. Poſt Si-
culus Neptuni filius. In hanc plurimi [c] Corin-
b thiorum, Argiuorum, Ilienſium, Dorienſium, Cre-
tenſium, confluxerunt, inter quos & Dædalus
[d] fabræ artis magiſter. Principem [e] urbium Sy-
racuſas habet. In qua etiam cum hyberno condun-
c tur ſerena, nullo [f] non die ſol eſt. Adde quod [g] Are-
thuſa fons in hac urbe eſt. Eminet montibus Aetna.

a *Sibyllæ ſepulchro.*) Vetuſti quidā codices ſic habent. Lilybitanō Lilybæū oppidum decus eſt, huic Sibyllæ ſepulchrū. Cap. 8. ſupra, de Sibyllis non pauca ſunt à nobis relata. Quæ aūt earū fuerit apud Lilybæum ſepulta, nondum legi. b *Ante Troiana bella.*) Siculi Ligurū gens ex Italia à Pelaſgis, Aboriginibusq; pulſi, duce eorū Siculo, cum filijs, uxoribusq;, ac bonis reliquis, in inſulā Trinacriā trāſmigrarunt, eā, incolasq; eius inſulæ ex ſui ducis nomine nūcupantes. Tempus aūt eius trāſmigrationis annis octoginta ante Troianū bellū fuiſſe Philiſtus author eſt, Ellanicus uerò Lesbius id acci-diſſe tradit tribus ætatibus ante res Troianas, Alcyone ſacerdote in Argo uiceſimū ſextum annum iam agente. Pluribus hæc lib. primo explicat Dionyſius. Thucydides lib. 6. tradit Siculum, à quo Sicilia dicta eſt, fuiſſe Arcadiæ regem. c *Plurimi.*) Hæc ex Thucydide Solinus trāſtulit libro 6. Cæterum (inquit) capto Ilio, quidā Troianorum dum fugerent Achæos, nauibus in Siciliam applicuerunt, & collocatis ſedibus in finibus Sicanorū, uniuerſi ſunt Elymi appellati. His accolis acceſſerunt nōnulli Phocenſes, eorū qui è Troia tūc in Libyam tempeſtate delati ſunt primū. Deinde ex Libya in Siciliam trāſmiſere. At poſtq; permulti Græcorū illuc cū nauibus traiecerūt, omiſſa nauigatione, Motyam, Soloentem, & Panormum finitima Elymis oppida, ſedibus ibi poſitis, incoluerūt. Tot igitur numero Barbari, atq; in hunc modum habitauere Siciliā. Græcorum aūt primi Chalcidenſes ex Euboia tranſeuntes cū Theocle illius deductore coloniæ, Naxum incoluerūt. d *Dædalus fabræ artis magiſter.*) Dædalus Athenienſis quum uaccam ſummo artificio fabricaſſet, & in ea Paſiphae Minois uxor, cū tauro cōcubuiſſet, Minois regis ob hoc, iram fugiens, ad Cocalum Siculorum tyrannum, accepta à Paſiphae naui, in Siciliam curſu uelociſſimo nauigauit. In ea inſula quum diutius permanſiſſet, mira ſuæ artis opera feciſſe narratur. Hiſtoriam copioſè ſcribit Diod. Siculus lib 5. Fabulam refert 8. Metamorph. & ſecūdo de Arte Ouidius Naſo. Meminit Syllius lib. 14. bellorū Punicorū. *Nec res dedecori fuit &c.* e *Principem urbium Syracuſas habet.*) Syracuſæ urbs uetuſtiſsima, Sicularumq; urbium longè principem, circa annum duodecimum, poſt urbis Romæ initium, ab Archia è Corintho nauigante conditæ ſunt. Hinc Syllius bellorum Punicorum quartodecimo.

Sed decus Aenneis haud ullum pulchrius oris,
Quam Siſyphio fundauit nomen ab Iſthmo.
Et multum ante alias Ephyreis fulget alumnis.

Syracuſæ (ut libro ſexto Strabo refert) tum agri felicitate, tum nauali portuū cōmoditate, tum deniq; incolarū ingenio, ad tantum diuitiarū cumulū euaſerunt, ut cum ad locupletes, ſumptuoſosq; homines loquimur, Prouerbio dici cœptum fuerit, Vobis ne decima quidem Syracuſanorum. *His tectis, opibusq; potitus*

Marcellus ductor, poſtquam ſublimis ab alto
Aggere deſpexit trepidam clangoribus urbem,
Inq; ſuo poſitum nutu ſtent mænia regum,
An nullos oriens uideat lux craſtina muros,
Ingemuit, nimiumq; uiris, tantamq; licere
Horruit, & properè reuocata militis ira
Iuſsit ſtare domos, indulgens templa uetuſtis
Incolere, atq; habitare deis, ſic parcere uictis
Pro præda fuit.

De Syracuſis plura Liu. lib. 25. ab urbe condita. Plutarchus in Marcello. Strabo libro ſexto. Cicero in Verrinis. Valer. lib. quinto. Stephanus de urbibus. Item cæteri. f *Nullo non die ſol eſt.*) Plinius cap. 64. ſecundi naturalis hiſtoriæ. Rhodi (inquit) & Syracuſis nunq; tanta nubila obduci, ut non aliqua hora ſol cernatur. Non minus mirum eſt, quod mōtis Caſſij excelſa altitudo, quarta uigilia, orientem per tenebras ſolem aſpicit, breui circumactu corporis, diē, noctemq; pariter oſtendens. Idem Plin. lib. quinto author eſt. g *Arethuſa fons.*) In noſtris collectaneis in poëtas de Arethuſa fonte, nominatim loca plurima nobiliū authorū, citauimus. Aſcribā tamen hoc loco Diodori Siculi ex ſexto libro uerba. In Sicilia (inquit) Nymphæ in Dianæ gratiā, maximum produxere fontem, qui

Arethuſa

& Eryce. Vulcano Aetna [a] ſacer eſt, Eryx Veneri. In Aetnæ uertice hiatus [b] duo ſunt crateres nominati, per quos eructatus erumpit uapor, præmiſſo [c] prius fremitu, qui per æſtuantes cauernarum latebras longo mugitu intra terræ uiſcera diu uoluitur, nec antè ſe flammarum globi attollunt, quàm interni ſtrepitus antecedant. Mirum hoc eſt, nec illud minus, quod in illa feruentis naturæ peruicatia, mixtas [d] ignibus niues profert,

Arethuſa dicitur. Hic nōn tantum priſcis, ſed noſtris quoq; tempōrib. magna fert piſces copia, ſacros quippe, ab hominibus intactos. Sæpius qui eos bellorum tempore edere auſi ſunt, deorū ira magnas calamitates ſubierūt. Vide ſi libuerit Ariſtot. cap. 23. de Admirandis in natura. Ita Seruium in principio Eclogæ 10. apud Verg. Cauſam ponit. Sene. tertio naturalium. q. Alphæi, & Arethuſæ fabulam ſcribunt Ouid. Metamorph. & Seru. in fine tertij Aeneid. De Eryce monte, & Erycinæ Veneris templo, ac feſto eius in urbe Roma, lege quæ ſcribunt Anto. & Paulus. 4. Faſtorum Ouidij ſuper illud. *Numina uulgares, &c.* a *Vulcano Aetna ſacer eſt.*) Bryaræo Cyclopi (ut Demetrius Caletianus author eſt) duo fuerunt filij, Sicanus, & Aetna. A Sicano inſulæ, ab Aetna monti nomen datum eſt. Alcinus ſcribit Aetnam fuiſſe cœli, & terræ filiam. Hanc cum compreſſiſſet Iupiter, Palicos deos peperiſſe dicūt. Fabulam referūt Seruius 9. Aeneidos ſuper illud. *Flumina pinguis ubi.*) Et Lactant. 12. Theb. ſuper illud. Odryſijq; famem. Aetnam nympham, eodē Seruio authore, alij Thaliam uocant.. Aul. Gel. cap. 10. decimiſeptimi Noc. Atticarum, ex Phauorini ſententia, refert Pindari uerſus, quibus Aetnæ montis naturā, atq; flagrantiam eleganter expoſuit. Eum Pindari locū non fuiſſe Maronem aſſecutum Aene. lib. 3. pluribus conatur oſtendere. Ex Gellio eadem retulit Macrob. 5. Saturnaliū, nulla Gellij, à quo acceperat, habita mentione. Sed locum aſſignaſſe ſatis fuerit. Incendij Aetna montis poētæ has eſſe fabulantur. Vel quod illic dicatur,

Sedes eſſe dei, tumidiſq; è faucibus ignem
Vulcani ruere, & clauſis reſonare cauernis.
Feſtinantis opus. Alij,
Illis Cyclopas memorant fornacibus uſos.
Cum ſuper incudem numeroſa in uerbera fortes,
Horrendum magno quaterent ſub pondere fulmen.

Sunt qui dicunt poſt uictos à ſe Gigantes,

Gurgite Trinacrio morientem Iupiter Aetna
Obtulit Enceladum, uaſti quoq; pondere montis
Aeſtuat, & petulans expirat faucibus ignes.

Cauſam philoſophicam, & naturalem, lege apud Ariſtotelē cap. 10. libelli ſui, quē de elementorū proprietatib. inſcripſit. Subobſcurè Ariſtotelis ſentētiam retulit Albertus ca. 3. ſecundi, tract. ſecundi eiuſdem inſcriptionis lib. Lege Ser. 3. Aeneid. ſuper illud.

Ipſe ſed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis.

Et Diuum Auguſtinum cap. 4. uiceſimiprimi Ciui. Dei. Quo loco ex natura Aetnæ montis, probat non omne quod ardet abſumi. Veritatem ipſam duobus uerſibus explicat Claudianus primo de Raptu Proſerpinæ libro.

Seu mare ſulphurei ductum per uiſcera montis
Oppreſsis igneſcit aquis, & pondera librat.

Lege Lucretium lib. 6. de Rerum natura.

Nunc ratio quæ ſit per fauceis montis ut Aetna &c.

Cur hic, ac cæteri montes ardeant, cauſas tum poēticas, tum philoſophicas refert Philoſtratus lib. 5. uitæ Apollonij. Adeas rurſus Senecam Epiſtola 79. Pulchram deſcriptionem montis Aetnæ habes apud Syllium lib. 14. Aſt Aetna eructat &c. Extat liber Vergilij, uel ut alij credunt, Cornelij Seueri, qui Aetna inſcribitur. b *Hiatus duo.*) Crater Aetnæ montis patet ambitu ſtadia uiginti. Plin, cap. 8. tertij. Eadem ſcribit Strabo, niſi quod non craterem, ſed πεδίον, id eſt, campum eum nominat, eumq; multis uerbis deſcribit relatu quorūdam, qui eo aſcenderant. c *Præmiſſo prius fremitu.*) Syllius libro quartodecimo.

Incluſi gemitus, pelagiq; imitata furorem.
Murmura per cœcos tonat irrequieta fragores
Nocte, dieq; ſimul, &c.

Qui montes ſemper ardent, docet Plinius cap. 109. ſecundi nat. hiſtoriæ.

d *Mixtas ignibus niues profert.*) Plin ca. 109. ſecundi. Verum (inquit) in montium miraculis ardet Aetna noctibus ſemper, tantoq; æuo ignium materia ſufficit. Niualis hybernis temporibus, egeſtumq; cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantū naturæ ſæuit exuſtionē terris denuncians. Quærit Seneca 11. Epiſtolarum libro, quantū ab ipſo Aetnę montis ore niues abſint, quas (inquit) ne æſtas quidē ſoluit, adeò tutæ ſunt ab igne uicino. Strabo quoq; lib. 6. Aetnæ montis loca ſuperiora (inquit) tum nuda, tū cineroſa ſunt, & per hyemem niuibus referta. Syllius idipſum lib. 14. cecinit eleganter.

Sed quan-

Sed quanquam largo flammarum exæſtuat intus
Turbine, & aſſiduè ſubnaſcens profluit ignis,
Summo cauuo iugo, cohibet (mirabile dictu)
Vicinam flammis glaciem, æternoq́ʒ uigore
Ardentes horrent ſcopuli, ſtat uertice celſi
Collis hyems, calidaq́ʒ niuem tegit atra fauilla.

Idem & Claudianus primo Raptus Proſerpinæ. *Scit niuibus ſeruare fidem &c.* a *Et licet uaſtis. &c.*) Ordo eſt, & licet Aetna exundet uaſtis incendijs, perpetua tamen canicie uerticis detinet brumalē faciem.

a & licet[a] uaſtis exundet incendijs, apicis canicies
perpetua brumalem detinet faciem. Itaque inuicta
in utroque uiolentia, nec calor frigore mitigatur, nec
frigus calore diſſoluitur. Sunt & alij montes duo
b Nebrodes, & Neptunius. E Neptunio ſpecula eſt
in pelagus Thuſcum, & Adriaticum. Nebrodi da-
marum b copia nomen dedit. Nebrodem Damæ,
& hinnuli gregatim peruagantur. Inde Nebrodes.
c Quicquid Sicilia[c] gignit, ſiue ſoli, ſiue hominis
ingenio proximum eſt his, quæ optima iudicantur,
niſi quod fœtus terræ Centuripino croco uincitur.
Hic primùm[d] inuenta Comœdia. Hic & cauilla-
d tio Comica in Scæna ſtetit. Hic[e] domus Archime-
dis, qui iuxta ſyderum diſciplinam machinarius
commentator fuit, Hic Lais[f] illa quæ eligere terram

In hoc loco plurimúm uariant exēplaria. b *Damarum copia nomen dedit.*) Græci νεβρὸν hinnulum dicūt νεβρίδας ceruinas pelles. Mōtis huius meminit Syllius ubi ſupra. c *Quicquid Sicilia gignit*). Syllius de Sicilia eodem libro.

Multa ſolo uirtus, iam reddere ſemen aratris,
Iam montes umbrare olea, dare nomine Baccho,
Cornipedemq́ʒ citum, lituis generaſſe ferendis
Nectare Cecropias. Hyblæo accendere ceras. &c.

Diodorus in principio ſexti. Inſularum (inquit) primum ſe offert Sicilia, quæ optima inſularum omnium rerum antiquitate cæteras antecellit. Plura Cicero in principio Actionis quartæ, & ſextæ contra Verrem. d *Hic primùm inuenta Comœdia.*) Idē ſcribit Syllius lib. decimoquarto.

e *Littora Thermarum priſca dotata Camœna.* Non ſcribunt authores quando, & à quo fuerit inuenta Comœdia, quamuis poſt Tragœdiam, eam cōſtet eſſe repertam. Horatius in arte poëtica.

Ignotum Tragicæ genus inueniſſe Camœnæ
Dicitur, & plauſtris uexiſſe poëmata Theſpis,
Quæ canerent, agerentq́ʒ peruncti fœcibus ora.
f *Poſt hunc perſonæ, pallæq́ʒ repertor honeſtæ* *Aeſchylus.* Et mox poſt.
Succeſſit uetus his Comœdia, non ſine multa
Laude, ſed in uitium libertas excidit &c.

Quidam exiſtimant, Epicharmū Siculū poëtam fuiſſe Comœdiæ repertorem. Sunt autem Acronis teſtimonio, ſex Comœdiarum genera. Stataria, Motoria, Prætextata, Taberneria, Togata, Palliata. Inter ueteres autem Græcos Comicos omnium obtinent principatum Eupolis, Cratinus, & Ariſtophanes, author Hora. Satyra. 4. primi Sermonum. Scripſerunt autem ἀρχαίας. i. antiquas, & priſcas Comœdias. Ordinē, & excellentiā Latinorum, ex Vulcatij Sedigiti ſententia, docet Gellius cap. 24. quintidecimi Noctium Atti. Sunt autem plurimùm apti ad Comœdias ſcribendas, ut tradit Manilius Aſtronomicō libro quinto. *Qui regione means Cepheus humentis Aquarij.*

At ſi quis ſtudio ſcribendi mitior ibit
Comica componet lætis ſpectacula ludis.
Ardentis iuuenis, raptaſq́ʒ in amore puellas,
Eluſosq́ʒ ſenes, agilesq́ʒ per omnia ſeruos &c.

e *Domus Archimedis.*) De hoc Valerius Maximus tit. 7. octaui. Plinius capite trigeſimo ſeptimo, ſeptimi. Lactan. cap. quinto ſecūdi. Sylli. libro quartodecimo. *Vir fuit Iſthmiacis decus immortale colonis &c.* Ouidius 6. Faſtorum. *Arte Syracuſia &c.* Extat nobile Epigrāma apud Claudianum. *Iupiter in paruo cum cerneret &c.* Huius Archimedis ſepulchrum, quum à Syracuſanis ubinam eſſet ignoraretur, à Cicerone Quæſtore in Sicilia, ſumma induſtria repertum eſt, lege eum ipſum. 5. Tuſc. q. libro. f *Lais.*) Hiccaron Siciliæ urbs quum ab Athenienſibus, duce Nicia caperetur, Lais quóque eius urbis ciuis, omnium illius temporis puellarum formoſiſſima, capta eſt, Corinthumq́ʒ ducta, ac ibidem uēdita. *Ad cuius* (quum meretricium exerceret) *iacuit Græcia tota fores.* Hæc autem fiducia (credo) formæ, ab eo, cui corporis ſui copiam faceret, μυριὰς δραχμὰς ἢ τάλαντον. i. decem dragmarum milia, uel talentum, expoſcebat. Hinc, ut ex Phocione, capite octauo primi refert Gellius, ortum Adagium οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς. i. non uiri cuiuſq́ʒ eſt Corinthum petere. Quod fruſtra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod poſceretur. Meminit Adagij Horatius epiſtola decimaſeptima primi.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.
Lais hæc(quanta eſt conſuetudinis uis)quum ſerta refudit
Canicies,iam turba procax,noctiſq; recedit
Ambitus,& raro pulſatur ianua tactu,
Seq; reformidat ſpeculo damnante ſenectus,
Stat tamen,atq; alias ſuccingit lena miniſtras,
Dilectumq; diu,quamuis longæua,lupanar
Circuit,& retinet mores,quos perdidit ætas.

maluit, quàm fateri. Gentem [a] Cyclopum uaſti te- a
ſtantur ſpecus. Læſtrigonum ſedes adhuc ſic uo-
cantur. Ceres inde [b] magiſtra ſationis [c] fru-
mentariæ. Hic ibidem campus Aetnenſis [d] in floribus
ſemper, & omni uernus die. Quem propter eſt demer- b
ſum foramen, quo Ditem patrem ad raptus Proſerpi-
næ liberè exeuntem fama eſt in lucem auſum. Inter Ca-
tinam, & Syracuſas certamen eſt de illuſtriũ [e] fratrum
memoria, quorum nomina diuerſæ ſibi partes ado- c
ptant. Si Catinẽſes audiamus, Anapias fuit, & Am-
phinomus. Si quod malunt Syracuſæ, Emanthiam
putabimus, & Critonem. Catinenſis tamen regio
cauſam dedit facto, in quam ſe cum incendia Aetnæ d
protuliſſent, iuuenes duo ſublatos parẽtes euexerũt in
ter flãmas illæſi ignib. Horũ memoriã ita poſteritas mu
nerata eſt, ut ſepulchri locus nominaretur cãpus Piorũ.

Huius ſepulchrum unum apud Corinthum, in nemore, quod Cronium uocant, fuit. Alterum in Theſſalia. Nam illuc Hipocratis amore capta, acceſſiſſe dicitur. Hæc ex Plutarcho in Nicia, Gellio lib. primo, Pauſania in Corinthiacis, Stephano de urbibus, Propertio in ſecundo, Claudio in Eutropium libro primo. a *Gentem Cyclopum.*) Cyclopes erant unoculi homines. Dicti ἀπὸ τοῦ κύκλου, καὶ ὠπός, id eſt, à circulari fronte, uel oculo, quod in fronte rotundo oculo eſſent prædíti. Hi, ut ſcribunt Homerus ix. Odyſſeæ, Vergilius tertio Aeneidos. Plinius lib. 7. Item cæteri, humana rarne ueſcebantur. Thucydides in principio ſexti, dicit ſe nõ habere genus horum, neq; unde uenerint, neq; quo abierint omnino. Cyclopas, Læſtrigonaſq; Neptuni filios fabulantur. Fuiſſeq; eos, ut cæteros eius numinis natos ferociſſimos, & immanes, ab omniq; humanitate penitus alienos, tanq; è mari genitos, prodiderunt. E' diuerſo autẽ Iouis filios præſtantiſſimos uirtute, prudentia, uiribus, ut Aeacum, Minoa, Sarpedona, item reliquos. Ex quintodecimo Gellianarum Noctium. Propter Cyclopum deformitatem, eorumq; corporis ad luſum omnẽ ineptitudinem prouerbiali ſchemate dici cœptum. Cyclopa ſaltare, pro eo, quod eſt ineptè quippiã agere, & incõpoſitè. Adagiũ ſumptũ uidetur ex Polyphemo Cyclope, qui in Galatheæ amicę gratia, ſaltare cõſueuerit. Vtitur eo Flaccus Horatius Satyra 5. primi Sermonũ, & Epiſtola 2. lib. ſecundi. De Læſtrigonibus ſupra cap. 8. dictũ iam eſt. b *Ceres inde.*) Ceres, ut canit Claudianus:

Aethera deſeruit, Siculaſq; relegat in oras, Ingenio confiſa loci.

Hinc Aetnea Ceres à ſcriptoribus dicta eſt. Eius inſignem domum in Sicilia deſcribit idẽ poëta 1. Raptus Proſerpinæ ibi.

Deuenere locum, Cereris qua tecta nitebant &c. c *Sationis frumentariæ.*) Lege Ouidiũ Metam. lib. 5.

Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris. &c. Plin. cap. 56. ſeptimi. d *Campus Aetnenſis in floribus.*) Hunc campum, & ſpecũ mirè deſcribit Ariſtot. eius lib. qui de Admirandis in natura ſcriptus eſt, cap. 71. Eum adeas ſi lubuerit. Pulchrè locũ exprimit Diod. Siculus in principio 6. Syllius lib. 14.

Hic ſpecus ingentem laxans telluris hiatum &c. Ouid. 4. Faſt. *Valle ſub umbroſa locus eſt* &c.

Quidã tradunt Proſerpinã raptã à Plutone apud Oleſtrũ, non longè à Cephiſo fluuio. Vide Pauſaniã in Atticis. Proſerpina, ut in temporibus ex Philocoro Euſebius refert, reuera ab Orcho Moloſſorum rege, qui alio nomine Adoneus dictus eſt, rapta fuit, eo ſcilicet tẽpore, quo Erichtheus Athenienſium regnum tenebat, hoc eſt, circa annũ octingenteſimũ ſupra tria milia ab orbe condito. Qui fabuloſa ad Phyſicã rationẽ conantur reducere, aiunt Bonã deã, quã & Perſephonẽ uocãt, uirtutẽ ſeminũ eſſe, Plutonẽ uerò Solẽ, qui tẽpore hyemis remotiorẽ mũdi partẽ pluſtrat. Iccirco raptã ab eo Proſerpinã dicũt, quam Ceres, ſub terra latentẽ quæritat. Idẽ Euſebius cap. 3. tertij Præparationis. Et Fulgentius Mythologycarum ad Carũ lib. 1. e *Illuſtrium fratrum memoria.*) Qui de filiorum erga parentes ſuos pietate ſcripſerunt, mirè celebrant horũ Siculorũ fratrũ in parentes charitatẽ. Id ipſum factum Ariſtoteles philoſophus, inter Admiranda in natura enumerat, eius lib. cap. 3. Verba eius, ne quis diutius requirat, appoſui. Mirum eſt(inquit)illud quod traditur in Aetna Siciliæ inſulæ contigiſſe. Nam cum ſemel erupiſſet ignis ille qui uidetur continuo quodam inurere illius uiſcera, atque confractis iam clauſtris, adeo longè latéque diffunderetur, ut omnes circunſtantes agri, & uillulæ ſuccenderentur. Aiunt uiros

quoſdam

a De Arethuſa, & Alphæo uerum eſt hactenus quod conueniunt fons, & amnis. Fluminum [a] abunde miracula uaria. Dianam, [b] qui ad Camerinam fluit, ſi habitus impudicæ hauſerit non coibunt in corpus unum latex uineus, & latex aquæ. [c] Apud Segeſtanos Herbeſus in medio flumine ſubita exæſtuatione feruefcit. Acin quamuis dimiſſum Aetna, nullus frigore anteuertit. Himereum [d] cœleſtes mutant plagæ. Amarus [e] denique eſt, dum in Aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur. Quanta in aquis, tanta eſt nouitas in Salinis. Salem Agrigentinum [f] ſi igni iunxeris, ſoluitur uſtione, cui ſi liquor aquæ propinquauerit, crepitat ueluti torreatur. Purpureum Aetna mittit, in Pachyno traſlucidus inuenitur. Cætera Salinarum metalla, quæ ſunt, aut Agrigentino, aut Centuripis proximantia, funguntur cautium miniſterio. Nam illinc excidunt ſigna ad facies hominum, uel deorum.

quoſdã ex eis locis fuiſse, qui cum iam confecti ſenio eſsent, & ab eorũ liberis ſublati humeris exportarentur, quo flãmæ illius impetus effugerent, néue interciperentur antequã perficerent naturæ curſum tanta tũ pietate uiſum incendiũ illud cõmoueri, ut cũ primũ ad eos appropinquaſset, bifariam ſtatim ſeſe diuiſerit, locumq́ illũ in medio poſitũ, ubi erant cum parentibus adoleſcentes, intactũ prorſus reliquerit, uiamq́ præſtiterit adoleſcentibus, ut unà cum parentibus incolumes euaderent, Hæc ille. Idem ſcribit Max. Val. titu. quarto lib. quinti. Item Seneca circa finẽ tertij, & ſexti eius operis, quod de beneficijs inſcripſit. Strabo libro ſexto. Vergilius in fine eius libri, qui de Aetna ſcriptus eſt. Auſonius item poëta.

Quis Catinam ſileat, quis quadruplices Syracuſas?
Hanc ambuſtorum fratrum pietate celebrem.

Extat de hac ipſa pietate elegãs Claudiani Elegia, quæ de pijs fratribus inſcripta eſt. a *Fluminum miracula.*) De fluminum, fontiumq́ miraculis, abundè Plin. capite. 106. ſecundi nat. hiſtoriæ. Item ca. 2. triceſimi primi eiuſdẽ operis. Seneca lib. quem iamiã citauimus. b *Dianam qui ad Came.*) Rhennius in Dionyſij Periegeſi ſic inquit.

Dianæ fons eſt Camerina gignitur unda,
Quem ſi quis manibus non caſtis hauſerit unquam
Lætifico triſtis non miſcet pocula Baccho.

c *Apud Segeſtanos.*) Græci plerunq́ authores, Thucydides, Strabo, Diodorus, Lycophron, Dionyſius. Item uetus Plinij lectio, non Segeſtanos, ſed Aegeſtanos habent, ab Aegeſto Troe, qui cũ Philoctete illuc appulerat. Apud tamẽ Ciceronẽ, Polybiũ, Ptolemæũ, & ferè omnia Solini uetera exẽplaria, Segeſtanos legitur. In hac authorũ diuerſitate lectorẽ ãtea cõmonuit Hermolaus tertio Plinianarũ Caſtig. libro, d *Himereum.*) Plinius, & cæteri ferè omnes, Himerã legunt. Eſt aũt apud Pliniũ ipſum, & fluminis, & urbis nomẽ. Vitruuius cap. 3. octaui. In Sicilia flumen Himeras, quod à fonte cũ eſt progreſsũ diuiditur in duas partes, quæ pars profluit cõtra Aetnã, quod per terræ dulcẽ ſuccũ percurrit, eſt infinita dulcedine. Altera pars, quæ per eã terrã currit, unde ſal effoditur, ſalſum habet saporẽ. e *Amarus deniq.*) Quærit elegãter Seneca Naturaliũ. Q. lib. 3. Quare ſit aquis ſapor uarius? Propter quatuor cauſas, inquit. Ex ſolo prima eſt, per quod ferũtur. Secunda ex eadem ſimilitudine eius naſcitur. Tertia ex ſpiritu, qui in aqua trãſfiguratus eſt. Quarta ex uitio, qđ ſæpe concipiũt corruptæ p iniuriã. Hæ cauſæ saporẽ dãt aquis uariũ. Hæ medicatã potentiã. Hæ grauẽ ſpiritũ, odorẽq́ peſtiferũ Hæ lenitatẽ, grauitatẽ, aut calorẽ, aut nimiũ rigorẽ. Intereſt utrũ ſulphure, an nitro, an bitumine plena trãſeant. Hac ratione corruptæ cũ uitæ piculo bibũtur &c. Hæc, & ſequẽtia Senecæ uerba corruptè penitus refert Albertus cap. 18. tertij tractatus ſecũdi Meteororũ lib. Capite aũt mox ſequẽte examinat dicta Senecæ, in quibus uerum dixerit, aut falſum, Alberti ſectatores uiderint. Aduertendũ ſanè, raro flumina recto curſu in mare pfluere. Iccirco ea, Probo, & Seruio authoribus cũ cornib. pingi ſolẽt. Fluminũ ergo curſus nõ ſemper ea parte, qua mare ingrediũtur attẽdi debet. Hoc dictũ ſit, ne de Hymerę fluxu Mela, Solinus, & Syllius, cõtraria ſentire uideãtur. f *Salem Agrigentinum.*) Sũpſit hoc Solinus ex cap. 7. triceſimi primi C. Plinij. Meminit Aug. capite. 7. uiceſimi primi Ciuitatis Dei. Rhennius ubi ſupra.

At ſalis hic Agragas miracula poſſidet unus,
Naturas in quo proprias mutare uidetur
Ignis, & unda. ſalem namq́ illum ſoluere flamma,
Vnda ſolet crepitus illi coniuncta moueri.

Lege ſimilia ex cap. 105. & 126. de Admirandis in natura. apud Ariſtotelem. Scribit idem de Sẽſu, & Senſato, Salem eſſe ſpeciem quandã terræ. Home. ſexto Odyſseæ ſalem eſſe puri maris tenuiſſimã partẽ ac diuinũ quippiam.

Alij ſalem dicũt χάριτα, hoc eſt, gratiã quandã, quod is eſculentis additus, ea guſtui ſapida reddat, & grata. Scribit idem Homerus.23. Odyſſeæ, eſſe homines, qui neq; cibo ſalem admiſceãt. In ſacris Chriſtianorũ literis, ob eius miram naturam ſæpe pro ſapientia ſolet accipi. Hinc ab Apoſtolo Paulo ad Coloſſenſes quarto cap. dictum eſt, Sermo (inquit) ueſter in gratia ſit ſale conditus. Iudæis quoq; in ſacrificijs ſalis uſus fuit. Quod & gentiles factitaſſe apud Horatiũ, & Tibullum reperies. Aegyptijs prçterea (ut in Euterpe ſcribit Herodot.) mos fuit ſale condere defunctorũ cadauera. Nõ diſplicent, quæ de ſale ca. 2. decimiſexti Iſidorus congeſſit, etſi ſcriptorem hunc, quidam magis eloquentiæ, quã ueritatis ipſius ſtudioſi, à peritorum claſſe relegandum cenſent.

Thermitanis locis inſula eſt arundinum ferax, quæ a
accomodatiſſime ſunt in omnem[a] ſonum tibiarum,
ſiue Præcentorias facias, quarum locus eſt ad[b] Pul-
uinaria præcinendi, ſiue Vaſcas,[c] quæ foraminum
numeris Præcentorias antecedunt, ſeu Puellatorias, b
quibus à ſono clariore uocamen datur, ſiue Gyngri-
nas,[d] quæ breuiores licet, ſubtilioribus tamen mo-
dis inſonant, aut Miluinas, quæ in accentus exeunt
acutiſſimos, aut Lydias, quas & Turarias dicunt, c
uel Corinthias, uel Aegyptias, aliaſue muſicis per di-
uerſa officia, & nomina ſæparatas. In[e] Haleſina re-
gione fons aliàs quietus, & tranquillus, cum ſiletur,
ſi inſonent tibiæ, exultabundus ad cantum eleuatur, d
& quaſi miretur dulcedinem uocis, ultra margines
intumeſcit. [f] Gelonium ſtagnum tetro odore abigit
proximantes. Ibi & fontes duo. Alterum ſi ſterilis
ſumpſerit, fœcunda fiet, alterum ſi fœcunda hauſerit, e
uertitur in ſterilitatẽ. Stagnum Petrenſiũ ſerpentibus
noxiũ eſt,[g] homĩ ſalutare. In lacu Agrigẽtino[h] oleũ

a *In omnem ſonum Tibiarum.*) Qui de Muſica ſcribunt, eam eſſe triplicem tradiderũt. Harmonicam aliam, quã ex uocum cãtibus cõſtare dicunt. Alteram Organicã nuncupant, quæ ex flatu conſtet omnino. Tertiam Rhytmicam appellant. Hanc numeros, digitorum repercuſſu dicunt recipere. Conſtat enim ſonum, aut uoce edi, uti per fauces fieri uidemus. Aut ſpiritu, ut per tubam fit, aut tibiam. Vel tandem ſonoræ cuiuſpiam rei impulſu, ut per Cytharæ cordas fieri cõperimus. Tibiæ, de quibus hac parte ſcribit author ad Organicam Muſicam tantummõ pertinent. Lege quæ ſcribit Cẽſorinus cap. 22. de die natali. Tibiarũ materia multiformis eſt, Fiunt enim, ut lib. 4. docet Pollux, uel ex Calamis, uel Aere, uel loto, uel buxo, uel cornu, uel oſſe, uel lauro. Scytarum gentes ex Aquilarum, Vulturum, Anſerũ, Gruumq; oſſibus, tibias conficiunt, Vnde & ab harum alitum tibijs nomen inditum, quamuis ex materijs alijs fieri cœptum ſit. Lege Plin. cap. 37. decimiſexti naturalis hiſtoriæ. Diuerſarum Tibiarũ repertores tradit idem Pli. cap 56. lib. ſeptimi. & Euſebius ca. 2. decimi Præparationis. Veteres habebant Tibiarum modos. Ionicũ, Lydium & Phrygiũ. Lydijs tibijs læta cãtabantur, Phrygijs triſtia. Lege Horatij interpretes, in fine quarti Carminũ. Plura Cenſorinus cap. 23. ubi ſupra. Et Martianus lib. 9. Multa præterea de hac materia, doctè, ut ſui moris eſt, ſcribit Cœlius Rhodiginus cap. 22. & ſequentibus, Antiq. lect. lib. quinti. b *Ad puluinaria.*) De puluinaribus lege Val. Max. tit. primo lib. ſecundi. c *Vaſcas.*) Sipontinus legit Vaſtas fortaſſis à magnitudine, uel foraminum multitudine ſic nũcupans. Aduertendũ Tibias interdũ denominari ab uſu, ut præcentorias, aliquando à ſono quẽ edũt, ut puellarias, nonnunquã à forma, ut uaſtas, ſæpe à materia, ex qua fiunt, ut Gingrias, atq; miluinas, aliquando à patria, ut Lydias, frequenter ab officio ut Thurarias. d *Gingrias.*) Gingrire Anſerum uocis proprium eſt, ut inquit Feſtus Pompeius, Vnde genus quoddam Tibiarum exiguarum, Gingrinæ dicuntur. e *In Haleſina regione.*) De hoc fonte. ſic canit Rhennius.

Hic & Haleſinus fons eſt mitiſſimus undis
Tibia quem extollit, cantu ſaltare putatur,
Muſicus & ripis lætans excurrere plenis.

Non diſſimilia ſunt huic, quæ ſcribit Ariſtoteles cap. 51. & cap. 52. de admirandis in natura. f *Gelonium.*) Plin. ca. 2. 1. nat. hiſt. ſcribit Gelonem fontem eſſe non procul à Celenarum oppido Phrygiæ. Plura ſunt quæ ſterilitatẽ uel inducũt, uel depellũt ſi infuerit. Ea cõſignauimus in Indice Pliniano. g *Hominibus ſalutare.*) Cõſtat plura eſſe quæ cũ ſint quibuſdã animãtibus ſalutaria, homini tamẽ omnino noxia. Vnde Veratro Coturnices, Cicuta Sturni ueſcuntur. Hæc autẽ toxica eſſe hominibus manifeſtum eſt. Id autem accidere exiſtimãt ex hominum, & cæterarum animantium complexione diuerſa. Lege Aphrodiſæum in prologo ſuorum problematum. h *Oleum ſupernatat.*) Fontes perpingues terræ uenas profluentes, oleum

ſupernatans

ſupernatāns habent, uti Solis, quod oppidū eſt Ciliciæ flumē nomine Liparis, in quo natantes, aut lauantes, ab ipſa aqua unguntur. Similiter Aethiopiæ lacus eſt, qui unctos homines efficit, qui in eo natauerint. Et in India, qui ſereno cœlo emittit olei magnam multitudinē. Itē Carthagine fons eſt, in quo natat inſuper oleū odore uti Scobe citreo, quo oleo etiam pecora ſolent inūgi. Ex Vitruuio hæc cap. 3. octaui. a *Nec ignis apponitur.*) Simile quiddā canit Hora. Saty. 5. primi Sermonū, eſſe apud Egnatiam urbem, locum in quo aiunt abſque igne in ſacrificio Thura liqueſcere. *Dehinc* (inquit) *Egnatia lymphis Iratis, extructa dedit riſúſque, iocóſque Dum flamma ſine thura liqueſcere limine ſacro Perſuadere cupit.* Idem refert Plinius capite 110. ſecundi natura. hiſtoriæ. Sæpiſsime huiuſmodi miranda, aſtu hominum fieri ſolent. Sed hæc alibi ex hiſtorĳs abunde retulimus. In relatione plurium Siculorum miraculorum, exiſtimo Solinum ſequutum, uel Varronem, uel alium quempiam ſcriptorem cuius libri, temporis iniuria, nobis omnino perierunt. b *Proſicias*(. Sunt qui legant Porricias à uerbo porricio, quod ſacrificantibus ſolenne erat. Sed Proſicia legendū uidetur. Sunt enim proſicia quæcunq; proſecta proĳciūtur. c *Achatem lapidem.*) De hoc ipſo lapide ſic Plinius cap. 10. triceſimiſeptimi. Achates (inquit) in magna fuit authoritate, nunc in nulla. Reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiuſdem nominis, poſtea plurimis locis excedens amplitudine numeroſa, uarietatibus diuerſis mutantibus cognomina eius. Vocatur enim Phaſpachates, Cerachates, Sardachates, Hæmachates, Leuchates, Deudrachates uelut arbuſcula inſignis. Meminit Syllius in decimoquarto bellorum Punicorum libro. *Et per lucentem ſplendenti gurgite Achaten.* Item Rhennius Dioniſĳ Interpres.

Cernitur egregius lapis hic, cui nomen Achates,
Hoc dederat fluuius, cuius genaratur ad undas.
Hanc ſimulachra uides uenis oſtendere gemmam.

Hunc Solini locum tranſtulit Marbodæus Gallus tit. 3. eius libelli, quē de lapidibus precioſis inſcripſit. Achates lapis unus fuit ex duodecim precioſis lapidibus, quibus rationale ſummi ſacerdotis in Exodo ornari à domino præcipitur. Magi ſuffitu Achatis, ſi creditur, tēpeſtates auertunt, flumina ſiſtunt. Ab Alberto corruptè, ut cætera, Agathes dicitur. d *Annulus Pyrrhi regis.*) Hiſtoriā hāc lege ex ca. 1. triceſimiſeptimi nat. hi. C. Pli. Marbodæꝰ Solinū imitatꝰ ſic ait.

Rex Pyrrhus digito geſſiſse refertur Achatem,
Cuius plena nouem ſignabat pagina Muſas,
Et ſtans in medio cytharam tangebat Apollo,
Naturæ, non artis opus mirabile dictu.

e *Qui aduerſus Ro. bella geſſit.*) Certe ſatis conſtat ante Pyrrhum Epyrotarum regem, cum Romanis bella geſsiſſe, Græcorum neminem. Id multis uerbis in Attica Pauſanias conatur oſtendere. De bello Pyrrhi contra Romanos ſcripſimus cap. 18. primi Flori. f *Nouem Muſæ cum inſignibus ſuis.*) Nomina, officia, inſignia, nouem Muſarum, ſcribit Heſiodus in principio Theogoniæ.

a ſupernatat. Hoc pingue hæret arundinum comis de aſsiduo uolutabro, è quarum capillamentis legitur unguentum medicum contra armentarios morbos. Nec longè inde collis Vulcanius, in quo qui diuinæ
b rei operantur, ligna uitea ſuper aras ſtruunt, nec [a] ignis apponitur. In hanc congeriem cum [b] Proſicias intulerint, ſi adeſt Deus (ſic ſacrum probatur) ſarmenta licet uiridia ignem ſponte concipiunt, & nullo in-
c flagrante à litato numine fit accendium. Ibi epulantibus alludit flamma, quæ flexuoſis exceſsibus uagabunda, quem contigerit non adurit. Nec aliud eſt, quam imago nuncia perfecti ritè uoti. Idem ager A-
d grigentinus eructat limoſas ſcaturigines. Et ut uenæ fontium ſufficiunt riuis ſubminiſtrandis, ita in hac Siciliæ parte ſolo nunquam deficiente æterna reiectione terram terra euomit. Achatem [c] lapidem Sicilia
e primum dedit in Achatis fluminis ripis repertum, non uilem, cum ibi tantum reperiretur. Quippe inter ſcribentes eum uenæ naturalibus ſic notant formis, ut cum optimus eſt, uarias præferat rerum ima-
f gines. Vnde annulus [d] Pyrrhi regis, qui [e] aduerſus Romanos bella geſsit, non ignobilis famæ fuit, cuius gemma Achates erat, in quo nouem [f] Mu-
g ſæ cum inſignibus ſuis ſingulæ, & Apollo tenens citharam uidebantur non impreſsis figuris, ſed ingenitis: nunc diuerſis locis apparet. Dat Creta, quem

Coralochatem [a] dicunt coralio ſimilem, ſed illitum a
guttis auro micantibus, & ſcorpionum ictibus reſi-
ſtentem. Dat India reddentem nunc nemorũ, nunc
animaliũ facies, quem uidiſſe oculis fauet, quiq; intra
os receptus ſedat ſitim. Sunt & qui uſti redolẽt Myr- b
rhæ odorem. Achates ſanguineis maculis irrubeſcit.
Sed qui maximè probantur, uitreã habent perſpicui
tatem, ut Cyprius. Nam qui ſunt facie cærea abũdan
tes triuialiter negliguntur. Omnis [b] ambitus huius in c
ſulæ clauditur ſtadiorum tribus milibus. [c] In freto
Siculo ἡφαιστίαι, inſulæ XXV. [d] milibus paſſuum ab Ita-
lia abſunt. Itali Vulcanias uocant. Nam & ipſæ na-
tura ſoli ignea per occulta commertia aut mutuan- d
tur Aetnæ incendia, aut ſubminiſtrant. Hic dicta ſe-
des Deo ignium. Numero [f] ſeptẽ ſunt, Liparæ [g] no-

Et Vergilius in Opuſculis. Latius Diod. Siculus circa principiũ libri quinti. a *Coralochatem.*) Ex Plinio cap. decimo triceſimiſeptimi. Coralochates (inquit) guttis aureis, Sapphiri modo diſtincta, qualis copioſiſsima in Creta ſacra appellata. Putant eam contra Araneorũ, & Scorpionũ ictus prodeſſe. Et infra. Coralochates corallo aureis guttis diſtinctæ. Corallis Minio, gigniturq; in India. & Syene. Vide eundem Marbodeum tit. 3. eiuſdem de lapidibus libelli. b *Omnis ambitus huius inſulæ.*) Diodorus Siculus libro 6 dicit Siciliæ ambitum, eſſe ſtadiorum quatuor milium trecentorũ ſexaginta. Pli. cap. 8. tertij. Inter ſe (inquit) tria Siciliæ promõtoria latè diſtant ijs ſpacijs. Terreno itinere à Peloro Pachinũ. clxvi. mil paſs. Inde Lilybæum. cc. mil. Inde Pelòrum. clxx. mil. Circuitu patens ut author eſt Agrippa. DCxviij M. paſsibus. Cũ Plinio concordat ferè Capella lib. ſexto. Vel igitur in Dio. uel in Solino mendum admiſſum eſt niſi de alio ſtadio loquatur hic, & ille. Sunt enim ſtadia (ut author eſt Cenſorinus) alia, & alia longitudine diſcrepantia. Nam ſtadium, quod Italicum uocant, eſt pedum DCxxv. Olympicum, pedum. DC. Pythicum pedum mille. c *In freto Siculo.*) Scribit de cæteris ignobilioribus inſulis, quæ Siciliæ, & Italiæ adiacent. Hæ autem inſulæ uarijs nominibus nuncupantur. Plinius cap. 8. tertij. Citra uero (inquit) Siciliã ex aduerſo Metauri amnis xxij. ferme mil. paſſ. Ab Italia ſeptem Aeoliæ appellatæ. Et Lipareorum, Hephæſtiades à Græcis, à noſtris Vulcani. Aeoliæ, quòd Aeolius Iliacis temporibus ibi regnabat. Hephæſtiades dictæ ſunt, quod Vulcanus à Græcis ἥφαιστος nuncupetur, ἡφαίστιος Vulcanius. Faciunt quæ cap. 11. infra annotabimus. De ijs inſulis plura ſcribit Diodorus, in ſexto. Strabo, & Martianus in ſexto, Ptolemæus cap. 4. tertij. d *XXV. mil. paſs.*) Plinius, ut modò recitauimus, non 25. ſed uiginti duo ferme mil. paſs. dicit. Diodorus Siculus tradit has ſeptem inſulas ſitas eſſe inter Italiam, & Siciliam recto curſu. Diſtare autem à Sicilia centum quinquaginta ferme ſtadijs, eſſeq; pares inuicẽ magnitudine. Earum maximã circuitu cõplecti ſtadia centum quinquaginta. e *Natura ſoli ignea.*) Diodorus Siculus lib. 6. Ignem (inquit) hactenus euomebant omnes, quarum meatus, oraq; ignis etiam nunc uiſuntur. Aſſerunt nonulli meatus eſſe ſubterraneos ab Aetna ad has inſulas, & his omnibus eandem ignem ſpirandi cauſam eſſe. f *Numero ſeptem ſunt.*) Seruij omnes fere codices ſuper illud primi Aen. Vergilij. *Aeoliam uenit.* Scriptorum potius culpa, quam Seruij, ſic habent. Nouem inſulæ, quæ ſunt poſt fretum Siciliæ, appellantur Aeoliæ ab Aeolo rege Hippotæ filio, licet & habeant propria nomina. Quo in loco quidam, qui Seruij uix umbram referũt durius, quam par eſt, læſæ quaſi maieſtatis, eum accuſant. Miror plurimum eos non aduertiſſe alibi à Seruio ſcriptum eſſe has inſulas non nouem, ſed ſeptem eſſe. Eius uerba, quo magis ij à laceſſendo abſtineant, adſcripſi ex octauo Aeneidos libro ſuper illud.

Inſula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq;. Phyſiologia eſt (inquit) cur Vulcanus in his locis officinam habere fingatur inter Liparen, & Aetnam, ſcilicet propter ignem, & uentos, quæ apta ſunt fabris. Aeoliam autem ideo Liparen, quia una eſt de illis ſeptem inſulis, quibus Aeolus imperauit. Hæc ad uerbũ Seruius. Iſidorus præterea cap. 6. decimiquarti Ethimo. nouem etiam eſſe dicit, & ut magis id ipſum credas, earũ omniũ nouẽ refert nomina. Ita ut præter has ſeptẽ enumerãtur aliæ duæ Ericodes, et Phoecicodes. Vel ut apud Ptolemæũ legitur, Ercodes, & Phœcodes. Quod autem alij ſeptem eſſe dicunt, poteſt exponi, cæteris principaliores. Aliæ duæ fortaſsis incultæ penitus. Hæc propter κριτικὸς, Liuiduloſq; cenſores. g *Liparus qui eam ante Aeolum.*) Euſtatius ſcribit Liparum fuiſſe Auſonis regis filium. Liparia autem Gnidiorum fuit colonia. Has ſeptem inſulas tradunt olim deſertas fuiſſe, ſed Liparum quendam Auſonis regis filium à fratribus diſsidentem, ex Italia cum longis nauibus, aducta ſecum militum copia, ad inſulam appuliſſe, quæ ab eo Lipara ſit appellata, inque ea ſui nominis urbe condita, reli-

ta,reliquarum quoq; inſularum agros excoluit. Eo ſeneſcente Aeolus Hippotæ filius cum ſocijs quibuſdã in Liparam cum ueniſſet,ſumpta uxore Lipari filia,ijs poſtmodũ inſulis imperauit. Hæc,& plura ad hunc locum ſpectantia,ex Diod. Siculo lib.6. De Aeolo plura notatu digna primo de Raptu Proſerpinæ Parrhaſius annotauit. De harum inſularum nominibus Mela Pomponius aliquantiſper à Plinio diſcrepat,& Solino. a *Hieram uocant.*) Græci ἱράν ſacram dicunt. Nomen iccirco inditum quod ea præcipuè Vulcano ſacra ſit. b *Strongyle.*) Quod rapæ figuram habeat.id eſt.in rotundum, acutumq; tendentem,ei nomen datum,quoniam Gæci στρογγύλην rapam uocant. Strabo Onoſtrongylam.id eſt, rotũdam nominat. Reliqua de ea,ut Solinus. *Aeolus rex uentorum.*) Varro ſcribit Aeolum fuiſſe harum inſularum regem,ex quarum nebulis, & fumo futura flabra uentorum prædixiſſe. Hinc imperitis uiſus eſt uentorum habere poteſtatem Lege Plin. cap.56. lib ſeptimi,& Seruium.3. Aen. Ptolemæus cap. 4 tertij enumerat quindecim inſulas, quæ iuxta Siciliam ſitæ ſunt d *Didymen.*) Strabo gemellã,eam uoce ſignificari ait, quod Græci δίδυμον geminum dicant, E cæteris Ericuſſam, & Phœnicuſſam ab arbuſtis uocauere. Mela Pomponius non enumerat inter has ſeptem inſulas Euonymon, niſi loco eius ponat Oſteoden. Sed Diod. Siculus in his locis natus,aliam ab Euonymo Oſteoden eſſe dicit. Nomen autem huic inſulæ, ab re quadam impoſitum eſt, quod plurimorum militum ſeditioſorum fame peremptorum oſſa in ea condita fuerint. Ὀστέα enim Græci oſſa nuncupant. Hiſtoriam abundè refert idem Diodorus in ſexto.

a men dedit rex Liparus,qui eam ante Aeolum rexit. Alteram Hieram [a] uocauerunt. Ea præcipuè Vulcano ſacrata eſt, & plurimùm colle eminentiſsimo nocte ardet. Strongyle [b] tertia Aeoli domus
b uergit ad ſolis exortum minimè anguloſa, quæ flammis liquidioribus differt à cæteris. Hæc cauſa efficit,quod ex eius fumo potiſsimum incolæ perſentiſcunt,quinam flatus in triduo ſint futuri. Quo factum, ut Aeolus [c] rex uentorum crederetur.
c Cæteras Didymen, [d] Ericuſam, Phœnicuſam, Eunonymõ,quoniam ſimiles ſunt, dictas habemus.

De Tertio Europæ Sinu, De Græciæ regionibus, ac locis,deque memorandis in eis plurimis. De Perdicum natura. Cap. XII.

TErtius [e] Europæ ſinus incipit à [f] Ceraunijs montibus, deſinit in Helleſpontum. In eo apud [g] Moloſſos, ubi Dodo-

TErtius Europæ ſinus.) Plinius ſcribit eſſe quatuor Europæ ſinus. De primõ, & ſecundo habes ab eo cap. primo,&.10. li. tertij. De tertio,& quarto in prolo.& cap.12. lib. quarti. De his quatuor ſinibus lege Martianum capitibus.19.20.21.&.25. libri ſexti. Habet autem hic Europæ ſinus tertius prouincias plures. Sunt autem harum nomina. Epirus, Acarnania, Aetolia, Phocis, Locris, Achaia, Meſſenia Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia, Doris, Phthiotis, Theſſalia, Magneſia, Macedonia, Thracia, Græcia omnis. De ijs prouincijs abunde Plinius in primis undecim capitibus.li.quarti. Strabo libris ſeptimo,octauo,nono. Ptolemæus à capite.xi.uſq; ad finem tertij Item cæteri. f *Ceraunijs.* Hos mõtes Plinius, Ptolemæus, Martianus. Solinus cap.8. ſupra Et plures alij Acroceraunia nuncupant. Græci enim ἄκρον altum dicunt, κεραυνὸν fulmen, quod ſui altitudine crebris fulminibus infeſtentur. Hora. tertia primi Carminum infames nominat. Val. Flaccus tertio Argonauticon.

Iupiter urgentem ceu ſumma Ceraunia nubem
Quum pepulit,mouitq; iugis,fulſere repente
Et nemora,& ſcopuli nitidus reducitur æther.

Sunt qui etiam apud Solinum non à Ceraunijs,ſed ab Acrõceraunijs legendũ putent. Sed uetuſta omnia exemplaria à Ceraunijs habent. à Vergilio etiam Lucãno, Ouidio, Claudiano, Auieno, Mela, Cerania uocitantur ijdem montes. g *Apud Moloſsos.*) Pyrrhus Achillis filius ex Andromache Hectoris quondam coniuge, Moloſſum filium ſuſcepit, à quo Moloſſia,& Moloſsi nomen habent. Eam regionem Helenus à fratre Chaone,quem in uenatu per ignorantiam peremerat, Chaoniam nominauit, author Seruius tertio Aene. ſuper illud.

Et patrio Andromachen iterum ceſsiſſe marito.

Moloſsi canes à Marone,& alijs mirè celebrantur,

h quos

quōs mortuos deflent,ac funus dūcunt,quod à Papinio ſylua quadam memoratū eſt. De his locis Pli. in prologo lib.quarti. a *Dodonæi Iouis templum.*)In Chaonia Epiri regione Dodona urbs uetuſtiſsima, iuxta quam inſigne nemus,ubi Dodonæi Iouis templum fuiſſe narratur,in quo oraculū omniū, quæ apud Grœcos ſunt oraculorum,uetuſtiſsimū,toti orbi numinis reuerentia abunde notū.In eo(qđ mirū fuit)duæ colūbæ conſulentibus dabant reſponſa.Harum unā in Delphos,alterā in Ammonis Iouis templum aduolaſſe dicunt.

næi [a] Iouis templum eſt,Tomarus [b] mons eſt, circa radices nobilis centum fontibus, ut Theopompo placet.In [c] Epiro ſacer fons frigidus ultra omnes aquas,& ſpectatæ diuerſitatis. Nam in eum ſi ardentem immergas facem, extinguit, ſi procul, ac ſine igni admoues, ſuopte ingenio inflammat.Dodone [d] (ut Maro dicit)Ioui ſacra eſt. Delphi Cephiſo [e] flumine, Caſtalio [f] fonte, & Parnaſſi [g] iugis celebres. Acarnania Aracyntho emi-

Hiſtoriam Herodot. in ſecundo explicat copioſè. De hac ipſa re plura,& quidem doctè congeſſit Ianus Parrhaſius primo Raptus Proſerpinæ ſuper illud. *Ceſserit inuentis Dodonia.* b *Tomarus.*)Hunc montem Strabo Tomaron, & Tmarum nominat libro ſeptimo. c *In Epiro ſacer fons.*) De fonte iſto ſic Plin. cap.106. ſecundi naturalis hiſtoriæ.In Dodone Iouis fōs quum ſit gelidus,et immerſas faces extinguat,ſi extinctæ admoueantur,accendit. Idem meridie ſemper deficit,qua de cauſa Anapauōmenon uocant.Mox increſcens ad medium noctis exuberat.Ab eo rurſus ſenſim deficit.De eodem Rhennius ſic inquit.

Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ,
Quem merito ueteres dixerunt nomine ſacrum.
Nam gelidus ſuperat cunctarum frigus aquarum,
Accenſaſq; faces ſi quis prope duxerit undam
Extinguit flammas,recipit ſed rurſus eaſdem
Admoueat dextra cum extinctam lampada fonti.

Lucretius hunc fontem deſcribens in ſexto,cauſam cur id accidat,conatur oſtendere.Eius uerſus,quod elegantes ſint adſcripſimus.

Frigidus eſt etiam fons,ſupra quem ſita ſæpe
Stupa iacit flammam,concepto protinus igni,
Tædaq; conſimili ratione accenſa per undas
Collucet,quocunq; natans impellitur auris
Nimirum,quia ſunt in aqua permulta uaporis
Semina,de terraq; neceſſe eſt funditus ipſa
Ignis corpora per totum conſurgere fontem,
Et ſimul expirare foras,exireq; in auras
Non tam uiua tamen,calidus queat ut fieri fons.

d *Dodone (ut Maro dicit)Ioui ſacra eſt.*) Plurimum hoc in loco uariant exemplaria.Non placet eorum ſentētia, qui ſic legunt.Dodone Tomaro celſa eſt,quoniam mox antè de Tomaro Solinus fecerit mentionem.Nec rurſus aſſentior ita legentibus.Dodone Iſmaro celſa eſt,cum nihil cum Dodone Iſmaro,quod eum Thraciæ regionis montem faciāt,Sequuti ergo communiorem lectionem,uti adſcripſimus,legendum cēſuimus. Vergilianus uerſiculus in obſcæno carmine, ſi id Vergilio aſcribendum putamus,hic eſt *Dodone tibi Iupiter ſacrata eſt.*

Et primo Georgicorum.

Cum iam glandes,atq; arbuta ſacræ
Deficerent ſyluæ,& uictum Dodona negaret.

e *Cephiſus.*)De his locis latè Plin.cap.3.quarti. f *Caſtalio fonte.*)Fōs hic in Bœotia Muſis ſacer,quem circa magnæ ſunt arbores.Iuxta eum Python ſerpens ab Apolline peremptus dicitur.Papinius Thebaid.Poſtquam cerulei &c. g *Parnaſſi iugis.*)Hic Phocidis mons in tantam aſſurgit altitudinem,ut quum terra tota diluuij aqua cooperiretur,ad eius alterum uerticem, non peruenerit.Quodq; non minus admiratione dignum eſt,*ſuperat*(ut canit Naſo)*cacumine nubes.* Eius uertices duò ſunt,Citheron,& Helicon,uti Seruius.7.Aenei.& Lactantius primo Thebaid. Statij opinantur.Herodotus autem lib.8.ex Parnaſſi uerticibus unum Titheam iuxta Neonem urbem. Alterum, ſub quo Caſtalius fons eſt,Hyampium appellat.Parnaſſus inſuper Græcis μεσόμφαλος.id eſt, orbis umbilicus dicitur,cuius hanc afferunt rationem. *Nam,*

Iuppiter(ut perhibent)ſpacium quum diſcere uellet
Naturæ regni neſcius ipſe ſui,
Armigeros utrinq; duos æqualibus alis,
Miſit ab Eois,Occiduiſq; plagis.

a net. Hanc ab Aetolia Pindus[a] diuidit. qui Acheloum[b] parit cum primis Græciæ amnibus præditum ueteri claritate. Nec iniuria, cum inter calculos, quibus ripæ eius micant[c] Galactites inueniatur, qui
b ſcrupulus ipſe ater, ſi teratur, reddit ſuccum album ad lactis ſaporem. Fœminis nutrientibus illigatus, fœcundat ubera. Subnexus paruulis largiuſculos hauſtus ſaliuarum facit. Intra os receptus liqueſcit. Cum ſoluitur, tamen memoriæ bonum perimit.
c Quem poſt Nilum Achelous dat, tertium nemo. Propter[d] oppidum Patras Sciœſſa locus nouem collium opacitate umbroſus, & radijs ſolis ferme inuiſus, nec aliam ob cauſam memorabilis. In Laconia
d ſpiraculum eſt[e] Tænaron. Et Tænaron eſt promontorium aduerſum Africæ, in quo fanum Methymnæi Arionis, quem Delphine eò aduectum imago teſtis eſt ærea ad effigiem caſus, & ueri operis expreſſa. Præterea tempus ſignatum Olym-
f piade undetriceſima, qua, in certamine Siculo idem Arion uictor ſcribitur, idipſum geſtum probatur. Eſt & oppidum Tænaron nobili uetuſtate. Præterea aliquot urbes, intra quas[g] Leuctræ

Parnaſſus geminos, fertur, iunxiſſe uolatus, *Contulit alternas Pythius axis aues*. Alij ſcribunt, quod quemadmodum oriens, & occidens non ſunt niſi in comparatione ad eos, qui terram incolunt, ita & de orbe ipſo medio exiſtimandum cenſent. a *Pindus.*) In Pindo Theſſaliæ monte, Menades Bacchanalia celebrare ſolitæ ſunt. Lucanus in primo. *Qualis uertice Pindi.*
Aedonis Ogygio decurrit plena Lyeo. Dictæ autem Mænades ἀπὸ μαίνομαι, quod inſanio ſignificat. De Acharnania Plin. capite 1. & 2. lib. quarti. b *Acheloum parit.*) Amnis Achelous (inquit Pli. ca 1. quarti) è Pindo fluens, atque Acharnaniam Aetolia dirimẽs, & Artemitam inſulam aſsiduo terræ inuectu continenti anne-ctens. Lege quæ ſctibit idem Plinius cap. 87. ſecundi nat. hiſtoriæ Efficit enim hic fluuius Echinades inſulas, quæ & Acheloides dicuntur, de quibus Lucanus in ſexto Ouidius 8. Meta. Vide Lactan. in fine ſecundi Thebaidos Statij. c *Galactites.*) Plinius capite 10. libri ultimi Galactites (inquit) ex uno colore lactis eſt. Eãdem dicunt Leucogageã, & Leucographiam appellant, & Synephiten lactis ſucco, ac ſapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fœcunditatem Infantium quoq; alligata collo, ſalinã facere dicitur, in ore autem liqueſcere. Eandem memoriam adimere dicunt. Mittit eam & Achelous amnis. Sunt qui Smaragdum albis uenis circumligatum Galactiten uocent. Sumpſit autem nomen ἀπὸ τοῦ γάλακτος. id eſt, à lacte, quod lacti aſsimiletur plurimùm. d *Propter oppidum Patras Sciœſſa.*) Vetuſti codices plerũq; habẽt Clœſſa. Hermolaus autẽ ca. 5. quarti Caſtigationũ Pli. cenſet legendũ Sciœſſa quo (inquit) illa ſignificatur opacitas. Strabo meminit Clœſſæ montis. Hom. uerò Donuſſæ, uel Donœſſæ oppidi. Fuit apud Hanc urbem Patras, Cereris cum fonte templum: Vbi & oraculũ mirũ fuiſſe narratur, id μαντεῖον ἀψευδὲς dicebatur, hoc eſt maximè uerax, in ijs duntaxat, quæ ad ægritudines pertinerẽt. Mos fuit ſpeculum tenui funiculo in fontem mittere ſic libratum, ut ambitu ipſo aquam attingeret, Deinceps fuſis Deæ precibus, ſpeculũ contuebantur ęgroti. In eo non diu pòſt ſpeculo oſtentabatur imago unde noſceretur eſſent morituri ægroti, an ſuperuicturi omnino. Retulit id ante Cœl. 8. Antiq. Lect. li. 14. e *Tænaron.*) Malea promontorium eſt Laconiæ, in cuius radicibus locum quendam profundum Tænarum uocant, in quo ad inferos eſſe aditum fabulantur. Ex Placido primo Thebaidos. Hunc ſpecum eleganter deſcribit Vergilius circa finem quarti Georgicorum.
Tænarias etiam fauces alta hoſtia Ditis et c. De eo rurſus Ouid. 10. Meta. Seneca in Hercule furente. Valerius Flaccus primo Argonauticon. f *Quem delphine eò aduectum.*) Ne in re paſsim trita tempus conteram, de Arionis hac hiſtoria authorum nomina ſignaſſe ſufficiat. Eam igitur ſcribunt Herodotus li. primo. Cice. 2. Tuſc. q. Plinius cap. 8 noni hiſtoriæ natu. Hyginus. 2. Aſtronomicon. Auguſtinus cap. 14. primi Ciuitatis Dei. Multis tarminibus idipſum canit ſecundo Faſtorum Ouidius.
Quod mare non nouit, quæ neſcit Ariona tellus? et c. Scribunt Ouidius, & Higinus eſſe quorundam opinionẽ, Delphina qui Arionem Cytharedum ex Siculo mari in Tænarum tranſuexit, eſſe ob hoc meritum, inter ſydera translatum. Strabo exiſtimat id fabuloſum eſſe. Id autem accidit (ſi Eutropio credimus) Tarquinio Priſco apud Romanos regnum tenente. g *Leuctræ.*) Vix reperies apud alios huius

urbis

urbis nomen genere fœminino, & numero multitudinis, quod & Hermolaus Barbarus cap.5.quarti Plinij antea annotauit.Eſt em̄ Leuctra,uel,ut Solinus uſurpat,Leuctræ Bœotiæ urbs,nō ꝓcul ab Helicone monte iuxta Lebadiā,apud quam urbē,Epaminūdas Thebanorū dux Lacedæmonios ingēti ſuperans prælio eorum calamitatis,& cladis initium reperit.Ex eo enim tēpore Græcię principatū,ultra recuperare nequiuerunt.quem prius adepti tenebāt.Præſertim poſteaq̃ ſecūdo apud Mantineam congreſsi rem infeliciter geſſerunt.

non obſcurè iampridem Lacedæmoniorum fœ- a
do exitu. Amyclæ [a] ſilentio ſuo quondam peſſun-
datæ. Sparta inſignis cum Pollucis, & Caſtoris tem-
plo. Tum etiam Othryadis [b] illuſtris uiri titulis.
Therame, unde [c] primum cultus Dianæ. [d] Pitane, b
quam Archeſilaus Stoicus inde ortus prudentiæ
ſuæ merito in lucem extulit. [e] Antia, & Carda-
myle, ubi quondam fuere Thyre, nunc locus dici-
tur, in quo anno ſeptimodecimo regni Romuli
inter Laconas, & Argiuos memorabile fuit bel- c

Hæc ex Strabone li.9.Lege Iuſtinum in ſexto,& Val.Max.tit.de Fortitudine lib.3. Hanc Lacedæmoniorum cladem, fœdū exitū Solinus nuncupat. a *Amyclæ ſilētio ſuo quondam peſſundatæ.*) Quod Amyclis Italiæ tribuunt alij, Solinus Laconicæ Amyclis uidetur aſcribere. Quod ea ratione (ut etiam cap.8.ſupra retulimus) excuſari poteſt, quoniam Italiæ Amyclæ,ab Amyclis Laconicæ ducunt originem.Noſtrorum enim clades,noſtras exiſtimare ſolemus Potuit quoq; fieri ut aliorum ſit Solinus opinionem ſecutus. Quid ſi utriq; urbi is idē caſus acciderit aliquādo? Præterea Solin non explicat,quæ Amyclæ ſilentio perierint cum(inquit) Amyclæ ſilētio ſuo quōdā peſſundatæ. Niſi ex eo uelis de Laconic. Amyclis eum intellexiſſe,quod cum de Laconicis loq̄retur,idipſum referat.Huc accedit, qđ cap.8.ſuprà ſcribit Amyclarum Italiæ cultores fuiſſe à ſerpentibus quondā fugatos.Legi præterea in uetuſtiſsimo Solini codice ſic hūc locū. Amyclæ,à q̄bus Amyclæ,ſilentio ſuo quondā peſſundatæ. Hæc nō niſi monendi cauſa. De hoc ſilentio lege quæ lib.10.Aen.recenſentur à Seruio, illud Vergilianum exponente. *Qui fuit Auſonidum,& tacitis regnauit Amyclis.* Cap.8.ſupra hiſtoriam retulimus hanc eandem, Factum hoc ipſum,tandem in prouerbium abijt. Amyclæ ſilentio perierunt. Quod à Lucilio uſurpatum ab Amycla Lacedæmonis,& Spartæ filio. Fuit autē Sparta Eurotæ regis filia,& Lacedæmonis uxor, à quibus & Sparta,& Lacedæmon nomen habent. b *Othryadis titulis.*) Quo hæc hiſtoria fiat notior aſcribam Plutar. uerba ex eo libro,quę Paralelia inſcripſit. Argiuis, ac Lacedæmonijs(inquit) de Tyreate agro diſceptantibus, Amphyctiones,ut utriq; pugnam committerent,iudicarūt,& uictori ager adiudicaretur. Itaq; Lacedæmonij Othryadem, Argiui autem Theſſandrum imperatores creant. His deinde pugnantibus,duo ex Argiuis Alcenor,uel ut alijs placet, Agenor,& Cromius ſuperſtites uictoriam in urbem renunciant. Per ſummam poſtea quietem Othryades,qui ſuperuixerat,ſemifractis innitens haſtis ex cæſis ſcuta corripiens, Trophæum erexit,ex proprio inſcribens cruore,Ioui, in cuius poteſtate ſunt Trophæa. Dehinc orta utrinq; diſcordia, Amphyctiones,cum rei ſpectatores aduentaſſent,palmā Lacedæmonijs adiudicant. Citat Plutar. Chryſermū huius hiſtoriæ authorem. Hiſtoriam aliquantiſper diuerſius narrat Herod. lib primo. Ad id Val. tit. de Fortitudine lib. tertio. Ouidius ſecundo Faſtorum

Si tu ſignaſſes olim Thyreatida terram etc. Lege Lactantium Placidum quarto Thebaid. Statij.
Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem Hanc hiſtoriam ſignat magis,quam explicet Pomponius Mela in ſecundo. In ijs(inquit) cæſorum eſt Laconum trophæa. a *Vnde primum cultus Dianæ.*) Marcus Cicero tertio de natura Deorum,ſcribit tres fuiſſe Dianas. Dubium quænam earū primū Therānis culta fuerit, Cum hæc ſcriberem,nō ſuccurrebat ſcriptor alter,qui traderet è Tehramnis fuiſſe primū Dianæ cultum. Sūt qui ſcribant(ut Stephanus refert) Theramnas,& Spartā,eandē urbē eſſe. Fuiſſe autem Dianam apud Spartam cultā,notius eſt,q̃ ut hoc loco exponi debeat. Cōſtat morē fuiſſe Dianæ humano ſanguine ſacrificari ſolitum. Id crudele ſacrificij genus cum Romanis diſplicuiſſet,ad Laconas eſt Diana tranſlata,ubi ſacrificij conſuetudo adoleſcentulorum uerberibus ſeruabatur. Hi autem adoleſcētes βωμονῖκαι dicebantur,quod aris ſuperpoſiti contendebant,qui plura poſſent uerbera ſuſtinere. Ex ijs caſtigandus locus Placidi Grammatici. 8. Theb. Statij ſuper illud.

Taygeta,et pugnæ,laudataq; prælia matri. Quo loco paſsim legitur ſuo Minicæ,cū legendū ſit βωμονῖκαι, non ſuo Minicæ. Quamuis Diana multis locis coleretur,apud Perſas tamen mira obſeruatione coli conſueuit,cui à Barbaris ſunt inſtituta miſteria,quæ à Perſis fierent,Perſica dicebantur. Author Diod. Siculus libro ſexto. d *Pitane quam Archeſilaus Stoicus.*) Duas huius nominis urbes Geographi referunt. Hanc ipſam ſcilicet,& alteram Aeolidis regionis. Hunc Archeſilaum ex Pitane Aeolidis

eſſe

a lum. Nam Taygetá mons, & flumen Eurotas [a]
notiora ſunt, quàm ut ſtylo egeant. Inachus [b] A-
chaiæ amnis Argolicum ſecat tractum, quem rex Ina-
chus à ſe nominauit, qui exordium Argiuæ nobi-
b litati primus dedit. Epidauro [c] decus eſt Aeſcula-
pij ſacellum, cui incubantes ægritudinum remedia
capeſſunt de monitis ſomniorum. Pallanteum [d] Ar-
cadiæ oppidum, quod Palatio noſtro per Euan-
c drum Arcada appellationem dederit, ſat eſt admo-
nere. In qua, montes [e] Cyllene, & Lycæus, Me-
nalus etiam dijs alumnis inclaruerunt. Inter quos
nec Erymanthus in obſcuro eſt. Flumen Eryman-
d thus Erymantho monte demiſſus eſt. Et Ladon
ille, Herculis pugnæ hic planè claræ ſunt. Varro

eſſe aſſerunt. Non ex Pitane, quæ in hac Græciæ parte ſita eſt. Rurſus Archelaum fuiſſe Academicum non Stoicum dicunt, authores ſunt, Apollodorus in tertio Chronicorum. M. Cicero in Academicis Quæſtionib. Pom. Mela. Strab. lib. 13. Lactan. cap. 4. lib. tertij. Mirantur igitur unde Solinus in hac hiſtoria tam apertè, tamq́ turpiter cõniueat. Quid ſi hic, de quo Solinus ſcribit (fuerũt enim Archeſilai quatuor) alter ſit ab illo, de quo alij? Aſtipulatur huic, quod Academicus ille Pitaneus à Marco Cicerone, Mela Pom., Lactan. non Archeſilaus, ſed Archeſilas nominatur. Archeſilai philoſophi dictum in diuitem quendam nimis delicatum, refert ex Plutarcho A. Gel. cap. 6. tertij Noctium Atticarũ. Nihil intereſt (inquit) quibus mẽbris Cinædi ſitis poſterioribus an prioribus. Obijt autem, ut Hermippus ait, cum merum immodicè hauſiſſet, ac per id offendiſſet, ſeptuageſimo & quinto ætatis ſuæ anno. Floruit autem maximè circa centeſimam & uigeſimam Olympiadem. e *Antia.*) Legendum uidetur ex Stephano Antane, uel ut Carax nominat, Anthene, aut hoc loco Solinus, Antiam pro Anthea poſuit. Hermog. idipſum annotat quarto Plinij. Bellum inter Laconas, & Argiuos apud Thyre parũ antè ex Plutarcho retulimus. Eſt autem Thyre (ut Stephanus annotauit) pluralis numeri, neutro genere per Synereſim θυρέα καὶ θύρη. Refert Euſebius libro temporum circa annum octauum regni Romuli, Lacedæmones contra Meſſenios uicennale bellum habuiſſe, ſed de hoc apud eundem mentio nulla. a *Eurotas.*) Eurotas uetus Lacedæmonũ rex, cum per regionẽ ſtagnarẽt aquæ, eas factis foſsis, deduxit in mare. Hinc Eurotas fluius originem ſumpſit & nomen. Hic fluuius (ut Callimachus author eſt) ex Menalio monte fontem agit. Alphæo cõfunditur, rurſusq́ diſcedit. Ripæ eius Tauro monte obumbrantur. In flumine Olorũ copiã eſſe ſcribunt, quod Iupiter in Cygni forma cum Læda concubuit. Statius quarto Thebaidos:

Taygetiq́ Phalanx, & oloriferi Eurotæ.

Sic enim legendum, non Oliuiferi, Ob id Papinius Sylua ſecunda primi. Amyclæos olores dixit. b *Inachus.*) Eſt enim hic fluuius in Græcia maximus, cuius Io filia à Ioue cõpreſſa in uaccã mutata fingitur. Fabulam refert Ouid. 1. Metam. *Inachus unus abeſt.* c *Epidauro decus eſt Aeſculapij ſacellum.*) Epidaurus (ut lib. 8. refert Strabo) antea Epitaurus uocabatur. Fuit enim hæc inſignis ciuitas præſertim Aeſculapij claritate nobilitata. Quem uaria morborum genera curaſſe ſomniantibus ſimiles opinati ſunt homines. Erat uerò templum ægrotantium multitudine uſquequaque refertum. Pendentibusq́ tabellis, in quibus ſanati languores erant inſcripti, quemadmodũ in Coa fiebat inſula, pariter & Trica &c. Mos enim fuit ueteribus, ut ægroti in Aeſculapij tẽplo reſiderent, quoad ſanitatem recuperarent. Meminit Ariſtoph. in Pluto, & Plautus in Curculione.

Migrare certum eſt iam nunc è fano foras,
Quando Aeſculapij ita ſentio ſententiam
Vt qui me nihil faciat, nec ſaluum uelit, &c.

d *Palanteum.*) De hoc ſupra cap. 2. habitũ eſt. De ijs rurſus locis lege Plin. cap. 6. quarti, Strab. lib. 8. Plura Papinius 4. Thebaid. *Tu quoq; Parrhaſias.* &c. Homerus 2. Iliados. Item cæteri. e *Cyllene.*) Nomen habet (ut Stephanus ait) à Cyllene Naide Nympha. In hoc monte Maia Mercurium peperit. Verg. 8. Aeneidos.

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllene gelido conceptum in uertice fudit.

Vnde & ipſe Mercurius Cyllenius dictus eſt. Seruius 4. Aeneid. uult dictum Cyllenium ab auia. De Lycæo monte non indigna relatu refert Cœlius cap. 3. noni Antiquarũ lectionũ. f *Dijs alumnis.*) Intelligit Mercuriũ, Pana, ſiue Inuũ, uel ἐπιάλτην. ſiue Faunnm, aut fatuum, aut fatuellum. Sunt enim hæc omnia Panos nomina inquit 6. Aeneid. Seruius Honoratus ſuper illud: *Pometios, caſtrumq́ Inui.* In Lycæo etiam Iupiter Lycæus ſumma ueneratione colebatur. g *Herculis pugnæ hic clareſcunt.*) Qui geſta Herculis conſcripſerunt, enumerant inter eius certamina Erimanthæum aprum, auesq́ Stymphalides, lege Diod. Siculum libro quinto. Vnde à Papinio quarto Thebaid.

perhibet fontem [a] Arcadia eſſe, cuius interimat a
hauſtus. In hac terrarum parte de auibus hoc ſolum non indignum relatu comperimus, quod cum alijs locis merula fulua ſit, circa [b] Cyllenem candidiſsima eſt. Nec lapidem ſpreuerimus, quem Arcadia mittit. Asbeſto [c] nomen eſt, ferri colore. Hic b
accenſus ſemel extingui non poteſt. In Megarenſium ſinum Iſthmos exit [d] ludis quinquennalibus, & delubro Neptuni inclytus. Quos ludos ea pro- c
pter inſtitutos ferunt, quod ſinibus quinque Peloponneſi ora abluuntur. A ſeptentrione, Ionio, ab occidente Siculo, à brumali occidente Aegæo, à ſolſtitiali oriente Myrtoo, à Meridie Cretico. Hoc

a Theba id. dictũ eſt, cum de Arcadiæ locis ſcriberet. *Herculeo uulgatos robore montes,*
Monſtiferumque Erymantho, & Aerisonum Stymphalon. In cuius loci expoſitione Placidus Grammaticus. Virtute (inquit) Herculis cognitos Erymanthon, & Stymphalon, in altero aues, quæ Stymphalides appellantur, occidit. Erymanthon quidã uolũt (inquit) locũ eſſe, qui iuxta Parthenios agros eſt, ubi Hercul. de Apro, & de auibus triumphauit &c. Inter Vergiliana opuſcula enumeratur & illud cui titulus Monoſtica de Erumnis Herculis. Idipſum & inter Auſonij poëtæ ſcripta etiam reperitur, ſub hoc titulo. Auſonij de duodecim laboribus Herculis. Dubium ergo Vergilio, an Auſonio uerſus illos aſcribi oporteat. In eorũ uerſiculo ſeptimo legitur interdũ Argeis, aliqñ Augei, ſed legendum eſt, uel Augeis, uel Augeæ, Hiſtoriam abũdè explicat Diod. Siculus libro 5. in ſeptimo labore Herculis, & Seruius. 8. Aeneid. ſuper illud. *Lernæus turba capitum.* Vnde de re immenſi laboris prouerbio dici ſolitum. Augei ſtabuli labor. Meminit Lucianus in Pſeudomante. a *Fontem in Arcadia eſſe.*) Sumpſit hæc Solinus ex tertio Naturalium Quinti Annei Senecæ. Lege Pli. cap. 106. ſecũdi, & cap. 2. triceſimi primi Multa Vitruuius c. 3. octaui Architecturæ. Ariſtoteles in lib. de Admirandis in natura cap. 116. hunc, uel ſimilem fontem in Thracia eſſe dicit. Apud Cycropes Thraciæ (inquit) fons quidam eſſe traditur, cuius aqua primo quidẽ aſpectu perlucida eſt. Nec ſecus cuiquam uidetur inſpicienti. At ubi ex ea aliquid imbiberit animal, ferunt eam ſtatim infici, perturbarique etiam præter omnium opinionem, hæc ibi. In quo uidetur legendum non Cycropes, ſed Cycones uerius. Cauſa huius effectus poteſt aſsignari ex ijs, quæ cap. xi. ex Senecę ſententia dicta ſunt b *Circa Cyllenem cãdidiſsima eſt.*) Sumpſit hæc Solinus ex ca. 30. decimi C. Plinij. Aſcribam uerba Ariſtotelis ex nono de Animalium natura. Merularum (inquit) duo ſunt genera, alterum nigrum, & uulgare, alterum candidum, magnitudine quidem compari, & uoce ſimili, ſed circa Cyllenam Arcadiæ familiare, nec uſquam alibi naſcens &c. Rhennius.
Hic merulas perhibent albas mirabile dictu. Quid Albertus de hac re ſcribat, alibi retulimus improbando. c *Asbeſto eſt nomen.*) In commentariolo Dionyſij de ſitu orbis, hunc locum abundè à nobis expoſitum inuenies. In eo quoque & authores citauimus, & loca Rhennij in ueram redegimus lectionem. Nomen uerò lapidis ab effectu ſumptum, quod Græcis ἄσβεστος inextinguibilis dicitur. Eſt & linũ huius naturæ, quod nec igne quidem abſumi poteſt. Meminit eius Plinius. cap. 1. deciminoni Naturalis hiſtoriæ. d *Ludis quinquennalibus.*) Strabo lib. 8. A Cenchreis (inquit) Schœnus eſt, ad quem ipſius traiectus locus anguſtiſsimus eſt. Subinde ager Corinthius. Hunc anguſtiſsimum locum, Græci ἰσθμόν uocant, id eſt, inter duo maria anguſtam terram. In ijs anguſtijs, ut Pli. cap. 5. quarti. Strabo lib. 8. Pauſa. in Corinthiacis, item cæteri tradunt, Neptuni templum fuit, quem à loco ἴσθμιον uocabãt. Et ludos, quos quinto quoq; anno in eius honorem decertabant, ἴσθμια. Et quoniam dũ ij ludi celebrabantur ob ingentem hominũ conuentum, uarijs incolæ morbis infeſtabantur, factum eſt, ut ἰσθμιάζειν, inſalubriter uiuere ſignificetur. Suidas in collectaneis author eſt. ἴσθμια hæc à Theſeo inſtituta in eius uita Plutarc. & Pauſanias in Corinthiacis, referunt. Id autem feciſſe Theſeum aiunt, Herculis imitatione, quod ſicut ille Ioui Olympia, ita ipſe Iſthmia Neptuno inſtituerit. Sunt qui in Scyronis honorem Iſthmia inſtituta dicant à Theſeo ut ſe à Scyronis cæde, quẽ peremerat, expiaret. Alij hãc Iſthmiorum inſtitutionẽ ad Scynin potius referendam putant. Eodem loco & in Melicertæ memoriã, noctu quoq; certamen celebrari inſtitutũ eſt, quod in eum Melicerta puer fuerit à Delphine deuectus, cuius fuiſse in Iſthmo arã, Pauſanias author eſt. In his præterea locis fuiſse Teneati Apollinis remplum Strabo refert, quod & Pauſanias ſentire uidetur. Gnidios (inquit) Iſthmum intercidere aggreſsos, Apollinis oraculũ deterruit. Vſq; eo rebus diuinitus conſtitutis manum inijcere nõ licet. In huius Apollinis oraculi uolentes incidimus mentionem, quo Statij locum, à multis animaduerſum, à nullo tamen hactenus reſtitutum caſtigaremus. Is enim in Sylua tertia q̃rti Syluarum De Domitiani uita ſic inquit.

His paruus

His paruus niſi deuia uet ſſent, *Inous freta miſcuiſſet Iſthmos.* Lōcum ambiguum efficit uerbū deuiæ,Domitius ſyllaba licet repugnante,legendum cenſet Lechiæ.Hermolaus Cenchreæ. Aldus Manutius ex quadā Luciani hiſtoria.dū melius inueniatur,reponit,res nouæ.Ego aūt ex unius tātū literæ immutatione,legendū cēſeo pro Deuiæ,Deliæ,id eſt.Delij ſacerdotes,hoc eſt,Phœbades,à quibus oraculū redditū,ne in Iſthmū fodiēdū uſq; eo rebus diuinitus cōſtitutis,manum inijceret. Quod ſi cui uerbū Deliæ,nō arrideat, is hūc in modum carmen legat,

His paruus niſi Delius uetaſſet.

a ſpectaculum per [a] Cypſelum tyrannum intermiſ-
ſum Corinthij Olympiade quadrageſimanona ſo-
lennitati priſtinæ reddiderunt. Cæterum [b] Pelopon
neſon à Pelope regnatam [c] nomen indicio eſt. Ea
b ut Platani folium receſſibus, & prominentijs figura
ta, diuortium facit inter Ionium,& Aegæum mare,
quatuor nō amplius milib.diſpeſcēs utrūq; littus ex-
curſu tenui,quē Iſthmon dicunt,ob anguſtias.[d] Hic
c Hellas incipit,quā propriè ueram uolūt eſſe Greciā,
q̄ nūc Attica.Atte prius dicta.Ibi Athenę,cui [e] urbi

Cœlius Rhodiginus ueterem le lectionē defendit cap.51. undecimi Antiq.lectio. Quo etiā loco elegantis Adagij, Iſthmū fodis, rationem refert. a *Per Cypſelum tyrannum.*) Cypſeli tyranni inter alios Euſebius meminit cap.14. quinti præparationis. Hiſtoriam multis uerbis Herodotus refert in Terſichore. Hic in Corintho ſeptem tātum Olympiadibus tyrannidem exercuit. b *Cæterum Peloponneſon.*) De Peloponneſo hæc & plura Plinius cap.4.quarti naturalis hiſtoriæ.Pelopōneſus(inquit)Apie ante appellata,& Pelaſgia peninſula haud ulli terræ nobilitate poſtferenda,inter duo maria Aegeū,& Ionium Platani folio ſimilis propter anguloſos inceſſus. Circuitu quingentorū ſexagintatriū miliū paſſuum colligit,authore Iſidoro.Similia tradit Euſeb.in Temporibus.Habet aūt(ut cap.16.tertij Ptolemæus ait) à ſeptentrione Corinthiacum ſinum,Iſthmū.Deinde Creticū pelagus. Ab occaſu,atq; meridie Adriaticū pelagus. Ab ortu ſolis Creticū mare.Si picturis teneris,uide tab.decimā Europæ apud eūdē.Eſſe eam Platani folio ſimilē ſecundo libro etiam ſcribit Strabo,Siciliā triangulo.Hiſpaniā corio,Peloponneſum Platani folio aſſimilandas tradens. c *Nomen indicio eſt.*) Pelops,ut lib.5.Diod.ait,ſumpta uxore Hippodamia Oenomai regis filia,Piſę regnū tenuit.Qui rebus,ac prudentia inſignis cum plurimos in Pelopōneſum accolas deduxiſſe,eam patriā Peloponneſum ab ſe denominauit. Quaſi Pelopis inſulā dixeris. νῆσος em̄ Græcis inſula dicitur. Anaxagoras (ut libro ſecundo refert Laertius)dicebat ſolem cādens ferrū eſſe penitus ignitum,& Peloponneſo maiorē Eam hac tēpeſtate Moreā nominant,totam ferè Chriſtianorum incuria,in Turcarum poteſtatē redactam. e *Hinc Hellas.*) Ab Iſthmi anguſtijs Hellas incipit, à noſtris Græcia appellata.In ea prima Attica,antiquitus Atte uocata.Dicta aūt Hellas ab Helle rege. In ea genitus rex nomine Græcus,à quo Græcia.Helladis populos Homerus tribus nominibus appellauit,Myrmidonas,& Hellenas,& Achæos,author Plin.cap.7.lib.quarti. Idem Homerus in Catalogo. Hellada ſpecioſis fœminis eſſe dicit.Refert Strabo lib.8.quorundā fuiſſe opinionē Phthiam eandem, quā Helladem,ſiue Græciā,& Achaiam eſſe.De Helle rege cap 13. Solinus meminit. e *Athenæ.*) Athenarum urbem fuiſſe uetuſtiſsimā ex eo maximè conſtat, qd' à Cecrope primo Athenarum rege uſq; ad primū Olympiadem reges decē & ſeptē numerātur.Eos aūt annis fermè quadringentis octuaginta regnaſſe cōpertū eſt. Scribit Pauſanias in Attica Athenienſes,& Argiuos de uetuſtate inter Græcos contēdere,ſicut Phryges,& Aegyptios,inter barbaros.Tradit Iuſtinus nō aduenas,neq; paſſim collectam populi colluuiē,originē ei urbi dediſſe,ſed in eodē natos ſolo,quod incolunt,& quæ illis ſedes, eadē(inquit) origo eſt. Qui fabulas conſectātur,tradunt Athenas ἀπὸ τᾶς ἀθηνᾶς,id eſt,à Minerua dictas eſſe.Trogus Pomp.ſcribit ab Atthide Cranai regis filia nomen datū.Quantū poſteritas tota huic urbi debeat,ſciunt omnes,qui non ſunt omnino literarū expertes.Athenienſes em̄ primi lanificij,& olei & uini uſum docuerunt.Arare quoq;,& ſerere frumenta glande ueſcentibus, monſtrauerunt. Literas certè, ac facundia,& ciuilis ipſe ordo diſciplinæ ueluti templū,Athenas habent.Caius Plinius ca.7.li. quarti,quū de Athenis loqueretur, paucis eius uerbis gloriā cōplexus eſt.Libera eſt(inquit)hæc ciuitas,nec indigua ullius præconij.Amplius claritas ſuperfluit.M.Cic.pro Lucilio Flacco.Adſunt (inqt) Athenienſes,unde humanitas,doctrina,religio,fruges,iura,leges ortæ,atq; in omnes terras diſtributæ eſſe putantur.Athenarum laudes ſic ſexto de rerum natura libro Lucretius eleganter cecinit.

Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ,
Et recreauerunt uitam,legeſq; rogarunt
Et primæ dederunt ſolatia dulcia uitæ.

Sunt authores ex Græcis,q Athenas ἑλλάδος μουσεῖον.i.Græciæ Muſeū appellarint.Pindarus ἔρεισμα,hoc eſt,ſūmitatē quādam,& firmamētum.Thucyd. Athenas nuncupat ἑλλάδος ἑλλάδα,id eſt, Græcię Græciā.Pithius

πρυτάνειον, quaſi gubernaculum dixeris. a *Saxa Scyronia.*) Scyron Theſei conſobrinus, Canethi & Enl
oches filius in agro Megarenſium quem Scyronidas petras uocant, habitaſſe dicitur. Quo in loco il-
laciter agētes, ſpoliabat, eosq́ꝫ ex his petris in mare præcipitabat. Solitusq́ꝫ per cōtumeliā, hoſpitibus,
quos diu ieiunare coegiſſet, panē pedibus porrigere, quos tandem apprehenſos, præcipites in æquor
calcibus protrudebat, hunc quum Athenas proficiſceretur Theſeus interemit, quo perempto,

ſaxa [a] Scyronia propinqua ſunt porrecta ſex mi- a
libus paſſuum ob honorem ultoris Theſei, & me-
moriam nobilis pœnæ ſic nominata. Ex his ru-
pibus Ino [b] ſe cum Plæmone filio in profunda præ-
cipitem iaculata auxit [c] maris numina. Nec atti- b
cos [d] montes in partem tacebimus. Eſt Icarus, eſt
Brileſſus, eſt Lycabettus, & Aegialus. Sed Hyme-
to meritiſsimè tribuitur principatus, quod appri-
mè florulentus eximio mellis [e] ſapore, & exter- e
nos omnes, & ſuos uincit. Callirhoen [f] ſtupēt fon
tem, nec ideo Cruneſon fontē alterum nulli rei nume

Tutus ad Alcathoen, Lelegeia mœnia limes
Compoſito Syrene patet, ſparſisq́ꝫ latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſsibus unda
Quæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas
In ſcopulos, ſcopulis nomen Scyronis inhæret.

Saxa hæc, ob id Scyronis factū, infames petras ſcriptores uocitant. Hæc ex Plinio, Strabone, Pauſania, Plutar. Ouid. Statio, Diodoro, Lactantio, cæteris.

b *Ino ſe cum Palæmone.*) Leucothoe, quæ & Ino dicta eſt, Cadmi & Hermiones filia, Atha-
mantis uxor, & Liberi patris nutrix fuit. Huius marito Athamāti talem Iuno furorem immiſit, ut fili
os ſuos uellet occidere. Sic enim ſperabat Iuno & Bacchū ipſum periturū fore. Athamas igitur furens
Learcum filiū ſagittis extinxit. Cum aūt Melicertā alterū filiū ſuū, cum Ino uxore ſua perſequeretur,
& ſeſe illi in Ionium mare de Scyronibus petris præcipitaſſent, numinū miſeratione, in maris Deos
conuerſi narrantur. Melicerta in Portunū, qui Græci Palæmon dicitur. Ino aūt Matuta, quæ Græcè
Leucothea nūcupatur. Lactant. cap. 21. lib. 1. ſcribit cōſueuiſſe ueteres gētiles mortuis cōſecratis nomi-
na immutare. Credo (inqt) ne quis putet eos homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortē Quirinus
dictus eſt, & Læda Nemeſis, & Circe Marica, & Ino poſtq́ꝫ ſe præcipitauit Leucothea, materq́ꝫ Matu-
ta, & Melicerta filius eius Palæmō, atq́ꝫ Portunus. Cætera ex Placido primo, quarto, & Septimo The-
ba. Et Seruio quinti Aeneidos ſuper illud. *Et pater ipſe manu magna Portunus euntem,* Græci em̄ λιμὴν
portū dicunt. Fabulā refert Naſo. 4. Meta. uerbis pluribus, quo loco ſcopulū eum, ex quo ſe Ino cū Pa
læmone deiecit in mare, eleganter deſcribit. *Imminet æquoribus ſcopulus* &c. c *Auxit maris numina.*)
Quoniam, ut iamiam dictum eſt, Ino, & Palæmon in Maris deos uerſi ſunt. Sunt autem maris numi-
na, Aegæon, Doris, Glaucus, Neptunus, Nereus, Oceanus, Panopæa, Protheus, Thetis, Triton, & ij,
de quibus hic Palæmon, Inoq́ꝫ, Nereides, quarū nomina referunt Hom. 18. Iliad. & Heſiodus in Theo
gonia. d *Atticos montes.*) In Attica (inquit cap. 7. quarti Caius Pli.) montes ſunt Brileſsus, Aegilaus,
Icarius, Hymetus, Lycabettus. e *Mellis ſapore.*) Quibus locis mel optimum ꝓueniat, docet Plin. ca.
13. undecimi nat. hiſtoriæ. Tria ſunt loca, in quibus mel optimum prouenit. Attica, Sicilia, Callimne in
ſula. In Attica præcipuè Hymeto monte. In Sicilia apud Hyblā. Dubitat Pli. quid ſit liquor ille, unde
apes mel colligant. Siue ille (inquit) cœli ſudor, ſiue quædam ſyderū ſaliua, ſiue purgantis ſe aëris ſuc
cus, ſiue aqua eſt, & purus, ac liquidus, & ſuę naturæ qualis defluit primo, cap. 12. libri eius. Qui natu-
ram mellis perſecuti ſunt, tradunt idipſum plurimū uitæ hominū accommodatū. Eosq́ꝫ Macrobios
effici, qui mellis cibo ueſcantur aſsiduè. Democritus interrogatus, quanā ratione quis à morbis liber
fieret. Si melle (inquit) interna, extima uero oleo, irrigaueris. Is idē Democritus aſsiduè melle uſus, in
annum ſupra centeſimum uitam protulit, Pythagoræ præterea ſectatoribus, panis, & mel plerumq́ꝫ
cibus erat. f *Callirhoen.*) In Attica regione hos enumerat fontes Plinius, Cephiſiā, Larinen, Calli-
rhoen, Enneacrunon. Callirhoe fons nomē fuit capitibus, ex quo Zetus, & Calais oriuntur, ab quorū
numero ἐννεακρουνὸς dictus eſt. id eſt cuius ſint aquæductus, uel ſcaturigines nouē. Statius, 12. Theb. id ele
ganter exprimens cecinit. *Et quos Callirhoe nouies errantibus undis* *Implicat.*
Thucydides ſecundo hiſtoriarū libro, eundē fontē eſſe dicit Callirhoen, & Enneacrunon. Ex his Her-
molaus Plinij locum cap. 7. quarti primus reſtituit. Exiſtimat inſuper Solinū in hoc loco corruptè le-
gi Cruneſon, pro Enneacrunon, eumq́ꝫ fontem aliū à Callirhoen contra aliorū ſententiā poſuiſſe. Sed
quum, Pauſania authore, tota Athenarum urbe, putei ſcaturiant, fieri poteſt (quod & uetuſta Plinij
uerba de Callirhoe, & Enneacruno præſeferre uidentur) ut alter ab Enneacruno, uel Callirhoe fons
Cruneſus fuerit, Callirhoē, pulchrè fluētē interpretātur, κάλλος em̄ Grecè, pulchritudo latine, ῥέομαι fluo.

Ariopagus

a *Ariopagus*) Ariopagus (ut Pauſanias in Attica refert) inde nomen accepit, qđ ἄρης, id eſt, Mars primus cauſam cædis dixerit. b *Marathon.*) De Marathonio campo, & inter Græcos, & Perſas prælio cruentiſsimo in eo commiſſo, præter ea quæ ſcribunt Herod. in Erato. & ex Trogo. Iuſtinus lib. ſecūdo. Lege quæ ſcribit Plutar. cap. 1. Paraleliorū. Id aūt accidiſſe ducenteſimo ſexageſimo anno poſt Romam conditam, aut non amplius, author eſt Gellius cap. ultimo, decimi ſeptimi Noc. Atti.

a rant. Athenienſibus iudicij locus eſt [a] Ariopagus, Marathon [b] campus factus memorabilis opinione prælij cruentiſsimi. Multæ [c] quidem inſulæ obiacent Atticę continenti, ſed ſuburbanæ fermè
b ſunt. Salamis, Sunium, Cos [d] Ceos, quæ, ut Varro teſtis eſt, ſubtilioris ueſtis amicula, [e] arte lanificæ ſcientiæ prima in ornatum fœminarum dedit. Bœotia Thebis enitet. [f] Thebas condidit Amphiō, nō [g] qđ
c lyra ſaxa duxerit (neq; enim par eſt id ita geſtum uideri) ſed quod affatus ſuauitate homines rupiū incolas incultis morib. rudes ad obſequij ciuilis pellexerit

c *Multæ inſulæ.*) De his inſulis Plin. cap. 12. quarti. Mela lib. 2. Ptol. cap. 15. & 16. lib. tertij. Si picturis delecteris uide eius decimam Europæ tabulam. d *Ceos, quæ ut Varro teſtis eſt.*) Hanc inſulam latini Ceam nominant. Ex ea, ut lib. 4. refert Plin. profectā delectationi ueſtem, author eſt Varro. Idem Plin. cap. 22. undecimi naturalis hiſtorię libro. Bombices (inquit) telas araneorum modo texunt ad ueſtes, luxusq; fœminarum, quæ Bombicina appellatur. Prima eos retorqueri, rurſusque texere inuenit in Ceo mulier Pamphile Platis filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet fœminam ueſtis Bombicina. Ante Varronem, Plinium, & Solinū, ſcripſit hæc Ariſtot. cap. 19. quinti de Natura animalium libri, de Bombicibus loquēs. Ex hoc animalis genere (inquit) Bombicina illa mulieres nōnullæ retorquendo (utor enim interpretis Theodori uerbis) ut filū reducunt, deinde texūt. Prima texiſſe in Co inſula Pamphila Latoi filia dicitur. In nomine patris Pamphylæ Plinius, & Ariſtot. non cōueniunt, monēs ſuā Cynthiā Propertius ne nimis delicato cultu ſeſe excolat, inquit,

Quid iuuat ornato procedere uitta capillo?
Et tenues Coa ueſte mouere ſinus?

Et Ouid. ſecundo de arte amandi libro.

Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus,
Siue erit in Cois, Coa decere puta.

Coam ueſtem pro precioſa ueteres acceperunt. Raphēl Volateranus lib. Vrbanorū Cōmentariorū nono, apud Propertiū nō Coa, ſed Cea legendū cenſet. Quo loco de huius inſulæ nominibus, & qui ex ea inſignes uiri origenē duxerint, non pauca refert. Sūt Solini quædā exemplaria, in quibus Ceos ponitur ante Cos. Huius idcirco meminimus, ut intelligatur ad quam iſtarum Varronis uerba referenda ſint. e *Amicula*) Amictus, ornatusq;. f *Bœotia Thebis eminet.*) Plin. cap. 7. quarti. Nec cedentes (inquit) Athenis claritate, quæ cognominantur Bœotiæ Thebæ, duorum numinum Liberi, atq; Herculis (ut uolunt) patria. Et Muſis natale in nemore Helicone aſſignāt. Datur & his Thebis ſaltus Citheron, amnis Iſmenus. Præterea fontes in Bœotia, Oedipodia, Pſammate, Dirce, Epigranea, Arethuſa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie. Scribit Pauſanias in Corinthiacis, urbē hanc, nomen habuiſſe à Thebe puella Aſopi fluminis filia. Sæpe apud Papiniū hæc urbs ſingulariter declinatur, ut illud quinti Thebaidos.

Ille refert. Equidem non uos ad mœnia Thebes,

Eſt autem hæc urbs uetuſtiſſima, & antè κατακλυσμόν, id eſt diluuium, condita, quod Varro tertio de Agricultura lib. etiā annotauit. Cōdita autem fuit à Cadmo Antenoris filio, qui à patre pulſus, peracto exilio, Thebas condidit. Eas diu poſt Amphiō muris cinxit. Thebanis ob craſſum aērē, rude à ſcriptorib. tribuitur ingeniū. Lege Cic. libello ſuo de Fato. Hinc prouerbiū ortū habuit. Bæotū in aēra natus, epiſtola prima ſecūdi Horatij, & apud Tarræam Βοιώτιος νοῦς, Bæoticus animus, in hominē ſtolidū, & cui nihil hominis præter figurā inſit. g *Non quod lyra ſaxa.*) Scribit Lactantius ex 11. cap. & 19. primi Diui. inſtit. Poētarū mēdaciū, nō in facto eſſe, ſed nomine tantū. Poētæ em̄ rebus geſtis quendā colorē (inquit) addiderunt. Ad huius Solini loci expoſitionem adſcripſi ex Arte poētica Flacci Horatij uerſus.

Syluestres homines, ſacer, interpresq; deorum,
Cædibus, & uictu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lenire Tigres, rapidosq; leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis.
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo uellet.

Scribit Africanus (ut 10. præparat. refert Euſeb.) idcirco fictum eſſe Prometheū finxiſſe homines, atq; formaſſe, quoniā ſapiētia, eloquentiaq; ſua, à beſtiarū uita, in ciuilem transformauerit. Quāta ſit Muſicæ, & cātus uis, alibi abundè demōſtrauimus. Plura cōgeſſit Cælius li. 5. Ant. lec.

diſciplinam. Vrbs iſta nūminibus [a] apud ſe ortis a
gloriatur, ut perhibent, qui ſacris carminibus Her-
culem, & Liberum celebrant. Apud Thebas Heli-
con [b] lucus eſt, Citheron ſaltus, amnis Iſmenius,
fontes Arethuſa, Oedipodia, Pſammate, Dirce. b
Sed ante alios Aganippe, & Hippocrene. Quos
Cadmus [c] literarum repertor primus, quoniam e-
queſtri exploratione primus deprehendiſſet, dum
rimatur, quænam adiſſet loca, incenſa eſt licen- c
tia poëtarum, ut pariter utrunq; uulgarent, ſcilicet
quod eorum alter alitis equi [d] ungula ſolicitatus fo
ret, alter potus facundia animas irrigaret. Et quod
aperta foret alitis equi ungula, & quod poti inſpi- d
rationem facerent literariam. [e] Eubœa inſula laterū
obiectu efficit Aulidis portum, ſæculis traditum
Græcæ [f] coniurationis memoria. Bœotij [g] idem
ſunt, qui Leleges fuerūt, per quos defluens Cephiſus e
amnis ſe in maria condit. In hac continentia Opun-
tius ſinus, Lariſſa oppidū, [h] Delphi, [i] Rhamnus quoq;

a *Numinibus apud ſe ortis gloriatur.*) Intelligit (ut parum antè ex Plinio retulimus) Liberum patrē, & Herculem. Seneca Tragœdus in Hercule furēte. Feracem deorū terrā, Thebas uocat. Iuſtinus lib. 6. ſcribit Thebanos neq; ante Epaminundam ducem, ullū memorabile bellum geſſiſſe, nec poſtea uirtutibus, ſed cladibus inſignes fuiſſe, ut manifeſtū ſit (inquit) patriæ gloriā enatam, & extinctam cum eo fuiſſe. Quę mala ea urbs fuerit ab initio paſſa, eleganter canit Statius tertio Thebaidos inquiens. *Sæpè quidem infelix uarioq; exercita ludo*
Fatorum gens noſtra ruit &c.

b *Helicon &c.*) Hæc parùm ante ex Plinio relata ſunt omnia.

c *Cadmus primus repertor.*) De prima literarum inuentione, ſcripſi in Commentariolo Dionyſij de ſitu orbis, ſiue is à Priſciano, ſiue à Rhennio fuerit in latinum conuerſus, ſuper illud.
Et primi ſtellis numerus, &c.

d *Alitis equi ungula.*) Pegaſus equus alatus Neptuni, & Meduſæ Gorgonis filius, cum in montem Heliconem deuolaſſet, terram ungula, ex more percuſſit. Ex ea fons mox prodijt, qui ab equo Hippocrene dictus eſt. Apollini, & Muſis tādem ſacer. Ex eo fonte (ut poëtę fabulātur) ſi quis bibiſſet, optimus poëta efficiebatur. Fabulam recenſet Ouid. 5. Metam. libro. Quo loco de Aganippe fonte etiamnū ſcriptum reperies.

e *Eubœa inſula*) Hæc omnia ex cap. 7. quarti Plinij. De Eubœa inſula ca. 19. infra

f *Græcæ coniurationis memoria.*) Aulis ut (4. Aen. ſcribit Seruius) inſula eſt, uel portus, in qua coniurarunt Græci ſe non antè reuerſuros, quam Troia caperetur. Aulis, ut ſeptimo Theb. ſcribit Placidus ſuper illud. *Aulida qui Græamq; ſerunt*, Abalis dicta eſt. eo quod omnes illic Græciæ reges in excidium Troiæ coniuraturi conuenerant. Hinc Verg. 4. Aeneid.
Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Iuraui.
Lege eundem Seru. 2. Aeneid. ſuper illud.
Sanguine placaſtis uentos &c.
Ouid. 12. & 13. Meta. Statius primo Achilleidos ſic canit.
Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis
Rupibus expoſitis, longiq; crepidine dorſi
Euboicum ſcandens Aulis mare littora multum
Montiuagæ dilecta deæ, iuxtaq; Caphareus
Latratum pelago tollens caput.
Ab Homero ſecundo Iliad libro. ἑκατηβόλος nuncupatur, quaſi longe extenta. Eadem ratione Hecateia à Papirio dicta eſt. Hanc Græcorū in Troianos cōiurationē in Aulide multis carminibus deſcribit Hom. 2. Iliad. Et Strab. li. 9. Sūt qui nō ſæculis, ſed Siculis nullo ſenſu, legant.

g *Bœotij idem qui Leleges.*) Hæc omnia ex cap. 7. quarti Plinij ſumpta ſunt. Megarenſes aſſerunt duodecim poſt Cara Phoronei filium, ſæculis, Lelega ex Aegypto profectum regnū obtinuiſſe, eoq; regnante Lelegas uocitatos fuiſſe. Hæc & plura lege apud Pauſaniam in Attica.

h *Delphi.*) Scribit Lycophronis interpres, Neptunū in Delphina conuerſum, Melantho Deucalionis filiā compreſſiſſe, ex eaq; natū filiū, ob hoc Delphū nuncupaſſe. Ab eo & Delphis nomen fuiſſe impoſitum. Hanc Neptuni in Delphina conuerſionem tetigit Ouid. Transformationum libro ſexto.
Et te flaua comas frugum mitiſsima mater.
Senſit equum, te ſenſit equum crinita colubris
Mater equi uolucris, ſenſit Delphina Melantho.
Strabo lib. 9. aliter. Deinde (inquit) Delium Apollinis templum, quod à Delo profecti cōdiderunt. De Delphis urbe paſsim omnes, ſed de eius tēplo, ac inſigni oraculo, plura Iuſtinus libro uiceſimoquarto. Strabo libro nono. Lucanus li. quinto. Huius oraculi, & ſi fuerit initiū contemnendū, proceſſu tamen tēporis ad tantam famā euectum eſt, ut illuc ex orbe toto acceſſus fieret. Eam ipſam originē ex Diodo. Siculo lib. 16. & Plutarch. & ex eo libro, quē de Oraculorū defectu cōſcripſit, explicat Rhodiginus cap. 16. quinti Antiq. lec. libri.

i *Rhamnus quoq; in qua Amp.*) Pomponij Melæ lib. 2. uerba ſunt, Rhānus (inqt) parua, illuſtris tamen quod in ea fanum eſſe

Amphi-

a in qua Amphiarai fanum, & Phidiacæ ſignum Dianæ. Varro opinatur duo [a] in Bœotia eſſe flumina, natura licet ſepari, miraculo tamen non diſcrepante. Quorum alterum ſi ouillum pecus debibat, pullum fieri coloris, quem induerit. Alterius
b hauſtu quæcunque uellerum fuſca ſunt, in candidum uerti. Addit etiam uideri ibi puteum peſtilentem, cuius liquor mors eſt haurientibus. Perdi-
c ces ſanè cum ubiq; liberæ ſint, ut aues uniuerſæ, in Bœotia [c] non ſunt. Nec cùm uolãt, ſui ſunt iuris. Sed in ipſo aëre, quas tranſire non audeant, metas habent. Inde ultra notatos iam terminos nunquam
d exeunt, nec in Atticũ ſolum tranſmeãt. Hoc Bœotijs proprium. Nam quæ cõmunia ſunt omnibus generatim perſequemur. Concinnantur à perdicibus nidi munitione [d] ſolerti. Spineis enim fruticibus,
e ac ſurculis receptus ſuos ueſtiunt, ut animalia, quæ infeſtant, arceantur à ſpinis ſurculorum. Ouis ſtragulum puluis eſt, ad quæ clanculo reuertuntur, ne indicium loci conuerſatio frequens faciat.

Amphiarai, & Phidiaca Nemeſis. Strabo lib. 9. Rhamnus (inquit) Nemeſeos ſtatuã, quod Diod. opus pleriq; dicunt. Aliqui uerè Agoracriti Parij, quæ magnitudine, & pulchritudine pfecta magis ac magis, & cũ Phidiæ operibus æmulatione contendit. Tradit Plin. ca. 5. triceſimiſexti Alcamenẽ Atheniẽſem, & Agoracritum Pariũ, Phidiæ fuiſſe diſcipulos, eoſq; inter ſe certaſſe in Venere facienda. Viciſſe autem Alcamenen, nõ opere, ſed ciuitatis ſuffragijs contra peregrinũ ſuo fauentis. Hinc Agoracritũ ea lege ſignũ ſuũ uendidiſſe, ne Athenis eſſet, & appellaſſe Nemeſim. Id poſitũ eſt (inqt) Rhamnunte Pago Atticæ, qđ. M. Varro omnibus ſignis prætulit. Nõ conuenit igitur inter authores, à quo artifice ſit hoc Nemeſis ſignum factũ. A Strabone, & Plinio mentio nulla Phidiæ, Mela, Pauſanias, & in hoc loco Solinus, Phidiæ aſcribunt. Sed Solinus præter aliorum ſententiam, non Nemeſis, ſed (niſi in litera mendum ſit) Dianæ eſſe ſimulachrum dicit. Hinc Solinũ (ut ſolet plerunq;) hallucinatum dicunt. Quid ſi utriuſq; deæ ſignũ Rhamnunte fuerit, à Phidia unum, alterũ uerò à Diodoro, uel Agoracrito ſculptore cõfictum? Quid rurſus ſi eadem fuerit Nemeſis, & Diana? non enim perſpicuum omnino eſt, quænam fuerit hæc dea Nemeſis. Authore enim Auſonio.

Hæc dea nam Latiæ Nemeſis non cognita linguæ.

Quod & Plinius 11. & 28. uoluminibus antea retulit. Hanc Nemeſidos ambiguitatem cap. 41. ſexti Antiq. lec. doctè ſimul & eleganter Cœlius Rhodiginus cõplexus eſt. De Nemeſi multa Ammianus Marcellinus in fine uoluminis quartidecimi. De hac Nemeſi inter Græca Epigrãmata extat & hoc. Καὶ μιλίθον πέρσαι &c. Quod ſic eleganter Auſonius latinum fecit. *Me lapidem quondam Perſæ aduexere Trophæum,*

Vt fierem bello, nunc ego ſum Nemeſis,
At ſicut Græcis uictoribus aſto trophæis
Punio ſic Perſas uaniloquos Nemeſis.

a *Duo in Bœotia flumina.*) Habentur hæc abundè ex cap. 106. ſecundi, & cap. 2. triceſimiprimi. C. Plinij. Seneca tertio Naturalium q. Quibuſdam (inquit) fluminibus uis ineſt mira. Alia enim ſunt, quæ pota inficiunt greges ouium, intraq; certum tempus, quæ fuere nigræ albã ferũt lanã, q̃ albæ uenerant, nigræ abeũt. Hoc etiã in Bœotia amnes duo efficiũt, quorum alteri ab effectu Melas nomẽ eſt. Vterq; ex eodẽ lacu exeũt diuerſa facturi &c. Similia ſcribit Ariſtot. ca. 20. & 21. eius lib. qui de Admirãdis in natura inſcribitur. Strabo eos fluuios nominat Cereũ, & Neleũ lib. 10. Cereus (inqt) & Neleus, quorũ altero ſi quod pecus potauerit, albũ efficitur. Ab altero uerò uellus atrũ cõtrahit. At hoc idẽ & ad Crathin fluuiũ accidere fertur. μέλας Græcè Latinè niger dicitur. b *Perdices ſanè.*) Sunt authores, qui aſſerãt Perdicẽ à perdẽdo dictã eſſe, qđ nidũ ipſum ſuũ ſæpè oblitus perdat. Albertus 23. de Animalib. libro, ſic inqt. Eſt aũt dicta Perdix à ſono uocis, & perditione quã patitur. Sed melius ex Græco ſumptũ nomẽ, Græci eñ eã auẽ τὸν πέρδικα nominãt. Latini quoq; maſculino genere pferũt. Si à ſono nomẽ ſumendũ putes, Cacabidas, & Cacabos (Nam & hæc, alitis huius ſunt nomina) rectius nũcupabis. Hermolaus ex Theoph. annotat, nõ oẽs eũ ſonum reddere, ſed τιτυβίζειν aliquas. Perdicũ porrò multa genera, ſed præſtãtiſſimũ, cui roſtrũ purpureũ. Italici (inquit Athenæus) præparui ſunt, nec roſtrũ rubẽs habẽt. c *In Bœotia non ſunt.*) Plin. cap. 29. decimi naturalis hiſtoriæ. Perdices (inquit) non tranſuolant Bœotiæ fines in Attica. d *Munitione ſolerti.*) Idem Plinius cap. triceſimotertio eiuſdem libri. Perdices ſpinã, & frutice ſic muniũt receptaculũ, ut contra feras

Plerumq; fœminæ tranſuehunt partus, [a] ut mares fallant, qui eos impatientius affligunt, ſæpiſſimè adulantes. Dimicatur [b] circa connubium, uictosq; credunt fœminarum uice Venerem ſuſtinere. Ipſas [c] libido ſic agitat, ut ſi uentus à maſculis flauerit, fiant prægnantes odore. Tunc [d] ſi quis hominum ubi incubant, propinquabit, egreſſæ matres uenientibus ſeſe ſponte offerunt, & ſimulata debilitate uel pedum, uel alarum quaſi ſtatim capi poſſint greſſus fingunt tardiores. Hoc mendacio ſollicitant obuios, & eludunt, quoad profecti longius à nidis auocentur. Nec in pullis ſtudium ſegnius ad cauendum. Cum enim uiſos ſe perſentiſcunt, reſupinati glebulas pedibus tollunt, quarum obtectu tam callide proteguntur, ut lateant etiam deprehenſi.

abunde uallentur. Ouis ſtragulũ molle puluere cõtumulant. Nec in quo loco peperere incubãt. Neu'e cui frequentior cõuerſatio ſit ſuſpecta, transferunt alió. Illæ quidẽ & maritos ſuos fallunt, quoniã intemperantia libidinis frangunt earum oua, ne cubãdo detineantur. Ad idẽ Ariſtoteles de natura animalium lib. 9. Aues (inqt) grauiores nidos ſibi non faciunt, ut Coturnices, ut Perdices, & reliquæ generis eiuſdem Quibus etiam uolãdi facultas deeſt, ijs nidus non prodeſt, ſed facta aprico area (alibi em nuſquam pariunt) atq; materia, ut uepribus quibuſdam congeſtis, quo ad Accipitrũ, & Aquilarum iniuriã deuitare poſſint, oua edunt, & incubant &c. Capite autem octauo libri ſexti. Perdices (inquit) bina ouorum receptacula faciunt. In altero fœmina incubat, in altero mas, excluditq; ſua uterq;, & educat.

a *Partus.*) Oua, quoniam, ut inquit Plinius. Fœminæ maritos ſuos fallunt, quod ij intemperantia libidinis frangunt earũ oua. Solinus autem ait, mares fœminarum partus ſæpiſsimè affligere intemperantius adulantes, id eſt, earum oua ebibentes, depredantes, diripiẽtesq;. In qua ſignificatione Adulo utitur M. C. ſecundo Tuſcul. Q. lib. de Aquila Prometheum dilaniante ſic inquiens: Iouis ſatelles paſtu dilaniat fero, tum iecore opimo fracta, & ſatiata affatim clangorem fundit uaſtum, & ſublime adulans pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinẽ, id eſt, bibendo abſumit, ac deuorat. Si impatientius adulãtes, ad fœminas referas, ſenſus eſt, mares fœminis adulari, & blãdiri uoceq;, ac geſtu ab ijs fauorẽ captantes libidinis explẽdæ cauſa. Sunt codices in quibus ſcriptum eſt, non adulantes, ſed ambientes. A uerbo ambio, quod tum blandior, tum circumuenio ſignificat.

b *Dimicatur circa connubium.*) Plin. lib. & cap. eiuſdem. Tunc inter ſe (inquit) dimicant mares deſyderio fœminarũ. Victũ aiunt Venerẽ pati. Id quidẽ & Coturnices. Trogus (inquit) & Gallinaceos aliquando. Ariſtot. cap. 8. noni Naturæ animalium. Sed cum diffugerit fœmina (inquit) ut incumbet, mares tumultuant, clamitãt, pugnamq; inter ſe conſerunt, quos Cœlibes uocant. Qui aũt uictus in pugna fuerit, ſequitur uictoris Venerem patiens. Nec ab alio niſi à ſuo uictore ſubigitur. Sed ſi à comite principis, aut à quouis uulgari uincatur, clam à principe, ac furto ſubigitur. Verũ hoc non ita fieri ſemper, ſed certo tempore anni planũ eſt. Hoc idem à Coturnicibus quoq; agi animaduertimus. Gallinacei etiã idem interdum faciunt, &c. Addit idem cap. 8. ſexti, tantã eſſe Perdicis libidinẽ, ut pulli etiam ipſi ſubigãtur à mare ſtatim cũ procedũt. Quo cibo Perdices fiant pugnatiores, docet Plin. cap. 2. uiceſimi ſecundi lib.

c *Ipſa libido ſic agitata.*) Plin. ubi prius. Si contra mares (inquit) ſteterunt fœminæ, aura ab ijs flante, prægnantes fiunt. M. Varro cap. 11. tertij de Agricultura. Perdices (inquit) ut Archelaus ſcribit, uoce maris audita, concipiunt. Qui rectius de natura ſcribunt, idipſum negant, aſſerentes uentum plurimũ generationi cõferre, nõ tamen eſſe efficiens generationis principium.

d *Tunc ſi quis hominum.*) Plin. cap. 31. lib. 10. Si ad nidum (inquit) quis cœperit accedere, procurrit ad pedes eius fœta prægrauem, aut delumbem ſeſe ſimulans, ſubitoq; in procurſu, aut breui aliquo uolatu cadit fracta, aut ala, aut pedibus. Aut procurrit iterum iamiã prehenſurum effugiens, ſpe fruſtrans, donec in diuerſum abducat à nidis. Eadem iam pauore libera, ac materna uocante cura, in ſulco reſupina gleba ſe terra pedibus apprehenſa, operit. Ariſtot. cap. 8. noni naturæ animaliũ. Cum ad nidũ (inquit) quis uenando acceſſerit, prouoluit ſeſe Perdix ante pedes uenantis, quaſi iam poſsit capi, atq; ita allicit ad ſe capiendam hominẽ, eouſq; dum pulli effugiant. Tum ipſa aduolat, & reuocat prolẽ. Ob id in ſacris literis pro Diabolo Perdix ſolet accipi, ut illud Hieremiæ ca. 17. Clamauit Perdix, congregauit quæ nõ peperit. Id eleganter ſeptimo Epiſtolarum exponit Ambroſius ad Irenæum ſcribens. Ad hunc perdicis aſtum Adagia referenda uidentur. Περδίκειος κάρα, ϗ περδίκειος πούς. hoc eſt Perdiceum caput, Perdiceus pes, in plurimùm aſtutos, & fraudulentos homines. Refertur à Suida in Collecta-

Collectaneis. Porum Indorũ regem, qui ſexcentis regibus imperat, inter cætera munera per legatos Auguſto miſſa, Perdicem quoq; miſiſſe uulture maiorem, lib. 15. refert Strabo. Inter miracula, nec ab re quidem hoc quoq; enumerant, quod omnibus in Paphlagonia Perdicibus bina ſint corda, authores Theophraſtus, Pli. ca. 37. uoluminis undecimi. Aulus Gel. ca. 15. decimiſexti Noctium Atticarũ. Scribũt (ut Laertius refert) Ariſtippũ Philoſopũ, quem Diogenes regium appellabat canẽ, iuſsiſſe aliquãdo Perdicem quinquaginta dragmis emi. Tantum luxuriæ grauiter ferenti cuidam reſpondiſſe. Tu iſtam obulò non emeres. Et cum annuiſſet ille. Mihi uerò (inquit) quinquaginta dragmæ tãtũ ualent. Papinius Sylua quarta ſecundi Syluarum, enumerat Perdicem inter eas aues, quæ ſermonem humanum exprimunt, quod multis omnino uidetur abſurdum. Eum nodum explicuit primus Cœlius Rhodigius de bonis literis optimè meritus cap. 25. ſextidecimi eius operis, quod Antiquarum lectionum inſcripſit. Sunt qui in eo Papinij loco, non Perdicem, ſed Cornicem legendum putent.

De Theſſalia, & in ea oppidis. De Peneo flumine. De Tẽpe amœnitate. De Olympi montis mira altitudine. A quo ue Philippi regis erutus oculus. Cap. XIII.

a THeſſalia [a] eadem eſt, & Aemonia, quam Homerus ἄργος πελασγικὸν cognominat. Vbi genitus Hellen, à quo reges Hellenes nominati. Huius à tergo Pieria [b] ad Macedoniam protenditur, quæ [c] deuicta ſub Mace-

a THeſſalia eadem eſt. Theſſaliã uarijs nominibus nuncupatam fuiſſe tradunt ferè omnes, qui de ea aliquid memoriæ mandauerunt. A Pandora enim Deucalionis matre, Pandora dicta eſt. Rurſus ab eiuſdem Decalionis uxore Pyrrha, Pyrrhea. Ab Aemone rege Aemona. Ab Emathione, Emathia. Dictam etiamnum reperio Neſonidem à Neſone Theſſali filio. Homerus eam Argopelaſgicon appellat. Alij πελασγίαν Conueniunt penè omnes Theſſaliam dictam à Theſſalo, ſed quis nam is fuerit nõ ſatis compertum eſt. Strabo in nono ſcribit eam à Theſſalo Aemonis filio ſortitã nomẽ. Diod. Siculus lib. 5 à Theſſalo Iaſonis, & Medeæ filio. Vide ad hoc Stephanum in dictione αἱμωνία. Alij (ut etiam Strabo Scribit) Antiphum, & Philippũ pronepotes Theſſali Hercule geniti, ab Ephyra Theſprotidis uenientes, à Theſſalo eorum ꝓgenitore regionẽ eã Theſſaliã nominatam. Meminit horũ Homerus in Catalogo, licet eos Theſſali filios, & Herculis nepotes dicat. Non deſunt, qui dicãt hãc nomenclaturã inditã à Theſſalia Atraciæ Magicæ repertoris filia. Hinc Theſſalos magica plurimũ ualuiſſe. Hellas prę terra Theſſalia dicta eſt ab Hellene Deucalionis filio. Apollodorus ſcribit (ut Strabo refert) ſolos Theſſaliæ incolas, uocari Hellenes. id eſt, Græcos. Nã Myrmidones (inquit) Græciq;. i. Hellenes nuncupãtur. Theſſaliæ ſitum, paucis deſcribit Herodotus lib. 7. Natura (inquit) Theſſalia quondam lacus fuit, utpote couclusa undiq; præaltis montibus. Nam quod Theſſaliæ ad auroram ſpectat, id Pelion, & Oſſa iunctis inter ſe radicibus præcludũt. Quod ad uentũ Aquilonẽ, id Olympus. Quod ad Heſperũ, id Pindus. Quod ad meridiẽ, & uentũ Auſtrũ, id Othrys. Quod inter hos montes medium, id Theſſalia eſt, ita deuexa, ut cũ alij frequentes amnes in eam defluant, tũ ij quinq; præcipuè, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pamiſus. Qui è montibus Theſſaliam cingentibus in eã planiciem confluentes per unũ anfractũ, & eũ arctum, in mare euadunt, in unã aquã omnes redacti, qui ſimul ac confluentem fecerunt, Peneus retento ſuo nomine, cæteros innominatos reddit. Plura mox ſubiungit Herodotus, quibus euidenter oſtendit quondam Theſſaliã lacũ, et tandem à Neptuno, cultui aptã redditam. Loca ad id alia multa, in noſtris Collectaneis, conſignauimus. Theſſaliæ deſcriptionẽ lege apud Pliniũ cap. 8. quarti. Item apud Ptolemæũ cap. 13. lib. tertij. Plato Theſſalos inter Græcos tũ equitatu, tum diuitijs illuſtres ſcribit. Polybius inſuper Theſſalorũ equites, conſerto prælio inſuperabiles eſſe dicit. Ob Theſſalorum irritam, & incõſtantem fidem, prouerbio dici ueteribus cœptũ eſt. Theſſala fides, in fidefragos, & promiſſis re minime reſpondentes. b *Pieria.*) Pieria Theſſaliæ regiuncula, in qua & Pierius mons in Macedoniam (ut ait Plinius) protendens. in eo ex Ioue, & Mnemoſine, Muſæ natę, atq; educatæ ſunt. Non à filiabus Pierij, quas uicerunt ut quidam falſo exiſtimant. Sex. Põpeius. Pierides Muſæ (inquit) propter amænitatẽ, ac ſolitudinem Pierij montis dictæ uidentur quod eæ ſecretis locis propter ſtudia liberalia delectantur. Harũ nomina, numerus, parentes, officia tradũt. Cicero tertio de natura Deorũ, & Diod. Siculus lib. quinto. Sunt & loca alia, quæ Pieria dicta ſunt. Lege Hermo. cap. 12. quinti, & cap. 19. ſexti Caſtigationũ Plinianarũ. c *Quæ deuicta.*) Intelligit Theſſaliam, quam Philippus Macedonũ rex non prædę cupiditate, ſed quod exercitui ſuo robur Theſſalarũ equitum adiungere geſtiebat, nihil minus, quã bellum metuentem improuiſus expugnat, unumque

donum uenit iugum. Multa [a] ibi oppida. Flumina multa. De oppidis egregia ſunt Phthia, Lariſſa, Theſſalia, & Thebæ. De amnibus Peneus, qui propter Oſſam, Olympumque decurrens collibus dextra læuaque molliter curuis, nemoroſis conuallibus Theſſalica [c] facit Tempe, undiſque apertior Macedoniam, ac Magneſiam interluens, in Thermæum [d] ſinum conditur. Theſſaliæ ſunt Pharſalici campi, in quibus ciuilium [e] bellorum detonuerunt procellæ. Ac [f] ne in montes notos eamus, Pindum, [g] & Othryn agitent, qui Lapitarum [h] originem [i] proſequuntur. Oſſam, [K] quos [l] Centaurorũ fabulis immorari iuuat. Pelion autem [m] nuptiale

corpus equitum, pedeſtriumq; cõpiarum inuicti exercitus fecit. Author Iuſtinus lib. ſeptimo. a *Multa ibi oppida.*) Horum oppidorũ, fluminumq; magna ex parte enumerat Plin. cap. 8. lib. quarti. Strabo lib. nono. Lucanus lib. ſexto ibi. *Theſſaliam qua parte diem &c.* Ptole. cap. 13. libri tertij. b *Peneus.*) De Peneo flumine, aliqua in capitis huius principio, ex Herodoto recitata ſunt. Homerus autem ſecundo Iliad. in hanc ferè ſententiã de Peneo refert. Quiq; accolũnt (inquit) amœnũ Titareſiũ, qui in liquidum, ac ueluti argenteum Penei amnẽ influit. Illius tñ aquis nequaq̃ cõfunditur, ſed inſtar olei innatans excurrit. Manat eñ ab ipſa inferna Styge. Hanc Homeri ſententiã mutuatus Statius. 4. The. ſic cecinit.

Et Peneus nigro Styga mittere credita Diti.

Super quem locum Placidus. Conſtat (inquit) inter prudentes, Peneũ undas Stygias ſubmittere, & ſubminiſtrare. Hunc eundẽ Homeri locũ repetit Caius Plinius ubi ſuprà. Quamuis non Titareſius, ſed Orcon nominet. c *Theſſalica Tempe.*) Non ab re Theſſalica addit, quoniam & alia alibi Tempe ſunt, ut Theumeſia Tempe. In agro quoq; Eretrię urbs erat Tempe cognominata, & Apollini ſacra ubi Apollinem Admeti boues pauiſſe fabulantur. Hunc de Tempe locũ more ſuo ex cap. 8. quarti Plin. Solinus in ſuũ tranſtulit. Ante cunctos claritate (inquit) Peneus ortus iuxta Gõphos, interq; Oſſam, & Olympum nemoroſa conualle defluens quingentis ſtadijs dimidio eius ſpacio nauigabilis. In eo curſu Tempe uocantur quinq; miliũ paſſuũ longitudine, et ferme ſex latitudine ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextra, læuaq; leniter conuexis iugis. Intus ſua luce uiriditatem allabitur Peneus uiridis calculo. Amœnus circa ripas gramine. Canorus auiũ concentu. Accipit amnem Orcon, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantem, ut dictum eſt ab Homero, breui ſpacio portatũ abdicat Pœnales aquas, Ditiſq; genitas argenti ſui, miſceri recuſat. Eadẽ elegãter canit Oui. 1. Meta.

Eſt nemus Aemoniæ, prærupta quod undiq; claudit
Sylua, uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis uoluitur undis,
Deiectuq; graui, tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummiſq; aſpergine ſyluis
Influit, & ſonitu plus quam uicina fatigat.

d *In Thermeum ſinũ.*) Mela nõ Thermeum, ſed Mecyberneum à Mecyberna urbe, de qua Plin. cap. 10. quarti, hunc ſinum nominat. Cũ Solino cõueniũt Pli. Ptol. cæteri. e *Ciuilium bellorũ,*) Præliũ quod in Philippicis campis inter Cæſarẽ, & Pompeiũ geſtũ eſt, ob eius diritatem notius eſt, q̃ ut de eo aliquid in præſentia referatur. Authores belli huius aliàs citauimus apud Florum. f *Ac ne in montes.*) Dicit ſe non uelle ea recenſere, quæ in Theſſalia fabuloſè narrantur. g *Pindum, & Othryn.*) Pindus, & Othrys Theſſaliæ montes ad occaſum uergentes, Lapitharum quondã ſedes, inquit cap. 8 quarti Caius Plinius. h *Qui Lapitharum.*) Pirithous Lapitharum rex, quum uxorem duceret, uicinos populos, Cẽtauros quoq; ſibi cognatos, & Deos omnes, excepto Marte, ad conuiuium cõuocauit. Inde iratũ numen immiſit furorẽ, quo Centauri, & Lepithæ in bella uenerunt. Hæc ex Seruio ſeptimi Aene. Latè hoc bellum deſcribũt Diodo. lib. quinto, & Ouid. 12. Meta. Vnde ſit ſumpta fabula docet Palephatus in principio. i *Lapitharum originẽ.*) Ixion, Iunonis amore captus, eam de ſtupro compellare auſus eſt. Iuno Iouis iuſſu ex nube, per ſimilẽ ſibi effigiem cõfinxiſſe dicitur, eamq; Ixioni obiecit. Is Iunonẽ illã ratus, cũ ea concubuit, exq; ea nube Centauros ꝓcreauit. Vnde & Nubiginæ dicti ſunt. K *Oſſam.*) Subintelligendum, agitent. l *Centaurorum fabulis.*) Sunt uetuſta quædã exẽplaria, quæ nõ fabulis, ſed ſtabulis habeant, ut alluſio ſit ad Vergilianũ illud lib. 6. *Centauri in foribus ſtabulant.* Centauri autem dicti, ut docet Seruius, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους, hoc eſt à pungendis tauris. Ad quod fabellam aſcribit Seruius tertio Georgi. ſup illud. *Frena Peletronij.* Quo loco docet, unde de Centauris ſit ſumpta fabula. Lege Palephatũ, & Dio. Siculum lib. 5. m *Nuptiale conuiuium.*) Protheus uates quondã Thetidi prædixerat,

Concipe

Concipe, mater eris iuuenis qui fortibus armis *Acta patris uincet, maiorq; uocabitur illo.*

Eã ob rem Iupiter à Thetidis coniugio abſtinuit, eamq; nepoti Peleo matrimonio iunxit. Ad horum nuptias deos omnes conuocatos aiunt. Fabulam referunt Catullus in Epithalamio Pelei, & Thetidis Ouid. xi. Meta. Claud. in Nuptias Honorij, & Mariæ. *Surgeret in thalamum ducto cum Pelion arcu,*

Nec caperet tantos hoſpita terra Deos *Quum ſocer æquoreus, numeroſaq; turba ſororum*

Certarent epulis continuare dies &c.

a cõuiuium Thetidis, atque Pelei in tantum notitiæ
obtulit, ut taceri de eo magis mirum ſit. Nam [a] Olym
pum ab [b] Homero non per audaciam celebratum
docent quæ in eo uiſitantur. Primi excellenti uerti-
b ce tantus attollitur, ut ſumma eius cœlum accolæ
uocent. Ara eſt in cacumine Ioui dicata, cuius altari-
bus ſiqua de extis inferuntur, nec difflantur uen-
toſis ſpiritibus, nec pluuijs diluuntur, ſed uoluente
c altero anno cuiuſmodi relicta fuerint, eiuſmodi re-
periuntur. Et omnibus tempeſtatibus à corrupte
lis aurarum uindicatur quicquid ibi ſemel eſt deo
conſecratum. Literæ in cinere ſcriptæ, uſque ad
d alteram anni Cærimoniam permanent. In [c] re-
gione Magneſia Methone [d] oppidum eſt, quod
cum obſideret Philippus Alexandri Macedo-
nis Magni pater, damnatus [e] eſt oculo iactu ſa-
e gittæ, quam iecerat Aſter oppidanus inſcriptam
ſuo nomine, loco uulneris nomine, quem pete-
bat, Populum [f] iſtum callere arte ſagittaria cre-

a *Nam Olympum.*) Hanc Olympi miram altitudinem deſcribũt Auguſtinus cap. 15. primi de Geneſi contra Manichæos, & cap. 27. quindecimi Ciuitatis, quo loco oſtendit illuc quoque diluuij uniuerſalis aſcendiſſe aquas. Claud. in Conſolatu Manlij Theodoſi.

Vt altus Olympi
Vertex qui ſpacio uẽtos, imbreſque relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum,
Celſior exurgit pluuijs, auditq; ruentes
Sub pedibus nymbos & rauca tonitrua calcat.

De Olympi altitudine Lucanus in ſecundo. *Nubes excedit Olympus.* Et lib. 7.

Vnde procul nubes, quo nulla tonitrua durant.

Et lib. ſexto de Magicæ artis portentis loquens, ait nubes ſupra Olympi mõtis cacumina tranſcendiſſe. *Nubes* (inquit) *ſuſpexit Olympus.* Hinc factum eſt, ut cum de re quapiam uel impoſsibili, uel facto difficillima, loqui libuit, prouerbiali ſchemate dici conſueuerit. *Nubes ſuſpexit Olympus* Sunt & ſexcenta alia huius genus Adagia. Plutarchus in Paulo Aemilio ſcribit Olympi montis altitudinẽ ſupra decem ſtadia attolli, idq; ſignari Epigrãmate in hunc modum. Olympi uertex, ex qua parte eſt Apollinis Pythij templum, altitudinem habet ad ſubiectum ex amuſsim menſuram decẽ integra ſtadia & unum Plethio minus quadrupedali, Xenagoras Eumeli Celeuti filius menſuram poſuit. Tu uale Apollo, & da nobis bona. Atqui dicunt Geometræ neq; altitudinem montis, neq; profunditatem maris ultra decem ſtadia protendi. Xenagoras autẽ non temere, ſed certa ratione, & organis uidetur menſurã poſuiſſe. Dicitur autem Olympus, authore ſeruio. 4. Aene. quaſi ὁλολάμπος. id eſt, totus ſplendens. Sunt autem huius nominis montes plures, ut ex Plinio, & cæteris alibi annotauimus. b *Ab Homero celebratum.*) Propter Olympi montis altitudinem, ac pluriũ peculiariũ excellentiam, canit Homerus. xi. Iliados libro, Deos ſingulos in eo monte domos habere mirificas. c *In regione Magneſia.*) De Magneſia lege Plin. cap. 9. quarti. Dicta autẽ Magneſia, ut ait Sephanus ἀπὸ μάγνητος, Magnetas uarijs infortunijs affectos ſæpius, ex Archilochi dicto ſatis conſtat. Κλαίω (inquit) θαλασσῶν, οὐ τὰ μαγνήτων κακὰ, hoc eſt, Fleo Marium, non Magnetum mala. d *Methona.*) Magneſiæ oppidum de quo Pli. cæteri. e *Damnatus eſt oculo.*) Hiſtoriam ſcribit Iuſti. in fine ſeptimi. Quum Philippus (inquit) Methonam urbem oppugnaret in prætereuntẽ de muris ſagitta iacta, dextrũ oculũ regis effodit, Quo uulnere nec ſegnior in bellum, nec iracundior aduerſus factus eſt. Adeo ut interiectis diebus pacem deprecantibus dederit. Nec moderatus tantũ. uerũ etiã mitis aduerſus uictos fuerit. Diod. Siculus lib. 16 ait Philippum urbẽ Methonẽ diruiſſe, agros deorũ inter Macedonas diuiſiſſe, nec incolis præter ueſtimẽtũ unicũ ſecũ exportare pmiſiſſe. Hãc hiſtoriã elegãter in Paralelijs explicat Plutar. cuius uerba ſubſcripſimus. Philippus (inquit) quũ Methonẽ, & Olynthum diripere cuperet, ſummis uiribus Sandanum fluuiũ traijcere conabatur. Qua in re Aſter Olynthius telum Philippo immiſit in oculum ijs uerbis inſcriptum. Aſter Philippo mortiferũ mittit telum, Philippus amiſſo oculo ſaluus

dere poſſumus, uel de [a] Philoctete, quoniam Meli- a
bœa in hoc pede computatur. Sed ne tranſeamus
præſidium poëtarum, fons [b] Libethrus, & ipſe Ma-
gneſiæ eſt.

De Macedonia, eiusque regum ſucceſsione, & Pæantide lapide Cap. XIIII.

QVi [c] Edonij [d] olim populi, quæque My b
gdonia [e] erat terra, aut [f] Pierium ſolum,
uel Emathium, nunc omne uniformi
uocabulo Macedonica res eſt, & partitiones, quæ
ſpecialiter ante ſeiungebantur Macedonum nomini c
contributæ, factæ ſunt corpus unum. Igitur Mace-
doniam [g] præcingit Thracius limes. Meridiana
Theſſaliæ, Epirotæ tenent. A ueſperali plaga Dar-
dani [h] ſunt, & Illyrij. Qua ſeptentrione tunditur, d
Pœonia, ac Pelagonia protegitur. A Triballis,
montanis exceſsibus Aquilonio frigori obiecta.
Inter ipſam, & Traciam Strymon amnis fa-

ad ſuos rediens enatat. Citat Plutarchus authorẽ Caliſthenẽ tertio rerum Macedonicarum lib. Plin.
cap. 37. ſeptimi naturalis hiſtoriæ ſcribit, magna Critobulo fama tributa extracta Philippi regis ocu
lo ſagitta, & citra deformitatem oris, curata orbitate luminis. f *Populum iſtum.*) Magneſiũ nõ Me-
thonenſem. a *De Philoctete.*) Philoctetes Melibœnſis Herculis comes, quoniã iuſſu Herculis ro
gum incendit, ſagittarũ eius Hæres relictus eſt. Luca. in ſexto. *Precioq; nefandæ*
Lãpados, Herculeis fortis Meli-
bœa ſagittis. Hũc Phi
locteten Homerus in Catalogo
ſagittarũ peritiſsimũ nominat.
Extat de hac ipſa re Tragædia
apud Senecam, quæ Hercules
Oetheus inſcribitur. b *Fõs*
Libethrus.) Libethrus Magne-
ſiæ fons Muſis ſacer. Hinc à po-
ëtis Libethrides Muſę nũcupan
tur. Lege Seruium in Commen
tarijs ſeptimæ Aeclogę Vergilij
Meminit Plinius cap. 9. quarti.
Strabo autem nono Geogra-
phiæ libro, Libethrum dicit eſſe
Nympharum antrum, & ſpelun
cam quãdam. Inter Tarreæ Ada
gia, & hoc aſſcriptum eſt. Ἀμουσότερος λειβηθρίων. Infacundior Li-
bethrijs, in homines à bonis ſtu
dijs penitus alienos. Vel quod
placet magis, in eos, qui præſen
tium bonorum copia frui neſci-
ant. Veluti ſi quiſpiam, optimis
præceptoribus abundet, nihi-
lo tamẽ in bonis diſciplinis pro
ficiat. c

QVi Edonij.) Deſcribit Ma
cedoniã, quod in ea plu-
ra memoratu digna re-
periãtur. Hæc poſtea (ut ait Pli.)
centum quinquaginta populorũ, duobus inclyta regibus, quondã terrarũ imperio Emathia ante di-
cta. In ea authore Mela eæ ſunt regiones, prima Theſſalia, deinde Magneſia, Phthiotis, Doris, Locris,
Phocis, Bœotis, Attis, Megaris, ſed omniũ Attis clariſsima. d *Edonij*) Edon Thraciæ mons, à quo
Edonij populi dicti ſunt. Meminit Plin. cap. xi. lib. quarti, e *Mygdonia.*) Alia Mygdonia in finibus
Aſiæ, de qua cap. 54. infra Solinus ſcribit. f *Pierium ſolũ.*) Præter Piereã regionẽ, de qua nunc Solinus
intelligit, reperitur tũ mons, tum ciuitas nomenclaturæ eiuſdem. g *Macedoniã præcingit.*) Macedo
nia, ut ait cap. 13. tertij Ptolemæus, Limites habet à ſeptentrione latera expoſita Dalmatiæ, Mæſiæ ſu-
perioris, & Thraciæ. Ab occaſu Ioniũ pelagus, quod à Dyrrachio uſq; ad Celydnũ pertinet fluuiũ, Pli.
cap. 10. quarti, eadẽ fere refert de Macedoniæ ciuitatibus, quæ à Solino ſcribuntur. h *Dardani, Illyrij.*)
De Dardanis & Illyrijs populis, præter ea quæ ſcribit Plinius, lege Strabonem lib. 7. Appianus in Il-
lyrio ſcribit Illyrios ab Illyrio Polyphemo ortũ, & cognomẽ habuiſſe. Huius Illyrij filius Dardanus,
nomen quoq;, & originem eodem authore Dardanis tribuit. Stephanus autem ait Illyrios dictos ἀπὸ
ἰλλυρίου τοῦ κάδμονος παιδός. i. ab Illyrio Cadmi filio. Idẽ cũ Stephano ſcribit Euſtathius addens Illyriũ fu
iſſe Hermionis mulieris filium. i *Strymon amnis.*) Ex Plin. cap. 10 lib. quarti Exoritur aũt (ut Ptole.
ait) in montibus Thraciam, & Macedoniam diuidentibus. Plin. & Solinus aſſerunt dilabi ex uertice
Hæmi montis. Circum hunc amnem Mars obequitare ſolitus (ut in Syluis canit Papinius) In hoc am
ne propter loci amœnitatẽ, & piſciũ abundantiã, æſtiuis menſibus (nã hyeme appropinquãte Nilũ pe
tunt) ingens eſt gruum copia, Hinc à Vergilio. 10. Aene. dictum eſt. *Sub nubibus atris Strymoniæ*
dant ſigna grues. Et à Lucano quinto Pharſaliæ.
Strymona ſic gelidum bruma pellente relinquunt.
Poturæ te Nile grues. Claudianus de bello Gildonis
Pendula ceu paruis moturæ bella colonis

Inge n ti

Ingenti clamore grues, æſtiuâ relinquunt
Thracia, quum tepido permutant Strymona Nilo,
Ordinibus uarijs per nubila texitur alis
Litera, pennarumque notis inſcribitur aër.

De Gruibus plura capite ſequenti. Fuit aũt hic fluuius Rhodopes pater, ut Theocriti interpres refert, à qua, & monti inditum fuiſſe nomen ait. Ouid. 6. Meta. refert fabulã Rhodopes, & Hæmi. Hi em̃ dũ ſibi diuinitatẽ aſcribũt, ira numinũ in mõtes ſui nominis ſunt conuerſi.

a cit terminum, qui ab Hæmi iugis irrigat. Verum,
ut ſileam, aut Rhodopen Mygdonium montem, aut
Athon [a] claſsibus Perſicis nauigatum, continen-
tique abſciſſum mille quingentorum paſſuum lon-
b gitudine. Simul de auri uenis,[b] & argenti, quæ op
timæ in agris Macedonum, & plurimæ eruuntur
Oreſtiden [c] dicam. Populi ſunt, qui, ut Oreſtidæ
dicerentur, inde cœptum. Mycenis profugus [d] ma-
c tricida, cum abſceſſus longius deſtinaſſet, natum
ſibi [e] in Emathia paruulum de Hermione, quam in
omnes caſus ſociam aſciuerat, hic mandauerat oc-
culendum. Adoleuit puer in ſpiritu regij ſanguinis
d nomen patris ſui referens, occupatoque quicquid
eſſet, quod procedit in Macedonicum ſinum, &
Adriaticum ſalum, terram, cui imperitauerat O-
reſtiden dixit. Admonet [f] Phlegra, ubi antequam
oppidum fieret, rumor eſt militia [g] mundi dimica-

Threiciam Rhodopen habet angulus unus, & Hæmum
Nunc gelidos montes mortalia corpora quondam,
Numina ſummorũ, ſibi qui tribuere Deorum.

Alij nomen datum referunt à Rhodope regina ibi ſepulta. a *Athõ*) Scribit Theocriti interpres ex Neptuno, & Rhodope. Athõ gigantem fuiſſe genitum, à quo ſit monti huic nomen inditum. De hoc monte Plin. cap. 10. libri quarti. Fretum (inquit) quo mõtem Athon, quem Xerxes rex Perſarum continenti abſcidit in lõgitudine paſſuum mille quingentorum: Mons ipſe à planicie excurrit in mare ſeptuaginta quinque milia paſſuum. Ambitus radicis centum quinquaginta milia colligit. De eo infra Solinus cap. 21. Fuiſſe eum claſsibus Perſicis nauigatum &c. ſcribunt Herod. lib. 7. M. C. ſecundo de finibus bonorum, & malorum. Mela lib. ſecundo. Verg. de Culice. Iuue. Saty. 10. b *Auri uenis.*) Adſcribã uerba Ariſtotelis cap. 39. Admirandorũ in natura. Extant (inquit) in Philippicis Macedoniæ cãpis Aurifodinæ q̄plures, ex quibus ſcrobes erutas auri, augeri paulatim inquiunt, ac denuo aurũ parere, idq; eſſe manifeſtiſsimũ traditur. Meminit de ijs aurifodinis lib. 6. Diod. Siculus. c *Oreſtidem dicam.*) Hanc hiſtoriam lib. 7. Strabo ijs uerbis refert. Memoriæ traditum eſt, Oreſtidem oram ab Oreſte quandoq; occupatam fuiſſe, quum cæſa matre exul profugeret, & ſui regioni nomen reliquiſſet. Quumq; oppidum cõdidiſſet, Argos Oreſticũ de ſuo uocaſſe nomine. d *Matricida.*) Oreſtes. Sciunt omnes Oreſtem, in ultionem patris Agamẽnonis, Clytemneſtrã matrẽ peremiſſe. De qua re extant Tragœdiæ apud Sophoclem, & Euripidem, quarũ nomina Electra, & Oreſtes. Lege quæ ſcribit Seruius ſecundo Aene. ſuper illud. *Sanguine placaſtis uentos.* e *Natum ſibi paruulum de Hermione.*) Menelaus ex Helena Hermionẽ filiã genuit. Hanc cũ adoleuiſſet, Tyndarus maternus auus, Oreſti Agamennonis, & Clytẽneſtræ filio abſente Menelao, uxorem deſpondit. Eandẽ inſcius factorũ pater in caſtris agens, Pyrrho Achillis filio, in matrimoniũ collocat. Cumq; Spartã redijſſet, Hermionẽ filiã, Pyrrho tradidit. Is eam in patriã ducit, Nec diu poſt, quũ Delphos, quod patris cædem uindicaſſet gratificaturus perrexiſſet, Oreſtis inſidijs perẽptus eſt, Hermionenq; ſponſam mox ad ſe recipiens, ex ea tres filios procreauit, Theſſamẽ, Corinthũ, ac iuniorem Oreſtẽ, à quo, quã incoluit terra cognominata eſt. f *Admonet Phlegra.*) De Gigantũ origine diuerſæ ſunt ueterũ opiniones. Quidã em̃ illos Titani & Terræ filios fuiſſe ſcribũt. Alij ex Titanorũ ſanguine à Ioue perẽptorũ, & Terra genitos fuiſſe affirmant. Ioſephus cap. 5. primi Antiquitatũ, Dæmonũ cũ mulieribus concubitu procreatos fuiſſe docet, quod & Geneſis. 6, ca. Scriptura comprobat. Hanc uerã ſentẽtiã multis pſequitur Aug. cap. 23. quindecimi Ciuitatis dei. Adſcribã Beroſi uetuſtiſſimi hiſtorici ex lib. 1. uerba, quibus rẽ ipſam totã intelligamus. Scribũt (inquit) illis temporibus circa Lybanũ fuiſſe Enos urbẽ maximã Gigantum, qui uniuerſo orbi dominabãtur, ab occaſu ſolis, ad ortũ. Hi uaſtitate corporis, ac robore confiſi, inuentis armis, omnes opprimebãt, libidiniq; inſeruientes, papiliones, & inſtrumẽta Muſica, & omnes delicias inuenerũt, mãducabãt homines, procurabãt aborſus, in ædiliũq; præparabãt. Cõmiſcebãtur matribus, filiabus, ſororibus, maſculis, & brutis. Et nihil erat ſceleris, quod nõ admitterẽt, cõtẽptores religionis, atq; Deorũ &c. g *Militia mũdi.*) Legitur mili

tiam

tiam mundi dimicatam cum Gigantibus,ſed uetera exemplaria,primam lectionē retinent, a *Dimicatum cum Gigantibus.*) Pallene regiuncula in littore Macedoniæ,uel ut alÿs placet,inſula in Aegeo mari,in qua anteq; Phlægra urbs eſſet cōdita,inter Gigantes,& ſuperos de orbis impio acerrimè pugnatum eſt Hi enim,ut primo Georgicorum canit Maro,

Conati ter ſunt imponere Pelio Oſſan. *Scilicet atq; oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.*
Ter pater extructos diſiecit fulmine.montes.

tum [a] cum Gigantibus, ut penitus perſequamur a
quantis probationibus ibidem imperÿ indicia diui=
tiæ expeditionis in hoc ſæculo perſeuerarint. Il=
lic ſi quando,ut accidit, nymbis torrentes excitan=
tur, & aucta aquarum pondera ruptis obicibus ua b
lentius ſe in campos ruunt, eluuione oſſa etiam
nunc feruntur detegi,quæ [b] ad inſtar corporis ſunt
humani, ſed modo grandiori, quæ ob enormem
magnitudinem monſtroſi exercitus iactitant exti= c
tiſſe, idque adiuuatur argumento ſaxorum imma=
nium, quibus oppugnatum cœlum crediderūt. Per=
gam ad reſidua, quæ in Theſſaliam, & Aemoniam
porriguūtur. Sunt enim [c] arrectiora,quàm uſquam d
proceritas montana attolli ualeat. Nec eſt in terris om
nibus, quod meritò ad iſtas eminentias comparetur
Quippe quas ſolas diluuialis [d] irruptio cum uniuer=
ſa obduceret humido ſitu inacceſſas reliquit. Du= e
rant ueſtigia non languidæ fideri, quibus apparet
hos locos ſuperſtites undoſæ tempeſtati fuiſſe.
Nam in latebroſis rupium cauaminibus, quę flu=

Igitur uicti à ſuperis Gigantes ob eam temeritatem uarÿs pœnarum generibus affecti ſunt. Quidā ad inferos detruſi,alÿ in ſcopulos,& mōtes uerſi, in uaſtos trūcos plurimi. Sicula preſſus tellure Typhoeus. Theagenes,& Eudoxus ad hiſtoricam fidem pugnam hanc ipſam conātur reducere. Pallenen(inquiūt) q̄ ueteri nomine Phlægra uocabatur,homines tenuerunt, quibus immanitas,& ſuperbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule fulmina de cœlo miſſa ſunt,donec ÿ fugere coacti ſunt, ſicque ingenti uictoria ſuperati Ex hac re rumor in uulgus ortus,ut Gigātes mouerint bellū dÿs. Aſtipulantur Macrobÿ ex primo Saturnaliū uerba. Gigantes(inquit)quid aliud fuiſſe credendū eſt,q̄ hominū quandā impiam gentem, deos negantes? & ideo exiſtimatam deos pellere de cœleſti ſede uoluiſſe &c. Similia ſcribit Cicero in Catone maiore. Hinc ab Ouidio 1. Trāsformationum libro.

Illa propago
Contemptrix superûm,ſæueq; audiſsima cædis,
Et uiolenta fuit,

Recenſet Philoſtratus lib.5. Apollonÿ Tyanęi uerba. Ego(inquit)Gigantes fuiſſe dico,multiſq; locis diruptis tumulis eiuſmodi corpora oſtendi. Non tamen (ut fertur) cum dÿs pugnaſſe credo,ſed forſan deorum ædes,ac templa uiolaſse. Quod autem cœlum aggreſsi fuerint, nec illic deos conſiſtere permiſerint dicere,inſania quædam eſt,inſanius etiam credere. Hac Gigantū fabula(authore tertio Carminū Porphyrione)oſtenditur, uires ſine prudentia non tantū uanas eſſe, uerū etiam ſibi aduerſarias. Hinc ſumptum Adagiū q̄ uerißimū θεομαχεῖν,cū deo pugnare. De eo, qui ſtultè deo repugnare ac contraire audeat b *Ad inſtar corporis.*) Seruius in principio ſecundi,& in fine duodecimi Aenei. tradit inſtar per ſe plenum eſſe, nec præpoſitionem recipere, licet Serenus Lyricus ad inſtar dixerit,quod in idoneis(inquit)non reperitur authoribus. Diuus Hieronymus frequenter eam dictionē cū prępoſitione uſurpat,ad inſtar puncti,& ad inſtar montis dicens. Probus Grammaticus inflexit inſtar inſtaris,ſicut nectar nectaris,quod & Seruius etiam annotauit. c *Sunt erectiora.*) Plin. cap.8. quarti, dicit in Theſſalia eſſe quatuor atque triginta montes, quorum quoſdam altiſsimos eſſe cōſtat. Hos ipſos montes ob eorū altitudinē Gigantes quū cœlum oppugnare decreuiſſent, inuicem compoſuiſse fabulātur. Martianus lib. 6. de Macedonia loquens. Hæc ſola(inquit)diluuio mundi aſſeritur non operta, quod utiq; præſtitit montiū celſitudo. d *Diluuialis irruptio.*)Xenophon.in libello ſuo de Aequiuocis,plura fuiſſe diluuia tradit. Inundationes(inquit)plures fuere. Prima nouimeſtris inundatio terrarum ſub priſco Ogyge. Secūda Niliaca menſtrua ſub Aegyptÿs,Hercule, ac Prometheo. Bimeſtris autem ſub Ogyge Attico in Achaia. Trimeſtris Theſſalica ſub Deucalione. Par Pharonica ſub Protheo Aegyptio in Raptu Helenæ. Ab inundatione terrarum ad ortū Deucalionis ſecūdo anno Spheri,ſeptingenti ſupputātur anni &c, Fuerūt certarū regionū diluuia, nō orbis totius.

Fuiſ

Fuit & ante hæc aliud uniuerſale Diluuiũ, quo, demptis paucis, genus omne hominũ deletũ creditur. Ioſephus cap.5. primi Antiquit. Iudeor. dicit fuiſſe hoc Diluuiũ, poſt primi hominis creationem, annis duobus millib. ſexcentis quinquaginta ſex. Ariſtot. & Auerrois in lib. Meteororũ ſcribunt, uniuerſale diluuium in terris fieri per naturam non poſſe. Seneca in fine tertij Naturalium q. exiſtimat non factum aliquando, ſed futurum uniuerſale diluuium, quo humani generis peragatur exitium, quo uſe & ferę pariter extinguãtur.

a ctuum confligijs tunc adeſa ſunt reduuiuæ Conchy-
liorum [a] reſiderũt, & alia multa, quæ affatim mari
incito expuuntur. Ita ut ſint licet facie mediterra-
nea, apparent tamen ſpecie litorali. Nunc de inco-
b lis reddam. Aemathius, [b] qui primus in Aemathia
accepit principatum, ſeu quia indago originis eius
æuo diſperijt, ſeu quia alta res eſt, genuinus [c] ter-
ræ habetur. Poſt hunc in Macedonijs exortum
c Aemathiæ nomen perſtitit. Sed Macedo [d] Deu-
calionis maternus nepos, qui ſolus cum ſuæ domus
familia morti publicæ ſuperfuerat, uertit uoca-

Subdēs autem quænã ſit eius diluuij cauſa, inquit, utrum oceani uiribus fiat, & externum in nos pelagus exurgat? An crebri ſine intermiſſione imbres, & eliſa æſtate, hyems pertinax immenſam uim aquarum ruptis nubibus diruatur? An flumina terris largius fundat, aperiatq; fontes nouos? Aut non ſit una ratio malo cauſa, ſed omnis ratio conſentiat, & ſimul imbres cadant, flumina increſcant. Maria ſedibus ſuis excita percurrant, & omnia nouo agmine ad exitium hominum generis incumbant? Tandem curſu iſta ſyderum fieri autumant, cum ſcilicet eadem ſyderum turba in Capricornum cõuenerit. Sacræ literæ teſtantur Diluuij aquas quindecim cubitis altiſſimos etiã montes fuiſſe omninò ſupergreſſas. Fatentur tamẽ Theologi, eas diluuij aquas ad terreſtrẽ paradiſum nequaq; perueniſſe. De qua perdoctè Scotus diſt. 7. ſecũdi ſuarum ſententiarũ. Lege quæ ſcribunt Euſeb. cap. 4. noni præparationis, & Hieronymus in principio de nominibus Hebraicorũ locorũ. a *Conchiliorum reſederant.*) Mari è terra recedente eiuſmodi ſigna relinquuntur in terra. Hinc Naſo ultimo transformationum libro, Pythagoræ ſententiam referens:

Vidit factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ iacuere marinæ.
Et uetus inuenta eſt in montibus anchora ſummis,

Et Dionyſij interpres:

Tellus Macedum cum mœnibus altis,
Sub cuius ſcopulos tangente uertice cœlum,
Speluncæ ueteris ſeruant inſignia cladis.
Finibus in medijs terrarum namq; uidentur
Oſtrea muricibus ſiccata latentibus eſſe,
Diluuium latebras dederat, quod piſcibus illas.

Non aliena ſunt, quæ ſcribit C. Plin. cap. 87. ſecũdi Nat. hiſt. Similia reperta in Numidia refert lib. 1. Mela Pomp. Interius (inquit) & longè ſatis à littore (ſi fides res capit) mirum admodũ ſpinæ piſciũ, Muricũ, Oſtreorumq; fragmenta, ſaxa attrita (ut ſolẽt) fluctibus, & non differentia, marinis infixæ cautibus anchoræ. Aliaq; huiuſmodi ſigna, atq; ueſtigia effuſi olim uſq; ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus eſſe, inueniriq; narrantur. Eadem de Aegypto ſcripſit Herodotus in principio ſecundi. b *Aemathius.*) Beroſus ſcriptor uetuſtiſſimus libro 4. & 5. docet Aemathium Cameſis fuiſſe filium, eumq; Aemathiam tenuiſſe, deq; ſuo eã nomine nuncupaſſe. De qua re (quod ad hunc locum maximè facit) ſic etiã lib. 7 Iuſtinus diſſerit. Macedonia antè (inquit) à nomine Aemathionis regis, cuius prima uirtutis experimẽta in illis locis extãt, Aemathia cognominata eſt. Huius ſicuti incremẽta, ita termini perangusti fuere. Populus Pelaſgi, & regio Bœotia dicebatur. Sed poſtea uirtute regũ, & gentis induſtria, ſubactis primo finitimis, mox populis, nationibusq;, imperiũ uſq; extremos orientis terminos prolatũ eſt. c *Genuinus terræ habetur.*) Scribit Tertullianus cap. xi. Apologetici eũ uocari ſolitũ cœli & terræ filiũ, cuius parentes ignoti ſunt. Quis (inquit) nõ cœlũ & terram patrẽ & matrẽ uenerationis & honoris gratia appellet? Vnde & prouerbio dici cœptum, τῆς γῆς υἱός, Terræ filius, in eum qui uel ignoto uel obſcuro patre ſit genitus. d *Macedon Deucalionis maternus nepos.*) Apud Aemathios (inquit Beroſus lib. 5.) cœpit regnare Macedon filius Oſiridis, à quo nunc nomen retinet prouincia, atq; circa hoc regnum Oſiris depreſſit Gigantes, qui iam tyrannidem cœperant. Similia ſcribunt Diod. Siculus in primo, & Euſeb. cap. 1. ſecundi præpar. Porphyrius in Cõmentarijs Iliados Homeri, ſcribit hunc Macedonẽ Iouis, & Ethræ fuiſſe filium, eumq; cum totã Thraciã bello obtinuiſſet, Macedoniam Thraciæ conterminã à ſe denominaſſe. Hic, authore in Ibin Ouidio, cum cõiuge flãmis perijt, licet fœminæ nomen Naſonis uerbis potius uideatur. *Vt, Macedon icta eſt rapidis cum coniuge flammis.* Stephanus Μακεδονία ἡ χώρα, ἀπὸ μακεδόνος τοῦ διὸς, καὶ θυίας τῆς δευκαλίωνος. Sunt qui partem Macedoniæ Bryſida nominẽt, à Bryſo Aemathij filio. Huius terminos lege apud Ptol. cap. 13. lib. 3.

bulum, Macedoniamq́; à ſe dixit. Macedonem a
Caranus [a] inſequitur dux Peloponneſiacæ multitu-
dinis, qui iuxta reſponſum datum à Deo, ubi ca-
prarium pecus reſediſſe aduerterat, urbem condidit,
quam dixit Αἰγαι, in qua ſepeliri [b] reges mos b
erat, nec alter excellentium uirorum buſtis apud Ma-
cedonas priſcos dabatur locus. Succedit [c] Cara-
no Perdicca ij. & xx. Olympiade primus in
Macedonia rex nominatus. Cui Alexander Amyn- c
thæ filius diues habitus eſt. Nec immeritò. Ita enim
affluenter ſucceſſus eius ampliandis opibus proficie-
bant, ut ante omnes Apollini [d] Delphos, Ioui Heli-
den [e] ſtatuas aureas dono miſerit. Voluptati aurium d
indulgentiſsimè deditus, ſic ut plurimos, [f] qui fidi-
bus ſciebant, dum uixit, in uſum oblectamenti donis
tenuerit liberalibus. Inter quos & Pindarum [g] Lyri-
cum. Ab hoc Archelaus regnũ excepit, prudens rei bel e
licæ, naualium etiam cõmentor præliorum. Is Arche-
laus in tantum literarum amator fuit, ut Euripidi [h] Tra
gico conſiliorum ſuorum ſummam crederet. Cuius ſu
prema non cõtentus proſequi ſumptu funeris, crinem f

a *Caranus inſequitur dux.*) Hanc hiſtoriã Iuſtinus lib. 7. ſic explicat. Caranus (inquit) cum magna multitudine Græcorum ſedes in Macedonia reſponſo oraculi, iuſſus quærere, cum in Amathiam ueniſſet, urbem Edyſſam, nòn ſentientibus oppidanis, propter imbrium, & nebulæ magnitudinẽ, gregem caprarum imbrem fugientem ſecutus occupauit, reuocatusq́; in memoriã oraculi, quo iuſſus erat, ducibus capris imperium quærere, regni ſedem ſtatuit, religioſeq́; poſtea obſeruauit, quocunq; agmen moueret, ante ſigna eaſdem capras habere, cœptorum duces habiturus, quos regni habuerat authores. Vrbem Edyſſam ob memoriam muneris, Aegæam, populos Aegeadas uocauit, hucuſq; Iuſtinus. Græci enim ἀγὰ caprã dicunt. Quod Solinus ait. Vrbem condidit, poteſt, ne ſit ſententiæ Iuſtini contrarius, de inſtauratione, uel ampliatione intelligi. b *Sepeliri reges mos erat.*) Idem ſcribit Plinius capite 10. lib. quarti. Iuſtinus libro ſeptimo, De Perdicca Macedoniæ rege loquens. Siquidem ſenex moriẽs, Aegæo (inquit) filio, monſtrauit locum, quo condi uellet. Ibique non ſua tantum, ſed ſuccedentium ſibi in regnum, oſſa poni iuſſit. Præfatus quoad ibi conditæ poſteriorum reliquiæ forẽt, regnum in familia manſurũ. Creduntq́; hac ſuperſtitione extinctam in Alexandro ſtirpem, quia locum ſepulturæ mutauerit. c *Succedit Carano Perdicca.*) Aduertendum, Solinum hoc loco eos potiſſimè Macedoniæ recenſere reges, qui inſigni aliqua rerum geſtarum memoria claruerunt. Equidem ante Alẽxandrum Philippi filium uiginti tres Macedoniæ reges in libro temporum recenſet Euſebius, inter quos fuiſſe conſtat Perdiccas tres, Amyntas quatuòr, Philippos duos, Archelaos rurſus duos, Alexandros tres. d *Apollini Delphos.*) Scribit Cicero primò diuinationis libro. Delphicum oraculum maximis donis omnium populorum, atq; regum fuiſſe refertum. Illuc ſiquidẽ dona attulerũt Gyges Lydorũ rex, Mydas rex Phrygiæ, Sylla Romanus. De Delphici oraculi diuitijs Strabo lib. 9. Hac tẽpeſtate (inquit) neglectui datur nonnihil oraculũ ſuperioribus annis excellentiſſimo honore habitum. Documento ſunt theſauri, quos conſecratas conferebant pecunias. Nec minus artificum preſtantiſſimorum opera. Lege Diod. Siculũ lib. 16. & Iuſtinũ lib. 24. Extat apud Herodotum libro primo hoc Pythiæ carmen *Ad mea ueniſti præpinguia templa Lycurge* e *Ioui Heliden ſtatuas.*) Hælis Peloponneſi regio, ubi delubrũ eſt Olympi Iouis, certamine Gymnico, & ſingulari ſanctitate inſigne, author Pompon. in 2. De Olympici Iouis ingentib. donis. Strab. lib. 8. Magno illi ornamento (inquit) fuerunt tot oblata ex uniuerſa Græcia munera. Præcipuũ extitit ſolidũ ex auro Iouis ſimulachrũ à Cypſelo Corinthiorũ tyrãno donatũ. Ingentior ijs omnib. Iouis ſtatua fuit, quã Phidias Carmini Athenieñſis filius fabrefecit ex ebore, opus magnitudine tãta, &c. Huius ex ebore ſimulachri à Phidia fabrefacti frequenter facit Plinius mentionem, in nullo à Strabone diſſentiens. f *Plurimos, qui fidibus ſciebant.*) Alexandro decimo Macedoniæ rege regnũ gubernante claruerunt apud Græcos, Simonides & Pindarus Lyrici. Sophocles, Aeſchylus, & Euripides Tragædiarum ſcriptores. Hos omnes credendum eſt, hunc Alexandrũ regem in uſum oblectamẽti donis tenuiſſe liberalibus. g *Pindarum Lyricum*) Secunda quarti Carm. miris laudib. Pindarũ celebrat Flaccus Horat. *Pindarum quiſquis ſtudet æmulari*
Iule, cælatis ope Dædalia
Nititur pennis, uitreo daturus
Nomina Ponto.
Monte decurrens uelut amnis imbres, &c.

h *Euripidi Tragico.*) Val. Max

Factorum

Factorum, ac Dictorum memorabiliũ lib.3.enumerat Euripidem inter eos,qui humili loco nati,emerſerunt.De Euripidis poëtæ genere,uita,moribus,deq́ eiuſdem fine uitæ,extat caput uigeſimũ quindecimi Noct. Attic.apud Gelliũ.Quã pulchrũ eſt in principe, qui peritorũ,ac prudentiũ uirorũ conſuetudine utitur,eorumq́ quoties de rebus arduis agendum eſt,cõſilium expetit.Id feciſſe Alexandrũ Macedonem,Pyrrhum regem, P. Scipionẽ, Magnũ Pompeiũ, pluresq́ alios,hiſtoriæ prodiderunt.

a tonſus [a] eſt, & mœrorem, quem animo concepe-
rat, uultu publicauit. Idem Archelaus Pythias, &
Olympicas palmas quadrigis adeptus, Græco po-
tius animo, quàm regali gloriam illam præ ſe tulit.
b Poſt Archelaum Macedonica res diſſenſione iacta-
ta in Amynthæ [b] regno ſtetit. Cui tres liberi, ſed
Alexander patri ſuccedit. Quo exempto, Perdiccæ
primo data copia ampliſsimæ poteſtatis, qui obiens
c hæreditarium regnum fratri Philippo reliquit. Quem
captum oculo dextro apud Methonem ſupra [c] di-
ximus, cuiuſque debilitatis omen præceſſerat. Nam
cum [d] nuptias ageret, acciti Tibicines carmen [e] Cy-
d clopeum quaſi de colludio concinuiſſe traduntur.
Hic Philippus Magnũ procreat Alexandrum, quam-
libet [f] Olympias Alexandri mater [g] nobiliorem ei
patrem acquirere affectauerit, cum ſe coitu dra-
conis conſatam [h] affirmaret. Ita [i] tantum ipſe e-
e git, ut Deo genitus crederetur. Peragrauit or-
bem rectoribus Ariſtotele, [K] & Caliſthene uſus.

a *Crinem tonſus eſt.*) Veterum fuit cõſuetudõ,ut in amicorum funere,crines depõnerent.Propertius in 17. libri primi,

Illa meo charos donaſset funere crines.

Et Ouidius in Epiſt.

Non mihi te licuit lachrymis perfundere iuſtis,
In tua non tonſas ferre ſepulchra comas.

Idipſum in Patrocli funere feciſſe Achillem 23. Iliados ſcribit Homerus. b *In Amynthæ regno ſtetit.*) Huic Amynthæ duæ fuerunt uxores, Eurydice, & Cygæa. Ex prima tres ſuſtulit filios, Alexandrum Perdiccam, Philippum Alexandri Magni Macedonis patrem. Ex altera autem Archelaum, Archidæum, Menelaum. Horum duos Philippus ueluti regni participes,fraternæ charitatis oblitus, immaniter trucidauit. c *Supra diximus.*) Capite immediate præcedente. d *Nuptias ageret.*) Rex Philippus poſt res multas feliciter geſtas Olympiada Neptolemi Moloſſorum regis filiam, duxit uxorem. Sed eà tandem propter ſtupri ſuſpicionem à ſe pulſa, Cleopatram Alexandri, quem Epiri regem fecerat filiam, ſibi matrimonio copulauit. e *Carmen Cyclopeum.*) Cyclopes fuiſſe immanes in Sicilia homines,quibus in frontis medio unus tantũ,&quidẽ circularis oculus inerat,unde & nomen eis inditum, ſciunt etiam mediocriter eruditi.Carmen igitur Cyclopeum intelligit,quo Cyclopes unoculi eſſe narrantur. Vel id carmen, quod Homerus de Cyclopibus nono Odyſſeæ libro compoſuit,narrans quonam pacto Polyphemus Cyclops ab Vlyſſe fuerit excœcatus. Hinc ſumptum Adagium. Excœcatus Cyclops.De eo,qui ſine omni animi ſapientia,corporis tantũ uiribus præditus ſit. Rurſus Cyclopei ludi pro rudibus,& incompoſitis. f *Quamlibet.*) Qamuis.Dictio Solino peculiariſſima. g *Nobiliorem ei patrem acquirere affectauit.*) Qui Magni Alexandri uitam ſcribunt, tradunt Olympiadem eius matrem Philippo marito fuiſſe confeſſam,ſe non ex eo Alexandrum cõcepiſſe, ſed ex ingentis magnitudinis ſerpente quodã. Eamq́ ob cauſam Philippũ circa uitæ ſuæ finẽ Olympiadẽ uxorẽ tanq́ ſtupri ream repudio dimiſiſſe,palamq́ profeſsũ Alexandrũ non eſſe à ſe genitũ. Vnde cum Alexander,Rhodũ,Aegyptũ, Ciciliamq́ recepiſſet,ad Iouẽ Ammonẽ perrexit,cõſulturus tum de futurorũ euentu,tũ de origine ipſa ſua. Meminerũt Diod. Sic.lib.17.Iuſtin.lib.11. Plut.in Alexand. Arrianus,& Curtius, in quarto.Similis cõceptus tribuitur.P. Scipioni,de quo Aulus Gellius cap.1.ſeptimi Noct. Att.Syllius lib.13.bellorũ Punicorum. *Sola die caperem media,* &c. h *Conſatam.*) Sunt codices,in quibus grauidam ſcriptum ſit.Conſatã aũt à uerbo cõſero,id eſt,cõſemino deductũ nomẽ. i *Ita tantum.*) In Antiquis codicibus legitur.Ita ſanè ipſe &c. K *Ariſtotele uſus.*) Extat Philippi Macedonis epiſtola,qua hortatur Ariſtotelẽ philóſophũ,ut Alexãdri iamiã nati curã ſuſcipiat. Lege eã epiſtolã ſi libet,apud Gell.cap. 3. 9. Alexãdri erga Ariſtotelẽ præceptorẽ gratitudinẽ,lege apud Max.Val.tit.6.lib.5.Iuſtin.lib.12.Exacta(inquit)pueritia ꝑ quinquenniũ ſub Ariſtotele doctore inclyto omniũ philoſophorũ creuit,De Caliſthene,q̊ etiã Alexander uſus præceptore eſt,ſcribũt Plurarch.ibidẽ,Curtius lib.7.Arrianus lib.4.Hic dum Alexandrum Perſica Macedonũ ſalutatione gaudentem obiurgat,&macedonicos mores inuitum reuocare beneuolè ꝑſeuerat,truncatis crudeliter membrts, abſciſsiſq́ auribus,ac naſo, labijſq́ deforme, ac miſerandum ſpectaculum reddidiſſet,à Lyſimacho in remedium calamitatum ueneno extinctus

 eſt. Vide

Subegit[a] Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cap a
padociam, Syrtam, Ægyptum, Taurum, Caucaſúm=
que transgreſſus eſt. Bactros domuit, Medis & Per=
ſis imperauit. Cepit Indiam, emenſus omnia, ad quæ
Liber, & Hercules acceſſerant. [b] Forma ſupra homi= b
nem auguſtiore, ceruice celſa, lætis oculis, & illuſtri=
bus malis ad gratiam rubeſcentibus, reliquis corporis
lineamentis non ſine maieſtate quadam decorus. Vi=
ctor omnium, uino, [c] & ira uictus, morbo [d] uino= c
lentiæ apud Babylonem humiliore, quàm uixerat, for=
tuna exemptus eſt. Poſt [e] quem qui fuerunt magis ad
[f] ſegetem Romanæ gloriæ, quàm ad hæreditatem tan=
ti nominis ortos inuenimus. Macedonia lapidem d
gignit, quem [g] Pæantiden uocant. Hunc eundem &
concipere, & parere, & parturientibus opitulari fama
prodiga eſt. Circa Tireſiæ [h] ſepulchrum plurimus
inuenitur.

eſt. Vide Valer. Max. tit. 1. ſeptimi, & Iuſtinum lib. 15. a *Subegit Aſiam.*) Præter ea quæ de ſubactis ab Alexandro gentibus ſcribunt Plutarchus in eius uita, Diodorus Siculus lib. 17. Curtius, Iuſtinus, item cæteri. Lege Plin. cap. 10. quarti, ex quo loco hæc Solinus mutuatus eſt. Arrianus lib. 5. recenſet gentes nominatim, quas Alexander Magnus uicerit. Libro uerò ſexto ſic inquit: Vniuerſæ Indicæ regionis à ſe uictæ gentium quidem omnino ſeptem. Vrbium autem ſupra bis decies mille. Apollodorus ſcribit Alexandrum Magnum ſubegiſſe gẽtes eas omnes, quæ inter Hydaſpẽ ſunt, atq; Hypanin, numerum urbium quinque millia, ac nouem, & tandem omnem regionem Poro regi tradidiſſe. Ad Alexandri gloriam plurimùm pertinet, quod eius mortẽ gentes omnes quas uicerat, luxiſſe narrãtur. b *Forma ſupra hominem auguſtior.*) Alexandri ſtaturam corporis (inquit Plutarchus) egregiè à Lyſippo factæ declarant imagines, à quo ſolo dignum duxit effingi. Eum multi cum amici, tum ſucceſſores poſterius ſunt ſequuti. Ceruix quidem ad læuam paululum acclinatior, humectantes etiam oculos mirificus ille artifex diligenter conſeruauit. Apelles autem cum eum fulmen geſtantem pingeret, haud colorẽ imitatus eſt. Siquidem fuſcum, & facie ſordidum fecit, quem colore candido fuiſſe perhibent, mixtus cãdori rubor uultum ipſius, ac pectus illuſtrabat. In Ariſtoxeni cõmentarijs legimus eius membra, atq; os tam ſuauiſſimũ odorẽ exhalaſſe, ut & interiores tunicæ mirabili fragrantia complerentur. Cuius rei cauſa fortaſſe fuit quædã corporis temperies innato calore feruentis. c *Vino, & ira uictus.*) Plutarchus Alexandrũ ob ipſum calorẽ corporis bibacẽ, iracundumq́; fuiſſe exiſtimat. Ad hunc locũ maximè faciunt, quæ cap. 5. quarti decimi refert Plin. Androcydes (inquit) ſapientia clarus ad Alexandrũ Magnũ ſcripſit, intemperantiã eius cohibens. Vinum potaturus rex, memento te bibere ſanguinẽ terræ. Cicuta homini uenenũ eſt, cicuta uinũ. Quibus præceptis ſi ille obtẽperauiſſet, profectò amicos, in temulentia non interemiſſet. Seneca epiſtola 83. affirmat nihil aliud eſſe ebrietatẽ, q; uoluntariã inſaniã. Refert (inquit) Alexandri Macedonis exemplũ qui Clytum chariſſimũ ſibi ac fideliſſimũ, inter epulas transfodit, & intellecto facinore mori uoluit. d *Morbo uinolentiæ.*) De Alexandri morte diſſentiunt authores. Quidã tradunt Alexandrum contra magi cuiuſdã monita Babyloniã reuerſum, olim intermiſſum cõuiuium ſolenniter inſtituiſſe, in quo totum in lætitiã fuſum, diei noctẽ peruigilẽ cõiunxiſſe, acceptoq́; poculo media potione repente ueluti telo cõfixum ingemuiſſe, elatumq́; è cõuiuio ſemianimẽ, tanto dolore cruciatũ fuiſſe, ut ferrũ in remedia poſceret. Amicos cauſam morbi, intemperiẽ ebrietatis diſſeminaſſe. Re aũt uera inſidias fuiſſe, quarũ Antipatrũ authorẽ fuiſſe, q̊d chariſſimos eius Alexander ebrietatis furore cõcitus, peremiſſet. Diod. Sic. lib. 17. refert Alexandrũ in geniali Medi cuiuſdã Theſſalis cõuiuio, multo ſe uino oneraſſe. Poſtremoq́; repletum Herculis ingens ebibiſſe poculũ. Vnde & mortis cauſam cõtraxiſſe. Qui eum ueneno peremptũ dicunt, aiunt idipſum Stygis aquæ fuiſſe uenenũ. Nec aliã ullã materiã, præter mulæ ungulas id cõtinere potuiſſe. Magna (ut inquit Plinius) Ariſtotelis infamia excogitatũ. e *Poſt quem.*) Qui Alexandro Magno in regnum ſucceſſerint, præter alios, docet Iuſtinus lib. 13. & alijs mox ſequentibus. Poſt longã Macedoniæ regum ſeriẽ, id tandem regnũ ad Philippũ, Perſeum, & Pſeudo Philippũ deuenit. Philippum Flaminius, Perſeum Paulus, Pſeudo Philippũ Metellus oppreſſit. Quorũ triumphis (ut Rufus ait) Macedonia populo Rom. adiuncta eſt. f *Ad ſegetem Romanæ gloriæ.*) Claudianus:

Subiecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe Romanis.

g *Pæantidem uocant.*) De huius lapidis nominibus, atq; poteſtate ſcribit Plin. cap. 10. lib. ult. Pęantides (inquit) quas quidã Gemonias uocãt prægnãtes fieri & parere dicũtur, mederiq́; parturientib. Nam tales in Macedonia iuxta monumentũ Tireſiæ inueniũtur, ſpeciesq́; eſt eis aquæ glaciatæ. De ea Rhenn. Dion. interp. *Concipit & parit,* &c. h *Tireſiæ ſepulchrũ.*) In Thilphoſio mõte (inquit in 9. Str.) fõs eſt Thilphoſa, & Tireſiæ monumẽtũ, ubi ꝓfugus diẽ ſuũ obijt.

Et Diod.

Et Diŏd. Sicul. lib. 5. Ex Thebanis (inquit) qui in Thilphoſium cõfugerant, Tireſias defunctus eſt, quẽ ſui ciues magna cum pompa ſepeliuere, Deorum ſibi honores tribuentes. De Tireſia plura Homerus xi. Odyſſeæ. Tireſiæ excœcatio in prouerbium abijt apud doctos. *τειρεσίου τυφλότερος*, Tireſia cœcior. De eo qui imprudenter agens, ſuæ interdum cœcitatis, aut mali cuiuſpiam alterius, cauſa extitit. Hinc à Iuuenale Satyra 13. dictum eſt: *Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe deorum.* Cur autem fuerit à Iunone excœcatus, canit Ouidius in tertio Transformat. libro.

De Thracum moribus, inſtitutiſq́. De Thraciæ locis, ac populis. De Gruibus, Hirundinibuſq́. De Helleſpõto, deq́ Claro inſula, & Aegæo mari. Cap. XV.

a NVnc [a] in Thraciam locus eſt pergere, & [b] ad ualidiſsimas Europæ gentes uela obuertere. Quas qui ſedulò experiri uelit, non difficulter deprehendet, Thracibus & Barba-
b ris ineſſe contemptum uitæ, ex quadam naturalis ſapientiæ diſciplina. Concordant omnes ad [c] interitum uoluntarium, dum nonnulli eorum putant obeuntium animas reuerti, alij [d] non extingui, ſed beatas

a *NVnc in Thraciam locus pergere.*) Thracia Stephano de Vrbibus authore, à Thrace Nympha Titanide nomen ſumpſit. Hæc ut capite undecimo, tertij Ptolemæus docet, circumſcribitur à Septentrione inferiori Mœſia. Ab occaſu Mœſia ſuperiori, & parte Macedoniæ. A meridie altera Macedoniæ parte, & deinde littore Aegæi pelagi, & Melani ſinus parte. De Thraciæ terminis Solinus ipſe in fine cap. huius. Eam Plinius capite xi. ſui quarti, Diuidit in Strategeas quinquaginta. Herodot9 in principio quinti. Gens Thracum (inquit) ſecundum Indŏs omnium maxima eſt. Quæ ſi aut unius imperio regeretur, aut idem ſentirent, ut mea fert opinio, inexpugnabilis foret, & omniũ gentium multò ualidiſſima. Thraciæ gentes elegãter deſcribit Ammianus Marcellinus 22. hiſtoriarum libro, & Strabo lib. 7. Plin. Ptolem. Herod. ubi ſupra. Melam Pomponium lib. 2. in Thracum morum enarratione, imitatur Solinus hoc capite. b *Ad ualidiſsimas Europæ gentes.*) Ex Plin. cap. xi. lib. quarti. Ariſtoteles philoſophus in Problematis quærit. Cur timidi ſint, qui loca feruida incolunt, fortes, qui gelida? Id diſſoluit Sectionis quartædecimæ problemate octauo. An (inquit) quod natura contra, q̃ loca & tempora ſe habet. Quoniam ſi ſe ſimilẽ ageret, cito periret. Sunt autem fortes, qui candida ſunt natura, timidi, qui exangues, refrigeratiq́ ſunt. Fit igitur, ut qui loca inhabitant calida, refrigerentur, qui frigida, cõcaleſcant, utriq́ tamẽ corpore magno adoleſcunt, eò quod qui frigida colũt, inſito calore abundãt, qui calida, calore loci refouẽtur. Quippe cum in calidis, & à calore incrementũ ſequatur. Frigus autem uim aſtringendi, cõſtipandiq́ habeat. Cum igitur alteri principiũ intereſſe uehemens augendi obtineant alteri nullo extremo frigore impediãtur, meritò utriq́ augeri poſſunt plenius. Homines noſtræ regionis augeri ideo minus poſſunt, q̃d & principiũ illud in ſe imbecillius cõtinetur, & frigore aliquãtiſper cõſtipãtur. Idẽ ferè habetur problemate 16. Sectionis eiuſdẽ. Ob Thracũ ualetudinẽ tradũt, qui fabulas cõſectantur apud eos Martẽ natũ, educatumq́, ac apud eoſdẽ inſignem habuiſſe domum. Maro Aeneid. lib. 3.

Gradiuumq́ patrem, Geticis qui præſidet aruis.

Geticis, id eſt, Thracijs (inquit Seruius. Manilius 4. Aſtronom. *Thrace Martem ſortita colonum.* Domũ Martis in Thracia elegãter deſcribit Statius 7 Theb.

Hic ſteriles delubra notat Mauortia ſyluas, &c.

Ab Horat. 2. Carm. bello furioſa Thrace nuncupata eſt. c *Ad interitum uoluntarium.*) Melam ſequitur hoc loco Solinus. Quidam feri ſunt (inquit ille) & ad mortẽ paratiſſimi. Getæ utiq́ id uaria opinio pficit. Alij redituras putant animas obeuntiũ. Alij etſi non redeant, no extingui tamen, ſed id melius eſſe q̃ uiuere. Democritus philoſophus (ut cap. 55. ſeptimi Nat. hiſt. refert Plin. poſuit futuram hominũ reſurrectionẽ, qđ Chriſtianorum ueriſſimum dogma eſt. Chryſippus item Stoicorũ princeps idem aſſerit in his libris, quos de prouidentia ſcripſit. Cum enim de innouatione mundi loqueretur, inter alia hæc intulit. Quod cum ita ſit (inquit) apparet non eſſe impoſſibile, & nos cum uitã finierimus rurſus uertiginibus certis temporis reuolutis, in hunc ſtatum, in quo nunc ſumus reſtitutũ iri. Chryſippi Græca uerba ſunt hæc. *Τούτου δὲ*, inquit, *οὕτως ἔχοντος δῆλον ὡς οὐδὲν ἀδύνατον, καὶ ἡμᾶς μετὰ τὸ τελευτῆσαι πάλιν περιόδων τινῶν εἰλημμένων χρόνου εἰς ὃ νῦν ἐσμὲν καταστήσεσθαι σχῆμα.* Meminit Lactantius libro ſeptimo. Idipſum & Sybillæ carminibus cecinerunt. Extat Athenagori philoſophi liber de hominum futura reſurrectione. De hac ipſa materia Theologi moderniores Diſtinct. 43. quarti Sententiarum libri plura differunt. d *Alij non extingui animas.*) Hominis animas eſſe immortales philoſophi aſſerunt ferè omnes. Marcus Cicero 1. Tuſculan. quæſt. libro, & Lactantius cap 8. lib. 7. tradunt Pherecydẽ primũ de æternitate animarum diſputaſſe. Poſt eum aũt Plato in eo libro quẽ Phedonẽ inſcripſit, M. C. & alij fermè omnes idẽ oſtndere conati ſũt. Lege Plut. c. 7. l. 4. de Pla. philoſophorũ.

magis fieri. Apud plurimos luctuoſa ſunt [a] puer- a
peria. Denique recentem natum fletu parens excipit.
Contrauerſum læta ſunt funera, adeo ut exemptos
gaudeo proſequantur. Vxorum [b] numero ſe uiri ia-
ctitant, & honoris loco ducunt multiplex coniugium. b
Quæ fœminæ tenaces ſunt pudicitiæ, defunctorum in
ſiliunt coniugum rogos, &, quod maximè inſigne du- c
cunt caſtitatis, præcipites in flammas eunt. Nupturæ
non parentum arbitratu [d] tranſeunt ad maritos, ſed c
quæ præ cæteris ſpecie ualent, ſubhaſtari [e] uolunt, &
licentia taxationis admiſſa, non moribus nubunt,
ſed præmijs. Quas formæ premit dedecus, dotibus
emunt, quibus coniungantur. Vterque ſexus epu- d
lantes, focos ambiunt herbarum, quas habent [f] ſemi-

Quid Ariſtoteles de hac ipſa re ſenſerit, Scotus diſtinctione quadrageſimatertia quarti ſententiarum differit copioſè. a *Luctuoſa ſunt puerperia.*) Valerij Max. uerba ſunt in titulo de Inſtitutis antiquis. Thraciæ uerò illa natio (inquit) meritò ſibi ſapientiæ laudes uindicauerit, quæ natales hominum flebiliter, exequias cum hylaritate celebrant, ſiue illis doctorum præceptis, uerum cōditionis noſtræ habitum prouidit, &c. Eurip. in Creſph. (inquit 1. Tuſc. quæſt. M. Cicero) Nos docebat cœtus celebrantes domū lugere, ubi eſſet aliquis in lucem editus humanæ uaria uitæ reputantes mala. At qui labores mortem finiſſet graues, hunc omnes amicos laude, & lætitia exequi, &c. Hunc ipſum Thracum morem etiam Herodotus explicat libro quinto. Et Mela Pomponius in ſecūdo. Eam ipſam cōſuetudinem elegāti hexaſticho Archias poëta explicat, inquiens:

Θρήϊκας αἰνείτω τὶς ὅτι ϛοναχεῦσι μὲν υἷας
Μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους.
Ἔμπαλιν δ' ὀλβίζουσιν ὅσους αἰῶνα λιπόντας
Ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες, ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
Ἐς κακὰ, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

Id nos ex tempore in Latinum ſic conuertimus:

Thracas qui laudat, ſoleant quod plangere natos
In lucem quotiens edidit alma parens.
Contrà felices uocitant, quos flore iuuentæ
Ancillans Parcis mors inopina rapit.
Illi dum uiuunt properant ad peſſima ſemper.
Aſt ijs mors finem contulit ipſa mali.

Brachmanæ philoſophi mortem uitam putandam eſſe aiunt, quaſi quendā uiuidum hominum conceptum, mortem uerò natiuitatē ad uerā illam, & felicē uitam ijs, qui rectè philoſophati ſunt. Iccirco eos multa exercitatione uti ad mortis præparationem. Nihilq́ue eorum, quæ hominibus accidere dicuntur bonum eſſe, uel malum. Hæc & plura Strabo 15. Geographiæ libro. b *Vxorum numero ſe uiri iactitant.*) Idem ſcribunt Herodotus libro 5. Mela lib. 2. Barbarorum fuit (inquit 1. Aeneidos Seruius Honoratus) non ſingulas coniuges habere, ſed plures. Apud Romanos eum, qui duas habuit ſimul uxores, ſine dubitatione comitabatur infamia, tit. 9. noni Codicis, lege decimaoctaua. Et Iuſtin. de Nuptijs §. Quia duas. Iuliani iureperiti uerba ſunt tit. 2. tertij Digeſt. lege 1. Qui bina ſponſalia, bináſue nuptias in eodem tempore cōſtitutas habuerit, notatur infamia. Theologi dicunt non eſſe matrimoniū ſi quis uiuente prima, cum alia cōtrahat diſtin. 33. & 38. quarti ſententiarum. c *Inſiliunt rogos.*) Herodotus hunc morem deſcribens. Singuli (inquit) plures uxores habent, quorum ubi quis deceſſit, diſceptatio magna fit inter uxores, acri amicorum circa hanc rem ſtudio, quænā dilecta fuerit à marito præcipuè. Quæ talis iudicata eſt, & hunc honorē adepta, ea à uiris, ac mulierib. exornata ad tumulū à ſuo proximo pinquiſſimo mactatur, unaq́ue cum uiro humatur, cæteris uxorib. id ſibi pro ingenti calamitate ducentibus. Idem refert Mela Pomponius in 2. Indorum uxores idem factitant pro maritis, ut Solinus cap. 65. infra tradit Nunc tam tepidus uxorum erga maritos amor, ut ſi permutatio detur:

Morte uiri, cupiant animam ſeruare catellæ.

d *Non parentum arbitratu.*) Eadem referunt Herod. & Mela Pomponius locis eiſdē. Difficile omnino eſt matrimonium quum alter coniugum non ſponte ſed coactè nupſerit, uel uterq́ue. Rurſus ſeruile coniugium eſt, ſi magnæ dotis gratia, idipſum fiat. Veriſſima Plautina ex Aſinaria ſententia: *Agentum accepi* (inquit) *dote, imperium uendidi.* e *Subhaſtari.*) id eſt, ſub haſta mitti, uendiq́ue per auctionem uolunt. Sunt exemplaria quæ ſubarrari habeant. f *Semine igni ſuperiecto.*) Herodotus in Clio ſcribit apud Maſſagetas inueniri arbores talem fructum ferentes, qui

a ne ignibus ſuperiecto. Cuius nidore perculſi, pro lætitia habent imitari ebrietatem ſenſibus ſauciatis. De ritu iſta ſunt. De locis, [a] & populis quæ ſequūtur. Strymonem accolunt dextro latere Denſelatæ. [b] Beſ-
b ſorum [c] quoque multa nomina aduſque Neſtum [d] amnem, qui radices Pangæi circunfluit. Hebrum [e] Odryſarum ſolum fundit, qui fluuius excurrit inter Priantas, [f] Doloncas, [g] Thynos, Corpyllos, alioſq́;
c Barbaros, tangit & Cyconas. [h] Deinde Aemus [i] ſex millibus paſſuum arduus, cuius auerſa Mœſi, Getæ, Sarmatæ, Scythæ, & plurimæ incidunt nationes. Pōticum littus [K] Scythonia gens obtinet, quę nato ibi Orpheo uate decus addidit nomini. Quē ſiue ſacrorū, ſiue

tes, qui iactus in ignem ab ijs qui ad ſe calefaciendos conuenerunt foco circum ſedentes incenſo igne ſic ebrios reddit odore ſuo, ut uinū Græcos. Et eò uehementius, quò plus eius fructus fuerit iniectum, quoad conſurgatur ad tripudiandū, ac perueniatur ad cantum. Qui de rerum natura commentantur, multa eſſe dicunt, quæ hylaritatem quandā urentibus tribuant. Veluti ſunt Helenium herba, Bogloſſos, Euphraſinum, Oenotera, quæ & Omiris dicitur. Rurſus, ut inquit Celſus ſecundo de medicina libro, ſenſus excitant, Nepeta, Thimum, Satureia, præcipueq́; Puleium, ruta, & cepa. Naſturtium præterea uim habet torporē excitandi. Vnde & natum prouerbium, ἔδε καρδαμον Ede Naſturtium. In hominem ſegnem, ac omnino ſtupidum. Meminit Plinius cap. 8. deciminoni naturalis hiſtoriæ. Scribit Porphyrio Thraces ebrietate fortiores reddi, ac per uinolentiam illicitos etiam concubitus audere. a *De locis.*) De locis quorum facit Solinus in hoc capite mentionem, copioſè Plinius cap. xi. libri quarti. De Strymonio flumine cap. præcedenti abundè diximus. Nec mirum eum tam in Macedonia quàm in Thracia poni. Cum authore Ptolemæo in montibus Thraciam, & Macedoniam diuidentibus ortum habeat. b *Denſelatæ.*) Hi populi à Plinio interdum Denſelatæ, aliquando Denſelethæ dicuntur. Ptolem. Dentheſetas nominat. Diuerſitatis huius meminit etiam Hermolaus. c *Beſſorum.*) Herodotus in ſeptimo. Item Stephanus Biſſos uocant. Sed hoc arbitrarium extimat Hermolaus. d *Neſtum amnem.*) Annotat Hermolaus eſſe authores qui non Neſtum, ſed Neſſum hunc amnem nominent. Eſſe præterea Neſton urbem, & Neſtiada regionē ab hoc amne cognominatā. Scribit Ariſt. cap. 31. ſexti naturæ animaliū, & Plinius repetit cap. 16. lib. 8. In Europa inter Acheloū tantū & Neſtū amnes leones procreari. e *Hebrum Odryſarum.*) Ex Plin. cap. xi. quarti. Scribit Seruius in fine 4. Georg. Hebrum amnem ex fontibus Rhodopæ montis dilabi. Dictum aūt ait ab Hebro Boreæ fratre. Recipit autem in ſe amnes Tearum, Contadeſtum, Agrianē, Bargum, Suemum, authores Herod. & Plin. uterq; lib 4. Plinius cap. 4. triceſimitertij, enumerat Hebrum inter ea flumina, quæ aurum deuehunt. f *Priantas.*) Hos Herod. lib. 7. Briantas uocat, à quibus regio Briantica, quæ olim Gallacia dicta eſt. g *Dolongos.*) Hermolaus exiſtimat legendum, Doloncas, uel Doloncos, à Dolonco Bithyni fratre, Tracumq́; regē. De Thynis, & Corpyllis, Plin. cap. xi. lib. 4. h *Cyconas.*) Cycones Thraciæ populi, à quorum matribus Orpheus uates, quod earum connubium ſperneret, diſcerptus eſt, Liberi patris ſacra ſimulantibus. Fabulam referunt Vergilius in fine 4. Georg. & Ouidius xi. Metam. Alij dicunt eum fulmine peremptum in Dio Macedoniæ, ibiq́; ſepultum à Muſis, quod uerum eſſe Epigrammate ibi ſcripto euidens eſt.

Orphea candenti transfixum fulmine Thracem,
Cum curua Aonides hic poſuere lyra.

Orpheum poëtam docet Ariſtoteles nunquàm fuiſſe, & hoc Orphicū carmen Pythagoræi ferunt cuiuſdā fuiſſe cerdonis. Cicero 1. de natura Deorū. i *Aemus.*) Aemi excelſitas (inquit cap. xi. quarti Caius Plinius) ſex mill. paſſuum ſubitur. Auerſa eius, & in Iſtrum deuexa, Mœſi, Getæ, &c. Hic mons cæteros Thraciæ montes ſpacij magnitudine, ac ſublimitate ſuperat, mediamq́; Thraciam diuidit. Exiſtimat Polybius ex eius uertice utrumq; mare cerni Aegæum ſcilicet & Adriaticum, quod Strabo lib. 7. ob ingens interuallum, falſum probat. Sententiam Polybij Mela ſequitur. Dictus autem ἀπὸ τοῦ αἵμου βορέου, καὶ ὀρυθυίας υἱοῦ. Hoc eſt, ab Aemo Boreæ, & Orythiæ filio, author Stephanus de Vrbibus. Seruius ſecundo Georg. montem Theſſaliæ eſſe dicit, ſuper illud, *Taygeta ô qui me,* &c. Sed hoc ideo quoniam is Theſſaliam à Thracia diuidit. K *Sithonia gens.*) Plin. cap. xi. libri quarti. Circa Ponti littora (inquit) Moriſenæ, Sithonijq́; Orphei uatis genitores obtinent. Hunc locum ſic Martianus lib. 6. refert. Dein (inquit) pontum Sithonia gens habet, quæ gloriam Orphei progeniti uatis profectione ſortita eſt. Nam in Spartio promontorio ille uitam, aut ſacris, ut aiunt, impendit, aut fidibus.

a *In Sperchio promontorio.*) Vetuſti omnes codices, quos legerim, habent Sperchio ꝓmontorio. Martianus(ut iamiam adductus eſt)habet Sparthio ꝓmontorio. Sed non lego aliqđ huius nominis Thraciæ promontoriū. Pomponius aūt cum de Thracia ſcribit, uidetur eum locū, ubi Orpheus habitauit, Orbelon nominare. Montes(inquit)interior attollit Aemon,& Rhodopen,& Orbelō ſacris Liberi patris, & cœtu Mœnadum Orpheo primū initiante celebrato. Quid ſi Serrio legas? Pomponius eodem

cantuum ſecreta in Sperchio [a] promontorio agi= a
taſſe tradunt. Deinde ſtagnum Biſtonium. Nec
longè regio Maronea, in qua Tyrida [b] oppidum
fuit equorum Diomedis ſtabulum. Sed ceſsit æuo,
ſolumq́ turris ueſtibulum adhuc durat. Inde non pro= b
cul urbs Abdera, quam Diomedis ſoror [c] & con=
didit, & à ſe ſic uocauit. Mox Democriti [d] domus
Phyſici, ac ſi uerum rimere, ideo nobilior. Hanc
Abderam Olympiade prima, & trigeſima ſenio

loco. Deinde (inquit) promontorium Serrium, ex quo cantantem Orphea ſecuta narrantur nemora, quamuis ante Hermolaū Seriphium legeretur. Ptolemæꝰ in deſcriptione Macedoniæ, quæ eſt Thraciæ contigua, enumerat Sperchiam urbem. De Biſtonio lacu, genteq́ Biſtonia. Item de Maronia regione Plin. cap. xi. lib. quarti. b *Thyrida oppidum.*) Exiſtimat Hermolaus cap. xi. quarti Caſtigationum Plinianarum hic, & apud Plinium legendum Tinda ex Stephano, Martiano, cæteris. Verba Plinij ſunt. Abdera libera ciuitas. Stagnum Biſtonium & gens. Oppidum fuit Tinda, Diomedis equorum ſtabulis dirum. Item cap. 5. uiceſimiquinti uoluminis. Circa Abderā(inquit)& limitē, qui Diomedis uocatur, equi paſti inflāmantur rabie. Marcell. lib. 22. Abdera(inquit)Protagoræ domiciliū,& Democriti, cruentæq́ Diomedis ſedes. Diomedes Thraciæ tyrānus equos habuit, quorum præſepia ærea erāt, cathenis ferreis uincti, alebātur carnib. hoſpitū illuc diuertentiū. Hunc tyrannū Hercules peremit, equis ſuis uorandum appoſuit, eosq́ manſuetiores factos ſecum abduxit, ac Euriſtheo detulit. Is eos Iunoni ſacrauit, quorū genus uſq; ad Macedonē Alexandrū ꝑmanſit. Ex Diod. Sic. lib. 5. & Seruio 1. Aeneid. ſuper illud, *Nunc quales Diomedis equi*, &c. Ex hac hiſtoria non inconcinniter ſumetur Adagium. Diomedis equi. In quempiā nil præter exteriorem effigiē humanitatis habentē. Rurſus & hoc, *Abderitanæ pectora plebis habes*, in hominē, cui uerius amētia, q̄ prudentia poſſit adſcribi. Hiſtoriam autē unde ſit ſumptū Adagiū refert Cœlius cap. 31. decimiſexti Antiq. lect. Rurſus cum ſignificamus nō deeſſe nobis locum alterū, quū cōmodè uiuere in patria fuerit denegatū, ἄβδηρα καλὴ τηΐων ἀποικία. Abdera pulchra Teiorum colonia. Refertur à Strabone lib. Geographiæ 14. c *Diomedis ſoror, & condidit, & à ſe ſic nominauit.*) Hellanicus author eſt, Herculē tanto diſcrimine aduerſus Diomedē pugnaſſe, ut in ea pugna Abderitum puerū delicias ſuas amiſerit, ab equis illis feris dilaniatum, in cuius tandem humati pueri nomine, Abderam urbē cōdidiſſe, denominaſſeq́. d *Democriti domus phyſici.*) Sunt qui Democritū non Abderitem, ſed Mileſium fuiſſe ſcribunt. Hic diſcendi gratia, Aegyptum, Perſidē, Rubrū mare, Aethiopiamq́ adijt. Gymnoſophiſtisq́ in India cōgreſſus eſt. Is præter cæteros, Naturalia, Moralia, Mathematica, liberalium diſciplinarū rationes, artiumq́ aliarū peritiā exactè calluit. Vnde philoſophus quinque certaminū dictus eſt. Floruit circa lxxx. Olympiadē. Sunt eius & hæc inter cætera. Sermo operis umbra. Nō ex loco gloriam aucupandā, ſed loco gloriā imponendā potius. Animum beatū fore, dum nullo metu, nulla ſuperſtitione, aut alia quauis perturbatione concutitur.

Prudenter hic ob ſtulta uota hominum,
Ridebat quoties à limite mouerat unum,
Protuleratq́ pedem, flebat contrarius alter.

De riſu Democriti, & Heracleti lachrymis extat incerti poētæ nobile apud Græcos Epigramma. Id latinum fecit Caſpar Vrſinus Velius, Doctor & Poēta, de utraq; lingua optimè meritus. Mihi ob eius candidiſſimos mores, ac non uulgarem in bonis literis eruditionem, amicitiæ uinculo coniunctiſſimus. Epigramma ipſum tum Græcum, tum Latinum libuit ſubnectere.

Τὸν βίον ἡράκλειτε πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ' ἔζης
Δάκρυε, νῦν ὁ βίος ἔσθ' ἐλεεινότερος.
Τὸν βίον ἄρτι γέλα Δημόκριτε πλέον ἢ πρίν.
Νῦν ὁ βίος πάντων ἐστὶ γελοιότερος.
Εἰς ὑμέας δὲ καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ
Πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

VRSINVS.

Nunc magis atq; olim uitæ Heraclete labores
Plora, nam uita hæc eſt miſeranda magis.
Ac tu nunc magis atq; olim Democrite ride
Hæc etenim uita eſt ridiculoſa magis.
Ipſe autem interea cernens uos differor anceps
Te riſu, lachrymis quomodo teq; iuuem.

Conſtat eum ſeipſum excœcaſſe, uel ut liberius rerum naturas cōtemplaretur. Vel ut ait Laberius, Malis uideret

lis bene eſſe ne uideret ciuibus. Tertullianus cap. ult. Apologetici id feciſſe ait, quod mulieres ſine concupiſcentia non poſſet aſpicere, & doleret ſi eis potitus non fuerit. Lege M. Tull. circa finem 5. Tuſcul. quæſt. Et Aul. Gell. cap. 17. lib. decimi. Obijt aũt, ut Hipparchus ait, centeſimo & nono ætatis ſuæ anno. Lucret. lib. 3. ſic eius obitũ refert.

Deniq; Democritum poſtquàm matura uetuſtas
Admonuit memores motus langueſcere mentis,
Sponte ſua læto capit obuius obtulit ipſe.

a collapſam Clazomenij [a] ex Aſia ad maiorem faciem reſtitutam, obliteratis, quæ præceſſerant, nomini ſuo uindicarunt. Locum [b] Doriſcon illuſtrem reddidit Xerxis aduentus, quòd ibi recoluit
b militis ſui numerum. Polydori [c] tumulum oſtendit Aemus in parte, quam Aroteres [d] Scythæ celebrant. Quondam urbem Geraniam, [e] Cattuzam uocant Barbari, unde à gruibus [f] Pygmæos ferunt
c pulſos. Manifeſtum ſanè eſt in Septentrionalem plagam hyeme grues frequentiſsimas conuolare. Nec piguerit meminiſſe, quatenus [g] expediti-

a *Clazomenij ex Aſia.*) Ex Stra-bone libro 14. uidetur legendum Teij, non Clazomenij. Teij (inquit) relicta urbe, Abdera Thracum urbem migrauerunt cũ Perſarum cõtumeliam ferre non poſſent. Vnde illud dictum eſt, Abdera optima Teiorum colonia. Sunt enim Teij, & Clazomenij inter ſe proximi. Quare fieri potuit, ut ex utraq; gente illuc migrauerint. b *Locum Doriſcum.*) Eſt enim, ut Polyhymnia ſcribit Herodotus, Thraciæ littus, pariter campus ingens, quem grande flumen Hebrus interfluit, ubi extructus eſt is murus, qui Doriſcus appellatur, cui impoſitum eſt Perſarum præſidium à Dario iam inde cum Scythis inferebat bellum. Cum igitur locus digerendis, recenſendisq; copijs idoneus ſibi uideretur, Xerxes ſibi faciendum putauit, &c. Mela Põp. libro 2. circa Hebrum (inquit) Cicones, trans eundẽ Doriſcos, ubi Xerxen copias ſuas, quia numero non poterat, ſpacio menſum ferunt. Meminit & cap. xi. quarti, C. Plinius. Ammianus lib. 18. hiſtoriarum, hanc Xerxis recenſionẽ fabuloſam credit. Stephanus δορίσκος πόλις Θρᾴκης, καὶ πεδίον, hoc eſt, Doriſcus urbs Thraciæ, & campus ſeu planicies. c *Polydori tumulum.*) Hunc Polydori tumulum deſcribit Maro tertio Aeneidos:

Fortè fuit iuxta tumulus, quo cornea ſummo, &c.

Hiſtoriam refert Naſo 13. Metam. *Eſt ubi Troia fuit, &c.* Rei ſeriem refert Polydori umbra apud Euripidem ea Tragœdia, quæ Hecuba inſcribitur in principio. d *Aroteres.*) Sic enim legendum eſt ex Plinio cap. xi. lib. quarti, etſi exemplaria omnia, quæ uiderim Aratores habeant. e *Geraniam Gatzon.*) Stephanus eam urbem Cattuzam nominat, eos autẽ Cattuzos. Plinij codices plerumq; Gatizos retinent. Vide Hermolaũ cap. xi. quarti Plinij. f *A gruibus Pygmæos ferunt pulſos.*) Sumptum ex Plinio cap. xi. lib. quarti. Exiſtimant plures fabuloſum eſſe, quod tũ de paruitate, tum de pugna Pygmæorum cum gruibus narratur à multis. Sumptum enim eſt ex principio tertij Iliados Homeri, quo loco gruum mentionem faciens ſic inquit:

Poſtquam hyemem fugitant, nimij quoq; frigoris imbrem,
Oceani aduolitant refluos clangoribus æſtus
Cædem Pygmæis populis, cladem'q; ferentes.

Deimachus, & Megaſthenes innouarunt Pygmæorum aduerſus grues decantata pridẽ ab Homæro prælia. Triũ etiã palmorũ homines, aiũt Strab. lib. 15. Albertus lib. 21. de animalib. friuolis argumẽtis, non eſſe eos homines cõtra peritiorũ ſententiam ſcriptum reliquit. Præſtat igitur Ariſtotelis magis adhærere ſentẽtiæ. Is enim cap. 12. octaui Nat anim. Grues (inquit) ex Scyticis cãpis ad paludes Aegypto ſuperiores, unde Nilus perfluit, ueniunt, quo in loco pugnare cum Pygmæis dicuntur. Non enim id (inquit) fabula eſt, ſed certò genus tum hominum tum etiã equorũ puſillũ (ut dicitur) eſt, deguntq; in cauernis, unde nomẽ Troglodytæ à ſubeũdis cauernis accepere. Philoſtratus ex ſentẽtia Apollonij ſic de Pygmæis in 3. Pygmæos ſub terra degentes (inquit) ſupra Gangẽ poſita loca incolere, & ſicut fama de ipſis prædicat uiuere, nõ uanũ eſt. Quæ de Pygmæis ſcribit Plin. alibi annotauimus. Ouid. 6. Metam. ſcribit Pygmæã fuiſſe in gruem cõuerſam.

Hanc Iuno iuſsit certamine uictam
Eſse gruem populisq; ſuis indicere bellum.

Extat apud Græcos ex Pygmæis ſumptũ Adagiũ. Acrothinia Pygmæorum coloſſo aptas, in eum qui diuerſa penitus inter ſe cõponere ſatagit. Et in Obſcœno carmine (quiſquis eius fuerit author) Pygmæis breuior. Hypbole in mõſtruoſam hominis paruitatẽ. Docet Ariſtoteles cap. 12. octaui Naturæ animaliũ, incipere abire grues Septembri menſe. g *Expeditiones ſuas dirigant.*) Quoniam non pauca admiratione digna in gruibus reperiuntur, iccirco de eis hac parte Solinus proſequitur. Sumpſit autem hæc ex Plinio ferè omnia, uel ex capite xi libri quarti, uel ex cap. 23. lib. decimi. Græci eas γέρανους nuncupant, Latinis ex ſono, & uoce earũ nomẽ ſumptũ eſt.

Mirum

ones ſuas dirigant. Sub quodam militiæ eunt ſigno a
& ne pergentibus ad deſtinata uis [a] flatuum renita-
tur, arenas deuorant, ſublatisq́ lapillulis ad modera-
tam grauitatem ſaburrantur. [b] Tunc ſe tollunt in al-
tiſsima, ut de excelſiori ſpecula metentur, quas petant b
terras. Fidens [c] meatu præit cateruas. Volatus deſi-
diã caſtigat, uoceq́ cogit agmen. Ea ubi obraucata eſt,
ſuccedit alia. Pontum tranſituræ anguſtias captant. Et
quidem eas promptum eſt oculis deprehendere, quę in c
ter Tauricam ſunt, & Paphlagoniam, id eſt, inter Ca-
rambin, & [d] κριοῦ μέτωπον. Cum [e] trans medium alueũ
aduentaſſe ſe ſciunt, ſcrupulorũ ſarcina pedes liberant.
Ita nautæ prodiderunt, compluti ſæpe ex illo caſu im- d
bre ſaxatili. Arenas non prius euomunt, quam ſecurę
ſedis ſuæ fuerint. Concors [f] cura omnium pro fati-

Mirum eſt, quod naturales referunt. Non laſſeſcere in ullo labore, qui neruos ex alis, & cruribus gruis habeant. De Gruũ prudentia Ariſtotelis uerba ſunt cap. 10. noni de natura animaliũ. Grues etiã (inquit) multa prudenter faciunt, loca enim longinqua petunt, ſui commodi gratia, & uolant altè, ut procul proſpicere poſſint, & ſi nubes tempeſtatis uiderint, conferunt ſe in terram, & humi quieſcunt. Ducem etiã habent, & eos qui clament, diſpoſiti in extremo agmine, ut uox percipi poſſit. Cum conſiſtunt, cæteræ dormiunt, capite ſubter alam cõdito, alternis pedibus inſiſtentes, dux detecto capite proſpicit, & quod ſenſerit, uoce ſignificat. Adſcribam huic loco, quæ doctè, & eleganter de Gruibus ſcribit Ambroſius cap. 15. quinti Hexameron. Quam iniuſſi (inquit) & uoluntario uſu grues in nocte ſollicitam exercent cuſtodiam, diſpoſitos uigiles cernas, & cæteris conſortibus, aliæ circumeunt, & explorant, ne qua ex parte inſidiæ temperentur, atq; omnem deferunt, impigro ſui uigore tutelam. Poſt ubi uigiliarum fuerit tempus impletum, pfuncta munere in ſomno ſe præmiſſo clangore componit, ut excitet dormientem, cui uicem muneris traditura eſt. At illa uolens ſuſcipit ſortem, nec uſu noſtro inuita, & pigrior ſomno renunciat, ſed impigrè ſuis excutitur ſtratis, uicem exequitur, & quam accepit gratiam, pari cura, neq; officio repræſentat. Ideo nulla deſertio, quia deuotió naturalis, ideó tuta cuſtodia, quia uoluntas libera. Hunc etiam uolentes ordinem ſeruant, & hac moderatione omnem laborem alleuant, ut per uices fungantur ductus ſui munere. Præcedit enim una, & præcurrit cæteris præſtitutó ſibi tẽpore, & quaſi ante ſigna præcurrit, deinde cõuertitur, & ſequenti ſortẽ ducendi agminis cedit. Quid hoc pulchrius, & laborẽ omnib. & honorẽ eſſe cõmunem, nec paucis arrogare potentiã, ſed quandam in omnes uoluntaria ſorte tranſcribi? Antiquæ hoc reipub. munus, & inſtar liberæ ciuitatis eſt. Hæc ille. a *Vis Flatuum.*) Ariſtoteles cap. 12. octaui Naturæ animaliũ libri. Auium grues (inquit) ex ultimis in ultima abeunt, Volant flatu ſecundo. Quod de lapide memorant falſum eſt. Lapidem enim eas tenere fulmento, quem ubi deciderit, accipi, utilem ad auri probationẽ aiunt. In prouerbiorum Collectaneis extat & hoc γέρανοι λίθους καταπεπωκυῖαι, id eſt, Grues lapides deijcientes. De his qui prouidi quippiam faciunt. Grues enim (inquit Tarræas) quoniã altè uolant, & in altum, facto impetu, quę infra ſunt inſpicere nequeunt, lapidem portant, ut ex uolatu laborantes, deijciant, & ſentiant utrũ ſuper terram an mare ferantur. Et ſiquidẽ ſuper mare lapis deuenerit, iter perficiunt. Si uerò ſuper terram quieſcunt. Hoc ait Ariſtophanes Grues lapides demittentes. Hæc ferè ad literam in eius prouerbij expoſitione.

b *Saburrantur.*) Onerantur grauesq́; fiunt, ne ui flatuum à recto itinere propellentur, à Saburra, id eſt, Sabulo, quo naues leues nimis onerari ſolent. c *Fidens meatu præit cateruas.*) Grues dum altè uolant, caſu potius q̃ arte, plerumq; literam y, efficiunt. *κριοῦ μέτωπον.*) Id eſt, Arietis frons, ob quandam cum huius animalis frontis ſimilitudinem. Sunt autem plura (ut aliàs annotauimus) huius nominis promontoria ſcopuliu'e. e *Cum circa medium.*) Cur id faciant, in uerbis iamiam adſcriptis, Tarræas explicat.

f *Concors cura omnium pro fatigatis.*) Si hanc gruum conſuetudinem homines ipſi perpenderẽt, eſſent in ſubueniendo, ſuccurrendoq́; lapſis indubiè promptiores. Sanctũ omninò monitum Ouidianũ illud,

Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis.

ſed innata quadam ſæuitia à paucis obſeruatum. Quin potius quũ uiderint quempiã malis ingentibus obrutũ, addere malis mala ſatagũt. Humanius certè multò pientiſſimi Samaritani imitari parabolam. Is enim ſpoliatũ, uulneratumq́; uidens hominẽ miſericordia motus eſt, & appropians ſemiuiuo homini, alligauit uulnera eius, infundens oleũ & uinũ. Et tandẽ ægroti hominis, ut par erat, exactiſſimam curam egit. Iuſtiſſima nimirum Iuuenalis de hominum immanitate quærela.

Sed iam ſerpentum maior concordia, parcit

a gatis, adeo ut ſi quæ defecerint, congruant uniuer-
ſæ, laſſataſque ſuſtollant uſque dum uires ocio recu-
perentur. Nec in terra cura ſegnior. Excubias
nocte diuidunt, ut exſomnis ſit decima quæque.
b Vigiles pondúſcula digitis amplectūtur, quæ ſi forte
exciderint ſomnum arguant. Quod cauendum e-
rit, clangore indicant. Aetatem in illis prodit color.
Nigreſcunt [a] enim ſenectute. Veniamus ad pro-
c montorium Χρυσόκερας [b] Byzantio [c] oppido
nobile, antea Lygos dictum, quod à Dyrrachio [d]
abeſt ſeptingentis undecim millibus paſſuum. Tan-
tum enim patet inter Adriaticum mare, & Propon-
d tidem. In Cœnienſi quoque regione à Flauiopoli
colonia Byziæ oppidum quondam [e] Arx Terei re-
gis, nunc inuiſum, & inacceſſum Hirundinibus, &
deinceps alitibus alijs, quanquam [f] Thebas, quod
e illa mœnia ſæpius capta ſint, aſpernentur ſubire.
Nam inter cætera habere illas quiddã [g] præſcium, in-
de noſcitur, quod lapſura non petunt culmina, & a-
ſpernantur peritura quoquo modo tecta. Minimè
f certè à diris [h] auibus impetuntur, nec unquam præ-
da ſunt ut ſacræ. Cibos non ſumunt reſidentes, ſed in
aëre [i] capiunt eſcas, & hauriunt. Alter [K] Iſthmos
in Thracia eſt ſimilibus anguſtijs, & pari latitudine
g arcti maris. Cuius littora duæ urbes utrinque ſecus o-
ſtentant. Propontidis oram inſignit Pactyæ, Me-
lanem ſinum Cardia, quod [l] in cordis faciem ſita ſit,
dicta Cardia eſt. Omnis autem magnus Helleſpontus
h ſtringitur in ſtadia ſeptem, quibus ab Europa Aſiaticã
plagã uindicat. Hic quoq; urbes duę, Abydos Aſię eſt,

Cognatis maculis ſimilis fera, &c. a *Nigreſcunt ſenectute.*) Cætera ferè omnia albeſcunt ſeneſcentia, quod ob caloris intrinſeci defectum accidere philoſophi perhibent. b *Χρυσόκερας.*) Id eſt auricornu, *Χρυσὸς* enim aurum, *κέρας* cornu. De quo Strabo libro ſeptimo, & Plinius cap. xi. libri quarti. c *Byzantio oppido.*) Hæc urbs (authore Euſeb. lib. temporũ) cõdita eſt circa Olympiadẽ trigeſimã, quũ apud Romanos Tullius Hoſtilius imperio potiretur. Eam cõdidit Byzas. Claudianus in Eutropium.

Conditor hoc Byzas, Conſtantinusq; uidebunt?

Diodorus, & Polybius tradunt à Byzantio, qui urbi imperauit ita appellatam. Iuſtinus lib. 9. ſcribit à Pauſania Spartanorum rege conditam, ac per annos ſeptẽ ab eo poſſeſſam. Deinde, uariante uictoria, nunc Lacedæmoniorum, nunc Athenienſium uiris habitam. Ammianus libro 22. aſſerit Byzantium fuiſſe Atticorum coloniam. Auſonius in urbium Catalogo, facit Byzantium Romæ Cartaginiq; omnino par. Et Claudianus in Eutropiũ Eunuchum:

Vrbs etiam magnæ, quæ dicitur æmula Romæ.

Eius ſitũ unico tantũ Diſticho Ouidius explicat 1. Triſtium.

Quaq; tenet ponti Byzantia littora fauces,
Hic locus eſt gemini ianua uaſta maris.

De eius conditoribus, nominibus, quodq; ante Conſtantinum principẽ ab Antonio Seueri filio Antonina dicta ſit, & quo anno in Turcarum poteſtatem uenerit ex Euſtathij ſententia Raphaël Volaterranus explicat lib. 7. Plura Strabo libro ſeptimo. Stephanus de Vrbibus. Herodot. lib. 3. d *A Dyrrachio.*) Eadem Plinius cap. xi. quarti, & Capella lib. 6. e *Quoniam arx Terei regis.*) Rurſus ex Plinio capite xi. quarti. Fabulam hanc eleganter pluribus carminibus refert Naſo ſexto Metam. lib. Veram autem hiſtoriam leges apud Pauſaniam circa finem Atticæ. Et Seruium Ecloga ſexta Vergilij ſuper illud:

Aut ut mutatos, &c.

f *Quanquam & Thebas, quod illa.*) Sumptum ex cap. 24 decimi Plin. g *Quiddam præſciunt.*) Ex Plin. loco eodem. Ad idem facit quod ſcribit cap. 35. decimioctaui. Tempeſtate imminente hirundo tam iuxta aquam uolitat, ut penna ſæpe percutiat. Vergilius 1. Georgicorum *Aut arguta lacus circumuolauit hirundo.* h *A diris auibus.*) Sumptum ex cap. 24. decimi Caij Plinij. i *In aëre cibos capiunt.*) Sumptum item ex eodem libro, & capite Caij Plinij. De hirundinibus plura notatu digna refert D. Ambroſius 5. Hexameron cap. 17. K *Alter Iſtmos.*) Alterum dicit comparatione eius Iſthmi, quo Peloponneſus exili ceruice nectitur cõtinenti, de quo capite ſuperiori dictum eſt. l *Cardia, quod in cordis faciem ſita ſit.*) Græci καρδίαν, cor nuncupant.

& Seſtos Europæ. Deinde [a] contraria inter ſe promontoria Maſtuſia Cheronenſi, ubi finitur Europæ finis tertius. Sigæum Aſiæ, in quo tumulus eſt Κυνόσημα dictus, Hecubæ ſepulchrum, & turris Proteſilai [b] delubro data. Finibus Thraciæ à ſeptentrione Iſter obtenditur, ab oriente Pontus, ac Propontis, A meridie Aegæum mare. Inter [c] Tenedum, & Chium eſt Claros inſula, qua Aegæus ſinus panditur. Ab dextra Antandrum nauigantibus ſaxum eſt. Hoc enim uerius, quam inſula meruit cognominari. Id quoniam uiſentibus procul capræ ſimile creditur, quam Græci Αἰγά [d] nuncupant, Aegæus ab eo ſinus dictus eſt. A [e] Phalario Corcyrę promontorio, ad nauis effigiem ſcopulus eminet, in quem transfiguratam Vlyſſis nauem crediderunt. Cythera, quæ à Malea abeſt, quinque milibus paſſuum, Porphyris [f] antea nomen fuit.

Stephanus aliter nominis huius originē interpretatur, quod uidelicet Hermochare diuina faciēte, cōruictime raptū à coruo, in Thraciæ partē illā delatum fuerit. Albydos, & Seſtos urbes, inquit Mela, Leandri, & Herus amore pernobiles. Extat de ipſo amore apud Muſæū libellus. Itē apud Naſonem perelegans epiſtola. a *Deinde contraria.*) Plinius idipſum ſic explicat: Dein promontorium Cheronenſi Maſtuſia aduerſum Sigæo, cuius in fronte obliqua Cynoſſema. Ita appellatur Hecubæ tumulus, ſtatio Achæorum. Turris, & delubrum Proteſilai, &c. κυνόσημα, canis ſepulchrū ſignificat. Fingunt Hecubam Priami cōiugem poſt tot aduerſa, in canem fuiſſe cōuerſam. κυνῶν Canis. σῆμα ſepulchrū. Fabulam refert Naſo. 13. Met. lib. de qua inter cætera:

Rictuq; ad uerba parato
Latrauit conata loqui. Locus extat & ex re
Nomen habet.

Ex Plin. cap. xi. 4. & Srab. lib. 13. & 14. Pomp. Mela lib. 2. ſumpſit hæc Solinus. b *Proteſilai delubro.*) Scribit Homerus ſecundo Iliados, Proteſilaum cum quadraginta nauibus pro Græcis ad Troiam nauigaſſe, quem ex cunctis Græcis primum ex naui in litus incidentem, uir Dardanus interemit. Cuius mors magnum uxori, magnum deſolatæ domui, magnum etiam bellacibus ſocijs deſyderium reliquit. Lege Domitium Sylua tertia quinti Syluarum Statij. Eadem cum Solino ſcribit Mela in 2. De Thraciæ limitibus in principio huius capitis dictum eſt. c *Inter Tenedum & Chium.*) Verba Plinij, quem hoc loco æmulatur Solinus hæc ſunt: Aegeo mari (inquit) nomen dedit ſcopulus inter Tenedū, & Chium uerius, q̄ inſula ex nomine à ſpecie capræ, quæ ita à Græcis appellatur, repente in medio mari exiliens. Cernunt eum à dextra parte Andrum nauigantes ab Achaia, dirum ac peſtiferum. Quid de hac denominatione ſcribant Strabo, M. Varro, Pacuuius, Martianus, refert Hermolaus in fine capitis xi. quarti Plinij. d *Αἰγά.*) A nominatiuo αἴξ αἰγός, id eſt, Capra. Alij Aegæum ductum uolunt, ab Aegeo Neptuni filio, & Theſei patre, qui, ut canit Catullus, in id mare,

Præcipitem ſeſe ſcopulorum è uertice iecit,
Amiſſum credens immiti Theſea fato.)

Feſtus Pompeius Aegæum mare appellatur (inquit) qđ ita crebræ in eo ſunt inſulæ, ut procul aſpicientibus ſpecies caprarum uideantur. Siue qđ in eo Aegea Amazonum regina perierit. Siue quod in eum Aegæus pater Theſei ſe præcipitauerit. e *A Phalario.*) Eadem ſcribunt Plin. cap. 12. lib. 4. & Martianus lib. 6. Plinius autem uocat promontorium hoc Phalacrium. Strabo, Ptolemæus, & Stephanus φάλακρον, Martianus uti Solinus Phalarium. Fabulam de Vlyſſis nauis in ſcopulum conuerſione, refert Naſo Transformationum libro 14.

Neritiæq; ratis uiderunt fragmina, &c.

De Cytheris Plinius ibidē. Dicta aūt (ut Stephanus author eſt) ἀπὸ κυθήρου τοῦ φοίνικος, id eſt à Cythero Phœnicis filio. f *Porphyris.*) Nomen ſumptum à purpurarum captura ingenti. Græci enim πορφύραν purpuram dicunt, & πορφυρίδα, ueſtem purpuream. Hæc quoq; inſula, ut Stephanus author eſt, κυθηρία λέγεται.

Pronius,

PRonius.) Inſularum, quæ in noſtro mari ſitæ ſunt, quædam ſingulariter magnæ, quædam minores à Græcis dici ſolent. Sunt aũt magnæ Cyprus, Creta, Rhodus, Eubœa, Lesbos, Sicilia, Sardinia, Cyrnos. Reliquæ ab ijs cõparatione quadã, minores nũcupantur. Hæc in operis ſui exordio retulit Appianus. In Creta inſula, ſiue uera, ſiue fabuloſa expetas, mira plurima facta narrãtur. De miris ijs igitur ſcripturus Solinus in Cretam inſulã hoc capite, ſtilũ uertit. Imitatur aũt more ſuo Ca. Pliniũ cap. 12. libri quarti. Ipſa Creta (inquit) latere ad Auſtrum, altero ad Septentrionem, inter ortum & occaſum porrigitur, centum urbium clara fama &c. Eius ſitum, ac terminos, lege apud Ptolemæum cap. 17. libri tertij. Eudoxus (ut Strabo refert lib. 10.) ipſam in Aegeo ſitam eſſe pelago tradit, cuius ſententiæ non aſſentitur Strabo, ſed ipſam inter Cyreneam, & Græciam eſſe dicit, eũ ipſum Straboñe adeas quo nullus Cretã exequitur copioſius. Ariſtotelis uerba ſunt ex ca. 8. ſecundi Politicorum. Videtur (inquit) hæc inſula ad principatũ Græciæ nata, ac præclarè ſita. Cũcto namq; imminet mari, cũ ferè Græci omnes circum mare ſint poſiti. Abeſt enim, hinc modicum à Peloponneſo, illinc uero ab Aſia, à loco qui circa Triopium, & Rhodum. Quare imperium maris obtinuit Minos, ac inſularum, alias ſubegit, alias uerò dudum incultas habitari fecit &c. Quamuis Cretenſiũ reſpublica õptimis legibus fuerit inſtituta, plura tamen ab eius legiſlatore contra morum honeſtatẽ ſancita ſunt, ut de uxorum diuortijs, ne filiorum multitudine patres grauarẽtur. Rurſus uitãdæ prolis gratia cũ maſculis concubitũ exercere. Id Ariſto. retulit in Politicis. Timœus refert Thalonẽ Cretenſem maſculã Venerẽ naturæ crimẽ omnino contrariũ, primũ perpetraſſe. Hinc fortaſsis natũ illud *τρία κάππα κάκιστα*. Tria. k k k. peſsima, Quod ad Cretenſes, Cappadocas, Ciliceſq; referunt. Quãuis diuus Auguſtinus cap. 3. de Grãmatica de tribus Cornelijs dictum putet. Fuerunt autem ij Cornelius Sylla. Cor. Cinna, Cor. Lentulus. Sunt, qui huius nefaſti ſceleris initium in Orpheum uatem, plures in Thamyram quendam retorquendum cenſeant. Inter alia uitia, mendacium Cretẽſibus peculiare fuiſſe ex uerſiculo, quem in epiſtola ad Titum refert Paulus, euidẽs eſt. *κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί*. Cretenſes ſemper mendaces, malę beſtiæ, uentres pigri. Auguſtinus ſcribit eum uerſiculum in libris Epimenidis inueniri. Hinc factum eſt, ut à Græcis *κρητίζειν*, pro mentiri prouerbiali figura dici cœptum ſit. Ouid. 1. de Arte amandi. *Non hoc, quæ centum ſuſtinet urbes Quamuis ſit mendax Creta negare poteſt.* Sunt & alia de Cretenſibus uſurpata prouerbia. Vt *κρῆς κρῆτα*. Et *κρῆς πρὸς αἰγινίτην*. In eos, qui fraudibus mutuis ſeſe circumuenire conantur. Vtriuſque enim inſulæ gentem ob improbos mores malè audire ſolitam eſſe hiſtoriæ tradunt. b *Obduxerint.*) Legitur & oblimauerint, idem tamen utriq; ſenſus id eſt, texerint, & uelut limo cooperuerint, ut uix dignoſci queant. c *Ne quid hæreat ſub ancipiti.*) Ne quid ſub dubio relinquatur, prouerbialis figura ſumpta à locis tranſitus difficillimi, quæ cum attigerimus, qua tranſeundum ſit, ſubdubitare ac hæſitare ſolemus. Vtitur ea Plautus in Amphitrione, in Mercatore, & in Pſeudolo. Terentius in Eunucho. Perſius ſatyra ſecunda. A Marco Tullio dictum eſt. Res hæret in ſalebra. d *Conſtipata centum urbibus.*) Qui ſcribunt Cretam conſtipatam centum urbibus, ut Vergilius, Horatius, Lucanus, Ouidius, Papinius, ſequuntur Homerum ſecundo Iliados. Vnde eam Hecatompolin nominat, quaſi centurbiam dicas. Decimo autem nono Odyſſeæ dicit eius inſulæ eſſe nonaginta urbes, quam diuerſitatem Strabo diluit libro decimo. Centum Cretæ urbium nomina magna ex parte enumerant Homerus ſecundo Iliados, Strabo in decimo, Plinius capite duodecimo quarti, Ptolemæus capite decimoſeptimo libri tertij. e *Qui prodigè lingua largiti ſunt.*) Sunt qui legant, qui prodigè linguam largiti ſunt. Sunt rurſus exemplaria in quibus

De Creta inſula, deque alijs plurimis ad eam pertinentibus. Cap. XVI.

a PRonius[a] eſt Cretam dicere, quam abſoluere in quo mari iaceat. Ita enim circumflui illius nomina Græci permiſcuerunt, ut dum alijs alia inferunt, penè obduxerint[b] uniuerſa.
b Quanta poſsumus tamen fide in deſignanda, operam locabimus, ne quid hæreat[c] ſub ancipiti. Inter ortum porrigitur, & occaſum tractu longiſsimo, hinc Græcia, inde Cyrenis obiacentibus.
c A ſeptentrione Aegeis, & ſuis, id eſt, Creticis æſtibus uerberatur. Ab Auſtro Libycis undis perfunditur, & Aegyptijs. Conſtipata centum[d] urbibus, ſicuti perhibent, qui prodigè[e] lingua largiti ſunt, ſed magnis & ambitioſis oppidis quorum

principatus eſt penes Gortynam, Cydona, Gnoſſon, Therapnen, Cyteum, [a] Liſſon. Doſiades eam à Crete [b] nympha Heſperides filia, Anaximander à Crete rege Curetum, Cretas Aeriam prius dictam, mox Curetim. Nonnulli etiam à temperie cœli [c] μακαρόνησον appellatam prodiderunt. [d] Prima mari potuit nauibus, & ſagittis. [e] Prima literis [f] iura iunxit. Pyrrhicen docuit Pyrrho [g] repertore. Equeſtres turmas prima docuit laſciuas uertigines implicare. Ex qua diſciplina bellicæ rei uſus datus.

ſcriptū eſt, qui prodigè lingua locuti ſunt. Hæc ultima lectio cæteris placet magis. Si prodigè lingua largiti ſunt, legendum ſit, ſubintelligendum erit, centum urbes Cretæ prodigè lingua largiti ſunt. Intelligit, autē Græcos. M. Cato, & Caius Sēpronius aſſerunt Græcos impudenti iactantia frequēter effundi. Eiſdē præterea tum leuitatē, tū loquacitatē plerūq; tribuūt. Hinc à Iuuenali dictum eſt. *Et quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.* Plin. quoq; cap. quinto lib. tertij, Græcorū genus in ſuā gloriā effuſiſſimum eſſe dicit. Euſebius in lib. Præparationis docet Græcos ſcriptores aliorum ſcripta ſibi tribuiſſe, id quod Syllius lib. 14. Siculis tribuit. a *Cyteum, Liſſon.*) Tam uaria ſunt in hac parte exemplaria, ut quæ ſit uera lectio dinoſci nequeat. Interdum enim Scylion ſcriptum eſt, ſæpe Cylion, aliquando Schylioſon, nonnunq; Cyliſſon. Sunt qui reponāt Scylletion. Sed neque Homerus, neq; Strabo, neq; Stephanus, neq; Pomponius, neque Plinius ipſe, quem Solinus ubique ſequitur. Sed neq; alter quiſpiam ex ijs, quos legerim, aliquam in Creta urbem huius nomenclaturæ poſuit, etſi Stephanus dicat ὀκυμήτιον eſſe κρήτης ὄρος. Vnde forſitan moti ſunt, qui Scylletion legendum putarunt. Ego ſi diuinare liceat, ex uariarum lectionum ſimilitudine, repoſui, Cyteum Liſſon, de quibus Plinius, & Ptolem. in Creta. Sunt qui Gythiſſon, aut Lycaſton, uel Lycton, ſiue Olyſſon, de quibus omnes, reponendū putant. Sed hæc aliorū iudicio relinquenda. b *A Crete nympha.*) Eadem ſcribunt Plinius, & Capella. Stephanus dicit dictā à Crete Iouis, & Ideæ nymphæ, filio. Diod. Siculus lib. 4. nomen accepiſſe dicit à Crete Iouis cōiuge. Libro autem 6. ait Cretem fuiſſe inſulæ illius regem uetuſtiſſimum, unde & nomen inſulæ. Euſeb. lib. temporū aſſerit Cretā dictā à Crete indigena, quē aiunt (inquit) unū Curetarū fuiſſe, à quibus Iupiter abſcōditus eſt, & nutritus. Hi Gnoſſon ciuitatē in Creta cōdiderunt, & Cybeli matri templum. Capite autem 13. Præparationis, dicit Cretum quondam fuiſſe primum, qui Cretæ regnum tenuit, à quo Creta nomen accepiſſe uidetur. c *μακαρόνησον.*) Id eſt felicē inſulam. Plinius μακάρων eam dici ait, id eſt beatā. Alia μακαρόνησος eſt ſeptem dierum itinere ſupra Thebas Aegypti, Herodotus lib. 3. Fructuum bonitas declarat Cretæ inſulæ cœli temperiem. Veteribus perſuaſum eſt, quicquid in Creta naſcitur, infinitò præſtare cæteris eiuſdem generis, author Plinius cap. 8. uiceſimiquinti naturalis hiſtoriæ. Ea inſula hac tempeſtate uina omnium excellentiſſima procreat. Vnde in obſcœno carmine, *Vuaq; qualis flaua non legit Crete.* d *Prima potuit nauibus.*) Seneca Tragœdus in Hippolito.

O magna uaſti Creta dominatrix freti,
Cuius per omne littus innumeræ rates
Tenuere pontum, quicquid Aſſiria tenus
Tellure Nereus peruium roſtris ſecat.

Hucuſq; Seneca. Cretenſes in prioribus annis (authore Strab. lib. 10.) nauigandi principatū tenuerūt. Vnde in ueteris prouerbij ſermonē uulgatū eſt. Siquis, quæ nouit ſe ignorare diſſimulet. Cretes neſcit pelagus. Meminit Tragœdus in prouerbiorum Collactaneis. ὁ κρὴς τὴν θάλατταν. hodie quoq; Cretenſibus inter nauigādi peritos, non infimus locus datur. e *Sagittis.*) Fuiſſe eam ſagittandi peritiā, oſtendit Strabo, Pueros arcubus (inquit) inter arma Cretenſes ſaltibus exercent, quos principio Curetē illos oſtendiſſe ferūt. Scribit Diod. in 6. Apollinē arcus ſagittandiq; fuiſſe repertorem. Qua ex cauſa (inquit) Cretenſes præcipuè arcu delectati ſunt, quē Scythicū nominarunt. Hinc à Verg. 3. Georg. dictū eſt. *Craſſamq; pharetram.* Scribit in Attica Pauſanias, Græcorum nemini præterq; Cretenſibus, ſagittis uti inſtitutū patriū fuiſſe. f *Prima literis iura iunxit.*) Conuenit inter omnes Cererē primā in Creta leges reperiſſe. Diod. in 6. Traditur (inquit) à nonnullis illā (de Crete loquēs) leges quoq; dediſſe, quibus homines iuſtè uiuere aſſueſcerent. Idē ſcribit Plin. cap. 56. lib. 7. Ouid. 5. Met. *Prima dedit leges.* Cauſam ponendi leges explicat Horat. Sat. 3. primi Sermonū inquiens,

Ne quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter
Iuraq; conſtruere, ut uellent legibus uti.

Lucretius lib. 5. *Inde magiſtratum partim docuere creare.* Poſſet & hoc ad Minois leges referri, ſed non ſunt primum ab eo inuentæ leges. Veritas autem habet primū Moſen à Deo edoctū, hominibus leges tradidiſſe. g *Pyrrhicen docuit Pyrrho repertore.*) Sic enim ex Plinio legendū cēſuimus. Saltationē (inquit) armatam Curetes docuere. Pyrrhicē Pyrrhus, utrāq; in Creta cap. 56. lib. 7. Diod. Sic. lib. 6. ait Curetes repiſſe cū armis ſaltandi modū. Itē primos omniū greges coēgiſſe, aliquaq; māſuefeciſſe pecora. Scribit Mart. in 9. Cretes ad Cytharā ſolitos dimicare. Græcarū inſup urbes multas ad lyrā, leges, decretaq; publica recitaſſe

recitaſſe. Taletem præterea Cretenſem cytharæ ſuauitate compertũ eſt, morbos, ac peſtilentiã fugauiſſe. Scribit Strabo lib. 10. Curetem inſtituiſſe, ut ſaltationem, quã Pyrrhicam appellauerit, ſaltarent. a *Studium Muſicum.*) Apollinem (inquit Diod. in ſexto) Citharæ, eiusq́; Muſicæ repertorẽ ferũt. Euſeb. cap. 2. ſecundi Præparationis tradit Theatrum, Muſicã, Harmoniamq́;, à Dionyſio fuiſse repertã. Idem Euſebius capite tertio decimi eiuſdẽ operis. Item Caius Plinius cap. 56. libri ſeptimi, Amphionẽ ſcribũt

a Studium Muſicum inde cœptum, cum [b] Idæi Dactyli modulos crepitu, ac tinnitu æris deprehenſos in uerſificum ordinem tranſtuliſsent. Albet [c] iugis montium Dyctinei, & Cadiſchi, qui ita excande-
b ſcunt, ut eminus nauigantes magis putent nubila. Præter cæteros Ida eſt, qui ante ſolis [d] ortus ſolem uidet. Varro in opere, quod de littoralibus eſt, etiam ſuis temporibus effirmat ſepulchrum [e] Iouis ibi uiſitatũ. Cretes Dianã religioſiſsimè uenerãtur,

Muſicæ fuiſse repertorẽ. Macrobius in principio, ſecundi de Sõnió Scipionis, modulos crepitu, tinnituq́; ęris deprehẽſos Pythagoræ philoſopho tribuit. Sed credendũ eũ perfeciſſe, qđ ab Idæis Dactylis repertum fuerat à principio. b *Idæi Dactyli.*) Stra. libr. 10. & Diod. Siculus lib. ſexto ſcribunt Idæos Dactylos à monte Ida, & denario digitorum numero fuiſſe nuncupatos. Fuerũt autẽ quinq́; fratres mares, totidẽq́; ſorores. Alij dicunt eos duos, alij tres, plures centum, alij aliter. Inter authores conuenit eos ignis uſum, æris, ferri q́; naturam, quóue modo fabricarentur, in loco, quẽ Berecynthiũ dicunt, inueniſſe. Ob idq́;, & alia plura reperta, ſtultã Gẽtilitatẽ diuinos eis honores tribuiſſe. c *Albet iugis montium.*) Montes ſunt in Creta, quos Albos uocant. Plin. cap 34. ſextidecimi. Eoſdẽ Cretæ montes cap. 12, libri. 4. enumerat idem Plinius. Vocat autem eorũ unum Cadiſcum. d *Ida ante Solis ortum, Solem uidet.*) Strabo lib. 10. In medio (inquit) ubi latiſsima panditur Creta inſula mons Idæus ſurgit, Cretenſiũ cunctorum celſiſsimus, quaqua uerſum circuitũ habẽs ſtadiorũ ſexcentorũ. Idipſum qđ Solinus de Ida mõte ſcribit, reperies apud Pliniũ cap xi. ſecundi naturalis hiſtoriæ. Diod. autẽ Siculus lib. 17. id Idæ Phrygiæ, nõ Cretæ monti tribuit. Mons Ida (inquit) ut quidam fabulantur, ab Ida Meliſſei ſortitus nomen eſt. Eſt autẽ omniũ mons hic, qui circa Helleſpontũ ſunt montes eminentiſsimus. In eius medio extructum antrũ eſt dijs accipiẽdis accommodũ. In eo Alexander de tribus Deabus iudiciũ habuiſſe dicitur. In Ida mõte rariſsimũ quiddã, ac ſupra hominũ opinionẽ reperitur. Nã circa canis exortũ in ſummo montis uertice penitus tranquillus aër ex omni parte efficit, ne is locus aliquẽ uentorũ flatũ ſentiat. Illic nocte durãte, Sol radios ſuos emittere cõſpicitur, nõ quidẽ ut illius forma circularis appareat, ſed magis ut eius fulgor in partes multas latè conſpiciatur, ueluti ſi ignis multũ terræ horizontẽ corripuerit. Nec multum poſt ſplendor ille totus in magnitudinẽ quandã unã coarctatur, donec dimidij ſtadij ſpacium efficiat. Die autem adueniente, integra Solis magnitudo, lucem inducit. Interpres Dionyſij. Ante ortus ſolis perhibẽt quã fulgere ſole. Idipſum Lucre. 5. de Rerũ natura lib. ijs uerſibus explicauit.

Quod genus Idæis fama'ſt è montibus altis
Diſperſos igneis orienti lumine cerni.
Inde coire globum quaſi in unum conficere orbem.
Nec tamen illud in ijs rebus mirabile debet.
Eſse, quod hæc ignis tam certo tempore poſsint
Semina confluere, & ſolis reparare nitorem &c.

Hoc uidetur ſignificaſſe Maro in fine. 2. Aene.

Iamq́; iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ.

Quod de Ida monte dictum eſt, idipſum etiamnũ Caſsio monti accidere oſtenditur infra cap. 49. e *Sepulchrum Iouis.*) Quamuis cõſtans authorum fuerit opinio fuiſſe in Creta Iouẽ ſepultũ, de loco tamẽ ubi natus, & educatus fuerit inter Arcades, & Cretes certamẽ aſsiduũ. Arcades enim apud ſe tam natũ, quã educatũ Iouẽ cõſtanter affirmant, eo potiſsimo argumento, quod in Arcadia locus ſit, qui κρητία uocatur παῤῥασὶς cognomento. Arcadum, & Cretenſiũ de hac ipſa re certamen Callymachus in hymno Iouis ijs ferme uerbis cecinit.

Iupiter aërijs cum te ſibi uendicet Idæ
Montibus, Arcadiæq́; utri mendacia iactant?

Hinc exiſtimat Parrhaſius quarto Thebaidos à Papinio dictum eſſe.

Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan,
Parrhaſijq́; duces.

Nympharũ, à quibus Iupiter nutritus eſt, nomina, ſunt ἰδαία, νίδη, ἀγνώ. Marcus Cicero tertio de Natura Deorum libro, tres Ioues fuiſſe tradit. Vltimum Cretenſem, Saturni, & Rheæ filium. Hic cum adoleuiſſet, & totum fere orbem ſubegiſſet, à Cecrope rege uetuſtiſsimo primũ Deus appellatus, eiq́; ara, & ſacrificia inſtituta. Tandem ætate (ut ait Ennius) peſſumata, in Creta uitam commutauit, & ut rudis gentilitas credidit, ad Deos abijt. Eum Curetes filij ſui curauerunt, deco-

rauerunt'q; eũ,& ſepulchrũ in Creta,ac in Gnoſo oppido ſepulchrum conſtruxerunt, in quo antiquis
Græcis literis inſcriptum fuerat.O' ζὼς τοῦ κρόνε,id eſt,Iupiter Saturni filius.Sepulchri Iouis in Creta me
minerunt Ennius in ſacra hiſtoria. M.Varro in eo opere,quod de littoralibus inſcribitur.M.C.tertio
de Natura Deorum.Diod.Siculus lib.quarto.Mela lib.2.Euſebius cap.3.tertij Præparationis. Lactan.
cap.xi.lib.primi.Item Cyprianus in libro de origine,& generibus Idolorũ.Adeas etiamnũ ſi libuerit
Politianũ iure inter ueteres numerandũ ca.35.primæ Centuriæ, quo loco in hanc ſententiã permulta diſſerit copioſè. Iupiter quod in Creta à Capra nutritus eſt. αἰγίοχος cognominatus eſt, ab ὀχῆς & αἰγός.i.à cibo,& capra. Vel, ut placet alijs, ab ἴχειν, quod tenere ſignificat, & αἰγίδος quod Aegide utatur, quaſi Scutigerum dicas.

Arctois populis mos eſt quoque lacte ferino
Infantes nutrire ſuos. Id quod ex Phauorini ſententia cap. 1.duodecimi ſuarum Noctium damnat Gellius, quod infantes ipſi ferarum mores trahant,quarum lacte fuerint educati. a Βριθόμαρτην) Britomartem, quam etiam Dictynnam dicunt, in Creta

Βριθόμαρτην a gentiliter nominantes, quod ſermone a
noſtro ſonat uirginem dulcem. Aedem numinis
præterquam nudus ueſtigia nullus licito ingreditur.
Ea ædes oſtentat manus Dædali. Gortinam amnis
Lethæus b præterfluit, quo Europam Tauri dor- b
ſo Gortinij ferunt uectitatam. Hidem Gortinij,&
Cadmum d colunt Europę fratrem, Ita enim me-
morant. Videtur hic, & occurrit,ſed die iam ue-
ſperato auguſtiore ſe facie uiſendum offerens. Gnoſ- c
ſij Mineruam d ciuem deam numerant, primúm-
que apud ſe fruges e ſatas affirmant,audacter cum At-
ticis contendentes. Ager Creticus f ſyluestrium ca-
prarum copioſus eſt. Ceruo g eget, Lupos,uulpes,

genitã fuiſſe tradunt ex Ioue,ac Acamarchide Euboli Cereris filij.Hæc retia ad uenandum inuenit,ex
quo & Dictynna eſt cognominata. Conſuetudine Dianæ utebatur,qđ cauſam præbuit,ut quidã Di-
ctynnã,Dianã'q; eandẽ eſſe exiſtimarent.Quã deã ſacris,templis'q; Cretenſes coluere, author Diodo.in
ſexto. Hiſtoriã refert Virg.in Cyri.Stra.lib.10.Lyctus (inquit) ante Emporiũ habet quod Cheronne-
ſus appellatur,ubi Britomartis ædes ſacra eſt.Cretenſibus cultã Dianã oſtẽdit Ouid. tertio Faſtorum.
Pallada Cecropide,Minoa Creta Dianam &c. Scribit.M. Varro fuiſſe quædã ſacra, ac ſacella, in quibus
nefas erat Scorteũ aliqđ.i.è pellibus factũ, ſiue morticinũ adhiberi.Id (ut Naſo Faſtorũ primo canit)
in ſacris Carmentis maximè ſeruabatur. Hinc obſeruatũ uideri poteſt,ne ædẽ Britomartis quiſpiam,
præterquam nudus ueſtigia licito ingrederetur. b *Amnis Lethæus.*) Sunt codices,in quibus Lineus, alij
in quibus Lennius ſcriptũ eſt.Sed quũ nullũ in Creta huius nominis amnẽ reperiã,exiſtimo legendũ,
Lethæus.Strabo lib.10. Eã Gortynã uidelicet. perlabitur totã Lethæus amnis.Hic uerò (inquit) ortũ
traxit ex Lebena.Ptolemæus præterea hanc urbẽ,& Lethæũ amnẽ,ſub eiſdẽ gradibus collocauit.Exi-
ſtimant nonnulli Lethæũ dictũ,quod penes eũ Hermione Cadmi mariti oblita fuerit,Plin.ca.1.12.Na-
tur.hiſt.(qđ ab hoc loco haud alienũ eſt) Gortyne (inquit) in inſula Creta iuxta fontẽ Platanus una in
ſignis utrius'q; linguæ monumentis,nunq; folia dimittẽs.Statim'q; ei Græciæ fabuloſitas ſuperfluit.Io
uem ſub ea cũ Europa cõcubuiſſe. c *Cadmum colunt Europæ fratrem.*) Non ignoro eſſe uetuſtos codices, in
quibus nõ Cadmũ,ſed Adymnũ ſcriptũ ſit, ſed quum nullus Adymnus inter Agenoris filios reperia
tur,palcet ut Cadmũ legas,quod & impreſsi Solini quidã codices retinent. De Cadmo,& Europæ fra
tribus notiora ſunt omnia,q; ut hoc loco adſcribi debeãt. d *Gnoſsij Mineruam ciuem numerant.*) Diodori Si
culi uerba ſunt ex ſexto Bibliothecæ. Tradũt(inquit) Palladẽ in Creta,ex Ioue apud fontes Tritonis
fluminis ortã,ex quo Tritonia dicta,& nũc quoq; apud eos fontes,ubi nata eſt,huic deæ ſacrarunt.Pal
ladẽ aũt,& Mineruã eandẽ eſſe ſciunt omnes. e *Fruges ſatas.*) Concordant omnes à Cerere primùm re-
pertas fruges,& quidẽ,ut Diodorus ait,anteq̃ Proſerpinã genuiſſet.Nam poſt filiæ à Plutone raptum
frumenta omnia,tũ in Iouis odiũ,tũ propter dolorẽ amiſſæ filiæ, incendiſſe ferunt.In Attica autem nõ
niſi poſt raptũ filiæ fruges monſtraſſe cõſtat. Fruges autem reperit,quæ forte inter alias herbas naſce-
bantur ignotæ cæteris.Contendunt igitur Cretes in Creta inſula,in qua nata eſt, Cererem primùm ſe-
uiſse fruges.Ioſephus cap.4. primi Antiquitatũ Iudeorũ, ſcribit Cain primũ terrã araſſe.Lege Probũ,
& Seruiũ primo Georgicorũ ſuper illud.*Vnci'q; puer monſtrator aratri.*Item Plinium cap.56. ſeptimi. f *Syl-
ueſtrium caprarum.*) Ariſto.cap.11.de Admirãdis in natura. In Creta inſula (inquit) quæ Iouẽ educauit, ca
preæ ſylueſtres,quibus ea regio,quãmaximè abundat, ubi ſe primũ à uenatoribus uulneratas aliquo
telo ſenſerint & cætera g *Ceruo eget,Lupos.*) Ariſtoteles capite ſeptuageſimoſecundo,eiuſdem
operis.In Creta (inquit) nullos eſſe lupos inquiunt, neq; etiam urſos,neq; ſerpentes, neque quamuis
aliam huiuſmodi, ut rapacem,aut uenenatam feram. Hac maximè,ut opinantur,ratione,quod olim
natu-

natus ſit ibi, atq; educatus Iupiter. Plin.cap.58.octaui naturalis hiſtoriæ. In Olympo (inquit) Macedoniæ monte non ſunt lupi. Nec in Creta inſula, ibi quidẽ non uulpes, urſiue, aut omnino ullum maleficum animal, præter Phalangium. Aranei id genus. Mirabilius in eadem inſula ceruos, prȩterquã in Cydonearum regionem non eſſe. Item apros, & Attagenas, Herinaceos &c. Diodorus Siculus id Herculis beneficio tribuit. Antea (inquit) Herculi Cretenſes cumulatiſsimos honores impenderant, quibus

a aliáque quadrupedum noxia nuſquam educat. Serpens nulla. Larga uitis. Mira ſoli indulgentia. Arborarij prouentus abundantes. Nam in huius tantùm inſulæ parte repullulant [a] cæſæ cupreſsi. Her-
b ba ibi eſt, quæ [b] ἄλιμος dicitur. Ea admorſa diurnam famem prohibet. Proinde, & hæc Cretica eſt. Phalangium [c] aranei genus eſt. Si niſum quæras, nulla uis corporis, ſi poteſtatem, ictum ho-
c minem ueneno interficit. Lapis quoque Idæus Dactylus dicitur inſulæ iſtius alumnus, coloris ferrei, humano pollici ſimilis. Auem [e] Noctuam Creta non habet, & ſi ibi inuehatur, emoritur.

ductus in horum gratiã omnem feris beluis inſulam ita purgauit, ut nullum agreſtius animal in ea deinceps neque urſus, neq; lupus, neque ſerpens, neq; aliud quid ſimile, ſit repertum. Hæc ideo merita in inſulam contulit, quod Iupiter ibi natus, alitúſque fuerit. a *Repullulãt cæſæ Cupreſsi.*) Sumptum ex Plinio capite.34. decimiſexti. b *ἄλιμος.*) Sunt qui dictionem ἄλιμον aſpirationis nota ſcribendam tradant, alij autem nudam, & ſine afflatu. De ea multa Dioſcorides cap.118. & Caius Plinius capite. 22. uiceſimiſecundi naturalis hiſtoriæ, interpres Dioniſij ſic de ea inquit.

Gignitur hic Alimos, quam ſi quis momordeat herbam,
Compeſcit diramq; famem, rabiemq; diurnam.

Addit Plinius huius herbæ ſemine linguæ ſubdito, non ſentiri ſitim. Hunc effectum, cuius Solinus meminit, Alimo alij non tribuunt. Plutarchus in Sympoſio ſeptem ſapientum inter Pharmaca nuncupat ἄλιμα καὶ ἄδιψα, quæ tum famem, tum ſitim obrepere cohibeant. Mira ſunt quæ capite tertio tertij tractatus ſeptimi de Animalibus ſcribit Albertus, ſe. ſ. uidiſſe Coloniæ mulierem, quæ ſine cibo per dies uiginti, interdum uerò per dies etiamnũ triginta manſerit. Subdit maius, ſe uidiſſe uirum melancholicum, qui ſine cibo per ſeptem ſeptimanas uixerit, ſumpto interdum tamen frigidæ aquæ hauſtu. Plinius in fine undecimi naturalis hiſtoriæ libri, non eſſe homini ante diem ſeptimum læthalem inediam. Duraſſe & ultra undecimum pleroſq;. Dum hæc ſcriberemus rumor increbruit apud omnes, eſſe Auguſtæ Vindelicorum mulierem quãdam, quæ per annos ferme duodeuiginti nunquam comederit. Sed cum foret á quibuſdam diligentius obſeruata, inuentam fuiſſe aiunt canum tandem more cibos quoſdam delicatiores, quos miro aſtu parare fuerit ſibi ſolita, conuorantem. Vnde & ea urbe non ſine uitæ ſuæ periculo relegatam. Fiunt frequenter hæc, uel lucri, uel conſequendæ apud homines famæ cauſa. c *Phalangium.*) Ex Plinio capite quinquageſimo octauo, octaui naturalis hiſtoriæ, ut parum antè retulimus. Lege quæ ſcribit idem, cap. 24. undecimi de Phalangiorum natura. Remedia plurima Phalangiorum à Plinio, et Dioſcoride relata ſunt. d *Idæus Dactylus.*) Ex Plinio capite decimo triceſimi ſeptimi Solinus hæc mutuatus eſt. Nomen habet ab Idæo monte, & δάκτυλος id eſt, digito ſimilis. e *Auem Noctuam.*) Noctua, quæ Græcis γλαύξ & νυκτιμήνη dicitur, ex eo nomen habet, quod noctem amet, ac nocte pro die utatur. Hæc enim Glaucos oculos habens, ſolem uidere non poteſt. Nam, ut Ariſtoteles capite trigeſimo quarto noni de natura animalium ſcribit, Noctuæ interdiu cernere nequeunt. Noctu uenando cibum ſibi acquirunt. Verùm non tota nocte, ſed ueſpertino, & matutino. Venantur autem mures, lacertas, uerticillos, & eiuſmodi alias quaſdã beſtiolas. Ex noctuarum natura ſumptum Adagium. Noctuas Aquilis ſimiles facis. Quod Aquilarũ uiſus ſit acutiſsimus, belluarumq; nobiliũ ueſcantur carnibus, contra noctuarũ uiſus ſit debiliſsimus, earumq; uenatio abiectiſsima. Sunt qui Noctuã à Nocticorace non ſeparent, & de Noctuis Ariſtotelem intellexiſſe aiunt, cũ inquit ſecundo Metaph. Sicut Nocticoracũ oculi ad lucẽ diei ſeſe habẽt, ſic & animæ noſtræ intellectus ad ea quæ ſunt omniũ naturæ manifeſtiſſima. Noctuarũ genus in Creta inſula non eſt. Etiam ſi qua inuecta fuerit emoritur. De Noctua aue lege Ambroſium capite uiceſimoquarto quinti Hexameron. Mirum eſt, quod de ouis Noctuæ libro tertio uitæ Apollonij tradit Philoſtratus. Obſeruare (inquit) oportet, ubi Noctua nidum faciat, & illius oua mediocriter elixata infanti cõmedẽda præbere. Si enim illa commederit, uinum oderit, & modeſtius deget, quia temperatior fiet naturalis calor Ex Philoſtrati uerbis Adagiũ ortũ uolunt. Noctuino ouo indiget. In bibacẽ hominẽ & uini appetentiſsimũ. Nigidius tradit Noctuas ſexagenis dieb. hyemis cubare, ac eas uoces habere nouẽ.)

De Caryſto, & in ea aquis calentibus, deque Caryſtijs auibus. De Chalcide, Cycladibus, Io, deque Delo, inſulis. Cap. XVII.

CAryſtos [a] aquas calentes habet, quas ἐλλοπίας a
uocant. [b] Et Caryſtias [c] aues, quæ flammas
impunè inuolant. Carbaſa etiam quæ inter
[d] ignes ualent. Chalcis [e] eadem habita eſt
apud priſcos, ut Callidemus author eſt, ære ibi [f]
primum reperto. Titanas [g] in ea antiquiſsimè reg- b
naſſe oſtendunt ritus religionum. Briareo enim
rem diuinam Cariſtij faciunt, ſicuti Aegæoni Chal-
cidenſes. Nam omnis ferme Eubœa Titanum fu-
it regnum. Cycladas [h] autumant inde dictas, quia c

a *Caryſtos.*) Hæc inſula, ut cap. 12. quarti refert Plinius, dicta eſt, Chalcodotis, Macris, Macra, Chalcis, Ambatias, Aſopis. Dicta autem Chalcis ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ, id eſt ab ære, quod æs ibi primum repertum fuerit. Dicta autem à Caryſto Chironis filio, ut refert Steph. b *Ἐλλοπίας uocant.*) Harum aquarum meminit Plinius cap. 12. quarti rurſus, lib. 31. Tibullus lib. 4.

Cretæis ardens, aut unda Caryſtia campis.

c *Caryſtiæ aues.*) Albertus lib. 23. de Animalibus citat nominatim hunc Solini locum, cuius uerba qualiacunque adſcripſi. Caryſtæ ſunt aues, ut dicit Solinus, & Iorach, quæ innocuè flammis inuolant, ita quod nec pennis, nec corpore adurantur. Sed illi philoſophi multum mentiuntur. Et puto quod hoc ſit unum de mēdacijs eorū, Hæc ille. Putat hoc falſum Albertus, ſed illi aliter. Quid ſi ſimilis naturæ uis ijs auibus tribuatur, quam idem Albertus cum alijs Salamandris, & Pyrali aſcribunt. Albertum præterea arguunt, quę uerißime ſcribit Auguſtinus cap. 2. uiceſimiprimi Ciuitatis Dei. Nec dicit Solinus has aues, nec pēnis, nec corpore aduri, ſed quod flammas impune inuolent. Non minus admiratione dignum eſt, quod de auibus quibuſdam refert Ariſtoteles capite 57. eius libri, qui de Admirandis in natura ſcriptus eſt, uidelicet eſſe aues quaſdam, quæ nihil omnino ſentiant. Sed ſatis ſit conſignaſſe locum. d *Carbaſa, quæ inter ignes ualent.*) Strabo lib. 10. Ad Caryſtum (inquit) lapis naſcitur, quem pectunt, nent, texunt. Inde mantilia conficiuntur egreigiè contexta. Ea ubi ſordeſcunt, in flammam proiecta, non ſecus emundātur, quam ſi maculas elueris. Multa eſſe, quæ igni abſumi nequeant, ſciunt, qui rerum naturalium cōmentaria ſtudioſè legunt. Tradit Plin, cap. 1. deciminoni naturalis hiſtoriæ eſſe lini genus, ex quo facta mantilia, ignem non ſentiant. e *Chalcis eodem habita eſt.*) Hæc inſula (ut antè diximus) multis nominibus nominata eſt apud priſcos. f *Aere ibi primo reperto.*) Scribit Plin. cap. 56. ſeptimi, Cinyram Agriopæ filium, æris metalla in Cypro inſula reperiſſe, & cap. 2. triceſimiquarti ait, æs fieri ex lapide, quem Calciten uocant in Cypro ubi (inquit) prima fuit æris inuentio. Capite autem duodecimo quarti, in Caryſto inſula aſſerit æs repertum primum. Nec eſt in dictis Plinij repugnātia, quoniā utique prima æris repertio Cypro tribuitur ſed mox (inquit Plinius) uilitas, reperto in alijs terris præſtantiore. g *Titanas in ea.*) Cœlus inter cæteras Titeam duxit uxorem, ex qua decem & ſeptem filios procreauit, Eos pater ex matris appellatione, cōmuni nomine Titanas nuncupauit. Hos primum cōtra Saturnū, demum cōtra Iouē acerrimum geſsiſſe bellum tradunt. Sed quum Iouis impetum (ut canit Heſiodus) ferre non poſſent.

Fit fuga, ſubque ſolum Titania turba repente
Truditur, & ualidis ibi cogitur eſſe catenis,
Sub Styge Titanes, cæco clauduntur, & Orco.

Seruius ſextò Aenei. exiſtimat, Titanas dictos ἀπὸ τῆς τίσεως, id eſt, ab ultione, qd' Terra irata eos cōtra Deos genuerit. De Bryareo, & Aegæone Gigantibus paſſim omnes. h *Cyclades.*) Plinius harum inſularum nomina referens, tres & quinquaginta eas eſſe dicit. Extra Caryſtum (inquit) in Myrtoo multæ, ſed maximè illuſtres, Clauconneſos, & Begilia, & à promontorio Geraſto, circa Delum in orbem ſitæ. Vnde & nomen traxere Cyclades. De Cycladum nomenclatura, omnes idem fere ſentiunt, Mela, Martianus, Strabo. Græci enim κύκλον circulum, uel orbem dicunt. Seruius autem ſuper tertio Aeneidos exponens illud,

Olearon, niueamque Paron, ſparſaſque per æquor.

Cycladas, à circumeundo dictas uult. Cyclades (inquit) nō ideo dicūtur, quia in rotunditate ſunt, ſed quod lōgo ordine ea circumire neceſſe eſt, uel propter promontoria, uel quia naturale eſt, ut concitatiora ſint maria uicinitate terrarum, quas conſtat anhelitum quendam ex ſe emittere. Hæc ille. Sed eſſe poteſt, ut idem diuerſam Etymologiam ſortiatur. De ſitu Cycladum uide Ptol. decima Europæ tabula . *Ios Homeri tumulo.*) Quum Homerus tam patriam, quam parentes ignoraret, Apollinis oraculum conſueuiſſe dicitur, quibus ſcilicet paren-

tibus

tibus, & qua patria ortus eſſet,ſic ab Oraculo reſpōſum eſt.

Inſula Ios matrem,nato factura ſepulchrum *Progenuit,iuuenum tu uero ænigma caueto.* Aliud quoq; oraculi reſponſum referunt Plutarchus,& Stephanus. Hoc ſcilicet.

Felix,atq; miſer,ſortemq; ad utramq; create *Inſula non longè Creta Minois ab ampla*
Noſse cupis patriæ nomen Homere tuæ, *Dat matrem,ſed non eſt pater inde tibi.*

a licet ſpacijs longioribus à Delo proiectæ, in orbem tamen circa Delum ſitæ ſunt, & orbem κύκλον Grai loquũtur. Ios Homeri tumulo cæteram antecedit. Meminiſſe hoc loco par eſt poſt ª primùm diluuium
b Ogygij temporibus notatum, cum nouem & amplius menſibus diem continua nox inumbraſſet, Delon ante omnes terras radijs ſolis illuminatam, ſortitamq; ex eo nomen, ᵇ quod prima reddita foret uiſibus. Inter Ogygium ᶜ ſane, & Deucalionem medium euum ſexcentis annis datur.

De Ortygia Inſula. Deq; Coturnicibus. Cap. XVIII.

EAdem eſt & Ortygia, ᵈ quæ clariſsima eſt, in Cycladum numero multifarie traditur. Nunc Aſteria ᵉ à cultura Apollinis, nunc à uenatibus ᶠ Lagia, uel Cynethus. Pyrpile etiam, quoniam & Ignitabula ibi, ᵍ & ignis in=

Ab ijs ſingulis (inquit Strabo libro decimo) Ius parua inſula abeſt, in qua poëtam Homerum ſepultum eſſe aiunt. In antiquis Plinianis exemplaribus, Scyros legebatur fuiſſe Homeri patria. Martiano, Naxos. In Solino, Chios. Plura de Homeri ſepulchro Barbarus Hermolaus cap.12. quarti Plinij. De Homeri patria extat nobile Diſtichon apud Gellium cap.xi. libri tertij.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμίν, ἴος, ἄργος, ἀθῆναι.

Hoc eſt.

Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

a *Præter primum diluuium.*) De Pluribus diluuijs ca.14. ſupra diſſeruimus copioſè. b *Sortitumque ex eo nomen.*) Delos autem dicta eſt, quia diu latuit, & poſt apparuit. Nam, ut tertio Aeneid. ſcribit Seruius, Græci δῆλον manifeſtum dicunt. Vel quod uerius eſt (inquit) quia quum ubiq; Apollinis reſponſa obſcura ſint, manifeſta illic dantur oracula. Plura ibidem Seruius ſuper illud. *Sacra mari colitur medio.* Plin. autem cap.12. lib. quarti, authoritate Ariſtotelis ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Ad idem ſequenti capite aliqua annotabimus. Scribit Thucydides lib. quarto, in Delo nec parere, nec ſepelire, nec canem alere fas fuiſſe. Delon inſulam maximè inſignem reddunt Apollo, & ſoror eius Diana gentilitatis Dij ibidem orti. Lege abunde Strabonem lib.10. c *Inter Ogygium*) Secundum computationem Euſebij lib. temporum, multò pauciores inter Ogygium, & Deucalionem annos reperies, quam hic à Solino enumerētur. Scribit enim Ogygem fuiſſe anno mundi, 3400. Deucalionem uerò anno 3670. hoc eſt inter hos, medium ducentis ſeptuaginta annis datur æuum. d

E*Adem eſt & Ortygia.*) Delon fuiſſe uarijs nominibus nũcupatam docet cap 12. li. 4. Caius Plinius. Ipſa (inquit) longe clariſsima Cycladum media à templo Apollinis, & mercatu celebrata Delos. Aegloſthenes Cynthiam appellatam dicit. Alij Ortygiam, Aſteriam, Lagiam, Cerham, Mydiã, Cynethum, Pyrpilen, igne ibi primum reperto. Ortygia autē dicta eſt ἀπὸ τῆς ὄρτυκος, id eſt, à Coturnice. Græci enim ὄρτυκα coturnicem dicunt. Quidam aſſerunt ſic dictam ab Ortygia Aetoliæ oppido, cuius incolæ olim in Delon nauigarunt, & eam inſulam tenuerũt. e *Aſteria.*) Seruius tertio Aene. ſuper illud. *Sacra mari colitur.* Scribit Delon Aſteriam dictã, ab Aſteria Latonæ ſorore, Apolliniſq; matertera, quæ ne à Ioue uiciaretur, in Coturnicem primùm, deinde in lapidem uerſa ſub fluctibus latuit. Poſtea ſupplicanti Ioui Latona ſuperferri aquis cœpit. Et prima uiſibus reddita eſt. Vnde & nomen ſortita eſt, ut Delos diceretur. Homerus eam quarto Odyſſeæ, Aſteridem nominat inquiens.

Saxea nunc medio ſupereminet . inſula Ponto
Aſteris haud ingens portus dans puppibus aptos,
Quos ſubeant hinc, atq; hinc.

Strabonis autem ætate, nec ad anchoræ quidem iactum prorſus idonea f *A uenatibus Lagia.*) Qaſi leporariam dicas, λαγὼς enim Græcis, lepus dicitur. Stephanus non Lagiam, ſed Pelaſgiam nominat. g *Ignitabula ibi, & ignis inuenta ſunt.*) Sunt enim ignitabula

 ut Fe=

ut Feſtus ait, ignis receptacula. Miror quoſdã pro ignitabula, tabula repoſuiſſe. Ignem è ſilice (authore Plin. lib. ſeptimo) Pyrodes Cilicis filius, reperit. Vnde à Græcis ignis πῦρ dictus eſt, & inſula Pyrpile, uel, ut placet alijs, Pyrpole, ſiue Pyrpolos. Eundem (ut idem ait) aſſeruare in facula Prometheus. Aegypti ſacerdotes (ut refert Diod. in primo) affirmant, Vulcanum primum in Aegypto regnaſſe, ignẽq; reperiſſe, eoq; beneficio, ducem ab Aegyptijs conſtitutum. Cũ enim arbor ictu fulminis in mõtibus cõflagraſſet, ligna propĩqua hiberno tempore à flamma ſunt comprehenſa. Qua ex re, Vulcanum calore lætatum, deficiente igne, addidiſſe illi nouam materiam, & eo modo continuato igne, alios homines conuocaſſe ad eius aſpectum, tanquam à ſe reperti. Idẽ ferè & Lucretius libro quinto ſcribit, inquiens.

Fulmen detulit in terram mortalibus ignem
Primitus, inde omnis flammarum deditur ardor &c.

Taautus in libris de mundi origine ait Conſtrictione lignorũ fuiſſe ignem repertum. Sũt, qui ignis inuẽtionem, ac eius uſum Idæis Dactylis adſcribant. Lege Diodo. Siculum libro ſexto, & Euſebium cap. 7. primi præparationis. a *Coturnices aues.*) Ex Plí. cap. 23. libri decimi, hæc omnia mutuatus Solinus. Mirum eſt quod quarto de Anima lib. tradit Albertus. Coturnices ſ. eſſe muſicas in garritu, quũ earũ uox ſit omnino obſtrepera, ac turbida nullam muſicam ſonoritatem auribus referens. Dioſcorides cap. 710. ſcribit Coturnices fieri pugnatiores ſi in cibos earum addatur Adiantum, hoc eſt, Cincinalis herba. Inter Cæſaris Augusti Apopthegmata ſic Plutarchus. Auguſtus (inquit) quum accepiſſet Erota, qui Aegyptiacas res gereret, emiſſe Coturnicem, quæ cæteras omnes pugna ſuperaret, eſſetq; ipſa inuicta, et eã aſſam deglutiſſe, eo accerſito, atq; agitata quæſtione, nauis malo hominem, ubi rem confeſſus eſt, iuſsit affigi. Medici ſcribunt eſſe duo Coturnicum genera. Nam q̃dã ſunt magnæ columbis ſimiles, quas Attagines uocari dicunt. Aliæ paruæ eſſe ſcilicet, q̃s Qualeas uulgo uocãt. Nõ parua inter peritiores oritur dubitatio. Sintne Coturnices eæ aues, quas Itali uernacula lingua Qualeas uocãt. Eã rem uerbis plurimis exquitur Pius Bononienſis in. 4. in Lucretiũ Commentario. b *In Latonæ tutela.*) Quod, ut ante dictum eſt, Ortyga, Latonæ ſoror in Coturnicem auem uerſa creditur. c *Aduenıedi habent tempora.*) Idipſum plerũq; ſtudioſè ſeruant, tum aues cæteræ, tum reliqua animantia, q̃ loca mutant. Natura enim duce noſcunt ratiõis expertia, quæ ſint eis tempora magis apta. d *Aeſtate depulſa.*) Aues, quæ ſunt corpore graui, atq; præpingui, æſtiuo tempore longius uolitare formidant. e *Vires ſuas nutriunt tarditate.*) Prudentis eſt, actionis cuiuſq; proſpicere terminũ, & ex eius cõparatione ea ipſa moderanda actio. Vulgo iactari ſolitũ eſt. Aſini ſuccuſſatio. In eos, q fortiter quippiã aggrediũtur, idipſum tamen uel terminant ignauiſsimè, uel qđ turpius multò eſt, inceptum deſerunt ante finem. Ediſcendum memoria Horatianum præceptum,

Rem tentare pudor, quam uires ferre recuſent.

f *Coëunt cateruatim.*) Imbecilliora, & timidiora quæq; animalia, inq̃t Lactan. cõgregantur, ut quoniam uiribus tueri ſe nequeunt, multitudine tueantur. Fortiora uerò ſolitudines appetũt, q̃m robore, uiribuſq; confidunt. g *Auſtro nunquam exeunt.*) Auſter uẽtus plerũq; corporib. inſalubris. Is enim (ut Celſus ait) aures habetat, ſenſus tardat, capitis dolores mouet, aluũ ſoluit, totũ corpus efficit hebes, humidũ, languidũ, Salubriores ſeptẽtrionales, quam Subſolani, uel Auſtri ſunt. Doctè de ijs uentis Auicenna primo Canonũ Fen. ſecũda ca. 10. doctrinæ ſecũdæ. h *Ortygometra.*) ὀρτυγομήτραν Græci Coturnicũ regẽ nuncupant, ex ὄρτυξ, & μήτρον, Vide Diuum Hierony. cap. xi. ſecundi aduerſus Iouinianum hæreticum. i *Semina uenenorum.*) Facit animantis complexio, ut quæ uni ſunt ſalubria

uenta ſunt. In hac primum uiſæ Coturnices ᵃ a- a
ues, quas ὄρτυγας Græci uocant. Has eaſdem in Latonæ
ᵇ tutela exiſtimãt conſtitutas. Nec ſemper apparent.
Adueniendi habẽt tempora ᶜ æſtate depulſa. ᵈ Cum
maria tranãt impetus differunt, & metu ſpacij lon- b
gioris uires ſuas nutriũt ᵉ tarditate. Vbi terram per-
ſentiſcunt, coëunt ᶠ cateruatim, deinde globatæ uehe
mẽtius properãt. Quæ feſtinatio plerumq; exitium
portat nauigantibus. Accidit enim noctibus, ut ue- c
la incidant, & præponderatis ſinibus alueos inuer-
tant. Auſtro nũquam exeunt. ᵍ Nam metuunt uim
flatus tumidioris. Plurimum ſe Aquilonibus credũt
ut corpora pinguiuſcula, atq; eo tarda facilius proue d
hat ſiccior, & uehementior ſpiritus. Ὀρτυγομήτρα ʰ dici-
tur, quæ gregem ductitat. Eandem terræ proximan-
tem accipiter ſpeculatus rapit. Ac propterea ope-
ra eſt uniuerſis, ut ſollicitent ducem generis exter- e
ni, per quem fruſtrentur prima diſcrimina. Cibos
gratiſsimos habent ſemina ⁱ uenenorum. Quam

a ob cauſam eas damnauere [a] prudentum menſæ, Solum hoc animal præter hominem, morbum patitur Comitialem

De Euboea inſula. Cap. xviiij.

b EVbœa [b] tam modico æſtu diuidua eſt à Bœotiæ continenti, ut dubitandum ſit, an numerari inter inſulas debeat. Nam latere, quem uocant [c] Euripum, terræ ponte iungitur, &
c per fabricam breuiſsimæ machinæ aditur pede. Cenæo promontorio uadit in ſeptetrnionem, duobus aliȷs in meridiem extenditur, quorum Geræſtos ſpectat Atticam, Caphareos prominet

ſalubria, ſint alteri pernitioſa. Exiſtimat Auicenna ſecundo Canonis, nutrimentũ Coturnicũ ab Elleboro eſſe, propter ſpiſsitudinem cõplexionis. Diuus Ambroſius ca.9. tertȷ Hexameron. Elleborũ (inquit) periti locũtur, eſcam eſſe, & alimoniã Coturnicũ, eo qđ naturali quodã tẽperamento ſui corporis uim pabuli nocentis euitent. Et enim ſi ratione medicinæ plerũq; ad ſalubritatem humani corporis tẽperatur, cui uidetur eſſe contrariũ, quãto magis proprietati naturæ ad cibũ proficit, quod media manu conuertitur ad ſalubritatem? Facit, quod ſcribit Alexander in ꝓlogo Problematum. Item quod ſcribit Galenus in libro *περὶ κρασέων*. id eſt. de Complexionibus. Cicuta (inquit) Sturno, & Coturnicibus Elleborum cibus eſt, homini autem uenena. Lucretius lib.4, inquit,

Præterea nobis ueratrum eſt acre uenenum,
At capris adipes, & Coturnicibus auget,
Id quibus ut fiat rebus cognoſcere poſsis.
Principio meminiſſe decet, quæ diximus antè,
Semina multimodis in rebus mixta teneri.

Facit qđ ſcribit Ariſtoteles. cap.5. primi Politicorum. Lege Seruium quarto Aen. ſuper illud *Spargens humida mella, ſoporiferumq; papauer.* Et Diogenes Laërtius in uita Pyrrhonis lib.9. *Venenorum.*) Quibuſdam ex ſupͣ dictis, Veratrorum uidetur eſſe legendum, quod etiam Hermolaus Barb. adnotauit. a *Damnauerunt prudentum menſæ.*) Pli. cap.23. lib decimi. Coturnicibus ueneni ſemen gratiſsimus cibus. Quam ob cauſam eas damnauere menſis. Simulq; Comitialem propter morbum deſpui ſuetum, quem ſolæ animalium ſentiunt præter hominẽ. Auicenna ſecundo Canonis. Ex comeſtione carnis Coturnicum timetur Tetanus, & Spaſmus, non quia commedant Elleborum tantum, immo quia in ſubſtantiã earum eſt hęc uirtus &c. De Comitiali morbo lege Cornelium Celſum ca.23. lib. tertȷ. Plura reperies tũ apud Plin. tum apud Dioſcoridem. b E*Vbœa.*) Hæc, ut Strabó, & Stephanus teſtantur. Eubœa heroicæ indolis matrona cognomẽ tradidit. Aliȷs placet, eam ſumpſiſſe nomen ab antro quodam, quod in littore ſitum eſt, in Aegæũ uergens pelagus, Bouis aula nuncupatũ, ubi Io Epaphum peperiſſe fertur. Eam ipſam inſulã cap.12. lib.4. Pli. his uerbis exponit. Eubœa & ipſa (inquit) auulſa Bœotiæ, & à modico interfluente Euripo, ut ponte iungatur. Ad meridiẽ promontorȷs duobus Geræſto ad Atticã uergente, & ad Helleſpontũ Caphareo inſignis, à Septẽtrione Ceneo. Nuſq̃ latitudine ultra xl. M. paſſuum extenditur, nuſq̃ infra xx. M. cõtrahit. Sed in longitudine uniuerſæ Bœotiæ, ab Attica, Theſſaliã uſq; prætẽrã in. cl. mil. paſſuum. Circuitu uerò ccclxv. Abeſt ab Helleſpõto parte Capharei. ccxxv. Aſſerit idẽ Pli. c.90. ſecũdi. Maris impetu Eubœam à Bœotia aliquãdo auulſam. Nunc Eubœam inſulã Nigrũ pontũ nũcupãt, uel à Ponti nigredine, uel à ponte potius, quo latere Euripi continenti iuncta eſt, ſic cognominatã. Ea inſula anno à Chriſti natali quadringẽteſimo.70. ſupra Milleſimũ in Turcarũ poteſtatẽ redacta eſt, cũ eam quadringentarũ nauium, & ducẽtorum triremium claſſe, equitũq;.100. Mil. inuaſiſſent. Chalcide urbe.30. die expugnata, atq; ſubuerſa, c *Quem uocant Euripum.*) Compoſitum nomen, ut uidetur, ex εὖ, bene, & ῥιπίζω, flo, excito, uentilo, quod locus ille uentis quibuſdã flantibus (ut ait Liuius) bene excitetur, uentileturq;. Græci præterea εὐρίπιστον inſtabilem dicunt, & inconſtantẽ. Sicq; is locus ab effectu ſortitus nomen eſt. Plura de Euripi inconſtantia congeſsit Eraſmus prouerbio.855. primæ Chiliados referens Pli. Melæ Pomp. T. Liuȷ, Senecæ, ac Boetȷ uerba Ioannes Maria Catanæus, notatu digna refert in commẽtarȷs tertiæ epiſtolæ lib. primi Plinȷ Cæcilȷ. Strabo lib. nono ſic inquit. De ipſo etenim Euripi refluxu, tantum ſolũmodo dicere ſatis eſt, quod die quolibet, ac nocte ſepties curſum tranſmutat. Cauſa uerò alibi ſcrutanda eſt. Titus Liuius lib.28. circa principium, ab urbe cõdita exiſtimat quoſdã uentos concitos illic flantes, huius uniformis reciprocationis cauſam eſſe. In eo loco diſcrepat Liuius à cæteris, aſſerens eum non ſepties die ſicut fama fert temporibus ſtatutis reciprocare, ſed temere in modũ uenti nunc huc, nunc illuc &c. Adſcribã huic loco. M. T. uerba ex tertio de Natura Deorũ lib. Sed non

in Helleſpontum. Vbi poſt Ilij excidium Argiuam a
claſſem [a] uel Mineruæ ira, uel, quod certior prodi-
dit memoria, ſydus Arcturi grauibus affecit caſibus.

De Paro inſula, ac Sarda lapide. Cap. XX.

MArmore [b] Paros nobilis à Delo oppido b
frequẽtiſsima, prius tamen Minoia, quam
Paros dicta. Nam ſubacta à [c] Minoe, quo
ad in Creticis manſit legibus Minoiam loqueban-
tur. Præter marmor, dat & Sardam [d] lapidem, qui c
marmore quidem præſtat, inter gemmas uerò uiliſ-
ſimus ducitur. Naxon à Delo [e] duodeuiginti milia
paſſuum ſeparant, in qua Strongyle oppidum. Sed

õmnia (inquit) Balbe, quæ curſus certos, & conſtantes habent, uel ſeruant, ea Deo potius, q̃ naturæ tribuẽda ſunt. Quid Chalcydico Euripo in motu identidem reciprocãdo putas fieri poſſe conſtantius? Quid freto Sicilienſi? Quid Oceani feruore illis in locis,

Europam, Libyamq; rapax ubi diuidit unda?

Quid æſtus maritimi, uel Hiſpanienſes, uel Britannici, eorumq; certis temporibus, uel acceſſus, uel receſſus ſine deo fieri nonne poſſunt? Hæc ille. Euripus philoſopus quum diu, multumq; ingenio laboraſſet, qua nam ratione eæ ſeptenæ Euripi reciprocationes fierent. Id quoniam reperire non potuit, ſeſe in Euripi fluctus præcipitem dedit. Quando quidem (inquiens) Euripus Euripum non habet, Euripus Euripum habeat. Sunt qui falſo Ariſtoteli tribuant, cum de re neutiquam futura loqui libet, Prouerbiali figura dici cœptum. Euripus prius ſtabit. Megara apud Senecam in Hercule furente ſic loquitur. *Priuſque multo uicibus alternis fugax Euripus uada ſtabit Euboica piger* a *Argiuam claſsem.*) Minerua propter Caſſandræ eius ſacerdotis ſtuprum, uel (ut placet alijs) quod ei capto Ilio, Græci ſacrificare noluerint, eis in patriam redeuntibus grauiſsima tempeſtate fatigatis, circa Caphareum Eubœæ promontorium naufragio cauſa extitit pereundi. Reuera autẽ conſtat, ut ait Seruius, Græcos tempeſtate laboraſſe Aequinoctio uernali, quoniam manubiæ Mineruales, id eſt, fulmina, tempeſtates grauiſsimas cõmouent. Res autem & hiſtoria ſic babet. Nauplius Palamedis pater dolens filiũ ſuũ factione interemptũ, quum uideret Græcos tẽpeſtate laborare, montẽ Caphareũ aſcendit, eleuata facula, ſignum dedit uicini portus. Quare decepti Græci, inter aſperrimos ſcopulos, naufragiũ pertulerũt. Lege Senecã Scæna ſexta Tragœdiæ octauæ. Lex eſt apud Iureconſultos lib. 47. Digeſtorum tit. nono. L. Ne piſcatores nocte lumine oſtenſo, fallant nauigãtes, quaſi in portum aliquem delaturi, eoq; modo in periculũ naues, & qui in eis ſunt, deducant, ſibiq; execrandam prædam darent, Præſidis prouinciæ religioſa conſtantia efficiat. b

MArmore Paros.) Propter marmor, & Sardam lapidem quæ in Paro inſula proueniũt, de hac inſula Solinus hoc loco determinat. Eſt aũt Paros inſula una ex Cycladibus, marmore nobilis, ut inquit Pli. cap. 12. libri quarti. Nomen autem habet à Paro Iaſonis filio, uel nepote. Multis aũt eam nominibus fuiſſe nuncupatam, author eſt Nicanor ἐν ταῖς μετονομασίαις. Nam uocatam dicit Pactiã, Demetriada, Zacynthum, Hyrian, Hyleeſſan, Minoan, Cabarnin, Hæc & plura Stephanus de Vrbibus, Plinius eam Plateam dictã ait, quo loco fortaſsis Pactiam, non Plateam legendum eſt. Propter Parij marmoris nitorem, ac mirã pulchritudinẽ à Theocrito Ecloga ſexta prouerbiali figura dictum eſt de Galatheæ pulchritudine. *Marmore candidior Pario*. Item ab Horatio Ode. 19. primi Carminũ de Glycera amica. *Vrit me Glyceræ nitor, Splendentis Pario marmore purius.* c *Subacta à Minoe.*) Quum Cyclades inſulæ uacuæ eſſent cultoribus, Minos Iouis, & Europæ filius, Cretenſium rex, cuius terra, mariq; imperium potens erat, ac claſſe ualens plurimum. Is multas ex Creta colonias in Cycladas inſulas miſiſſe fertur. Et cum earum plurimas adeptus eſſet, populis diuiſit. Aſiæ quoq; partẽ maximã poſſedit. Eapropter et nonnullæ inſulæ, portuſq; Aſiæ à Cretenſibus, Minoeq; nomen ſumpſere. Lege Diod. Siculum lib. 6. Ob candorem marmoris huius inſulæ, niueam Paron uocauit Maro. 3. Aen. Seruius. 1. Aen. ſuper illud *Argentum, Pariuſue lapis circumdatus auro.* Dicit hunc lapidem eſſe candidiſsimũ Lideum nomine Pli. cap. 5. triceſimi. Omnes (inquit) tantum candido marmore uſi ſunt è Paro inſula, quem lapidem, cœpere Lychniten appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderentur, ut author eſt Varro, multis poſtea candidioribus repertis. d *Sardam lapidem.*) Pli. cap. 7. triceſimiſeptimi referens loca plurima, in quibus hic lapis proueniat, nullam facit de Paro inſula mentionem. Sed fieri potuit, ut de Sarda lapide alterum quempiam Solinus fuerit imitatus. e *Naxum à Delo.*) Plinius cap. 12. quarti nat. hiſt.

Naxus

Naxos Dionyſia priuſq; Naxos dicta, uel qa hoſpita Libero [a] patri, uel quòd fertilitate uitium uincat cæteras. Sunt præterea Cyclades [b] plurimæ, ſed in ſupradictis præcipuum eſt, quod memoriæ debeatur.

De Icaro inſula, & Pythagora philoſopho. De Melo, Carpatho, Rhodo, & Lemno inſulis, ac Atho montis umbra. Cap. XXI.

DE Sporadibus eſt [c] & Icaros [d] quæ Icario mari nomen dedit. Hæc inter Samum, & Myconum procurrentibus ſaxis inhoſpita, ac nullis finibus portuoſa ob inhumana littora infamis eſt. Vult ergo [e] Varro Icarum Creten ibi naufragio interijſſe, & de exitu hominis impoſitum nomen loco. Nam in Samo [f] nihil nobilius, quam Pythagoras ciuis, qui mox offenſus [g] fa-

Naxus (inquit) à Delo 18. mill. paſſ. cum oppido, quã Strongylen. Dein Dian. Mox Dionyſiada à uinearum fertilitate. Alij Siciliã minorẽ, aut Calliopolin, appellarunt. Patet circuitu 75. mill. paſſ. Dimidioq; maior eſt q̃ Paros. a *Hoſpita libero patri.*) Dian inſulam à Thracibus derelictam, Cares, duce Naxo, Polemonis filio, poſſederunt. Is inſulã ab ſe pro Dia Naxon dixit. In ea inſula Dionyſius, id eſt, Liber pater, relictam Ariadnen à Theſeo, uxorem duxit, ac (ut ferunt fabulæ) in cœlũ tranſtulit. Naxij aiunt Dionyſium apud eos fuiſſe nutritum, quapropter fuiſſe ſibi inſulam acceptiſſimam, & ab ea Dionyſiada poſtmodum appellatam. Ouid. 3. Metam.

Naxon ait Liber curſus aduertite ueſtros.
Illa mihi domus eſt, uobis erit hoſpita tellus.

Dia autem dicta eſt ab Ephialte, & Otho fratribus, quoniã in ea, ut heroẽs, culti fuerint. Alijs placet à Ioue, id eſt, ἀπὸ τοῦ Διός, Diam cognominatam, quod is ex ea inſula aduerſus Titanas, impetum fecerit. Longam hiſtoriã refert Diod. Siculus lib. 6. Ob eam, quã retulimus hiſtoriã. Ver. 3. Aen.

Bacchatamq; iugis Naxon, uiridemq; Donyſam,

Non immeritò nuncupauit. b *Sunt Cyclades plurimæ.*) Antè diximꝰ à Plinio, tres & quinquaginta nominatim referri Cycladas. Cycladũ inſularũ ſitũ, appingit Ptolemæus 10. Europæ tabula. c *DE Sporadibus eſt.*) Sporades Græci ex ſitu nuncupant. Nam σποράδην ſparſim, & σποράδες ſparſos, quòd ſcilicet hæ inſulæ in mari ſparſæ ſint. Earum ſitum, numerum, nomina, refert Plinius cap. 12. libri quarti. Vergilius Aeneidos lib. 3. non uidetur diſtinxiſſe inter Sporades, & Cyclades,

quum (inquit) *ſparſasq; per æquor Cycladas.*

d *Icaros, quæ Icario nomen dedit.*) A' Naxo (inquit Plinius cap. 12. quarti.) decem & ſeptem mill. paſſuũ. Icaros, quæ nomen mari dedit tantundem ipſa in longitudinẽ patens &c. Idem ſcribit Strabo in fine decimi. e *Vult ergo Varro Icarum Creten.*) Icarus Dædali filius cum patre fugiens, quum inſulam quandam peteret, in mare decidens perijt, à q̃ & inſula dicta eſt, & pelagus Icarium uocatũ. Diod. Sicul. lib. 5. Ouid. 3. Triſtium,

Icarus immenſas nomine fecit aquas.

Fabulam recenſet Ouidius 8. Metamorph.

f *In Samo.*) Samos Icario in mari modica inſula eſt, ex aduerſum Miletos ad occidentem eius ſita, nec ab ea multo pelagi diſpicitur. Vtrumuis clementer nauigantem alter dies in portu ſiſtit. Ager frumento piger, aratro irritus, fœcũdior oliueto. Nec uinitori, nec oleri ſculpitur. Ruratio omnis in Sarculo, & Surculo, quorum prouentu magis fructuoſa inſula eſt, q̃ frugifera. Cæterum & incolis frequens, & hoſpitibus celebrata, &c. ex Apuleio 2. Floridorũ, quo loco multa de Pythagora, huic ſententiæ quadrantia reperies. Strabo lib. 10. & 14. hanc inſulam fuiſſe uarijs nominibus appellatam tradit. Nam dicta eſt (inquit) Parthenia, Anthemus, Melamphylus, Ampelus, Cephalenia, Samothracia, Samos, ut idẽ tradit, dicta eſt à ſitu, & aſperitate, quod Græci σάμον ſummitatem, ac altitudinẽ dicunt. Qui fabulas conſectantur, mire Samon celebrant, quod in ea Iuno nata, educata, & Ioui fratri nupta fuerit, author ex Varronis ſententia Lactantius cap. 17. primi Diuinarum inſtitutionum. g *Offenſus faſtu tyrannico.*) Pythagoræ temporibus Polycrates Samius armatis quindecim fretus, Sami inſulæ tyrannidem occupauit, author Herodotus lib. 3. De qua re ſic Strabo libro Geographiæ quartodecimo. Polycratis tempore (inquit) Pythagoram fuiſſe, in hiſtorijs tradiderunt. Qui cum iam tyrannidẽ naſci uideret, urbem deſeruit, & in Aegyptũ & Babylonẽ diſcendi ſtudio abceſſit. Cum uerò reuerſus eſſet, & adhuc perdurare tyrannidem inueniſſet, in Italiam nauigans, ibi uitam cõtriuit. Idem ſcribit Diogenes lib. 8. Pythagoras ex Aegypto rediens Samum, offendensq; patriã à tyrãno Polycrate incubari, Crotonẽ in Italiã prexit,

ibiq;

ſtu Tyrannico relicta domo patria, Bruto [a] con a
ſule, qui reges urbe exegit, Italiam aduectus eſt. Me-
los, [b] quam Callimachus Mimallida dixit, om-
nium inſularum rotundiſsima eſt iuxta Aeoliam.
Nam Carpathus [c] ipſa eſt, à qua Carpathium ſi- b
num dicimus. Nunquam ita [d] cœlum nubilum eſt,
ut in ſole Rhodos [e] non ſit. Lemnij Vulcanum [f] co-
lunt, ideo in Lemno metropolis Hephæſtia. Præ-
terea oppidum Myrina, in cuius forum mons A- c
thos è Macedonia umbram iacit. Quod non fruſtra
inter miracula notauerunt, cum Athos à Lemno

ibiq; leges Italis dedit, atq; cum diſcipulis clarus habitus eſt. Ouidius quintodecimo Metamor.

Vir fuit hic ortu Samus, ſed fugerat una *Et Samon, & dominos, odioq; tyrannidis exul* *Sponte erat &c.* a *Bruto conſule.*) Diogenes lib. octauo ſcribit Pythagoram floruiſſe Olympiade ſexageſima. Obijſſe autem Olympiade 70. In tẽporibus Euſebius author eſt, eum uixiſſe annos octuaginta, uel ut placet alijs, nonaginta. Numã autẽ Pompiliũ uiceſimaſeptima Olympiade mortẽ obijſſe palam eſt. Errant igitur (inter quos quintodecimo Metamor. Ouid. computatur) Qui Numã Pompilium ſecundum Romanorum regem, fuiſſe Pythagoræ diſcipulum, quum Numa annis ducentis non paucioribus Pythagoram præceſſerit. Vnde creditum ſit Numã fuiſſe Pythagoræ diſcipulum, explicat. M. C. in principio quarti Tuſc. Q. Quin. etiam arbitror (inquit) propter Pythagoræorum admirationẽ, Numam quoq; regem Pythagoræum à poſterioribus exiſtimatum. Nam quũ Pythagoræ diſciplinam, & inſtituta cognoſcerent, regiſq; eius æquitatem, & ſapientiam à maioribus ſuis accepiſſent. Aetates autẽ, & tempora ignorarent propter uetuſtatem, eũ, qui ſapientia excelleret, Pythagoræ auditorẽ fuiſſe crediderunt. Liuius primo ab Vr. Con. Quia non extat alius (inquit) falſo Samium Pythagorã edunt, quem Seruio Tullio regnante Romæ centũ poſt annos amplius in ultima Italiæ ora, circa Metapontum, Heracleamq;, & Crotonam iuuenum æmulãtium ſtudia cœtus habuiſſe conſtat &c. Lege quæ ſcribit Iuſtinus lib. 20. Epitomes in Trogũ Pompeiũ b *Melos.*) Inſula hæc (ut lib. 10. Strabo ſcribit) inter Cretam, & Pelopõneſum ſita eſt. De qua Pli. cap. 12. li. 4. quo loco Mimallida à Callimacho nuncupatam refert, quãquam Solinus hoc loco, à poëta illo Melanida uocatã tradat, ut in alterutro (inquit Hermolaus) error ſit. Vetera Solini exemplaria, quotquot uiderim, Memallida, uel Mimallida retinent. Iccirco tam apud Solinũ, q; apud Plinium Mimallida Callimachi authoritate legendũ eſt. Hanc eandem inſulã Ariſtides Miblida, Ariſtoteles Zephyriã, Heraclides Siphnũ, & Acitiam appellant c *Nam Carpathus.*) Inſula contra Aegyptũ inter Rhodum, & Cretam media, à qua uicinũ mare ad Aegyptũ uergens Carpathium dicitur. Acron Ode. 35. primi Carminum Horatij. De hac inſula lege Pli. cap. 31. lib. 5. Strabonem lib. 10. Diod. Siculum lib. 6. Dicta autem Carpathos, ut quidam uolunt, ob celerem fructuũ maturitatẽ. Græcis enim καρπάλιμος uelox, καρπαλίμως ſubito dicitur, κάρπιμος fructifer. d *Nunquam cœlum ita nubilum.*) Scribit Diodo. Siculus lib. 6. Neptunum iam uirũ, ex alia Thelchinium ſorore ab ſe dilecta, genuiſſe liberos, mares ſex, fœmellã unam Rhodon nomine, à qua & inſulam nominatam eſſe. Pindarus etiam à Rhodo Nympha dictam ſcribit, ſed eam Nymphã dicit fuiſſe Apollinis, & Veneris filiã. Quibuſdam placet ſic dictam à roſæ capulo, in eius fundamentis reperto. Græci ῥόδον roſam dicunt. De Rhodo inſula lege Pli. ca. 31. quinti. Srtabonem li. 14. Plura Diod. Siculus libro ſexto. Eius ſitum habes apud Ptolemæum cap. 2. quinti Tabula prima Aſiæ. e *In Sole Rhodos non ſit.*) Ad Rhodi inſulæ gloriam maximè pertinet, quod in ea multi memoratu digni extiterunt & imperatores, & pugiles, è quibus ſunt Panętij philoſophi progenitores. Circa res ciuiles autem, & philoſophiam, & artes liberales Panætius ipſe, & Stratocles, & Andronicus Peripatheticus, & Leonidas Stoicus. Ac prius etiam Praxiphanes, & Hieronymus, & Eudemus, Poſsidonius quanquam Rhodi uixit, & Sophiſticam exercuit, fuit tamen Apamienſis ex Syria, quemadmodum Apollonius Malacus, & Molon. Nam hi Alabandenſes fuere, & Meneclis oratoris diſcipuli. Sed prius Apollonius Rhodum profectus eſt, tandem etiam Molon, ad quem ille inquit, tandem & Molon, id eſt, profectus es. Itẽ Piſander, qui Heracliam ſcripſit poëta Rhodius, & Simias grãmaticus. Aroſtocles qui nũc eſt. Itẽ Dionyſius Trax, & Apollonius, qui Argonautas cõpoſuit, Alexandrini quidẽ fuere, Rhodij tamen uocati ſunt. Ex Strabone. 14. Geographiæ libro. Sumpſit hoc de ſole Solinus ex ca. 64. ſecundi Plinij, Rhodi, & Syracuſis (inquit) nunquã tanta nubila obduci, ut non aliqua hora, ſol cernatur. Hinc exiſtimo à Lucano dictũ. 8. Pharſaliæ. *Gnidon inde fugit, claramque reliquit Sole Rhodon.* Et ab Horatio Ode ſeptima primi Carminum. *Laudabunt alij claram Rhodon.* Claram (inquit) Porphyrio propterea dicit, quod Soli ea appoſita ſit. Hanc inſulam, ſæpe maris obtinuiſſe imperium. Euſebius in Cronicis author eſt. Ob ingentes præterea Rhodi opes *Auratos Rhodijs imbres, naſcente Minerua* *Induliſſe Iouem perhibent.* Verſus

Homeri

Homeri de hac re refert Strabo lib. Geographiæ 14. Quoties Turcarum impetũ nõſtris etiã tẽporibus hæc inſula ſuſtinuerit, notius eſt, q̃ ut referri debeat. f *Lemnij Vulcanum colunt.*) Vulcanus cum deformis eſſet, & Iuno mater ei minime arriſiſſet, in inſulam Lemnon ab Ioue pręcipitatus eſt, illic nutritus ab Sintijs. Alij dicunt in Lemnũ à Ioue præcipitatũ, quod cõtra Iouem Iunoni matri opem tulerit. Seruius. 8. Aeneid. Vulcanus (inquit) ignis eſt, & dicitur Vulcanus, quaſi uolicanus, quod per aẽrẽ uolitet. Ignis enim è nubibus naſcitur. Vnde & Homerus dicit eum de aẽre præcipitatũ in terras, quod omne fulmen de aẽre cadit. Quod quia crebro in Lemnum inſulam iacitur, ideo in eam dicitur cecidiſſe Vulcanus, ubi eum Sintiæ nutriuerunt. Claudus autem dicitur, quia per naturã nũquã rectus eſt ignis. a *Athos ſublimis adeo, ut altior.*) Ab ea Lemnos (inquit cap. 12. quarti Plin.) xxij. mil. quæ ab Atho. lxxxvij. mil. Circuitu habet. xxij. mil. d. paſs. Oppida habet Hipheſtian & Myrinam in cuius forũ Solſtitio, eiaculatur umbram. Græci ἥφαιστον Vulcanum dicunt. Inde ἡφαιστίαν Vulcaniã, Et ἡφαιστεῖον Vulcani templum. De cultu Vulcani in Lẽno Val. Flaccus ſecundo Argonauticon. Et Statius quinto Thebaidos.

Aegæo premitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera feſſus reſpirat ab Aetua
Mulciber ingenti tellure proximus umbra
Veſtit Athos, nemorumq́; obſcurat imagine pontum.

a ſex & octoginta milibus paſſuum ſeparetur. Et ſanè Athos [a] ſublimis adeo, ut altior æſtimetur, quàm unde imbres cadunt. Quæ opinio eo fidem concepit, quod in aris, quas cacumine ſuſtinet, nunquã cineres
b eluuntur, nec quicquam ex aggeribus ſuis perdunt, ſed quo relicti fuerint cumulo, permanent. In ſummo oppidum Acrothon fuit, in quo dimidio longior, quàm alijs terris incolentium ætas prorogabatur. Ideo inde homines μακρόβιοι [b] Græci, noſtri appellauere longæuos.

De Helleſponto, Propontide, Boſphoro Thracio. Deque Delphinorum piſcium mira natura. Cap. XXII.

c QVartus Europæ [c] ſinus Helleſponto incipit. Mæotidis oſtio terminatur. Atque omnis hęc latitudo, que Europam, Aſiãq́; diuidit, in ſeptẽ ſtadiorũ anguſtias ſtringitur Hic eſt Helleſpontus. Hac Xerxes [d] ponte naualibus

Ex Mela Pom. hæc Solinus mutuatus eſt lib. 2. Athos (inquit) mons eſt adeo elatus, ut credatur altius q̃; unde imbres cadunt, ſurgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in uertice ſuſtinet, non abluitur cinis, ſed quo relinquitur aggere manet. Et parum infra. In ſummo fuit oppidũ Acrothõ, in quo (ut ferũt) dimidio lõgior, q̃ in alijs terris ætas habitantiũ erat. Græci eñ ἄκρον extremũ & altũ dicunt.
b *Inde homines μακρόβιοι Græci.*) Plin. cap. 10. lib. 4. de Atho monte loquens. Oppidum (inquit) in cacumine fuit Acrothon: nunc ſunt Vranopolis, Paleotrum, Thyſſus, Cleone, Apollonia, cuius incolæ Macrobij cognominantur. A Stephano Ἀκροθύνοι hæc urbs dicta eſt. Faciunt ad hunc locũ uerba eiuſdẽ Plin. cap. 2. lib. ſeptimi. Cirnios (inquit) Indorũ genus Iſigonus tradit, annis cẽtenis quadragenis uiuere. Item Aethiopas Macrobios, & Seras exiſtimat, & qui Athon montẽ incolũt. Cauſam tradit Ariſtoteles Problemate ſeptimo. 14. ſectionis. Cur (inquit) qui loca edita, apertaq́; colunt, tardius ſeneſcunt qui autem caua, & paluſtria ocyus? An ſenectus quædã putredo eſt, putret autẽ quod quieſcit. Nullo modo, aut minus ita afficitur, quod mouetur, ut aqua profluens & cõcluſa. Igitur ut locis editis aẽr undiq́; afflante ſpiritu agitatur, ita cauis manet immotus. Ad hæc, locis apertis purus, diuerſus aſsiduè ꝓpter agitationẽ aẽr habetur, paluſtribus impurus, idemq́; ſemper emarceſsit. De ſpatijs uitæ hominis lege Plin. ca. 48. lib. ſeptimi, & Val. Max. tit. 14 lib. octaui. Pluſcula congeſcit Cœlius cap. 37. undecimi Antiquarum Lectionũ. De Macrobijs alijs habetur cap. 43. infra.

Q *Vartus Europæ ſinus.*) De quatuor Europæ ſinibus cap. 12. dictum eſt. Quemadmodum Solinus à Plinio, ita Martianus à Solino hæc omnia mutuatus eſt. Verba Plinij ex cap. 12. quarti hæc ſunt. Quartus è magnis Europæ ſinus ab Helleſponto incipiẽs, Mæotis oſtio finitur. Sed totius ponti forma breuiter amplectãda eſt, ut facilius partes noſcãtur. Vaſtũ mare præiacens Aſiæ, & ab Europa porrecta Cheronenſi littore expulſum anguſto meatu irrũpit in terras, ſeptẽ ſtadiorũ (ut dictũ eſt) interuallo Europã auferens Aſiæ, primas anguſtias Helleſpontũ uocant. d *Hanc Xerxes Ponte nauibus facto.*) Plin. eiuſdem lib. & cap. Hac Xerxes Perſarum rex (inquit) cõſtrato in nauibus põte

facto permeauit. Tenuis deinde Euripus porrigi- a tur ad Aſiæ urbem Priapum, quam Magnus Alexander potiundi orbis amore tranſcendit, & potitus eſt. Inde diffuſus æquore patentiſsimo rurſus ſtringitur in Propontidem. Mox in quingentos b paſſus coarctatur, fitque Boſphorus Tracius, qua Darius copias tranſportauit. Hæc profunda Delphinas [a] plurimos habent, in quibus cauſæ miraculi multiformes. Ante omnia nihil ue- c locius [b] habent maria, ſicut plerumque ſalientes

duxit exercitum. Porrigitur inde tenuis Euripus. lxxxvi. mil. paſſ. ſpatio ad urbē Priapū Aſiæ, qua Magnus Alexander tranſcendit. Inde expatiatur æquor, rurſusq; in arctū coit laxitas, Propontis appellatur. Anguſtiæ Tracius Boſphorus, latitudine quingentorū paſsuū, qua Darius pater Xerxis copias pōte tranſuexit. Similia ſcribit & Martianus in ſexto. Lege Pomp. Melam circa principiū lib. primi Herod. li. 7. Ex Abydo (inquit) in ulteriorē continentē ſeptē eſt ſtadiorū traiectus, quē pōtibus iunctū ingens adorta tempeſtas, ea omnia dirupit, atq; diſſoluit &c. Idē ſcribunt Iuſtinus in ſecundo. Seneca ſexto de beneficijs lib. Cicero in fine ſecundi de Finibus bonorum & malorum. Luca. ſecundo Pharſaliæ.

Tales fama canit, tumidum ſuper æquora Xerxem
Conſtruxiſſe uias, multū cū pontibus auſus,
Europamq; Aſiæ, Seſtonq; admouit Abydo,
Inceſsitq; fretum rapidi ſuper Helleſponti,
Non Eurum, zephyrūq; timens cū uela, rateſq;
In medium deferret Athon.

Claudianus ſecundo in Rufinum.

Haud aliter Xerxem toto ſimul orbe ſequutus
Narratur rapuiſſe uagos exercitus amnes,
Et telis umbraſſe diem, cum claſsibus iret
Per ſcopulos, tectumq; pedes contemneret æquor.

Lucretius libro tertio.

Ille quoq; ipſe, uiam qui quondam per mare magnum
Strauit, iterq; dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus ſalſas docuit ſuperare lucunas,
Et contempſit equis inſultans murmura ponti.

Scribit Herod. in ſeptimo. Terreſtrium copiarum Xerxis numerū fuiſſe centū ſeptuaginta Myriades, id eſt, decies ſepties cētena milia. Naues quoq; (ut Iuſtinus ait) decies centum milia numero habuiſſe dicitur. De Euripo cap. 19. ſupra abūdè diximus. a *Delphinas plurimos habent.*) Græca dictio Δελφίν, qua longo uſu pro latina utitur. De Delphinis ſic Vergilius quinto Aeneidos.

Prælia ludo
Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando
Carpathium, Libycumq; ſecant, luduntq; per undas.

Delphinorum formam ſic eleganter explicat Naſo tertio Metamorpho. lib.

Falcata nouiſsima cauda eſt,
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua lunæ.
Vndiq; dant ſaltus, multaq; aſpergine rorant,
Emerguntq; iterum, redeuntq; ſub æquora rurſus,
Inq; Chori ludunt ſpeciem, laſciuaq; iactant
Corpora, & acceptum patulis mare naribus efflant.

Eorū impetus in piſces reliquos, eleganter canit Statius nono Thebaidos

Qualis cæruleis tumido ſub gurgite terror
Piſcibus, arcani quoties deuexa profundi
Scrutantem Delphina uident, fugit omnis in imos
Turba lacus, uirideſq; metu ſtipantur in algas,
Nec prius emerſi, quàm ſumma per æquora flexus
Emicet, & uiſis malit certare carinis.

Ad idē Syllius lib. 15. bell. Punicorum.

Rapidi ceu bellua ponti
Per longum ſterili ad paſtus iactata profundo
Cum procul in fluctu piſcem male ſaucia uidit
Aeſtuat, & luſtratus natantem ſub gurgite prædā
Abſordet latè permixtū piſcibus æquor.

Ex Homero. 12. Iliados utraq; cōparatio ſumpta eſt. Hinc contrario ſenſu, puerbiali figura in Diris ſuis à Marone dictum eſt.

Ante lupos rapient hædi, uituli ante leones,
Delphini fugient piſces, aquilæ ante columbas.

Delphini tranquillo mari laſciuientes, flatū ex qua ueniat parte præſagiunt. Item ſpargentes aquā. Itē turbātes tranquillitatē. Author in fine. 18. Caius Plin. Quæ de Delphinis refert hoc loco Solinus, ſumpta ſunt omnia ex cap. 8. noni Nat. hiſt. C. Plinij Itē ex cap. 12. ſexti. ca. 2. octaui. cap. 48. noni naturæ animaliū Ariſtotelis. b *Nihil uelocius habent maria.*) Plin.

a tranſuolent uela nauium. Quoquo eant con-
iuges euagantur. Catulos edunt. Decimus men-
ſis [a] maturum facit partum. Lucinam æſtiuus
dies ſoluit. Vberibus fœtus alunt. Teneros in
b faucibus receptant. Inualidos uliquantiſper pro-
ſequuntur. In triceſimum [b] annum uiuunt, quod
exploratum eſt in experimentum caudis amputatis.
Ora non quo [c] cæteræ beluæ loco habent, ſed ferme
c in uentribus. Contra naturam aquatiliū ſoli linguas
[d] mouent. Aculeatæ ſunt ſpinæ dorſuales. Cū ira ſub
iacet, [e] inhorreſcunt. Cum animi conquieſcunt, qui-
buſdam receptaculis operiuntur. Spirare eos [f] in a-
quis negant, & uitales auras non niſi in aëre ſupero

Plinius cap.8.noni. Velociſsimum omniū animaliū nō ſolū marinorū Delphinus, ſed ocyor uolucre, acrior telo, ac niſi multū intra roſtrum os illi foret, medio pene in uentre, nullus piſciū celeritatē eius euaderet. Sed affert morā prouidentia naturæ, quia niſi reſupini, atq; conuerſi, non corripiūt, quæ cauſa præcipue uelocitatem eorū oſtendit. Nam cum fame concitati fugientē in uada ima perſecuti piſcē diutius ſpiritum continuere, ut arcu emiſsi, ad reſpirandum emicant. Tanta ui exiliunt, ut plerūq; uela nauium tranſuolent. Ariſtote. cap.48. noni naturæ animalium. Quin etiā (inquit) de uelocitate huius animalis mira, & incredibilia quædam accepimus. Omnium enim uelociſsimum eſſe creditur animalium tum aquatilium, tum terreſtrium. Superſiliunt etiā malos nauigiorū maiorū, quod tunc potiſsimū euenit, cū aliquē inſectantur piſcē, quē deuorēt. Tunc em̄ ſi quem impetunt longius fugit, ad ima gurgitum perſecuntur, ꝓpter famis neceſsitatem, quod reditus lōgior ſit, retinent ſeſe quaſi ſpacium cogitantes conuerſiq; feruntur, perinde ac ſagitta pernices, ut celeritate oportuna longo tranſmiſſo itinere, ad locum ſpirandi deueniant. Quo impetu fit, ut ſe eiaculentur in aërem, & ſuperſiliant malos nauigiorum, quæ forte affuerint. Ex hac Delphini in nando agilitate, refert Tarræas adagium, Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις. Delphinum nare doces. Senſus eſt.

Id monſtras alij, quod ſapit ipſe prius.

Delphini celeritatem eleganter deſcribit Manilius quinto Aſtronomicon.

Cœruleus ponto cum ſe Delphinus in aſtra
Erigit, & ſquammam ſtellis imitantibus exit
Ambiguus terræ partus, Pelagoq; creatur.
Nam uelut ipſe citis perlabitur æquora pennis,
Nunc ſummum ſcindens pelagus, nunc alta profundi.
Et ſenibus uires ſumit, fluctumq; figurat,
Sic uenit ex illo quiſquis uolitabit in undis &c.

a *Decimus menſis.*) Plin. cap.8. noni. Agunt (inquit) uere coniugia, pariunt catulos decimo menſe, æſtiuo tempore. Interdū & binos, nutriūt uberibus ſicut Balæna. Eadem ſcribit Ariſtoteles ca.12. ſexti naturæ animaliū. Geſtant utero (inquit) decē menſibus partus Delphini æſtate, nec ullo tempore alio &c.

b *In triceſimum annū uiuunt.*) Conſtat (inquit cap.12. ſexti naturæ animalium Ariſtot.) nōnullos uixiſſe annos uigintiquinq;, alios etiam triginta quod cognitum eſt præciſa à piſcatoribus cauda, ut quos ita reddidiſſent mari captos itē agnoſcerent, & temporis ſpatium ſcirent. His ſimilia & Plin. omnino refert. Miror Albertum in tam cōformi nobiliū authorum ſententia ſcribere, quarto & uiceſimo de Animalibus libro. Delphinū eſſe magnæ ætatis, ita ut cōpertū ſit aliquem, cui (inquit) amputata fuit cauda, centū annis, & amplius uixiſſe. Sed parui faciendū Albertum, Ariſtot. Plinio, Solino, cæteriſq; primæ claſsis authoribus contraria ſentiētibus. Quadrabit in eum illud Dionis Adagium. Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία, Delphini in terra uis. In eos dictum, qui dijudicant, quod ignorant, & ea, in quibus minus ualent, ſummo conatu aggreditur.

c *Ora non quo cæteræ beluæ*) Ariſtot. cap.2. octaui naturæ animaliū. Delphini (inquit) & omnes cetacei generis reſupinati corripiunt. Habent enim os ſubter. Vnde fit, ut periculū, minores facilius poſsint euadere. Alioquin pauci admodū ſeruarentur &c. Eadem omnino ſcribit Plinius ubi ſupra.

d *Soli linguas mouent.*) Plin. Lingua eſt ijs contra naturam aquatiliū mobilis, breuis, atq; lata, haud differens ſuillæ. De animarum linguarū diuerſitate, Ariſtoteles cap. ultimo ſecundi de Parti. animalium.

e *Subiacet.*) Videtur legendū, ſubierit. id eſt, ingreſſa fuerit, ſubintrauerit, ſuccreuerit. Verg primo Georgicorū. *Ne ſubeant herbæ.* Quid ſi ſubiacent legas, ut ſpinæ, uel pennæ ſubintelligātur?

f *Spirare eos in aquis.*) Ariſtot. cap.2. octaui Naturæ animalium, probat Delphinos ſpirare omnino, quod hij retibus apprehenſi, breui tempore, ſtrangulentur, ut qui ſpirandi facultatē amiſerint &c. Idem ubi prius refert Plinius.

recuperare. [a] Pro uoce gemitus [b] eſt ſimilis humano. a
Certum habent uocabulum, quo accepto uocantes
ſequuntur. Nam propriè Simones [c] uocantur. Vo
ces hominum Aquilonis flatu celerius audiunt. Con
trà Auſtro ſpirante auditus obſtruuntur. Mulcen= b
tur à muſica. Gaudent cantibus tibiarum. Vbicun
que ſymphonia eſt, [d] gregibus aduentant. Diuo [e]
Auguſto principe in Campania Delphinum puer
fragmentis panis primo illexit, & in tantum conſue= c
tudo ualuit, ut alendum ſe etiam manibus ipſius cre=
deret. Mox cum proluſiſſet puerilis audacia, intra
ſpacia eum Lucrini lacus uectitauit. Vnde effectum,
ut à Baiano littore equitantem puerum Puteolos d
uſque ueheret. Hoc per annos plurimos tam diu
geſtum, donec aſsiduo ſpectaculo deſineret mira=
culum eſſe, quod gerebatur. Sed ubi obijt puer, ſub
oculis publicis deſyderij mœrore Delphin interijt. e
Pigeret hoc aſſeuerare, ni Mecœnatis, & Fabiani,
multorumque præterea eſſet literis comprehenſum.
In Africano [g] mox littore apud Hipponem Diar=
rhyton Delphin ab Hipponenſibus paſtus tractan f
dum ſe præbuit, impoſitos quoque frequenter geſta=
uit. Nec populi tantum manibus acta res, nam &
proconſul Africæ Flauianus ipſe eum contigit, un=
guentis etiam delibuit, qui odoris nouitate [h] obſopi= g
tus aliquantiſper pro exanimi iactatus eſt, mul=
tiſque menſibus deſciuit à ſolita conuerſatione.

a *Recuperare.*) Sic habent uetuſta omnia, quæ uiderim exemplaria. Alij recipere legendū putant. b *Pro uoce gemitus eſt ſimilis humano.*) Verba Plinij in ſua, hac parte Solinus tranſtulit. c *Simones uocantur.*) Plinius Qua de cauſa (inquit) nomen Simonis omnes miro modo agnoſcunt, maluntqꝫ ita appellari. d *Symphonia.*) Græci Symphoniam, id eſt, συμφωνίαν, concentum Muſicum, & uocum conſonantiam dicunt. Quàm mira Muſicæ uis ſit, aſcribemus cap. 31. infra. e *Diuo Auguſto.*) Exemplum hoc, & ſequētia ex Plinio ſumpta ſunt. Appianus. 5. Aegyptiacorum libro, hæc omnia ſe, multoſque ſecum alios uidiſſe dicit. Eius uerba Græca ſubſcripſimus. Καὶ αὐτὸς δ' ὢν εἶδον περὶ Δικαιαρχίαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδὸς, καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπτοημένον φωνήν. ἀτὰρ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθὺς, ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων. καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων ἵνα μὴ τὸν ποθούμενον χρῶτα ἀμύξειε. καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων. ἐξεχεῖτο δ' ἄρα ἡ ῥώμη. καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θεάσασθαι ἰχθὺν νηχόμενον ὑπὸ ἔρωτος. Hoc eſt. Et quidem nos uidimus apud Puteolos Delphinum amantem mirè puerum, inclamatum à puero acciri. Quinetiam adnatans dorſo puerū admittebat, ita ut pinnæ aculeos, uelut uagina conderet, ne dilectum ſibi corpus laceraret, receptumqꝫ equitis modo inſidentem per magnum æquor per ducenta ſtadia deferret. Roma igitur, omniſqꝫ Italia confluebat, ut piſcem amoris cauſa uectorem pueri ſpectaret. Adſcribam itē uerba Ariſtotelis ex cap. 48. noni Naturæ animalium. In marino (inquit) genere plurima de Delphinis narrātur indicia morum placidorū ac mitium. Amores quoqꝫ in pueros, & affectus libidinis. Cum circa Tarentum, & Cariam ut etiā locis alijs referuntur. Fertur etiā Delphino apud Cariam capto, atque ſaucio, ingentem reliquorum multitudinem conueniſſe ad portum, immoratāqꝫ, donec piſcator dimiſerit eum, quem ceperat. Tum omnes ſimul recepto captiuo redijſſe. f *Ni Mecœnatis, & Fabiani.*) Apud Pliniū ſic legitur. Pigeret (inquit) ni res Mecœnatis, & Flauiani, & Flauij Alſij, multorūqꝫ eſſet literis mandata. g *In Africano mox littore.*) Et hoc quoqꝫ exemplū ubi ſupra refert à Plinio. Alius (inquit) inter hos annos in Africo littore Hipponis Diarrhyti ſimili modo ex hominū manibus ueſcens, ferensqꝫ ſe tractandum, & alludens natantibus, impoſitoſqꝫ portans, unguēto perunctus à Flauiano Proconſule Africæ, & ſopitus (ut apparuit) odoris nouitate, fluctuatuſqꝫ ſimilis exanimi, caruit hominū conuerſatione, ut iniuria fugatus per aliquot menſes, mox reuerſus in eodem miraculo fuit. Iniuriæ poteſtatum in hoſpitales ad uiſendū uenientē Hipponenſes in necem eius cōpulerūt. h *Odoris nouitate obſopitus.*) Qui unguentis, & odoribus delectantur, molliciei fœmineæ efficaci plurimum argumento, uel hoc unico Delphini exemplo ſuæ turpidinis commoueri poſſent, Caronde, ſiue, ut quidam uolunt, Phædoni interroganti, quis nam eſſet unguentis delibutus? Ego Ariſtippus (inquit) infelix, et me infelicior Perſarum rex.

Apud

a Apud Iaſſum [a] urbem Babyloniæ puerum Delphi
nus adamauit. Quem dum poſt aſſueta colludia
recedentem impatientius ſequitur, arenis inuectus
hæſit. Alexander Magnus amorem illum numinis
b fuiſſe interpretatus, præfecit puerum Neptuni [b] ſacer
dotio. Iuxta eandem urbem (ut Egeſsidemus au=
thor eſt) alium puerum Hermiam nomine per ma=
ria ſimiliter inſidentem cum undoſior fluctus neca=
c uiſſet, Delphinus ad terram reuexit, & uelut fa=
teretur reatum, pœnitentiam ſuam morte mulcta
uit, nec reuerti uoluit amplius in profunda. Sup=
petunt & alia exempla, ut Arionem [c] tranſeamus,
d cuius exitum annalium fides comprobauit. Ad hæc
ſi quando laſciuiunt noui fœtus à maioribus [d] da=
tur adultior gregi cuſtos. Quo magiſtro ludere im=
petus incurſantium belluarum addiſcant, quam=
e quam ibi præter Phocas rara belua eſt. Plurimus
Thynnus in [e] Ponto nec alibi penè fœtificant.
Nuſquam enim altius adoleſcunt, ſcilicet ob aquas
dulciores. Illabuntur Veris tempore, intrant

a *Apud Iaſſum urbem Babyloniæ.*) Ex Plinio, Strabone, Stephano, reliquis, conſtat Iaſſum, ubi hoc accidit non Babyloniæ, ſed Cariæ urbem eſſe. Ergo dicendum eſt, uerbum Babyloniæ addititium eſſe, cum apud Plinium, quē Solinus hoc loco ſequitur, nulla Babyloniæ fiat mentio, uel Solinū, quod Hermolaus exiſtimat falſò crediδiſſe Iaſſum Babiloniæ urbē eſſe. Quid ſi Solinus aliquorū opinionē ſecutus ſit, qui Iaſſum urbē Babilonicæ regionis eſſe dixerunt? Sunt qui non Iaſſum, ſed Aſſum falſò legendū exiſtiment. Citat Hermolaus, Oppianum, Aelianum, & Athenæum huius hiſtoriæ authores. b *Neptuni ſacerdotio.*) Id feciſſe creditur, quoniam creditum eſt Delphinos Neptuni eſſe equos, eosq; ad iugū religatos, eius currum trahere. Papinius primo Achilleidos.

Tyrrheniq; greges circūq; infraq; rotantur
Rege ſalutato, placidus ipſe arduus undis
Eminet. & triplici telo iubet ire iugales.
Illi ſpumifero &c.

c *Arionem tranſeamus.*) Huius hiſtoriæ authores cap. 12. ſupra adnotauimus. Nō leue gratitudinis argumentum, quod de Arione Cytharœdo ex Siculo marià Delphino in Tenarum tranſuecto poëtæ fabulātur. Hic enim Ariō cū cæteros muſico artificio præſtaret, & circum inſulas quæſtus cauſa uagaretur, ſeruuli eius arbitrati, plus in perfidioſa libertate cōmodi, q̄ in placida ſeruitute eſſe cogitare cœperunt ut domino in pelagus ꝓiecto, bona eius inter ſe partirentur, qui cū cogitationem eorum ſenſiſſet, petijt non ut dominus à ſeruis, ſed ut innocens ab improbis, ut parēs à filijs ut ſe liceret ornatū, qua ſæpe fuerat ueſte, quoniā nemo eſſet alius ut ipſe qui ſuū queſtū ꝓſequeretur euentū. Quod cum impetraſſet, cythara ſumpta, ſuā cœpit deflere mortē, quo ſonitu ducti Delphines, è toto mari prænatant ad Arionis cantū. Itaq; deorū immortaliū poteſtate inuocata, ſup eos ſe deiecit quorū unus Ariona exceptū ꝑtulit ad Thenariū littus. In cuius memoriæ cauſa, quæ ibi ſtatua eſt Arionis in ea Delphina ſimulachrū affixū uidetur. Pro qua re inter ſydera ab antiquis Aſtrologis eſt figuratū. Serui autē qui per ſe putarant ſeruitute elapſos tempeſtate, Thenariū perducti à domino cōprehenſi nō mediocri ſupplicio ſunt affecti. d *A maioribus datur.*) Ariſtot. cap. 48. noni naturæ animalium. Paruos itē Delphinos (inquit) magnus aliquis ſemper comitatur cuſtodiæ cauſa. Plin. ait etiā adultos diu comitari magna erga partū charitate. Quo exemplo cōmonemur quanta ſit pueris adhibēda cuſtodia. Rurſus qualis erga filios parentū charitas eſſe debeat. Quærit eodē loco nō ab re Ariſtot. quare Delphines in terrā erūpant. Hoc em (inquit) interdum eos facere incerta de cauſa dicitur. Addit Plin. ſtatim eos mori tacta tellure. Hinc apud Dionē ſumptū Adagiū, Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία, Delphini in terra uis In eos qui ignotum penitus tentare præſumunt. Vt

Aggrederis cœcus propria cum clade periculm.

Aliud rurſus hinc ſumptum Adagium. Delphinum ſyluis appingit, in eum qui rebus tribuit, quæ ſuapte natura contraria ſunt. Vtitur eo in Arte poëtica Flaccus Horatius. e *Plurimus Thynnus in Ponto.*) Plinius capite quintodecimo noni. Thynni (inquit) intrant magno mari Pontum Verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant. f *Nuſquam citius adoleſcunt.*) Plinius ex Ariſtotele. idipſum aſſerit de omni piſcium genere. Piſcium (inquit) genus omne præcipua celeritate adoleſcit maximè in Ponto. Cauſa multitudo amniū dulces inferentium aquas Ariſtot. cap. 17. ſexti Naturæ animalium. Profecto (inquit) omne piſciū genus celeriter adoleſcit, & præcipuè in Ponto, Quippe cum ibi incrementum ſingulis diebus planè intelligatur

Et cap.13 octaui eiuſdem operis. Petunt(inquit) pontũ paſtus gratia, qui uberior, & cõmodior ibi pro
pter aquarum dulcium admixtionem ſuppeditatur. a *Intrant dextro littore, læuo exeunt.*) Ariſtoteles ca.
13. octaui Naturæ animalium. Thynni (inquit) dextrorſum terram contingentes ſubeũt, ſed remeant
contra. Læuũ enim in latus ſe admouent, quod propterea facere dicuntur, quia dextro oculo clarius
uident ſua natura, læuo hebetius. Idẽ ca.15. noni refert Plin, Piget referre, quibus uerbis hæc ca.7. ſepti-
mi de animalibus à magno refe-
rãtur Alberto. Tradit. Ariſtote
les capit.17. ſexti Naturæ anima-
lium libro. Thynnos præ nimia
pinguedine dehiſcere, nec pluſ-
quàm biennio poſſe uiuere, cu-
ius rei eodem loco, argumentũ
affert. b

ISter Germanicis iugis oritur.) Ca-
to in Originibus, Danubio,
Danas gẽtes eius accolas, no-
men impreſsiſſe refert. Hodie
quoq; Germani, dictione aliquã
tiſper deluxata, ſermone patrio,
Dunauu uocant. Danubium ip-
ſum glacie concretum, tum pe-
dibus, tum curru inſidens ſæpi-
us non ſine horrore traieci. Vi-
dere frequenter licet, diſruptis

dextero [a] littore, læuo exeunt. Hoc inde accidere [a]
credunt, quod dextris oculis acutius cernunt, quàm
ſiniſtris.

De Iſtro flumine. De Fibro animali. Deque gemmis Ponticis. Cap. XXIII. [b]

ISter [1] Germanicis [b] iugis oritur, effuſus [c] mon- [c]
te, qui Tauricos [d] Galliæ aſpectat. Sexa-
ginta [e] amnes in ſe recipit, omnes ferme
nauigabiles. Septem [f] oſtijs Põtum influit. Quorum

glaciebus, equos, currus, ac inſidentes homines in fluminis profundum demergi. De Iſtro, qui & Da-
nubius dicitur, Plin. cap.12. quarti unde hæc Solinus mutuatus eſt. Danubius (inquit) ortus Germa-
niæ iugis mõtis Arnobæ ex aduerſo Taurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes milibus, ac per innu
meras lapſus gentes Danubij nominis immenſo aquarũ auctu, & unde primũ Illyricũ alluit, Iſter ap-
pellatur, ſexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili. In pontũ uaſtis ſex flu-
minibus euoluitur. Hunc ſecundũ poſt Nilũ facit Auſonius inquiens.

Illyricus regnator aquis, tibi Nile ſecundus
Danubius lætum profero fonte caput.

Et Ouidius decima quarti de Põto, de Scythiæ fluminibus,

Innumeriq; alij, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius ſe tibi Nile negat.

Dionyſius poëta Iſtrum ſacrũ uocat. ῥεῖα δ' ἐξείης ἐπιτέλλεται ἱερὸς ἴστρος.
id eſt, hunc poſt, deinceps exurgit ſacer Iſter. Sacer ideo fortaſsis dicitur, quòd authore Acrone, omnis
fons in origine ſua ſacer eſt. c *Effuſus monte.*) Hũc montẽ, unde Iſter effunditur, Plin. Arnobã, Ptol Ab
nobã, Cor. Tacitus Arbonã nominat. Verba Taciti ſunt. Danubius molli, & clementer edito montis
Arbonæ iugo effuſus plures populos adit, donec in Ponticũ mare ſex meatibus erũpit. Septimũ enĩ
os paludibus hauritur. Idem Auſonius

Qua gelidum fontem medijs effũdo Sueuis.
Prominet Hercinæ confinis Rhetia ſyluæ,
Quæ ſe Danubij iactat, Rheniq; parentem.
Primo fonte breues &c.

Claudianus dicit Danubiũ in Rhetia monte naſci.

Non miror Herodotũ lib.2. & 4. de Iſtri fluminis ortu plurimũ oberraſſe
utpote, quod ſua tempeſtate, Germania nondũ cognita exteris fuerit. Nuper, inquit Tacitus de Ger-
mania loquens, cognitis quibuſdã gẽtibus, ac regibus, quos bellũ aperuit. Herodoti de Iſtri ortu uer-
ba ſunt ex li.4. Omnẽ Europã (inquit) Iſter emetitur, ſumpto ex Celtis initio, qui omniũ in Europa ad
ſolis occaſum extremi ſunt. Poſt Cinetas, totamq; permenſus Europã ex trãſuerſo ingreditur Scythiã
ijs quæ diximus fluminibus, & alijs multis aquas ferentibus, Iſter fit omniũ maximus. Secũdo quoq;
lib. idẽ aſſerit. Tradit idẽ Herod. li.4. Iſtrum ſibi ſemper parẽ fluere, tã æſtate, q̃ hyeme, cuius rei cauſam
q̃ uerisſimã affert. Hunc amnem Syllius, & Papinius Binomiũ peculiari epitheto nuncupant. Primo
enim Danubius appellatur, ſed cũ Iſtriã Thraciæ regionem attingit, Iſter dicitur, à prouincia ſumpto
nomine, quã perlabitur. d *Tauricos.*) Solini omnia, quæ uiderim exẽplaria, Rauracos habẽt. Pli.
& Ptolemæus Tauricos uocant. Ammianus lib.22. ſicut uetera Solini exẽplaria, Rauracos. Amnis ue
rò Danubius (inquit) oriens ꝓpe Rauracos mõtes limitibus Rheticis per latiorẽ orbẽ ꝓtentus, ac ſexa
ginta nauigabiles penè recipiens fluuios, ſeptem oſtijs per hoc Scythicũ lætus erũpit in mare. Quorũ
primũ &c. e *Sexaginta amnes.*) Flumina Danubiũ ingredientia ſunt. Porata, ſeu Pyretos, Tiarãtus, Ara
rus, Napares, Ordeſſus, Maris, Atlas, Auras, Tibiſsis, Athrys, Noeas, Artanes, Scius, Angrus, Bongra
Carnus, Alpis, Lycus, Aenus, Narabõ, Darus, Drynus, Tibiſcus, Moſchius. Rhaboſus, Ciabrus, Lau-
ca, Ieraſſus, Sauus, Drauus, &c. f *Septem oſtijs pontum influit.*) Plinius & Tacitus ſex tantum oſtia
Iſtro

a primum Peuce,ſecundum Naracuſtoma,tertiũ Ca-
loſtoma, quartum Pſeudoſtoma. Nam quintũ Bore
oſtoma, ac deinde ſextum Spireoſtoma languidio-
ra ſunt cæteris. Septimum uerò pigrum, ac palu-
b ſtri ſpecie,non habet, quod amni comparetur. Pri-
ora quatuor ita magna ſunt, ut per longitudinẽ xl.
milium paſſuum non miſceantur [a] æquori, dulcecꝗ
hauſtum incorrupto detineant ſapore. Per uni-
c uerſum Pontum [b] Fiber plurimus, quem alio uo-
cabulo dicunt Caſtorem, Lutræ [c] ſimilis eſt,ani-
mal morſu potentiſſimum, adeo, ut cum hominem
inuaſerit, conuentum dentium non prius laxet,quã
d concrepuiſſe perſenſerit oſſa fracta. Teſticuli eius
appetuntur in uſu medelarum, idcirco cum urgeri
ſe intelligit, ne captus proſit, ipſe geminos [d] ſuos
deuorat. Mittit Pontus & gemmas, quas à patria

Iſtro tribuũt.Herodotus,Ephorus,Claudianus,Arrianus,Auienus,Rhennius,quincꝗ. Ammianus li. 22.Val. Flaccus 8.Argonauticon.Ouid.2.de Triſtibus.Statius 5.Syluarũ.Mela Pomponius ſeptem.Danubius (inquit Mela) eorum fluminum,qui in noſtrũ mare decidũt tantũ Nilo minor, totidem quot ille oſtijs,ſed tribus tenuibus,reliquis nauigabilibus effluit.Hæc diuerſitas euenit ex eo,qđ quintum & ſextũ oſtiorũ Danubij lãguidiora ſunt cæteris.Septimũ uerò (ut inqt Solin.)pigrum,ac paluſtri ſpecie non habet quod amni cõparetur.Nomina oſtiorũ Danubij referunt Plinius, Strabo in ſeptimo,Marcellinus lib.22. Clarius Ptolemæus cap.10. tertij Tabula nona Europæ. a *Non miſceantur æquori.*) Id accidit ferme fluminibus omnibus, quæ curſu concito æquora ingrediuntur. Bibi ego nauigans interdũ dulcem aquam fluminum non minus decem milibus paſſuum ab eorum fluminũ oſtijs in mari diſtans.Inter admiranda in natura enumerat Ariſtoteles,quod hyeme Danubius adeò plerumcꝗ congeletur frigore,ut etiã equitantibus deſuper tutiſsimũ præſtet iter. Eodem loco ex ſentẽtia ſcribit idem,Iſtrum eſſe Germaniæ fluuium ad Boreã maximè diſcurrentem,at lambentẽ Peonas.In primo autem Meteororũ libro,ubi oſtendit maximos fluuios ex maximis profluere montibus,ex Herodo.& aliorũ ſententia locutus.Iſtrũ fluuiũ ex Pyrenæo monte, quẽ ad occidentẽ æquinoctialẽ montẽ eſſe in Celtica regione oriri ſcribit.Sæpè eñ nobiles authores reperies alibi ex ꝓpria, alibi ex aliorũ ſentẽtia fuiſſe locutos.Idipſum Seruius Grãma.7.Aen.multis uerbis demõſtrare conatur,ſup illud. *Nec Præneſtinæ &c.* Albertus quocꝗ nõ nihil ad Ariſtot.excuſationẽ ſuffragatur ca.3.ſecundi tractatus ſecundi Meteororũ Id multò honeſtius,ꝗ̃ Ariſtotelẽ in hiſce rebus ignorantiæ redarguere. b *Per uniuerſum Pontum Fiber plurimus.*) Fiber,ut quarto de lingua Latina Varroni placet,dictus eſt ab extrema ora,quod is dextra,& ſiniſtra fluminis maximè uideri ſoleat.Antiqui enim Fibrũ extremum dicebant.Idem refert Feſtus de uerborũ ueterũ ſignificatione lib.6. Seruius primo Georgicorum dicit Fibros eſſe Canes Ponticos.De Fibro ſic Plin.ca.30.lib.8.Eaſdẽ partes ſibijpſi Pontici amputant Fibri periculo urgente,ob hoc ſe peti-gnari.Caſtoreũ id uocant medici. Aliàs animal horrendi morſus.Arbores iuxta flumina,ut ferro cædit.Hominis parte cõprehenſa,nõ ante,quàm fracta cõcrepuerint oſſa morſu reſoluit.Cauda piſciũ ijs,cætera ſpecies Lutræ. Qui genio ſtudioſius indulgẽt, Fibrorum pedibus,ac cauda pro piſcibus ueſcũtur,& his potiſsimè diebus,quibus Chriſticolis uſus carnium interdictus eſt.Hac inducti forſitan ratione,qđ ſquamoſæ inſtar piſciũ eæ partes omnino ſint, præſertim cauda. Et re uera tam optimi ſaporis ſunt,ut τοῖς γαστρίδοι poſſent abundè etiam ſatisfacere. Cũ hæc ſcriberemus,amicus quidã optimus ad me Fibri caudã opiparè præparatã,dono miſit. Credo eam ob rem,ut quæ de his Fibrorũ partibus,uerbis cõmentabamur,facto quocꝗ ipſo cõprobaremus. c *Lutræ ſimilis.*) M. Varro 4.de lingua Latina libro,Nõ Lutrã à luẽdo,ſed Lytram dictam tradit, quoniam ſuccidat,ſoluatcꝗ in ripis arborum radices.Græci eam Enhyndrin appellant. d *Ipſe geminos ſuos deuorat.*) Idem ſcribit Ammianus 17.hiſtoriarum libro.Iuuen.Sat.12.

Imitatus eſt Caſtora,qui ſe
Eunuchum ipſe facit,cupiens euadere damno
Teſticulorum,adeo mendicatum intelligit inguen.

Cicero in Scauriana.Redimunt ſe (inquit) ea parte corporis,propter quam maximè expetuntur.Ouidius.

Sic ubi detracta eſt à te mihi cauſa pericli,
Quod ſupereſt tutum Pontice Caſtor habes.

Plin.tamen id cõſtanter negat ca.3.triceſimiſecundi Natura hiſt. Fibri(inquit)quos Caſtores uocant,& Caſtorea teſtes eorũ. Amputari hos ab ipſis, quum capiuntur,negat Seſtius diligentiſsimus medicinæ.Quinimo paruos eſſe,ſubſtrictoſcꝗ,& adhærẽtes ſpinæ,nec adimi ſine uita animalis poſſe &c.De Caſtoreo plura Dioſcor.cap.26. ſecundi, & Auicenna

cap.126.ſecundi tractatus ſecundi Canonis. Huius,& Iſidori ſunt,quæ 11.de Animalibus Albertus refert. De Caſtorij utilitatibus iuſtum uolumen,ut Hermolaus refert, ſcripſit Archigenes. a *A patria Ponticas dicimus.*) Ponticarum plura ſunt genera (inquit cap.10.triceſimiſeptimi Caius Plinius) Eſt ſtellata, nunc ſanguineis, nunc atris guttis, quæ inter ſacras habetur. Alia pro ſtellis eiuſdem coloris lineas habet. Alia montium, conualliumq́ꝫ effigies. Hinc extimo à Seneca Tragœdia ultima Iſtrum gemmiferum uocari.

Nec tamen omnis plaga gemmiferi
ſufficit Iſtri.

Ponticas[a] dicimus genere diuerſo. Quippe aliæ au- a
reas, aliæ ſanguineas ſtellas habent,& eæ quidem in-
ter ſacras habentur. Namq́ꝫ oſtentationi potius quã
uſui deleguntur. Non guttis aſperæ ſunt, ſed longi-
us colorum ductibus liniantur.

De amne Hypane,& Exampeo fonte.
Cap. XXIIII.

HYpanis amnis[b] oritur inter Auchetas,Scy- b
corum amnium princeps, purus, & hau-
ſtu ſaluberrimus uſque dum Callipodum
[c] terris inferatur. Vbi fons Exampeus[d] in-
famis eſt amara ſcaturigine. Qui Exampeus liqui- c
do admixtus fluori omnem uitio ſuo uertit, adeo,
ut diſsimilis ſibi in maria condatur. Ita inter gentiũ
opiniones fama de Hypane diſcordat, qui in prin-
cipijs eũ norunt, prædicant, qui in fine experti ſunt,
non iniuria execrantur.

HYpanis amnis oritur inter Auchetas.) Eadem refert Plinius cap.12.lib. quarti. De Hypani flumine, nullus copioſius retulit, quàm Herodotus lib. 4. Tertium (inquit de Scythiæ fluminibus loquens) flumẽ eſt Hypanis ex Scythia ueniens, & ex magna palude profluens, circum quam paſcuntur equi ſylueſtres, candidi. Recteq́ꝫ uocatur hæc palus mater Hypanis. Ex hac igitur ortus Hypanis fluit ferè quinq́ꝫ dierum nauigatione anguſtus, & adhuc dulcis, ſed mox quatuor à mari dierum nauigatione ſanè quã amarus, propter amarum, qui in eum influit fontem. Adeò inquã amarum, ut quũ ſit exigua magnitudine, tamen inficiat Hypanin flumen in paucis magnum &c. Ex Herodoto mutuatus eſt Mela in principio ſecũdi, quæ de hac ipſa re ſcripta reliquit. Plinius eodem loco eos arguit, qui Hypanin in Aſiæ parte prodidere, quum is Aſiæ flumen non Hypanis, ſed Hypaſis, unius tantũ literæ diſcrimine, nuncupetur. De Hypaſi Plin. cap.17.&20.lib. 6. Philoſtratus 2.&3. uoluminibus. Diodorus Siculus in geſtis Alexandri, id eſt, 17. hiſtoriarum libro. Q. Curtius lib.8. Erratum ſimile reperies apud hũc ipſum Solinum cap.65. infra, quo loco non Hypanis, ſed Hypaſis adſcribẽdus eſt. Ex Herodoti uerbis, de equis ſylueſtribus, intellexiſſe uidetur Valerius Flaccus lib.6. Argonauticon, quum inquit, *Nec clarior ullis.*

Arctos equis, abeunt Hypanin, fragilemq́ꝫ per undam
Tigridis, aut ſæuæ profugi cum prole leænæ.

c *Callipodum.*) Sunt uetuſta quædam exemplaria, quæ Callipides habeant, quo nomine Pom. etiã Mela nominari dicit. Callipodes, uel Callipides Græcè, pulchripedes nuncupantur. Latinè, καλός pulcher, πούς pes. d *Fons Exampeus.*) Scythæ, ſacram uiam, Exampeon dicunt. Inter Boryſthenem,& Hypanin flumina (inquit Herodotus) locus eſt nomine Exampeus, ex quo hic amarus fons, ortum habet & nomẽ. Eſt autem hic fons in finibus regionis Scytharum Aratorum,& Alizonum, eodem nomine, quo locus, unde emanat. Vnde diuerſa qualitas aquis inſit, ſupra authoritate Senecæ commonſtrauimus. Vitruuius 8. Architecturæ libro. Sunt (inquit) ex amaro ſucco terræ fontes exeuntes uehementer amari. Quo loco & Hypanis huius meminit Ouidius 15. Transformationum libro, quum uellet ex Pythagoræ ſententia

Monſtrare eſſe nihil, toto quod perſtet in orbe,

Attulit & hanc Hyppanis ex Exampeo in amariorem uerſionem.

Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, ſalibus uiciatur amaris?

Propter immenſum itineris interuallum inter Scythicum Hypanin, & Venetum Eridanum amnes, prouerbiali figura à Propertio lib.1. dictum uidetur.

Quantum Hypanis Veneto diſsidet Eridano

Cum res plurimũ inter ſe diſtantes notare quis uoluerit. Poteſt & ad aquarum qualitatẽ horũ fluminũ, id eſt, dulce,& amarum, Adagium id referri. Hic fluuius Hypanis, circa Solſtitiũ defert acinorũ effigie tenues mẽbranas, quibus erumpit uolucris, quadrupes

drupes pyralis mōdo,nec diem ultra uiuit. Vnde Hemerobion uocatur,quaſi unidium dicas. Plin.ca. 36.undecimi natur.hiſtoriæ. Ariſtot.cap.5.primi,& cap.19.quinti Naturæ animaliū. ἐφήμερον,id eſt,Diarium appellat. Sententiam Ariſtot. de hac ipſa uolucre,refert M. Cicero primo Tuſculanarum Quæſt. Albertus Hemerobion piſcem,utputa cui nulla cura nominis,& utinā non frequenter rei,diem nuncupat. Eius uerba qualiacunq; ex lib.24.de Animalibus libuit ſubſcribere. Dies(inquit)eſt piſcis, qui eodem die oritur,& completur, & moritur. Et habet duos pedes,et duas alas pinnales. Quidā tamen dicunt,qđ diutius uiuit ab ortu,ſed dicunt,qđ poſt complementum non uiuit, niſi die una. Hucuſq; Albertus. Ariſtoteles,& Plinius uolucrem quadrupedem eſſe dicunt, Albertus piſcem bipedem. Sed tutius illis fidem adhibere,quàm huic.

De Boryſthene flumine, ac eius accolis. De natura canum. De Scytharum moribus. De gemmis, Smaragdo, Cycaneo, Cryſtallo. Cap. XXV.

a Apud Neuros[a] naſcitur Boryſthenes flumen, in quo piſces egregij ſaporis, [b] & quibus oſſa nulla ſunt, nec aliud, quàm Carthilagines tenerrimæ. Verum Neuri (ut accepi-
b mus) æſtatis [c] temporibus in lupos transfigurantur. Deinde exacto ſpacio, quod huic ſorti attributum eſt, in priſtinā faciem reuertuntur. Populis iſtis

a *Pud Neuros.*) Quo locus hic fiat dilucidior,adſcribam Herodoti in Melpomene uerba. Quartus (inquit) Scythiæ fluuius Boryſthenes ſecundum Iſtrum omnium maximus,& noſtra ſententia non modò Scythicorum fluuiorum longè uberrimus, ſed etiam cæteris uberior præter Aegyptiū Nilū,cum quo nō licet aliud cōparare. Cęterorū uberrimus eſt Boryſthenes, paſcua præbēs amœniſsima,& accōmodatiſsima pecoribus,nec nō optimorū,ac ſingulariū affatim piſcium. Idē ad potandū ſuauiſſimus,liquidius inter turbidos fluens Iuxta ſemētis optima fit,& herba nō ſatiua etiam aptiſsima. In cuius quoq; oſtiū ingens uis ſalis ſua ſponte cōcreſcit. Præbet idē ingentia Cete ad ſalſurā,ſpinis carentia,q̄ Antaceos appellāt. Ex Herodoto ſunt omnia,quæ de Boryſthene flumine in principio ſecundi Mela refert. Iidem authores ſcribūt Boryſthenis,quemadmodū & Nili originem ignorari. b *Piſces egregij ſaporis.*) Plin.ca.15.noni. In Boryſthene(inqt) memoratur piſcis præcipua magnitudo,nullis oſſibus,ſpiniſu'e interſitis,carne prædulci. Is piſcis eſſe uidetur,qui apud Plin.eodē capite Eſos nuncupatur. Eadem de his piſcibus Mela ſcribit. Hos piſces & Danubius abundè procreat,non multū ab Attilis differētes,niſi qđ ijs maiores multò ſunt. Attilū piſcē intelligunt,quē Storionem Itali uernaculè nuncupant,in Pado (inquit Plin.)inertia pingueſcentē ad mille aliquando libras cathenato captū hamo. Horū Viennā, Autumno præſertim tempore è Pannonia,ingens affertur copia. c *Neuri æſtatis temporibus in lupos transfigurantur.*) Sunt qui legant, Statis temporibus. Plin.cap.22. octaui nat.hiſtoriæ,falſum eſſe confidenter exiſtimat. Homines(inquit) in lupos uerti,rurſumq; reſtitui ſibi,falſum eſſe confidenter exiſtimare debemus,aut credere omnia quæ fabuloſa,tot ſæculis comperimus &c. Herodotus etiam non adhibet iſtis fidem. Nedum ueteribus,ſed etiamnum noſtri temporis hominibus creditum eſt,poſſe quadam magica arte,homines in lupos omnino conuerti. Hinc à Marone in Pharmaceutria dictum eſt.

His ego ſæpè lupum fieri,& ſe condere ſyluis. Et à Propertio in quarto.

Et ſua nocturno fallere terga lupo. Ouidius 7. Metamorphoſis libro.

Inq; uirum ſoliti uultus mutare ferinos
Ambigui profecta lupi.

Et Plautus in Amphitryone. Nam uerum eſt(inquit) qđ olim eſt auditum fabularier,mutatos Atticos in Arcadia homines,& ſæuas beluas manſitaſſe,nec unq̄ domo parentib. cognitas. Ex hac hominū opinione ortū Adagiū. Verſipellē ſe facit,quando lubet. In hominē uafrum,& aſtutum,cui ob perfidiam,& inconſtantiā minimè credendum ſit. Vtitur ea figura Plautus prima,& nona Comœdijs. Et Plin.ca.22.lib.octaui. Sed an natura patiatur,homines in lupos,uel in rem quāpiam ſpeciei alterius,cōmutari,nō parua apud peritiores cōcertatio eſt. Herodotus,& ſecum plures, fabuloſum exiſtimat,id quod naturali ſit conſonum rationi. Specierum enim differentia, ut Ariſtoteli placuit,à forma rerum ultima eſſe ſumit. Non poſſet ergo homo lupus fieri,niſi anima ipſa hominis,in lupi animam uerteretur omnino. Id autem fieri natura non patitur. Forma enim perfectiſſima non niſi ſubiectum perficit ſibi ſimile. Opinatur Ioannes Scotus,tantā eſſe huius ſingularis animæ ad propriū corpus proportionē,ut ipſa nō poſſit corpus aliud informare,q̄ ſuū. Ergo nec multò minus lupi corpus quoquo modo rationalis anima poteſt perficere. Pythagorici animarū hominū in bruta

transmiſ

tranſmigrationem ponentes,non negarent poſſe forſitan hominem lupum fieri,ut de Minoe,uel Rhadamanto dicitur.

Exæquat damnum meritis,& muta ferarum
Cogit uincla pati,truculentos ingerit urſis,
Predonesq; lupis, fallaces uulpibus addit.
Hunc ſuis immundæ pingues detrudit in artus.
Atqui deſidia ſemper,uinoq; grauatus,
Indulgens Veneri uoluit torpeſcere luxu.

Nicolaus Lyrenſis inſignis Theologus,in cōmentarijs Exodi, quærit, An uirtute dæmonum, qua incantatores utuntur,& magi, potuerit fieri, ut uirgæ in dracones uerterētur? Duo is de ea quæſtione dicta ꝓbat. Vnum quod re uera uirgæ non fuerint in dracones cōuerſæ. Alterū,qđ id factum fuerit quadam apparentia, & uera ſenſuum illuſione. Frāciſcus Maron ſuper cap. 7. tertij de Trinitate diui Auguſtini, quatuor de artibus ipſis Magicis affert documenta. Extat de hac ipſa re notabilis apud Auguſtinum 79. quæſtio eius libri qui octoginta trium quæſtionum inſcribitur. Multa apud eundem reperies cap. 18. uoluminis decimioctaui Ciuitatis dei. Quid ſi ijs hominibus eueniat, quod Nabuchodonoſori accidiſſe cap. 4 Danielis Scriptura teſtatur. Quo loco plura idem Nicolaus doctè refert. Scribit Pauſanias Lycaonē Arcadem, quum ad Iouis Lycæi aram puerum immolaſſet,ac humanum ſparſiſſet cruorem,mox in lupum fuiſſe conuerſum,idq; quadam Deorum indignatione, uerū eſſe exiſtimat. Idipſum cap. 22. octaui retulit Caius Plinius.

deus Mars eſt. Pro ſimulachris [a] enſes colunt. Ho- a
mines uictimas habent, oſſibus adolent ignes fo-
corum. Geloni ad [b] hos proximant. De [c] hoſti-
um cutibus, & ſibi indumenta faciunt,& equis ſu-
is tegmina. Gelonis Agathyrſi collimitantur cæ- b
ruleo picti colore, fucatis in cærulum crinibus. Nec
hoc ſine differentia. Nam quanto quis altero præ-
ſtat, tanto propenſiore nota tingitur, ut ſit indi-
cium humilitatis minus pingi. Poſt Antropopha- c
gi, [d] quibus execrandi ſunt cibi humana uiſcera.
Quem morem [e] impiæ gentis, adiacentium terra-
rum prodit triſtiſſima ſolitudo, quas ob nefarium
ritum finitimæ nationes metu profugæ relique- d
runt, & ea cauſa eſt,ut uſque ad mare, quod Tabin
uocant, [f] per longitudinem eius oræ, quæ æſtiuo
orienti adiacet, ſine homine terra ſit, & immenſa
deſerta, quoad perueniatur ad Seres. [g] Chalybes, e
& Dahæ in parte Aſiaticæ Scythiæ crudelitate
ab immaniſſimis nihil diſcrepant. At Albani in
ora [h] gentes, qui poſteros ſe Iaſonis credi uolunt.

a *Pro ſimulachris enſes colunt*) Mela dicit Neuros Marti pro ſimulachris enſes,& tentoria dedicare. Herod. lib. quarto. Marti (inquit) templum ex Sarmentorum faſcibus extruunt. Sub hoc aggeſtu ferreus Acynacis, qui ſingulis uetuſtus eſt, ſtatuitur, idq; eſt Martis ſimulachrū, cui annuas hoſtias offerūt cū aliorū pecorū, tum equorū,& plus huic Acynaci, ꝙ dijs cæteris. Quod homines hoſtias immolēt,& oſſibus adoleant ignes focorū, ſcribūt idem Horodot. & Pomponius. b *Geloni.*) Hercules in Hylæa regione cū quadā uirgine, quæ ſuperne fœmorum tenus fœmina, inferius aūt uipera erat, concubuit. Ex ea (ut quarto libro ſcribit Herodotus) genuit Gelonum, Agathyrſum,& Scytham filios, à quibus Geloni, Agathyrſi,& Scythæ populi dicti ſunt. Agathyrſos cærulo pictos 4. Aeneid. ſcribit Maro. Quo loco plura Seruius ſuper illud.

Cretesq;,Dryopesq; fremunt,pictiq; Agathyrſi.

Apud hos (ut Marcellus 22. libro author eſt) Adamantis eſt copia lapidis. c *De hoſtium cutibus.*) Sumptum ex cap. 2. ſeptimi Plinij. & Herodoto lib. 4. Geloni (inquit Mela) hoſtium cutibus equos, ſeq; uelant. Illos reliqui corporis, ſe capitum. d *Antropophagi.*) Ab effectu ſumptum nomen, quaſi homouori, quod homines, inſtar ferarum uorare cōſueuerint. ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, κὴ φάγου, id eſt, ab homine,& uorace. Sunt & alibi huiuſmodi immanes homines. In noſtris Collectaneis in poëtas, recenſuimus gentes plurimas, quæ humanis carnibus ueſcuntur, quæ homines habent uictimas. Ad hos referri poteſt illud in Aſinaria Plautinū Adagiū. Lupus eſt homo homini. e *Quem morem.*) Omnia Plin. cap. 17. ſexti. f *Tabin uocant.*) Idem ſcribit infrà ca. 63. & Plin. cap. 17. ſexti. Item Mela. lib. 3. Sed uocant Tabin iugū mari imminens, uel incumbens. Vnde legendum uidetur, uſq; ad iugū mari immināes quod Tabin &c. g *Chalybes.*) His regionibus Dahæ confines ſunt acerrimi omniū bellatores,& Chalybes, per quos erutū,& domitū eſt primitus ferrū. Marcellinus 22. hiſtoriarum libro. Lege Seruium primo Georgicorum ſuper illud. *At Chalybes nudi ferrum.*

h *Albani in ora gentes.*) Ex eo dicti quod albo crine naſcantur. Vel ab Albano flumine, quod per Albaniam

a albo crine naſcuntur. Caniciem habent auſpicium capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. Glauca oculis ineſt a pupilla, ideo nocte plus quàm die cernunt. Apud hos populos nati b canes
b feris omnibus anteponuntur. Frangunt c tauros, Leones perimunt, detinent quicquid obiectum eſt. Quibus ex cauſis meruerunt etiam annalibus

baniam decurrit. Lege Plin. cap. 13. li. ſexti. Iuſtinus li. 42. dicit eos ab Albano Italiæ monte retinere nomen, qd' inde Herculē quū extincto Geryone armenta eius per Italiam duceret, ſequuti fuerint. Albanis mos eſt cum mortuis pecunias defodere. Idcirco pauperes uiuunt, cū patrimoniū nullū habeāt. In eos præterea dici ſolitū, qd' Cyclopū uitā agant, qui efferam, ſegnem, atq; barbarā, quoniam neq; ſint agrorū culturæ ſtudioſi, ſed ad cultū omnem humanioris uitæ inertes, atq; omnino rudes. Strabo libro 11. Scribunt medici peritiores, capillos natiuam nigredinē retinere, quouſque ſanguis pinguis, ſpiſſus, calidus, uiſcoſusq; in homine permanſerit. Quum uerò ijdem in aquoſitatem (utor enim Auicennæ uerbo) tendere incipiunt, conſequens eſt, ut in caniciem continuò dilabantur. Docet idē Auicēna Fen. 7. quarti Canonis, quibus ipſa canicies retardetur, quibuſue iuuamentis ne accidat, prohiberi poſſit. Si plura de hac ipſa re cupis, adeas Ariſtot. cap. 4. quinti de generatione animalium lib. Hunc ſequutus Albertus Germanus homo in Phyſicis literis magis q̃ linguis eruditus, plura ſcribit. cap. 7. decimononi de Animalibus libro. Quærit Ariſtoteles decima Problematū ſectione. Cur unus omniū animantiū homo caneſcit? An (inqt) qd' pars animātiū maxima, pilū quotannis deciduū gerit, ut equus, ut bos. nonnulla deciduū non gerūt. Tempus aūt uiuunt breue, ut oues, & quædā alia, quorum pilus utpote non ſeneſcens, caneſcere non poteſt. At homo nec deciduū gerit pilum, & lōgā degit ætatem. Itaq; tempore conſeneſcit, atq; inueteratur. Sed quum pueri humecti ſunt, & plurimum excremētoſi, cur nō caneſcunt tamen? Aphrodiſeus has cauſas retulit. Quia humidi (inquit) & calidi ſunt. Pituita autem unde canicies humida, & frigida eſt. Adde qd' puerorū caluaria mollis, laxaq; eſt inſtar cutis. Itaq; uacans materia, & inutilis difflari poteſt, atq; euaporari. Seniorū prædura eſt. Tempore nāq; obdureſcit, ac denſa, ſolida, oſſea redditur, unde rimas in ea natura ꝓduxit, quib. uapores excremētitij efflari, atq; euaneſcere poſſent. Plin. caniciē equis etiā tribuit in undecimo. Docta plurima de caniciei ratione refert Cælius cap. 48. ſeptimi Anti. lectionū libri. a *Glauca pupilla.*) Ex Plinio ſumptum eſt cap. 2. libri ſeptimi, qui Iſigonū Nicenſem aduocat authorem. b *Nati canes.*) Totum, quod de canibus hoc loco Solinus refert, ex cap. 40. octaui Plinij ſumptū eſt. Canis quāuis Latinū ſit nomen, Græcā tamen Etymologiā habere uidetur. Græcis em̄ κύων dicitur. Alijs placet à canore latratus dici potius, quòd plurimū latrando inſonet. Lucius Columella. 9. Agriculturę libro tria docet eſſe canum genera. Vnum aduerſus hominū, & ferarū inſidias parandū, tuendumq;, & id (inquit) uillam, quæq; iuxta ſunt uillæ, cuſtodit. Alterū propellendis iniurijs hominū, ac ferarū, & id obſeruat domi ſtabulum, foris pecora paſcentia. Tertium uenandi gratia comparatur, idq; nō ſolū nihil agricolā iuuat, ſed & auocat, deſidē ab opere ſuo reddit. De multiplici canū genere Plin. cap. 63. li. decimi, & Ariſtot. ca. 20. ſexti naturæ animaliū. Quali aūt canes forma eſſe debeant, appoſitis uerbis ſecundo Agriculturæ libro explicat. M. Varro. Facie (inqt) debēt eſſe formoſi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus, aut rauis, naribus congruentibus, labris ſubnigris, aut rubicundis, neq; reſimis ſuperioribus, neq; pendulis ſubtus mento ſuppreſſo, & ex eo enatis dentibus duobus dextra, & ſiniſtra paulo eminus ſuperiorib. directis potius, ꝗ Brochis, acutos quos habeant labro tectos, capitibus, & auriculis magnis, ac flaccis, craſſis ceruicibus, ac collo internodijs articulorū longis, cruribus rectis, ac potius uarijs, q̃ uacijs, pedibus magnis, altis, qui ingredięti ei diſplōdātur, digitis diſcretis, unguibus duris, ac curuis, talo, nec ut corneo, nec nimiū duro, ſed ut fermētato, ac molli à fœminib. ſummis corpore ſuppreſſo. Spina neque eminula, neq; curua, cauda craſſa, latratu graui, hiatu magno, colore potiſſimū albo, quod in tenebris, ſpecie leonina. Præterea fœminas uolūt eſſe māmoſas æqualib. papillis. Subdit uidēdum eſſe, ut boni ſeminis ſint. Itaq; à regionib. appellantur, Lacones, Epirotici, Salamantini. Plura ad formā canū pertinentia tradit Columella, ſed non niſi de Villatico cane ſcribit. Non aſſentitur idē Columella ijs, qui canes inter mutos cuſtodes annumerādos cēſent. Nam quis (inquit) hominū clarius aut tanta uociferatione beſtiā, uel furem prædicat, q̃ iſte latratu? Quis famulus amantior domini? Quis fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor inueniri poteſt uigilantior? Quis deniq; ultor, aut uindex conſtantior? c *Frangunt tauros, leones perimunt.*) Scribunt Diod. Siculus. 17. hiſtoriarum lib. & Q. Curtius li. 8. in Sophitis regione nobiles eſſe ad uenādū canes, qui latratu abſtinere dicuntur, quū uidere feram. Leonibus maximè infeſti, quos & perimūt. Nec minus Tigrides dilaniare Diod. refert. Apud Bactrianos uulgò uſurpant. Canē timidum uehementius latrare, ꝗ mordere, Idem Curtius li. 6.

Italis

tradi. Legimus petenti [a] Indiam Alexandro à re= a
ge Albaniæ dono duos miſſos, quorum alter ſues
ſibi, & urſos oblatos uſque adeo ſpreuit, ut offen=
ſus degeneri præda, ignauo ſimilis diu accuba=
ret, quem per ignorantiam uelut inertem, Alexãder b
extingui imperauit. Alter uerò monitu eorũ, qui do=
num proſecuti erant, leonem miſſum necauit. Mox
uiſo Elephante notabiliter exultans belluam primo
aſtu fatigauit, deinde cum ſummo ſpectantium hor= c
rore terræ affixit. Hoc genus canum creſcit ad for=
mam ampliſsimam, terrificis latratibus ultra rugitus
inſonantes. Hæc ſunt de canibus Albanis, reliqua
communia uniuerſis. Dominos æqualiter canes om= d
nes diligunt, ſicut exemplis palam factum eſt. In E=
piro deniq; domini percuſſorem in cœtu agnitum
latratu canis prodidit. Iaſone Lycio interfecto
canis ipſius aſpernatus cibum inedia obijt. Lyſi= e
machi regis canis, flammis ſe iniecit, accenſo do=
mini rogo, & pariter igni abſumptus eſt. Garaman=
tum regem [c] ducenti canes ab exilio reduxerunt
præliati aduerſus reſiſtentes. Colofonij, & Ca= f
ſtabalenſes canibus in bella productis primas acies
inſtruebant. Appio Iunio, [d] Publio Silio con=
ſulibus damnatum dominum [e] canis cum abigi non
poſſet, comitatus in carcerem mox percuſſum, ulula= g
tu proſecutus eſt. Cumq́; ex miſeratione populi Ro=
mani poteſtas ei cibi fieret, ad os defuncti eſcam tu=
lit. Vltimo abiectum in Tyberim cadauer adna=
tans ſuſtentare conatus eſt. Canes ſoli [f] nomina ſua
recognoſcunt, itinerũ meminerunt. Indi [g] coitus tem

Italis elegans Adagiũ frequẽs eſt. Latrantẽ canẽ nunq̃ prædam capere. a *Petente Indiã Alexandro.*) Idẽ exemplum Plinius quoq; refert. Omnia ferè præter canes, dominũ, & amicũ aſpernantur pauperem.

Non habet unde ſuum paupertas paſcat amorem. Quam uera Horatiana ſententia. *Et genus, & uirtus niſi cum re uilior alga eſt.* Ciceronis ſecundo de natura deorum uerba ſunt. Canũ (inquit) tam fida cuſtodia, tanq; amans dominorũ adulatio, tantumq́; odiũ in externos, & tam incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium, tam alacritas in uenando, quid ſignificat aliud, niſi ſe ad hominum commoditates eſſe generatos? Aegyptij propter canum utilitates plurimas, eos loco numinis coluerũt. Gentes ſunt præterea (ut ſexto naturalis hiſtoriæ refert Plinius) quę canem pro rege habent. b *In Epiro.*) Inter generoſos canes Moloſſos, id eſt, Epiroticos celebrant. *Veloces Spartæ catulos, acremq́; Moloſſum Paſce ſero pingui,* inquit Maro. Exemplum hoc ex Plin. mutuatus Solinus. De Lyſimacho idẽ refert Plin. De eo multa Strabo lib. 13. & Iuſtinus libro quintodecimo, & ſequẽtibus duobus. c *Garamantes*) Ex Plin. & hæc ſumpta ſunt. Quis is rex fuerit, nondum legi. Simile canit Val. Flaccus ſexto Argonauticon.

Caſpiade, quis turba canum non ſegnius acres
Exilit ad lituos, pugnasq́; capeſcit heriles

Colophon Ionicæ urbs, Clarij Apollinis luco illuſtris, ſed Homero alumno, ut Colophonij tradũt, multo illuſtrior. d *Appio Iunio, Publio Silio.*) Vetuſti omnes Solini codices, habent Appio Iunio, Publio Sicinio. Dubium hic, an apud Plinium mendum ſit, quod cap. 40. octaui Publium Silium habeat.

e *Damnatum dominum.*) Ex Plin. & hoc ipſum ſumptum eſt.

f *Canes ſoli nomina ſua recognoſcunt.*) Soli (inquit Plinius) dominum nouere. Et ignotum quoq; ſi repente ueniat, intelligunt. Soli nomina ſua, ſoli uocem domeſticam agnoſcunt. Itinera quamuis longa meminere, nec ulli præter hominũ memoria. Hæc Plin. Id autem ob id euenire creditur q̃ plus ſenſus ijs inſit, q̃ animantibus inſit reliquis. Sunt aũt canes nominibus non lõgiſsimis appellandi, quo celerius quiſq; uocatus, exaudiat. Nec in breuioribus, q̃ quæ duabus ſyllabis enunciantur, ſicuti Græcum eſt σκύλαξ, Latinum ferox. Græcũ λάκον Latinum celer. Vel fœmina, ut ſunt Græca σπουδὰ, ἄλκη ῥώμη Latina, lupa, cerua, tigris. Ex Lucio Columella cap. 12. libri ſeptimi. Aduertendum inueniri interdum equos, boues, oues, capras, feles, ſues, quæ nomina ſua recognoſcunt, ſed hoc multò rarius, quàm in canibus deprehenditur. g *Indi coitus tempore.*) Idem refert Plinius ca. 40. octaui libri. In Cyrenenſi agro lupi cum canibus coeunt. Et Laconici canes ex uulpe, & cane generantur. Indicos etiã ca

nes ex

nes ex Tigride, & cane gigni confirmant, uerum non ſtatim, ſed tertio coitu. Primo enim beluinos adhuc catulos procreari aiunt. Alligantur canes locis deſertis, & niſi belua incenſa libidine ſit, ſæpe lacerantur. Ariſt. cap. 28. octaui Nat. animalium. a *Aegyptij canes è Nilo.*) Macrobius ſecundo Saturnaliũ inter plurium dicteria adſcripſit & hoc. Poſt Mutinenſem (inquit) fugam quærentibus quid ageret Antonius. Reſpondiſſe familiaris eius ferebatur, Qđ canis in Aegypto, bibit, & fugit. Quoniã in illis

a pore in ſaltibus canes fœminas religant, ut cum
his Tigrides coëant, quarum ex primis concep-
tibus ob nimiam feritatem inutiles partus iudicant,
itidem ſecundos, tertios educant. Ægyptij [a] ca-
b nes è Nilo nunquam niſi currentes lambitant, dum
à Crocodilis inſidias cauent. Inter Antropopha-
gos in Aſiatica parte numerantur Eſſedones, qui &
ipſi nefandis funeſtantur inter ſe cibis. Eſſedonum
c mos [b] eſt parentum funera cantibus proſequi, &
proximorum conrogatis cœtibus, cadauera ipſa den
tibus laniare, pecudumq; carnibus mixta dapes fa-
cere. Capitum etiam oſſa, auro incincta in pocu-
d lorum tradere miniſterium. Scythotauri [c] pro ho-
ſtijs cædunt aduenas. Nomades [d] pabula ſequun-
tur. Georgi in Europa ſiti agros exercent. Axiacę
perinde in Europa ſiti, neq; mirantur [e] aliena, neque
e ſua diligunt. Satarchæ uſu [f] auri, argentiq; damna-
to in æternum ſe à publica auaritia abdicarunt. Scy-
tharum interius habitantium aſperior ritus eſt. Spe-
cus incolunt. Pocula non ut Eſſedones, ſed de [g] ini-

regionibus conſtat canes captu Crocodilorum exterritos currere, & bibere. Quærit eleganter Aphrodiſæus. Cur canes ſuas uibrare caudas ſoleant, quum notos ſibi agnoſcant? Cauſas lege apud eum Proble. 144. libri primi. Albertus inter alia fidem excedentia, narrat, qđ ſi qs dentes canum ſuper ſe habet ſuſpenſos, non illatrabitur à canibus. Rurſus, quod ſi quis cor canis ſuper ſe habuerit, non inuadetur morſu canũ. Inſuper qđ ſi dens canis nigri in palma teneatur, non latrabũt canes contra tenentem eum. Et ideo (inquit) talem dentem ferunt latrones noctiũ. Vſus ſum uerbis eius qualibuſcunq; ex lib. 22. de animalibus.

b *Eſſedonum mos eſt.*) Eſſedones (inquit Herod. in Melpomene.) talibus moribus uti feruntur. Quoties pater alicui deceſſit, omnes eius propinqui pecora adducunt, quæ ubi mactauerunt, conciderũtq;, concidunt & mortuum patrem illius à quo conuiuio accipiuntur. Commixtiſq; omnibus carnibus cõuiuium exhibent. Caput tamen defuncti denudatum, purgatumq; inaurant, eoq; pro ſimulachro utũtur agentes illi quotannis maiores hoſtias, ceremoniaſq;. Hæc filius patri facit, quemadmodum Græci natalicia. Non diuerſa ab his tradit Mela Pomp. in principio ſecundi Geographiæ libri, & Strabo lib. 11. c *Scythotauri.*) Hos Herod. lib. 4. & Pomp. lib. 2. Tauros nominant, Iphigeniæ, & Oreſtis aduentum maximè memoratos, immaneq; famã habere dicũt, qđ ſoleant pro uictimis aduenas cædere. Lege quæ ſcribit Seruius 2. Aen. Vergilij ſuper illud. *Sanguine placaſtis uentos, &c.* Dicti aũt Scythotauri, quaſi Scythæ Tauri montis accolæ. Plin. cap. 12. quarti. Iugum ipſum (inquit) Scythotauri tenent. d *Nomades.*) Ex re ſumptum nomen νομὰς νομάδος, Græcis paſtor dicitur & νομεύω paſco. Item νομὸς paſcua. Scythæ enim (ut lib. 5. Arrianus ſcribit) neq; agriculturæ ſtudent, neq; urbes incolunt, neq; templa dijs extruunt, ſed plauſtris errabundi in alia, atq; alia loca pro tempore cõmeant. Lege Iuſtinũ lib. 2. Sunt & in Aethiopia Nomades cap. 43. infra. De Georgis, & Axiacis, Mela lib. 2. γεωργοὺς enim Græci, agricolas nominant. Plin. cap. 12. lib. 6.

e *Neq; mirantur aliena.*) Iuſtin. lib. 2. de Scythis loquens. Nullum ſcelus (inquit) apud eos furto grauius. Quippe ſine tecto, munimentoq; pecora, & armenta &c. Quã felices erant homines, quum furẽ nemo timeret Caulibus, aut Portis, & aperto uiueret horto. In ea ętate, quã auream dicunt, erant expertes furandi homines, hac imbuit arte Mercurius Maia genitus, nunc magnus habetur ille deus, cuius dedit experientia fures. Quot ſunt contrariæ gentes Axiacis, quæ niſi de rapto uiuere turpe putãt.

f *Vſu auri, argentiq; damnato.*) Sciunt nimirum Satarchæ, Quod ſoleant auro multa ſubeſſe mala. Eſſet utinam hominum mos iſte hodie, quãdo auri, & argenti dira cupidine imus in uiſcera terræ, & in ſede Manium, quærimus opes. Hinc (ut canit Naſo) ortum

Omne nefas, fugere pudor, uerumq;, fideſq;
In quorum ſubiere locum fraudeſq;, doliq;,
Inſidiæq;, & uis, & amor ſceleratus habendi.

g *De inimicorum capitibus.*) Herodotus lib. 4. Quem primũ uirum in bello cepit uir Scytha, eius ſanguinẽ potat. Quoſcunq; in prælio interemerit,

micorum capitibus moliuntur. Amant prælia, in- teremptorum cruorem è uulneribus ipſis bibunt. Numero cædium [a] honor creſcit, quarum expertem eſſe apud eos probrum eſt. Hauſtu [b] mutui ſan guinis fœdus ſanciunt, non ſuo tantum more, ſed Medorum quoque uſurpata diſciplina. Bello deniqꝫ quod geſtum Olympiade nona, & quadrageſima, anno poſt Ilium captum ſexcenteſimoquarto, inter Alyathem Lydum, [c] & Aſtyagem Mediæ regem hoc pacto firmata ſunt iura pacis. Colchorum ur- bem Dioſcoriaden Amphitus, [d] & Telchius au- rigæ Caſtoris, & Pollucis condiderunt, à quibus Heniochorum gens exorta eſt. Vltra Sauromatas in Aſia ſitos, qui Mithridati [e] latebram, & qui ori- ginem Medis [f] dederunt, confines ſunt Thalıj his nationibus, quas ab Oriente contingunt Caſpıj ma- ris fauces, quæ fauces mirum in modum maciantur imbribus, creſcunt æſtibus. Henichorum montes Araxem, Moſchorum Phaſiden fundunt. Sed A- raxes [g] breuibus interuallis ab Euphratis ortu ca- put tollit, ac deinde in Caſpium fertur mare. [h] Ari-

eorum capita regi offert. Caput hoc modo præcidit. In orbem illud amputat circa aures, uerticeqꝫ ſumpto excutit. Et infra. Non tamen de omnibus (inquit) ſed de inimiciſſimorum capitibus hoc fa- ciunt, ut illud quiſqꝫ infra ſupercilia reciſum prorſus excuteret &c. Sex. Rufus hunc nefandū morem Thracib. attribuit. Sed ıjs, & illis eſſe cōmunis poteſt. a *Numero cædium honor creſcit.*) Et id quoqꝫ ex He- rodoto libro eodem ſumptum eſt. b *Hauſtus mutui ſanguinis.*) Fœdera cum quibuſcunqꝫ ineunt Scythæ, hoc modo ineūt. Infuſo in gran- dem calicem fictilem, uino, com miſcent eorum ſanguinem, qui feriunt fœdus, percutientes cul tello, aut incidentes gladio ali- quantulum corporis. Deinde in calice tingunt, Acinacem, ſagit- tas, ſecurim, iaculum. Hæc ubi fe cerunt, ſeſe multis uerbis deuo- uent, poſtea uinum epotāt, non modo ıj, qui fœdus fecerunt, ſed etiam comites ıj, q̄ ſunt maximæ dignitatis. Et hæc quoqꝫ ex He- rodoto ſumpta ſunt. Similia le- ges apud Tertul. cap. 9. Apolog. Sic quoqꝫ Catilinæ contra patri am coniurationem fuiſſe firma- tam, ſcribunt Saluſtius, Appia- nus, Lucius Florus. c *Inter Aly athem Lydum, & Aſtyagem.*) Huius belli meminit Euſeb. lib. tempo rum. Nec in tempore à Solino diſcrepat. De Alyathe quoque Lydorū rege, meminit Herodo. lib. primo. Fit & à Laërtio men- tio in uitis Pittaci, & Biantis lib. primo. Tam ſcripta, q̄ impreſſa Solini exemplaria, habent tum Aduatem, tum Alyritē. Nos ex Euſebio Alyathem repoſuimus. d *Amphitus, & Telchius.*) Omnia ex Plin. cap. 5. ſexti. Caſtoris, & Pollucis aurigas, Strabo circa principiū undecimi, Rhecā, & Amphiſtratū nominatos dicit, ut in alter utro mēdū ſit. Sed fieri poteſt, ut horū fratrū plures fuerint aurigæ. Eo Stra. loco hiſtoriam hāc totam reperies. Cum Plinio, & Solino cōcordat Ammian. 22. hiſtoriarū li. Pulchra de Caſtoris, & Pollucis ma tre recenſet Cælius cap. 41. ſexti Ant. Lectio. e *Mithridati latebram.*) Mithridates timens ne inimici, qđ ueneno non potuerāt, ferro peragerēt, uenandi ſtudiū finxit. Quapropter quatuor annos, neqꝫ urbis, neqꝫ ruris tecto uſus eſt, ſed per ſyluas uagatus eſt, & diuerſis montiū regionibus pernoctabat, ignaris omnibus, quib. eſſet locis. Aſſuetus feras curſu aut fugere, aut proſeq., cum quibuſdā etiam uirib. con gredi. Quibus rebus & inſidias uitauit, & corpus ad omnē uirtutis patientiā durauit. Ex Iuſtino lib. 37. Mithridatis latebræ meminit etiam Plin. cap. 5. ſexti Nat. hiſto. Mithridatis regionem Ptol. cap. 9. quinti, inter Rha fluuiū, & Hippicos mōtes ſub Syracenis ultra Tanaim amnē eſſe dicit. Eius ſitū ap- pingit ſecunda Aſiæ tabula. f *Originem Medis dederunt.*) Plin. cap. 7. lib. 6. Tanaim amnē (inq̄t) gemino o- re influentē, incolunt Iaxamatæ, Medorū (ut ferunt) ſoboles, & ipſi in multa genera diuiſi, primo Sau romatæ &c. g *Sed Araxes.*) Oritur Araxes, authore Strabone lib. 11. ex Armenia ad Orientem illatus uſqꝫ in Tropatiā, ad occaſum, ſeptentrionemqꝫ deflectit, & primo Azara præterlabitur. Deinde Arxa tā Armeniæ urbem. Poſtea per Araxinū campū in mare Caſpium emittit. Fluuius hic (ut in Parthi- co Appianus tradit) & profunditate, & celeritate, difficilis admodū ad tranſeundū. Et ut Curtıj ſenten tiam referamus, Araxe gignēdæ herbæ nō alius aptior, quicquid alluit florib. ueſtiens. Platani quoqꝫ & populi conteguntripas, ita ut procul uiſentibus continna uideantur montibus nemora riparum. Quippe obumbratus amnis preſſo in ſolum dilabitur alueo. Imminentqꝫ colles, ipſi quoqꝫ frōdibus læti radices eorum humore ſubeunte. Regio nō alia tota Aſia ſalubrior habetur &c. Vide Herod. lib. 1. Et Ptol. cap. 13. libri quinti, Tabula etiam tertia Aſiæ. Hunc pontē indignatum 8. Aen. ſcribit Maro. h *Arimaſpi.*) Ex habitu, & forma corporis nomē habēt. Nam ut lib. 4. tradit Herodo. Scythica lingua

Arima

a maſpi circa Geſglitron poſiti unocula gens eſt. Vltra hos, & Rhiphæum iugum regio eſt aſſiduis obſeſſa niuibus, πτεροφόρον b dicunt. Quippe caſus b continuarum pruinarum quiddam ibi exprimit pinnarum ſimile. Damnata pars mundi, & à rerum natura in nubem æternæ caliginis merſa, ipſisq́ prorſus Aquilonis conceptaculis rigentiſſima. Sola terrarum c non nouit uices temporum, nec de c cœlo aliud accipit, quàm hyemem ſempiternam. In Aſiatica Scythia terræ ſunt d locupletes, inhabitabiles tamen. Nam cum auro, & gemmis affluant, Griphes tenent e uniuerſa. Alites ferociſſi- d mæ, & ultra omnem rabiem ſæuientes, quarum immanitate obſiſtente aduenis acceſſus difficilis, ac rarus eſt. Quippe uiſos diſcerpunt, uelut geniti ad plectendam auariciæ temeritatem. Arimaſpi cum his dimicant, ut intercipiant lapides, quorum non aſpernabimur proſequi qualitatem.

Arima unus, Spu aũt oculus dicitur. Verum Herod. fieri non poſſe exiſtimat, ut uiri naſcantur unoculi, cæterã naturam habentes alijs hominibus omnino parem. Sumpſit hæc Solinus ex cap. ſecundo ſeptimi Naturalis hiſt. Caij Plinij. Sed & iuxta eos (inquit) qui ſunt ad ſeptẽtrionẽ uerſi, haud ꝓcul ab ipſo Aquilonis exortu, ſpecuq́ eius dicto, quẽ locũ Geſglitron appellant, produ͂tur Arimaſpi; quos diximus uno oculo in fronte media inſignes, quibus aſſidue bellũ eſſe circa metalla cũ Gryphis ferarum uolucri genere, quale uulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum mira cupiditate, & feris cuſtodientibus, & Arimaſpis rapientibus multi; ſed maximè Herodotus, & Ariſteas Proconneſius ſcribunt. Arimaſporum meminerunt Lucanus in tertio. Valer. Flaccus in ſexto Diodorus aũt Sicul. in geſtis Alexandri Magni, hoc eſt. 17. hiſtoriarum libro, docet Cur Arimaſpi Euergetæ, i. benefici dicãtur. Docta plura refert Cælius Rhodiginus cap. 12. noni Antiq. lecti. libro. a *Riphæum iugum.*) Seruius nono Aeneid. diſcretionẽ licet tenuem eſſe dicit inter Ripæos atq; Riphæos montes. Nam Ripæi (inquit) Arcadiæ, Riphæi uerò Scythiæ montes ſunt. Dictos autem tertio Georgicorũ libro docet, à perpetuo uẽtorum flatu, quod ῥιπὴ Græci impetus & ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν, id eſt, proijcere. Sumpſit autem Solinus hæc omnia ex cap. 12. quarti Plinij. b *Πτεροφόρον dicunt.*) Quaſi penniferum, uel aliferum dicas τὸ πτερὸν alam, & pennam ſignificat, φέρω fero. Non deſunt, qui nomen πτεροφόρον deriuent, ἀπὸ τοῦ πτεροῦ, & φορoῦ, id eſt, à penna, & uento, qđ penna ea aſsiduè agitetur à uento. φόρος præterea apud Græcos tributum ſignificat. Quod ea ipſa regio pennas inſtar tributi largiatur, & ſoluat. Verba Plinij ex cap. 12. quarti hæc ſunt. Vltimi (inquit) à tergo eorum Arimaſpi. Mox Riphæi montes, & aſſiduæ niuis caſu pinnarum ſimilitudine Pterophoros appellata regio, pars mundi damnata à natura rerum, & denſa merſa caligine, neq; in alio, quàm rigoris opere gelidis Aquilonis cõceptaculis &c. Martianus lib. 6. Tunc (inquit) Riphæi montes, & regio caligantibus tenebris inumbrata. Cur aũt penniferã regionẽ eam uocent, hinc creditũ Herodot. lib. 4. exiſtimat. De pennis aũt (inqt) quibus aiunt Scythæ oppletũ eſſe aërem, & idcirco non poſſe proſpici longius continentem, nec ulterius tranſiri, hæc eſt mea ſententia (inqt) quod ultra eam regionẽ aſſiduè ningit, & (ut credibile eſt) minus æſtate, q́ hyeme. Nã prout cuilibet, eminus intuenti, cadentẽ niuẽ copioſam liquet, quod dico, nix pennis aſſimilis eſt. Et propter hanc talẽ hyemẽ inhabitabilia ſunt eius continentis loca ad Aquilonem ſpectantia, eoq́ opinor pennas niuẽ eſſe interpretãtes Scythas, ac circumiectas gentes ita loq. Verũ hęc, q̃ reperiuntur, lõgiſſimè dicta ſunt. hæc Herodo. c *Sola terrarum non nouit uices temporum.*) Id eſt, Ver, Aeſtatẽ, Autumnũ. Hæc em̃ ſunt tẽporis partes alijs in locis ſibi inuicẽ ſuccedentes. At ea regio de cœlo nihil aliud accipit (inquit Solinus) q̃ hyemem ſempiternã. d *Terræ ſunt locupletes.*) Similia Mela Pomponius in principio ſecundi refert. e *Gryphes tenent uniuerſa.*) Has alites ueteres Latini, ut ait Nonius, Picos appellabant. Plaut. in Aulu. Pici diuitijs, qui aureos montes colunt, eos ſolus ſupero. Quales aũt, & ubi Gryphes ſint, multis uerbis aperit Philoſtrat. lib. 3. Hoc genus ferarũ (inquit Seru.) omni parte leones ſunt, alis, & facie aquilis ſimiles, equis uehementer infeſtæ, Apollini cõſecratæ. Vide in Attica Pauſan. Ob hãc cum equis inimicitiam, prouerbiali figura Ecloga octaua, à Vergilio dictum eſt. *Iungentur iam Gryphes equis.* De his, quæ plurimum natura diſſident Plinij ſunt, quæ Solinus de Arimaſporũ, & Gryphiũ pugna, refert cap. 2. libri ſeptimi. Arrianus libro quinto geſtorũ Alexandri, non adhibet iſtis fidem, eſſeq́ ad uoluptatem magis, quàm ad ueritatem omnino inuenta. Albertus uiceſimotertio de Animalibus libro, Eſſe Gryphes aues magis, ait, tradunt hiſtoriæ, quam experta philoſophorum, uel rationes Phyſicæ.

Smaragdis hic [a] locus patria eſt, quibus tertiam in- a
ter lapides dignitatem Theophraſtus dedit. Nam li-
cet ſint & Aegyptij,[b] & Chalcedonij, & Medici,
& Laconici, præcipuus tamen eſt honor Scythicis.
Nihil his iucundius, nihil utilius uident oculi. In b
primis uirent ultra irrigua gramina, ultra amnicas
herbas deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt le
nitate. Nam uiſus, quos alterius gemmæ fulgor re-
tuderit, Smaragdi recreant, & exacuunt. Nec c
aliam ob cauſam placuit, ut non ſculperentur, ne
offenſum decus imaginum lacunis corrumperetur,
quanquam qui uerus eſt, difficulter uulneretur. Pro-
bantur hoc pacto, ſi aſpectus tranſmittant, ſi cum d
globoſi ſunt, proxima ſibi inficiant aëre repercuſſo,
aut cum concaui ſunt, inſpectantium facies æmulen-
tur, ſi neque umbra, neqꝫ lucernis, neqꝫ ſole mutentur
Optimos tamen ſortiuntur ſitus, quibus planicies e
reſupina eſt, & extẽta. Inueniuntur Eteſiis flantibus
Tunc enim detecto ſolo facillimè internitent. Nam
Eteſiæ[c] plurimùm arenas mouent. Alij minus no-
biles in commiſſuris ſaxorum, uel in metallis ærarijs f
apparent, quos Chalcoſmaragdos [d] nuncupant. Vi
tioſi eorum intrinſecus quaſdam ſordes habent, uel
plumbo, uel capillamentis, uel etiam ſali ſimiles. La-
uantur auſtero mero, ſed uiridi proficiũt oleo, quam- g
uis natura imbuantur. Et Cyaneus [e] lapis è Scythia
eſt optimus, ſi cærulo coruſcabit, cuius gnari in ma-
rem, & fœminam genus diuidunt. Fœminis nitor
purus eſt. Mares punctulis ad gratiam interlucenti-
bus auratilis puluiſculus uariat. Iſtic & [f] Cryſtallus

a *Smaragdis hic locus patria eſt.*) Scribit Serapio Smaragdum eſſe naturæ frigidæ, ac ſiccæ. Exiſtimãt philoſophi hũc ipſum lapidẽ in aureis Mineris ꝓuenire, eiuſqꝫ uiriditatẽ à uirtute Mineræ fieri autumant. Medici tradũt Smaragdũ in potu ſumptũ uenenis, ac uenenoſorũ morſibus opitulari. Mira ſũt, quæ Smaragdo, Marbodæus tribuit.. *Commodus iſte lapis, ſcrutantibus abdita fertur Cum præſcire uolunt, aut diuinare futura. Auget opes idem ſeſe reuerenter habentes. Omnibus in cauſis dãs perſuaſoria uerba, Tanquam facundi uis ſit ſermonis in illo &c.* Huius ſunt omnia quæ de Smaragdo ſecũdo Mineralium Albertus refert. De Smaragdis hæc, & plura Plinius cap. 5. triceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ. b *Licet ſint Aegyptij, & Chalcedonij.*) Plinius dicit Smaragdorũ genera duodecim, nobiliſsimos autem dicit Scythicos ab ea gente in qua reperiuntur appellatos, Nullis (inquit) maior auſteritas, nec minus uitij. Et quantũ Smaragdi à gemmis diſtant, tantum Scythici à cæteris Smaragdis. c *Eteſiæ*) ἐτησίαι à græcis dicuntur uenti, qui ſtatuto, & certo anni ſpatio flare ſoleãt, hoc eſt quadraginta diebus poſt Caniculæ exortum. Græci enim ἐτήσιον annuum dicunt. d *Chalcoſmaragdos.*) A loco, ubi proueniunt, nomen habent, χαλκός enim Græcè æs, Latinè dicitur. Ergo Chalcoſmaragdi, quod in metallis æreis appareant dicti ſunt. e *Et Cyaneus eſt.*) Lapis hic à colore nomen habet. Græci enim κυάνεον cæruleum dicunt, uel eum colorem, qui medium inter nigrum, & uiridem locum tenet. Optima (inquit Plin. cap. 9 triceſimiſeptimi) Scythica, dein Cypria, poſtremo Aegyptia. Adulteratur maximè tinctura &c. f *Cryſtallus.*) κρύος frigus, uel gelu dicunt, ſτέλλω contraho, ſicqꝫ Cryſtallus non niſi concretũ gelu eẽ dicitur. Eſt em̃ Cryſtallus aqua è niue ſolidius, latiuſqꝫ cõcreta. Eam κρύσταλλον Græci appellãt. Author. A. Gellius. ca. 5. deciminoni Noc. Atti. Qualiter è niue Cryſtallus fiat, uno uerſiculo primo ſyluarum Papinius explicat.

Raraqꝫ longeuis niuibus Cryſtalla gelari. Scribit Plin. cap. 2. triſeſimiſeptimi, unde hæc ſumpta ſunt omnia, Cryſtalla non niſi, ubi maximè hibernæ niues rigent, glacieqꝫ, reperiri: cui ſententiæ hoc loco refragatur Solinus Nã ſi ita foret (inquit) nec Alabãda Aſiæ, nec Cyprus inſula, hãc materiã ꝓcrearet, quibus admodũ calor iugis eſt. Hæc uerbalis tñ differẽtia, ex uerbis Dio. Siculi circa finẽ tertij diſſoluitur euiden er. Cryſtallus (inquit) lapis, ex aqua oritur, pura, cõgelata, nõ qdẽ à frigore, ſed diuina caloris ui, q̃ duriciẽ ſeruet, uarioſqꝫ colores ſuſcipiat. Claudi. *Poſſedit glacies naturæ ſigna prioris Quæ fit parte gelu, frigora parte negat.* Sic em̃ eluxatũ carmẽ redintegrãdũ putamus. Extat altera eiuſdem poëtę Elegia, cuius principiũ. *Lymphæ, quæ tegitis cognato corpore Lymphas &c.* g *Nã fert calorẽ.*) Sũt qui legãt. Nõ fert calorẽ. Sed ferme oẽs Solini codices, primã lectionẽ retinẽt. Eã ſeqtur Marbodæus tit. 60. ingẽs. *Frigus tenet, atqꝫ calorẽ*

Fabula

FAbulæ erant Hyperborei.) Hyperborei ex eo dicti ſunt, quod ſuper, uel ultra eos ſpiret Boreas. ὑπὲρ enim Græcè, ſuper, uel ultra ſignificat. Boreas Arctous uentus. Diod. Siculus lib. 3. ex eo dictos tradit, quod ſint admodū Boreæ ſubditi. Macrob. ſecūdo de Somnio Scipionis lib. Hyperboreos interpretatur, quaſi originē Boreæ introrſum recedēdo trāſiſſent. Adeo (inquit) æterna penè præmūtur pruina, ut nō facilè explicetur, quanta ſit illic frigidæ nimietatis iniuria. Feſtus Pomp. aliunde exiſtimat ſumptum nomen. Hyperborei ſupra Aquilonis (inquit) flatum habitantes. Dicti quòd humanæ uitæ modum excedūt uiuendo ultra centeſimum annum, quaſi ὑπερβαίνοντες ὅρον, hoc eſt, tranſcendentes communem uitæ terminū. Strabo libro quintodecimo ſcribit quoſdā uelle, Hyperboreos mille annos uiuere. Idem Strabo lib. 1. refert quorundam ſententiā Hyperboreos eos eſſe exiſtimantium, qui ſint Boreæ coniunctiſſimi. Terminus autem Borealium polus eſt, Auſtralium uerò Aequinoctialis. Herodotus in Melpomene ſcribit eſſe etiā Hypernotios, ſi Hyperboreos eſſe quis fuerit opinatus. Scribit idem Strabo libro Geographiæ undecimo, de ijs qui ſunt ultra mare Caſpiū, ueluti ſunt Hyperborei, Sauromatæ, & Arimaſpi, nihil exquiſitè à ueteribus ſcriptum eſſe. nec ab ijs quidem, qui aut Cyri bellum aduerſum Maſſagetas geſtum aut Perſarū, aut Medorū, Syrorumq́ res geſtas cōſcripſerunt. Quod accidiſſe ait propter ſcriptorum ſimplicitatē, ac fabularū ſtudiū. Qua ex re haud multum fidei aſſequuti ſūt. Hi enim ſcriptores, quum eos uiderent magnopere probari, qui apertè fabulas conſcriberent, arbitrati ſunt ſcripta ſua futura iucundiora, ſi in hiſtoriæ formam ea dicerent, quæ nec ipſi unquam uidiſſent, nec à ſcientibus audiuiſſent. Eam ob cauſam, ait Tragœdiarum poëtis, Heſiodo, atq; Homero, de Heroibus prædicādi facilius adhiberi fidē, q̄ Etheſiæ, & Herodoto atq; Helliano, ac cæteris eius generis ſcriptoribus. At Romanorū, Parthorūq́ imperiū, plura retegiſſe, q̄ ea, quæ tradita ante fuerant. De Hyperboreis (ut Plin. 17. lib. 6. refert.) Ecatheus uolumē condidit.

b *Sed quum probiſsimi authores.*) Intelligit ex Græcis Hecatæum, Antimachum, Dio. Siculū. Melā Pom. apud noſtros. Eratoſthenes aūt, Herodotuſq; (ut etiam in primo refert Stra.) nullos eſſe Hyperboreos tradiderunt. Vadianus in Scholijs, q̄ doctè, ac elegāter in Melam Pōp. cōpoſuit, reprehēdit Pli. & eū ſequutū Iuliū Solinū, qđ uterq; crediderit apud Hypboreos eſſe cardines mūdi, extremosq; ſyderū ambitus, ſemeſtriq; luce, & una die ſolis auerſi ab æquinoctio uerno in Autūnū, ſemel in anno Solſtitio ijs oriri ſolē, brumaq; ſemel occidere. Vellē Vadianū aſſcripſiſſe Plinij uerba pauca pręcedētia, qbus animaduertere potuiſſet, Pliniū pleraq; fabuloſa exiſtimaſſe quæ plures tū Græcorū, tū Latinorū de Hypboreis tradiderūt. Ponè Riphæos mōtes, ultraq; Aquilonē (inquit) gens felix (ſi credimus) quos Hyperboreos appellauere, annoſo degit æuo, fabuloſis celebrata miraculis. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, & cætera. Non fruſtra addit Plinius, ſi credimus, & fabuloſis celebrata miraculis. Rurſus, ut oſtenderet fuiſſe eam aliorum ſententiam, non ſuam continuo ſubdit. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, & cætera. Plinij mos eſt, in rebus credulitatem excedentibus, nequāq̄ obſtringere fidem ſuam

a quem licet pars maior Europæ, & particula Aſiæ ſubminiſtrent, pretioſiſſimum tamen Scythia edit. Multus ad pocula deſtinatur. Nam fert calorem pręcipuè quālibet nihil aliud, quàm frigidum pati poſ-
b ſit. Sexangulus inuenitur. Qui eligunt puriſſimum captant, ne quid rufum, neúe nubilum, ſed ſpumis obſitum, arceat perſpicuitatem. Tunc ne duricia iuſto propenſior obnoxium fragilitati magis faciat.
c Putant glaciem coire, & in Cryſtallum corporari, ſed fruſtra. Nam ſi ita foret, nec Alabanda Aſiæ, nec Cyprus inſula hanc materiam procrearet, quibus regionibus incitatiſſimus calor eſt. Liuia Auguſti ad magnitudinem cl. librarum inter Capitolina donaria Cryſtallum dedicauit.

De Hyperboreis populis. XXVI.

d FAbula [a] erat de Hyperboreis, & rumor irritus, ſi quæ illinc ad nos uſq; fluxerūt, temere forent credita. Sed cū probiſſimi [b] authores, & ſatis idonei ſententias pares faciāt, nullus falſum for-
e midet. De Hyperboreis itaq; loquemur. Incolūt penè πτεροφόρον, quem ultra Aquilonem accepimus iacere,

gens beatiſſima. [a] Eam Aſiæ quidam magis, quàm Europæ dederunt. Alij ſtatuunt mediam inter utrumq; ſolem Antipodum Occidentem & noſtrum renaſcentem, quod aſpernatur ratio tam uaſto mari duos orbes interfluente. Sunt igitur in Europa, [b] apud quos mundi cardines eſſe credunt, & extimos ſyderum ambitus, ſemeſtrem lucem auerſum tantum una die ſolem, quanquam exiſtant, qui putant non quotidie ibi ſolem, ut nobis, ſed uernali æquinoctio exoriri, autumnali occidere. Ita ſex menſibus infinitum diem, ſex alijs continuam eſſe noctem. De cœlo magnam [c] clementiam auræ ſpirant ſalubriter. Nihil noxij flatus habent. Domus ſunt nemora, uel luci. In diem uictus arbores ſumminiſtrant. Diſcordiam neſciunt. Aegritudine non inquietantur. Ad innocentiam omnibus æquale uotũ. [d] Mortem accerſunt, & uoluntario interitu caſtigant obeundi tarditatem. Quos ſatietas uitæ tenet, epulati, de-

qui potius lectorem ad authores relegare, qui de dubijs rogentur omnibus. Solini uerò errores (inqt) æmulatio excuſat. Quod ſimiarum ſit omnia etiã ſuo periculo imitari uelle. Sed quanã ratione Albertus nullius ſimia, ſed ſuo Marte (ut dici ſolet) cuncta audens, toties tamen delirans, excuſari poterit, ijs qui eũ tanti faciunt, locus eſto. a *Gens beatiſsima.*) Eadẽ ferè tradit Mela Pomp. Terra (inquit) anguſta, aprica, per ſe fertilis. Cultores iuſtiſsimi, & diutius q̃ ulli mortalium, & beatius uiuunt. Quippe feſto ſemper ocio læti, nõ bella nouere, non iurgia. Sacris operati maximè Apollinis, quorum primitias Delon miſiſſe initio per uirgines ſuas. Deinde per populos ſubinde tradentes ulterioribus, moremq; eum diu, & donec uitio gentium temeratus eſt, ſeruaſſe feruntur. Habitant lucos, ſyluasq; &c. Similia refert cap. 12. lib. 4. C. Plinius.

b *Sunt ergo in Europa.*) Hæc omnia ex Plinio cap. 12. lib. quarti. Pompon. Mela lib. tertio in Aſiatico littore Hypboreos primos ponit. Diodo. Siculus etiam lib. 3. ex Hecathæi, & quorundam aliorum, qui ueteres, & fabulis ſimiles hiſtorias ſcripſerãt, authoritate, tradit oppoſitam Celtis, iuxta Oceanum eſſe inſulam, haud multò Sicilia minorem, ponè Arctos, habitariq; ab his qui Hyperborei, eo quod uento Boreæ ſint admodũ ſubditi appellantur. Inſulam uerò fertilem, & fructuoſam, ut in quo fructus annui bis naſcantur. Fabulantur Latonam &c. Sed an ſub mundi polis poſſit eſſe aliqualis uiuentium habitatio, nondũ experientia deprehenſum reor. Conſtat ex Philoſophorũ Placitis, uitã in calido, & humido cõſiſtere animãtium. Poli aũt mũdi algore immẽſo, & frigorib. occupati defectionis cauſas pruinis mergentibus præbuere. Plin. & Solinus cum Pomponio uidentur aſſerere, ſub polo ipſo Arctico animãtiũ habitationem eſſe poſſibilẽ. Cõmunior tamen ſententia, partem huic contrariã conatur aſſerere. Quid aũt in hac ambiguitate ſit ſentiendũ, Cõciliator ſeptima & ſexageſima differentia, differit copioſè, peritorũ ferè omniũ referens ſententias. Placet multis, nõ totã zonã Arcticã inhabitabilẽ eſſe, ſed eam tantũ partẽ, quæ polo ipſi Arctico directè ſubiaceat. Qui autem ſub polo Arctico habitari poſſe arbitrantur, partem ei polo propinquam fortaſſis accipiunt Quid ſi religionis illius hominib. æſtiuo tẽpore, quo ſol illic uidetur aſſiduè, ſit illuc ſecurus acceſſus, hyeme uerò illinc lõgius abeant. c *De cœlo magnam clementiam.*) Mirum omnino & rationi diſſonum, in ea regione eſſe tantam cœli clementiã, quæ ſex menſium continuatã noctem habeat. Niſi ad ſex menſiũ diẽ idipſum referas. Vel qđ eo quoq; tẽpore, quo ſex mẽſibus continuata nox eſt, ſol nõ multũ ab ea regione diſtans fiat. Sunt qui dicant eis hæc munere conceſſa diuũ, ob uidelicet illorum hominũ innocentiã. d *Mortem accerſunt.*) Non diſſimilia de hac re Mela refert lib. tertio. Vbi eos (inquit) uiuendi ſacietas, magisq; tædiũ cœpit, hilares redimiti ſertis, ſemet ipſos in pelagus ex certa rupe, præcipites dant. Id eis funus eximiũ eſt, ac (ut inquit Plinius) genus ſepulturæ beatiſſimum. Scribit Diod. Siculus tertio Bibliothecæ libro, in Oceano uerſus meridiẽ eſſe quandã inſulã, cuius incolis mos ſit ad certam uſq; ætatẽ uiuere, qua perfecta, uariã ſibi mortẽ ſponte conſtituunt. Eſſe aliubi rurſus homines, qui adeo mortem contemnunt, ut pugnent nudi. Hiſpaniæ quoq; populis fuiſſe mortis contemptum, primo bellorum Punicorum canit Syllius.

Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem,
Namq; ubi tranſcendit florentes uiribus annos,
Impatiens æui ſpernit nouiſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt.

Et Lucanus in primo.

Certè populi, quos deſpicit Arctos

Felices

Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus haud urget Leti metus, inde ruendi
In ferrum mens prona uiris, animæq; capaces
Mortis, & ignauum eſt rediturae parcere uitæ.

Partalis Indię regio eſt, in qua, qui ſapientiores habentur accenſos à ſe rogos conſcendẽtes, uoluntaria morte uitam finiunt, *Lucanus in tertio.*

Quiq; ſuas ſtruxere pyras, uiuiq; calentes
Conſcendere rogos, proh quanta eſt gloria genti,
Iniecisse manum fatis uitaq; repletos
Quod supereſt donaſſe Deis.

a libutique. De rupe nota præcipitẽ caſum in mare profundum deſtinant. Hoc ſepulturæ genus optimum arbitrantur. Aiunt etiam [a] ſolitos per uirgines probatiſsimas primitias frugũ Apolloni Delio miſ-
b ſitare. Verũ hæ quoniã perfidia hoſpitũ nõ illibatæ, reueniſſent, deuotionis, q́ peregre proſequabãtur, põtificium mox intra fines ſuos receperunt.

De arimphaeis. De mari Caſpio. De Tigribus. De Pantheris, & Pardis. Cap. XXVII.

c ALtera in [b] Aſia gens eſt ad initium Orientis æſtiui, ubi deficiunt Rhipheorum montium iuga Hyperboreis ſimiles, quos dicunt Arimphęos, & ipſi arbuſtorum frondibus gaudent.
d Baccas edũnt. Iuxta uiros, ac fœminas tædet criniũm. Itaque uterque ſexus [c] comas tondet. Amãt quietem nõ amant lædere. Sacri habentur, attrectariq; eos etiam à ferociſsimis nationibus nefas ducitur. Quicunq; periculum à ſuis metuit, ſi ad Arimphęos trãſ-

a *Aiunt ſolitos per uirgines.)* Herod. li. 4. deſcribit iter, per quod ex Hyperboreis Delta ueniſſe ad Schytas, à Scythis deinceps finitimos accepiſſe, gradatimq; per ſingulos & occaſum uſq;, atque illinc meridiem uerſus ea ſacra dimiſſa à primis Græcorum Dodonæis eſſe accepta, & ab ijs deſcendiſſe ad Melienſem ſinũ, puaſiſſeq; in Euboiã, & oppidatim uſq; ad Caryſtum, et illinc reliquiſſe Andrum. Cariſtios em̃ eſſe, qui in Tenũ portarint. Tenios uerò in Delũ. Atq; ita hæc ſacra in Delum aiunt perueniſſe Primas autẽ ex hyperboreis uirgines miſſas fuiſſe dicunt Hyperocham, & Laodicen, & cum ijs tutelæ gratia quinq; ex ſuis popularibus, qui eas deduxerint, qui Perpherees uocati ſunt. Fuiſſe autem ea ſacra ferunt in triticea alligata ſtipula. Solinus autẽ ex Plinio primitias fuiſſe frugum. Eas inſup uirgines in Delo dicunt fuiſſe defunctas, in Deloq; Hyperboreos eis parentare ſolitos fuiſſe. Earum monumẽtũ ut Herod. etiamnũ annotauit, intra Artemiſiũ ad ſiniſtrã intrantibus fuiſſe memoratur olea illic ſupenata. Delij tradũt, ante Hyperocham, & Laodicen, ueniſſe ex Hyperboreis in Delũ, Argen, & Opin uirgines, ut Lucinæ tributum redderent, quod pro partu maturato, inſtituerant, Sed hæc ab Heſiodo & Homero in Ephigonis excogitata eſſe uidentur.

A*Ltera in Aſia gent.)* Quæ hac parte Solinus de Arimphæis refert, ex cap. 13. quarti Plinij omnia mutuatus eſt. Vltra Aquilonis (inquit) initia Hyperboreos aliqui poſuere, pluribus in Europa dictos primũ inde noſcitur promontoriũ Celticæ Lytarmis. Fluuius Cara‐nbucis ubi laſſata cum ſyderũ ui Riphæorum montiũ deficiũt iuga, ibiq; Arimphæos quoſdã accepimus haud diſsimilẽ Hyperboreis gentẽ. Sedes illi nemora. Alimẽta Baccę, Capillus iuxta fœminis, uiriſq; in probro exiſtimatur. Ritus clementis. Itaq; ſacros haberi narrant, inuiolatoſq; etiã feris accolarũ populis, Nec ipſos modò, ſed illos etiã, qui ad eos perfugerint. Mela Pom. in fine primi. Tũ cõtinuis (inquit) rupibus latè aſpera, & deſerta regio ad Arimphæos permittitur, His iuſtiſsimi mores. Pro domibus nemora. Alimẽta baccæ, & maribus, & fœminis nuda ſunt capita. Sacri habentur, adeoq; ipſos nemo de tam feris gẽtibus uiolat, ut alijs quoq; ad eos confugientibus, pro Aſylo ſit. Vltra ſurgit mons Riphæus. Dicti ab α priuatiua litera, & ῥιπίζω, qđ flare ſignificat, quaſi ſine uẽtorũ flatu. Herod. hos populos Argyppæos nominat in Melpomene. Quibus (inquit) nemo mortaliũ iniuriã infert. Sacri em̃ dicũtur eſſe, nihilq; Martiorũ armorũ poſsident. Iidem finitimorũ controuerſias dirimunt. Ad quos quiſquis confugit, is à nemine læditur. Nomen eis eſt Argyppæi. Hæc Herod. Ex iam dictis patet eos errare, qui ꝑ Arymphæis Riphæos in Solino repoſuerũt, quũ de Riphæis antea dixerit. Nõ abſimiles ſunt Arimphæi populi, Eſſenis ipſis, de quibus ca. 48. Solinus infra. Aduertẽdũ tamẽ Poſsidoniũ, & Protarchũ ſcripſiſſe Riphæos, & Alpes eoſdẽ mõtes eſſe, id libro octauo Cœlius in antiquis lectionibus, antea annotauit,

Hinc exiſtimata à Vergilio quarto Aeneidos dictum eſſe.

Ac uelut annoſam ualido cum robore quercum Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flantibus illinc Eruere inter ſe certant. c *Comas tondet.*) Miconĳ (ut lib. xi. ſcribit Plinius) carentes capillo gignũtur. Et quædam animaliũ (inquit) naturaliter caluent. Apud Aegyptios conſuetudo inoleuit, ut peregrinantes, quoad domũ reuertuntur, comas nutriant. Ab Oſiride conſuetudo hæc ſumpta eſt, qui in tota peregrinatione ſua, nõ ante comam depoſuerit, q̃ in patriam ipſe redierit. Veteribus mos fuit in aduerſis comas tondere. Vnde Argiui quum apud agrũ Tyreum à Lacedæmonĳs uicti fuiſſent, ex eo tempore tonſis capitibus, quum ante criniti eſſent de nutriendis comis legem condiderunt. Herod. in Clio author eſt. Sybari præterea à Crotoniatis direpta, uniuerſi Mileſĳ, qui puberes erant, capita deraſerunt Idem author in Eratho. Machlyes Africæ populi occiput crinitũ geſtant. Auſes uerò anteriorem capitis partem. Maxies præterea dextram capitis partem comatã geſtant, ſiniſtrã radunt.

fugerit, tutus eſt uelut Aſylo [a] tegatur. Vltra hos a Cimmerĳ, [b] & gens Amazonum [c] porrecta ad Caſpium mare, quod dilapſum per Aſiaticæ terga plagæ Scythicum [d] irrumpit oceanum. Sed magnis deinde ſpacĳs intercedentibus oſtia [e] Oxi b fluminis Hyrcani habent. Gens [f] ſyluis [g] aſpera, copioſa immanibus feris, fœta Tigribus. Quod

a *Velut Aſylo tegatur.*) Græci Aſylũ ſacrũ, & intemeratũ templũ dicunt, ab α ſine, et συλάω prædor, rapio, ſpolio, uiolo Nam è loco ſacro aliquid rapere nefas eſt. Seruius ſecundo Aeneid. Verg. ſuper illud.

Et iam porticibus uacuis Iunonis Aſylo. Dictum Aſylum tradit, à uerbo σύρω traho, καὶ συλῶ ſacra detraho de ſacris locis. Id autẽ nõ eſt (inquit) in omnibus templis, niſi quibus cõſecrationis lege conceſſum eſt. Fuerunt autem potiſsima Aſyla tria, Athenis, Troiæ, & in urbe Roma, lege eundem Seruium octauo Aeneidos ſuper illud.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Aſylum. b *Cimmerĳ.*) Ex Plinio hæc ca. 11. lib. ſexti. Cimmeriorum loca ob nimiã ſolis diſtantiã, plurimum tenebroſa eſſe dicunt. Quam rem multis carminibus canit Valerius Flaccus Argonauticon libro tertio.

Eſt procul ad Stygiæ deuexa ſilentia noctis
Cimmerium domus, & ſuperis incognita tellus
Cæruleo tenebroſa ſitu, quo flammea nunquam
Sol iuga, ſydereos nec mittit Iuppiter annos.
Stant tacitæ frondes, immotaq; ſylua comanti,
Horret uerna iugo &c.

Et Ouid. xi. Metamorphoſeos de Cimmerĳs Scythiæ loquens.

Quo nunquam radĳs oriens, mediuſue cadenſue,
Phœbus adire poteſt, nebulæ caligine mixtæ.
Exhalantur humo, dubiæq; crepuſcula noctis.

Homerus xi. Odyſſeæ à principio Plura refert à quo poſteri omnes de Cimmerĳs tranſtulerunt Plura Strabo lib. 1. Sunt etiam in Italia Cimmerĳ inter Baias, Cumaſq; ſiti. Ex natura huius loci, Lactan. cap. 1. quinti Diuinarũ inſtitutionũ elegans prouerbiũ protulit, Cimmerĳs tenebris atriorẽ. In hominem cuius mens tota uerſetur in tenebris, & qui omnis omnino ſapientiæ expers ſit. Papinius tertio Syluarum in hunc modum effert. Cimmerium Chaos, de loco tenebris obſito, & quo neutiquã acceſſus pateat. Non incõcinnè etiam ad animũ transferri poterit de homine ſcilicet, qui mente hebete, & obtuſa omnino ſit. c *Gens Amazonum.*) Seruius primò Aeneid. ſuper illud Vergilĳ. *Ducit Amazonidum.* Amazones dictas tradit, uel qđ ſimul uiuant ſine uiris, quaſi ἁμαζῶσαι. Vel quod unam mammam exuſtam habeant, quaſi ἄνευ μαζοῦ. Hinc eas Titianus unimammas uocat, ut in xi. Anei. idem refert. Plautus etiã in Curculione earũ regionẽ unimãmiã nominat. Dio. Siculus lib. quarto ſcribit Amazonas duplices eſſe, quarũ quaſdã priſcis tẽporibus in Libya extitiſſe. Vnde eos non rectè ſentire ait, qui extimauerunt ſolas fuiſſe Amazonas, quæ circa flumen Thermodoonta in Ponto regnarunt. Quæ autem in Libya ſunt, multis antea ſæculis (inquit) Scythicas præceſſerunt. Poſt Amazonũ partũ nati infantes dantur uiris, quos lacte nutriant. Fœminis mãmillas, ne creſcant, urunt, afferentes eas impedimento eſſe ad bellandũ. Vnde à Græcis eo qđ mãmis careant, Amazones appellãtur. Herod. in Melpomene tradit Amazonas à Scythis Aeorpatas uocari quod nomen transferri poteſt (inquit) Viricidæ. Aeor eñ uirũ uocant, pata autẽ occidere. Apud Amazones eñ ex lege nulla uirgo nubit priuſq; aliquẽ hoſtiũ interemerit. Ideoq; nonnullæ earũ decidũt iã uetulæ antequã nubãt, quod legi ſatisfacere nequiuerint. Eas extinctas ſcribit idẽ Seruius partim ab Hercule, partim ab Achille. Propter earũ fortitudinẽ. & ſummã artis bellicæ experientiã, Martis filiæ creditæ ſunt. Authores Val, Flaccus li. 4. Seruius, xi. Aeneid. Lactan. 5. Thebaidos. Auienus ex Dinylio.

onyſio. *Thraicio* (inquit) *de Marte ſatæ &c.* In commentariolo Diony. alia annotauimus ſup illud, *Sanguis Amazonidum.* Quæ de Amazonibus à ueteribus tradita ſunt, fabuloſa omnino Strabo lib. xi. exiſtimat. Quis enim credat (inquit) ut uel exercitus, uel ciuitas, uel genus unq̃ ex ſolis conſtiterit mulieribus? Et non ſolũ cõſtiterit, uerùm etiam inuaſerit aliena. Et nõ modò uicinis fuerit dominata, adeò ut uſq; in Ioniam proceſſerit, ſed etiã exercitũ trans Pontũ miſerit uſq; in Atticã. Hoc perinde eſt, ac ſi quis dicat uiros tunc mulieres fuiſſe, & mulieres uiros &c.

a beſtiarum [a] genus inſigne maculis notæ, & perni-
citas memorabile reddiderunt. Fuluo nitent. Hoc
fuluum nigrantibus ſegmentis interundatum, ua-
rietate apprime decet. Pedum motum [b] neſcio uelo-
b citas, an peruicacia [c] magis adiuuet. Nihil tam lon
gum eſt, quod non breui penetrent. Nihil adeo ante-
cedit, ut non illico aſſequantur. Ac maxime earũ po
tentia probatur, cũ maternis curis incitãtur, cum [d] cà

d *Scythicum irrumpit Oceanum.*) Mela lib. 3. Strabo lib. xi. Plin. cap. 13. ſexti. Diony. Afer. Macrob. 2. de Somnio Scipi. Martianus li. 6. Item plures alĳ tradũt Caſpiũ mare ex Scythico Oceano procreari. Herod. autẽ (ut commentario Dionyſĳ annotauimus) oppóſitæ ſententiæ eſt, exiſtimans mare Caſpium per ſe eſſe, nec ex mari alio originem ducere. Cui aſtipulatur Ptolemeus ca. 5. lib. ſeptimi. Hyrcanũ (inquit) mare, qđ & Caſpiũ dicitur, ab õmni parte ambitur à terra, inſulæ ſimilitudinem ex oppoſito ducens. Id quod ex ſeptima Aſiæ tabula perſpici poteſt. Hãc ſcriptorum diſcordiã diluimus in eodẽ Cõmentario ſuper illud. *Sed mare non ualeat.* Et ſuper illud. *Miſcetur Thetyos undæ.* Solinus hic Plinium ca. 13. ſexti imitatur ex toto. Sunt (ut Strabo refert) qui in unũ coẽgerint Mæotim lacum, qui Tanaim recipit, & Caſpiũ mare, quod etiam lacũ uocant, quũ (ut inquit Polycletus) ſerpẽtes generet, & dulce ſit. In Caſpiũ mare, per Ochũ amnẽ multas ex India merces deuehi, Ariſtobolus author eſt. e *Oſtia Oxi fluminis.*) De Oxo flumine, præter ea quæ ſcribũt Pli. Stra. Curtius, Marcellinus, Lege Arrianũ tertio, quarto, & ſeptimo geſtorum Alexandri libris. Itẽ apud Ptole. ca. 7. 10. 11. 12. 14. lib. ſexti. Ariſtóteles inter Admiranda in natura enumerat Oxũ fluuiũ, qđ Bactrianorum regionẽ, quã irrigat, multo fœcundantẽ auro arenã pariat. De Oxo flumine infra cap. 62. f *Gens ſyluis aſpera.*) Hircaniæ ſitũ, flumina, gentes, urbeſq;, deſcribit Ptolemæus ca. 7. lib. ſexti. 5. tabularũ Aſiæ. Strabo lib. xi. Hyrcania (inquit) ualde opulenta, & multa, & magna ex parte planicies, præclaris urbibus adornata. Opulentiæ ſignũ dicunt, quod uitis uini metretã affert, ficus modios. LX. frumentũ ex fructu naſcitur, qui cadit ex culmo. In arboribus mellificantur &c. Lege quæ ſcribunt Pli. Mela, Stephanus, Ammianus lib. 23. Arrianus lib. 3. Itẽ cæteri. Hyrcanis mos eſt, defunctorũ regũ membra canibus exhibere. Eos canes ipſi, ſepulchrales nuncupant. Vt,

Regia cum lucem poſuerunt membra, probatum

Hyrcanis adhibere canes, Syllius lib. 13. bellorum Punicorũ. Aliorum uerò cadauera rapaci generi auium proĳciunt. Euſebius cap. 3. primi præparationis. g *Syluis aſpera.*) Lucanus in tertio. *Vaſtis Hyrcania ſyluis.* a *Quod beſtiarum genus.*) Quæ de Tigribus hoc loco ſcribit Solinus, ex cap. 18. octaui Naturalis hiſtoriæ Caĳ Plinĳ ſumpta ſunt omnia. b *Pedum motum neſcio uelocitas.*) Propter mirã huius animalis pernicitatem creditũ eſt, Zephyrum uentum habere maritum. Ex hac opinione à Claudiano poẽta tertiò raptus Proſerpinæ ſcriptũ eſt. *Fremit illa marito Mobilior Zephyro &c.* Oppianus in libro de Venatione ad Antoniũ Cæſarem, ſcribit ex aliorũ ſentẽtia, Tigrides Zephyro, nõ ſui generis marito concipere. Hoc idẽ de Hiſpaniæ equabus inualuit credulitas, ut uento concipiant aliquando, qđ in ea regione, equi perniciſsimi generentur, author Iuſtinus libro hiſtoriarũ ultimo. A uelocitate præterea, feræ huic inditũ nomẽ eſt. Medi eñ (ut ca. 27. libri ſexti tradit Plin.) Tigrim ſagittam dicunt. Chryſei, Paraſangæ, Aſangi populi, Tigri fera ſcatent. idem Pli. ca. 20. ſexti. c *Peruicacia.*) Obſtinatio. Sunt enim peruicaces, ut in commentarĳs Epodon Porphyrio tradit, qui in contentione uſq; ad peruincendũ perſeuerant. d *Cum catulorum inſiſtunt raptoribus.*) Libuit huic loco adſcribere diui Ambroſĳ uerba ex cap. 4. ſexti Hexameron, ubi de Naturæ admiranda ui loquens, ſic inquit. Hæc Tigridis interpellat uelocitatẽ, & imminentẽ eam prædæ reflectit. Namq; ubi uacuum raptæ ſobolis cubile reperit, illico ueſtigĳs raptoris inſiſtit. At ille quamuis equo uectus fugaci, uidens tamen uelocitatem feræ ſe poſſe præuerti, nec euadendi ullũ ſuppetere ſibi poſſe ſubſidium, Technam huiuſmodi fraude molitur. Vbi ſe contiguũ uiderit, ſphæram de uitro proĳcit. At illa imagine ſui luditur, & ſobolẽ putat. Reuocat impetũ, colligere fœtũ deſiderans. Rurſus inani ſpecie retenta, totis ſe ad cõprehendẽdũ equitem uiribus fundit, & iracundiæ ſtimulo uelocior fugienti imminet. At ille iterũ ſpheræ obiectu ſequentem retardat, nec tamen ſedulitatẽ matris memoriæ fraudis excludit, caſsã uerſat imaginem & quaſi lactatura fœtus reſidet. Sic pietatis ſuæ ſtudio decepta, & uindictã amittit, & prolem,

hæc

tulorum inſiſtunt raptoribus, ſuccedant ſibi equites a
licet, & aſtu quantolibet amoliri prędam uelint, ni-
ſi in præſidio maria fuerint, fruſtra eſt auſum om-
ne. Notantur frequentiſsimæ ſiquando latrones
ſuis aſportatis catulis renauigantes uident, in lit- b
tore irrita rabie ſe dare præcipites uelut propri-
am tarditatem uoluntaria caſtigantes ruina quan-
quam de fœtu uniuerſo uix unus queat ſubtrahi.
Pantheræ [a] quoque numeroſæ ſunt in Hircania, c
minutis orbiculis ſuperpictæ, ita ut oculatis ex
fuluo circulis, uel cęrulea, uel alba diſtinguatur
tergi ſupellex. Tradunt odore [b] earum, & con-
templatione armenta mirè affici, atque ubi eas per- d
ſentiſcant, properato conuenire, nec terreri ni-
ſi ſola oris toruitate. Quam ob cauſam Pantheræ
abſconditis capitibus, quæ corporis reliqua ſunt,
ſpectanda præbent, ut pecuarios greges ſtupidos e
in obtutu populentur ſecura uaſtatione. Sed Hyr
cani, ut hominibus intentatum eſt nihil, frequen-
tius eas ueneno, quàm ferro necant. Aconito [c] car-

hæc ille. Ex ijs ambroſij uerbis, Claudiani ſenſus euidens fit. *Vitreæ tardatur imagine formæ* Nō em̄ per uitreā imaginē planiciē niteſcentis Caſpij intellexit Claudianus, ſed uitreā ſphærā, q̄ ab inſequendo equitē ſæpius Tigrides retardantur. Hæc Tigridis feritas in prouerbiū abijt. *Tigridæ orba peior.* Iuue, ſatyra ſexta. *Tigride mobilior fœta.* Claud. in Ruffinū. Tigride formidoloſius. Martialis in 3. Tigris acerrimus eſt, & occiditur, Iulius Capitolinus in uita Maximini imperatoris, In hominē prætereaomni humanitate carentem, ꝓuerbiali figura à Marone quarto Aeneid. dictum eſt. *Hyrcanæq; admorunt ubera Tigres.* Verba ſunt Didonis immanitatem Aeneæ improperantis. Ob Tigriū præterea ferociam, prudenter à poētis fictum eſt, eas Bacchi currum trahere. Quid enim homine ebrio ferocius? & carenti ratione ſimilius? Quàm uerum Horatianum illud.

Ebrietas in prælia trudit inermē.

Et primo Carminum

Ne quis modici tranſiliat munera Liberi
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata monet Sitonijs nō leuis Euchius
Cum fas atq; nefas exiguo fine libidinum
Diſcernunt auidi.

a *Pantheræ quoq;.*) Ab effectu ſumptū nomen, πᾶν enim totum, θὴρ ferā Græci dicunt, quod ſcilicet hæc belua tota fera ſit. Quæ de Pantheris hoc loco Solinus refert, omnia ex ca. 17. octaui Plinij mutuatus eſt.

d *Tradunt odore earum.*) Præter Plinium hæc omnia referentem, ſic hunc Pantherarum aſtum refert Ariſtot. cap. 6. ſexti Naturæ animalium. Pantherā (inquit) ſeſe abſcondentē uenari ferūt, propterea quod ſuo odore beluas delectari intelligat. Propius enim ita accedūt, quas corripiat. Albertus exiſtimat falſum eſſe, Pantherarum odore beluas delectari. Alberti uerba ex 22. de Animalibus libro ad uerbū hæc ſunt. Panthera intra antrum ſe colligēs, diu dormit, & cum euigilat boni odoris fumus ab ipſa egreditur, quem odorem ut dicit Plinius, animalia cætera gregatim inſecuntur. Sed hoc falſum eſſe per hoc ſcimus, quod ſicut in ſcientia de ſenſu, & ſenſato oſtendimus, cætera animalia præter hominē, odoribus nec gaudent, nec triſtātur, Hæc ille. Alberti addicti iurare in uerba magiſtri, dicerent fortaſsis, Alberto credendū pótius, q̄ cunctis alijs, Sed credendi actus libertatis eſt. Quā falſum uerò ſit, cætera animalia, nec delectari, nec triſtari odoribus experientia deprehenditur, ex ijs ſaltem animalibus, quæ nobiſcum degunt. Theophraſtus cap. 26. ſexti de cauſis plantarū, docet, cur animal nullū odoratū ſit. Et Ariſto. Proble. quarto. 13. Sectionis, quo ex loco Alberti ſententia falſa eſſe deprehenditur. Ex huius feræ aſtu non inelegans Adagiū ſumi poſſe reor. Pantherarum abditio. In Hypocritam maximè, et hominē, q aliud oſtendit exterius, q̄ mente cōcipiat. Ad id Plautinum illud referendum uidetur. Caprigenū hominū non placet mihi, neq; Pantherinum genus. Hi ſunt, de quibus à Perſio dictum eſt.

Obſtipo capite, & figentes lumine terram
Murmura cum ſecum, & rabioſa ſilentia rodunt,
Atq; exporrecto trutinantur uerba labello.

Sed bene actum,

Quod uidet hos omnis domus, & uicinia tota
Introrſum turpes, ſpecioſos pelle decora.

c *Aconito carnes illinunt.*) Ex Plinio ſumptum ca. 2. uiceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ. Tangunt (inquit) carnes Aconito, necantq; guſtatu earū Pantheras, niſi hoc fieret repleturas illos ſitus. Ob id quidam Pardalianches appellauere. At illas ſtatim libe-

rari

a nes illinunt, atque ita per compita; ſpargunt ſemi-
tarum. Quæ ubi eſæ ſunt, fauces earum angina ob
ſidentur. Ideo gramen παρδαλιαγχὲς [a] appellauerunt.
Sed Pantheræ aduerſus hoc uirus, excrementa
b humana deuorant, & ſuopte ingenio peſti reſi-
ſtunt. Lenta illis uiuacitas, adeo ut eiectis inte-
raneis, mortem diu differant. In his ſylueſtribus
& Pardi [b] ſunt, ſecundum à Pantheris genus, no
c ti ſatis, nec latius exequendi. Quorum adulterinis
[c] coitibus degenerantur partus Leænarũ, & leones
quidem procreantur, ſed ignobiles.

rari morte excrementorum hominis guſtu demõſtratũ. Et cap.27. octaui eiuſdem operis libri Pantheras p̃ carnes fricatas Aconito, uenantur Barbari. Occupat illico fauces earũ angor. Quare Pardalianches id uenenũ appellauere quidã. At fera contra hæc excrementis hominis ſibi medetur. Et aliàs tam auida eorũ, ut à paſtoribus ex induſtria in aliquo uaſe ſuſpenſa altius, q̃ ut queat ſaltu contingere iaculando ea, petendoq; defatigata poſtremo expiret, alioquin uiuacitis adeo lentæ, ut eiectis interaneis, diu pugnet. Sumpſit hæc Plin. ex cap. 6. noni Naturæ animaliũ Ariſtotelis. Panthera (inquit) cũ uenenum Pardalianches, dictũ ab angore, ederit, quo leones etiam intereunt, ſtercus hominis quærit. Eo enim ipſo iuuatur. Quo circa uenatores, ſtercum ibi propinquum ſuſpendunt ex arbore aliqua, ne procul belua abeat petens ſuum medicamentum. Itaq; inſiliens ibidem, & ſpe capiendi perſeuerans, in ſe efferenda, moritur. Medici Aconitum ab effectu Strangulatorem nominant. Auicenna ca. octauo tractatus tertij ſextę Fen. quarti Canonis. Græci ἀκόνιτον à Cote in qua naſcitur, nuncupant, ἀκόνη, uel ἀκονήλιθος Græce Cos dicitur. Ouidius ſeptimo Metamorphoſeos.

Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute
Agreſtes Aconita uocant.

Alij ſcribunt nomen ſumptum ab cautibus, quas Aconas uocant. Poëtæ fingunt Aconitum ex Cerberi canis ſpuma primum proueniſſe, quum eum Hercules extraxiſſet ab inferis. Quod ea ratione fictum eſt, quoniam inter uenena ſit Aconitũ præſentiſsimũ. Fabulã recenſet ſeptimo Trãsformationum Ouidius. *Iamq; aderat Theſeus &c.* De eo plura Plin. ca. 2. & tertio uiceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ. a *Παρδαλιαγχὲς.*) Ariſtot. ut iam iã adductus eſt, ab Angore dictum prodidit Græci enim ἄγχειν ſuffocare dicunt. Inde παρδαλιαγχὲς. id eſt, pardalis ſuffocator. Scribit Philoſtratus ſecundo Vitæ Apollonij, Pantheras mirum in modũ aromatibus delectari ita ut ex longinquo odorem ſequentes, trahãtur, & ex Armenia per montes proficiſcentes, ad Storacis lachrymas ferantur quoties uenti ab ea parte flantes ab arboribus id gummi ſtillantibus, odorem proferunt. Et hoc quoq; Alberti ſententiæ refragatur. b *Et Pardi ſunt.*) Ex Plinio & hæc cap. 17. octaui libri. Nunc (inquit) uarias & Pardos, qui mares ſunt appellant, in eo omni genere creberrimo in Africa, Syriaq;. Quidam ab ijs Pantheras ſolo candore diſcernũt, nec adhuc aliã differentiã inueni. c *Quorũ adulterinis coitibus.*) De leænis (inquit Philoſtratus in ſecundo) huiuſmodi ſermo narratur, ipſas in amorẽ ſui Pardos trahere, eosq; in leonũ cubilibus ſuſcipere. Vbi uerò ſe eorum cõcubitu grauidas ſentiunt, in montes confugiunt, Pardorũ conſuetudinẽ ſequẽtes. Pariunt aũt maculoſos catulos propterea in denſiſsimis ſyluis occultatos nutriunt, ſimulantes uenationis cauſa à maribus abeſſe. Leones enim ſi forte catulos uiderint eos lacerant, matremq; tanq̃ adulteram abigunt. Meminit & Plin. ca. 16. li. octaui. Hos adulterinos coitus Leænarũ cum Pardis eleganti carmine Claudia. in conſulatu Manlij Theodori cõplexus eſt.

Obuia fulminei properent ad uulnera Pardi
Semine permixto geniti, cum forte Leænæ
Nobiliorem uterum uiridis corrupit adulter,
Hi maculis patres referunt, & robore matres.

Leonum in adulteras Leænas conſuetudinẽ utinam animaduerterent ij, qui nolunt tetigiſſe, niſi illas,

Quarum ſubſuta talos tegat inſtita ueſte.

Quàm turpis res adulteriũ ſit, ex animaliũ plurium conſuetudine deprehenditur. Colũbis, ut uno hoc exemplo contẽti ſimus, pudicitia prima, & neutri cõiugũ nota adulteria. Hi cõiugij fidẽ nõ uiolant, cõmuneq; ſeruant domũ. Niſi cœlebs, aut uidua domũ non relinquit. Et imperioſos mares ſubinde etiã iniquos ferunt. Quippe ſuſpitio eſt adulterij q̃uis natura non ſit. Tũc plenũ q̃rela guttur, ſæuiq; roſtro ictus. Infames merito à prudentioribus gentes habentur, quibus, ut inquit ille, cõnubia mille. Porphyrio in Horatianis Cõmẽtarijs ſcribit morẽ fuiſſe fæminas adulterij admiſſi cõuictas cogi toga indutas in publicũ p̃cedere. Hinc exit illud ſecũdi Martialis.

Coccina famoſæ donas, & Ianthina mœchæ
Vis dare quæ meruit munera? mitte togam.

Quoniam

Vnde mediterranea maria oriantur. Cap. XXVIII.

QVoniam in Ponticis [a] rebus ſumus, a
non erit omittendum, unde Mediter-
ranea maria caput tollant. Eſtimant e-
nim quidam ſinus iſtos à Gaditano
freto [b] naſci, nec aliam eſſe originem, quàm inunda- b
tionem irrumpentis Oceani. Cuius ſpiritu perua-
gante apud aliquot mediterranea littora, ſicut in Ita-
liæ [c] parte fieri acceſſus, uel receſſus. Qui contrariũ
[d] ſentiunt, omnem illum fluorem aiunt à Ponticis c
faucibus inundare, idque fulciunt argumento non
inani, quod æſtus è Ponto profluus nunquam [e] re
ciprocetur.

QVoniam in Ponticis rebus ſumus.) exiſtimant, quibus fabulas cõſectari mos eſt, ante Herculem, ſiue Aegyptius is fuerit, ſiue Thebanus alter, nullũ præter Oceanũ tellurem ambientẽ, fuiſſe mare aliud. Effoſsis autẽ Calpes, & Abylæ mõtiũ ab Hercule radicibus Oceanũ primũ terras irrupiſſe. Sicq́ mediterraneum mare cœpiſſe ferunt. Sunt qui uelint eam Oceani irruptionem, non à Gaditano freto, ſed à Scythico Oceano, ſumpſiſſe principium: quod Ariſtoteles etiam Philoſophus ſecundo Meteotorum lib. ſenſiſſe uidetur, aſſerens fluxum omnem maris ab Aquilone fieri in meridiem. Eius autem rei tres affert rationes, uerum potiſſimam hanc eſſe dicit, quoniam Aquilonis locus multò ſit cæteris erectior. Ex altiori autem loco, in depreſſum, ac procliuem aqueum liquorem fluere fatentur, qui rerũ naturã penitus non ignorant. Sententiam Ariſtot. etiamnum Senecæ teſtimonio, proſequitur Albertus ca. 6. tertij tractatus ſecundi Meteororũ libri. Eius uerba (quoniam aſpera, & prolixa nimis) non libuit huic loco adſcribere. Sed Plinij uerba, quod ediuerſo clara ſint, & concinna, et quæ Solinus in hũc locum tranſtulit, ex ca. 13 li. 4. hæc ſunt. Non eſt omittẽda (inquit) multorum opinio priuſquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia interiora, illo capite naſci, nõ Gaditano freto exiſtimauere, Haud improbabili argumento quoniam æſtus ſemper è Ponto profluens, nunq́ reciprocetur ad eundem. b *A Gaditano freto.*) Gaditano à proximis Gadibus nomen inditum. Hunc ipſum locum prologo tertij Caius Plinius ſic explicat. Origo ab occaſu ſolis, et Gaditano freto, qua irrumpens Oceanus Atlãticus, in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa eſt, læua Europa, inter has Aſia eſt. Mela Pomp. in principio primi, loquens de eo mari, quod ex occidenti oceano terra recipit. Hoc (inquit) primũ anguſtum, nec amplius decem mil. paſſuũ patet, terram aperit, atq́ intrat. Et infra parũ. Id omne qua uenit, quaq́ diſpergitur, uno uocabulo, noſtrũ mare dicitur. Anguſtias, introitumq́ uenientis, nos Fretum. Græci τὸν πορθμόν appellant. Eadẽ omnino circa finẽ cap. 5. libri tertij refert Plinius. Sicut enim inter duas terras anguſtũ mare πορθμόν, ita anguſtam inter duo maria terram ἰσθμὸν Græci nuncupant. Lege Capellam li. 6. eo loco ubi de terræ diuiſione differit. c *In Italiæ parte.*) Huius loci expoſitio habetur ex his quæ ſcribit Plin. ca. 100. ſecundi, & ca. 5. tertij. d *Qui contrarium ſentiunt.*) Parum antè horum retulimus ſententiam. e *Nunquam reciprocetur.*) De hac ponti nõ reciprocatione ſic Plin. ca. 100. ſecundi. Et Pontus (inquit) ſemper extra meat in Propontidem, introrſus in Pontũ nunq̃ refluo mari, hæc Plin. Id autem accidit propter loci illius præ alijs altitudinem, ut ex Ariſtot. retulimus hoc ipſo cap. Quò euidentior fiat eorum ſententia, qui à Gaditano freto mediterranea maria caput tollere autumant, adſcribam Macrobij uerba ex 7. Saturn. ſuorum libro. Meatus (inquit) qui ſolus de Oceano receptas aquas in maria noſtra tranſmittit, in freto eſt Gaditano, quod Hiſpaniã, Africãq́ interiacet. Et ſine dubio inundatio ipſa per Hiſpanienſe, & Gallicanũ littora, in Thyrrenũ prodit, inde Adriaticũ mare facit, ex quo dextra in Partheniũ, læua in Ioniũ, & directim in Aegæũ ꝑgit, atq́ ita ingreditur in Pontũ. Quæ igitur ratio facit, ut riuatim aquæ de Ponto fluãt, quũ foris influẽtes aquas Põtus accipiat? Sed conſtat utraq́ ratio. Nã ſuꝑficies Põti ꝓpter nimias aquas, q̃ de terra dulces influũt, foras effluit, deorſum uerò intro ꝑgit influxio. Vnde ꝓbatũ eſt, natãtia q̃ (ut ſupra dixi) iaciũtur, in Pontũ foras pelli. Si uerò colũna deciderit introrſum mari. Et hoc ſæpe uſu ꝓbatũ eſt, ut grauiora quæq́ in fundo Propõtidis ad Ponti interiora, pellãtur. Annotandũ ſanè ex Senecæ ſentẽtia, aquarũ curſus ad unũ, uel aliũ locum, nullã eſſe cauſam, præter locorũ conuexitatẽ, procliuitatemq́. Fluunt eñ aquæ tũ ab oriente in occidentẽ, uel ediuerſo. Interdũ ab Aquilone in Auſtrũ, aut cõtrà. Motus aũt fluxus, & refluxus mariũ orbis lunę ſequitur rationẽ. Inſuꝑ aquas fluere ad altiorem locũ, quàm is locus ſit, unde originẽ primã ducunt, ſuapte natura fieri nõ poteſt. Patet ergo profluum maris æſtũ, è Põto reciprocari nõ poſſe, ſi (ut dictum eſt) Aquilonis locus ſit alijs omnino altior.

De inſulis quibuſdam Scythicis. Cap. XXIX.

a INſula Apollonitarum a LXXX. milibus paſſuum, abeſt à Boſphoro Thracio citra Iſtrum ſita, ex qua Marcus Lucullus Apollinem Capitolinum nobis extulit. Ante Boryſthenem Achillis b inſula eſt cum æde ſacra, quam ædem nulla ingreditur ales, & quæ forté aduolauerit, raptim fugam properat.

c De Oceano Septentrionali. De mari Caſpio. Deq; Baltia inſula. Cap. XXX.

d OCeanum Septentrionalem d ex ea parte qua à Paropaniſo e amne Scythia abluitur, Hecatæus Amalchium appellat, quod gentis illius lingua ſignificat cõgelatũ mare.

INſula Apollonitarum.) Plin. cap. 13. lib. quarti. Citra Iſtrum (inquit Apollonitarum una. LXXX. M. à Boſphoro Thracio, ex qua. M. Lucullus Capitolinum Apollinẽ aduexit. Et cap. 7. triceſimiquarti eiuſdẽ operis lib. Talis eſt in Capitolio Apollo trãslatus à. M. Lucullo ex Apollonia põti urbe. xxx. cubitorũ, centũ quinquaginta talentis factus. Fuit hic Apollo in octaua urbis regione. P. Victoris authoritate. Appianus in fine libri qui Illyrius inſcribitur. Romã ex Gallia. M. Lucullus magnũ illũ Apollinẽ, qui in Palatio ſitus eſt, adduxit. Hæc ille. Forté Apollonia pro Gallia reponenda. Vel ex Callatide legendũ. Eſt enim Callatis nõ longé ab Apollonia hac diſtans urbs. De hoc Apollinis Coloſſo ſic ſcribit Strab. lib. ſeptimo. Poſt (inquit) Apollonia, ſtadi. M. & ccc. Mileſiorum colonia, cuius maior muri portio quadam in exili condita inſula eſt, ubi Apollinis ſacellum exiſtit, quo ex loco. M. Lucullus Coloſſum extulit, & in Capitolio collocauit. Fuit autem (inquit) Apollinis ſtatua Calamidis opus. b *Achillis inſula.*) Leucæ (inquit li. 2. Mela Pomp.) Boryſthenis oſtio obiecta parua admodum, & quód ibi Achilles ſitus eſt, Acillea cognomine. Eadem ſcribit Plin. cap. 13. lib. quarti. Ante Boryſthenem (inquit) Achillea eſt ſupradicta, eadem Leuce, & Macaron appellata. c *Quam ædem.*) Plin. ca. 29. lib. 10. Nec ulla auis in ponti inſula, in qua ſepultus Achilles, infeſtat ſacrã ei ædẽ. Lucretius lib. 6. refert loca quædã quæ ſunt auibus cõtraria cunctis. Ea ab effectu Græci *ἄορνα*, Latiui Auerna nuncupant i. ſine auibus, quæ adire aues nequeant. Carmẽ Lucretij ne diu queras, ſic incipit. *Nunc age Auerna tibi &c.* Quo loco & rei huius rationem conatur efferre. Similia ſunt ijs. quæ de Muſcis, & canibus cap. ſupra retulimus. Sũt qui cauſam ad dæmones, uel magica præſtigia referãt. Fieri etiamnũ potuit, ut in ea æde quippiã fuerit auiũ naturæ omnino contrariũ. Cõſtat enĩ eũ locũ, in quo Baſiliſci reliquiæ ſuſpenſæ fuerint, nec araneas mãſitare, nec aliquas inuolare alites. Hanc ob cauſam Pergameni, ut alibi Solinus refert, Baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio cõpararũt, ut ædẽ Apollinis manu inſignẽ ab ijs immunẽ redderẽt. d

O*Ceanum Septẽtrionalem.*) Septẽtrionalis Oceanus ante Auguſti tempora nõ bene notus erat, uerùm eius principis auſpicijs maiore ex parte nauigatus eſt. Germaniã claſſe circũuecta ad Cimbrorũ promontoriũ, & inde immenſo mari ꝓſpecto, aut fama cognito ad Scythicã plagã, & humore nimio rigentia. Propter qđ minimé ueriſimile eſt, illic maria deficere, ubi uis humoris ſuperet. Hæc ex cap. 69. ſecundi Plinij, & Martia. Capella lib. 6. ubi de terræ rotũditate uerba facit. e *A Paropaniſo amne.*) Quo Plinianã in hac quoq; parte imitationẽ aſpicias, aſcripſi eius authoris ex ca. 13. lib. 4. uerba: Septẽtrionalis (inquit) Oceanus Amalchiũ eum Hecatæus appellat, à Paropaniſo amne, qui Scythiam alluit, quod nomen eius gẽtis lingua ſignificat congelatũ. Philemõ Morimaruſam à Cymbris uocari, hoc eſt, mortuũ mare. Inde uſq; ad promontoriũ Rubeas. Vltra deinde Croniũ. Xenophon Lampſacenus à littore Scytharũ tridui nauigatione, inſulã eſſe immẽſæ magnitudinis Baltiã tradit. Eandẽ Pythias Baſiliã nominat. f *Congelatum mare.* Diſarius apud Macrob. 7. Satur. cõtendit marinã aquã nunq; gelu contrahi. Quamuis Herod. hiſtoriarũ ſcriptor mare Boſphorũ, quod & Cimmeriũ apellat, earũq; partiũ mare omne, quod Scythicũ dicitur, gelu cõſtringi, & cõſiſtere tradiderit Sed aliter eſt (inquit Diſarius) Nã nõ marina aqua cõtrahitur, ſed quia plurimũ in illis regionibus fluuiorũ eſt, & paludũ in ipſa maria influẽtiũ, ſuperficies maris cui dulces aquæ innatãt cõgelaſcit. & incolumi aqua marina uidetur in mari gelu, ſed de aduenis undis coactũ. Hoc et in Põto fieri uidemus, in q̃ fruſtra quædã, & ut ita dixerim, profícies gelidæ ferũtur cõtractæ de fluuialiũ, uel paluſtriũ undarũ multitudine in quas licet frigore concretæ, tamen ſunt natantes quaſi leuatiores marina. Plurimum autem aquarum talium influere

Philemon à Cimbris ad promontorium Rubeas [a] Morimoruſam dicit uocari, hoc eſt, mortuum mare. Vltra Rubeas quicquid eſt, Cronium [a] nominant. Mare autem Caſpium ex altero ponti latere ultra Maſſagetas, & Appellæos Scythas eſſe in Aſiatica plaga dulce [b] hauſtu Alaxandro Magno probatum eſt. Mox Pompeio Magno, qui bello Mithridatico, ſicut commilito eius Varro tradit, ipſis hauſtibus periclitari [c] fidem uoluit. Id euenire produnt è numero fluminum, quorum tanta copia ibi influit, ut naturam maris uertat. Non omiſerim, quod per idem tempus eidem Magno licuit ex India [d] diebus octo à Bactris uſque Icarum flumen, quod influit in Oxum amnem, peruenire. Deinde ad mare Caſpium, inde per Caſpium ad Cyri amnis penetrare fluentum, qui Iberiæ, & Armeniæ fines interluit. Itaque à Cyro diebus non [e] amplius quinque itinere terreno ſubuectis nauibus, ad alueum Phaſidis pertendit, per cuius ex-

Ponto, & totã ſuperficiem eius infectam eſſe dulci liquore, propter quod ait Saluſtius, mare pontictũ dulcius quã cætera, eſt hoc quoq; teſtimonio qđ ſi in Pontũ, uel paleas, uel ligna, ſeu quæcunq; alia natantia proieceris, foras extra Pontũ feruntur in Propontidẽ, atq; ita in mare quod alluit Aſiæ orã quã conſtet in pontum influere maris aquam, non effluere de ponto. a *Cronium.*) Græci κρόνον Saturnum dicunt, κρόνιον Saturniũ. Eſt autem Saturni ſydus gelidæ, ac rigentis naturæ authore Plin. cap. 8. ſecundi, & cap. 25. decimioctaui Nat. hiſt. Lucanus in primo.

Summo ſi frigida cœlo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes.

Hinc dicunt Aſtronomi Martẽ, & Saturnũ intercidere uitæ rationem ſi radijs ſuis ortum genituræ pulſauerint. Horatius.

Te Iouis imperio tutela Saturno refulgens
Eripuit, uolucreſq; fati tardauit alas.

Ex Ser. 4. Aene. ſuper illud. *Et diræ ultrices* Qm̃ igitur Saturni ſydus ei mari dominatur, nõ ab re Saturniũ dictũ eſt. Auienus ex Diony. de hac Oceani parte.

Nomine Saturni late iacet æquoris unda.

Itẽq; Rhẽnius eiuſdẽ Dionyſij interp.

Dicitur ille piger, nec nõ Saturnius idẽ.

Et rurſus.

Suſpicit intrantem uaſtis Aquilonis ab undis
Nomine Saturni, quod Thetis poſſidet æquor.

Plinij exemplaria paſsim habent Chronium, quod temporale ſignificat, ſed apud eum Cronium potius legendum uidetur. b *Dulce hauſtu.*) Plinius cap. 17. libri ſexti. Hauſtum (inquit) ipſius maris, dulcẽ eſſe, & Alexãder Magnus prodidit, &. M. Varro talẽ prælatum Pompeio iuxta res gerenti Mitridathico bello, magnitudine haud dubie influentiũ amnium uicto ſale. Cur mare ſalſum ſit, uariæ à Philoſophis ſunt redditæ rationes. Anaximander (inquit Plutar.) exiſtimat mare primariæ humiditatis reliquias eſſe, cuius ignẽ pluſculã aſſiccaſſe partem, reliquam autem feruoris ui in alienum degeneraſſe ſaporem. Anaxagoras principio, inquit, humore ſtagnante ſolis circũflexu obuſto, ſicq; pingui euaporato reliquum in ſalſuginem, amarulentiamq; ſubſedit. Empedocles peruſtæ terræ ſudorem elutis per ſumma terræ amaruiſſe. Antiphon ſudorem æſtus ex quo reſiduus humor amarefactus efferueſcendoq; in ſalſilaginem incoctus eſt, ut in omni ſudore accidere ſolet. Metrodorus mare per terras excolatũ terrenũ lentorẽ reſipuiſſe, perinde atq; ſolent, quæ per cinerẽ diffunduntur. Platonici quantũ elementaris aquæ rigoris ui ex aëre concretũ eſt dulce euaſiſſe, quantum uerò à terra obuſtulata cõflagranteq; ſuffitũ eſt ſalſum. Ariſto. 2. Meteororũ libro improbatis præcedentiũ philoſophorũ ſententijs, hanc ſalſedinis maris autumat uerã cauſam. Ait enim saporẽ ſalſum prouenire ex alicuius ſicci terreſtris indigeſti, aduſtiq; cum humido mixtione. Id ita eſſe ſignis quibuſdã euidẽtibus probare nititur. Eo enim ſuperfluũ alimenti amarũ eſt qm̃ indigeſtũ. Rurſus urinã amarã eſſe ait, quoniã aduſta ſit. Id inſuper ex ſudore, & aqua per cineres excolata deprehẽdi cõfirmat. Tradit præterea duplicẽ exhalationẽ ex terra eleuari, quarũ alterã calidã, & ſiccã eſſe ait, eandẽ inflãmari, cõuertiq; in terreſtre aduſtũ, cõmiſceriq; cũ mari, quæ calida & humecta ſit per naturã. Hanc ait in mare decidere. ſicq; maris ſalſedinẽ cauſari. Ex ijs apparet dulcedinẽ maris huius, nõ tantũ euenire è numero fluminũ, quorũ copia &c. c *Periclitari fidem uo.*) Id eſt, experiri uoluit eſſet ne fides adhibenda ijs, qui maris illius dulcem perhibent eſſe hauſtum. Cice. lib. de Oratore. Subeundus uſus omnium, & periclitandæ uires ingenij. i. experiendæ. d *Ex India di. oc.*) Plin. eodem loco ſeptem diebus dicit. Adijcit (inquit) idem Pompeij ductu exploratum in Bactros. vij. diebus ex India perueniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat. Et ex eo per Caſpium in Cyrum ſubuectos. Et quinque non amplius diebus terreno itinere ad Phaſin in pontum Indicas poſſe deuehi merces.

a *Inſulam*

a curſus in Pontum uſque uenientes India, liquido
probatum eſt inuehi poſſe. Author eſt Xenophon
Lampſacenus, à littore Scytharum in inſulam [a] Bal-
tiam petentibus triduo nauigari. Eius magnitudi-
b nem immenſam, & penè ſimilem continenti. Nec
longè Oonas ſeparari, quas qui habent, uiuunt ouis
auium marinarum, & auenis uulgò [c] naſcentibus.
Perinde alias propter conſtitutas æque inſulas, qua-
c rum Hippopodas [d] indiginæ humana uſque ad ue-
ſtigium forma in equinos pedes deſinunt. Eſſe inſu-
las, & Phaneſiorum [e] gentem, quorum aures adeo in
effuſam magnitudinem dilatētur, ut reliqua uiſce-
d rum illis contegant, nec amiculum aliud ſit, quam ut
membra membranis aurium ueſtiant.

De Ceruis, & Tragelaphis.
Cap. XXXI.

e ANtequam [f] digrediamur ab Scythia religio eſt [g] præterire quænam feræ ſint peculiares Scythiæ. Cerui plurimi in hac terra. Igitur ceruos [h] proſequemur. Mares

a *Inſulam Baltiam.*) Plinij locus ex cap. 13. lib. quarti, cuius uerba iãiam à me relata ſunt. Diodor. Siculus lib. 6. inter Septẽtrionalis Oceani inſulas Baſileã enumerat in quã (inquit) tempeſtas electrum plurimum eijcit, nulla alia in parte orbis repertũ. Sed ea inſula, in qua Electrum prouenit, Scãdinauia nuncupatur infra cap. 33. & ca. 13. 4 Plinij. b *Oonas.*) Ab ouis, quibus ueſcuntur nomẽ habent, hoc eſt ἀπὸ τῶν ὠῶν, id eſt, ab ouis. Plin. cap. 13. lib. quarti. Feruntur (inquit) & Oonæ, in quibus ouis auium, & auenis incolæ uiuant. Cæſar quarto belli Gallici Commentario de Rheno loquẽs. Vbi (inquit) Oceano appropinquat, in plures defluit partes, multis, ingentibusq́ꝫ inſulis effectis, quarum pars maxima feris barbarisq́ꝫ nationibus incolitur ex quibus ſunt, qui piſcibus, ouisq́ꝫ auium uiuere exiſtimantur. Hæc ille. Hiſdem autem nominibus inſulæ nominantur, et incolæ. Hunc Solini, & Pomponij Melæ lib. 3. locum Hermo. Barbar. reſtituit. Eundem adeas in Pomponij Melæ Caſtigationibus. c *Auenis uulgò naſ.*) Auena à Græcis αἰγίλωψ dicitur. d *Hippopodas.*) Eadem ſcribunt Plinius capite 13. quarti, & Pomp. libro tertio. Ab habitu, & forma corporis nomen ſumptũ, quaſi equipedes dicas. Græcis enĩ ἵππος equus ποδὶς pedes. Dionyſij interpres.

Poſt Hippemolgi ſunt, Hippopodesq́ꝫ potentes.

Sunt autem Hippemolgi, equarum mulſores, ut 4. lib. interpretatur Herodo. e *Phaneſiorum.*) Plin cap. 13. lib. 4. per f. nõ ph. nomẽ effert. Põp. Mela hos populos, ne mõſtra dicã, Satmalos nũcupat, niſi fuerit ei litera deprauata. Eos Græci q̃niã auribus, pro ſtrato quoq́ꝫ cũ dormiũt tutãtur, cõteganturq́ꝫ toti, ἐνωτόκοιτους uocãt.

A*Ntequam.*) Extat apud Pliniũ caput quintumdecimũ octaui natu. hiſtoriæ. cuius inſcriptio eſt. De Scythicis, & Septẽtrionalibus animalibus. *Leges æternaq́ꝫ fœdera certis Impoſuit natura locis.* (ut Maro canit) Ergo ſecundũ locorũ qualitatẽ euenit animaliũ, ſicut & cæterarũ rerũ diuerſa omnino generatio. Sunt animalia, quæ nõ niſi locis calidioribus ꝓueniant, ut Elephanti, Leones, Serpentes. Alia, quæ tantũ locis frigidis procreentur, ut Biſontes, Vri, Alces, Tragelaphi. Multa, quæ locis omnibus generẽtur, ut boues, equi, ſues, cerui, quos Africa propemodũ ſola nõ gignit, ut Hero. & Plin. teſtantur. Pari modo de rebus alijs ex locorum diuerſitate loquendum. Nã, ut Maro inquit,

Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuæ.
Arborei fœtus alibi, atq́ꝫ iniuſſa uireſcunt
Gramina, nonne uides croceos ut Tmolus odores,
India mittit Ebur, molles ſua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, uiroſaq́ꝫ pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epiros equarum.

g *Religio eſt præterire.*) Nefas, & indecens. Sunt, qui legant, non præterire, quaſi fas, & decens ſit, de his loqui. Sed prima lectio caſtior, & uetuſti codices ſic ferme retinẽt. h *De Ceruis proſequamur.*) Legitur, & Ceruos proſequemur. Quæ de Ceruis hac parte ſcribit Solinus, ex Plinio ſumpta ſunt omnia cap. 32. octaui naturalis hiſtoriæ. Sed ſcripſit hæc Ariſtoteles cap. 5. noni Naturæ animalium. Ceruos dictos exiſtimant, ἀπὸ τῶν κεράτων, hoc eſt, à cornibus. Varro libro de lingua Latina, & Sex. Pompeius libro tertio dictos ſcribunt, quod κέρατα, id eſt, cornua gerant, quaſi Gerui. G. in. C. mutata.

a *Ante Arcturi ſydus.*) Scribit Plin. cap. 49. ſecūdi natura. hiſto. Arcturi ſydus oriri undecim diebus ante Aequinoctium Autumni. Eſt autem id Aequinoctium, authore Columella cap. 2. duodecimi, octauo Calendas Octobris, id eſt, 24. Septēbris die. Oritur Arcturi ſydus. 13. Septēbris die. Eſt autem Arcturus ſtella quædā in cauda maioris Vrſæ. Lege Columellā ibidem Plin. lib. 18. Iginiū. 2. &. 3. uoluminibus.
b *Nec qualibet.*) Parte ſupplenda, uel ratione. Cauſam lege apud Ariſto. cap. 5. noni Naturæ Animaliū.

generis huiuſce cum ſtatutum tempus Venerem inci a
tauit, ſæuiunt rabie libidinis efferati. Fœminæ licet
prius conſerantur, non concipiunt ante Arcturi ſy-
dus [a] Nec qualibet [b] partus ſuos educant. Teneros [c]
ſtudioſè occulunt, & abſconditos inter profunda b
fruticum, uel herbarum pedum uerbere caſtigant ad
latendum. Cum maturuerit ad fugam robur exerci-
tio docent curſus, & aſsueſcūt ſalire per abrupta. Ac-
ceptis canum latratibus [d] ſecundo uento uias diri- c
gunt, ut odor cum ipſis recedat. Mirantur ſibilum fi-
ſtularum. [e] Rectis auribus [f] acutiſsimè audiunt, ſum-
miſsis uerò nihil. Stupent omnia, propterea facilius
obuios ſe præbent ſagittantibus. Si maria tranant, d
non aſpectu petunt littora, ſed olfactu. Infirmos po-
nunt in ultimo, & laſſorum capita clunibus per uices
[g] ſuſtinent. E [h] cornibus quod dextrum fuerit, effica-
cius eſt ad medelam. Si fugare angues geſtias, utrum e
uelis uras. Quæ uſtrina præterea nidore uitiū aperit,
ac detegit, ſi cui ineſt morbus comicialis. Pro ætate

Subit admiratio in tanta huius animalis ſagacitate, quorundam hominum, qui nedū aliјs, ſed ne propriæ quidem ſaluti ratione prouidēt, quin iuxta Plautinum Adagium. Ipſi ſæpe ſibi mortem creant. Dicant hi uerisſimè Horatianum illud.

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.

Quid quod ob orationē uni homini cunctorū animantiū tributam. *Sibi (ut inquit Naſo) quiſque profecto ſit Deus.* c *Teneros ſtudioſè occulunt.*) Exemplo hoc cōmonentur parentes qualem erga natos curam eos gerere oporteat. d *Secundo uento.* Sunt exemplaria, quæ habeant, ſecundum uentos uias dirigunt. Plin. autem cap. 32. octaui pro prima lectione eſt. Fugiunt (inquit) latratu canum audito, aura ſemper ſecunda. e *Mirantur ſibilum fiſtularum.*) Ariſtoteles capite. 5. noni naturæ animalium. Cerui (inquit) ſibilo et cantu uenantium capiuntur. Mulcentur enim allíciunturq́; ea uoluptate. Itaque alter uenantium cantat palam, aut ſibilat, alter clam ferit à tergo, ubi ſocius tempus iam eſſe ſignificarit, ſed ſi ceruus erectas auriculas teneat, acerrimè ſentit, nec latere inſidiæ poſſunt, ſin dimiſſas, facilè interimitur. Idem refert. Plin. ubi ſupra. Mira uis omnino Muſicæ Cerui enim fiſtulis capiuntur. Piſces in ſtagno Alexandriæ crepitu detinentur. Cygnos Hyperboreos Cytharæ cantus adducit. Elephantos Indicos organica permulſos detineri uoce cōpertum. Fiſtulis aues allici comprobatū. Fides Delphinis amicitiā hominū perſuaſere. Inſulæ ſunt in Lydia, quæ Nympharū nūcupantur. Eas M. Varro ſe uidiſſe teſtatur. Hæ ſiquidem inſulæ in mediū ſtagnū à cōtinenti ꝓcedentes cantu tybiarū primo in circulū motæ, dehinc ad littora reuertuntur. In Attico littore mare Cytharā ſonat, Megaris ſaxū ad ictū pulſus cuiuſcunq́; fidicinat. Author Martianus in nono. Ad idē faciunt, quæ cap. xi. ſupra de Haleſinæ regione fonte retulimus. f *Rectis auribus.*) Stoici exiſtimant auditionē fieri quum is, qui medius inter loquentē, & audientē eſt aër, uerberatur obiculariter. Deinde agitatus auribus influit. Quid de audiendi ratione ſenſerint Empedo. Alcmæon, Diogenes, Plato paucis explicat Plutar. cap. 16. quarti de Placit. Philoſophorū. Id autem accidere nō poteſt, ſi fuerint aures ipſæ ſummiſſæ. Inde Terentianum illud. Arrige aures Pamphile. g *Per uices ſuſtinent.*) Ex Plin. & hæc mutuatus Solinus. Eſſet utinam hæc hominum inter ſe diligentia, ut quoties neceſsitas exigit, mutuo ſe ipſos iuuarent, fouerent, ac alternis ſuppetiјs tutarentur, Quin (ut inquit ille)

Aſpicimus populos, quorum non ſufficit iræ
Occidiſſe aliquem, ſed pectora, brachia, uultum,
Crediderint genus eſſe cibi.

h *E cornibus.*) Plin. cap. 9. uiceſimioctaui natu. hiſtoriæ, digerit medicinas plurimas, quæ ex ceruis fieri ſolēt. Pro cōperto omnino habetur exitio eſſe ſerpētibus ceruos, ut ſi quæ ſunt extractæ cauernis, mandāt. Nec uerò ipſis ſpirātes aduerſantur, ſed mēbratim quoq́; fugari, eos nidore cornus eorū ſi uratur. At è ſummo gutture uſtis oſſib. cōgregari dicūtur. Extat notabilis tractatus apud Auicē, Fen. ſexta. 4. Canonis de animalib. ueneno ſis fugandis. Scribūt Ariſtot. & Plinius Ceruos, cornua locis difficilibus amittere, & qua inueniri nequeant.

queant. Vnde illud prouerbiũ ortum. Qua Cerui amittunt cornua, De re omnino incerta, & quæ nullo pacto inueniri queat. a *Ramos augent.*) Omnia ex Ariſtotele, & Plinio locis eiſdem. b *Dentes monſtrant ſenectutem.*) Cõmune eſt ferè omnium animalium, ut ſenecta dentes decidant, ſed ceruorum, & ruminantium ferè omnium, peculiare. Idem Auicenna ſeptima Fén. tertij Canonis longo tractatu edocet, qua arte, & cura, ne lædantur dentes, uel cum læſi fuerint, curari queant. c *Dictamum ipſi prodiderunt.*)

a ramos augent. [a]Id incrementum per ſexennes perſe-
uerat. Denique numeroſiora fieri non poſſunt, groſ-
ſiora poſſunt, quæ quidem caſtratis nunquam cre-
ſcunt, nec tamen decidunt. Dentes [b] monſtrant ſene-
b ctutem, cum aut pauci inueniuntur, aut nulli. Serpen
tem hauriunt, & ſpiritu narium extrahunt de late-
bris cauernarum. Dictamum ipſi [c] prodiderunt,
dum eo paſti excutiunt accepta tela. Herbam quo-
c que quam Cynarem [d] uocant, contra noxia edunt
gramina. Aduerſus uenena mirificum eſt hinnuli
coagulum occiſi in matris ſuæ utero. Patuit nun-
quam eos [e] febreſcere. Quam ob cauſam confecta ex
d medullis ipſorum unguenta ſedant calores homi-
mum languentium. Legimus plurimos matutinis
diebus ceruinam carnem deguſtare ſolitos, ſine febri-
bus longęuos fuiſſe. Quod demum proderit, ſi uno
e [f] uulnere fuerint interempti. Ad dignoſcendam uiua
citatem [g] Alexander Magnus ceruis torques pluri-
mis innexuit, [h] qui poſt annum centeſimum capti,
necdum ſenij indiciũ præferebant. Eadem penè ſpe
cie ſunt, quos Tragelaphos [i] dicunt, ſed non alibi,
quàm circa Phaſidem [k] apparent, tantumq́ꝫ illi uillo-
ſos habent armos, & menta promiſsis hirta barbis.

Ex Plin. cap. 27. octaui naturalis hiſtoriæ. Dictamũ herbã (inqt) extrahendis ſagittis, cerui monſtrauere percuſsi eo telo, paſtuq́ꝫ eius herbæ eiecto. Iidem percuſsi à Phalangio, quod eſt aranei genus, aut aliquo ſimili, cancros edendo, ſibi medentur. De Dictamo herba plura Plinius cap. 8. uiceſimiquinti lib. Medici corruptè Diptamum uocant. Græca uox eſt δίκταμνον. Vide Dioſcoridem cap. 462 & ſequẽtibus. Adſcribã eiuſdẽ authoris uerba, quæ in fine eius operis habentur. Dictamus (inquit) arefacta, ſi manibus in farinam teratur mox ſtilla uini adiecta corpus tangatur, aduerſus omnes ſerpẽtes tutũ hominẽ præſtabit. Vlcera, & putres nomas purgabit, explebit. Proficiet & ad infixa corporibus tela. Leuabit enim ea protinus, quã lita fuerit. Lieni, & inflãmationibus partium conditarum, polentæ modo imponitur. Foditur uere calidiſsimis anni temporibus, & autumno. Dictamum herbam eleganter deſcribit Maro. 12. Aeneid.

Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita capris.

Hæc herba (inquit Seruius) licet ubiq; naſcatur, melior in Creta eſt. d *Cynarem uocant.*) Ex Plinio eodem cap. 27. octaui nat. hiſt. Ceruus (inquit) herba Cynaræ uenenatis pabulis reſiſtit. Scribit idem Plin. 22. uiceſimiſecũdi libri. Ceruos uti herba alia, quã Elaphoboſchõ Græci uocant. e *Nunquam eos febreſcere.*) Plin. cap. 32. octaui. Febrium morbos nõ ſentit hoc animal, quin & medetur huic timori. Quaſdã nos principes fœminas ſcimus omnibus diebus matutinis carnẽ eã deguſtare ſolitas, & lõgo æuo caruiſſe febribus. Quod ita demum exiſtimant ratum, ſi uulnere uno interierit. f *Vno uulnere.*) Mera gentilitatis ſuperſtitio. g *Viuacitatem.*) Heſiodus poëta, qui primus de ſpatio, atq; longitudine uitæ hominum aliqua prodidit, multa de hominum æuo referens, cornici nouem noſtras tribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Vergilius eum imitatus, de Ceruis loquens

Hos nouies ſuperat uiuendo garrula Cornix,
Et quater egreditur cornicis ſæcula ceruus.

Sed id Plin. cap. 48. ſeptimi exiſtimat fabuloſum. Hinc ſumptum Adagium. Ceruina ſenectus. Iuue. Saty. 14. h *Torques innexuit.*) Refert Philoſtratus in principio ſecundi Vitæ Apollonij. fuiſſe in Pamphilia Pantheram captã aureũ torquem circa collũ habentem Armenijs literis huiuſmodi inſcriptum. Rex Arſaces Deo Nyſeo. Regnabat autem temporibus illis in Armenia Arſaces. Is (ut opinor) ferã uidens eximia præ cæteris magnitudine, eã Baccho ſacrauit. i *Quos Tragelaphos uocant.*) Græci τράγον hircũ, ἔλαφον ceruũ nũcupant. Inde τραγέλαφον beluã hirco & ceruo ſimilẽ Latinorũ quidã Hircoceruũ uocãt. De eo Pli ca. 33. lib. 8. k *Circa Phaſidẽ.*) Alber. 22. de Animalib. lib. ut aliquid è ſua officina adderet. Tragelaph9 (inqt) in regione quę Faſida uocatur gñationẽ hñs &c.

De Germania, & miris in ea auibus, Biſontibus, Vris, Alce feris animalibus. Cap. XXXII.

MOns Seuo [a] ipſe ingens, [b] nec Riphæis minor collibus, initium Germaniæ facit. Hũc Ingæuones [c] tenent, à quibus primis poſt Scythas nomen [d] Germanicum conſurgit Diues uirorum terra, frequens populis numeroſis, & immanibus. Extenditur inter Hercynium ſaltum, [e] & rupes Sarmatarum. Vbi incipit [f], Danubio, ubi deſinit Rheno perfunditur. De internis eius partibus Albis, Gutallus, [g] Viſtula amnes latiſsimi præcipitantur in Oceanum. Saltus Hercynius aues gignit, quarum pennæ [h] per obſcurum

a MOns ſæuo.) Ptolemæus cap. xi. ſecundi Germaniæ magnæ ſitum, ijs quidem uerbis explicat. Germaniæ (inquit) latus occidentale Rhenus terminat, ſeptentrionale Germanicus Oceanus. Meridianũ uerò, à parte occidentali Danubius fluuius. Orientali uero latus terminat diſtantia, quę fit à flexu Danubij ad Sarmatarũ montes. Eius formã appingit tabulis Europæ tertia, quarta, quinta. Plin. cap. 14. libri quarti genera Germanorũ quinqꝫ eſſe dicit. Hi autem ſunt Vindelici, quorũ pars Burgundiones, Varrinæ, Charini, Guttones. Alterũ genus Ingæuones, quorũ pars Cimbri &c. Marcellinus lib. 15. diuidit Germaniã in primam, & ſecundam. Extat apud Cornelium Tacitũ nobilis liber, qui de ſitu, moribus, & populis Germaniæ inſcriptus eſt. Caius Plinius Secũdus. xx. libros bellorum Germaniæ ſcripſit, quibus omnia quæ Romani cum Germanis bella geſſerunt ſtudioſè collegit. Sed ij nõ in modicam Germanorum præcipuè iacturam, amiſsi ſunt. Credibile enim eſt, in ijs tot uoluminibus, nihil, quod ad frugem bonarum literarum pertineat, omiſſum penitus. Idẽ Tacitus Cor. quibuſdam argumentis exiſtimat, ipſos Germanos indigenas eſſe, minimeqꝫ aliarũ gentiũ aduentibus, & hoſpitijs mixtos. Mela Põponius ſcribit lib. 3. multa in Germania eſſe, quorũ nõmina (inquit) uix eſt eloqui ore Romano. Germaniæ menſurã ponit Plin. cap. 13. quarti naturalis hiſtoriæ. De Germaniæ nomine, uaria traduntur. Sunt, qui à germinando uelint nomen inditũ, quod in ea mira ſit, & frequentiſſima hominũ generatio. Hinc à Solino dictum. Diues hominũ terra, frequens populis numeroſis. Alijs placet Germaneã dictã, quod eius regionis homines ueluti fratres, & Germanos mutua ſe diligant charitate. Nã patet omnibus ad eos acceſſus. Aduenientes omnes promiſcuè, porrecto poculo, ſuſcipiunt. Blandis & amicis uerbis ſuſcipiũt paſſim omnes. Verior multò Strabonis ſententia lib. 7. exiſtimantis Germanis à Gallis datum nomẽ, quod eos habitu corporis, ac animi moribus pauliſper imitarentur. b *Seuo ipſe ingens.*) Ex Plin. hæc cap. 13. quarti. Inde (inquit) Germaniæ Seuo mons ibi immenſus, nec Riphæis iugis minor, immanem ad Cymbrorum uſqꝫ promontoriũ efficit ſinũ, qui Codanus uocatur refertus inſulis. *Ingæuones.*) Sic enim legendum ex Plin. cap. 13. & 14. libri quarti, quum paſſim apud Solinum legatur, uel Ingenones, uel Ingyeones, aut Ingynones. d *Poſt Scythas nomen Germanicum.*) Plin. cap. 15. octaui lib. facit Germaniam Scythiæ conterminam. e *Hercynium ſaltum.*) Dixi in Annotationibus quarti Flori, me eorum adhærere ſententiæ, qui dicunt Hercinum, ex Græco ſumptum, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ ἑρκίου. i. à ſepto, circuitu, uel qđ hæc ſylua Germaniam ipſam ferè totam ſepiat, & inſtar ualli ſit. Vnde & apud Græcos ἑρκεῖος Iouis Epitheton, quod ſcilicet intra uallũ coleretur. Sicqꝫ per i non per y ſcribendũ nomen. Hanc ſyluam præter Plin. Strabonem, Melam. Pomp. eleganter deſcribit Cæſar ſexto de bello Gallico commentario. Eam Mela ſexaginta dierum iter occupare dicit. Cæſar quadraginta, Latitudinem nouem dierum iter expedito patere. f *Vbi incipit, Danubio.*) Explicat id eleganter Cor. Tacitus in principio eius libri qui mox citatus eſt. g *Albis, Gutallus.*) Germaniæ amnes clari in Oceanum defluunt (inquit cap. 14. libri quarti Caius Plinius) Gutallus, Viſtulus, ſiue Viſtula, Albis, Viſurgis, Amiſsius, Rhenus, Moſa &c. Addit Mela Mœnim, & Lupiam. h *Quarum pennæ.*) Non aliam ob cauſam Solinus de Germania ſcribit, niſi ut, eius regionis mira quædam, & peculiaria, recenſeat. Quorum nec minimum illud eſt, quod de Hercynij ſaltus auibus, nobiles authores referunt. Sumpſit autem Solinus hæc ex cap. 47. decimi Plinij. In Hercynio (inquit) Germaniæ ſaltu inuſitata genera alitum accepimus, quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus. Dionyſij interpres, de his auibus ſic de Hercynia ſylua (inquit).

Hæc paſcit uolucres (mirum) fulgentibus alis,
Quis ducibus noctu cernuntur flexa uiarum.

Albertus has aues Lucidias nuncupat, ab effectu ſumptum nomen. Ex uaria rerum cõpoſitione diuerſi etiamnũ colores proueniunt. Ea em̃, in quibus ignis

a emicant, & interlucent, quamuis obtenta nox den=
ſet tenebras. Vnde homines loci illius a plerum=
que nocturnos excurſus, ſic deſtinant, ut illis utan=
tur ad præſidium itineris dirigendi, præiactiſque per
b opaca callium rationem uiæ moderentur indicio plu
marum refulgentium. In hoc tractu ſanè, & in om=
ni Septentrionali plaga Biſontes b frequentiſsi=
mi, qui boues feris ſimiles, ſetoſi colla iubis, horridi
c ultra tauros, pernicitate capti aſſueſcere manu neque=
unt. Sunt & c Vri, quos imperitum uulgus uo=
cat Bubalos, cum Bubali penè ad ceruinam faciem
in Africa procreentur. Iſtis porrò, quos Vros dici=
d mus, taurina cornua in tantum modum protendun=
tur, ut dempta ob inſignem capacitatem inter regi=
as menſas potuum gerula fiant. Eſt & Alces d mu=
lis comparanda, adeò propenſo labro ſuperiore, ut
niſi recedens in poſteriora ueſtigia, paſci nequeat.

De Scandinauia Inſula. De Succino, Callai-
de, ac Ceraunijs gemmis.
Cap. XXXIII.

e SCandinauia inſula è regione Germaniæ mit=
tit animal, quale Alces, e ſed cui ſuffra=
gines f ut Elephantis flecti nequeunt, pro
pterea non cubat. Cum dormiendum eſt tamen,
ſomnolentam arbor ſuſtinet, quæ propè caſura ſe=
catur, ut fera dum aſſuetis fulcimentis innititur, fa=

prędominatur natura, lucida plerumq; eſſe conſtat. Id autem euenit tum in auibus, tum inſectorũ quo
rundam genere. Lucēt (inquit .xi. uolumine Caius Plin.) igniũ modo noctu laterũ, & cluniũ colore Lã
pyrides, nunc pennarũ hiatu refulgentes, nunc uerò compreſſæ obumbratæ, non ante matura pabula
aut poſt defecta conſpicuæ. Eas cap. 26. decimioctaui uoluminis dicit à ruſticis Cicidelas nuncupari, à
Græcis uerò Lampyridas. Albertus. 26. de Animalibus libro corruptè, ut cætera, Cicendulas uocari di
cit, aitq; de die lucentem earum colorem extingui, & effici alium. Sed uero propinquius eſt, earum ſplendorem de maioris luminis præſentia præpediri. Eadem ferme ratio eſt, cur multi piſces, ac aridi, robuſtiq; caudices uetuſtate, putreſq;, in tenebris refulgeant. a *Homines loci illius.*) Hac tempeſtate in eis locis eas aues non reperiri, incolæ regionis eius conſtanter affirmãt. *Biſontes*) Ex Plinio cap. 15. octaui naturalis hiſtoriæ. Cæſar in ſexto Commentario belli Gallici ſcribit in Hercynia ſylua eſſe bouem cerui figura, cuius à media fronte inter aures unum cornu exiſtit excelſum, magisq; directum his, quæ nobis nota ſunt cornibus ab eius ſumma ſicut palmæ, ramiſque latè diffunduntur, eadē fœminæ, mariſque natura, eadem forma, magnitudoque cornuum. c *Sunt & Vri.*) Eadem ſcribunt Plinius capite 15. octaui, & Cæſar ſexto Commentario belli Gallici. Seruius ſecundo Georgicorum apud Vergil. dictos Vros ἀπὸ τῶν ὄρων id eſt, à montibus. Eos ſcribit in Pyrenæis naſci montibus. Sed poſsibile eſt etiam in Pyrenæis naſci. Macrobius. 6. Saturnalium ſcribit Vros Gallicam uocem eſſe, qua feri boues ſignificantur. Albertus libro 22. de Animalibus Vrnos uocari dicit. Nos (inquit) Germanicè eos Viſent uocamus. Gręci οὖρος urinam dicũt, unde fortaſsis huic beluæ datum nomen. d *Eſt & Alces.*) Rurſus ex Plinio. ca. 15. lib. 8. Cæſar eodem ſexto Commentario. Sunt i-
tem (inquit) quæ appellantur Alces, harũ eſt conſimilis capris figura, & uarietas pellium, ſed magnitu
dine paulò antecedunt, mutilæq; ſunt cornibus, & crura ſine nodis, articuliſq; habēt. Neq; quietis cau
ſa procumbunt, neq; ſiquo afflictæ caſu conciderunt erigere ſeſe, ac ſubleuare poſſunt. His ſunt arbo-
res pro cubilibus. Ad eas ſe applicant, atq; ita paululum modo reclinatæ quietem capiũt, quarũ ex ue
ſtigijs, cum eſt animaduerſum à uenatoribus, quò ſe recipere cõſueuerint, omnes eo loco ſubruũt, aut
incidunt ab radicibus arbores tantũ, ut ſumma ſpecies earũ ſtantiũ relinquatur. Huc cũ ſe conſuetudi
ne reclinauerint, infirmas pondere affligũt, atq; una ipſæ concidũt. Albertus hũc Solini locum per-
peram refert lib. 22. de Animalibus. Apud Græcos Alcæ prima inflectione dicuntur, apud Latinos,
tam prima, quã tertia. Hermol. cap. 15. octaui Plin. refert Iulij Capitolini, & Pauſaniæ, de Alcis uerba. e
Vale Alces.) Pli. capite 15. octaui nominat hanc feram Machlin. Vide Hermo. cap. 15. octaui Plinij
Albertus. 22. de Animalibus libro dicit hoc animal à Plinio Aoly nominari. Vox hęc Barbara
& nullius ſignificationis omnino. f *Suffragines.*) Partes quæ anterioribus pedibus dicuntur

ciat ruinam, ita capitur, alioquin difficile eſt eam manu capi. Nam in illo rigore poplitum incomprehenſibili fuga pollet, De Germanicis inſulis Scandinauia [a] maxima eſt, ſed nihil in ea magnum, præter ipſam. Nam Gleſſaria [b] dat Cryſtallum. [c] Dat & Succinum, [d] quod Germani gentiliter [e] uocant Gleſſum. Qualitas materiæ iſtius ſumatim antea. Germanico autem [f] Cæſare omnes Germaniæ oras ſcrutante comperta arbor eſt, pinei generis, cuius mediale [g] autumni, tempore Succino lachrymat. Succum eſſe arboris de nominis [h] capeſſas qualitate. Pinum uerò, unde ſit genitum, ſi uſſeris, odor indicabit. Precium operæ eſt ire [i] longius, ne Padaneæ ſiluæ credantur lapidem fleuiſſe. Hanc ſpeciem in Illyricum Barbari intulerunt. Quę cum per Pannonica commercia uſu ad Tranſpadanos homines foret delata, quod ibi primũ noſtri eam uiderant, ibi & natam putauerunt. Munere [k] Neronis principis apparatus omnis abſq; Succino inornatus eſt, nec difficulter cum per idem tempus tredecim milia libarum rex Germaniæ ei dono miſerit. Rude primum naſcitur, & corticoſum. De-

genua, in poſterioribus ſuffragines nuncupantur. a *Scandinauia.*) Sic hanc uocat Pli. cap. 13. lib. quarti. Solini exemplaria ferè omnia, Gangauia habent. Sinus Codanus (inquit Pli.) refertus inſulis, quarum clariſsima Scandinauia eſt incompertæ magnitudinis. Solinus ait, nihil in ea magnum præter ipſam. b *Gleſſaria.*) Plinius eodem loco. Gleſſaria (inquit) à Succino militiæ appellata, à Barbaris Auſterania. Alibi hanc inſulam Plinius Auſtrauiam nominatam dicit, ut in altero loco error ſit. Dio. Siculus lib. 6, Baſileam dici ſcribit. Scythiæ, quæ ſupra Galatiam eſt oppoſita inſula in Oceano iacet nomine Baſilea, in quam tempeſtas Electrum plurimum eijcit, nulla alia in parte orbis repertum &c. Plinius, & Solinus in India etiam ſuccinum prouenire aiũt, licet in Germania optimum, plurimumq;. Ariſtot. cap 70 de Admirandis in natura, has inſulas Electridas appellat, quas in ſinu Adriatico ſitas eſſe dicit, ut pote ueterum ſecutus opinionem, quam falſam eſſe poſteri deprehenderunt. c *Cryſtallum.*) De Cryſtallo cap. 25. abunde ſatis dictum eſt. d *Dat Succinum.*) Sumpſit hæc omnia Solinus ex ca. 2. & 3. triceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ Caij Plynij Certum eſt (inquit) gigni in Inſulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari Gleſſum. Itaq; & à noſtris unam inſularum ob id Gleſſariam appellatam, Germanico Cæſare ibi claſsibus rẽ gerente, Auſtrauiam à Barbaris dictam &c. e. *Gentiliter uocant Gleſſum.*) Hac tempeſtate Germani Gleſer, uitrum uocant Succinum autem Augſtain, gentiliter uocant, hoc eſt ocularis lapis quod id oculis proſit plurimũ. f *Germanico Cæſare.*) Eadem Pli. eodem loco refert. g *Cuius mediale.*) Id eſt medulla. Plin. libro & cap. eiſdem. Naſcitur autem (inquit) defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in Ceraſis, reſina pineis, erumpit humoris abundantia. Denſatur rigore, uel tepore, aut mari Cum intumeſcens æſtus rapuit ex inſulis, certè in littora expellitur, ita uolubile, ut pendere uideatur, atq; conſidere in uado. h *De nominis qualitate.*) Succinum à ſucco dici certum eſt, additione in, in dictionis medio. Arboris ſuccum eſſe (inquit Plin.) etiam priſci noſtri credidere, ob id ſuccinum appellantes. Pineæ autem arboris eſſe, indicio eſt Pineus in attritu odor, & quod accenſum tædæ modo, ac nidore flagret. i *Ire longius, ne Padaneæ ſyluæ.*) Nota eſt ſecundo Transformationum Ouidij libro. Phaëtontis, & Heliadum ſororum eius fabula. Hæ enim fratris obitum ingenti luctu deplorantes, quum iuxta Padum, in populos arbores fuiſſent uerſæ, & Clymene earum

Mater dum truncis auellere corpora tentat,
Et teneros manibus ramos abrumpit, & inde
Sanguineæ manant, tanquam de uulnere guttæ.
Inde fluunt lacrymæ, ſtillataq; ſole rigeſcunt,
De ramis Electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis.

Abunde Pli. ca. 2. 37. Græci ſuccinum ἤλεκτρον dicunt. Ser. ſup 8. Aene. Verg. dicit tria eſſe Electri genera. Vnum ex arboribus, quod Succinum dicitur. Aliud, quod naturaliter inuenitur. Tertiũ quod fit de tribus partibus auri, & una ãrgẽti &c. Placiades li. 1. Allegoriam fabulam redigit, & hiſtoriam Diod. Siculus, Plynius, & Solinus, produnt unde id ueteribus creditum fuerit. K *Munere Neronis.*) Plin. Vidit (inquit) eques Romanus miſſus ad id comparandum à Iulio curante gladiatorium munus Neronis principis. Qui hæc commercia, & littora peragrauit, tanta copia

pia inuecta, ut retia coercendis feris podium protegentia ſuccinis nudarentur. Arma uerò, & libitina, totuſq; unius diei apparatus eſſet è Succino. Maximum pondus is glebæ attulit xiij. librarũ. a *Melleum dicitur, & Falernũ.*) Plinius ſic Summa laus (inquit.) Falernis à uini colore dictis, molli fulgore perſpicuis. Sunt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. b *Quòd rapiat folia.*) Libuit huic loco aſſcribere Diui Ambroſij ex capite quintodecimo tertij Hexameron libri uerba. Quid tibi referam (inquit)

inde incoctum adipe lactentis ſuis expolitur, ad quem uidemus nitorem. Pro facie habet nomina. Melleum dicitur, a & Falernum, utrumque de ſimilitudine aut uini, aut utique mellis. In aperto eſt, quòd rapiat b folia, quòd trahat paleas, quòd uerò c medeatur multis uitalium incommodis, medentium docuit diſciplina. Et India habet d Succinum, ſed plurimum, optimumque Germania. Quoniam ad inſulam Gleſſariam ueneramus, à Succino cœptum. Nam in Germaniæ continentibus Callais e reperitur, quam gemmam Arabicis anteponunt. Vincit enim gratia. Arabes quidem dicunt non alibi eam deprehendi, quam in nidis auium, quas μελανκορύφους f uocant, quod nullus recipit, cum apud Germaniæ populos, quamuis rara, in ſaxis tamen appareat. Honore, & precio ad Smaragdos uiret pallidum. Nihil iucundius aurum decet. Cerauniarum g porrò genera diuerſa ſunt. Germanica candida eſt, ſplendet tamen cæruleo, & ſi ſub diuo habeas, fulgorem rapit ſyderum.

quod Electrum lachryma uirgulti ſit, & in tantæ materiæ ſoliditatē lachryma dureſcat? Nec leuibus id aſſeritur teſtimonijs, quando folia, aut ſurculorum minutiſsimæ portiones, aut exigua quædam animantium genera in Electro ſæpe reperiuntur, quæ uidentur cum adhuc gutta eſſent molliora accepiſſe, & ſolidata tenuiſſe. De formica Electro incluſa extat elēgans tetraſtichon apud Martialem libro ſexto.

Dum Phaetontæa formica uagatur in umbra,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.
Sic modo quæ fuerat uita contempta manente,
Funeribus facta eſt nunc precioſa ſuis.

c *Quòd uerò medeatur.*) Succinũ Tonſillis creditur reſiſtere, & faucium uitijs uario genere aquarũ iuxta illos infeſtante guttura, ac uicinas carnes. Infantibus alligari amuleti ratione prodeſt. Caliſtratus & cuicunque ætati contra lymphationes prodeſſe tradit. Et urinæ difficultatibus potum, alligatumq;. Dioſcrides cap. 119. & 302. Succinum potum in aqua ſtomachi uitijs, & alui fluctionibus mederi. Idem Dioſcorides electrum Pterygophoron cognominat, quod ſtramēta, floccos, atq; fimbrias in ſe trahat. Alij (ut Phy. & Dioſco. referunt) Chryſolectrum, & Chryſophoron uocant, quaſi coloris aurei, uel aurum geſtans. d *India habet Succinum.*) Diod. idipſum negat, ut mox dictum eſt. e *Callais.*) Vetuſti codices habent Callaica, ſed ex Plinio Callais legendum potius. Comitatur eam ſimilitudine proprior, quàm authoritate Callais uiride pallens. Naſcitur poſt auerſa Indiæ apud incolas Caucaſi montis Phicaros, ac Aſdathas amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa, ac ſordium plena. Sincerior multò, præſtantiorq; in Germania &c. Ex Plin, cap. 8. triceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ. f *μελανκορύφους.*) Ex atro uerticis colore nomen habent. Græci enim μέλαν nigrum, κορυφὴν apicem, & cacumen. Sunt enim (ut quibuſdam placet) de genere Ficedularum. Feſtus Pompeius lib. xi. Atricapillas Latinè uocari dicit, eò quòd ſumma earum capita nigra ſint. g *Cerauniarum.*) Cerauniorum Solini exemplaria plerumq; habent. Plinius autem Cerauniam fœminino genere protulit cap. 9. triceſimi ſeptimi. Nomen habet à fulmine, quod Græce κεραυνός dicitur,

Illis quippe locis, quos conſtat fulmine tactos,
Iſte lapis tantum reperiri poſſe putatur.
Qui caſtè gerit hunc à fulmine non ferietur.
Nec domus, aut uillæ, quibus affuerit lapis ille.
Sed neq; nauigio per flumina, uel mare uectus
Turbine mergetur, nec fulmine percutietur.
Ad cauſas etiam, uincendaq; prælia prodeſt.
Et dulces ſomnos, & dulcia ſomnia præſtat.

Miras huius lapidis uires ex Euace, ſcribit Marbodæus. Lege ſimilia etiam apud Plinium Sotaci ſententiam referentem. Et Solinum capite triceſimoſexto infra.

De Gallia. De Rhetico, ac Norico agro. De Pannonia, & Mœſia, deque Medico oleo. Cap .XXXIIII.

GAlliæ inter a Rhenum, & Pyrenæum, item a
inter Oceanum, & montes Gebennam, ac
Iuram b porriguntur felices, præpingui=
bus glebis, c accommodæ prouentibus fructua=
rijs, Pleræque conſitæ d uitibus, & arbuſtis, omni b
ad uſum animantium fœtu beatiſsimę. Riguæ aquis
fluminum, & fontium. Sed fontaneis interdum ſa=
cris, ac e uaporantibus. Infamantur ritu incolarum,
qui ut aiunt, ueri enim periculum non ad me recipio, c
deteſtabili ſacrorum ritu, non ad honorem, ſed po=

GAlliæ inter Rhenum.) Gallię ab incolarũ candore, ut plerięꝫ exiſtimant, nomen inditũ. Græci enim γάλα lac nominant. Beroſus hiſtoricus uetuſtiſsimus quinto hiſtoriarum libro, ſcribit anno x, Saturni primi Babyloniorũ regis Comirum Gallũ, poſuiſſe colonias ſuas in regno, quod poſtea Italia dicta eſt, & regionẽ ſuã à ſuo nomine cognominaſſe, docuiſſeꝫ illos legem, & iuſtitiã. Appianus in eo libro quem Illyriũ inſcripſit, tradit Polyphemo Cicropi ex Galatea tres fuiſſe filios Celtũ, Illyrium, & Gallum, eosꝫ ex Sicilia ꝓgreſſos, Celtis, Illyrijs, & Galatis, id eſt, Gallis ab ipſis nomẽ aſſumentibus, imperaſſe. Nõ placet eorũ ſentẽtia, qui à gallo gallinaceo eos nomen ſortitos aſſerunt, quod inſtar alitis huius, in Venerem proni ſint. Porphyrio author eſt Gallos magna mercari adulteria, uel propter diuitias, uel quod incenſioris libidinis ſint. Vnde prouerbio cœptum dici. Gallis hanc In mulierem cupidam, & tergiuerſationibus utentem, quibus ingens precium extorqueat, ab ijs, quibus copia ſui corporis factura ſit. Prolemæus ca. 7. ſecundi eã, quã Celtogalliã appellamus, in prouincias quatuor partitur, & diuidit, in Aquitaniam, Lugdunenſem, Belgicam, & Narbonenſem Sex. Rufus Galliæ cum Aquitania, & Britannijs decẽ & octo dicit eſſe prouincias. Antoninus in Itinerario ſexdecim tradit prouincias eius eſſe. Multa de Gallia Cæſar in ſuis Comment Strabo, & Pli. lib. 4. Mela lib 2. & 3. Plinij uerba ſunt ex ca 17. libri quarti quem locum Solinus in ſuum tranſtulit. Gallia omnis (inquit) Comata uno nomine appellata in tria populorũ genera diuiditur, amnibus maximè diſtincta, à Scalde ad Sequanã, Belgica, ab eo ad Carumnã Celtica, eademꝫ Lugdunenſis. Inde ad Pyrenæi montis excurſum, Aquitania, Aremonica ante dicta. Agrippa uniuerſarũ Galliarũ inter Rhenum, & Pyrenæũ, atꝫ Oceanũ, ac mõtes Gebennã, & Iurã, q̃bus Narbonenſem Galliã excludit, longitudinem CCCC. M. paſſ. latitudinẽ. cccxiij cõparauit. Eadẽ ſcribunt Pomponius Mela lib. 3. et Ammianus Macellinus lib. hiſtoriarũ quintodecimo. Galli (inquit Cęſar. 6. Cõmen) ſe omnes ab Dite patre ꝓgnatos prædicant. Idꝫ ab Druidibus proditũ dicunt. Ob eã cauſam ſpatio omnis tẽporis non numero dierum, ſed noctiũ finiunt. Dies natales, & menſium, & annorũ initia ſic obſeruant, ut noctem dies ſubſequatur. b *Ac Iuram.*) Reperitur & Iura numero multitudinis. Pli. cap. 4. lib. tertij. Montibus (inquit) Gebennam. & Iuribus Strabo ἰοράν, Ptolemæus Iuraſſum nominant. Alij fere omnes Iuram ſingulari. c *Præpinguibus glebis.*) Gallia, utpote in Septentrionem, & occidentem ſita, decenter comperta eſt regio, accommoda (inquit Solinus) prouentibus fructuarijs. Mela lib. tertio de Gallia. terra eſt (inquit) frumenti præcipuè, & pabuli ferax, & amœna lucis immanibus. Britannia, & Gallia nouam rationem alendi terram inuenere, ipſa, quod genus uocant Margam. Spiſsior ubertas in ea intelligitur. Eſt autem quidam terræ adeps, ac uelut Glandia in corporibus, ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo. Leucargyllion uocant candidam Argyllam, qua in Megarico agro utuntur, ſed tantum in humida frigidaꝫ terra. Illas Gallias, Britaniasꝫ locupletantis cum cura dici conuenit. Duo genera fuerant &c. ex Pli cap. 6 & 7. decimiſeptimi natu. hiſt. Scribit Diuus Hieronymus in quadam epiſtola, Galliam ſolam, monſtra non habere, ſed uiris ſemper fortibus, & eloquentiſſimis abundare. Idẽ Mela Pompo. lib 3. Auſonius cũ de Moſella Galliæ fluuio loqueretur hæc cecinit.

Salue magne parens, frugumꝫ, uirumꝫ Moſella,
Te clari proceres, te bello exercita pubes,
Aemula te Latiæ decorat facundia linguæ
Quin etiam mores, & lætum fronte ſeuera
Ingeniũ natura tuis conceſsit alumnis &c.

Gallorũ figuræ, moresꝫ quales ſint, elegãter deſcribit Marcellinus in fine quintidecimi hiſtoriarũ libri. Sit ſatis (inquit) de ſitu locorũ, nũc figuras, & mores deſignabo. Celſioris ſtaturæ, & cãdidi penè Galli ſunt omnes, et rutili, luminũꝫ toruitate terribiles. Auidi iurgiorum. & ſublatius inſoleſcentes &c. d *Pleraꝫ*) Maiori ex parte. Produnt Alpibus coërcitas ex tam inexuperabili monimento Gallias, hanc primũ habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſeſe Italiæ, quod

Elico

a tius ad iniuriam religionis, humanis a litant hoſtijs. Ex iſto ſinu quoquo orbis uelis exeas in Hiſpanias, & in Italiam terra, marique, in Africam mari tantum. Si Thracia ſit petenda, excipit ager Rhe-
b ticus b bonusfru gibus, opimus, & ferax. Brigantino c lacu nobilis. Inde Noricus frigidus, & partius fructuoſus, qua ſubducitur à iugis Alpium admodum lætus. Dehinc d Pannonia uiro e fortis,
c & ſolo plano, ubertoque, Drauo, Sauoque inclytis amnibus circunflua, Mox Mœſiæ, quas maiores

Flico ex Heluetijs ciuis eorū, fabrilem ob artē Romæ cōmoratus, ficū ſiccā, & uuā, oleiq;, ac uini pmiſſa, remeans ſecū tuliſſe. Quapropter hæc uel bello quæſiſſe uenia ſit, ex Plí.ca.1. duodecimi naturalis hiſtoriæ. e *Sacris, ac uaporantibus.*) Intelligit aquas Sextias, de quibus cap.8. ſupra dictum eſt. Scribunt Porphyrio, & Acron primo Carminum Horatij omnem fontem in origine ſua, ſacrum eſſe. a *Humanis hoſtijs.*) Gallos immolare homines, ſcribunt Diod. Siculus libro 5. Plin.cap.2. ſeptimi, Mela libro 3. Lactan.cap.21. primi. Cæſaris ſexto Commentario belli Gallici uerba ſunt. Natio eſt omnium Gallorum admodum dedita religionibus, atq; ob eam cauſam, qui ſunt affecti grauioribus morbis, quiq; prælijs, periculiſq; uerſantur, aut pro uictimis homines immolant, aut ſe immolaturos uouent, adminiſtriſque ad ea ſacrificia Druidibus utuntur, quod pro uita hominis, niſi uita hominis reddatur, non poſſe Deorum immortalium numen placari arbitrātur, publicéque eiuſdem generis habent inſtituta ſacrificia &c. Ab Apolline quondam huiuſmodi Oraculum redditum eſt.

Καὶ κεφαλὰ, ἅδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα Ideſt, Et capita Diti, & patri id eſt, Saturno mittite uirum. Hinc inſtitutum, ut Saturno homo immolaretur. Decepti uocis φῶτα ſignificatione, quod non ſolū uirum, ſed & lumina ſignificet, ut primo Satur. interpretatur Macrobius. Senatuſcōſulto, quod habitum eſt anno .657. ab urbe condita, ſancitum eſt, ne homo in Romano imperio, immolaretur. Verba Plinij id continentia ex ca. primo triceſimi naturalis hiſtoriæ, alibi à nobis relata ſunt. In noſtris præterea Collectaneis in poētas, ſexcenta loca ſignauimus, quarū nationū mos fuerit, homines immolādi, quæ res paulò à mandendo abeſt, inquit Plinius. b *Ager Rheticus.*) Ex Ptol. Stra. Cor. Tacito, Mela Pomponio, item cæteris, non exactè deprehenditur, quinam noſtro tempore Rheti ſint, & Norici. Quorundā ſententia eſt, eos eſſe Noricos, qui hodie Bauari nuncupentur. Ptole.cap.14 ſecundi ſic Norici ſitū refert. Noricum (inquit) terminus habet ab occaſu Aenum fluuiū, à Septētrione Danubij partē, quæ eſt ab Aeno uſq; ad Cetium montē. Ab ortu ſolis ipſum montem Cetiū. A meridie partem Pannoniæ, quæ ſub dicto eſt monte &c. Rhetiæ autē occidentale latus terminatur monte Adula, & linea q̄ eſt inter capita amnium Rheni, atq; Danubij. Latus Septētrionale parte terminatur Danubij, quę à fontibus eſt uſq; ad Aeni fluuij ſciſsionē. Orientale latus ipſo Aeno terminatur. Meridionale latus Alpiū montib. hinc ſupra Italiā extenſis &c. Lege Plí.cap.19. & 20. lib. tertij. Dicti Rhetij à Rheto Thuſcorū duce. Thuſci enim (ut lib.20. ſcribit Trogus) duce Rheto, auitis ſedibus amiſsis, Alpes occupauerūt, & nomine ducis gentem Rhetiorum condiderunt. Idem ſcribit Plí.ca.20. tertij. c *Brigantino lacu.*) Plí.ca.17.li.9, hunc lacum Bigrantinum uocat, ut hic, uel apud Plí. facta ſit literæ unius tranſpoſitio. Proxima eſt ijs (inquit) menſa generis duntaxat Muſtellarum, quas, mirum dictu, inter Alpes, lacuſq; Rhetiæ Bigrantinus æmulas marinis generat. Lacus Brigantini meminit Antoninus in Itinerario ſuo. d *Dehinc Pannonia.*) Qui à Latinis Pannonij nuncupantur, eos Græci Pæones uocant. Scribit Appianus in Illyrio, Polyphæmū Cyclopen ex Calatea genuiſſe Celtum, Illyrium, & Gallū, à quibus Celtæ, Illyrij, & Galli nomen habent. Illyrio hos deinde fuiſſe filios, Achyllem, Autarium, Dardanum, Medum, Taulantium, Perrebumq;. Filias autē Parthā, Daortā, & Daſerā, à quibus & gentes nominatæ ſunt. Autarij filij fuerūt, Pannoniū, uel ut alij eum uocant, Pæonū, & Scordiſcū à Pannonio igitur, uel Pæono, Pannonij, uel Pæones dicti ſunt. Qui hac tempeſtate Pannoniā incolunt, à Schythis ſe traxiſſe originem prædicant, & Hungaros, ab Hungaro eorum rege nomen habere. Qui plura cupiunt, legant epiſtolā, xxi.34. epiſtolarum libri Franciſci Philelfi uiri undecunq; doctiſsimi. e *Viro fortis.*) Quantum noſtra quoq; tempeſtate Pannonij bello ualeāt, inter plurima argumēta maximum illud eſt, quod atrocem Turcarum impetum frequenter reprimunt. Eſſent utinam inter ſe eius regionis primates unanimes. Ea enim ratione nedū illatā ab ijs iniuriā repellerēt, ſed ultro nō minorē uim hoſtibus inferre poſſent. Inter Pannonios non paucos reperies, qui bonis diſciplinis omnē operā collocant. Mitto alios huius profeſsionis cōplures, eſt inter Pannonicā nobilitatem Stephanus Verbeutius, uir, ſi humanitatem quæras, humaniſsimus. Si ingeniū expoſtules, ingenioſiſsimus. Si ſtudioſorū amatorē exquiras, is huius genus hominū amantiſsimus. Si in rebus agendis conſultorē expetas, Stephanus ſe offert cōſul-

tiſsimus

noſtri iure Cereris [a] horreum nominabant. In qua a rum parte quæ Pontica eſt, apparet herba, qua inficitur oleum [b], quod uocant Medicum. Hoc ad incendium excitatum ſi obruere aqua geſtias, ardet magis, b nec alio ſopitur, quam iactu pulueris.

De Britania, ac reliquis circum eam inſulis. De lapide Gagate, Cap. XXXV

FInis erat [c] orbis ora Gallici littoris, niſi c Britania inſula non qualibet [d] amplitudine

tiſsimus. Id fatebũtur profectò omnes, qui eius Pãnonicas inſtitutiones nuper ab eo editas introſpexerint. Prætereò eius in Deũ, ac ſanctos alios cultũ ſolertiſsimũ, pietatẽ in Deo dicatos homines, in cũctos reliquos charitatẽ, eos præſertim, quos præditos bonis moribus animaduerterit. Eius munificẽtia tãta eſt, ut nõ aliã ob cauſam diuitias expetẽdas exiſtimet, niſi ut eas ad beneficentiã, liberalitatẽq́ cõferamus. Taceo in præſentia quãtis, qualibuſq́ is me munerib. honeſtauerit. Nõ mirũ igitur, ſi ob tantas, taleſq́ uirtutes, Pannoniorũ regibus, optimiſq́ regni principibus ſemper fuerit acceptiſsimus. Sed condignas amici laudes locis oportunioribus reſeruamus. a *Cereris horreum.*) Macrobius quinto Saturnalium docet multorum authoritate Myſiam eſſe frugum feraciſsimam. Gargara enim, quæ ſunt in Myſia Helleſponti prouincia, Vergilius uoluit eſſe fertilitatis exẽplar. Quoniam apud Gargara, tanta erat frugum copia, ut qui maximum cuiuſque rei numerum uellet exprimere, pro multitudine immenſa prouerbiali figura Gargara nominaret. Vergilij uerſus ſunt ex primo Georgicorum.

Hiberno lætiſsima puluere farra,
Lætus ager, nullo tantum ſe Myſia cultu
Iactat, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes

Quo loco ſcribit Ser. Myſiã eſſe prouinciam. Mœſiam uerò ciuitatem Phrygiæ non longè à Troia. Appianus etiam tradit in eo libro, qui Illyrius inſcribitur, Myſios ad Euſinum pontũ uſq́ incolere. Ptol. ca. 9 & 10 lib. 1. Myſias duas eſſe dicit, Superiorem, & Inferiorem. Lege Pli. cap. ultimo lib. tertij. Sunt qui inter Mœſiam, et Myſiam ex marmorũ inſcriptione diſcrimen faciant, quod Mœſia Europæ, Myſia uerò Aſiæ prouincia ſit. Græci autem utrãq́ Myſiam nũcupant. b *Qua inficitur oleum.*) Interpres Dionyſij.

Et Myſi Thracum Boreis in finibus orti,
In quorum terris, quas ponti perfluit unda,
Ignipotens oleo commixto gignitur herba,
Medica cui nomen, cuius compeſcere flammas
Siquis aqua cupiat, plus ignis paſcit in illa,
Pulueris hunc iactus potis eſt extinguere ſolus.

Conſimilis naturæ ſunt Maltha, & Napta, de quibus Plinius capite centeſimo ſeptimo, & centeſimo octauo ſecundi Naturalis hiſtoriæ. c *FInis erat orbis.*) Olim (ut cap. 16. lib. quarti refert Pli) omnes inſulæ, quæ iuxta eam inſulam, quã nunc Britaniam dicimus, ſitæ ſunt, Britaniæ uocabantur. Ea uerò quæ Britania dicitur, antea Albion dicebatur, à quibuſdam albis montibus, qui primũ illuc nauigantib. procul apparẽt. Eius inſulæ ueteres incolæ Britones fuerũt, à quibus Britania dicta eſt, author Beda cap. 1. libr. 1. eius operis quod hiſtoria gentis Anglorum ſcriptum eſt. Ea inſula poſtea Anglia dicta eſt, ab Angla regina, qua duce ſaxones, eam inſulã ſubegiſſe dicuntur. Ante Iulium Cæſarem conſtat Britaniam fuiſſe Romanis omnino incognitam. Is autem primus Romanorũ aggreſſus eſt Britannos ignotos antea (inquit Sueto. li. primo) ſuperatiſq́ pecunias, & obſides imperauit. Diod. Siculus lib. ſexto ſcribit Britaniã priſcis temporib. nullius aduenæ imperiũ expertã. Neq́ enĩ (inquit) Dionyſiũ, neq́ Herculẽ, neq́ Heroa, aut ducem quempiam accepimus eos bello tentaſſe. Nunc C. Cæſar, qui propter geſtas res Deus eſt appellatus, primus omnium Britannis ſubactis, certum eos dare tributũ coẽgit. Ob eam rem, ora Gallici littoris, orbis finis credita eſt. d *Qualibet amplitudine.*) Sunt codices, in quibus ſcriptum eſt, non qualibet, ſed ſenſus notior, ſi ſine negatione legatur. Hæc enim dictio exceptiua, niſi, negationẽ in ſe continet, ualet enim, ſi non. Eſt autem ordo. Ora Gallici littoris erat finis orbis, niſi Britania inſula, qualibet amplitudine mereretur nomen orbis pene alterius. Qualibet amplitudine, id eſt, omnium trium eius laterum. Britania (inquit Cæſar quinto Commentario belli Gallici) natura trinacria. Latus enim, qđ meridiem ſpectat, continet circiter Milium paſſuum, quingenta. Quod ad occidentẽ uergit, paſſuum ſeptingentorum milium. Id uerò, quod contra ſeptentrionẽ protenditur, miliũ paſſuum octingẽta in

longitudinem exiſtimatur, Ita omnis inſula eſt circuitu uicies centum milibus paſſuũ. Diodo. lib. 6.
Minimũ latus Europæ adiacens protendi (inquit) aſſerunt ſtadijs ſeptem milibus. Lateris ſecundi lõ-
gitudo à Catio uſq; ad promontoriũ, ſtadia cõplectitur quindecim milia. Tertiũ latus ſtadiorũ miliá
uiginti. Ita uniuerſæ inſulæ ambitus ſtadiorũ eſt miliũ duorum & quadraginta. Martianus lib. 6. Bri-
tãnia (inquit) longa milibus octingentis, lata trecentis. Circuitus tricies octies uigintiquinq; milia te-

a nomen penè orbis alterius [a] mereretur. Octingentis enim, & amplius milibus paſſuum longa porrigitur, ita ut eam in Calidonicum uſque angulum metiamur. In quo receſſu Vlyxẽ [b] Calidoniæ appulſũ manifeſtat ara Græcis literis inſcripta uotũ. Multis inſulis nec ignobilibus circundatur, quarũ Hibernia c ei proximat magnitudine. [b] Inhumana [e] incolarum
b

net. Liuius, & Fabius Ruſticus eam oblongæ ſcutulæ, uel bipẽni aſsimilauere. Aliorum ſententias refert Pli. ca. 16. lib. quarti. a *Orbis alterius.*) Imitatio Vergiliana prima Ecloga.

Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

Et Claudi Panegyri. *Quem populi plauſu.*

Vincendos alios quæſiuit in orbe Britannos.

Etenim plurimum diſtans, & incognitũ nobis orbẽ alterũ nominat e ſole
mus. b *Vlyſſem Calidoniæ appulſum.*) Quæ de Vlyſsis erroribus Homerus, & cæteri poſt eum, referunt
omnia ferme fabuloſa ſunt. Is tamen necubi ſcribit Vlyſſem in hanc inſulam nauigaſſe. Ad mentẽ aũt
Solini faciunt Claudiani uerſus primo in Rufinum libro.

Eſt locus extremum, pandit qua Gallia littus
Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlyſſes
Sanguine libato populum mouiſſe ſilentum.
Flebilis auditur queſtus, ſimulacra coloni
Pallida defunctaſq; uident migrare figuras.

Sunt qui exiſtiment hunc eum locũ eſſe, quẽ ſpecum di
ui Patritij, eius regionis incolæ nominant, de quo mira, & propè fabuloſa narrantur. Faciunt fortaſs s
ad hoc, quæ ſcribit Tacitus in principio eius libri quem de ſitu, moribus, & populis Germaniæ in-
ſcripſit. Scribit Euſebius cap. 8. ſexti præparationis Euangelicæ, Britannorũ olim fuiſſe cõſuetudines,
ut multi uiri unã haberent coniugem. Cæſar ſexto commẽtario belli Gallici de Britannis. Vxores (in
quit) habent deni, duodeniq; inter ſe communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cũ libe
ris. Sed ſiqui ſunt ex ijs nati, eorũ habentur liberi, à quibus primũ uirgo quæq; adducta eſt. Apud Par
thos multæ fœminæ unũ maritũ ducunt. Nunc, ex quo fidem Chriſti domini ſuſceperunt, ferales il-
los mores penitus reliquerunt. Scribit Beda ca 4. libri primi Britannos Chriſti fidem recepiſſe anno a
Chriſti incarnatione. 156. Antonio, & Cõmodo Ro. imperatoribus, Lucio Britannorũ rege id per epi-
ſtolam ab Eleuterio ſummo pontifice poſtulante. Multa de Britania Cor. Tacitus in uita ſoceri ſui Iu
lij Agricolæ. Quibus ea inſula abundet, Beda inde oriundus ca. 1. lib primi copioſè refert. Plutar. cap.
ultimo quinti de Placitis Philoſophorum libri tradit Britannos ipſos diu uiuere. c *Hibernia.*)
Hanc inſulam non uno nomine, ueteres nuncuparunt, quã rem Hermolaus Barbarus ca. 16. quarti Pli-
nianarũ caſtigationum lib. affatim refert. Nam tũ Hibernia, tũ Iuuerna, interdum Iuerna, aliquando
Iierna, à Claudiano aliubi Iberna. Hac tempeſtate, ut dictum eſt, Anglia nuncupatur. De ea Beda cap.
primo hiſtoriæ gentis Anglorũ. Eſt autẽ Hibernia (inquit) inſula omniũ poſt Britaniã maxima, ad ori
entem quidẽ Britaniæ ſita, ſed ſicut contra Aquilonẽ ea breuior, ita in meridiẽ ſe trans illius fines plu
rimũ protendẽs, uſq; contra Hiſpaniæ ſeptentrionalia, quis magno æquore interiacente peruenit. De
Hibernia copioſè Ptol. cap. 2. ſecundi. Huius, & Britaniæ figurã habes ab eodem tabula prima Euro-
pæ. d *Ei proximat magnitudine.*) Cæſar quinto Cõmentario belli Gallici. Hibernia (inquit) dimidio
minor, ut æſtimatur, quàm Britania. Mela ait Iuuernam penè parẽ ſpatio, ſed utrinq; æqualẽ tractu littorũ
oblonga. e *Inhumana incolarum ritu aſpero.*) Strabo lib. 4. Longe magis (inquit) quàm Britanni ſylueſtres il
lius ſunt incolæ. Antropophagi id eſt, hominũ carne ueſcentes. manducones q; magni. Defunctos etiã
parentes eſſe in eximia honeſtatis parte ponũt. Nec minis alienis in propatulo uxoribus immiſceri, ma
tribus etiã, atq; ſororibus. Similia ferè refert Pomponius Mela lib. tertio. Acron tertio Carminum ex
ponens illud Horatianum.

Viſam Britannos etiam hoſpitibus feros,

Ait, Britannos hoſpites immolare conſueuiſſe. Hac
tempeſtate quamuis Hiberniæ inſulæ incolæ aſpero cultu plerumq; ſint, fidem tamen Chriſtianã ſtu-
dioſiſsimè cuſtodiunt. Plures in ea inſula religioſi præcipuè literis uacãt. Annis ab his proximis excel
luit ex ea inſula oriundus Mauritius à portu, diui Franciſci ordinis profeſſus, in Dialecticis, utraq;
philoſophia, Metaphiſicis, ac ſacra Theologia plurimum eruditus. Vix inſuper dici poteſt, qua
humanitate, quá ue morum ſanctimonia præditus fuerit. Is cum annis plurimis in Patauino

ritu aſpero. Aliàs ita[a] pabuloſa, ut pecuaria niſi inter- a
dum æſtate à paſtibus arceantur, in periculum agat
ſatias. Illic anguis[b] nullus. Auis[c] rara. Gens in-
hoſpita, & bellicoſa. Sanguine interemptorum hau-
ſto prius, uictores uultus ſuos oblinunt. Fas, atque b
nefas eodem animo ducunt. Puerpera ſiquando
marem edidit, primos cibos gladio imponit mari-
ti, inque os paruuli ſummo mucrone auſpicium a-
limentorum leuiter infert, & gentilibus uotis optat, c
non aliter quàm in bello, & inter arma mortem op
petat. Qui ſtudent cultui, dentibus mari nantium
belluarum inſigniunt enſium capulos. Candicant
enim ad eburneam claritatem. Nam præcipua ui- d
ris gloria eſt in armorũ nitela. Apis[d] nuſquam. Ad-
uectum inde puluerem, ſeu lapillos ſiquis ſparſerit
inter aluearia examina, fauos deſerunt. Mare quod
Iberniam, & Britaniam interluit, undoſum, & in- e
quietum toto in anno, non niſi æſtiuis pauculis di-
ebus eſt nauigabile. Nauigant autem uimineis al-
ueis, quos circundant ambitione tergorum buba-
lorum. Quantocunque tempore curſus tenebit, na- f
uigantes eſcis abſtinent. Freti latitudinem[e] in cen-
tum. xx. milia paſſuum diffundi, qui fidem ad ue-
rum ratiocinati ſunt, æſtimarunt. Silurum[f] quoque

Gymnaſio bonas artes docuiſſet cũ ſũma omniũ gratia, ob eius ſingularẽ eruditionẽ, ac cãdidiſsimos mores, à Iulio ſecundo Pontifice Maximo in Tuamenſem Archiepiſcopũ creatus eſt. Quo cũ relicta Italia bellis in ea ſæuientibus proficiſceretur, non multũ poſt, magna ſtudioſorũ iactura, cũ nondum quinquageſimũ ætatis ſuæ attigiſſet annũ, mortẽ obijt. Erãt plurima ſuæ doctrinæ in manibus monumenta, ſed ea ob immaturã eius mortẽ edere nõ licuit. Quantũ fuerit inter eũ dum uiueret, & me neceſsitudinis uinculum, teſtãtur ſexcentæ epiſtolæ, quas plenas charitatis indicijs, uarijs temporibus ad me dedit. Eis (quanta ueræ amicitiæ uis) poſt amici obitum, relegens, ſoleo aſsiduè recreari. a *Ita pabuloſa.*) Iuuerna (inquit Mela lib. tertio) adeo luxurioſa herbis, non lætis modo, ſed etiam dulcibus, ut ſe exigua parte diei pecora impleant, & niſi pabula prohibeantur diutius paſta diſsiliant. b *Anguis nullus.*) Ibernia & latitudine ſui ſtatus, & ſalubritate, ac ſerenitate aëris, multũ Britaniæ præſtat, ita ut raro ibi nix pluſquàm triduana permaneat. Nemo propter hyemem aut fena ſecet, aut ſtabula fabricet iumentis. Nullum ibi reptile uideri ſoleat, nullus ibi ſerpens uiuere ualeat. Nam ſæpe illò de Britania allati ſerpẽtes, mox ut proximãtis terris nauigio, odore aëris illius attacti fuerint, intereũt. Quin potius omnia, quæ de eadem inſula ſunt, contra uenenũ ualent. Deniq; uidimus quibuſdam à ſerpente percuſsis, raſa folia codicum qui de Ibernia uenerant, & ipſam raſuram aquæ immiſſam, ac potui data, talibus protinus totã uim ueneni graſsãtis, totum inflati corporis abſumpſiſſe, ac ſedaſſe tumorem. Diues lactis, ac mellis inſula, nec uinearum expers, piſcium, uolucrumq;, ſed et ceruorum caprarumq; uenatu inſignis. Hæc ex Beda ca. primo libri primi. c *Auis rara.*) Naturale eſt ut in cœlo plerumq; caliginoſo, ac turbido, auis rara ſit, aut nulla, quòd ſcilicet aër huiuſmodi ad uolandum ſit ineptiſsimus, eisq; inſalubris, quæ idipſum elementum incolunt. In his autẽ locis Tacitus Cor. & ſecũ plures cœlum crebris imbribus, ac nebulis fœdum eſſe aiunt, etſi aſperitas frigorũ abſit. d *Apis nuſquam.*) In uetuſtis plerumq; codicibus ſcriptum eſt: Eadẽ terra apes non habet. Qui de apibus ſcripſerunt, tradunt eſſe beſtiolas quaſdã quæ apibus maximè aduerſentur, uti ſunt Aranei, papiliones, teredines, & huius genus plurima. Sũt præterea herbæ, ac nonnullæ arbores, quibus apes nedum fugantur, ſed & intereant quidẽ. In his ergo regionibus, in quibus abunde hæc reperiuntur, apes paucæ, uel nullæ ſunt. Sed uerius apum defectus, ad ſoli, & cœli qualitatẽ aſcribendus eſt. Quæ ſint apibus proficua, uel aduerſa, abunde docent. M. Varro cap. 16. tertij de Agricultura. Columella lib. decimo per totũ. Plin. lib xi. Vergi. 4. Georgicorum. Itẽ cæteri. Extat caput quinquageſimum octauum octaui Plinij, cuius inſcriptio. Quæ animalia quibus locis non ſint. e *Freti latitudinem in centum uiginti*) Plinius capite 16. libri quarti. Mare quod inter Iberniam, & Britaniam interluit, dicit eſſe uiginti milium paſſuum latitudine. Super eam (inquit) hæc ſita abeſt breuiſsimo tranſsitu à Silurum gente uiginti milia paſſuum. f *Silurum quoq; inſulas ab ora.*) Variè hic locus in exemplaribus reperitur. Interdum Scyllanas, aliquando Sileuſtras, ſæpe

ſæpe Syllanas. Ipſe ex Plinianis iamiã aſcriptis uerbis lego Silurum inſulas. Silurum gentis meminit etiã in Agricola Corn. Tacitus, quorũ coloratos uultus, & tortos plerumq; crines eſſe confirmat. Hæ inſulæ fortaſsis ſunt, de quibus ſic Pli. Reliquarum (inquit) nulla. cxxv. M. p amplior circuitu, proditur. Ex Geographis non bene percipitur, quæ ſint hæ inſulæ, niſi Neſiadũ inſulas intelligamus. De quibus interpres Dionyſij.

Neſiadum ſpatio nec diſtant littora longo,
In quibus uxores amnitũ Bacchica ſacra
Concelebrant, hederæ folijs, tectæque corymbis.

a inſulas ab ora, quam genus Britanna [a] nunc tenet, turbidum fretum diſtinguit. Cuius homines etiam nunc cuſtodiunt morem uetuſtum. Numum refutant, dant res, & accipiunt. Mutationis neceſſaria

b potius quàm pretijs parant. Deos percolunt. Scientiam futurorum pariter uiri, ac fœminæ oſtentãt. Thanatos [b] inſula alluitur freto Gallico, à Britaniæ continenti æſtuario tenui ſeparata, felix fru-

c mentarijs campis, & gleba uberi. Nec tantum ſibi ſoli, uerùm & alijs ſalubris locis. Nam cum ipſa nullo ſerpatur angue, aſportata inde terra quoquo gentium inuecta ſit, angues necat. Multæ aliæ circum Britaniam [c] inſulæ, è quibus Thule [d] ultima, in qua

d æſtiuo Solſtitio ſole de Cancri ſydere faciente tranſitum nox penè [e] nulla. Brumali Solſtitio

Stra. longè poſt medium li. quarti Sãnitarum mulieres nominat. Sãnitarum (inquit) mulieres Bacchi numine afflatas. Ipſas quidẽ deum iſtum propitiantes, & feſtis ritibus, & alijs ſacrorum formis exorantes &c. Hæ fortaſsis ſunt, quas Mela lib. tertio Gallicenas nuncupat. Quid ſi intelligas eas inſulas, quas Ptol. cap. 5. ſecundi, & Pli. cap. 22. quarti. Deorum inſulas nominant, nomen ſortitas forſitan ab incolarum religione. & Deorum cultu.

a *Gens Britanna nunc tenet.*) Beroaldus de bonis literis optimè meritus, hunc Solini locum ſic legẽdũ putauit. Scyllanas quoq; inſulas ab ora, quam gens Britãna Dumnoni tenent turbidus ſinus &c. Motus fortaſsis, qđ in quibuſdã exemplaribus legatur, quã gens Britannidũ nunc tenent. Rurſus, qđ Plin. cap. 16. lib. 4. in his locis Dumnã inſulã quorũdã teſtimonio eſſe dicit. Antoninus Idunæ inſulæ meminit è numero earũ inſularũ, quæ in mari Oceano, quod Gallias, & Britanias interluit.

b *Thanatos inſula.*) Tot huius inſulæ nomina reperies, quot ſunt ferè Soliniana exemplaria. Interdũ ẽm ſcriptũ eſt, Attamis, nonnunq̃ Adcamuſia, Attanatis, uel Athanatis aliquando. Nullas tamẽ in ijs æquoribus, huius nominis inſulam, apud Geographos inuenio, niſi ea ſit, quam Antoninus Etam uocat. Vel ea, quã Ptol. ca. 10. ſecundi Agatham nominat, in Gallico freto, Narbonenſi obiacentẽ Eam Stephanus ἀγαθὴν τύχην. id eſt, bonam fortunam, ab effectu forſitan ſumptũ nomẽ, qđ bona, & felix ſit frumentarijs campis, & gleba uberi. Ab Iſidoro ca. 6. quartidecimi Thanatos dicitur. Thanatos (inquit) inſula Oceani, freto Gallico à Britania tenui æſtuario ſeparata, frumentarijs campis, & gleba uberi. Dicta autem θάνατος, à morte ſerpentium, quos dũ ipſa neſciat, aſportata inde terra, quoquo gentium uecta ſit, angues illico perimit. Hæc ille. θανατόω uerbũ inter ſignificata alia, interficio, & perimo ſignificat apud Græcos.

c *Circũ Britaniam inſulæ*) De his inſulis Solinus parum infra hoc ipſo capite. Lege Plin. ca. 16. libri quarti. Strabonem lib. 4. Ptole. ca. 2. & 3. lib. ſecundi. Melã lib. tertio. Apud Antoninum Auguſtum hæ ſunt inſulæ in mari Oceano, quod Gallias, & Britannias interluit. Orcades, Glota, Hiuerione, Etta, Iduna, Arrua, Aeſarea, Barſa, Iſiandiũ, Icdelis, Xantiſma, Indelis, Siaca, Ga.

d *E quibus Thule ultima.*) Ob Thules maximã noſtro orbe diſtantiam factum eſt, ut nemo ferè ſcriptorum ſit, qui non eius meminerit. Statius decenti epitheto nigram eam dixit quarto Syluarum.

Aut Rheni populos, aut nigræ littora Thules.

Et lib. quinto.

Tu diſce partem, quantamq; nigrantem
Fluctibus occiduis, feſſoq; Hyperione Thulen.

Sic enim legendum uidetur, nõ autem natantem. Id dictum eſt, quod ob nimiam à ſole diſtantiã, caliginoſa, & obſcura plerumq; ſit. Hinc uolunt aliqui ei nomen datum, quaſi Thole. Græcis enim θολός turbidus, & niger dicitur. De ea Pomponius Mela libro tertio. Strabo, & Plinius libro quarto. Vergilius in principio primi Georgicorum. Eam cum cæteris Orcadibus per Veſpaſianum imperatorem patrem in Romanorum poteſtatem primum redacta eſt. Sunt qui à τηλόθεν, uel τηλοῦ, id eſt, longè dictam putent. propter eius à noſtro orbe diſtantiam. Iſidorus à ſole dictam uult, quod in ea æſtiuum Solſtitium ſol ipſe faciat, & nullus ultra eam dies ſit.

e *Nox penè nulla.*) De acceſſu, defectuq; dierum, ac noctium, doctè ac eleganter ſcribit Martianus circa finem libri octaui, Ptolemæus capite ſecundo libri octaui ſcribit Thulen inſulam

maximam diem habere horarũ æquinoctialiũ uiginti, diſtareq́; ab Alexandria uerſus occaſum horis æquinoctialibus duabus. Continent aũt gradus. 63. cũ ſub paralello. 21. cõtineatur. Idẽ ſcribit Stephanus de Vrbibus. Ob eam igitur diei magnitudinem, ac noctis breuitatẽ, dictũ eſt, in ea æſtiuo ſolſtitio ſole de Cancri faciente tranſitũ, nox penè nulla. Brumali autem ſolſtitio &c. cũ reuera, propria nox, diem quemlibet ſubſequatur. Vnde à Iuuenali dictum eſt. Et modo captas Orcadas, & minima contentos nocte Britannos. Quãdo autem ſol de Cancri ſydere tranſitum faciat, docet Columella capi. 2. lib. duodecimi. a *Excipiunt Hæbudes quinque.*) Harum inſularum apud Melam, nulla mẽtio, niſi ſi uitiatus codex eſt Hermo. ait. Plin. ca. 16. libri quarti triginta aſſerit eſſe Hæbudes. Cum Solino in numero concordant Martianus Græcus author, & Ptol. ca. ſecundo ſecũdi Geographiæ libri. Quo loco harum inſularum refert nomina. b *Rex unus eſt uniuerſis.*) Hac tempeſtate hæ omnes inſulæ Scotiæ Chriſtianiſsimo regi ſubeſſe dicũtur. c *Nihil ſuum habet.*) Si his conditionibus fierent reges hodie, nimirum pauci regiam expoſcerent poteſtatem, nec tot bellis, et uitæ ſuæ periculis, regna quærerent. Regnandi, habendiq́; dira cupido efficit, ut magna regna, magniq́; principatus, peſsimis, ac uiliſsimis hominibus ſæpe cõtingant. d *Numero tres.*) In Orcadũ inſularum numero diſcrepant authores. Pom. Mela triginta eas eſſe dicit. Plinius, & Martianus quadraginta. Ex uerbis Iſidori cap. 6. quartidecimi Ethimo. ſuſpicor eum legiſſe in Soliniano codice. 33. uerba eius authoris non omnino ſpernendi aſſcripſimus. Orcades inſulæ Oceani, ultra Britaniam poſitæ, numero 33. quarum uiginti deſertæ ſunt (inquit). 13 coluntur. Et hæ quoque Scotorũ regi hodie parere dicuntur. e *Conferunt.*) Sic enim legendum putamus, id eſt, comportant, parant, diſponunt. Plautus in Curculione. Ita tuum conferto amare ſemper ſi ſapis, ne id qđ ames populus ſi ſciat, tibi ſit ꝓbro. f *Vtuntur fœminis uulgò.*) Scribit Euſeb. cap. 8. ſexti præparationis morem eſſe Britannorũ, ut multi uiri unã uxorẽ habeãt. Is mos eſt etiã Garamãtibus, & multis alijs, ut Ariſto 1. Politi. ſcribit. Pli. ca. 8. quinti, itẽ cæteri, g *Fontes calidi.*) Beda lib. 1. in principio de Britaniæ fertilitate. Optima (inquit) frugibus, atq́; arboribus inſula, & alẽdis apta pecoribus, ac iumẽtis. Et infra. Habet fõtes ſalinarũ, habet & fõtes calidos, & ex eis fluuios balnearũ calidarũ omi ętati, et ſexui ꝑ diſtincta loca, iuxta ſuũ cuiq́; modũ accõmodos. Aq̃ em̃ (ut Diuus Baſilius inqt) feruidã qualitatẽ recipit, cũ ꝑ certa q̃dã metalla trãſcurrit, & fit nõ ſolũ calida, ſed feruẽs. Et ſubdit. Quę inſula etiã uenis metallorũ, ęris, ferri, plũbi, & argẽti fęcũda. Gignit & lapidẽ Gagatẽ plurimũ optimũq́; Eſt aũt nigro gẽmeus, et ardẽs, Igni admotus incẽſus ſerpẽtes fugat. Attritu calefactus adplicita detinet ęq

dies adeo conductus, ut ortus iunctus ſint & occaſus. Vltra Thulen pigrum eſſe, & concretum mare. Inde à Chalidoniæ promontorio Tulen petentibus bidui nauigatio eſt. Excipiunt Hæbudes [a] inſulæ quinque numero, quarum incolæ neſciunt fruges. Piſcibus tantum, & lacte uiuunt. Rex unus eſt [b] uniuerſis. Nam quotquot ſunt omnes, anguſta interluuię diuiduntur. Rex nihil ſuum [c] habet, omnia uniuerſorum. Ad æquitatem certis legibus ſtringitur. Ac ne auaritia diuertat à uero, diſcit paupertate iuſticiam, ut pote cui nihil ſit rei familiaris. Verũ alitur è publico. Nulla illi fœmina datur propria, ſed per uiciſsitudines, in quancunque commotus fuerit, uſurariam ſumit. Vnde ei nec uotum, nec ſpes conceditur liberorum. Secundam à continenti ſtationem euntibus Orcades præbent. Sed Orcades ab Hæbudibus porrò abſunt ſeptem dierum, totidemque noctium curſu. Numero [d] tres, uacant homine. Nõ habent ſyluas, tantum iunceis herbis inhorreſcunt. Cętera earum nudæ arenæ, & rupes tenent. Ab Orcadibus Thulem uſque. v. dierũ, & v. noctium nauigatio eſt. Sed Thule larga eſt, & diutina pomona copioſa. Qui illic habitant, principio ueris inter pecudes pabulis uiuunt, deinde lacte, in hyemem conferunt [e] arborum fructus. Vtuntur fœminis [f] uulgo, certum matrimonium nulli. circuitus Britaniæ quadragies octies ſeptuagintaquinque milia paſſuum ſunt. In quo ſpatio magna, & multa flumina, fontes [g] calidi opiparo exculti apparatu ad uſus mortalium.

ut

a Quibus fontibus præſul eſt mineruæ numen, in cuius æde perpetui ignes nunquàm caneſcunt in fauillas ſed ubi cinis tabuit, uertitur in globos ſaxeos. Prę
b terea, ut taceã metallorum largam, uariãq; copiã, quibus Britanię ſolum undiq; generum pollet uenis locupletibus, Gagates hic [a] plurimus, optimuſq; eſt lapis. Si decorẽ requiras, nigro gẽmeus. Si qualitatem nullius ferè põderis. Si naturã, aqua ardet, oleo reſtin
c guitur. Si poteſtatẽ, attritu calfactus applicita detinet, æquè ut Succinum. Regionẽ partim tenent [b] Barbari quibus per artifices plagarũ figuras iam inde à pueris uarię animaliũ effigies incorporãtur, inſcriptiſq; uiſ
d ceribus hominis incremento pigmenti notæ creſcũt. Nec quicquam magis patientiæ loco nationes fere ducunt, quàm ut per memores cicatrices plurimũ fuci [c] artus bibant.

e De Hiſpania, et circum eam inſulis. De Oceano, Mediterraneoq; mari, deq; uarijs eorum nominibus, & quid de maris incremento, decremẽtoq; philoſophi tradiderunt. Cap. XXXVI.

f REuerſum [d] ad continentem res Hiſpanienſes uocant. Terrarum comparanda optimis, nulli poſthabenda frugũ copia, ſiue ſoli

ut ſuccinũ. Corn. Tacitus in uita Agricolæ, Fert (inquit) Britania aurũ, & argentũ, & alia metalla prætiũ uictoriæ. Gignit & Oceanus margarita, ſed ſubfuſca, ac liuentia. a *Gagates hic plurimus, optimuſq;*) Pli. cap. 19. triceſimiſexti naturalis hiſtoriæ. Gagates lapis (inquit) nomen loci, & amnis Gagis Lyciæ. Aiunt & in Leucola expelli mari, atq; infra duodecim ſtadia colligi. Niger eſt planus, pumicoſus, non multum à ligno differens, leuis, fragilis, odore ſi teratur grauis. Fictilia ex eo inſcripta non delentur. Cum utitur odorem ſulphureum reddit; mirumq; accenditur aqua, oleo reſtinguitur, fugat ſerpentes, recreatq; uuluæ ſtrangulationes. Deprehendit Sonticum morbum, & uirginitatem ſuffitus. Item ex uino decoctus dentibus medetur. Strumiſque ceræ permixtus. Hoc dicuntur uti Magi in ea, quam uocant Axinomantiam. Id periri negãt ſi euenturum ſit, quod aliquis optet. Similia ſcribit Dioſcorid. lib. 5. hoc eſt, cap. 982. Quo loco plura refert Hermolaus. Albertus ſecundo Mineraliũ non niſi Marbodæũ ſequitur. Multa de hoc lapide Auicenna tracta. 2, ſe ſecũdi Canonis ca. 324. Multorũ ſententias refert author Pandectæ in dictione lapis Gagates. Solinus cap. 65. Hebenũ huic lapidi maximè aſsimilari dicit. b *Regionem partim tenent.*), Qui Britaniam incoluerint, docent Cæſar, Cor. Tacitus, & Beda ijs eiſdem locis, qui citati ſunt. c *Plurimum artus bibant.*) Britannorum omnium mos eſt, ut ſe ultro Glaſto inficiant, quod cæruleum efficit colorẽ, atq; hoc horridiores ſunt pugna. Aſpectu, capilloq; ſunt ꝓmiſſo, atq; omni parte corporis raſa, prẹter caput et labrũ ſuperius. Cæſar 5. cõmẽt belli Gallici. Hãc Britãnorũ conſuetudinem tangit Propertius Elegia. 19. ſecundi.

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externa tincta nitore caput.

Et Martialis lib. undecimo

Claudia cæruleis cum ſit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet.

Et idem ſecundo Diſtichorum.

Barbara de pictis &c.

Plura congeſsit Cœlius ca. 11. decimi. Ant. lect. Et Herm. ca. 1. uiceſimiſecundi Pli. caſtigationũ. Claudia. Panegyri. 2. de laudibus Stiliconis. ſcribit Britãnos ſe ferro pingere.

Inde Caledonio cælata Britania monſtro
Ferro picta genas.

Hunc morem ſeruant hodie Arabes, & Indorum plurimi. d REuerſum ad continentem.) Scripturus de Hiſpania Solinus, eam in primis à rerum nobilium copia, quæ in ea proueniunt, mirè laudat. Poſt Italiam (inquit in fine operis ſui Caius Plinius) exceptis Indiæ fabuloſis, proximè quidẽ duxerim Hiſpaniã quæcunq; ambitur mari. Hinc à Statio 2. Syluarum dictum eſt.

Felix heu nimis, & beata tellus,
Quæ pronis Hyperionis meatus Summis oceani uides in undis,
Stridoremq; rotæ cadentis audis.
Quæ tritonide fertilis Athenas Unctis Bætica prouocas Trapetis.

Clau. in eius laudem ſic cecinit.

Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris Vox humana ualet? primo lauat æquore ſolem India, tu feſſos exacta luce iugales Proluis, inque tuo reſpirant ſydera fluctu. Diues equis fru-

gũm facilis, precioſa metallis, Principibus fœcunda pijs &c. Hiſpania plurima nomina ſortita eſt. Di-
cta Iberia ab Ibero nobili eius flumine. ut Pli. in tertio, Iuſtinus in ultimo, Martianus in ſexto, Stepha-
nus de Vrbibus, item cæteri. Heſperia ab Heſpero Atlantis fratre. quod lib. 4. aſſerit Diod. Vel (ut alij
malunt) ab Heſpero ſtella occidentali, quod occaſui ſit ipſa ſubiecta. Hiſpaniã dictã uolunt ab Hiſpa-
lo rege, authores Beroſus, & Trogus. Alij malunt ab Hiſpali eius urbe, quã Sibiliã noſtrates uocant.

ubere, ſiue uinearum prouentus reſpicere, ſiue arbo- a
rarios uelis. Omni materia affluit, quæcunque
aut pretio ambitioſa eſt, aut uſu neceſſaria. Argen
tum, uel aurum ſi requiras, habet. Ferrarijs nũquam
deficit. Non cedit uitibus. Vincit olea. Diui- b
dua eſt [a] prouincijs tribus. Secundo Punico bello
[b] noſtra facta. Nihil in ea otioſum, nihil ſterile. Quic
quid cuiuſcunque modi negat meſſem, uiget pabu-
lis. Etiam quæ arida [c] ſunt, ac ſterilia, rudentum c
materiam nauticis ſubminiſtrant. Non coquunt
ibi [d] ſales, ſed effodiunt. Depurgant in [e] minium

Hæc (ut Trogus ait) inter Africam, & Galliam poſita, Oceani freto, et Pyreneis mõtibus clauditur. Sicut minor utraq; terra, ita utraq; fertilior. Nam neq; ut Africa uiolento ſole torretur, neque ut Gallia aſsiduis uentis fatigatur. Sed media inter utrãq; hinc temperato calore, inde felicibus, & tempeſtiuis imbribus in omnium frugũ genera fœcũda eſt, adeo, ut non ipſis tantũ incolis, uerum etiam Italiæ, urbiq; Romanæ cunctarũ rerũ abundãtiam ſufficiat. Hinc enim nõ frumenti tantum copia magna eſt, uerum etiam uini, mellis, oleiq;. Nec ferri ſolũ materia præcipua
eſt, ſed & equorũ pernices greges. Hæc, & Plura Iuſtinus in ultimo. Addit Pli. ca. 20. lib. 4, Hiſpania (in-
qt) omnis à Pyrenæo metallis referta, auri, argenti, ferri, plũbi nigri, albiq;. *Hic* (inqt in primo Syllius)

omne metallum,
Electri gremio pallent de ſemine uenæ,
Atque atros calybis fœtus humus horrida nutrit.
Sed ſcelerum cauſas operit deus, Aſtur auarus
Viſceribus laceræ telluris mergitur imis,
Et redit infelix effoſſo concolor auro. Qui de Hiſpania plura cupiunt, legant ex Græcis Strabo
nem in tertio. Diod. Siculũ lib. 6. Ptolemæũ ca. 4. 5. 6. lib. ſecundi. Stephanũ de Vrbibus. Philoſtratũ li.
quinto Vitæ Apollonij circa principiũ, Diony. poëtam. Ex noſtris Pliniũ capitibus primis tribus ter-
tij, & ca. tribus ultimis lib. quarti. Põp. Melã. 2. & 3. uoluminibus. Martianũ in ſexto. Sylliũ in primo.
Altera complebant &c. Et lib. 3. *Nec non totus adeſt ueſper &c.* Martialẽ, itẽ cæteros. In uniuerſam Hi-
ſpaniã. M. Varro perueniſſe Iberas, & Perſas, & Phœnicas, Celtaſq;, & Pœnos tradit, quod Pli. retulit
lib. 3. Scribunt alij Hiſpanos oriundos à Græcis cum Aetoli Diomedẽ poſt euerſam Troiã, in Hiſpa-
niã ſunt ſecuti, Syllius in primo.

Quiq; ſuper Grauios lucentes uoluit arenas. Et lib. tertio.
Et quos nunc Grauios uiolato nomine Graium
Aeneæ miſere domus, Aetolaq; Tyde. Rurſus lib. 16. idem Syllius.
Ipſum Aetola uago Diomedi condita Tyde &c. Idem ſentit Pli ca. 20. quarti. a *Diuidua
eſt prouincijs tribus.*) Ptol. cap. 4. lib. ſecundi, dicit Hiſpaniam in tres eſſe regiones diuiſas. Sunt autem cæ,
Bætica, Luſitania, Tarraconenſis. Idem & Pomponius aſſerit in ſecundo. Idipſum ſcribit Pli. li. tertio.
Poſteriores Romani Hiſpanias in ſex prouincias diuiſerunt. Sex. Rufus, Per omnes Hiſpanias (inqt)
ſex ſunt nunc prouinciæ, Tarraconenſis, Carthaginenſis, Luſitania &c. Idem ſcribit Iſidorus ca. 4. uo
luminis quarti decimi. b *Secundo Punico bello noſtra facta.*) Bello Punico ſecundo, prima per Pyrenæũ
iugũ ſigna Romana. P. & Cn. Scipiones, intulerũt, prælijſq; ingentibus Hannonẽ, & Haſdrubalẽ fra-
trem Hannibalis, ceciderunt. Raptaq; erat impetu Hiſpania, niſi fortiſsimi uiri, in ipſa ſua uictoria op
preſsi Punica fraude, cecidiſſent, terra, mariq; uictores. Igitur quaſi nouã, integramq; prouinciam ul-
tor patris, & patrui Scipio ille mox Africanus, inuaſit. Iſq; ſtatim capta Carthagine, & alijs urbibus
non cõtentus Pœnos expuliſſe, ſtipendiariã nobis prouinciam fecit. Omniũ citra, ultraq; Iberũ ſubie
cit imperio. Primus Ro. ducũ uictor ad Gades, & Oceani orã peruenit, author Florus ca. 17. li. ſecundi.
Lege. T. Liuiũ li. 8. tertiæ Decadis. Canit idẽ Syllius lib. 16. bellorũ Punicorũ. c *Etiam quæ arida ſunt.*)
Pli. ca. 4. triceſimitertij nat. hiſtoriæ. Cæterũ (inquit) mõtes Hiſpaniæ aridi, ſterileſq;, & in quibus nihil
aliud gignatur, huic bono, coguntur fertiles eſſe d *Non coquunt ibi ſales, ſed effodiunt.* In Hiſpania
citeriore Egelaſte ceditur glebis penè translucentibus, cui iam pridem palma à pleriſq; medicis inter
omnia ſalis genera perhibetur, author Plinius capite 7. triceſimi primi uoluminis naturalis hiſtoriæ.

Oromenus

a nitelas [a] pulueris. Fucant [b] uellera, ut ad ruborem
merum deputent cocci uenenum. In Luſitania pro
montorium eſt, [c] quod Artabrum alij, alij Vlyſip-
ponenſe dicunt. Hoc terras, cœlum, maria diſtin-
b guit. Terris Hiſpaniæ latus finit. Cœlum, & ma
ria hoc modo diuidit, quòd à circuitu eius incipi-
unt Oceanus Gallicus, & frons ſeptentrionalis, O-
ceano Atlantico, & occaſu terminatis, [d] Ibi oppidũ
c Vlyſippo ab Vlyſſe conditum. Ibi Tagus flumen.
Tagum ob arenas auriferas cæteris amnibus præ-
tulerunt. In proximis Vlyſipponis equæ laſciui-
unt mira fœcunditate. Nam ſpirante [e] Fauonio

Oromenus mõs eſt Indiæ, in quo ſal Lapidicinarũ modo ceditur renaſcẽs, maiusq; regum uectigal ex eo eſt, q̃ ex auro, atq; margaritis. Carrhis Arabiæ oppido, muros, domosq; maſſis ſalis faciũt aqua ferruminantes. Omnis locus, in quo reperitur ſal ſterilis eſt, nihilq; gignit. Mira de ſale reperies apud Plin. in eo cap. quod mox citauimus. e *Depurgant in minium nitelas pulueris.*) Minij certè (inquit Iuſtin. de Hiſpania loquens) nulla feracior terra. Celeberrimum ex Siſaponenſi regione in Bætica miniario metallo uectigalibus populi Rom. nullius rei diligentiore cuſtodia. De minio hæc, & plura cap 7. triceſimitertij ſcribit Plinius, quo loco inter alia docet quando, & à quo repertum fuerit. Minio inter cætera, ad libros exornandos, ueteres utebantur. Ouid. 1. primi Triſtium.

Nec titulus minio, nec cedro charta,

id quod & Plinius etiam annotauit. a *Nitelas.*) Nitelæ ſunt micæ pulueris auri inter arenas repertæ. b *Fucant cocci ueneno.* Colorant, tingunt. Verg. 2. Georgic. *Alba nec Aſſyrio fucatur lana ueneno.* c *In Luſitania promontorium eſt Artabrum.*) Inter cæteros Bacchi comites (ut Plin. ex M. Varronis ſententia refert lib. tertio.) Luſus, & Luſa fuiſſe memorantur. Hos ex ſuo nomine Luſitaniam nuncupaſſe. Idem refert & Martianus in ſexto. De Luſitaniæ ſitu, terminis, urbibus, populis, abunde Ptol. cap. 5. lib. Geographiæ ſecundi. Plura Strabo in ſecundo, & Plin. cap primo tertij, & ca. 21. & 22. lib. quarti. Vult Plin. Luſitaniam à Durio flumine incipere, excurrere deinde in aliud uaſto cornu, promontoriũ, qđ alij Artabrũ appellauere, alij Magnum, multi Vlyſipponenſe, ab oppido, terras, maria, cœlũ diſterminãs. Illo finitur Hiſpaniæ latus. Ex circuitu eius incipit frons ſeptẽtrionis. Vlyſippo oppidũ (inqt Martianus in ſexto) ab Vlyſſe conditum, ex cuius nomine promõtoriũ, quod maria, terrasq; diſtinguit. Nam ab eius ambitu inchoat mare Gallicũ, & facies ſeptẽtrionalis Oceani. Plinij Solinus, Martianus Solini ſententiã refert. Dubitant peritiores, an Vlyſſes in Hyſpaniã, & extremũ Oceanũ deuenerit. Nam Homerus cũ in fine uiceſimitertij Odyſſeæ enumerat gẽtes, quas Vlyſſes adierit, non dicit eũ remotius nauigaſſe, quàm ad eum locum.

Diues inacceſſos ubi ſolis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu. Lege Seruium ſexto Aeneid. ſuper illud,
Dicitur & tenebroſa palus Acheronte refuſo.

Domitius Sylua tertia primi Statij aperit, unde fuerit ortus error, ut illuc nauigaſſe credatur Vlyſſes. Non uideo in quo Plin. hac in rè, à Mela, & Strabone diſſideat, cum regio una, & quidẽ ex eadẽ parte, poſſit finibus alijs terminari. Stephanus ſcribit Luſitaniam Bæticæ partem eſſe. Appianus bellorũ ciuiliũ lib. primo. ſcribit Luſitanorũ opera Sertoriũ præcipuè in bello uſum fuiſſe. De Tago flumine ob arenas aureas cæteris prælato ſcribũt omnes, Statius, Iuue. Martial. Seneca in Tragœdijs, Claudianus, Syllius in primo, & 16. Itẽ cæteri Plin. ca. 4. triceſimi tertij naturalis hiſtoriæ. Aurũ (inquit) inuenitur in noſtro orbe, ut omittamus Indicũ, atq; à Formicis aut Gryphibus apud Scythas erutũ. Apud nos trib. modis, fluminũ ramentis, ut in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. Nec ullũ abſolutius aurum eſt, ut curſu ipſo, tritũq; perpolitũ. Alio modo Puteorũ ſcrobib. effoditur, aut in ruina montiũ. Quo loco nil præterit, quod ad auri pertineat rationem. d *Terminatis.*) Videtur legendũ terminati, nõ terminatis, ut ordo, & ſenſus ſit, Oceanus Gallicus, & frons ſeptentrionalis terminati Oceano Atlãtico, & Occaſu. Pliniana lectione id ipſum multò clarius cõtinetur. De Luſitaniæ ẽm terminis ſic inqt capitibus 21. & 22. lib. 4. Excurrit deinde in aliud uaſto cornu, ꝓmontoriũ, qđ alij Artabrũ appellauere, alij Magnum, Multi Vlyſipponẽſe ab oppido, terras, maria, cœlũ diſterminans. Illo finitur Hiſpaniæ latus. Et à circuitu eius incipit frõs ſeptẽtrionis. Hinc Oceanus, qui & Gallicus occaſus, illinc Oceanus Atlãticus. Promontorij excurſus xl. M. prodidere. Alij xc. M. paſſ. ad Pyrenæum. Inde non pauci duodequinquaginta millia, & ibi gentẽ Artabrũ, quæ nunq; fuit manifeſto errore &c. Quid ſi terminãtib. legendũ fuerit. Hũc etiã ſenſum Martianus exprimit. Poſt ẽm eius iamiã adſcripta uerba ſic inqt. Atlãticus uerò, & occiduus terminat Oceanus. Sũt qui hoc totũ, Oceano Atlãtico, & occaſu, addititiũ exiſtimẽt, qđ eam particulã prætericrint Plinius, & Capella. e *Nam ſpirante Fauonio uento.*) Qui aſſerũt equas in

Hiſpania uento concipere M.Varronẽ habent authorẽ, Hic enim cap.1. ſecundi de re ruſtica. In fœtura res incredibilis (inquit) eſt in Hiſpania, ſed eſt uera, quod in Luſitania ad Oceanum in ea regione ubi eſt oppidũ Olyſippo. monte Targo, quædam è uento certo tempore concipiunt equæ, ut hic Gallinæ quoq; ſolẽt, quorũ oua Hippenemia appellãt. Sed ex his equis qui nati pulli, nõ plus triennium uiuunt. Eadem ſcribunt Columella cap.25. lib.7. & Plin. cap.42. lib. octaui. Syllius libro tertio.

uento concipiunt, & ſitientes uiros aurarum ſpiri- a
tu maritantur. Iberus amnis [a] toti Hiſpaniæ no-
men dedit. Bætis [b] prouinciæ, uterq; nobilis. Car-
thaginem apud [c] Iberos, quæ mox colonia facta
eſt, Pœni condiderunt. Tarraconem [d] Scipiones, b
ideò caput eſt prouinciæ Tarraconenſis. Luſita-
num littus pollet gemma Ceraunia [e] plurimùm.

Hic adeo cum uer placidum, flatusq; tepeſcit
Concubitus ſeruãs tacitos, grex præſtat equarum
Et uenerem occultam &c. Idem ſcribit libro 16.
Nullus erat pater Zephyri noua flamina campis &c.

Vergilius tertio Georgicorum.
Illæ ore omnes uerſæ in Zephyrum
ſtant rupibus altis &c.

Hi omnes Home.20. Iliad. ſecuti ſunt. Ex huiuſmodi equarũ partu, ſuadet Lactant. cap.12. lib. quarti ſine ullo attactu uiri uirginalem Mariæ uterum intumuiſſe repente. Quod ſi animalia quædã (inquit) uento, & aura concipere ſolere omnibus notum eſt, cur quiſq; mirum putet, cum ſpiritu dei, cui eſt facilè quicquid uelit, grauatã eſſe uirginem dicimus? Iuſtinus ex Trogi ſententia putat hoc fabuloſum omnino. In Luſitanis (inquit) iuxta fluuiũ Tagũ equas uento concipere multi authores ꝓdiderunt, quæ fabulæ ex equarum fœcunditate, & gregũ multitudine natæ ſunt, qui tanti in Gallecia, ac Luſitania, tam pernices uiſuntur, ut non immerito ipſo uento, concepti uideantur. Ariſt. cap.2. quarti de genera. anim. flatib. aquilonijs magis q̃ Auſtrinis mares gingi affirmat. a *Iberus amnis toti Hiſpaniæ nomen dedit.*) Iberus amnis nauigabili commertio diues, ortus in Cantabris haud procul oppido Iuliobrica. cccccl. M. paſſ. fluẽs, nauium per cclx. M. à Varia oppido capax, quẽ propter uniuerſam Hiſpaniã Græci appellauere Iberiam. Ex Plinio cap.3. tertij. Cõcordant omnes Hiſpaniam Iberiam dictam eſſe, ab Ibero eius regionis fluuio. Lucanus quarto.

Cinga rapax, uetitus fluctus, & littora curſu.
Oceani pepuliſſe ſuo, nam gurgite mixto
Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus.

b *Bætis prouinciæ.*) Verba ſunt Plinij cap. primo lib. tertij. Bætica à flumine eam mediam ſecante cognominata, cunctas prouinciarum diuiti cultu, & quod in fertili, ac peculiari nitore præcedit. Et infra. Bætis in Tarraconenſi prouincia, non ut aliqui dixere, Menteſa oppido, ſed Tegenſi exoriens ſaltu &c. Philoſtratus circa principiũ lib.5. Nauigarũt (inquit) fluuiũ Bætim, qui maximè Oceani naturã erga fluxum, refluxumq;, declarat. Excreſcente enĩ pelago uerſus fontes, ex quibus oritur fluuius fertur ſpiritu quodã ipſum à mari depellẽte. Regionẽ uerò ab eo flumine Bæticam cognominatã, optimã, uberrimãq; eſſe tradunt. Ciuitatibusq;, & paſcuis abundantẽ. Deriuatur aũt fluuius per omnes urbes, agri uerò egregiè culti affatim omnia ferũt. Cœli temperies talis eſt, qualis autumni tempore in Attica eſſe ſolet. Ex uerbis Philoſtrati apparet, cur Papinius dixerit Sylua ſeptima lib. ſecundi. *Attollat refluos in aſtra fontes.* c *Carthaginem apud Iberos.*) Conformiter Mela in ſecundo Plin. in 3. Martianus in ſexto. Strab. lib.3. aſſerunt Carthaginem nouã conſtructam ab Haſdrubale, qui (inquit Strab.) Barcæ Hannibalis genitori ſucceſſit. Syllius autem li.3. & 15. ſcribit Carthaginem hanc fundatam à Thelamonio Teucro. Verſus Syllij, ex lib.15. ſunt.

Vrbs colitur Teucro quondam fundata uetuſto
Nomen Carthago, Tyrius tenet incola muros.
Vt Libyæ ſua, ſic terris memorabile Iberis
Hæc caput eſt, non ulla opibus certauerit auri,
Non portu, celſoue ſitu, non dotibus arui
Vberis, aut agili fabricanda ad tela uigore.
Inuade aduerſis nate hanc ductoribus urbem &c.

Hæc nõ poſſunt de uetere Carthagine ullo modo intelligi, ſed de noua, quam Scipio ſuperior ſummis uiribus expugnauit, author Liuius lib.6. & 20. ab urbe condita. Niſi quis dicat id poëtica licentia dictum à Syllio. Vel quod placet magis, Carthaginem nouam primũ fundatã à Teucro, à Pœnis tandẽ inſtauratã, & mox coloniã factam fuiſſe. d *Tarraconem.*) De Tarracone Plin. cap.3. tertij. Tarraco (inquit) Scipionum opus, ſicut Carthago Pœnorum. Meminit Auſonius in Catalogo urbiũ nobiliũ, Ab hac urbe, Tarraconenſis prouincia dicta eſt, de qua Plin. ca.20. lib. quarti. Plura Ptol. cap.6. li.2. Laudat Martialis Tarraconenſe uinũ, ſic enim ſcribit.1. Diſtichorum.

Tarraco Campano tantum ceſſura Lyeo,
Hæc genuit Thuſcis æmula uina cadis.

Hinc Syllius in tertio eam uitiferam nominat, & Latio tantum ceſſura Lyeo. e *Gemma Ceraunia.*) Sumpſit hæc Solinus ex cap.9. triceſimi ſeptimi libri naturalis hiſtoriæ C. Plinij. Eſt (inquit) inter candidas, & quæ Ceraunia uocatur, fulgorem ſyderũ rapiens. Ipſa Cryſtallina ſplendoris cærulei, in Carmania naſcens, Albã eſſe Zenothemis fatetur, ſed habere intus

ſtellam

ſtellã cõcurſantẽ Sotacus,& alia duo genera fecit Cærauniæ, nigras, rubentesq́. Per illas, quæ nigræ ſunt, & rotundæ, urbes expugnari, & claſſes, easq́ Betulos uocari. Faciũt & aliã rarã admodũ, & Parthorũ magis quæſitã, quoniã non aliubi inueniatur, q̃ in loco fulmine icto. Vnde & nomẽ habet κεραυνὸς enim Græcè, Latinè fulmen dicitur. De qua re ſic Marbodæus inquit.

Cuius apud Græcos extat de flumine nomen,
Illis quippe locis, quos conſtat fulmine tactos
Iſte lapis tantum reperiri poſſe putatur,
Vnde κεραύνιος eſt Græco ſermone uocatus.

a quam etiam Indicis præferunt. Huius Cerauniæ color eſt è Pyropo. Qualitas igni probatur. Quem ſi ſine detrimento ſui perferat, aduerſus uim fulgurum creditur opitulari. Caſſiterides [a] inſulę ſpectant
b aduerſus Celtiberiæ latus, plumbi fertiles. Et tres Fortunatæ, [b] è quibus ſolùm uocabulum ſignandum fuit. Ebuſus, [c] è Balearibus, quæ à Dianio abeſt ſeptingenta ſtadia. Serpentem non habet,
c utpote cuius terra ſerpentes fuget. [d] Colubraria, quæ Sucronem uerſus eſt, fœta eſt anguibus. Bocchoris [e] regnum Baleares [f] fuerunt, uſq́ ad euerſionem [g] frugum cuniculis animalibus quondam co-
d pioſæ. In capite Bæticæ, [h] ubi extremus eſt noti orbis terminus, inſula à continenti ſeptingentis paſſibus ſeparatur quàm Tyrij à Rubro profecti mari Erythræam, Pœni lingua ſua Gadir, id eſt ſepem

Nam quod nos fulmen Græci dixere κεραυνόν &c. Albertus ſecundo Mineralium perperam Ceraurum, uel Coranum nominat. Item in Germania reperiri. Sed eſſe poteſt ut id factum ſit non authoris, ſed ſcriptoris uitio Ceraurum, pro Ceraunium, & Germania pro Carmania ſcriptum ſit. Color eſt Pyropo ſimilis, id eſt ignei aſpectus. a *Caſſiterides inſulæ.*) Plin. cap. 22. quarti li. Ex aduerſo Celtiberiæ (inquit) complures ſunt inſulæ κασσιτερίδες dictæ à Græcis à fertilitate plumbi. Idem Strab. & Mela Pompon. uterq́ libro 3. Ptol. cap. 6. ſecundi dicit has eſſe numero decem in occiduo mari ſitas. Diod. Siculus lib. 6. Supra Luſitaniam (inquit) plurimum ſtannum effoditur, in inſulis Oceani Iberiæ ꝓximis, quæ à ſtanno Caſſiterides nominantur. Græcis enim κασσίτερος ſtannum dicitur. b *Tres fortunatæ.*) Plin. cap. 22. lib. quarti ſcribit has eſſe ſex. E regione, (inquit) Arrotrebarũ ꝓmõtorio deorũ ſex, quas aliqui Fortunatas appellauere. Ptol. ca. 6. ſecundi meminit duarũ inſularũ, quas etiã deorũ appellat. c *Ebuſus.*) De Ebuſo, & Dianio inſulis omnia ex Plinio in fine cap. 5. lib. tertij. Verſus eſt in ſylua ſexta primi Statij, quo loco de Saccharo meminit. Et quas (inquit) præcoquit Ebuſita cannas, quem locum emendat Hermolaus cap. 106. ſui Corollarij, ut non Ebuſita, ſed Hypaſita legendum ſit. d *Colubraria.*) De Colubraria quoq́ inſula omnia ex Plinio cap. 5. lib tertij. Plura Mela Pomponius in fine ſecũdi. e *Bocchoris.*) Bocchoris regis meminit Diodorus Siculus in ſecundo. Item Plutarch. in uita Demetrij, ſed quod fuerit harum inſularum rex, non memini me legiſſe apud alios. Plin. autem ſic ait. Balearis funda bellicoſas. Græci Gymnaſias dixere. Maior C. M. p. longitudine, circuitu uerò cccclxxx. M. Oppida habet ciuiũ Romanorum palmã, & pollentiã. Latinorũ ciuiũ & Tucini qđ fœderatũ Bocchorũ fuit. Capite aũt 22. quarti ſcribit Bocoros eſſe gentẽ Bœticę. Ab hoc fortaſſis rege nomen ſumptum. f *Balearis.*) De his inſulis ſcripſi pauca apud L. Florum cap. 8. lib. tertij. De euerſione autẽ frugũ in eis, à cuniculis, ſumptum eſt ex fine cap. 5. tertij Plinij. Capite aũt 29. lib. octaui. Nec minus (inquit) clara exitij documenta ſunt etiã ex contemnendis animalibus. M. Varro author eſt à cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum à talpis in Theſſalia, ab ranis ciuitatẽ in Gallia pulſam, ab locuſtis in Africa &c. g *Ad euerſionem frugum.*) Sunt exemplaria, in quibus falſo ꝓ frugũ, Phrygum ſcriptũ ſit. Eſſe frugum legendũ ex uerbis Plinij clarè monſtratur. Ebuſi terra (inquit lib. 3.) ſerpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideò infeſta omnibus niſi Ebuſitanã terrã inferẽtibus. Græci Ophiuſam dixere. Nec cuniculos Ebuſus gignit populãtes Baleariũ meſſes. h *In capite Bœticæ.*) Sumpſit hæc omnia Solinus ex cap 22. quarti Plinij. In ipſo uerò capite mox Bœticæ (inquit) ab oſtio freti paſſuũ lxxv. M. Gadis longa, & (ut Polyb. ſcripſit) xij. M. Lata. iij. M. p. abeſt à continenti. Proxima parte minus pedes D.CC. Reliqua plus ſeptẽ M. ipſius ſpatiũ xv. M. paſſ. eſt. Habet oppidũ ciuiũ Romanorum, qđ appellatur Auguſtana urbs Iulia. Gaditani ab eo latere, quo Hiſpaniã ſpectat paſſ. ferè centũ. Altera inſula eſt in longũ cc. milliũ paſſ. xl. M. lata. in qua prius oppidũ Gadiũ fuit. Vocatur ab Ephoro, & Philiſtide. Erythræa à Timæo, & Sylæo. Aphrodiſias, ab indigenis Iunonis. Maiorẽ Tymæus Cotinuſam apud eos uocatã ait, noſtri Tarteſon appellant, quam Pœni appellarũt Gadira, nã Pœni Gadira punica lingua ſeptũ ſignificãt. Erythræa dicta eſt, quoniã Tyrij ab origine eorũ orti ab Erythræo mari ferebãtur. De ea Diod. Sicul. li. 6. Phœnices quãdã, inqt,

ad diuerſa

ad diuerſa empōria nauigantes ſæpius plures in Lybia,nōnullas in Europa,quæ ad occidētē ſpectat,
coloniās condidere. Multis deinde opibus coactis,extra columnas Herculis Oceanū ingreſſi,in Cher
ſoneſo Europæ littoris colūnis propinquo,condidere urbem, quā Gadirā dixerūt.In ea inter cætera
ædificia templū Herculi,quod ad noſtrā uſq; ætatem ſumma in ueneratione, honoreq; eſt habitum.
Statis de more Phœniciorū ſacris ſumptuoſo opere cōſtruxerūt. Plures Romanorū duces clariſſimi,
magnis rebus geſtis, uota huic deo ſuſcepta perſoluerunt,Hæc Diod. Hinc à Lucano in ſeptimō Gades Tyriæ nuncupātur. Et Syllio lib. 16. A Statio Sylua. 1. tertij. Solis cubilia, quod exacto die motu, ſol illuc occidat,& lucem terminet. De hac inſula lege uerſus Rufi Auieni. *Gadir prima fretum &c.* Stephanus ſic inquit, γάδειρα πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ ὠκεανῷ στενὴ, καὶ περιμήκης ὥσπερ ταινία τῆς γῆς δειρά. Hoc eſt, Gadera

nominarunt. In hac Geryonem [a] habitaſſe plurimis monimentis probatur, tametſi quidam putent Herculem boues ex alia inſula [b] abduxiſſe,quę Luſitaniam contuetur. Sed Gaditanum fretum à Gadibus dictum. Atlanticus æſtus [c] in noſtrum mare diſcidium orbis immittit. Nam ὠκεανὸς, [d] quem Græci ſic nominant, à celeritate, ob occaſu ſolis a b

urbs,& inſula in Oceano anguſta, & oblonga exiſtens uitta quædam,& terræ ceruix.De ea ſcribūt
Herod. in 4. Dionyſ.poëta, Strabo,& Mela Pompon.lib.3. Claud. Ptolem.cap.4. ſecund. Plura Phi-
loſtratus in principio quinti uitæ Apollonij. a *Geryonem habitaſſe.*) Fabulantur poëtæ ex ſanguine
Meduſæ à Perſeo peremptæ, fuiſſe genitos Chryſaora,& Pegaſum. Chryſaora autem dictum ἀπὸ τοῦ
χρυσοῦ καὶ ἄορος, hoc eſt, ab auro,& enſe quem geſtarit. Ex Chryſaore autem Georyonem natum dicunt
quam rem Heſiodus ſic in Theogonia cecinit.

Horrendus Chryſaor, ſubitis & Pegaſus alis
Exiliunt, equus Oceani ſub fontibus ortus
Dicitur, eſt quoniam fons dictus Hellanc πηγή.
Alter ab aurato manibus, quem fulminat enſe
Fit Chryſaor, ſonat enſis ἄορ, *ſonat at* χρυσὸς *aurum*
Edidit at Chryſaor ſibi Geryonæa triſaucem,
Ante ſuas illum uis Herculeia iuuencas
Perdidit, atq; animam claua deponere iuſsit.
Senſerat ereptum infelix Erythræa tyrannum,
Ditariq; ſua doluit Tirynta rapina.

Fabulam multis proſequitur Diod. Siculus in quinto. Deci-
mus (inquit) labor ab Euriſtheo Herculi iniunctus,ut Geryonis boues,qui in Iberia,loca uerſus oce
anum ſita paſcebantur,ad ſe deduceret &c. Scribit idem Diod. Siculus in ſexto,incolas earū regionū,
quibus Geryon imperauerat,aureo numo, aut argenteo non uti,quæ afferri ad inſulam prohibent,
cauſam afferentes Geryonē Chryſauri filiū,auro,atq; argento opulentiſſimū quondā,ab Hercule bel
lo expugnatū. Exiſtimant enim eo pacto cum auro,atq; argento careant,ſeſe facilè omnes uitæ inſidi-
as euaſuros. Canit Apollonius primo Argonauticon Aeſeritas fuiſſe terrigenas iniurioſos, atq; agre
ſtes homines,quibus ſingulis ſex fuiſſe manus. Huius genus monſtra fuiſſe ſæpè orta,multis hiſtorijs
comprobatur. Lege libeliū,inter cætera, Iulij obſequentis,qui de prodigijs inſcribitur. Non minus im
poſſibile factu uidetur,quod in Melpomene ſcribit Herod. de uirgine quadā Hyleæ terræ,quā ſcribit
ancipitis fuiſſe naturæ,humanæ,ac ſerpentinæ,ſupernè quidē femorū tenus fœminā, inferius aūt ui-
peram,ex qua Hercules etiā filios ꝓcreauit. An aūt hæc,& qualiter generari poſſint aperit Ariſt. deci
ma Sectione problematū,& cap. 4. quarti de generatione animaliū. Adeas Albertū. 18. de Animalibus
libro. Qui putant hoc fabuloſum eſſe,exponunt unde fabula ſumpta fuerit. Lege ad id Iuſtinum libro
ultimo,& latius apud Seruium 7. Aeneidos libro ſuper illud. *Geryone extincto, &c.* Suet. in Tyberio
ſcribit fuiſſe iuxta Patauiū, Geryonis oraculum. b *Herculem ex alia inſula abduxiſſe boues.*) Ariſtoteles (ut
Aelianus refert) ſcribit Erythræā hanc inſulā non eſſe,nec ex ea Herculē abduxiſſe boues,ſed ex Hy-
pate inſula altera,idq; notū eſſe dicit ueterū Epigrāmate in colūna quadā eius inſulæ ſculpto,locūq;
eum,ubi id factum ſit, Erythrum nominatū. c *Atlanticus æſtus in noſtrum mare.*) Sumpſit hæc omnia So-
linus ex fine capitis quinti tertij Plinij. Lege quæ cap. 25. ſupra ſunt annotata. d *Oceanus quem Græci.*)
ὠκύς Græcis uelox dicitur, ob uelocitatem ergo Oceanus dictus eſt. De Oceano ab occaſu ſolis irrum
pente,& Abila, Calpeq; columnis Herculis. Lege Pom. Melā in principio. Item lib. 1. ubi Mauritaniā
deſcribit. Plin. in Prologo tertij naturalis hiſtorię, Diodor. Siculum libro quinto. Philoſtratus in uita
Apollonij libro ſecundo, tribuit hæc omnia Herculi Aegyptio, nō Thebano. Cicero tertio de natu-
ra Deorū dicit fuiſſe ſex Hercules à ueteribus celebratos. Marcus Varro. 44. Hercules fuiſſe teſtatur.

a *Columnas*

a irrumpens læuo latere Europam radit, Africam dextro, ſciſſisq́ Calpe, & Abila montibus, quos dicunt columnas [a] Herculis, inter Mauros funditur, & Hiſpaniam. Ac freto iſti [b] cuius quindecim
b milia paſſuum efficit longitudo, latitudo uix ſeptem. Quodam oſtio aperit limen interni æquoris mixtus mediterraneis finibus, quos adusq́ orientem propellit. Horum, qui [c] Hiſpanias perfundit, Ibe-
c ricus fertur, & Balearicus. Qui Narbonenſem prouinciam, Gallicus, mox Liguſticus. Ab eo ad Siciliam Thuſcus, quem Græci Ionium, [d] uel Tyrrhenum, Itali inferum uocant, A Sicilia Cretam uſque
d Siculus. Inde Creticus, qui in Pamphiliam, & Aegyptium protenditur mare. Quæ aquarum moles torto in Septemptrionem [e] prius latere, anfractibus magnis iuxta Græcias, & Illyricum per Helle-
e ſpontum in anguſtias ſtringitur. [f] Propontidis, quæ Propontis Europam, Aſiamque diſcriminans ad Mæotidem peruenit. Cauſas nominum [g] non uniformis dedit ratio. Aſiaticum, [h] & Phœnicium à

a *Columnas Herculis.*) De ijs columnis Herculis, alibi abunde retulimus. b *Freto iſti, cuius 15. milia paſſuum.*) Sumpſit hoc Solinus ex prologo tertij Plinij Quindecim (inquit) paſſuum in longitudine, quas diximus fauces Oceani patent quinq; millium in latitudine à uico Mellaria Hiſpaniæ, ad promontorium Africæ Albũ, authore Turannio Gracula iuxta genito. T. ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minus 7. mil. paſſ. ubi uerò plurimũ x. M. Tam modico ore, tam immenſa æquorum uaſtitas proditur. Pomp. Mela lib. primo. Hoc primum anguſtum (inquit) nec amplius decem millibus paſſuum patens, terrasq́ aperit, atq; intrat. c *Horum qui Hiſpanias.*) Sumpta ſunt hæc omnia ex fine cap. quinti tertij Plinij, ad quem breuitatis cauſa lectorem remittimus. d *Quem Græci Ionium.*) Plin. cap. 5. tertij non Ionium, ſed Notium habet. Ab eo (inquit) ad Siciliam inſulam Thuſcum, quod ex Græcis alij Notium, alij Tyrrhenũ &c. De utroq; mari, quo Italia alluitur. Verg. octauo Aeneidos.

Et mare, quod ſupra teneât, quodq́ alluit infra.

e *Torto in ſeptentrione prius latere.*) Mare Aegæum intelligit. Mare enim Mediterraneum, poſt arces Patereidas, hoc eſt poſt Lyciam, ſeſe in Boreã flectitur, & Aegæum efficit pelagus. Dionyſius Afer.

Hinc uerò pontus rurſus conuerſus ad Arctos.

Hinc apud Auienum legẽdum aliàs docuimus.

Ac rurſus in Boream uada ſemet cærula curuant,

Cum antè in Zephyrũ legeretur. Priſc. tranſtulit. Poſt hæc Arctos ad partes &c. Mare ultra Siciliam qđ eſt ad Salẽtinos, Auſoniũ Polyb. appellat. Eratoſthenes aũt inter oſtiũ Oceani, & Sardiniã, quicquid eſt, Sardoum. Inde ad Siciliã Tyrrhenũ. Ab hac Cretam usq; Siculũ. Ex Plinio & hæc lib. tertio. f *In anguſtias ſtringitur.* Mela Pomp. lib. 1, de mari noſtro loquens. Qua diffunditur (inquit) alia, alijs locis cognomina acceptat. Vbi primũ ſe coarctat, Helleſpontus uocatur. Propontis ubi expandit. Vbi iterum preſsit, Thracius Boſphorus. Vbi iterum effundit, Pontus Euxinus. Qua paludi committitur, Cimmerius Boſphorus, Palus ipſa Mæotis. Si quis hos maris anfractus, uel ſenſu cupit aſpicere, is adeat Ptolemæi decimam Europæ tabulam, & primam, & ſecundam Aſiæ. g *Cauſas nominum.*) Capite primo Geneſeos à Moſe ſcriptum eſt. Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unũ. Et mox ſubiungit. Congregationes aquarũ appellauit maria. Id exponẽs Beda homo de ſacris literis optimè meritus. Cũ (inquit) multa cõſtat eſſe maria, in unũ tamẽ locũ dicit aquas cõgregatas, qa cuncta magno mari iũguntur. Siqui lacus in ſemetipſis ſtricti uidentur, occultis tamen meatibus in mare reuoluuntur. Foſſores quoq; puteorũ hoc probant, quia omnis tellus per inuiſibiles uenas, aquis repleta eſt, quibus ex mari principiũ eſt. Vna aquarũ (inquit diuus Ambroſius cap. 3. tertij Hexameron) iugis, & continua cõgregatio eſt, ſed diuerſi ſinus maris. Namq; portus maris noſtri ſinus ampliſſimus. Meritoq; in diuerſis locis, diuerſa ſunt nomina, quia uocabula aquis ex regionum uocabulis adhęſerunt. Vna autem congregatio aquarum, eò quòd iugis unda, atq; continua ab Indico mari, uſque ad Gaditani oram littoris, & inde in mare Rubrum, extrema, circunfuſo orbem terrarum includit Oceano. Interius quoque Tyrrheno Adrias, Adriæ cætera maria miſcentur, nominibus diſtincta, non fluctibus. Et infrà. Sicut enim multæ terræ, ut Africa, Hiſpania, Thracia, Macedonia, Syria, Aegyptus, Gallia, atq; Italia, pro regionum appellantur uocabulis, & una eſt terra, ita multa dicuntur ꝑ locorum appellationibus maria, & unum eſt mare &c. h *Aſiaticum, & Phœnicium.*) Ab his præſertim prouincijs

denomi-

prouincijs dictum. Ab inſulis Carpathium, Ae- a
gæum, Icareum, Balearicum, Cyprium. A gentibus
Auſonium, Dalmaticum, Liguſticum, Thuſcum.
Ab oppidis Adriaticum,[a] Argolicum, Corinthiū,
Tyrum. A caſibus hominum Myrtoum,[b] uel Hel- b
leſpontum.[c] A memoria regis Ioniū. A bouis tran-
ſitu, uel anguſtijs, etiam meatibus boum peruijs
Boſphorus.[d] A moribus accolarum Euxinus ἄξενος
[e] ante appellatus. Ab ordine[f] fluenti Propontis, Ae- c
gyptium pelagus Aſiæ[g] datur. Gallicum Europę,
Africum Libyæ. His ut quæq; proxima ſunt, ue-
nerunt in partes partium. Hæc in gremijs[h] terra- d
rum. Oras autem extimas oceanus amplectitur,
qui à littoribus[i] ſuis Arabicus, Perſicus, Indicus,
Eous, Sericus, Hyrcanus, Caſpius, Scythicus, Ger-
manicus, Gallicus, Atlanticus, Libycus, Æthio-
picus dicitur. Cuius acceſſus incrementa circa lit- e
tora[K] Indiæ uehementiſſimè proruunt, maximoſ-
que ibi exitus faciunt, ſiue quod ſuſpenſus altius
ſuſtollatur ui caloris, ſeu quod in ea parte orbis &
fontium, & fluminum copia ſit effuſior. Dubitatur

denominata ſunt maria, quæ uel maris imperio ſortitæ ſunt, uel nauigandi peritia plurimum ualuerunt. De Carpatho, & Icareo mari unde dicta ſunt. ca. 11. dictum eſt. De Aegeo ca. 15. De Balearico, Auſonio, Liguſtico, Thuſco, Plin. cap. quinto tertij naturalis hiſtoriæ. a *Adriaticum.*) De Adriatico mari cap. 16. lib. tertij ſic inquit Plinius Nobili portu oppidi Tuſcorum Atriæ, à quo Atriaticū mare antè appellatum, qd' nunc Adriaticū. Euſtathius refert quorundā ſententiā, ita ſcribentiū. Iaon (inqt) Ita lus Adriæ pater fuit, à quo ſinus Ionius, qui mox ab Adria filio dictus eſt Adriaticus. Appianus ſecundo bellorum ciuilium libro ſcribit Ionium Dyrrhachij filium ab Hercule per errorem fuiſſe peremptum, cumq; Ionij corpus tumularet in mare proieciſſe, ut cognomen illi tandem imponeret. Seruius tertio Aen. tradit Ioniū ſinum eſſe immenſum, ab Ionia uſque Siciliam, & huius partes eſſe Adriaticū, Achaicum, Epiroticū. Maria enim (inquit) uel à prouincijs, uel ab inſulis, uel à ciuitatibus nomen accipiunt. Sunt qui dictum Ionium tradant ab Ius erroribus. Alij ab Ionibus populis, quod in eo naufragio perierint. b *Myrthoum.*) Hoc mare, intra Ionium, & Aegæum interiacet, à Myrthilo Mercurij filio nomē habens. Oenomaus enim Pyſæ tyrannus hac lege Hippodamię filiæ nuptias ſtatuit, ut eam petens ſi ab ea curuli certamine uictus foret, interficeretur, uictor eam uxorem duceret. Pelops Myrthilum puellæ aurigam promiſſis corrupit, ob quam rem curſu Hippodamiam ſuperans uxorem ex pacto duxit. Myrthilū ne ei pactā mercedē ſolueret, in mare præcipitē dedit. Ex eius ergo morte, Myrthoum mare dictū poſtea. Authores Acrō primo Carminū Horatij. Placidus 4. Thebaid. Dio. Siculus in fine quinti. Alij à Venere dictum uolunt, cui ſit Myrthus conſecrata. Pauſanias exiſtimat ab Myrthus inſignis mulieris nomine, nomenclaturam inditā. c *Helleſpontum.*) Helleſpontum dictum eſſe ab Helle Attamātis filia ibi ſummerſa, nemo eſt, qui ambigat. d *Boſphorus.*) Mare tam arctum, ut bubus etiam tranſnari poſſit, unde & nomen inditum apud Græcos. Flaccus Valerius quarto Argonauticon dictum ſcribit à boue, in quam Io à Ioue conuerſa fuerat.

Boſphoron hic ueteres errantis nomine diuæ
Vulgauere.

Sunt autem Boſphori tres authore Euſtathio Dionyſij interprete, Thracius, qui olim Myſius dictus eſt, quod iuxta eum Myſij quondā habitauerint. Cimmerius à Cimmerijs populis nomen habens. Tertius Indicus. e *Euxinus.*) ἄξενος.) Euxinus apud Græcos bonū hoſpitiū, ſiue bonum amicum ſignificat, ab εὖ bonū, & ξένος hoſpitiū, qd' per contrariū intelligimus ob ſæuitiā ſcilicet incolarum. Antea enim ἄξενος, id eſt, inhoſpitalis ab effectu dicebatur. Hinc ab Ouid. 3. Triſtium dictum eſt.

Euxinus falſo nomine dictus habet.

Et 4. quarti eiuſdē operis.

Dictus ab Antiquis Axinus ille fuit.

f *Ab ordine fluenti, Propontidis.*) Propontis ex eo dicta, quod pro, id eſt ante Pontum ſita ſit. g *Aſiæ datur.*) Est Aegypti pars, quæ ultra Nilum, Orientem uerſus eſt, ad Aſiam pertinere dicitur. h *In gremijs terrarum.*) Id eſt, ad maria, quæ intra terram ſunt, pertinent. i *A littoribus ſuis.*) Sicut enim (inquit) mare mediterraneum à locis proximis, ita & Oceanus terrā ambiens, à ſuis etiam litoribus ſortitur cognomina. Impropriè aūt Caſpiū, & Hircanum mare. Oceani partes enumerat hic Solinus. Solini exemplaria fermè omnia ſic habent, Libycus, Aegyptius dicitur. Verum Aegyptium pelagus nequaquam pars Oceani rectè dicitur. K *Circa littora Indiæ.*) Scribunt tam philoſophi, quàm Aſtronomi, Lunam

maiorē uim habere in India, q̄ alibi, ſicut de ſole ipſo experientia deprehenditur. Conſtat etiā ui caloris, aquā altius tolli, ut in feruente aqua noſſe licet. De Indiæ ingēti fontiū, & fluminū copia, patet infra cap. 65. Sunt ergo maris Indici acceſſus incremētorū cauſæ tres. Lunæ ipſius uis, Solis ingēs calor. & aquarū illò fluentiū ingens copia. a *Dubitatur etiā nunc.*) Inter naturæ miracula, non paruum illud eſt, qđ maria ſtatis tēporibus, ac lunaribus horis fluunt, & refluunt. Eius effectus diuerſi diuerſas cauſas attulerunt. Quidā uentis idipſum totum tribuūt, qui quoties uiolenter efflauerint, undas maris concitant, & uertunt. Vndæ enim maris cum in tumorem redactæ fuerint, terras proximas fluctibus irrigant. At ceſſante uentorum impetu, in locū cōſuetum mox mare reuertitur. Ariſtoteles, & Heraclitus, à ſole maris fluxus, & refluxus fieri exiſtimant, quod uidelicet, ſolis propinquitate mare æſtuās intumeſcat, fluensq; tandem proxima quæq; uerberet. Quod ſi calor ſolis inde abierit, refluere in ſeipſum mare neceſſe eſt. Timæus flumina cauſatur per Celtarum montes Atlanticum irrumpētia. Protrudēdo enim (inquit) ſuo impetu, mari æſtū ciere. Contraq; remiſſo mare retro denuo agere, & æſtū tandem refluū ſic efficere. Sunt qui in ſydera hunc redigant effectum. Opinantur enim ſydera, qđ ſint naturæ flammeæ, aquarū uaporibus ſurſum tractis omnino ali. Vi ergo ſyderum aiunt maria ſurſum tolli, quæ ſic elata in diuerſum effluunt. Seleuchus mathematicus mouens ipſe terrā, circumactui, motuiq; eius occurſare lunæ uertiginē dicit. Quo impetu colligente ſe inter hæc duo corpora, flatu, & in Atlanticum irruente, probabili ratione conturbari mare. Plato (ut Plutar. refert) in elationē quandā huius cauſam confert. Aquas enim cuiuſdā ſpecus hiatu ſuſtolli, & latè effluere, ſubindeq; eodē affluere, ex quo undabunda maria iactari. Pythæc Maſſylienſis, quē plures ſequūtur, opinio uerior. Is enim ſcribit maris acceſſus, lunæ fieri incremento. E diuerſo, decremento receſſus fieri. Probus inſignis Grāmaticus ſecundi Georgicorū cōmentario, ait æſtus maris ad lunæ motum, & rationem fieri. Sed lunæ (inquit) ſunt quinq; motus. Diurnus, menſtruus, annotinus, altitudinis, depreſſionis. Hi extremi (inquit) ad mare pertinent. Macrob. 1. de ſom. Scipionis libro, tradit hos maris fluxus, & refluxus uariari ſecundū lunæ diuerſitatē, ita ut Oceanus primo naſcētis lunæ die fiat ſolito copioſior, minuitur pauliſper ſecundo, minoremq; uidet eum tertius, q̄ ſecundus, & ita decreſcendo ad diem ſeptimū peruenit. Rurſus octauus dies, manet ſeptimo par, & nonus fit ſimilis ſexto, decimus quinto, & undecimus fit quarto par, tertio quoq; duodecimus, & tertiuſdecimus fit ſimilis ſecundo, quartuſdecimus primo. Tertia uerò hebdomada eadē facit, quæ prima, quarta, quę ſecūda. Nihil eſt qđ ad huius rei notitiam pertinet, quod nō eleganter ſimul, & copioſè ſcribatur à Plin. cap. 99 ſecūdi natu. hiſtoriæ. Vide Diuū Ambroſ. cap. 7. quarti Hexameron. Herod. lib. ſeptimo ſcribit eſſe mare in Græcia, ubi totū diē æſtus atq; reciprocatio fluctuum ſiat. b *Phyſici autumant.*) Stoicorum fuit opinio mundum hūc animatum eſſe, ac ſenſu præditum. Moti aūt ſunt quibuſdā apparētibus argumētis. Sic eñ argumentantur. Fieri non poſſe, ut ſenſu careat, qđ ſenſibilia ex ſe creat. Mundus aūt generat hominē, qui eſt ſenſu præditus. Ergo & mundū ipſum ſenſibilē eſſe. Itē ſine ſenſu eſſe nō poſſe, cuius pars habeat ſenſum. Igitur qa homo ſenſibilis eſt, etiā mūdo cuius pars homo eſt ineſſe ſenſum. Si quis plura cupiat, adeat Lactan. cap. 6. ſecundi. Laërt. lib. 7. in uita Zenonis. M. Tulliū ſecūdo de natura Deorū, & lib. de Vniuerſitate. Pōp. Mela in principio tertij Geographiæ ferè eadē refert, quæ à Solino hac parte de cauſa motus maris feruntur. Neq; adhuc (inqt) ſatis cognitū eſt, anhelitu ne ſuo id mundus efficiat, retractamq; cum ſpiritu regerat undā undiq;, ſi (ut doctorib. placet) unū animal eſt. An ſint depreſſi aliqui ſpecus, quo reciproca maria ſidāt, atq; inde ſe rurſus exuberantia attollant. An luna cauſas tantis meatibus præbeat. Ad ortus certè eius, occaſuſq; uariantur. Neq; eodem aſſiduè tempore, ſed ut illa ſurgit, ac demergitur, ita decedere, atq; aduentare comperimus. Adſcripſi Strabonis uerba ex primo Geographiæ libro, huic loco maximè conuenientia. Mare (inquit) natura ipſa, refluens terrā reuerberat. Animantib. enim ſimile eſt. Sicut enim illæ ſpiritum aſſiduè admittunt, & remittunt, ſic mare ſemper in ſe, & ex ſe recurrenti quadam agitatione mouetur. Idem autem perſtanti in littore indicat fluctuatio. Pariter enim alluuntur, & undantur, & rurſus alluuntur, & iſtud aſſiduè, & fluctui ſupercurrit quoq; unda, & ſi tranquillum ſit, uim quandam maiorem habet, ut omnia aliena eijciat in terram. Magnum indi-

a etiam nunc [a] quibus ex cauſis intumeſcat Oceanus, uel quatenus cum ſuperfluus ſibi fuerit, rurſus in ſe reſidat. Nec in obſcuro eſt, plura pro ingenijs differentium, potius quàm pro ueritatis fide

b expreſſa. Sed omiſſa ancipiti concurrentium quæſtione, has opiniones probatiſſimas inueniamus. Phyſici [b] autumant mundum animal eſſe, eumq; ex uarijs elementorum corporibus conglobatum, moueri ſpiritu, regi mente. Quæ utraque diffuſa per

membra omnia, æternæ molis uigorem exerceant. a
Sicut ergo in corporibus noſtris commertia ſunt ſpiritalia, ita in profundis Oceani nares quaſdam mundi conſtitutas, per quas emiſſi anhelitus, uel reducti, modo efflent maria, quomodo reuocent. At b
hi qui ſyderũ [a] ſequuntur diſciplinam, contendunt meatus iſtos commoueri lunæ curſibus, adeò ut ſic uiciſſitudines inter maciem aquarum, & plenitudinem reſpiciant ad auctus eius, uel [b] defectiones. c
Neque eodem ſemper tẽpore, ſed prout illa aut mergatur, aut ſurgat, uariant ſe alternantes recurſus.

De Libya, hortis Heſperidum, ac Atlante monte. Cap. XXXVII. d

DE Hiſpania [c] excurſus [d] in Lybiam. Nam c
Belone progreſſus, quod Bæthicæ oppidum eſt, ultra interiacens [e] fretum trium & triginta millium paſſuum Tingi ex-

cium eſtè mari alga permulta in littus proiecta. Hoc magis ſpirante uento contingit &c. Hunc Strabonis locum tranſtulit in ſuũ Cælius cap. 17. quartidecimi Anti. lectionũ. a *At ij qui ſyderum ſequuntur diſciplinam.*) Aſtrologorũ conſtans ſententia eſt, lunã humidis prædominari, quẽadmodũ ſolẽ calidis. Vnde conſequens eſt, ut ſuper regionẽ quãcunq; eleuata luna fuerit, in ea maris aqua directè ſurſum tollatur, uelut naturalẽ eius ſequẽs cauſam. Quod ſi ita eſt, apparet aquã maris in eo loco altiorẽ eſſe, qui directè opponitur lunæ centro. Fit autem hæc aquarum eleuatio, ut eſt author Albumaſar, quadam lunæ naturali uirtute, qua luna maris aquas ad ſe trahit, uti ui ſua magnes ferrum ſolet. Aliorum communior eſt opinio, id accidere aſſerentium angulorum diuerſitate, quos lunæ radij ſuper aquas faciunt, dum uel luna oritur, uel in cœli medio exiſtens fuerit. Hanc lunarem uim ſuper maris aquas latè Scotus exequitur quæſtione tertia, diſtinctionis quartædecimæ ſecundi ſententiarum libri. Ariſtot. uerba ſunt ex ſexto capite eius libri, quem de Elementorum proprietate inſcripſit. Cũ æquat (inquit) luna cœli mediũ, ad ſuam formam reuertitur maris aqua, deinde cũ occidere cœpit, etiam incipit extendi aqua donec in cardine inferiori luna fuerit, tuncq; diminui aqua incipit, quẽadmodũ cum luna oriri uult, aqua augeri mox incipit. Ad hunc quoq; locum faciunt quæ ſcribit Diuus Ambroſius cap. 7. quarti Hexameron. Non aliena ſunt prætereа, quæ capite ultimo Noctium Atticarum ſcribit Gell. Verſus ad idem ſunt Syllij libro tertio. *Mira de hinc cernit, &c.* Et Lucanus primo Pharſaliæ. *Ventus ab extremo pelagus ſic axe uolutet,*

Deſtituatq; furens, an ſydere mota ſecundo
Tethyos unda uagæ lunaribus æſtuet horis.
Flammiger an Titan ut alentes hauriat undas
Erigat Oceanum, fluctusq; ad ſydera tollat,

Lucretius lib. quarto. *Nam modicè fluere &c.* Nec prætereundum, quod Diodorus Siculus refert libro quinto, Eſſe uidelicet in Oceano loca, ubi nulla ſit tempeſtas, aut fluctuum maris inundatio. Sed loca conſignaſſe ſatis ſit. b *Defectiones.*) Sunt uetuſta exemplaria, & quidem plurima, in quibus ſcriptum ſit, eliquia, id eſt defectus, & effluxiones, à uerbo eliquo, quod diſſoluo, defluoq; ſignificat. c

D*E Hiſpania excurſus in Libyam.*) Hucuſq; Solinus, Plinianum ordinem imitatus, egit de Europa, & ijs, quæ in ea digna relatu uiſa ſunt, nunc eiuſdem Plinij ſequens ſeriem ad Libyam deſcribendam ſtilũ uertit. Vt enim Hiſpania prima Europę pars eſt, ita Mauritania Africæ. Veteres Geographi littoralem Aphricã, ſiue Libyam in quatuor prouincias diuiſerunt. Mauritaniam, Numidiã, Africam minorẽ, & Cyrenaicã. Sed à poſteris (ut Sex. Rufus refert) per omnẽ Africã, ſex prouinciæ factæ ſunt. Alij plures in ea prouincias eſſe dicunt. Libyã minorẽ, Cyrenenſem, Pẽtapolim, Tripolim, Bizantium, Carthaginem, Numidiã, Mauritaniam Citifenſem, Mauritaniam Cæſarienſem, Mauritaniam Tingitanam, & circa ſolis ardorem Aethiopiam, Lege Ptolemeum in principio quarti. & Solinum ipſum capite quadrageſimo. d *Excurſus.*) Id eſt ex Hiſpania Europæ fine in Lybiam tranſitus eſt. e *Interiacens fretum trium & triginta milium paſſuum.*) Hunc Solini locum quidam deprauatũ putant, reponuntq; pro trium & triginta miliũ paſſuũ, triginta miliũ paſſuum, quod apud Pliniũ cap. primo quinti ſic legatur. Tingi abeſſe à Belone oppido Bæticæ proximo traiectu xxx. M. paſſ. Quid ſi numerus apud Plin. non apud Solinum deprauatus ſit. Nam eandem cum Solino horũ locorum

diſtantiam

a cipit Mauritaniæ [a] nunc colonia, & cuius primus author fuit Antæus, Porrò quia in illo ambitu Aegyptium [b] finitur pelagus, & Libycum incipit, placuit ut Africam, Libyam diceremus. Quidam b tamen Libyam à Libya Epaphi [c] filia, Africam autem ab Afro [d] Libys Herculis [e] filio potius dictam receperunt. Lix quoq; [f] colonia in eodem tractu conſtituta eſt, ubi Antæi [g] regia, qui implicandis, c explicandisq́ue nexibus humi melius ſciens uel ut genitus matre terra, ibidem ab Hercule uictus, & extinctus eſt. Nam de hortis Heſperidum, [h] & peruigili dracone, ne famę licentia uulne-

diſtantiā tradit etiā Martianus in uicinis terris natus, & in menſuris locorū reddēdis plurimū ſtudioſus author. Sunt aūt eius uerba ex li.6.hęc. Belonenſis (inquit) Bethicæ ciuitas trigintatribus milibus à Tingi oppido diſparatur, quæ colonia eſt Mauritaniæ Cæſariēſis, huius author oppidi Antæus dicitur. Antoninus quoq; Auguſtus in Itinerario hāc diſtātiā ccxx. ſtadiorum eſſe ait. Eam urbē, quam Barbari Tinga uocant. Strabo lib. ultimo, ab Artemidoro Lingam, ab Eratoſthene Lixum appellari tradit, contra Gades Octingentorum ſtadiorum trāſitu diremptam. a *Tingi Mauritaniæ nunc colonia.*) Plin. cap. primo tertij. Vltra colonias Herculis nunc eſt Tingi quondam ab Antæo conditum, poſtea à Claudio Cæſare cum coloniam faceret, appellatum traducta Iulia. b *Aegyptium finitur pelagus.*) Africā (inquit Plinius libro quinto) Græci Libyam appellauere, quia mare ante eam Libyam incipiens, Aegypto finitur Africa, ſiue Libya à finibus Aegypti incipit iuxta meridiem per Aethiopiam pergens ad Atlantem uſque montem, à ſeptentrionali uerò parte mediterraneo mari coniuncta clauditur. Finitur autem Gaditano freto. c. *Libya Epaphi filia.*) Tam Græci, quàm Latini concordant de Libyæ nomenclatura. Herod. in Melpomene. Iam (inquit) Libya quidem, id eſt, Africa à pleriſq; Græcorū fertur ſortita nomē, à Libya quadā muliere indigena. Qui Iudæorum ſequuntur opinionem, dicunt ex Cham Noe filio fuiſſe natū Meſraim, cuius filius Libyus fuerit, à quo Libyam denominatā uolunt, author Ioſephus cap. 12. primi Antiq. Iudeorum. d *Ab Afro.*) De Africæ nomine ſcripſi in cōmentariolo Dionyſij ſuper illud. *Nunc tibi telluris regiones carmine pandam.* Ioſephus idem cap. 23. eiuſdem lib. authoritate Alexandri Polyhiſtoris, tradit Abrahā ex Cethuſa cōiuge genuiſſe filios ſex, quorū unus Afer dictus eſt. Hic (inquit) dum caſtra fixiſſet in Libya, & filiorū eius filij habitaſſent in ea, terrā illā ex illius nomine Africā uocauerūt. Eadem refert Euſeb. ca. ult. noni præparationis Euangelicæ. e *Herculis Libys.*) Fuit hic (ſi Beroſo credimus lib. 5.) Oſiridis Aegyptij regis filius, qui quoniam Libyos uicerit, Libycus cognominatus eſt, author Hieron. cap. 10. lib. Geneſeos. Huius ſunt, nō Thebani Herculis duodecim illi labores à poëtis mille uoluminibus decantati. f *Lix quoq; colonia conſtituta.*) Ab eodē Claudio Cæſare. Lix à Plinio, & Eratoſthene Lixos dicitur. Corrigendus Martiani codex, ubi Eliſſos pro Lix, uel Lixos paſſim legitur. g *Antæi regia.*) Ἀνταῖος Græci cōtrarius dicitur, qđ Antæus, id eſt, terrenus homo uirtutibus ſit contrarius. Mira ſunt, quæ authoritate Gabini Romani ſcriptoris ultimo uolumine refert Strabo. Scribit enim apud Lingen urbē Antæi ſepulturam eſſe, & ibidem eius tibiā repertam cubitorum ſexaginta, eamq́; à Sertorio nudatā, & terræ demandatam iterum. Antæi, & Herculis luctam multis carminibus Lucanus cecinit libro quarto.

Inde petit tumulos, exeſaſq́; undiq; rupes &c, Plura Diod. Siculus lib. quinto. Plin. ait hæc fabuloſiſſimè ab antiquis narrata. Antæi fabulā allegoricè exponit Fulgentius ſecundo Mythologiarū ad Carū libro. Antæus (inquit) in modū libidinis ponitur. Vnde & ἄντιον contrariū dicimus. Ideo & de terra natus, qđ ſola libido de carne cōcipitur. Deniq; tacta terra ualidior exurgebat. Libido em̄ quanto carni cōſenſerit, tāto ſurgit iniquior. Ea quaſi à uirtute gloriæ ueluti ab Hercule ſuperatur. Nā denegato ſibi terræ tactu moritur, altiusq́; eleuatus, materna nō potuit mutuari ſuffragia &c. Lactant. Placidus 6. Theb. Statij ſup illud. *Terrigenā ſudaſſe Libyn,* dicit id factū apud Sumentū Africæ ciuitatē. De Gigantibus qd credendū ſit, ca. 5. ſuprà abunde retulimus. h *Hortis Heſperidum.*) Atlas ex Heſperide cōiuge ſeptē filias ꝓcreaſſe dicitur. Maiā, Electrā, Taygeten, Aſteropen, Meropen, Alcyonen, & Celeno. Hæ à matris nomine, Heſperides, Atlātides uerò à patre dictæ ſunt, author Dio. Sicul. in 4. Lactant. 2. Thebaid. ſup illud. *Lucentes à fronte iubas, hic flebile germen,* dicit earū nomina fuiſſe, Eglen. Aretuſam. Heſperetuſam. Quo loco fabulā eā abūde refert. Has Heſperides ſecūdū fabulā hortū habuerunt, in quo erant mala aurea Veneri cōſecrata, q̄ Hercules miſſus ab Euriſtheo rege Argiuorum, occiſo peruigili dracone, ſuſtuliſſe dicitur. Reuera aūt nobiles fuerūt puellæ, quarū greges abegit Hercules occiſo eorū cuſtode. Vnde is mala fingitur ſuſtuliſſe, hoc eſt oues. Mala em̄, id eſt μῆλα, & poma, & oues ſignificant. Vnde μηλόνομος ouium paſtor dicitur. Etenim νέμω eſt paſco, Et νομός paſcua, uel pabulum. Hæc ex Seruio 4.

q 2 Aeneidos

Aeneidos ſuper illud. *Heſperidum templi cuſtos.* Aliter multò de Heſperidibus tradit Palephatus in eo
libro, quem περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν, id eſt, de falſis hiſtorijs inſcripſit, aſſerens Heſperũ Mileſium fuiſſe homi-
nem Cariã incolentẽ. Huic filias duas fuiſſe tradit, quæ à patre Heſperides dicebãtur. Huius erãt oues
pulcherrimæ, ac fœcundæ plurimũ, quales ſuæ tempeſtate Mileſias fuiſſe ait. Ex eo aureas dictus ait,
qđ auro nil inter mortales pulchrius habeatur. Cum itaq; eæ oues pulcherrimæ fuerint, nõ ab re au-
reæ dictæ ſunt. μῆλα autem Græ-
ce (ut dictum eſt) & poma ſimul,
& oues nuncupantur. Has oues
iuxta mare paſcentes, Herculem
auertiſſe tradunt, & nauib. cum
paſtore, cui Draco nomen erat
impoſitas, ſecũ abduxiſſe. Hoc
Heſperidum pomarium, in Ae-
thiopia Placidus fuiſſe tradit, in
quo (inquit) poma aurea naſce-
bantur. Vnde apud Martialem
quarto Epigrammaton ſumptũ
prouerbium. *Hortis Heſperidum
beatiora.* Hyperbole in re cæte-
ris ob eius fertilitatem antepo-
nenda. Hos hortos eleganti car
mine deſcribit Lucanus lib. 9.

Fuit aurea ſylua
Diuitijsq; grauis, & fuluo germine
rami,
Virgineusq; chorus nitidi cuſto-
dia luci &c.

a *Flexuoſo meatu.*) Plin. ca. 1. quin
ti naturalis hiſtoriæ. Affunditur
(inquit) huic æſtuarium è mari
flexuoſo meatu, in quo Draco-
nis cuſtodiæ inſtar fuiſſe nunc
interpretantur. Eadem fermè
tradit Martianus in ſexto.

retur, fides, & ratio hæc eſt. Flexuoſo [a] meatu æ- a
ſtuarium è mari fertur adeo ſinuoſis lateribus tor-
tuoſum, ut uiſentibus procul lapſus angueos fra-
cta uertigine mentiatur. Itaq; quod hortos appel-
lauere circundat. Vnde pomorum cuſtodem inter- b
pretantes ſtruxerunt iter ad mendacium fabulan-
di. Sed hæc inſula [b] ſinuata ſinibus aluei recurren
tis, & in quibuſdam æquoris ſpiris [c] ſita præter ar-
bores Oleaſtri [d] ſimiles, & aram ſacram Herculi ali- c
ud nihil præfert, quod propaget [e] uetuſtatis memo-
riam. Verùm ultra frutices aureos, & metalla fron
dentia, illud magis mirum, quod ſolum inferiore li
cet libra depreſſius, nunquam tamen acceſſus [f] fre- d
ti ſuperlabitur, ſed obſtaculo naturalis repaguli in
ipſis marginibus hæret unda, & intimis orarum
ſupercilijs ſponte fluctus in gyrum reſiſtunt. Ita
ſpectando [g] loci ingenio nimirum planicies manet e
ſicca, quamuis prona ſuperueniant æquora. Sa-
la oppidum imminet Sale flumini. Ab hoc per

b *Sed hæc inſula.* Plin. amplectitur intra ſe inſulam, q̃ ſolam è uicino tractu aliquando excelſiore, non
tamen æſtus maris inundant. Extat in ea & ara Herculis, nec præter oleaſtros aliud ex narrato illo au-
rifero nemore. Strab. lib. ult. id totum fabuloſum exiſtimat. Dicũt (inquit) in Emporico ſinu antrum
eſſe, qđ interius ſuſcipit uſq; ad ſeptem ſtadia. In eius aũt fronte locũ eſſe humilẽ, & planum, in quo
Herculis ara ſit, eamq; minimè oblui ab influxu, quod ego (inquit) unũ ex figmentis puto. c *Spiris.*)
Reuolutionibus, circulis, flexuoſis meatibus. Vnde fabula conficta eſt de Dracone uigili hortorũ cu-
ſtode. d *Oleaſtri ſimilis.*) Ob quandam oleaſtri cum oliua ſimilitudinem, in ſummo honore ea arbor
à ueteribus habita eſt. Eius enim frondibus Nemeæi certaminis uictores coronabantur. Vnde à Papi
nio ſexto Thebaidos dictum eſt.

Puluereumq; fera crinem deterſit oliua

Id eſt oleaſtro, inquit Placitus. Plin. cap. 4. quintidecimi Athe
næ (inquit) uictores olea coronãt, Græci uerò oleaſtro Olympiæ. Et ca. 45. ſextidecimi, Olympiæ olea
ſter, ex quo primus Hercules coronatus eſt. Oleaſter enim arbor nec cariem, nec uetuſtatem ſentire di
citur. Mela Pomp. in Hiſpaniæ ſitu tradit eſſe lucũ, quem Oleaſtrum appellant. e *Quod propaget uetu-
ſtatis memoriam.*) Protrahat, & extendat. Dicit nihil in his locis reperiri, quod memoratis à ueteribus iu-
re reſpondeat. Nec mirum quidem, cum omnia uates in maius celebrata ferant. In his ſeruandum O-
uidianum præceptum Elegiarum tertio.

Exit in immenſum fœcunda licentia uatum,
Obligat hiſtorica nec ſua uerba fide.

f *Nunquã acceſſus freti ſuperlabitur.*) Verba Plinij, & Strabo
nis aſſcripſimus parum antè. g *Ita ſpectando loci ingenio.*) Id accidere Philoſophi exiſtimant partim ſo-
li ſiccitate, partim aſtrorum quorundã naturali influxu. Strabo, ut dictum eſt, fabuloſum eſſe conten-
dit. Sunt uetuſti codices, qui ſic habeant. Et intimis orarum ſupercilijs pendent fluctus, nec tamen
defluunt. Ita ſpectando &c.) In Scythia, quod ea regio maximè diſtet à ſole. *Neq; ulla*

Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes,
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, ſeptemq; aſſurgit in ulnas.
Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

Adhunc

Ad hunc locum uidetur poſſe referri Græcũ Adagium *μῆλον ἡρακλῆς*. Pomũ Hercules. In eôs qui nihil omnino præter nomen magnifici in ſe habent. Et ut Satyrius inquit. *Præclaro nomine tantum.* Alij ad fabellam referendũ putant, quã ex Apollodoro lib. de Dijs refert Tarreas in prouerbiorũ Collectaneis, de ruſticis qui arborẽ bouis effigiẽ referentis, cum bos aufugiſſet, pro boue Herculi immolarũt. a *Per Autololum gentem.*) Autololes Africæ populi, ſola pedũ pernicitate memorandi. Syllius lib. 3.

a Autololum [a] gentem iter eſt in Atlanticas ſolitudines. Atlas mons [b] è media arenarum conſurgit uaſtitate, & eductus in uiciniã Lunaris circuli, ultra nubila [c] caput cõdit. Qua ad Oceanũ extẽditur, cui à b ſe nomẽ dedit, manat fontibus, nemorib. inhorreſcit, rupibus aſperatur, ſqualet ieiunio, [d] humo nuda, nec herbida. Qua Africam conuerſus eſt, opimus

Nec non Autololes leuibus gens ignea plãtis,
Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis,
Tanta fuga eſt, certãt pennæ, cãm pumq́; uolatu,
Cum rapuere, pedum fruſtra ueſtigia quæras.

Et Claud.

Repetũt deſerta fugaces Autololes.

Hinc non inelegans Prouerbium, Autololibus fugacior. De homine mira pedum pernicitate prædito. Vel, *cuius* (ut inquit Maro) *pedibus timor addidit alas.* De Sala Plin. cap. primo quinti. Ptol. tradit Salã eſſe, multarum prouinciarum urbem, utpote Mauritaniæ, Hiſpaniæ, Pãnonię, Aſiæ, Armeniæ. b *Atlas mõs.*) Atlanti Cœli, uel ut tradunt alij, Iapeti, & Clymenes filio, in diuiſione imperij cum fratribus, loca ad Occidentem Oceanum ſorte euenerunt, qui & populus à ſuo nomine, & maximum propè Oceanũ, montiũ appellauit Atlantẽ. Hic cum hoſpitio nõ ſuſciperet Perſeũ Iouis, & Danaes filiũ, qui à Polyclete rege miſſus fuerat ad Meduſam Gorgona occidendã, quã Minerua monſtrante ipſe Perſeus interfecit. Rediens cũ ab Atlante Libyæ finibus ob redditũ oraculũ, prohiberetur, mõſtrato Gorgonis capite, in montẽ ſui nominis uertiſſe traditur. Sed quoniã Solinus hoc loco de Atlante ſcribens Plinium imitatur, appoſui Plinij uerba ex cap. 1. quinti naturalis hiſtoriæ. Ab ea (inquit) totidem milibus paſſuũ oppidum Sala, eiuſdẽ nominis fluuio impoſitum, iam ſolitudinibus uicinum, Elephantorum gregib. infeſtũ. Multò tamẽ magis Autololũ gentẽ, per q̃ iter eſt ad montẽ Africæ uel fabuloſiſſimum Atlantẽ. E medijs nunc arenis in cœlũ attolli prodiderũt, aſperũ, ſqualentẽ, qua uergat ad littora Oceani, cui nomẽ impoſuit. Eundẽ opacũ, nemoroſum, & ſcatebris fontiũ riguũ, qua ſpectat Africam fructibus omnium generũ ſponte ita ſubnaſcentibus, ut nunq̃ ſatietas uoluptatibus deſit. Incolarum neminẽ interdiu cerni. Silere omnia haud alio q̃ ſolitudinũ horrore, ſubire tacitã religionẽ animos ꝓpius accedentiũ præterq̃ horrorẽ elati ſuper nubila, atq; in uicinia lunaris circuli. Eundẽq; noctibus micare crebris ignibus Aegypanũ, Satyrorũq; laſciuia. Impleri tibiarũ, ac fiſtulæ cantu, tympanorum, & Cymbalorũ ſonitu ſtrepere. Similia ſcribit Strabo lib. Geographiæ 17. Herod. lib. quarto. Cui (inquit) cõfinis eſt mons nomine Atlas exilis, & undiq; teres, & ut fertur, adeò celſus, ut eius cacumen nequeat cerni, quod à nubibus nunq̃ relinquatur, neq; hyeme, neq; æſtate. Colũnam cœli illum eſſe indigenę aiunt. Hactenus ille. Annotat Seru. primo, & quarto Aeneid. Atlantẽ, Latinè Telamonem dici, ſicut Nilũ Melonẽ. Atlantem montem eleganter deſcribit Maro 4. Aeneid.

Iamq́; uolans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlumq́; qui uertice fulcit &c.

Et ſexto Aeneidos.

Extra anni, ſolisq́; uias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Atlantem gigantem idcirco uertice cœlum ſuſtinere fingunt, quoniam eum Aſtrologiæ fuiſſe peritum tradunt, deq́; Sphera primum eum inter homines diſputaſſe. Qua ex re uiſus eſt orbem ſuis humeris ſuſtinere, locum præbente fabulæ ſphæræ inuentione. De eo ſic Heſiodus in Theogonia.

Maximus Heſperidum iuxta confederat Atlas
Prædia, qua Oceano iungit confinia tellus,
Infractis humeris cœlum, mirabile uiſu
Suſtinet, & nullo deflectit pondere collum.

Dicunt Herculẽ ab Atlante Aſtrologiam didiciſſe. Vnde & cœlum ab Atlante ſuſceptum ſuſtinuiſſe dicitur. Lege Seruium in fine primi Aeneidos. Claudianus. *Sic Hercule quondam.*

Suſtentante polum, melius librata pependit
Machina, nec dubijs titubauit ſignifer aſtris.
Perpetuaq́; ſenex ſubductus mole parumper
Obſtupuit proprij ſpectator ponderis Atlas.

Ob miram gigantis huius proceritatem,

naſcentibus ſponte [a] frugibus, arboribus proce- a
ris opaciſſimus, quarum odor grauis, [b] comæ cu-
preſſi ſimiles, ueſtiuntur languine Sericis uelleri-
bus nihilo uiliore. In eo latere, & herba Euphor-
bia [c] copioſa, cuius ſuccus proficit ad ocularium b
claritatem, & multiplex præſidium ſanitatis, nec
mediocriter percellit uim uenenorum. Vertex
ſemper [d] niualis. Saltus eius quadrupedes, ac ſer-
pentes, feræ, & cum his Elephanti occupauerunt. c
Silet per diem uniuerſus, nec ſine horrore ſecre-
tus eſt. Lucet nocturnis [e] ignibus, choris Aegi-
panum [f] undique perſonatur. Audiuntur & can-
tus tibiarum, & tinnitus Cymbalorum per oram d
maritimam. Alixa abeſt quinque, & ducentis mili-
bus paſſuum. Lix à Gaditano fretum centum duo-
decim milibus, habitatus antè, ut indicat loci facies,
quondam cultu exercita, in qua uſq; adhuc uitis, & e
palmæ extant ueſtigia. Apex Perſeo, & Herculi [g] per
uius, cæteris inacceſſus. Ita fidem ararum inſcri-

per deriſionē, & ſpretum, Prouerbiali figura nanũ Iuuenalis, Atlanta uocauit, à contrario. c *Vltra nubila caput condit.*) Geometræ dicunt, neq; altitudinem mõtis, neq; profunditatem maris, ultra decem ſtadia protendi, author Plutarch. in Paulo. d *Squalet ieiunio.*) Tranſlatio ſumpta ex animalibus, quæ ieiunio, & à cibis abſtinentia in maciem, & ſqualorem abeunt. Squaloris autem, & ſterilitatis terræ cauſa eſt nimia terræ ſiccitas. Ex ſaxoſis locis, cuiuſmodi ſunt montes, maximè accidit. Ex humore enim terræ tam plantæ, quàm herbæ procreātur, aluntur & uirent. a *Subnaſcentibus ſponte frugibus.*) Videtur nõ frugibus, ſed fructibus legēdum ex aſſcriptis parum antè uerbis Plinij. Idem Pomponius in fine tertij in Fortunatis inſulis eſſe dicit. Contrà (inquit) Fortunatæ inſulæ abundant ſua ſpõte genitis, & ſubinde alijs ſuper alijs innaſcentibus nihil ſollicitos alunt.

b *Odor grauis.*) De arboribus Atlantis montis lege Plinij cap. primo quinti, &c. 16. tertij decimi. c *Herba Euphorbia.*) De Euphorbia herba ſic Plinius capite primo lib. 5. Præterq; gigni ibi herbam Euphorbiam nomine ab inuentore medico ſuo appellatam, cuius lacteum ſuccum miris laudibus Iuba Ptolemæi pater celebrat in claritate uiſus, contraq; e ſerpentes, & uenena omnia, priuatim dicato uolumine. Plura de hac herba, idem Plinius cap 7. uicisimiquinti naturalis hiſtoriæ. Dioſcorides ca. 81. Euphorbium arborum generi tribuit, non herbæ. Dicit præterea prouenire in Africa, monte Tmolo Mauritaniæ. Sed locum ſatis fuerit conſignaſſe. Auicenna tractatu 2. ſecundi Canonis cap. 156. Iſidorus cap. 9. decimiſeptimi Ethym. dicit dictum Euphorbium, quod eius ſuccus oculorũ acuat uiſum. Cuius uis (inquit) tanta eſt, ut duris carnibus ſuperadiectum citius coqui cõpellat. Græci codices Eupholbion pro Euphorbio ferè ſcribunt. *Vertex ſemper niualis.*) Hinc à Vergilio dictum eſt.

Piniferum caput & uento pulſatur, & imbri,
Nix humeros infuſa tegit tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Scribit Plin. cap. 2. decimiſeptimi naturalis hiſtoriæ Niuem eſſe aquarum cœleſtium ſpumam. Capite autem 62. lib. ſecundi ait niuē gigni imbre mollius congelato. Poſſidonius in octauo de ratione naturæ ait niuem eſſe humorem ex concreta excuſſum nube. Ariſtot. primo Meteororũ ait niuē, & pruinā idem eſſe, licet differant ſecundũ magis, & minus. Aitq; niuem eſſe cum congelatur nubes, cum aũt uapor, pruinā fieri. Plin. ait cap. 106. ſecũdi in alto maris niues non cadere. e *Lucet nocturnis ignibus.*) Niſi alia mira in Atlante mõte fieri cõſpiceremus, poſſet exiſtimari non alia ratione idipſum contingere, quàm quod locis plurimis modo conſimili eueni re hiſtoriæ prodidere. Ardet in Sicilia mons Aetna, in Phaſelide Chimæra, Hepheſti mõtes in Licya. In Bactris Caphanti montis uertex. Campus Babyloniæ quadam ueluti piſcina iugeri magnitudine interdiu flagrat. Item ſexcenta miro modo ardentia loca alia à peritioribus referuntur. f *Choris Aegypanum.*) Tantùm à ueritate ſtultā gentilitatē aberraſſe conſtat, ut nedũ homines quoſdam, & bruta plurima in deorum numerũ tranſtulit, uerũ & monſtra, ac naturæ portenta multa pro dijs habuerit, templa conſtruxerit, annua ſacrificia perſoluerit. E quorum numero Aegypanes ſunt, de quibus infra cap. 44. dicendum reſtat. g *Perſeo & Herculi.*) Eadem ſcribit Plin. cap. primo lib. quinti. Perſeũ autem fuiſſe in Atlante monte, canit Ouid. quarto transformationum libro de Perſeo ſic inquiens.

Iamq; cadente die ueritus ſe credere nocti,
Conſtitit Heſperio regis Atlantis in orbe.

Hercules præterea ab Atlante Aſtrologiā didiciſſe traditur,

ditur. Vnde & cœlum poſt Atlantem humeris ſuſtinuiſſe creditus eſt, ut parum antè expoſuimus. a *Ararum inſcriptio.*) Conſueuerunt maximi imperatores, in magnarũ à ſe geſtarũ rerũ memoriam, in his præſertim locis, ad quæ poſtremò perueniſſent ipſi, quæue uiribus ſubegiſſent, ſuis titulis inſcriptas aras erigere. Id feciſſe Liberum patrem, Herculem, Semiramidem, Magnũ Alexandrũ, Cyrum regem. Seleucum, Antiochum, Cæſarem Dictatorẽ, pluresq; alios, memoriæ prodiderunt.

a ptio[a] palam facit. Qua ſpectat occaſum inter ipſum,
& flumen Anatim per quadringenta [b] nonaginta
ſex milia paſſuũ infames ſyluæ beſtijs obſident. Am
nes circa eum non tacendi, qui licet ſeparentur inter=
b uallis amplioribus, tranſierunt tamen in quoddam
Atlantici montis miniſteriũ. Aſana [c] marino hauſtu,
Bambotum Crocodilis, & Hipopotamis refertũ. Vl
traq; adhuc amnis qui [d] atro colore exit per intimas,
c & exuſtas ſolitudines, quæ torrente perpetuo, & ſole
nimio, plus q̃ ignito nunquam ab æſtu uindicatur.
Hæc de Atlante, quem Mauri Dyrin nominant, [e] &
d Hannonis Punici libri, & noſtri annales prodiderũt
Iuba etiam Ptolemæi [f] filius, qui utrinque Maurita=
niæ regno potitus eſt. Suetonius quoque [g] Pauli=
e nus ſummam huic cognitioni impoſuit manum, qui
ultra Atlantem primus, & penè ſolus Romana ſigna
circumtulit.

De Mauritania, in ea de Elephantis, De Draconibus, unde cinnabaris. Cap. XXXVIII.

f E Prouincijs Mauritanijs Tingitana, qua
Solſtitiali plagæ obuia eſt, quaque porri
gitur ad internum mare, exurgit mon=

b *Per quadringenta nonaginta ſex milia paſſuum.*) Apud Plinium cap. 1. quinti legitur per. ccccLxxxv. milia pa. qui numerus in quibuſdam etiam uetuſtis Solinianis exemplaribus inuenitur. Martianus quoq; Capella ccccLxxxxvi. M. paſſ. ſcriptum reliquit. Neſcio an uolens uel errore potius factum ſit, ut Alexander benedictus. ccccxxx. mil. paſſ. apud Plinium repoſuerit. c *Aſana.*) Sic legitur apud Plinium. Apud Ptolemæum Aſama ſcriptum. De Crocodilis, & Hippopotamis, infra ca. 41. dicetur latius. d *Vltraq; adhuc amnis, qui Niger uocatur.*) Sic enim ex Plinio legendum uidetur. Verba Plinij ſunt cap. primo quinti. Et ultrà ad fluuium qui Niger uocatur, per ſolitudinis nigri pulueris, eminentibus interdũ uelut exuſtis cautibus loca inhabitabilia feruore, quan q̃ hiberno tempore expertus. e *Dyrin nominant.*) Sic ex Pli. Strabone, Ptole. legendum eſt, quamuis uetuſta Solini, & Martiani exemplaria Adirim habẽt ferè omnia. f *Iuba etiam Ptolemæi filius.*) Ex Plin. ca. primo quinti, & Strabone 17. Geographiæ lib. legendum uidetur. Iuba etiam Ptolemæi pater. Iuba (inqt Pli.) Ptolemæi pater, qui primus utrique Mauritaniæ imperauit; ſtudiorum claritate memorabilior etiã, quàm regno, ſimilia prodidit de Atlãte. Quid ſi ſic legas: Iuba etiam Iubæ filius. Strabo lib. ultimo. Paulò (inquit) ante noſtra tempora, Bogus, & Bochus reges, Romanorum amici eam tenebant, quibus deficientibus Iuba ſucceſsit in imperio. Is Iubæ filius fuit, eius qui contra diuũ Cæſarem, cũ Scipione Bellũ geſſit. Quum uerò Iuba nuper diẽ obijſſet, ſucceſsit in imperio Ptolemæus ex Antonij, & Cleopatræ filià ortus, hucuſq; Stra. Fuit ergo Iuba iunior, Iubæ filius, & Ptolemæi pater. Fieri etiã potuit, ut à Solino, ſicut à Plinio ſcriptũ fuerit Iuba etiã Ptolemæi pater, ſed ſcriptor quiſpiã pro uerbo pater, dictionem filius perperam commutarit. g *Suetonius quoque Paulinus.*) Pli. ca. primo quinti dicit ſe hunc Paulinum conſulem uidiſſe. De eo ſæpe meminit Cor. Tacitus in uita Iulij Agricolæ

E *Prouincijs Mauritanijs Tingitana.*) Geógraphi duas Mauritanias eſſe dicunt, Tingitanam, & Cæſarienſem, à colonijs dictas Tingi, & Cæſarea. Vtriuſq; ſitum tradit Ptolemæus cap. primo, & ſecundo lib. 4. Nomen Mauritaniæ à Græcis inditũ, ab incolarũ nigredine. Græci eñ μαυρόν nigrum dicunt. Id autem ſolis propinquitate contingere certum eſt. Refert Strabo ultimo Geographiæ lib. quorundam eſſe ſententiam, Mauros Indos eſſe, qui cum Hercule in hunc locum deſcenderint. Quos Latini Mauros dicunt, Græci Mauruſios plerumq; appellant. Pli. cap. ſecundo lib. quinti de Mauritania

loquens. Gens(inquit)in ea quondā præcipua Maurorum. Vnde nomē prouinciæ,quos pleriq; Mauruſios dixerunt. Mela lib. primo ait Mauritaniā regionē ignobilem eſſe,& uix quicq; illuſtre ſortitam Paruis oppidis babitari, parua flumina emittere. Strabo autem lib. ultimo ſcribit Mauritaniā feracē eſſe,parte tamen excepta,quæ deſerta eſt,& fluminibus,ac lacubus abundare,ab omnibus conceſſum eſſe ait. Miratur aūt qđ cum Mauri adeo uberem regionē inhabitent,tamen ad ſuum uſq; tempus magna ex parte paſtoraliter uiuunt.

tibus ſeptem,[a] qui à ſimilitudine fratres appellati a freto imminent. Hi montes Elephantis frequentiſsimi ſunt. Monet à principio hoc genus [b] animantium dicere. Igitur Elephanti iuxta ſenſum humanum [c] intellectum habent, memoria pollent, ſyderum ſeruant diſciplinam. b Luna niteſcente gregatim amnes petunt, mox aſperſi liquore, ſolis exortum motibus, quibus poſſunt, ſalutant. Deinde in ſaltus reuertuntur. Duo eorum genera ſnnt, c [d] Nobiliores indicat magnitudo, minores Nothos dicunt. Candore dentiū [e] intelligitur iuuenta. Quorum alter ſemper [f] in miniſterio eſt, alteri parcitur, ne hebetatus aſsiduo repercuſſu minus d uigeat ſi fuerit dimicandum. Cum uenatu pre-

Aitq; Mauros comæ cincinnis exornari,& barba, & auro,& terſura dentium,et unguium cultu Raro uideas (inquit) inter ſe cōtingere dum ambulant,ne capillorum ornatus perturbetur. Pugnāt frequentius ab equo haſtati,equis nudis utentes. Leonū, & Pardaliū, & Vrſorū pelles induunt & dormientibus ſubſternunt. Tingitanæ prouinciæ lōgitudinē centū ſeptuaginta mil. paſs. Plinius,& Martianus eſſe dicunt. Martianus libro ſexto Vtriuſq; Mauritaniæ longitudinē decies.xxxviij. M. Latitudo. cccclxvij. a *Montibus ſeptē.*) Ex Pli. hæc ca. ſecundo li. quinti. Ipſa(inquit)prouincia ab oriente montoſa,fert Elephantos. In Abyla quoq; monte,& quos ſeptē fratres à ſimilitudine appellant freto imminenti iuncti Abylæ. Eadē quoq; lib primo Mela refert. Ex his (inquit) quæ cōmemorare non piget,montes ſunt alti,qui cotinenter,& quaſi de induſtria in ordinem expoſiti,ob numerū ſeptē,ob ſimilitudinē fratres uocantur. Ptolemæus hos Eptadelphos uocat. ca. 1. quarti,& tabula prima Africæ. Lege Strabonē.17. Geographiæ lib. Et Martianū in ſexto. b *Hoc genus animantiū.*) Quoniā in Elephantis plurima ſunt admiratione digniſsima,non ab re Solinus hoc loco plura de Elephantis cōpendio refert. Præter ea,quæ de Elephantis duodecim primis ca. lib. octaui eleganter refert Pli. Lege Ariſt. capitibus primo,quinto,& ſexto,ſecundi,& ca.9. octaui, & ca.46. noni de natura animaliū. Itē ca.16. ſecundi de partibus animaliū. Diuum Ambroſium ca. quinto ſexti Hexamerō. Strabonē lib.15. Diod. Siculū lib. tertio Philoſtratū lib.2. Vitæ Apollonij. Horatius Ode.12. Epodon, Elephantem, Barrum dixit.

Quid tibi uis mulier nigri digniſsima Barri?

Sunt qui Elephantem à magnitudine corporis uocatum putent,qđ formā montis præferat, Græcè enim mons Elephos dicitur. Elephas(inquit Apollonius)maximè omnium ferarū diſciplinabilis eſt,atq; ubi ſemel ſub homine uiuere coactus eſt, ab homine perfert,& morum ſimilitudinē ab ipſo capit,gaudetq; non ſecus ac parui canes ex manu cibū capere,uenientēq; proboſcide amplectitur,caputq; intra fauces immittere hominē patitur,aperto rictu tādiu pmanens,quoad homini libitū fuerit. c *Iuxta ſenſum humanum intellectum habent.*) Ex Plinio hæc ca. primo octaui. Terreſtriū(inquit)animaliū,maximū eſt Elephas, proximūq; humanis ſenſibus. Quippe intellectus illis ſermonis patrij,& in primis obedientia,officiorūq;,quæ didicere memoria. Amoris,& gloriæ uoluptas,immò uerò quæ etiam in homine rara,probitas,prudentia, æquitas. Religio quoq; ſyderum. ſoliſq; ac lunæ ueneratio. Authores ſunt in Mauritaniæ ſaltibus ad quendam amnem cui nomē eſt Anulo,niteſcente luna noua,greges eorū deſcendere,ibiq; ſe purificantes ſolēniter aqua circunſpergi,atq; ita ut ſalutato ſydere,in ſyluas reuerti. Ab Elephantis,religionis inſcij, uel contēptores potius,reuerentiā,honorēq; Deo factori rerū omniū diſcant reddere. d *Duo eorum genera.*) Elephantorū tria eſſe genera.2. uitæ Apollonij ſcribit Philoſt. Alios paluſtres,mōtanos alios,tertios cāpeſtres eſſe dicit, Indi tradunt eos,qui in paludibus capiūtur demētes,leueſq; eſſe. Mōtanos uerò puerſos,& inſidioſos,& niſi alicuius rei indigeāt,minimè erga homines firmi. Cāpeſtres aūt benigni perhibentur,& manſueti, etiā imitationis amatores. Scribunt,atq; tripudiant,& ad fiſtulæ ſonitum ſaliunt,ſeq; à terra ſaltando ſubleuant. Pli. eodē ca. Indicis Arabici minores,quos appellamus Nothos Feſtus Pompeius ſcribit νόθον à Græcis uocari,natum ex uxore non legitima, q̄ apud nos ſpurio patre natus dicitur. Titulo decimo primi inſtitutionū de Nuptijs, .§. Vnde ſolent ſpurij appellari uel à Græca uoce νόθος,id eſt,uulgo cōcepti,uel ἀπατρος,i. quaſi ſine patre filij. Lege Modeſtinū tit.5. primi

mi Digeſtorum.L.27.Sicq; dicunt notos Elephantes ab Indicis plurimũ degenerantes. e *Candore dẽtium.*) Cõmune id ferè cunctis animantibus,ut ſenecta dentibus candorem adimat. Plin. ca 3.octaui. Dentium candore intelligitur iuuenta.In equis certè contrà agitur,atq; in cæteris animalibus. Cũ enĩ cæteris ſenectute dentes nigreſcant,equo candidiores redduntur.Author cap 3. ſecũdi de nat.animaliũ Ariſtot. f *Quorum alter ſemper in miniſterio eſt.* Et in hoc quoq; animantis huius prudẽntia deprehenditur. Et id ex Plin. ſumptũ ca.3.octaui,Circa dentes(inquit) belli cura ſumma. Alterius mucroni parcunt, ne ſit prælijs hebes,alterius operatio uſu fodiũt radices impellunt moles. a *Confringunt utroſq;.*)Plin. eodem capite. Circumuenti (inquit) à uenatoribus, primos conſtituunt, quibus ſunt minimi,ne tãti prælium putetur.Poſtea feſsi,impactos arbori frangunt, prædaq; ſe redimunt.Idẽ aſtus & in Caſtoribus eſt,ut ca.23. ſup̃ dictum eſt Quot ſunt homines, qui ſeruandi opes gratia ſeipſos morti frequenter exponunt. Salubre nimirum Catonis præceptũ, quo monet inquiens.

Quæ nocitura tenes, quamuis ſint chara relinque. b

a muntur,pariter confringunt utroſque,[a] ut ebore dãnato non requirantur. Hancenim ſibi cauſam periculi præſentiunt. Oberrant [b] agminatim. Natu maximus ducit agmen,ætate proximus cogit ſequen

b tes,Flumen tranſituri minimos antemittunt,ne maiorum ingreſſu alueum atterant, & profundos depreſsis uadis gurgites faciant. Venerem ante annos [c] decem fœminæ, ante quinq; mares neſciunt.

c Biennio coëunt, quinis nec amplius in anno diebus,non prius ad gregarium numerum reuerſuri, quàm uiuis aquis abluantur. Propter fœminas nunquàm dimicant. Nulla enim nouerunt [d] adulteria. Ineſt illis [e] clementiæ bonum. Quippe ſi per

Oberrant agminatim.) Id Plinius cap.5.octaui ſic explicat.Elephanti gregatim ſemper ingrediũtur.Ducit agmen maximus natu.Cogit ætate proximus.Amnem tranſituri minimos præmittunt,ne maiorum ingreſſu atterente alueum,creſcat gurgitis altitudo.Diſcrepat à Plinio Apollonius Tyanęus de tranſitu amnium ab Elephantis.Cuius uerba ex ſecundo Philoſtrati ſubſcripſimus. Cum uideret Apollonius(inquit) Elephantos Indũ flumen tranſeuntes. Erant autem circiter triginta, & duce utebãtur eo, qui inter ipſos minimus erat.Maiores uerò ipſorũ ſup̃ dentium eminentias pullos geſtabant, Proboſcide tanquã uinculo ipſos cõplectentes.Hæc (inquit) o Damis nullo iubente &c. c *Venerem ante annos decem.*) Plinius cap 5.octaui.Pudore nunquã niſi in abdito coëunt, mas quinquennis, fœmina decẽnis.Initur aũt biennio quinis(ut ferunt) cuiusq; anni diebus,nec amplius. Sexto perfunduntur amne non ante reduces ad agmen. Nec adulteria nouere, nullaue propter fœminas inter ſe prælia,cæteris animalibus pernicialia.Nec quia deſit illis amoris uis &c. Ariſtot.ca.27. ſexti natu. animaliũ,à Plinio,& Solino diſcrepat de primo Elephantũ coitu.Elephãtus(inquit) tam mas, q̃ fœmina incipit coire anno ætatis uiceſimo,Multò aliena à dictis ſunt,quæ ſcribit Ariſtot.cap.19.de Admirandis in natura. Elephantes(inquit) traditur non ante producere fœtum,quàm duos fuerint annos nacti. Sunt tamen qui dicunt illos decimooctauo menſe procreaſſe,& parere gemellos conſueuiſſe. d *Nulla nouerunt adulteria.*) Hyettus Argiuus cũ Molurũ in uxoris adulterio deprehenſum,peremiſſet, primus in adulteros legem tuliſſe dicitur. Sunt qui Lamech primũ adulteriũ cõmiſiſſe dicant. Conſtat enim ante hunc Lamech nulli hominũ fuiſſe ſimul uxores plures. Vxorum autem multitudo ſine adulterio eſſe non poteſt, qđ à primordio unica unico facta ſit mulier,& eſſe duos in carne una Deus præceperat ab initio. Scribit Bardeſanes,ut Euſebius refert,apud Seres nullam mulierẽ eſſe meretricem,aut adulteram.E diuerſo Getulis legem eſſe, qua cautum ſit mulieres quoſcunq; uelint,cõueniãt uiros,nec tamen eas à maritis uel accuſari,uel adulteras appellari, cũ tamen paſſim omnibus miſceantur,ac præcipue aduenis. Sancta nimirũ lex illa,quã in Leuitico hominibus Moſes ſanxit, Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, adulteriumue perpetrauerit cũ cõiuge proximi ſui,morte moriatur,& mœchus,& adultera. Et alibi. Si dormierit uir cũ uxore alterius,uterq; moriatur. Zaleucus legẽ tulit,ut quiſquis mœchus,aut adulter deprehẽſus fuerit,erutis oculis pœnas lueret. Apud Gortynios cõuictus adulter in mollitiæ ſuæ ſignũ lana coronabatur.Hincq; & ignominioſus eſt ſemp̃ & reipub. ipſius in nullo particeps. Adulterij pœnã apud Romanos ex Catonis oratione, refert Gellius ca. 23.decimi ſuarũ noctiũ. Hanc optimã Elephantũ adulteria neſcientiũ conſuetudinẽ,illi utinã intelligerent qui nolunt tetigiſſe niſi illas,

Quarum ſubſuta talos tegat inſtita ueſte. e *Ineſt illis clementiæ bonum.*) Ex Plinio hæc cap.4. libri octaui. Elephas (inquit) homine obuio fortè in ſolitudine & ſimpliciter oberrante,clemens, placidus

deſerta uagabundum hominem forte uiderit, du- a
ctus uſque notas uias præbent. Vel ſi confertis pe-
coribus occurſitant, itinera ſibi blanda, & placida
manu faciunt, ne quod obuium animal interimant.
At conflictu fortuito ſi quando [a] pugnatur, non b
mediocrem habent curam ſauciorum. Nam feſſos
uulneratoſque in medium receptant. Cum captiuita-
te uenerint in manus hominum, manſueſcunt hau-
ſto ordei ſucco. Maria [b] tranſmeaturi, naues non pri c
us ſubeunt, quàm de reditu illis ſacramentum luatur.
Indicos Elephantos [c] Mauri timent, & quaſi parui-
tati ſuæ conſcij aſpernantur ab his uideri. Non an
nis [d] x. ut uulgus, ſed biennio, ut Ariſtoteles defi- d
nit, uteró graueſcunt, nec amplius, quàm ſemel gig-
nunt, nec plures, quàm ſingulos. Viuunt in [e] an-
nos trecentos. Impatientiſsimi frigoris. Truncos [f] e-
dunt. Lapides hauriunt. Gratiſsimas in cibatu pal- e
mas habent. Odorem muris [g] uel maximè fugiunt.
Pabula etiam, quæ à muſculis contacta ſunt, recuſant
Si quis caſu Chamæleontem [h] deuorauerit, uermem

cidusq; etiam demonſtrare uiã traditur &c. a *Si quando pugnatur.*) Pli.ca.7. libri octaui. Equitatu circumuenti, infirmos, aut feſſos, uulneratos in medium agmen recipiũt, ac uelut imperio, aut ratione per uices ſubeunt. Capti celerrime mirificantur ordei ſucco. b *Maria tranſmeaturi.*) Plin.cap. primo li.octaui. Alienæ quoq; religionis (inquit) intellectu creduntur maria tranſituri nõ ante naues conſcendere, q̃ inuitati rectoris iureiurando de reditu, c *Indicos Elephantos.*) Pli.ca.9.lib. octaui. Indicum (inquit) Afri pauent, nec contueri audent. Nam & maior Indicis magnitudo eſt. Philoſtratus in ſecũdo. Quanto equo Nyſæo maior eſt Lybicus Elephas, tanto Libycis Elephantes maiores ſunt Indici. d *Nõ annis decem.*) Pli.cap.10.libri octaui. Decem annis (inquit) geſtare in utero uulgus exiſtimat. Ariſtoteles biennio, nec amplius ſemel gignere. Sed ne quis Ariſtotelis uerba diſpendio quæritet, ea ex cap.27. ſexti naturæ animaliũ adſcripſimus. Elephantus tã mas, quàm fœmina incipit coire (inqt) anno ætatis uiceſimo. Ferendi uteri tempus; alij annũ & ſex menſes, alij triennium ſtatuunt. Cauſa, quam ob rem incertum hoc ſit, quòd non pateat coitus. Plautus ex uulgi ſententia in Sticho ſic inquit, Audiui ſæpe hoc uulgò multis dicier ſolere. Elephantũ grauidam perpetuos decem eſſe annos. Hinc ſumptum Adagiũ Celerius Elephanti parient. In pigros, & ſegnes homines dici ſolitum. Alterum preterea impoſsibilitatis Adagium ab Ennio uſurpatum

Prius pariet Locuſta Lucam bouem, ad magnitudinem Elephantis, & paruitatem locuſtæ poëta reſpiciens. e *Viuunt in annos trecentos.*) Plinij uerba ſunt ex ca.10.octaui. Plures (inquit) uiuere ducentis annis, & quoſdam trecentis, iuuenta eorum ſexageſimo incipit, Ariſtot.ca.9.octaui naturæ animaliũ. Elephantẽ (inquit) alij annos ducentos uiuere aiunt, alij trecentos. Et ca.46. noni de animalium natura. Viuere (inquit) Elephantes mares alij annos ducentos, alij centũ et uiginti narrant. Hyemis, ac frigoris impatiens hoc animal eſſe dicitur. Scribit Philoſtratus Apolloniũ inueniſſe apud urbem Taxilã omniũ urbiũ, q̃ apud Indos ſunt maximã, Elephantẽ, quẽ uittis, & Mirteis coronis indigenæ ornabant. Eũ homines regionis illius ex ijs unũ eſſe aiebant, qui pro rege Poro cõtra Alexandrũ pugnauerat, quẽ ꝓpterea, qđ in pugna ꝓmptiſsimè pugnaſſe ferebatur, Alexander Soli dicauit, torq̃s aureos circa cornua adaptans. In torquibus Græcis literis hãc ferme ſententiã inſcriptã dicũt. Alexãder Iouis filius Aiacem. Soli (id enim Elephanto nomen erat) magnũ nomine exornans. Conijciũt aũt indigenæ annos quinquaginta ſupra trecentos ab ea, quã diximus pugna ad ea tẽpora interceſsiſſe, cũ tñ ſcire nõ poſsint, quot fuerit natus annos qñ pugnæ interfuit. Cur aũt tãdiu uiuãt, Diuus Ambro. hãc affert rationẽ. Nũc aũt (inqt) & trecẽtis amplius ferũtur annis uitã ꝓducere qa omnia ſibi ad magnitudinẽ mẽbra cõueniunt. Ideoq; nõ diſtincti, ut nobis, ſed cõpacti artus ſunt, quo ſint robuſtiores. Quã citò hominibus ſi diu ſteterint, aut uelocius cucurrerint, iugiter ambulauerint, genua uexantur & plãtæ. Cõiuncta eñ & articulata facilius q̃ cõcreta atq; ſolidata, aut doloris ſenſum, aut caſum offenſionis admittũt. f *Truncos edunt.*) Ex Pli.ca.10.lib.octaui. Et terrã (inquit) ediſſe ijs tabificũ eſt niſi ſæpius mandant, deuorant aũt & lapides. Truncos quidẽ gratiſsimo in cibatu habent. Palmas excelſiores fronte proſterunt, ac ita iacentiũ aſſumũt fructũ, mandunt ore. g *Odorem muris.*) Pli.ca. & li. eiſdem. Animaliũ (inquit) maximè odere murẽ, & ſi pabulũ in præſepio poſitũ attingi ab eo uidere, faſtidiunt. h *Chamelæontem deuorauerit.*) Plin.cap.17.libri octaui. Elephas Chamelæonte concolori

fronde

a Elephantis ueneficum, oleaſtro ſumpto peſti mede=
tur. Duriſsimum [a] dorſo tergus eſt, uentri mollius.
Setarum hirſutiæ nullæ, intor hos, [b] & Dracones
iugis diſcordia. Denique inſidiæ hoc [c] aſtu præ=
b parantur. Serpentes propter ſemitas deliteſcunt,
per quas Elephanti aſſuetis callibus euagantur, at=
que ita prætermiſsis prioribus poſtremos adoriun=
tur, ne qui anteceſſerint, ualeant opitulari; Ac
c primum pedes nodis illigant, ut laqueatis cruribus
impediant gradiendi facultatem. Nam Elephan=
ti niſi præuenti hac ſpirarum mora uel arboribus
ſe, uel ſaxis applicant, ut pondere nitibundo attri=
tos necent angues. Dimicationis præcipua [d] cau=
d ſa eſt, quod Elephantis, ut aiunt, frigidior ineſt
ſanguis, & ob id à draconibus audiſsimè torrente
captantur æſtu. Denique nunquam inuadunt
niſi potu grauatos, ut uenis propenſius irrigatis
e maiorem ſumant de oppreſsis ſatietatem. Nec a=
liud magis quàm oculos [e] petunt, quos ſolos ex=
pugnabiles ſciunt. Vel interiora aurium, quod is tã
tum locus defendi non poteſt Proboſcide. Itaq; cum
f ebiberint ſanguinem, dum ruunt belluæ, dracones
obruuntur. Sic utrinque fuſus cruor terram im=
buit, fitque pigmentum quicquid ſoli tinxerit, quod
Cinnabarim [f] uocant. Elephantes [g] Italia anno ur=

ſronde deuorato occurrit oleaſtro huic ueneno ſuo. De Chamelæonte plura ca. 51. infra Solinus refert.
a *Duriſsimum dorſo tergus.*) Pli. ca. 10. octaui. Duriſsimũ (inquit) dorſo tergus, Ventres molles. Setarum nullum tegumentum, ne in cauda quidẽ præſidiũ abigendo tędio muſcarum. Namq; & id tãta uaſtitas ſentit &c. b *Inter hos, & Dracones.*) Verba Plinij ſunt ex ca. xi. libri octaui. Elephantes fert Africa, ultra Syrticas ſolitudines, & in Mauritania. Ferunt Aethiopes, & Trogloditæ, ut dictum eſt. Sed maximos India, bellanteſque, cum ijs perpetua diſcordia Dracones tantæ magnitudinis, ut & ipſos circunflexu facili ambiant, nexuq; nodi perſtringant. Commoritura dimicatio, uictuſq; corruens, complexum elidit pondere. Similia ſcribit Diod. Siculus parum poſt principium lib. quarti. Non aliena ſunt, quæ cap. 65. Solinus refert. c *Inſidiæ hoc aſtu præparantur.*) Hanc Draconum, & Elephantum pugnam Plin. lib. 8. his uerbis eleganter explicat. Mira animaliũ ꝓ ſe cuiq; præcipua ſolertia eſt, ut ijs una ſcãdendi in tantam altitudinẽ difficultas. Draco itaq; iter ad pabula ſpeculatur. Ab excelſa ſe arbore inijcit. Sic ille imparem ſibi luctatum contra nexus. Itaque arborum aut rupium attritum querit. Cauent hoc Dracones ob idque greſſus primum alligant cauda. Reſoluunt illi nodos manu, at hi in ipſa nare caput condunt, pariterq; ſpiritum præcludunt, & molliſsimas lancinãt partes. Iidem obuij deprehenſi in aduerſos erigunt ſe, oculoſq; maximè petunt. Ita fit ut plerumque cœci ac fame, & mæroris tabe cõfecti reperiantur. Quam quis aliam tantæ diſcordiæ cauſam attulerit, niſi naturæ ſpectaculum ſibi, ac paria componentis. Diod. Siculus lib. 4. Tradunt quidam (inquit) in deſertis, ac feris locis, ſerpentes, qui cũ Elephantis propter aquas pugnant magnitudine, numeroq; admirabiles eſſe. Complicant enim in corpus aſſurgentes, annixiq; uiribus Elephãtorũ crura, cõnectuntq; pluribus plicis adeo arctè, ſummaq; ui, ut ſpumantes beſtias natura graues, ad caſum cõpellant. Tum plurimũ concurſu facto, beſtiã haud facilè mobilẽ depaſcuntur &c. d *Præcipua eſt.*) Pli. ca. 12. octaui. Eſt (inquit) & alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidiſsimũ eſſe ſanguinem, ob id æſtu torrente præcipuè à draconibus expeti. Quã ob rem in amnes merſos, inſidiari bibẽtibus arctatiſq; illigata manu in aurem morſum defigere, quoniã is tantũ locus defendi non poſsit manu. Dracones eſſe tantos, ut totũ ſanguinẽ capiant. Itaq; Elephantos ab ijs ebibi, ſiccatoſq; concidere, & dracones inebriatos opprimi, cõmoriq;. e *Oculos petunt.*) Plinius eodẽ loco. Oculos maximè petunt. ita fit, ut plerumq; cœci, ac fame, & mæroris tabe confecti reperiantur. f *Quod Cinnabarim uocant.*) Hic locus euidens fit ex uerbis Plinij cap. 7. triceſimitertij naturalis hiſtoriæ. μίλτον (inquit) uocant Græci minium, quidam Cinnabarim. Vnde natus error Indico Cinnabaris nomine. Sic eñ appellant illi, ſaniẽ Draconis eliſi Elephantorũ morientiũ pondere permixto utriuſq; animalis ſanguine, ut diximus. Neq; alius eſt color, qui in picturis propriè ſanguinẽ reddat. Illa Cinnabaris Antidotis medicamẽtiſq; utiliſsima eſt &c. g *Elephantes Italia.*) Et hæc ex Pli. Iulius Solinus mutuatus eſt ca.

bis conditæ quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecun a
do in Lucanis primum bello Epirotico uidit, & bo=
ues Lucas inde dixit. Cæſarienſi [a] coloniæ Cęſaria
ineſt à Diuo Claudio deducta, Bochi prius regia
poſtmodũ Iubæ indulgentia populi Romani dono b
data. Ineſt & oppidũ Siga,[b] quod habitatum Sipha
ci fuit. Nec ab [c] Icoſio taciti recedamus. Hercule eñ
illac trãſeunte, uiginti qui à comitatu eius deſciuerãt,
locũ delegũt. Iaciũt mœnia, ac neqꝫ impoſito à ſe no= c
mine priuatim gloriaretur, de condentiũ numero ur
bi nomen datum.

De numidia, & in ea De Vrſis Cap. XXXIX.

Qvod eſt à flumine Ampſaga [d] Numi= d
diæ datur. Huius incolæ quandiu erra
runt pabulationibus uagabundis,
Nomades dicti [e] ſunt. Vrbes in ea quam=
plurimæ, nobileſque, ſed Cirta [f] eminet. Dein=

ſexto libri iã ſæpius citati. Elephantes (inquit) Italia primũ uidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis uiſos, anno urbis quadringẽteſimo ſeptuageſimoſecundo. Roma aũt in triumpho ſeptem annis ad ſuperiorẽ numerũ additus. Eadẽ plurimos annos quingenteſimoſecundo, uictoria. L. Metelli Pontificis, in Sicilia de Pœnis captos. Centum quadragintaduo fuere, traue cti ratibus, quas doliorum conſertis ordinibus impoſuerant. Mutianus ter conſul ſcribit Elephantes, quos literarum Græcarum dictus didiciſſe, Hos uidelicet; αὐτός ἐγὼ τάδε ἔγραψα λάφυρα τε κελτ' ἀνέθηκα, quod latinè ſignificat: Ipſe ego hæc ſcripſi, ſpoliaqꝫ Celtica dicaui. Boues Lucas Elephantos dictos uolũt, uel à Lucania, uel à Libya, uel (ut Varroni placet) à luce qđ ſcilicet clypeis regijs auratis reluceant. a *Cæſarienſi coloniæ.*) Quæ de Cæſarienſi Mauritania ſcribit hoc loco Solinus, ſumpta ſunt ex cap. 2. quinti Plinij. Oppidum (inquit) ei celeberrimũ Cæſarea antea uocatum Iol, Iubę regia à Diuo Claudio coloniæ iure donata, eiuſdẽ iuſſu deductis ueteranis. b *Oppidum Siga.*) Plin. ait Sigam fluuiũ nauigabilem eſſe. Alij oppidũ, quod è regione Malacam urbẽ Hiſpaniæ contemplatur. Sed tam flumẽ, q̃ oppidũ eſſe poteſt, ut alterũ ab altero nomẽ habeat. De Bocho Maurorũ rege, ſcribunt Liuius li. 66. Saluſtius in Iugurtino. Plutar. in Mario, Strabo lib. ultimo Syllius in 3. atrocẽ eũ uocat, qđ is Iugurtham prodiderit, & uinctũ eũ Romano Syllæ tradiderit De Syphace Numidiæ rege, abunde Liuius. 29. & 30. ab urbe cõdita uoluminibus. Saluſtius in Iugurtha. Florus ca. 6 ſecundi Epitomes. Is quoniam ictum cũ Romanis fœdus fregerit, & Charthaginenſibus adhæſerit, uictus tandẽ, & captus à P. Scipione uita functus in triumpho ductus eſt. Syllius lib. ultimo.

Ante Syphax feretro reſidens captiua premebat
Lumina, & auratæ ſeruabant colla cathenæ.

c *Icoſium.*) Huic urbi à conditorum numero nomen inditum, qđ à uiginti Herculis comitibus conditum fuerit, εἴκοσι enim Græcè, Latinè uiginti. Id fabuloſum, ut cætera geſta Herculis, nõ nulli autumant. Icoſij urbis meminerunt etiã Ptol. Plinius.

Q*Vod eſt à flumine Ampſaga.*) Plin. cap. 3. lib. quinti. Ampſagã flumen principiũ, Thuſcã uerò fluuium finem facit. Numidia (inquit Mela lib. primo) ſpatio, q̃ Mauritania anguſtior eſt, ſed culta magis, & ditior Plin. ait in Numidia præter marmoris Numidici, ferarũqꝫ prouentũ nihil aliud reperiri inſigne. Numidia Metagonitis appellatur à Græcis. e *Nomades dicti ſunt.*) Pli. ca. 3. lib. quinti tradit Nomades dictos eſſe à permutandis papilionibus, Mapalia ſua, hoc eſt domus plauſtris circunferentes. Græci autẽ νομάδες Numidas, & paſtores nominant, à uerbo νομεύω, quod paſtoriam exerceo ſignificat. Sunt qui Numidiam dictam uelint ab incolis paſſim uagantibus, qđ nullam habeant certam ſedem. Nã lingua eorũ, incertæ ſedes, & uagæ, Numidiæ nuncupantur. Seruij Honorati ſententiã ca. 37. retulimus. Scribit Strabo ultimo Geographiæ uolumine, Numidas ante Maſiniſſam regẽ ac cõmunibus hominum moribus exulaſſe. Is enim primus Numidas ciuiles, & agricultores reddidit, & pro latrocinio eos militiã docuit. Sunt & gentes aliæ conſimilẽ ob cauſam νομάδες appellatæ, ut ſupra ca. 25. & infra ca. 43. Solinus refert. f *Cirta.*) Per t ſcribendũ nõ th, ex Appiano. Hãc Pli. & Mela dicunt Sittianorũ coloniã, à Sittio, qui Romæ accuſatus, & iudicio intereſſe ueritus, in Africam collecta manu fugerat. De ea urbe ſcribunt Saluſtius, Plin. Mela, Martianus, itẽ cæteri. Strabo circa finem

libri

libri ultimi,tradit Cirtam mediterraneã urbem eſſe munitiſſimã, & optimè ſtructam,cum à cæteris,tũ à Mycipſa rege,eamq; tantã effeciſſe,ut decem equitũ milia,& peditum uiginti milia emitteret. a *Cullu.*) Hæc urbs (ut Hermol.etiã annotauit) Colops à Ptol.dicitur.Plinius & ſecum plures.Cullu nominant.Sunt qui non per c ſed per ch ſcribendum putent.De purpura Plin.cap.36.noni nat.hiſtoriæ,Ad hunc uerò locum facit,quod ſcribit Syllius lib.16. *Getulis ne magis fucaret uellus ahenis.*

a Cullu [a] purpurario fuco Tyrijs uelleribus comparata,Omnis hęc regio finibus in Zeugitanum limitem [b] deſinit.Qua parte ſylueſtris eſt, feras educat,qua iugis ardua,equos [c] alit.Eximio etiam marmore [d] prædicatur.
b Numidici [e] urſi forma cæteris pręſtant,rabie [f] duntaxat,& uillis [g] profundioribus.Nam genitura [h] par eſt quoquo loco editis. Eam protinus dixero.Coẽũt nõ [i] itidẽ quo quadrupedes aliæ,ſed amplexibus mutuis,
c uelut humanis cõiugationibus copulãtur.Deſyderium ueneris hyems ſuſcitat. Secreti [K] ho-

b *In Zeugitanum limen.*) Zeugitana regio (inqt Martianus) ea eſt,quæ propriè uocatur Africa.Plin.capite quarto quinti.A Tuſca (inquit) Zeugitana regio, & quæ propriè uocatur Africa eſt. c *Equos alit.*) In his locis, ut Strab. refert incolæ paruis equis utuntur, celeribus tamen, & obtemperantibus adeo, ut ſola uirga gubernẽtur. Equi collaria ex ligno habent, aut pilo confecta, è quibus habena dependet. Sunt qui etiã tracti dominũ ſequũtur ut canes.Claudia.in Gildonem.

Cætera nudus eques, ſonipes ignarus habenæ
Virga regit.

Non ignoro hæc Strabonem Mauris tribuere, ſed ob locorum uicinitatem ad equos Numidiæ referri poſſunt. Syllius lib.14.de Syphace Numidiæ rege. *Tum cognita primum Cornipedum frena.* Et libro primo.

Hic paſsim exultant Numidæ gens inſcia freni.

Et Maro quarto Aen. Numidas infrenos dixit d *Eximio marmore.*) De marmore Numidico nobiliſsimo Plin.capite ſexto triceſimiſexti naturalis hiſtoriæ De eo ſic Statius Sylua quinta primi.

Mæret onyx longe,queriturq; excluſus Ophites,
Sola nitet flauis Nomadum deciſa metallis.

De Numidico marmore intellexit Horatius Ode.18. ſecundi Carminum.*Non trabes Hymetiæ Premunt columnas ultima reciſas Africa.* e *Numidici urſi.*) Plin.cap.36.octaui naturalis hiſt.miratur Annalibus notatum eſſe.M.Piſone.M.Meſſala Cons.ad xiiij.Calẽ. Octobris. Domitium Aenobarbum Aedilen Curulem.urſos Numidicos centũ,& totidem nenatores Aethiopas,in circo dediſſe.Miror (inquit) adiectum Numidicos fuiſſe,cum in Africa urſos non gigni conſtet. Idem ſcribit cap.58. eiuſdem libri, in Africa nec apros,nec ceruos,nec capreas,nec urſos gigni. Contra Plinij ſententiam ſunt Herod.lib.4.Apud Maxies (inquit) Africæ populos ſerpentes ſunt ſupramodum grandes,ac leones.Elephantes quoq;,& urſi,& aſpides,& aſini cornibus præditi, & Cynocephali.i.capita canina habentes,& Acephali.i.non habentes capita,ſed in pectoribus oculos,ut ab Afris memoratur,nec nõ uiri,fœminæq; agreſtes,& aliæ multæ feræ haud ementitæ,quorum nihil apud paſtorales eſt.Et infra.Ceruus,& aper in Africa nullus eſt.Verg.quinto Aeneidos.

Horridus in iaculis,& pelle Libyſtidis urſæ Et libro octauo.
Effultum ſpolijs,& pelle Libyſtidis urſæ. Et illud Martialis.
Et freno Libyci domantur urſi. Et Iuue.Satyra quarta.
Profuit ergo nihil miſero,quod cominus urſos
Figebat Numidas Albana nudus arena
Venator.

Plinij ſententia uidetur uerior,quod urſi ſuapte natura locis frigidioribus generentur. Et ut Solinns ait.Deſyderium ueneris urſis hyems ſuſcitat.Africa autem (ut nomen indicat) ſine frigore, & hyeme eſt.Hinc Syllius libro primo.

Aeolijs candens Auſtris,& lampade Phœbi
Aeſtifero Libyæ torquetur ſubdita cancro.

f *Villis profundioribus.*) Natura urſi omnes hirſuti ſunt,ac uillis aſperis. Vnde prouerbio dici cœptũ.*Vrſis aſperior,piloſiorq;.*De homine,qui ſit præ cæteris piloſior,hirſutiorq; ſicq; tractatu aſperior. Vtitur eo obſcœni carminis quiſquis is fuerit author. g *Rabie.*) Ex urſi rabie apud Martialem in ſexto adagium ſumptum crediderim. *Ne naſum uiui tentaueris urſi.*In hominem furentem, & bile concitum dici ſolitum. h *Genitura.*) Generandi modus i *Coẽunt non itidem.*) Plinius capite trigeſimoſexto octaui. Eorum coitus (inquit) hyemis initio, nec uulgare quadrupedum more,ſed ambobus cubantibus,complexisq;. Ariſtoteles capite triceſimo ſexti Naturæ animalium. Vrſi coẽunt (inquit) non ſuperuenientes, ſed humi ſtrati K *Secreti honore.*) Plinius libro & cap.eiſdem.Deinde ſeceſsus in ſpecus ſeparatim,in quibus pariunt triceſimo die.

nore reuerentur mares grauidas, & in ijſdem licet fo- a
ueis, partitis tamen per ſcrobes ſecubationibus diui-duntur. Lucinæ illis [a] properatius tempus eſt. Quip-pe uterum triceſimus dies liberat. Vnde euenit, ut prę- b
cipitata fœcunditas, informes creet partus. Carnes pauxillulas [b] edunt, quibus color candidus, oculi nulli, & de feſtina immaturitate tantum rudis ſanies exceptis unguium lineamentis. Has lambendo [c] ſenſim c
figurant, & interdum ad pectora eas fouent, ut aſsiduo incubatu calfactæ animalem trahant ſpiritũ. Interea cibus [d] nullus. Sanè diebus primis [e] quatuordecim matres in ſomnum ita [f] concidunt, ut nec uulne- d
ribus excitari queant. Enixę quaternis [g] latent menſibus. Mox egreſſæ in diem liberũ tantã patiuntur inſolentiam lucis, ut putes obſitas cęcitate. Inualidum ur

a *Lucinæ illis properatius tempus eſt.*) Ariſtoteles eodem capite. Fert uterum urſa dies triginta. Parit tum unũ, cum etiam duos, ſed cum plurimũ quinq;. b *Carnes pauxillulas edunt.*) Plinius ibidem. Hi ſunt candida, informisq́; caro, paulo muribus maior. Sine oculis, ſine pilo, ungues tantum prominent. Ariſtot. cap. iam dicto. Fœtum (inquit) minimum pro ſui corporis magnitudine edit. Quippe quæ minorem cato, maiorem mure parere ſoleat. Nudum itèm & cœcum, & cruribus propemodum, membrisq́; alijs indiſcretum, & rudem. c *Lambendo.*) Plin. Carnem hanc lambendo paulatim figurant. Scribunt nõnulli, Vrſus ideo dictus, quod ore ſuo formet fœtus, quaſi orſus. Vnde illud eſt.

Sic format lingua fœtum cum protulit urſa.

Id aũt ex partus immaturitate accidere certũ eſt, quod triginta dierũ ſpaciũ tantæ moli corporis, exiguũ tẽpus ſit. Hanc informem urſæ generationem canit Ouidius. 15. Metamorphoſeos.

Nec catulus partu, quem reddidit urſa recenti,
Sed male uiua caro eſt, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam, quantum cupit ipſa reducit.

Vergilium poëtam dicere ſolitum ferunt parere ſe uerſus, more, atq; ritu urſino. Namq; ut illa beſtia fœtum edere ineffigiatum, informemq́;, lãbendoq́; id poſtea, quod edidiſſet, cõformaret, & fingeret. Perinde, ingenij quoq; ſui partus recẽtes nudi eſſe facie, & imperfecta. Sed deinceps tractando, colendoq́; reddere ijs ſe oris, & uultus liniamenta. Hæc ex cap. 10. decimiſeptimi Noctiũ Atticarum aſſcripſimus. d *Interea cibus nullus.*) Vel quòd eo tempore priorũ pedum ſuctu uiuant, uel quòd cibi uicem ſuppleat humor nimius. Plinius ibidem. Cibi tunc nulla argumenta, nec niſi humoris minimum in aluo inueniri. Sanguinis exiguas circa corda tantum guttas, reliquoq́; corpore nihil ineſſe. e *Diebus primis quatuordecim*) Primis diebus bis ſeptenis (inquit Plin.) tam graui ſomno premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant. f *In ſomnum ita concidunt.*) Id Alcmæon accidere exiſtimat, quod tunc ſanguis omnis in uenas confluat. Quod ex eo conſtare dicit, quoniam per id tempus ſanguis exiguas circa corda tantum guttas reperiri uenatores aſſeuerent. Empedocles ſomnum ſanguinarij caloris refrigerationem eſſe, quæ quidem ſi modicè temperata ſit, ſeq ſomnum, ſin immodica ſit mortem. Diogenes, ſi penitus ſanguis diffuſus uenas corporis implerit, inteſtinumq́; earũ aërem ad pectus, ſubditumq́; illi uentrem ꝓpulerit, tum deniq; ſomnũ fieri, ex quo præcordia cõcaleſcere. Qđ ſi omnis ſunditus aër ex uenis eruperit, mortem exiſtere. Plato, & Stoici ſomnũ fieri ſenſilis quidẽ ſpiritus remiſsione, & tanq; laxatione quemadmodũ & ſuper terrã cõſidente fletu, eodẽ uerò ſe recipiente ad ſuperciliorum interſtitium, id eſt animæ principatũ. At uerò cum omnifaria ſit ſpiritus ſenſilis remiſsio, tũ demum cõſequi mortem. Ex Plutarcho hæc. Sunt qui ex nimio humore tam diutinũ Vrſis ſomnũ opinentur accidere. Somnum enim maximè ex humore nõ naturali cõtingere philoſophi autumant. g *Enixæ quaternis menſibus latent.*) Plinius. Nec quicquã rarius homines, quã parientem uidere urſam. Ideo mares quadragenis diebus latent, fœminæ quaternis menſibus &c. Ariſtoteles cap. 17. octaui Naturæ animaliũ. Conduntur (inquit) & urſi, ſed propter frigus, an alia de cauſa ambigitur. Pingueſcunt urſi per id tempus tum mares, tum fœminæ uehementer, ut mouere ſeſe, facilè nequeant. Parit etiam fœmina eo tempore, & tam diu latet, quoad tempus ſit, ut ſuos catulos in apertum producat, quod uerno tempore, menſe à bruma tertio facit. Sed quod minimum dies circiter quadraginta latet, ex quibus bis ſeptem ita ſopitur, ut ſe nihilo moueat. Reliquis poſtea pluribus latet quidem, ſed mouetur, & ſurgit. Fœtu grauida urſa, uel à nemine uel à paucíſsimis capta eſt. Tempore ſui latibuli, hoc animal nihil edere certum eſt. Quippe, quod neque exeat, & captum, uentre, inteſtino inani uideatur. Hactenus Ariſtoteles Philoſophorum princeps Idipſum quidem non ſine cauſa à natura excogita-

tum

tum eſt,ne ſcilicet huius feræ uires in perniciem cæterorum,ſi nimis eſſent ualidæ,uerti poſſent. Scribit Philoſtratus ſecũdo uitæ Apollonij libro. Vrſum feritate cæteras belluas ſuperare. Sunt è diuerſo,quibus ſit ualidiſsimum caput,ut de Pſitaco cap.65. Solinus refert. a *Inualidum urſis caput.*) Plinius Inualidiſsimum urſo caput, quod leoni fortiſſimum. Ideo urgente ui præcipitaturi ſe ex aliqua rupe manibus,eo operto iaciuntur,ac ſæpe in arena colaphis inflictis exanimantur. b *Cum guſtauere Mandragoræ mala.*) Sumpſit hæc Solinus ex capite.27. octaui Plinij. Vrſi(inquit) cum Mandragoræ mala deguſtauere,formicas lambunt. Et cap. ſexto uiceſiminoni eiuſdem operis. Vtuntur et per ſe ouis Formicarum. Namque & huic animali eſt medicina, conſtátque urſos ægros hoc cibo ſanari. Ariſtóteles ca. quinto octaui Naturæ animalium. Vrſus (inquit)animal omniuorum eſt. Quippe qui & fructus arboris, quas conſcendunt corpore lubrico edat, & legumina, & apes perfringens alueos, & cancros, & formicas. Carne etiam ueſcitur. Eadem ſcribit Plin.cap.73.li. decimi. c *Si quando tauros.*) Idem Plin.cap.36.octaui. Tauros (inquit) ex ore, cornibusq́ eorum pedibus omnibus ſuſpenſi pondere fatigant. Ariſtot.cap.5. octaui Naturæ animalium. Vrſus(inquit) uiribus ſuis confidens, inuadit non ſolum ceruos,ſed etiam ſues feros,ſi clam, repenteq́ potuerit agere. Taurum aperto Marte aggreditur conſerta iam pugna, ſternit ſe reſupinũ, dũq́ taurus ferire conatur, ipſe ſuis brachijs amplectitur cornua, ore morſus armis defigit proſternitq́ aduerſarium. d *Meſſala.*) Plin.cap.36.octaui,utrumq́ conſulem nominat. Annalibus (inquit)notatum eſt. M. Piſone. M. Meſſala Conſ.ad.xiiij.Calen.Octobris. Domitium Aenobarbum Aedilem Curulem &c. Vnde ſcriptoris uitio accidiſſe uidetur,ut alterius conſulis fuerit nomen obmiſſum. e *Numidicos urſos.*) Id falſum exiſtimat Caius Plinius,cuius ſententiam retulimus. f *In circo Romano.*) De Circo ex Varrone quarto de lingua Latina,& alijs plura congeſſit Io. Tortelius in libro quem Orthographiam inſcripſit. Vide Plin.cap.15.triceſimiſexti naturalis hiſtoriæ. Mira eſt in multis huius animalis uerſutia. Quoties enim ſe præpinguem ſenſerit,latebras quærit,ubi tam diu latitat cibo abſtinens,donec pinguedo, qua corpus inhabile reddebatur,reſoluatur omnino. Rurſus ſi quãdo ſpecus latẽdi cauſa petierit, nõ pedibus ſed reſupina ſeipſam trudens locum ingreditur,ne à uenatoribus eius ueſtigia deprehendantur. Scribit Herod.in Euterpæ Aegyptiorum fuiſſe morem,urſos,qui ſacri ſunt,eo loco ſepelire, ubi iacentes inueniuntur,quos loco numinis,ut multa alia,uenerantur.

a ſis caput. Vis maxima in brachijs, & in lumbis, un-
de interdum poſticis pedibus inſiſtunt. Inſidian-
tur aluearibus apum, maximè fauos appetunt, nec
auidius aliud quam mella captant. Cum guſtauere
b Mandragoræ [b] mala moriuntur. Sed eunt ob-
uiam, ne malum in perniciem conualeſcat, & formi-
cas uorant ad recuperandam ſanitatem. Siquando
tauros [c] adoriuntur, ſciunt quibus potiſsimum
c partibus immorentur. Nec aliud quam cornua, aut
nares petunt. Cornua ut pondere defatigent, nares
ut acrior dolor ſit in loco teneriore. M. Meſſala [d]
conſule, Lucius Domitius Aenobarbus curulis ædi
d lis urſos Numidicos [e] centum, & totidem Aethio-
pas uenatores in circo Romano [f] edidit. Idq́ ſpe-
ctaculum inter memorabiles titulos annotatur.

De Africa. De Leonibus. De Hyæna. De uatijs ſerpentum differenrijs. De gemmis, deque monſtroſis animalium generibus, ac alijs in ea regione memoratu digniſsimis. Cap. XL.

e OMnis Africa à Zeugitano pede incipit,
promõtorio Apollinis Sardiniæ cõtrouerſa

O*Mnis Africa.*) Quemadmodum in Aſia tertia orbis parte,regio eſt,quæ minor, uel propriè Aſia dicitur,ſic & in Africa,altera orbis portione,minor,uel propriè Africa nuncupatur. Hæc alio nomine (ut Plin. & Martianus tradũt) Zeugitana regio nominatur. Pomp. Mela lib.1. ſcribit regionem quæ ſequitur à ꝓmontorio Metagonio ad aras Philænorũ ꝓpriè nomẽ Africæ uſurpare. Plin. tradit Numidiã à Mauritania Ampſaga flumine dirimi, Tuſca à minore Africa. Idem Plinius capite quarto quinti.. Eam partem, quam Africa appellamus, in duas prouincias dicit eſſe diuiſam, Veterem ſcilicet & Nouam diſcretas foſſa. Ptolemæus non facit Numidiam unam ex Africis prouincijs,

ſed eam ſub Africa minōre cōplectitur. Africæ (inquit) latus occidētale terminatur Mauritania Cæſarienſi iuxta expoſitam lineam Ampſagæ fluuij, quod ſecunda Africæ tabula claré monſtrat. Secundum hāc igitur Ptol. partitionē, Africa ab Ampſaga flumine initiū ſumit. Nō diſsimilia ex ultimo Strabonis uolumine diligens lector reperiet. Adſcripſi hæc ne quis exiſtimet Plinium cōniuere, cū inquit. Ad hunc finem Africa à fluuio Ampſaga populos .25. habet, qui Romano parent imperio. Fit enim plerumq; à nobiliori denominatio.

promontorio Mercurij [a] procedens in frontem Sicanam. Proinde extenta in duas prominentias, quarum altera promontorium Candidum dicitur, alteram, quæ eſt in Cyrenacia regione Phicuntem uocant. Ea per ſinum Creticum oppoſita Cretæ inſulæ contra Tenaron Laconicæ excurrit arenis. Catabathmos Aegypto inſinuata, cui proxima Cyrenenſis extenditur inter duas [c] Syrtes, quas in acceſſas uadoſum, ac reciprocum mare efficit. Cuius ſali defectus, uel incrementa haud promptum eſt deprehendere, ita incertis motibus nunc in breuia reſcinditur dorſuoſa, nunc æſtibus inundatur inquietis. Varro author eſt, perflabilem ibi terram uentis penetrantibus ſubitam uim ſpiritus citiſsimi, aut reuomere maria, aut reſorbere. Omnis hæc plaga ab Aethiopia, & terminis Aſiæ [d] nigri flumine, qui Nilum parit, ab Hiſpania freto ſcinditur. Latere quo ad meridiem uergit, fontium [e] in-

Totam regionem (inquit Stra.) Carthaginēſibus ſubditam Romani prouinciam effecere, atque Maſiniſſam ei præfecerunt, & Micipſæ poſteros. Poteſt enim quiſpiam prouinciæ alicui eſſe ſubiectus, licet ſub terminis prouinciæ illius non contineatur. Plinij uerba, quæ hoc loco imitatur Solinus ex capite quarto qnti ſunt hæc. A Tuſca Zeugitana regio, & quæ propriè uocatur Africa eſt. Tria promontoria, Candidum, mox Apollinis aduerſum Sardiniæ, Mercurij aduerſum Siciliæ in altum procurrentia duos efficiunt ſinus, Hipponenſem proximum ab oppido, quod Hipponem dilutum uocant, Dyarrhitum à Græcis dictum propter aquarum irrigua. Non uideo Solinum ſtatuiſſe Candidum ꝓmontorium uerſus ortus: nec eum à Plinio, & Pōponio diſcrepare, Quamuis promontoria hæc tria, non eo ordine, quo Plinius, & Pomp. nominet. a *Apollinis, & Mercurij promontorium.*) Nomen inditum ijs, quod in eis Apollo, & Mercurius colerentur. Strabo ea Apollonium & Hermean nuncupat ἑρμέας enim Græcè Mercurius dicitur, et ἑρμαῖος, uel ἑρμῷος Mercurialis. b *Phicuntem uocant.*) Ex Plinio & hæc cap. 5. Mox. ccl. mil. promontorium Phicus per Creticum mare excurrit, diſtant. cccl. mil. paſs. A Tænaro Laconicæ promontorio. A Creta uerò ipſa. cxxv. mil. De Tænaro promontorio ſupra. 12. c *Inter duas Syrtes.*) De Syrtibus diximus in Commentariolo Dionyſij, ſuper illud. *Hanc minor inſequitur Syrtis.* Syrtibus autem ab effectu nomen inditum, quod ita fluctibus earum trahatur aqua, ut non facilè noſci poſſit, cui elemento ea pars pelago, an ne terræ potius aſcribi debeat. Hinc Lucanus in nono.

Syrtes uel primam mundo natura figuram
Quum daret in dubio terræ, pelagiq; reliquit,
Nam neque ſubſedit penitus, quo ſtagna profundi
Acciperet, nec ſe defendit ab æquore tellus,
Ambigua ſed lege loci iacet inuia ſedes
Aequore fracta uadis, abruptaq; terra profundo,
Et poſt multa ſonant proiecti littora fluctus &c.

Græci enim σύρειν trahere dicunt. Plin. cap. 100. ſecundi hanc Syrtium fluctuationem accidere tradit, propter diſpares ſyderum exortus, tempore, non natura diſcordes. Alij uentis, plures utriſq;, huius rei effectum tribuunt, quod ea loca ſint maxime uentis expoſita. Lege Strabonē circa finem operis, & Solinum infra hoc eodē cap. Ex Syrtiū natura, & nauigandi illac difficultate ꝓuerbiali figura à Lucano nono Pharſaliæ dictum eſt. *Syrtes audax ſperat ſibi cedere uirtus.* In rem arduam, & factu difficillimam dici conuenit. Rurſus cum ingens periculum euaſerimus, conſimili figura dicimus. Traiectæ Syrtes. Vtitur hac Propertius libro tertio. d *Nigri flumine.*) Plinius cap. octauo quinti. Nigri fluuio eadem natura, quæ Nilo. Calamum, & papyrum, & eaſdem gignit animātes, ijſdēq; tēporibus augeſcit. Similia ſcribit cap. 9. eiuſdem quinti, & ca. 21. octaui. Itē Martianus li. 6. Et Soli. ipſe ca. 43. infra. e *Fontiū inopi.*) Similia ſcribit Plin ca. 16. lib. 8. Africa hæc (inqt) maximè ſpectat inopia aquarū, ad paucos amnes cōgregantibus ſe feris. Ideo multiformes ibi animaliū partus &c.

Lucanus

a ops eſt, & infamis ſiti. Altrinſecus qua ſeptentrio-
nem patitur, aquarum [a] larga. In agro [b] Byzacæno
qui patet ducentis paſſuum uel amplius milibus, gle-
bis ita pinguibus, ut iacta ſibi ſemina cum incre-
b mento centeſimæ frugis renaſcantur. Externos in
[c] ea plurimos conuentaſſe argumento de locis & ur-
bibus dabimus. Borion [d] promontorium, quod A-
quilone cæditur. Græci aduenæ ſic uocauerunt. Hip
c ponem Regium [e] poſtea dictum. Item Hipponem al
terum de interfluente freto Diarrhyton nuncupatũ,
nobiliſſima oppida equites Græci cõdiderunt. Cly-
peã ciuitatẽ [f] Siculi extruunt, & Aſpida primũ nomi-
d nãt. Veneriã etiã in qua Veneris Erycinę [g] religiones
trãſtulerũt. Achæi Tripolin lingua ſua ſignãt de triũ
urbiũ [h] numero. Taphrę, Abrotoni, Leptis Magnę

Lucanus in nono. *In tota Libyes fons unus arena Ille fuit.* Et infra. *Vadimus in campos ſteriles, exuſtaq; mundi Qua nimius Titan, & raræ in fontibus undæ.* Et poſt. *Sed & hæc non fontibus ullis Soluitur &c.* Cauſam tradit Seneca non multum poſt principium tertij Naturalium quæſtionum. a *Aquarum larga.*) Plinius capite primo quinti. Eundem (inquit) opacum, nemoroſumque & ſcatebris fontium riguum, qua ſpectat Africam, &c b *In agro Byzacæno*). Non conueniunt ſcriptores in nomine, aut regionis huius, aut incolarum. Strabo eam Byzacium, unde Byzacenus. Ptolemæus Byzacitin. Stephanus Byſsacitas, & Byſſacænos populos eos dicit. Herodotus, & Herodianus Gyzantas, Polybius Byſſatida. De eius mira fertilitate Plinius capite quarto quinti. Libyphœnices (inqt) uocantur, qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio. ccl mil. paſſ. per circuitum fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddente terra. Et capite quinto decimiſeptimi In Africæ (inquit) Byzantio illum cẽtena & quinquagena fruge fertilem campum. Item capite decimo decimioctaui. Vtpote (inqt) cum è medio ſi ſit aptum ſolum, quale in Byzatio Africæ campo centeni quinquageni modij reddantur. Etiam ſi Solinus, Martianus, & Plinius in quinto centeſimam tantum dicant. Cælius capite uigeſimo ſexti Antiquarum lectionum plura doctè, & eleganter congerit, explicans, quæ ſint cauſæ fertilitatis tum corporum, tum animorum. Herodotus in quarto miræ fertilitatis Cynipem terram eſſe dicit, nec alteram præter hanc. c *Externos.*) Ex uarijs locorum nominibus oſtẽdit in Africam plures externas cõmigraſſe gentes, præſertim Græcos. Pœnorum regionem (inquit Herod. in Melpomene) quatuor nationes incolunt, quarum duæ ſunt indigenæ, totidem non indigenæ. Indigenæ quidem Pœni, atq; Aethiopes, quorum alteri ad Aquilonem Africæ, alteri ad Auſtrum incolunt. Aduenæ uerò Phœnices, & Græci. Tanta eſt Libyæ fertilitas, ut in prouerbium abierit, Libycæ meſſes, pro ingenti frugum copia. Hora. primo Carminum, & Seneca in Thyeſte. Lucanus in tertio *Effuſis magnum Libyæ tulit imbribus annum.* d *Borion.*) Græci βόρειον Aquilonarem dicunt. Sic dictum (inquit Solinus) qđ Aquilone cæditur. e *Hipponem regium.*) Hippona ſtabuli dea uocatur, ab Apuleio tertio de Aſino. Ab hac ergo dea Hippones dicti uidentur, quod ibi dea hæc maximè coleretur. Regius, quod in eo reges plerũq; morarentur. Syllius in tertio. *Et uaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.* Διαρρέω præterea apud Græcos, irrigo ſignificat. Vnde Διαῤῥαίω, Vaſto. Vnde uetuſta Plinij exẽplaria ſic habent. Qđ Hipponẽ dirutũ uocant, quaſi uaſtatũ, deſtructũ, & ut ait Plinius dirutũ. Vide Hermol. cap. 4. quinti Plinij. Solinus dictos uult, qđ equites Græci condiderint. Quid ſi ab equis optimè illic prouenientibus nomen habeat? f *Clypeam Aſpida primum nominant.*) Hæc urbs clypei formam habuiſſe dicitur. Græcis etenim ἀσπὶς ſcutum dicitur. Syllius libro tertio. *In clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis.* g *Veneris Erycinæ.*) De Venere Erycina Maro quinto Aeneidos *Tunc uicina aſtris, Erycino in uertice &c.* Et Naſo ſecundo Remedij. *Eſt prope Collinam &c.* Idem 4. Faſtorũ. *Templa frequentari Collinæ &c.* h *De trium urbium numero.*) Has urbes tres alij alijs nominibus uocauere. Exemplaria tam ſctipta, q̃ impreſſa plerumq; Oeæ, Sabratæ, & Leptis Magnæ retinent, id quod Syllij uerſus, quos mox ſubſcribam, ſignificare uidentur, Cum ueteri Solini lectione concordat Iſidorus cap. 5. uoluminis quartidecimi. Quamuis Oea Ocea, pro Tabrata Tabarce, uel Sabreta, ſcriptoris, non authoris uitio, corruptè legatur. Hermolaus autem Barbarus cap. 4. quinti Plinij, legit Taphræ, Abrotoni, Leptis Magnæ. Vadianus hunc Solini locum ſic legendum cenſet. Oeæ, Taphræ, Leptis Magnæ, aitq; quoſdam Abrotanum annumeraſſe, ſed falſò. Nos autem Hermolai ipſius uiri undecunq; doctiſsimi cenſuram ſecuti, repoſuimus. Taphræ, Abrotoni, Leptis Magnæ. Arbitrati tutius cum eo errare, q̃ cum eo inferioribus uerum dicere. Non ignoro eſſe in Africa urbem, quæ Oea dicta eſt, per œ diphthongũ, quoniã per æ Colchica urbs eſt, ex qua Circen Aeæam cognominant. Vnde Propertius Tuſculum Aeæum dixit, à Thelegono Vlyſſis, & Circes filio lib. 2. Et lib. 3.

Philænis fratribus [a] à laudis cupidine [b] graium uoca a
men datũ. Adrymeto, atque Carthagini author eſt à
Tyro populus. [c] Sed quæ ſuper Carthagine ueraces
libri prodiderunt, hoc loco reddã. Vrbẽ iſtam, ut Ca
to in oratione Senatoria [d] autumat, cũ rex Lapõ [e] re- b
rũ in Libya potiretur, Eliſſa [f] mulier extruit [g] domo
Phœnix, & Carthadã dixit qđ Phœnicũ ore expri-
mit ciuitatẽ nouã. Mox ſermone uerſo in uerbũ Pu-
nicum, & hęc Eliſſa, & illa Carthago dicta eſt. c
Quæ poſt annos [h] ſeptingentos trigintaſeptem

Aeæã puellã pro Circe dixit. *Et thalamum Aeæ flentis fugiſſe puellæ.* De ijs locis lege Plin. cap. 4. lib. quinti. Syllius lib. 3. ſic de ijs urbibus. *Sabrata tum Tyrium uulgus, Sarranaq; Leptis, Oeaq; Trinacrios Afris permixta colonis.* a *Philænis fratribus.*) Inter Carthaginenſes, & Cyrenenſes de agrorum terminis eſt ingens quondam orta diſcordia. Sed ut ea lis aliquando finem caperet, concordi uoto utriſq; placuit, ut eodem tempore iuuenes ultro, citroq; mitterentur. Iſque locus, in quem, qui miſſi fuerant, conueniſſent, finis ambobus populis haberetur. Cum autem Philæni fratres, qui à Carthaginẽſibus miſsi erant anticipato, aſtu, tempore, plurimum Cyrenenſis agri curſu occupaſſent, & Cyrenẽſes iuuenes multũ, diuq; conquæſti eſſent, ad extremum ſic inter eos conuenit, ut ſi Carthaginenſes iuuenes, eo ſeſe loco uiuos obrui paterentur, futurum ut is finis ratus haberetur in poſterum. Ea conditione accepta, Philæni fratres, uitæ ſuæ patriam præferentes, ſeipſos, ijs terris operiendos, tradiderũt. Hinc factum eſt, ut eo loco Carthaginenſes, Philænis fratribus aras dicarint, quæ à ſepultis fratribus, Philænæ ſunt ab incolis nuncupatæ. Meminerunt Val. Max. tit. 6. lib. quinti. Saluſtius in Iugurthino. Strabo libro ultimo. Pomponius Mela libro primo. Plinius capite quarto lib. 5. b *A laudis cupiditate.*) φίλος amicus, αἶνος laus, & φιλέω amo Inde φίλαινος amor laudis. *Facunda facit* (inquit Naſo) *pectora laudis amor.* c *A Tyro populus.*) In hoc nulla, eſt ſcriptorum diuerſitas. d *In oratione Senatoria.* Hæc iniuria temporis cum multis Catonis ſcriptis intercidit. e *Rex Lapon.*) Id fortaſsis apud Catonem ſcriptum fuerat, ſed alij dicunt Carthaginem à Didone conditam, eo tempore, quo Hiarbas rerum in Libya potiebatur. Non lego aliquem Laponem inter Libyæ reges annumeratum. Placet igitur, ut Hiarbas pro Lapon hoc loco reponatur, etiam ſi in omnibus Solini codicibus Lapon ſcriptum ſit Eſſe potuit, ut Hiarbas alio quoque nomine Lapon diceretur. f *Eliſſa.*) Fuit hoc proprium Didonis nomen, nam Dido ab effectu dicta eſt, quod uirorum opus exercuerit. Dido enim uirago interpretatur. g *Mulier extruit.*) De Carthaginis Africæ conditoribus plurimum uariant ſcriptorum ſententiæ. Philiſtus (ut refert Euſebius) ſcribit Azaro, & Carthagine Tyrijs circa annum mũdi. 3980. hoc eſt annis ferme. 470. ante Romam Carthaginem fuiſſe conditam à Xoro, & Carchedone Phœnicibus, annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem Romani, & Carthaginenſes ipſi, tradunt eam à Didone è Tyro profecta, fuiſſe conſtructam, annis 72. ante Romam. Vergilius, Ouidius, & Syllius poëtæ, eo tempore à Didone conditam, quo Aeneas capto Ilio mox in Africam nauigauit. h *Poſt annos ſeptingentos triginta ſeptem.*) Liuius lib. 51. & Eutropius, & Oroſius lib. 4. dicunt Carthaginem anno. 700. poſtq; condita erat fuiſſe deletã. Nec horum nec Solini numerum reddit exacta annorum computatio. Si enim Carthago, Iuſtini authoritate, condita eſt. 72. annis ante Romam. Deleto autem anno 606. urbis conditæ, ut omnes ferè conſentiunt, conſequens eſt, ut anno. 678. Carthago deleta fuerit poſtquam fuerit conſtituta Quod ſi ex Appiani relata ſententia, annis. 50. ante captum Ilium fuerit Carthago condita, palam erit eius excidium fuiſſe poſt annos. 1089. quam fuerat primum exædificata. Si autem uera fuerit altera Euſebij computatio, qua refert quorundam fuiſſe opinionem, eſſe Carthaginẽ conditã annis. 143. poſt captum Ilium, erunt à conditione Carthaginis ad eius excidiũ, anni. 968. Ex poëtarũ autem computatione, anni reperiuntur. 1019. Tot enim ſunt anni medij inter Ilij captiuitatem, &. 606. annum urbis conditæ. Hæc diuerſitas accidit ex eo, quod non omnino conſtet, qñ fuerit Carthago primum cõdita. Carthaginis ſitum, magnitudinem ac potentiã ijs uerbis lib. ultimo Strabo explicat. Carthago (inquit) in peninſula quadã iacet, quæ ambitũ habet ſtadiorũ, ccc. & lx. muro cinctum. lx. ſtadiorũ longitudinẽ iugum occupat, quod à mari in mare deſcendit. Et infra. Adeo fortunata fuit hæc Phœnicum colonia ut Carthaginenſes ea quæ in Iberia eſt, etiam uſq; ad Herculis columnas, ut adhuc optimam Europæ partẽ, & in cõtinenti complura loca, & adiacentes inſulas habebant. At Libyam ꝑfectò omnem adepti ſunt, quæ quidem nõ paſtoraliter habitari poterat His opibus urbem Romã imperij æmularunt, compararunt &c. Scribit Diod. Siculus lib. 6. in Iberia nobiliſsima metalla à Carthaginenſibus fuiſſe reperta, eo tempore, quo ijdem Carthaginenſes Iberiæ dominabantur, hancq; fuiſſe cauſam ut eorũ poſtmodũ excreſcerent uires, precio enim optimis militum conductis, plura geſſerunt aduerſus hoſtes bella. Neque do-

meſtico

meſtico, neq; ſociorum milite Romanos, Siculoſq;, ac Libyos in maxima deduxerũt pericula, cũ omnes diuitijs ob auri, argentiq; copiam ſuperarent, perſpicaces ſanè (ut uidẽtur) priſcis temporibus extitere ad quæſtum Phœnices, Itali nullis alijs ceſſere. a *A. C. Graccho.*) Strabo circa finem ſuæ Geographiæ inſtaurationem Carthaginis Diuo Cæſari adſcribit. Cum uerò (inquit) diu Carthago deſerta permanſiſſet, eodem ferè tempore, quo & Corynthus rurſum à Diuo Cæſare per id ferè tempus inſtaurata eſt miſsis colonis, quicũq; uellent, & ex militibus nonnullis. & nunc quoq; bene habitatur. Eutropius cap 3. quarti ſic inqt. Lucio Cæcilio Metello, & Tito Quinto Flaminio Cons. Carthago in Africa iuſſu Senatus, reparata eſt, quæ nunc manet annis duobus & uiginti reuolutis, poſtq; à Scipione fuerat euerſa. Deducti ſunt ciues Romani, hucuſque Eutropius. Oroſius cap. 12. libr. quinti. Anno (inquit) ab urbe condita. 6;7. Lucio Cæcilio Metello, & Quinto Tito Flaminio Cons. Carthago in Africa reſtitui iuſſa uiceſimo & ſecundo anno, quàm fuerat euerſa, deductis ciuium Romanorum familijs, quæ eam incolerent. Reſtituta, & repleta eſt magno antè prodigio præcedẽte &c. Sed fieri potuit ut pluries à diuerſis, & alijs temporib. fuerit reſtituta Carthago. Credibile enim eſt, nec ab uno nec eodem tempore tãtam urbem potuiſſe reſtitui. b *Ipſa ſuo cingitur angulo.*) Sunt codices in quibus deſit hæc clauſula. c *Pluriſimæ beſtiæ.*) Id maximè contingit propter Africæ ſolitudines quod homines ibi propter aëris intemperiem, morari non facilè poſsint Quæ beſtiæ in Libya reperiantur, docet Herodotus libro quarto. Ex hac beſtiarum Libycarum diuerſitate ortum Adagium. Semper aliquid noui Africam afferre. Ariſtoteles capite 28 octaui naturæ animalium, & ca. 5. ſecundi de generatione animalium, repetitum à Plinio cap 16 octaui naturalis hiſtoriæ. d *Leones.*) Nomen ex Græcis ſumptum, Quibus λέων dicitur. Leo Græcè (ut quidam uolunt) rex interpretatur, quod ſit beſtiarum omnium princeps, & rex. Sunt, qui deducant nomen à uerbo λάω, quod uideo ſignificat, quoniam id animal ſit uiſus omnium acutiſsimi quod uel nunquam dormiat, uel quod non niſi apertis oculis ſoporem admittat. e *Quorum trifariam genus ſcinditur.*) Plinij uerba ſunt ex capite 16. octaui naturalis hiſtoriæ. Leonum (inquit) duo genera, compactile, & breue criſpioribus iubis. Hos pauidiores eſſe, quam longo, ſimpliciq; uillo, eos contemptores uulnerum. Eadem prius tradidit Ariſtoteles capite 44. noni naturæ animalium. Leonum (inquit) duo ſunt genera, alterum breuius, criſpioreq; pilo, quod ignauius eſt. Alterum longius, piloq; prolixiore, quod generoſius eſt. Quod uerò Solinus dicit trifrariã genus ſcindi, enumerat etiã id genus qđ Pardi generauere, cuius (ut inquit Plinius) nec colla, nec armos iubæ ueſtiunt, de quo genere cap. 17. ſatis diximus f
A ſagina.) Plinius eodem capite Raros in potu (inquit) ueſci alternis diebus. A ſaturitate interim triduo cibis carere. Quæ poſsint in mandendo ſolida deuorare, nec capiente aluo coniectis in fauces unguibus extrahere, ut ſi fugiendum ſit, nõ in ſatietatem abeant. Ariſtoteles capite quinto octaui Naturæ animalium. Leo (inquit) ueſcitur quidem carne ritu cæterorum ſylueſtrium ferratorum. Sed cibo incontinenter admodum utitur multaq; deuorat ſolida ſine ullo diſſectu, mox nihil triduo, aut certè biduo edit. Ferre enim inediam poteſt, ut qui iam ad multam ſatietatem repletus eſt.

a exciditur, quam fuerat extructa. Deinde à. C. [a] Grac
cho colonis Italicis data, & Iunonia ab eo dicta,
aliquantiſper ignobilis humili, & languido ſta-
tu. Demum in claritatem ſecundæ Carthaginis
b interiectis centum & duobus annis. M. Antonio.
P. Dolobella conſulibus enituit, alterum poſt ur-
bem Romam terrarum decus. Verùm, ut ad A-
fricam redeamus, ipſa ſuo cingitur [b] angulo. In-
c terna eius plurimæ quidem [c] beſtiæ, ſed prin-
cipaliter Leones [d] tenent. Qui, ut Ariſtoteles
perhibet, ſoli ex eo genere, quod dentatum uocant,
uident protinus atque naſcuntur. Quorum trifari-
d am genus [e] ſcinditur. Nam breuiores, & iubis
criſpi plerumq; ignaui ſunt, & imbelles. Longiores,
& coma ſimplici, acres magis, ac potentes. At hi,
quos creant Pardi, in plebe remanent iubarum ino-
e pes. Pariter omnes parcunt à ſagina [f] primum quòd
alternis diebus potum, alternis cibum capiunt. Ac
frequenter ſi concoctio non eſt inſecuta, ſolitæ ciba-
tioni ſuperponunt diem. Tum quòd carnes iuſto
f amplius deuoratas cum grauantur inſertis in ora
unguibus ſponte protrahunt. Sanè & cum fugi-

endum eſt, in ſatietate idem faciunt. Senectam de- fectio [a] probat dentium. Nam clementiæ indicia multa ſunt. Proſtratis parcunt. [b] In uiros potius quàm in fœminas ſæuiunt. Infantes non niſi in magna fame perimunt. Nec à miſericordia ſeparantur. Aſsiduis denique exemplis patet eos peperciſſe, cum multi captiuorum aliquot Leonibus obuijs intacti repatriauerint. Gætulæ [c] etiam mulieris nomen Iubæ libris comprehenſum eſt, quæ obteſtata occurſantes feras impunis redijt. Auerſi [d] coëunt, nec hi tantum, ſed & Lynces, & Cameli, & Elephanti, & Rhinocerotes, & Tigrides. Leænæ fœtu primo catulos [e] quinque edunt. Deinde per ſingulos partus numerum decoquunt annis inſequentibus. Sed poſtremo cum ad unum materna fœcunditas recidit, ut ultimo ſingulos procreent, ſteriles fiunt in æternum. Animos Leonum frons, & cauda [f] indicant, ſicut motus equini de auribus [g] intelliguntur. Dedit enim has duas notas generoſiſsimo cuiq; natura. Vis ſumma [h] in pectore eſt,

a *Senectam defectio probat dentium.*) Ex Plinio capite 16. octaui, & Ariſtotele cap. 44. noni Naturæ animalium. b *Poſtratis parcunt.*) Plinij & hæc imitatio eſt, cap. eodem. Leoni (inquit) tantum ex feris clementia in ſupplices. Proſtratis parcit, & ubi ſæuit, in uiros prius, quam in fœminas fremit. Infantes non niſi magna fame. Credit Libya intellectum prouenire ad eos precum. Hanc leonum clementiã eleganter expreſsit Claudianus. *Prætereunt ſubiecta feræ, toruiq; leones*

Quæ ſtatuiſſe ualent, ea mox proſtrata relinquunt,
Nec niſi bellacis gaudent ceruice iuuenci.

Et Ouid. tertio Triſtium

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtreſſe leoni,
Pugna ſuum finem, cum iacet hoſtis habet.

c *Getulæ etiam.*) Plinius ijs uerbis hanc hiſtoriam refert. Captiuam certè Getulæ reducem audi multorum in ſyluis impetũ à ſe mitigatum alloquio, auſæ ſe dicere, fœminam, profugam, infirmam, ſupplicẽ animalis omnium generoſiſsimi, cęteriſq; imperantis indignam eius gloria predam &c. *Auerſi coëunt.*) Locus hic ſumptus ex capite 63. decimi Caij Plinij. Coitus (inquit) auerſus, Elephantis, Camelis, Tigribus, Lyncibus, Rhinoceroti, Leoni, Daſipodi, Cuniculis, quib. auerſa genitalia. Extat caput ſecundum quinti de natura animalium Ariſtotelis Quomodo ſcilicet quæque animalia generatim coëant, unde hæc Plin. & Solinus mutuati ſunt e *Primo fœtu catulos quinque.*) Plinius capite 16. octaui citans Ariſtotelem ſic ait. Is ergo tradit Leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos uno minus, ab uno ſterileſcere. Locus Ariſtotelis, quem citat Plinius ne quis diſpendio requirat, eſt ex capite 31. ſexti Naturæ animalium, cuius hæc uerba ſunt. Leo (inquit coit, & parit non omni tempore, ſingulis tamen annis uere parit, & magna ex parte geminos, ſed cum plurimos ſex catulos, nonnunquam etiam unum. Et infra eodem capite. Leones (inquit) terræ Syriæ quinquies uita pariunt. Primum quinq;, poſt uno ſubinde pauciores, deinde ſteriles degunt. Eadem habentur etiam capite 1. tertij de generatione animalium. Refert Philoſtratus lib. primo uitæ Tyanæi. Eum repperiſſe Leænã à uenatoribus interfectam, cuius cæſo uentre catulos octo inueniſſe. Traduntur autem (inquit) de Leænę partu huiuſmodi. Geſtare Leænam, in utero fœtum menſibus ſex, terq; omnino in tota uita parere. Parit aũt, ut aiunt, prima quidem uice tres, ſecunda autem duos, quod ſi tertio fortè parere illam cõtingat, unũ dumtaxat parere conſueuit, quaſi natura uolente rariora producere, quæ magnam in ſe feritatem habent. Adſcripſi hæc, quoniam aliorum ſententiæ cõtraria uideantur. Aiunt Leænam inter pariendum eſſe omnino immobilem. Hinc ortum Adagium apud Græcos λίχω δ'ἰδοιμι λέαιναν. Ideſt, parturientem timuiſti Leænam. De ijs, qui non timenda timent. f *Frons, & cauda.*) Plinius capite 16. octaui Leonum index (inquit) cauda, ſicut & equorũ aures. Nam & has notas generoſiſsimo cuiq; natura tribuit, immota ergo placido clemens, blandienti q; ſimilis, quod rarum eſt. Frons (inquit Ariſtoteles ca. octauo primi naturæ animalium) quibus magna, ſegnes, quibus parua, mobiles, quibus lata, mente moueri idonei, quibus rotunda iracundi. Similia refert Plinius capite 37. & 52. libri undecimi. g *De auribus intelliguntur.*) In equis, & omnium iumentorũ genere aures inditia animi præferunt. Feſsis marcidæ, nutantes pauidis, ſubrectæ furentibus. Plura Ariſtoteles cap. xi. primi naturæ animalium. Marcus Varro cap. 7 ſecundi de re ruſtica. Columella cap. 27 ſeptimi. Signa plura optimi equi refert Vergilius tertio Georgicorum. *Continuo pecoris generoſi, &c.* h *Vis ſumma in pectore.*) Ex Plinio capite 16. octaui.

Vis

Vis ſumma in pectore inquit, & ca. 36. eiuſdem lib. Inualidiſsimũ urſo caput, inquit, quod leoni fortiſſimũ. Ariſtoteles cap. 46. noni Naturæ animaliũ. Leo infirmus parte iliũ eſt cõtra ictus, ſed reliquo corpore multas patitur plagas, & capite ualidiſsimo eſt. a *Cum premuntur à canibus.*) Illa (inquit Plinius) nobilior animi ſignificatio, qualibet magna canum, & uenantium urgente ui contemptim, reſtitanſque cedit in campis, & ubi uideri poteſt. Idem ubi uirgulta, ſyluaſq; penetrauerit, accerrimo curſu fertur, uelut deputans abſconſione turpitudinem. Dum ſequitur, inſilit ſaltu, quo in fuga non utitur. Similia ſcribit Ariſtotel. cap. 40. noni Naturæ Animalium. b *Mucrones unguium.*) Plin. c. 15. octaui. Mirum (inquit) Pardos, Pantheras, Leones, & ſimilia condito in corporis uaginas unguium mucrone, ne refringãtur, hebetenturq; ingredi, auerſiſq; falculis currere, nec niſi appetendo prætendere. Et hoc beſtiarum prudẽtiæ adſcribẽdum. a *Septi à uenantibus.*) Plinius capite 16. octaui. Cum pro catulis (inquit) fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram ne uenabula expaueſcat. Sumptum, ut uidetur, ex 17. Iliados Homeri, quo loco, pro Patroclo ſic Aiacem pugnantem facit. Tum (inquit) Aiax Patroclum lato contegens clypeo ſtetit, & ſicut Leo pro catulis, in ſylua eum comitantibus, ſi uenatores obuiam ſibi uenientes aſpiciat, uiribus is toruus cõuellit ſupercilium, ut oculos tandem contegat. d *Nunquam limo uident.*) Id eſt, obliquo, & tranſuerſo. Et hoc ex Plinio ſumptum etiam. Nec limis (inquit) oculis intuentur, aſpiciq; ſimili modo nolunt. e *Cantus Gallinaceorum.*) Plinius capite 16. libr. octaui. Atq; hoc tale, tamq; ſæuum animal rotarum orbes circumacti, curruſque inanes, & gallinaceorum criſtæ, cantuſque etiam magis terrent, ſed maximè ignes. Diuus Ambroſius capite quarto ſexti Hexameron dicit utiq; leonem uereri gallum, ſed maximè album. Plutarchus in libro de differentia inter odium, & inuidiam. Credibile (inquit) eſt, & maximum illud tam leonis in gallum, quã Elephanti in aprum odium, ex timore natum eſſe. Quod enim timent, facilè oderũt omnes. Lucretius cauſam aſsignans, cur leo gallum timeat, ſic inquit quarto de rerum natura libro.

Quin etiam gallum nocte explaudentibus alis
Auroram clara conſuetum uoce uocare,
Quem nequeunt rapidi contra conſtare leones,
Inq; tueri, ita continuo meminere fugai,
Nimirum, quia ſunt gallorum in corpore quædam
Semina, quæ cum ſunt oculis immiſſa leonum
Pupillas interfodiunt, acremq; dolorem
Præbent, ut nequeant contra durare feroces,
Cum tamen hæc noſtras acies nil lædere poſsint,
Aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur in remeando
Lædere ne poſsint ex ulla lumina parte.

Extat apud Ariſtotelem nobile caput, de his quæ perpetuas inter ſe inimicitias gerunt, & earum cauſis, capite primo noni Naturæ animalium, quæ in ſuum opus tranſtulit Plinius capite 74. decimi natu. hiſtoriæ. Scribunt aliqui iure gallinaceorum perunctos à Pantheris, leonibuſque non attingi. f *Leontophonos.*) Græci φονέω interficio dicunt. Hinc nomen ſumptum Leontophonos, leonem perimens. Alij ἀπὸ τῆς φονῆς, aut ἀπὸ τοῦ φόνου nomen deriuant, ideſt à cæde. Pli. cap. 38. octaui Leontophonon (inquit) accepimus uocari paruũ, nec aliubi naſcẽs, quàm ubi leo gignitur. Quo guſtato (tanta illa uis eſt) ut cæteris quadrupedum imperitans, illico expiret. Ergo corpus eius &c. Non grauabor adſcribere uerba Ariſtotelis ex ca. 142. eius libri, quem de admirandis in natura inſcripſit.

a firmitas in capite præcipua. Cum [a] premuntur à canibus contemptim recedunt, ſubſiſtenteſque interdum ancipiti receſſu diſsimulant timorem. Idque agunt, ſi in campis patentibus, ac nudis ur-
b geantur. Nam ſylueſtribus locis quaſi teſtem ignauiæ non reformidantes, quanta poſſunt ſe fuga ſubtrahunt. Cum inſequuntur, niſum ſaltu adiuuant. Cum fugiunt, non ualent ſalire. Gradientes
c mucrones [b] unguium uaginis corporum claudunt, ne acumina attritu retundantur. Hoc adeo cuſtodiunt, ut non niſi auerſis falculis currant. Septi à uenantibus [c] obtutu terram contuentur, quo
d minus conſpectis uenabulis terreantur. Nunquam limo uident, [d] minimeque ſe uolunt aſpici. Cantus gallinaceorum, [e] & rotarum timent ſtrepitus. Sed ignes magis. Leõtophonos [f] uocari accepimus

beſtias modicas, quæ captæ exuruntur, ut earum a
cineris aſpergine carnes pollutæ, iactæque per com-
pita percurrentium ſemitarũ Leones necent, ſi quan-
tulumcunque ex illis ſumpſerint. Propterea Leo-
nes naturali eas præmunt odio, atque ubi facul- b
tas data eſt, morſu quidem abſtinent, ſed dilania-
tas exanimant pedum niſibus. Spectaculum [a] ex
his primus Romæ edidit Scæuola Publij filius in
curuli ædilitate. Hyænam quoque [b] mittit A- c
frica, cui cum ſpina riget, collum continua unitate
flecti nequit, niſi toto corpore circumacto. Multa
de ea mira. Primum quod ſequitur ſtabula paſto-
rum, & auditu aſsiduo addiſcit uocamen, quod ex- d
primere poſsit imitatione uocis humanæ, ut in ho-
minem aſtu accitum nocte ſæuiat. Vomitus quoque
humanos mentitur, falſiſque ſingultibus ſollicita-
tos ſic canes deuorat. Qui forte ſi uenantes umbram e
eius dum ſequuntur contigerint: latrare nequeunt
uoce perdita. Eadem Hyæna inquiſitione corpo-
rum ſepultorũ buſta eruit, propterea promptius eſt
marem capere. Fœminis.n. ingenita eſt callidior aſtu-
tia. Varietas multiplex ineſt oculis, colorumque mu-
tatio. In quorum pupillis lapis inuenitur. Hyæniũ

inſcripſit. In Syria quoddã animal eſſe, inquiunt quod Græci λεοντόφονον uocant, eò quia leonem omniũ præſtantiſsimũ interimat, ſed miro quodam, & incredibili modo, cum leo ipſe non eum inſectatur, et ſi uiderit, ſed aufugit ab eius contagione, tanq̃ pernicioſsima peſte, cum uideatur intelligere, ſi ex eo quippiam ederit ſtatim ſe eſſe interiturmu. Nam ſic eſſe eius naturam ferunt, ut à quouis cõmeſtũ contigerit illum interimat. Verum à uenatoribus decipi hac maximè uia dicitur. Quum enim captum fuerit huiuſmodi animal à uenatoribus, aiunt illud ab eis conciſum nehementer decoqui, ac deinde eius carnes cõtuſas in maſſam quandam redigi, ex potuq; tum illam feris, quam ſi qua deguſtarit, interiturã illã ſtatim affirmant. Idq; etiam leonibus cõtingere, quibus ea eſt regio refertiſsima, hucuſq; Ariſt. Albertus lib.22. de animalibus hunc Solini locũ nominatim citans Leoucophona (ut dicit Solinus) eſt beſtia modica &c. Quæ iccirco nõ adſcripſimus, ne bonarũ literarum ſtudioſis ridendi materiam præberemus. a *Spectaculũ ex his.*) Plinius hæc copioſius exequitur c.16. octaui libri. Leonum ſimul pugnam plurium Romæ princeps dedit Q. Scæuola Publij filius in Curuli ædilitate &c. b *Hyænam quoq;.*) Pli. cap.30. lib. octaui. Hyenis inquit utranque eſſe naturam, & alternis annis eſſe marem, alternis fœminam fieri. Parere ſine mare uulgus credit. Ariſtoteles negat. Collum ex iuba continuitate ſpinæ porrigitur, flectique niſi circumactu totius corporis nequit. Multa præterea mira traduntur, ſed maxime ſermonem humanũ inter paſtorũ ſtabula aſsimulare, nomenq; alicuius addiſcere, quem euocatũ foras, laceret. Item uomitionem hominis imitari ad ſollicitãdos canes quos inuadat. Ab uno animali ſepulchra erui inquiſitione corporum. Fœminã raro capi. Oculis mille eſſe uarietates, oculorũq; mutationes. Præterea umbræ eius cõtactu canes obmuteſcere. Et quibuſdã Magicis artibus omne animal, qđ ter luſtrauit, in ueſtigio hærere. Alia quæ de Hyæna ſcribũtur à Plí. in eius Indice conſignauimus. De Hyæna ſic Ariſtot. cap.32. ſexti Naturæ animaliũ. Hiæna (inquit) colore lupi propè eſt, ſed hirſutior, & iuba per totum dorſum prædita eſt. Quod autem de ea fertur genitale ſimul, & maris, & fœminæ eandem habere coniectitium eſt &c. Idẽ cap.5. octaui naturæ animaliũ. Quam alij (inquit) Glanum, alij Hyænã appellant, corpore non minore, quã lupus eſt, iuba, qua equus ſed ſeta duriore, longioreq;, & per totum dorſum porrecta. Molitur hæc inſidias homini. Canes etiam uomitionem hominis imitando capit, & ſepulchra effodit humanæ auida carnis, ac eruit. Similia ſcribit idem Ariſtot. cap.6, tertij de generatione animaliũ. eorũ opinionẽ reprobans, qui aſſerunt Hyænis utrumq; ineſſe ſexum. Verba eiuſdem authoris ſunt ex cap.132. eius libri qui de Admirandis in natura ſcriptus eſt. In Arabia (inquit) quoddam dicitur Hyænarum genus eſſe, quæ quando præuiderint ferã aliquam, aut hominem quempiã, ſtatim ad umbratilem quendã, & contectum locũ ſe recipiunt, cõprimuntq; loco uocem, ac tantã præſeferunt formidinẽ, ut non poſsint ex eo loco facilè moueri. Qđ idẽ etiã aduerſus canes facere affirmant, hucuſq; Ariſt. Huius feræ naturã ſic eleganter canit Oui.15. Meta.

Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis,
Alternare uices, & quæ modo fœmina tergo

Paſſa

a dicunt,[a] præditum illa poteſtate, ut cuius hominis
fuerit linguæ ſubditus, prædicat futura. Verum Hyę
na quodcunq; animal ter luſtrauerit, mouere ſe non
poteſt. Quapropter Magicam ſcientiam ineſſe[b] ei pro
b nunciauerunt. In Aethiopiæ parte coit cum leæna,
unde naſcitur monſtrum, cui Crocutæ[c] nomen eſt.
Voces hominum & ipſa pariter affectat. Nunquam
conniuet aciem orbium, ſed in obtutum ſine nictatio
c ne contēdit. In ore gingiua nulla, dens unus, atq; per
petuus, qui ut nunquam retundatur, naturaliter cap-
ſularum modo clauditur. Inter ea, quæ dicunt herba-
tica, eadem Africa Onagros[d] habet, in quo genere
d ſinguli imperitant gregibus fœminarum. Aemulos
libidinis ſuæ metuunt. Inde eſt quod grauidas ſuas
ſeruant, ut in editis maribus, ſiqua facultas fuerit ge-
nerandi ſpem morſu detruncēt. Quod cauentes fœ-
minæ in ſeceſsibus partus occulunt. Africa[e] ſerpen-
tibus adeo fœcunde eſt, ut mali huius merito illi

Paſſa matrem eſt, hinc eſſe matrem miremur Hyænam. a *Hyænium dicunt.*) Plinius ca. 10. triceſimiſeptimi. Hyæniæ ex oculis Hyænæ, & ob id in uaſe inueniri dicuntur. Etſi credimus, linguæ hominis ſubditæ, futura prædicere. De ea, Marbodæus Gallus ſic inquit.

Tollitur ex oculis lapis extollendus Hyænæ
Dictus Hyænia, quam ueteres ſi credere dignum
Fatidicum numen memorant inferre gerenti,
Quo queat imbutus prædicere quæq; futura,
Sub linguæ lotus ſi contineatur in ore.

Albertus. 2. Mineralium more ſuo Ienā uocat. Addit ex ſuis, Hyęnæ oculos in huncuerti lapidem. b *Magicam ineſſe ſcientiam,*) Lucanus in ſexto, inter ea, quæ magicæ uim habeant, enumerat & Hyænam. c *Cui Crotucæ nomen eſt.*) Hyenæ coitu leæna Aethiopica parit Crocutam, ſimiliter uoces imitantem hominum, pecorumque. Acies ei perpetua in utraq; parte oris. Nullis gingiuis, dente cōtinuo, qui ne contrario occurſu haberetur, capſarum modo includitur. Ex Plin. cap. 30. libri octaui. Idem cap. 21. eiuſdem libri. Crocutas (inquit) uelut ex cane, lupoq; conceptos, omnia dentibus frangentes, protinuſque deuorata conficientes uentre. Diodo. Siculus libro quarto. Quos uerò (inquit) Aethiopes appellant Crocotas mixti ſunt canis, lupiq; natura, ſed ambobus deteriores, dentibus ita ualidis, ut oſſa omnia facile conterant, & digerant comeſta. Hoc animal, ſcribunt quidam uocē hominis, quod nobis procul à uerò uidetur imitari. Sciens præterirem Albertum, niſi hunc Solini locum nominatim corrupiſſet. Ait enim li. 22. de Animalibus. Cyrocrothes, ut dicit Solinus, beſtia eſt, & cætera: ne gemmis tam celebrium authorum, aniles nugas totiens inſeramus. d *Onagros habet.*) Græci ὄνον, aſinum dicunt, ἄγριον agreſtem, & ferocem. De Onagro Plinius ca. 30. octaui. Africa inquit) aſinorum ſylueſtrium multitudinem fundit. Mares in eo genere ſingulis fœminarū gregibus imperitāt. Timent libidinis æmulos, & ideo grauidas cuſtodiunt, morſuq; natos mares caſtrant. Contra grauidæ latebras petunt, & parere furto cupiunt, gaudentq; copia libidinis. Et cap. 44. eiuſdem li. Onagri in Phrygia (inquit) & Lycaonia præcipui. Scribit idem Plinius ex equa, & onagris manſuefactis generari mulas ueloces in curſu, duricia eximia pedum, uerum rugoſo corpore, indomito animo, ſed generoſo. Onagro, & Aſina genitum mulum omnes antecellere. Pullis eorum ceu præſtātibus ſapore Africa gloriatur, quos Laliſiones appellant. Vnde Martialis in Diſtichis.

Dum tener eſt onager, ſolaq; Laliſio matre
Paſcitur, hoc infans, ſed breue nomen habet.

Vix crediderim, quod Albertus de Onagris refert. de Animalibus uiceſimo & ſecundo uolumine quoſdā dicere, Onagros quintadecima die menſis Martij duodecies rudere in nocte, & duodecies in die, æquinoctium indicantes. e *Serpentibus adeo fœcunda eſt.*) conſtat apud nobiles authores, in Africa maximam eſſe ſerpentum copiam, quod ob nimium loci feruorem accidere philoſophi prodiderunt. Qui autem fabuloſa conſectantur, tradunt tantam ſerpentum peſtē ex Meduſæ capitis ſanguine originē habuiſſe, id qđ elegāter. 9. Pharſaliæ canitur à Lucano.

Cur Libycus tantis exundet peſtibus aër &c. Et Syllio lic. tertio *Quippe atro rapidas &c.* De ijs Africæ ſerpentibus Diod. Siculus lib. quarto ſic inquit. Varia ſerpentum genera, incredibiliq; magnitudine conſpici dicunt, qui loca deſerto incolunt propinqua. Centum enim cubitorum longitudine nōnullos eſſe aiunt, ut meritò non ſolū à nobis, ſed alijs quoq; id falſum eſſe exiſtimetur. Addūt inſuper ijs multò maiora haud digna fide. Nam cū plana ſit regio (inquiunt) ſerpentes uerò maximi circūuolu

tos

potiſsimũ palma detur. Ceraſtæ a præferunt qua= a
drigemina cornicula, quorũ oſtetatione ueluti eſca il
lice ſollicitatas aues perimunt. Nam reliq̃ corporis de
induſtria arenis tegunt, nec ullum indicium ſui præ=
bent, niſi ea parte, qua inuitatis dolo paſtibus necem b
b præpetum aucupentur. Amphisbæna c con
ſurgit in caput geminum, quorum alterum loco ſuo
eſt, alterum in ea parte, qua cauda. Quæ cauſa efficit,
ut capite d utrinque ſecus nutabundo ſerpat trã= c
ctibus orbiculatis. Iaculi arbores e ſubeunt, è quibus
ui maxima turbinati, penetrant animal quodcunque
obuium fortuna fecerit. Scytale f tanta præfulget ter
gi uarietate, ut notarum gratia uidentes retardet, & d
quoniam reptando pigrior eſt, quos aſſequi nequit,
miraculo ſui capiat ſtupentes. In hoc tamen ſqua=
marum nitore hyemales exuuias prima ponit.
Plures, diuerſæque Aſpidum g ſpecies ſunt, uerum e

tos in gyrum longè procul aſpicientibus locum editiorem, & quaſi collem quendam uideri &c. a *Ceraſtæ.*) Plin. cap. 23. octaui Nat. hiſto. Ceraſtis (inquit) corpore eminere Cornicula ſæpe quadrigemina, quorum motu, reliquo corpore occultato, ſollicitent ad ſe aues. Id ſerpentum genus nomen habet. ἀπὸ τοῦ κέρατος id eſt, à cornu. Alber. lib. 25. de animalibus à Plinio, & Solino id eſt, à ueritatis authoribus diſſentiens, ſcribit Ceraſtem ſerpẽtem habere cornua octo in capite flexuoſa, ſicut cornua arietis, eundemq; ſine ſpinis eſſe, cratilagineſq; pro ſpinis habere. Lucanus in nono. *Spinaque uagi torquente Ceraſtæ* b *Paſtibus necem præpetum.*) Sunt qui legãt, Necem perpetuam. Sunt rurſus codices in quibus pro paſtibus paſſeribus ſcriptum eſt. c *Amphisbæna.*) Græci hunc ſerpentem ἀμφισβαίναν, uel ἀμφισιβαίναν dicunt, ἀπὸ τοῦ ἀμφί circum, & βαίνω uado, incedoque, quaſi utrinque circumuadens. Plinius eiſdem libro & capite. Geminum caput Amphiſibæne, hoc eſt (inquit) & ad caput, & ad caudam tanquam parum eſſet uno ore fundi uenenum. Lucanus in nono.

Et grauis in geminum ſurgens caput Amphiſibæna.

Galenus inſignis medicinæ author. Amphisbæna (inquit) etiam biceps eſt, & utraq; parte ingreditur, unde nomen. Plura de Amphisbæna Dioſcorid. ca. 7. & 25 octaui de materiali medicina. Albertus corrupè (ut ſolet) Amphyleam uocat 25. de Animalibus lib. Et ſubdit Sicut in multis, mentitur Solinus, ita & in hoc falſum dicit, cum refert hunc ſerpentẽ duo habere capita. Nullũ enim (inquit) animal naturaliter duo habet capita. Et deceptus eſt ideo &c. Quis niſi ἄμουσος tot nobilibus poſthabitis authoribus, Alberto ſoli credendum putarit? Quod autem dicit nullum animal habere naturaliter duo capita. In eam fallaciam incidit reprehendens, quæ à Dialecticis principij petitio nũcupatur. Quod rurſus ſubdit, in multis mentiri Solinum, & in hoc quoq; loco falſum licere. Dicam illud Satyricum.

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
Quis enim tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Si fur diſpliceat Verri? ſi homicida Miloni? Eſſent utinam Alberti & Solini, ſelecta mandacia.
Hunc paruus cumulus, mox illum maximus Altas Opprimet d *Capite utrinq; ſexus nutabundo ſerpat.*) Sic enim legendum putamus, quãuis exemplaria plerumq; habeant capite uterq; ſexus nitibundo. Vel ſic, capite ſexus nitibundo. Primæ lectionis ordo, & ſenſus eſt. Quæ cauſa efficit (inquit) ut Amphisbæna utrinque ſecus ſerpat capite nutabundo, id eſt, nutanti, & caſum, ruinamq; minitãti ſimili. Secus autem minus, & tardius hoc loco ſignificat. e *Iaculi arbores ſubeunt.*) Plinius eodem loco. Iaculum ex arborum ramis uibrari. Nec pedibus pauendas tantum ſerpentes, ſed & miſsili uolare tormento. Lucanus in nono. *Iaculiq; uolucres.* Albertus Plinij authoritate, dicit hunc ſerpentem alatum eſſe. Sed ubi hoc Plinius dicat, quærat nemo. Vel ibi quærat, qua Cerui amittunt cornua f *Scytale tanta.*) Græcum nomen σκυτάλη, quod ſcuticam, & hunc ipſum ſerpentem ſignificat. Eſt præterea σκύταλον teli genus, & uirgæ, ex cuius ſimilitudine ſerpens hic nomen accepit. De quo ſic Lucanus in nono.

Et Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis Exuuias poſitura ſuas. Quæ ſint ſigna eius, quem hic ſerpẽs momorderit, & q̃ curatio, docet Dioſco cap. 7. octaui, & Pli. ca. 4. triceſimiſecundi nat. hiſt. Albertus lib. 25. de animalibus dicit huius ſerpentis duas eſſe ſpecies, aitq;, is ſerpens, qui Græcè Dipſas dicitur, Latinè Situla interpretatur, eo quod ſitula indiget ille, quẽ momorderit, quia tantũ ſitit, quod ſitiẽdo, & bibendo moritur. Vix riſu abſtinebã, cũ hæc authoris huius ridicula ſubnotabam. Sed cõſuetus fortaſsis in ijs error, hominẽ excuſabit. Quã bene Solino cõſultũ, qđ ab ijs omnino nugamẽtis abſtinuerit. g *Aſpidum ſpecies*

a diſpares effectus ad nocendum. Dipſas ſiti [a] in-
terficit. Hypnale [b] ſomno necat, teſte etiam Cle-
opatra [c] emitur ad mortem. Aliarum uirus, quo-
niam medelas admittit, minus famæ meretur. Hæ-
b morrhois [d] morſu ſanguinem elicit, & diſſolutis ue-
narum commertijs, quicquid animæ eſt, euocat per
cruorem. Preſter [e] quem percuſſerit diſtenditur,
enormiq́ue corpulentia necatur extuberatus.

dum ſpecies.) Græci ἀσπίδα ſcutum dicunt. Vnde & huic ſerpenti nomen datum, quod reliquo corpore tanq̃ ſcuto caput contegat, ἀσπίζω enim defendo ſignificat. Albertus originem nominis ignorans, Aſpis (inquit) dictus, quod Græcè ſonat uenenũ, eò quod morſus uenena diffundit. De Aſpide ſic Plin. cap. 23. octaui Nat. hiſt. Colla aſpidum intumeſcere nullo ictus remedio, præterq̃ ſi confeſtim partes contactæ amputentur. Vnus hic tam peſtifero animali ſenſus, uel potius affectus eſt. Coniuga ferme uagantur, nec niſi cum compare uita eſt. Itaq́ue alterutra interempta, incredibilis alter ultionis cura. Perſequitur interfectorem, unumq́ue eum in quantolibet populi agmine, notitia quadam inſtat. Perrumpit omnes difficultates, permeat ſpacia, nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Non eſt fateri rerum natura largius mala, an remedia genuerit. Iam primùm hebetes oculos huic malo dedit, eosq́ue non in fronte, aut ex aduerſo cernere, ſed in temporibus. Ita excitatur, ſed ſæpius auditu, q̃ uiſu, hucuſq; Plinius. Vide quæ de eo ſcribit Ariſtoteles cap. 29. octaui naturæ animaliũ. Vulnus aſpidis, puncto acu facto ſimile eſt, omninoq́; perexiguum ægrè, ut appareat, adeo nihil tumet, ſanguis inde non copioſus, ſed breuis, iterq́; diſtillat. Oculi celeriter obſcurãtur. Corpus totum multiformiter, ſed omnino leuiter laborat, non ſine quadam uoluptate. ut Nicander poëta rectè dixerit:

Eripiturq́; homini ſine ſenſu uita, dolores.

Color parum elegans, herbaceus, ac malignè uirens. Tremor cordi modicus, Frons identidem cõuellitur, palpebris nictantibus & ereptis, ut in ſomno ſenſibus. Inter has notas matura mors, ne diei quidẽ tertiã partẽ morata. Hæc ex octauo Dioſcoridis. Multa de hoc ſerpente Auicenna ſexta Fen. quarti Canonis cap. 21. & 25. tertij tractatus. Remedia morſus Aſpidum notauimus in Indice Pliniano. a *Dipſas ſiti interficit.*) Ab effectu nomen inditum. Nam ſitis Græcè δίψα, dicitur. Et διψάω ſitio. Lucan. in nono. *In medijs ſitiebant Dipſades undis.* Albertus Solinum citans. De hoc ſerpẽte (inquit) dicit Solinus, quod adeo paruus eſt, quod quaſi inuiſibiliter pcutiat, &c. Sed ubi hoc Solinus dixit, ipſe uiderit. Dioſcoridis libro 8. Dipſadis morſus (inquit) comites ſunt tumor quidam ſolutus, ſitis contenta uehementer, nunq̃ explebilis, nunq̃ interquieſcens. Proinde qui ita ſunt affecti, potum hianti ore trahunt, ſemperq́; in principio deſyderij eius ſunt tanq̃ ſi nihil adhuc bibiſſent. Proinde toto illo habitu aguntur hauſtu. Ob id ipſa Dipſas, ab aliquibus Preſter, ab alijs Cauſos uocata eſt. Ab Auicenna ſitim faciens nuncupata ubi ſupra capitibus 38. & 39. Quæſtio apud philoſophos eſt. Cur hominibus morſis à Dipſade, ſitiq́; ob eam rem intolerabili detentis Theriaca, quæ calida & ſicca eſt, ſitim epota extinguat, non augeat. Cenſendũ non ſui habitus ratione. Theriacam ſitim poſſe extinguere, ſed auxilio, quod membris afferre offenſis poteſt, & ſuæ penitioris naturæ ratione. Conſtat enim ex pluribus herbis, quæ ſingulæ membris principalibus ſubueniũt ſingulis. Dictamũ enim cordi accõmodatur. Qippe q̊d mirificè cor firmet, atq; cõſeruet. Eupatoriũ iecur adiuuat. Scolopendrũ lienẽ. Petrapiũ os uentriculi. Hyſopus tranſuerſum ſeptũ, atq; pulmonẽ. Inula campana renes, ruta laxum inteſtinũ. Gentiana cerebrũ, Seſeli ueſicã, his omnibus uiperarum carnes miſcẽtur, quæ ui ſuæ naturæ contra uenenata omnia genera, omnemq́; illatã iniuriã auxiliantur. Igitur cum membra omnia præſidiũ ſibi ex Theriaca trahãt, meritò malũ ſedatur, q̊d ſitim creat, atq; ita extingui ſitim cõgruum eſt. Ex primo Problematum Aphrodiſæi. b *Hypnale.*) Et hic quoq; ſerpens ab affectu nomen habet, quod ſomnũ inducat, ὕπνος enim Græcè, Latinè ſomnus. c *Teſte Cleopatra.*) Cleopatra metu, ne capta duceretur in triumphũ, corpori ſuo ſerpentes appoſuit, quorũ interiret ueneno. Meminerunt Liuius libro 103. Horatius ultima primi Carminũ. Propertius undecima tertij. Vergilius in fine octaui Aeneid. Auguſtus poſt Attiacã uictoriã, cum Cleopatrã triumpho magnopere reſeruare cupiẽs, ei Pſyllos admouit, qui uenenũ, ac uirus exugerẽt, q̊d ea periſſe morſu Aſpidis putabatur, author Suet. in Auguſt. Nec id Solino contrariũ eſt, quũ Hypnale, inter aſpidũ ſpecies numeratur. d *Hæmorrhois.*) Huic quoq; ſerpenti ab effectu nomẽ inditũ, quaſi ſanguinẽ morſu eliciẽs. Græci enim αἷμα ſanguinem dicunt, ῥέω fluo, αἱμοῤῥοΐδα fluxũ ſanguinis. Miram interpretationẽ excogitauit Albertus. Lucan. in 9. *At non ſtare ſuum, &c.* Remedia eius, quẽ hic ſerpens momorderit, ponit Dioſcorides cap. 27. octaui de materiali medicina. e *Preſter.*) Πρηστῆρα Græci flãmam & cõbuſtiuum nominãt. Hinc huic ſerpẽti nomẽ datũ, uel q̊d flãmam ex ore emittere uideatur, uel qđ flãmam, & ardorẽ immittat ei, quẽ momorderit. Luc. in 9. *Oraq́; diſtendens auidus ſpumantia Preſter.* Remedia morſus eius notauimus apud Pliniũ.

Ictus Sepium [a] putredo ſequitur. Sunt & Ammodi- a
tæ, [b] eſt & Cenchris [c] Elephantiæ, [d] Cherſydri, [e]
Chamædracontes. [f] Poſtremo quantus nominum,
[g] tantus mortium numerus, Nam Scorpiones,
Scinci [h] lacertique uermibus, non ſerpentibus aſ- b
ſcribuntur. Monſtra hæc ſi bibant, [i] clementius fe-
riunt. Habent affectus. [k] Non temere niſi coniu-
ges euagantur. Capto altero, uel occiſo uter ſuper-
fuerit, efferatur. Subtiliora ſunt capita fœminis, c
alui tumidiores, peſtis nocentior. Maſculus æqua-
litrer teres eſt, ſublimior etiam mitiórque. Igitur an-
guibus uniuerſis hebes uiſus eſt. [l] Raró in ad-
uerſum contuentur. Nec fruſtra cum oculos non in d
fronte habeant, ſed in temporibus, adeo, ut citius au-
diant quam quid aſpiciant. De gemma Heliotropio
[m] inter Aethopiam, Africam & Cyprum certamen
fuit, quænam mitteret generis huius eminentiſsi- e
mam, deprehenſúmque eſt documentis plurimis
Aethiopicam, aut Libycam palmam tenere. Viridi
colore eſt, [n] nõ ita acuto. ſed nubilo magis, & repreſ-
ſo, ſtellis puniceis ſuperſperſa. Cauſa [o] nominis de

a *Ictus ſepium.*) Hic ſerpens, qđ morſu ſuo putredinẽ inducat, nomẽ accepit, quoniã Græce σήπω putrefacio ſignificet. Lucanus in nono. *Oſſaque diſſoluens cum corpore tabificus Seps.* b *Ammoditæ.* Ab arena cuius colorem imitantur, uel ſub qua lateant, nomen habent. Nam Græcis ἄμος arena dicitur διορύττω fodio. c *Cenchris.* à colore miliĳ nomen inditum, quod Græce κέγχρος milium dicitur. d *Elephantiæ.* Quod Elephantiam morbum inducant ſi momorderint. e *Cherſydri.*) Ab elementis, in quibus degit nomen ſumptum. id eſt, à terra, & aqua, quod non terram modó, ſed aquam quoque incolat, χέρσος terra. χερσαῖος terreſtris, ὕδος, uel ὕδωρ aqua. Lucanus in nono.

Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua.

Cherſydros f *Chamædracontes.* A χαμαὶ, ut uidetur, id eſt, humi, quaſi dracones humi, & in terra reſidentes. Sunt qui diuiſim legant, Chamæ, Dracontes. g *Quantus nominum, tantus mortium numerus.*) Raró accidit ut ſerpentum eius regionis ictus, non ſequatur eius interitus, quẽ momorderit. De Scorpionibus Plin. cap. 25. xi. nat. hiſtoriæ. Qui plura de ſerpẽtibus ſcire cupiunt, legant Dioſcoridem libr. 8. per totum. Auicennam ſexta Fen. quarti Canonis Tractatus tertĳ capite 21. & ſequentibus. Iſidorum cap. 3. duodecimi Ethimol. Extat opus nobile Nicandri poëte. Multa Albertus libro 25. per totum. Plurima eleganter Lucan. nono Pharſaliæ.

Rarior, inuentus medĳs fons unus, arenis &c.

Quæ de ſerpentibus à Plinio ſcripta ſunt, alibi copioſè ſignauimus. h *Scinci.*) Miror quoſdam repoſuiſſe Scythyci, Scinci loco. De Scincis infra Solinus ca. 45. i *Si bibant.*) Serpẽtes omnes natura frigidos eſſe naturales tradunt, nec niſi cum caleſcunt quippiam feriunt. Cum igitur potus calorem remittat, conſequens eſt, epota hæc monſtra clementius ferire, quam ſi ſitiant. Hinc euenit, ut nocte minus quàm die, hyeme minus, quàm æſtate, in locis frigidis minus, quam in locis calidis, ſint pernitioſi ſerpentes. Auicenna ubi ſuprà redarguit opinionem quorundam aſſerentium ſerpentum uenenum eſſe frigidum. K *Habent affectus.*) Pli. (ut parum antè retulimus) id ipſum Aſpidibus peculiariter tribuit. l *Viſus hebes eſt.*) Id euenit, qm̃ ſerpentes magna ex parte ſub terra degunt. m *Heliotropio.*) Hanc alĳ ſolis gemmam nominant. Rhennius, *Gemmaque quæ radios emittit candida ſolis* Eius qualitatẽ Plinius ca. 10. triceſimiſeptimi ſic eleganter refert. Heliotropiũ (inquit) naſcitur in Aethiopia, Africa, Cypro Porracei coloris Sanguineis uenis diſtincta. Albertus li. 2. Mineralium, eã nõ in Africa, ſed in India cõtra aliorũ ſentẽtiã ꝓdidit inueniri. n *Viridi colore.*) Porracei dicit Plinius. Rhennius candidi. Sed reuera colore quodã inter hos medio præditum eſt. Niſi candidã pro pulchra accipias. o *Cauſa nominis.*) Græci ἥλιον ſolem dicũt, τροπὴν mutationẽ cõuerſionẽue. τροπέω retrouerto. Hæc. enim gẽma (inquit Solinus) deiectã labris æneis radios ſolis mutat, ſanguineo repercuſſu. Plin eodẽ loco. Cauſa cominis, quoniam deiecta in uas aquæ fulgorẽ ſolis accedentẽ percuſſu ſanguine mutat, maximè Aethiopica. Eadem extra aquã ſpeculi modo ſolẽ accipit, deprehendit defectúſq; ſubeuntem lunam oſtẽdẽs. Marbodeus hoc ſic cecinit.

Ex re nomen habens eſt Heliotropia gemma,
Quæ ſolis radĳs in aqua ſubiecta Batillo
Sanguineum reddit mutato lumine ſolem,
Eclypſimq; nouam terris effundere cogit &c.

a *Etiam illud poſſe.*) Plinius ibidem. Magorum (inquit) impudentiæ uel manifeſtiſſimum hoc quoq; exemplum eſt, quoniam admixta herba Heliotropio, quibuſdā quoq; additis precationibus gerētem conſpici neget. Idem Marbodæus:

Nam ſi iungūtur eiuſdem nominis herbæ,
Cui tamen amplior ijs conceſſa potentia fertur
Carmine legitimo, uerboq; ſacrata potenti,
Subtrahit humanis oculis quemcunq; gerentem.

a effectu lapidis eſt, & poteſtate. Deiecta in Labris ge-
neis radios ſolis mutat ſanguineo repercuſſu, utraq;
aquam ſplendorem aëris abijcit, & auertit. Etiam
illud poſſe[a] dicitur, ut herba [b] eiuſdē nominis mix-
b ta, & precantationibus legitimis cōſecrata, cū à quo-
cunq; geſtabitur, ſubtrahat uiſibus obuiorum. Inter
Syrtes quamuis terra [c] pergentibus iter ſyderibus de
ſtinatur, nec aliter curſus pateſcit. Nam putris ſoli fa-
c ciem aura mutat, & minimo licet uento tantam di-
uerſitatem flatus efficit, ut ſubinde euerſis ſitibus [d] lo
corū nulla indicia agnitioni relinquantur, cum mo-
dò quæ fuerant tumulis ardua, in ualles reſidunt, mo
d dò quæ uallibus præſſa cœtu pulueris aggerantur.
Ita etiam continens [e] naturam maris ſui patitur.
Nec intereſt ubi potius ſint procellæ, cum ad exi-
tium uiantium elementis congruentibus in terris fla
e bra ſæuiant, in mari terræ. Vtræque Syrtes [f] du-
centis quinquaginta millibus paſſuum ſeparantur,
aliquanto clementior, quæ minor eſt. Cneo deniq; [g]
Seruilio C. Sempronio Conſ. inter hęc uadoſa claſsē
Romanā īpunè accepimus pfretaſſe. In hoc ſinu Me
ninx [h] inſula poſt Mynturnēſes paludes.[i] C. Mario

b *Herba eiuſdem nominis.*) Herba hæc iccirco nomen à Sole ſortita creditur q̊niam cum Sole ſe circumagit, etiam nubilo die, tantum ſyderis amor eſt. Noctu uelut deſyderio contrahit cæruleum florem. Dioſcorides lib. 4. duo eius genera eſſe dicit, maius ſcilicet, & minus. Plinius etiam cap. 21. uiceſimiſecundi naturalis hiſtoriæ duo eius genera refert. Tricoccum, & Helioſtrophium. Multa de hac herba traduntur à Medicis. Poëtæ fabulantur Clytien Nympham in hanc herbā fuiſſe conuerſam, qđ à Sole, cui⁹ amore tenebatur, fuerit derelicta.

Attamen illa ſuum quamuis radice tenetur
Vertitur ad ſolem, mutataq; ſeruat amorem.

c *Terra pergentibus iter ſyderibus.*) Plin. cap. 4. quinti. Et terra hæc aūt (inquit) ſyderū obſeruatione nobilis. Ad eam per deſerta arenis, perq; ſerpentes iter eſt. Lucanus in nono.

Iamq; iter omne latet, nec ſunt diſcrimina terræ
Vlla, niſi ætheres medio ualet æquore flammæ,
Syderibus uenere uias, nec ſydera nota
Oſtendit Libycæ finitor circulus oræ.

Idem ſcribit Syllius in fine tertij.

Has obſeruatis ualles enauimus aſtris,
Namq; dies confundit iter, &c.

Inter miracula certè numerandū, ut terreſtre iter ſyderibus peragatur, cum ſit id ꝓprium nauibus. d *Euerſis ſitibus.*) Loci qualitatibus, itinerum diſtinctionibus, id eſt uijs, quibus uelut indicijs illac pgentibus monſtrantur itinera. Sunt qui falſò pro ſitibus, Syrtibus repoſuerint. e *Ita etiam continens.*) Variè locus hic in exēplaribus reperitur. In quibuſdam enim ſcriptum eſt. Ita enim continens naturā maris ui patitur. In multis aliter. Nobis autem placet, ut legatur. Ita etiam continens, naturam maris ſui patitur. Ad hunc ſenſum ſcilicet. Terram Syrtibus proximā, maris ſui, id eſt, Syrtici naturā etiā experiri. Id quod ſequens mox litera explicat euidenter. Hanc ipſam regionē mercatores, qui ea loca adire ſolent, Arenoſum mare nuncupant. Vltra quod undecim Iudæorū tribus hac quoq; tempeſtate integras reſeruari Hebræi prædicant. f *Vtraq; Syrtes ducentis.*) Plin. cap 4 quinti. A' regione (inquit) quæ duas Syrtes interiacet, par utriq; interuallo, ſed littore inter duas Syrtes ducentorum quinquaginta millia paſſuum. g *Cneo deniq;.*) Hiſtoriam referunt Eutrop. in fine 2. & Oroſius cap. 8. lib. 4. h *Meninx inſula.*) De hac inſula Plin. cap. 7. lib. 5. & Strabo lib. ult. Auienus Dionyſij interpres.

Paruaq; ceruleo circumſonat æquore Meninx,

Sic enim alibi legendum eſſe docuimus. i *Caio Mario fuit latebra*) Plutarchus In Caij Marij uita. Marius (inquit) ex induſtria recedens, & pelagus legens, Meningaque inſulam petens, hic primum, &c. Etiam ſi Meuingam paſſim legamus. Marij in Africam fugam, & ibidem latebram, deſcribunt Appianus primo bellorum Ciuilium. Liuius libro ſeptuageſimooctauo, & 79. Lucanus in 2. Item cæteri.

a *Pſylli fuerunt.*) Plin. cap. 2. ſeptimi. Similis & in Africa (inquit) gens Pſyllorũ fuit, ut Agatharchides ſcribit à Pſyllo rege dicta, cuius ſepulchrum in parte Syrtium maiorum eſt. Horum corporum ingenitum fuit uirus exitiale ſerpentibus, ex cuius odore ſopirent eas. Mos uerò liberos genitos obijciendi ſæuiſſimis earum. Eoq́ genere pudicitiam coniugum experiendi non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus, &c. Plura de Pſyllis Gell. cap. xi. decimiſexti Noct. Att. Herod. lib. 4. Eleganter Lucan. lib. 9.

Gens unica terras
Incolit à ſæuo ſerpentum innoxia morſu
Marmaridæ Pſylli, par lingua potentibus herbis.
Ipſe cruor tutus, nullumq́ admittere uirus,
Vel cantu ceſſante poteſt, natura locorum
Iuſſit ut immunes mixti ſerpentibus eſſent,
Profuit in medijs ſedem poſuiſſe uenenis,
Pax illis cùm morte data eſt.

b *Recens editos.*) Lucanus in 9.

Fiducia tanta eſt
Sanguinis, in terram paruus cum decidit infans
Ne qua ſit externæ Veneris mixtura timentes
Letifica dubios explorant Aſpide partus.

Syll. in 1.

Nec non ſerpentes diro exarmare ueneno
Doctus Atir, tactuq́ graues ſopire Chelydros,
Ac dubiam admoto ſobolem explorare Ceraſte.

fuit latebra. Supra Garamantas Pſylli [a] fuerunt. a contra noxium uirus muniti incredibili corporis firmitate. Soli morſibus anguium non interibant, & quamuis dente letali appetiti, incorrupta durabant ſanitate. Recens etiam editos [b] ſerpentibus offerebant. b Si eſſent partus adulterini, matrum crimina plectebantur interitu paruulorũ. Si pudici, probos ortus à morte paterni ſanguinis priuilegium tuebatur. Sic originis fidem probabant uenenis iudicantibus. c Sed hæc gens interijt [c] à Naſamonibus capta. Neque quicquam aliud præter opinionem de ueſtigio nominis ſui Pſylli reliquerunt. Naſamoniten lapidem [d] Naſamones dant ſanguineum uniuerſum nigris uenulis adumbratum. d In intimo receſſu Syrtis maioris circa Philænorum aras Lothophagos [e] fuiſſe didicimus. Nec incertum eſt. A Philænorum aris non procul palus eſt, quam Triton amnis influit. Vbi [f] ſpeculatã ſe

c *Interijt.*) Ex Plin. cap. 2. ſeptimi. Vide Gellium, & Herodotum ubi ſuprà. d *Naſamoniten.*) Huic lapidi, à loco, ubi prouenit, nomen inditum. Plin. cap. 10. libri ultimi. Naſamonites (inquit) eſt ſanguinea nigris uenis. e *Lotophagos.*) Nomen compoſitum ex λωτοῦ Loto, & φάγω comedo, quod hi populi loto arbore ueſcantur. De Loto arbore plura Plinius capite decimoſeptimo, tertijdecimi naturalis hiſtoriæ. Theophraſtus cap. 10 quarti de hiſtoria plantarũ. Et Dioſcorides cap. 181 lib. 1. De Lotophagis præter cæteros Homerus 9. Odiſſeæ. Loti (inquit Plinius) tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti, terræq́ dederit nimis hoſpitali aduenarum obliuione patriæ. Vergilius in Culice.

Impia Lotos,
Impia, quæ ſocios Ithaci merentis abegit
Hoſpita dum nimia tenuit dulcedine captos.

Hinc natũ Adagiũ λωτὸν ἔφαγες. Lotũ cõmediſti. De ijs, qui regionis alterius amore capti, in patriã redire negligũt. Apollonius (ut in fine primi eius uitæ refert Philoſtratus) Qui enim (inquit) ad Lotophagos nauigant, eius cibi ſuauitate capti, domeſticarũ rerũ obliuiſcuntur. f *Vbi ſpeculatam ſe*) Pallas inuenta Tibia cum buccis tumidis ex aqua ſe conſpexiſſet, eam ipſam Tibiã in Tritonẽ Libyæ paludẽ abiecit. Authores Herodotus lib. 4. Diodorus Siculus lib. 4. Quintus Curtius lib. 4. Lactantius 2. Thebaidos. Syllius in 3.

Hinc qui ſtagna colunt Tritonidos alta paludis,
Qua uirgo (ut fama eſt) bellatrix edita Lympha
Inuento primam Libyen perfudit oliuo.

Lucanus in 9. de Tritone:

Hanc & Pallas amat, patrio quod uertice nata
Terrarum primam Libyen (nam proxima cælo eſt
Vt protegat ipſe calor) tetigit, ſtagniq́ quieta
Vultus uidit aqua, poſuitq́ in margine plantas,
Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda.

Alij ſcribunt id factum eſſe in Meandro Phrygiæ flumine.

giæ flumine. Propertius 3. Elegiarum libro, *Quæ non iure uado Meandri iacta natasti,* a
Turpia cumfaceret Palladis ora tumor. Idem ſentit Claudianus 2. in Eutropium lib. *Hic cecidit,* &c.
a *Artium deam.*) Mineruam intellige, cui nobiliũ artium inuentionem adſcribunt. Ouid 3. Faſt.
Mille dea eſt operum, certè dea carminis illa eſt. Peritiores per Mineruam, partem illam
ſuperiorem animæ, id eſt, mentem & rationẽ intelligunt. Conſtat enim artes omnes nobiles eſſe à men- f

a artiũ Deam [a] crediderunt. Maior Syrtis oſtentãt oppidũ, Cyrenas uocãt, [b] quod Battus Lacedęmonius [c] Olympiade quinta, & quadrageſima [d] rege Martio res Romanas tenente, anno poſt Troiam captam
b quingenteſimo octogeſimoſexto condidit. Quæ domus Callimachi poëtæ fuit patria. Inter hoc oppidum, & templum Ammonis [f] millia paſſuum

te, & ratione repertas. Hinc à Græcis Minerua τριτογένεια dicitur, qđ nomen ut Democritus interpretatur, prudentiam ſignificat. Ex prudentia autem tres hominis actus prouenire exiſtimant. Bene cogitare, bene dicere, ac poſtremò bene facere. Hinc compactum nomen à τρίτος, & γεννάω, id eſt, Trigenia. Alij eam Tritoniam à Tritone palude, ut ex Lucani relato carmine conſtat, potius dictam uolunt. b *Cyrenas uocant.*) Grinus Theræ inſulæ rex, Batto, multisq; ciuibus eum comitantibus, Delphicum oraculum alijs de rebus cõſulturus, quondam adijt, cui ab oraculo reſponſum eſt, ut urbem in Africa conderet. Quo audito, Ego (inquit) ô Pythia ſenior ſum ac grauis admodũ. Tu uerò quempiã meorũ comitũ iſta iube facere. Tum Pythia cõtinuò Battum oſtẽdit. Erat enim is ex Polymneſtri genere apud Minias gratus plurimũ. Cum uerò Theræi Pythiæ uatis diu oraculũ neglexiſſẽt, in Thira annis ſeptẽ nũq; pluit. Qua ex re, in ea inſula præter unã omnes arbores aruerunt. Vnde eius inſulæ incolæ ſuos Delphos ſciſſitatũ mittunt, quibus itidem quod antea reſponſum eſt, irã numinis placaturos, ſi in Africa coloniã condendã curarent. Euenit, ut adultus iam Battus idẽ, & linguæ uitio laboraret, Delphos & ipſe adijt, linguæ præpeditæ oraculũ petitur. Cui conſulenti, ijs ab oraculo carminibus reſponſum eſt.

Batte uenis uocis cauſa, dux te iubet ire
Lanigeram in Libyen habitatum Phœbus Apollo.

His toties auditis, Theræi duce Batto miſſis duabus biremibus iuxra oraculi reſponſum, tandẽ Cyrenen inſignẽ urbẽ in Africa cõdiderunt. Battus aũt (ut in 4. ſcribit Herod.) cognominatus eſt, cum ꝓpter oraculũ apud Delphos ſibi redditũ, tum propter honorẽ, quem aſſecutus eſt. Battum eñ Pœni regẽ appellant. Hinc à Pythia oraculũ reddente Punica lingua Battus dictus eſt, q̊d futurus rex eſſet in Africa. Copioſè id Herod. exequitur in Melpomene. Plura de ea urbe refert Strabo in fine libri ult. ſui operis. Diod. Sic. lib. 5. ſcribit ex quorundã ſententia, huic urbi nomẽ inditũ à Cyrene Ipſei filia, quæ cum apud Peleum uirgo educaretur, Apollo eius forma captus, raptã uirginẽ in Lybiã, ad ea loca in quibus poſtmodum ciuitas cõdita eſt, aſportauit, & ab eius nomine Cyrene dicta. Alijs placet dictã à Cyre eius regionis fonte. Eam regionẽ eſſe fertiliſſimã in fine 4. tradit Herod. c *Lacedæmonius.*) Conueniunt ferè omnes Cyrenen fuiſſe à Theræis conditã. Hi aũt ex Laconica profecti Therã inſulã coluerunt. Thera autem olim Caliſto dicebatur. Vnde Callimachus,

Nomine Caliſto primùm ſed poſtmodo Thera
Dicta fuit tellus urbis origo meæ.

Ea urbs (ut Strabo refert) uiros claros cõplures habuit, qui & libertati optimè præeſſe poterãt, & imminentib. Barbaris fortiter reſiſtere. Qualis aũt fuerit Cyrenaica philoſophia, docet Diogenes in Ariſtip. uita lib. 2. d *Olympiade quinta, & quadrageſima.*) Plin. cap. 3. Nat. hiſt. 19. aſſerit oppidũ Cyrenarũ fuiſſe cõditum urbis Romæ anno 143. Hic aũt annorũ numerus diſcrepat aliquantulũ à Solino. Cincius (ut cap. 2. ſuprà retulimus) ſcribit Romã fuiſſe cõditam Olympiade 12. Primi aũt quatuor Romani reges, Romulus, Numa, Tullus hoſtilius, Ancus Marcius, regnauerũt annis 136. hoc eſt, Olympiadib. 34. Secundũ igitur hanc Olympiadũ ſupputationẽ, Ancus Martius obijt Olympiade 46. Ergo ſecundũ hoc, Cyrenæ cõditæ ſunt, rege Martio res Romanas tenẽte. Apud hunc Cinciũ legerat fortaſſis Solinus, q̊d de Cyrenarũ cõditione hoc in loco refert. Propter curioſos aduertendũ, fieri potuiſſe, ut Martio res Romanas tenente, Cyrenas cæptas ædificari, licet poſt huius regis obitum finẽ ceperint. Conſtat autem Ancum Martium obijſſe mortem anno ſecundo, primæ & quadrageſimæ Olympiadis, author lib. 3. Dionyſius. Euſebius libro temporũ ſcribit Cyrenen ædificatam uiceſimoquarto anno, Erichthonij quarti Athenienſium regis, id eſt, ferme annis ſeptingentis ante Romam. Alibi dicit ædificatã eam quarta Olympiade, hoc eſt, annis paucis ante Romã. Alibi refert ædificatã Olympiade 17. Ex uerbis igitur Euſebij, non eſt quærenda de Cyrenarum conditione certa ueritas hoc in loco. e *Poſt Troiam captam anno 586.*)

quadringenta [a] ſunt. Templo fons proximat Soli ſacer, [b] qui humoris nexibus humum ſtringit, fauillam etiam in cæſpitem ſolidat. In qua gleba non ſine miraculo locus uiret undique ſecus agris arentibus. Illic & lapis legitur, Ammonis uocant cornu. [c] Nam ita tortuoſus eſt & inflexus, ut effigiem reddat cornu arietini. Fulgore aureo eſt. Prædiuina ſomnia repreſentare dicitur ſubiectus capiti

Conſtat ex primo, & ſecundo Dionyſij uoluminibus, poſt erutum Ilium anno quadringenteſimo triceſimo ſecūdo fuiſſe Romam conditam. Ab urbe autem condita, uſq; ad obitum Anci regis, ſunt anni ferme 136. Sumptis itaq; annis 432. & 136. fiunt anni 568. Qui annorū numerus (ut iam diximus) ad Cyrenarum initium referendus eſt. Solini autem numerus ad cōpletam urbis illius ædificationem. Eſſet omnino plana & uera computatio, ſi ſic legeretur apud Solinum. Olympiade prima & quadrageſima, rege Martio res Romanas tenente. Anno poſt Troiam captam, quingenteſimo ſexageſimooctauo condidit. Sed exemplaria omnia quæ uiderim, retinent primū numerum. Sed in re parum commoda ſatis multa. f *Templum Ammonis.*) Ab arena, quæ Græcè *ἄμμος* dicitur, nomen inditum. Liber enim pater, quum Indos peteret, uel (ut placet alijs) ex India ueniens, & per Lybiam exercitū duceret, fatigatus ſiti, Iouis patris ſui implorat auxilium. Et ſtatim uiſo ariete, fons ſecutus eſt ab arenis. Vnde factum eſt Ioui Ammoni ab arenis dicto ſimulachrū cum capite arietino. In eo autem loco, in quo aqua fluxit, templum conſtituit. Quod ideo fingitur, quia ſatis eius oraculi ſunt inuoluta reſponſa. Ex Seruio 4. Aeneid. ſuper illud, *Hic Ammone ſatus.* Et Lactantio 3. Thebaid. Statij ſuper illud, *Caonias ſonuiſſe tibi.* Diodorus Siculus in geſtis Alexandri, id eſt. 17. hiſt. lib. Ammonis templum Danaum Aegyptiorū regem cōſtruxiſſe tradit. Idem docet qualiter in eo oracula ederentur. Eius autē ſimulachrum ex Smaragdis, ac gemmis alijs factū fuiſſe tradit. In eo autem loco ager eſt in medio arenarum exiguus. Quippe ubi latior ad quadraginta maximè ſtadia extenditur, olearū, palmarumq́;, ac cæterarū cultarum arborū ferax, roſidus ſolus, ex omnib. circumiectis. Ex 3. Arriani lib. Diodorus dicit eam regionē in latū, & longū ſtadijs quinquaginta patere. Incredibile dictu (inquit lib. 4. Q. Curtius) inter uaſtas ſolitudines, ita undiq; ambientibus ramis uix in denſam umbram cadente ſole cōtecta eſt. Multiq́; fontes dulcibus aquis paſſim manātibus alunt ſyluas. Cœli quoq; mira temperies uerno tēpore maximè ſimilis. Omnes anni partes pari ſalubritate percurrit. Similia & Diod. Sic. refert. Politianus cap. 52. primæ Centuriæ cōtendit Ammonis hoc templum fuiſſe pauperrimū, nec inter orbis miracula reponendū. De Ammonis tēplo Herod. lib. 2. & 4. Syll. in fine tertij. Lucanus in 9. *Ventum erat ad templum, &c,* a *Millia paſsuum trecenta.*) Legendum eſt, Quadringenta ex Plinio cap. 5. quinti, & Martiano lib. 6. b *Fons Soli ſacer.*) Ex Plinio cap. 106. ſecundi. Iouis Ammonis fons (inquit) interdiu frigidus, noctibus feruet. De hoc fonte Arrianus in principio 3. Geſtorum Alexandri. Ex eo (inquit) fons manat cæteris omnibus fontibus natura diſſimilis, ſub luce tepentibus aquis manat, in meridie frigidus, ueſpere calet, media nocte feruidior. Poſtea deinde deferueſcere incipit, ac ſub diei exortū rurſus tepidior oritur, atq; ita per ſingulos dies, ac noctes æſtus, ac frigoris uices uariat. Similia ſcribunt Diod. Siculus in Alexandro. Et Q. Curtius. lib. 6. Pomp. Mela lib. 1. Multa Herodotus in Melpomene. Syllius in fine tertij,

Stat fano uicina, nouum & memorabile lympha,
Quæ naſcente die, quæ deficiente tepeſcit,
Quæq́; friget, medium cum ſol aſcendit olympum,
Atq; eadem rurſus nocturnis feruet in umbris.

De eo etiam Ouid. lib. ult. Metam.

Medio tua corniger Ammon
Vnda die gelida eſt, ortuq́;, obituq́; caleſcit.

Huius effectus cauſa inter naturæ ſecreta meritò cōputantur, ſicut de quibusdā aquis colorē ouiū mutantib. inquit Satyr. 12. Iuuen. *Egregius fons Viribus occultis, &c.* Lucret. lib 6. de rerū natura ex eo id euenire ait, q̊d apud huiuſmodi fontes ignis ſemina terræ incluſa ſint. Hæc aūt ignis ſemina terrā nocte linquūt, & in aquā ipſā fontiū trāſeunt. Die aūt ui ſolis eandē terrā repetūt. Idipſū elegāter canit in Meteoris Pōtanus ueterib. poētis non inferior. *Intus alunt ignes, &c.* Verſus Lucretij ſunt.

Cauſa quidem uel certa ſubeſt, nam frigora noctis
Eſt apud Ammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, & calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant ſubter terras ferueſcere partim
Nox ubi terribili, &c.

Aduertendū hūc fontē alterū eſſe ab eo qui eſt apud urbē Debrida, de quo infra cap. 42. Sunt tamen qui eundem eſſe exiſtiment. c *Ammonis cornu.*) Plin. cap. 10. lib. ultimi.

a incubantium. Et arbor eſt Metops [a] nomine, ex
qua profluit lentus humor, quem à loco Ammo-
niacum nominamus. Apud Cyrenenſes præte-
rea Syrpe gignitur [b] odoratis radicibus, uirgulto
b herbido magis quàm arbuſto. Cuius è culmo ex-
udat æſtatis tempore pingue roſcidum, idq́ue paſcen
tium hircorum inhæret barbulis. [c] Vbi cum are-
factum inoleuit, guttis ſtyriacis legitur ad uſum men
c ſarum, uel medelæ magis. Dictum eſt primum lac
Syrpicum, quoniam manat in modum lacteum, de-
inde uſu deriuante Laſer nominatum. Quæ germi-
na initio barbaricæ impreſsionis uaſtatis agris, po-
d ſtea ob intolerandam uectigalis nimietatem, ferme pe
nitus ipſi accolæ eruerunt. Cyrenis ab læua Afri-
ca eſt, [d] ab dextra Ægyptus, à fronte ſæuum, &
importuoſum mare, à tergo Barbarorum uariæ na-
tiones, & ſolitudo inacceſſa, incultaq́ue, & ſqualens,
quæ Baſiliſcum creat [e] malum in terris ſingulare.

ultimi. Ammonis cornu inter ſacratiſſimas Aethiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur prædiuina ſomnia repreſentare. a *Metops.*) Melopos, uel Melops in exemplaribus paſſim legitur. Sed legendum Metops, uel Metopium: ex cap. 24 duodecimi naturalis hiſtoriæ Caij Plinij. Ergo (inquit) Aethiopiæ ſubiecta Africa, Ammoniaci lachryma ſtillat in arenis ſuis. Inde etiam nomine Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam Metopion uocant, reſinæ modo, aut gummi. Genera eius duo, &c. Dioſcorides capite 514. Galbanum (inquit) ſuccus è ferula eſt, naſcitur in Syria, Metopion uocant aliqui, &c. Lege etiam caput immediatè ſequens, quod de Ammoniaco eſt. Eſt & eiuſdem nominis oleum, quod Hippocrates Netopum uocat. Aëtius etiã Halinon ab amaritudine uocari tradit. b *Syrpe gignitur.*) Hermolaus capite 520. Corollarij in Dioſcoridem ſcribit ex ijs Solini uerbis ſatis indicari ipſum de Silphio loqui uoluiſſe quidem, ſed parum (inquit) nouiſſe quid diceret, ita ſalebroſus, & deſuetus in eo genere ſermo eius eſt. Affert tamen ex Rudente Plautino uerſiculum, qno Sirpis meminit. Speras (inquit) multum hoc anno futurum Sirpe, & Laſerpitium? De Laſerpitio, quod Græci σίλφιον uocant. Plinius capite 3. deciminoni naturalis hiſtoriæ. Ab ijs (inquit) proximũ dicetur authoritate clariſſimum Laſerpitium, quod Græci σίλφιον uocant, in Cyrenaica prouincia repertum, cuius ſuccus uocant Laſer, magnificum in uſu, medicamentisq́ue, & ad pondus argenti denarij penſum. Multis iam annis in ea terra nõ inuenitur, quoniã publicani, qui paſcua conducunt, magis ita lucrum ſentientes depopulantur pecorum pabulum. Vnus autem caulis repertus noſtra memoria, Neroni principi miſſus eſt. Siquando incidit pecus in ſpem naſcentis, hoc deprehenditur ſigno, oue cum comederit dormiente protinus, capra ſternutante. Diuq́ iam non aliud ad nos inuehitur, ꝗ quod in Perſide, aut Media, & Armenia naſcitur Laſer, multò infra Cyrenaicum, &c. Plura Dioſcor. cap. 520. & Theophraſtus cap. 2. quarti, & cap. 3. ſexti, & cap. 1. noni de hiſtoria plantarum. Magnæ æſtimationis fuiſſe apud ueteres Sylphiũ, indicat prouerbium inde natum βάττου σίλφιον: Batti Laſerpitium. De ijs dici ſolitũ, qui ſummos honores adipiſcuntur. Cyrenæi enim Batto, de quo parũ antè diximus, Silphiũ tanꝗ rem precioſiſſimã dono dediſſe tradũtur. Præterea in una nomiſmatis eorũ parte Iouẽ Ammonẽ, in altera Silphiũ ſculpere moris erat, author Tarræas in ꝓuerbiorũ collectaneis. c *Inhæret barbulis.*) Hoc etiã pacto Ladanum, & Ceſyphum caprarum ſcilicet uillis colligi capite 18. duodecimi tradit Plinius. d *Africa eſt.*) De ſitu, & terminis minoris Africæ, lege Ptolemæum cap. 3. quarti Geographiæ, & Strabonem libro ultimo. e *Baſiliſcum creat.*) Græca dictio βασιλίσκος quæ regulum uel tyrannũ ſignificat, quod inſtar regis cunctis animantibus ſit terrori. Vel quod in omnes tyrannidem, & ſæuitiam exerceat. Scribit Seruius 7. Aeneid. apud Græcos tyranni, & regis nullũ eſſe diſcrimen. Plinius aliam nominis rationem affert, cuius ex cap. 21. octaui uerba ſunt. Eadem (inquit) & Baſiliſci ſerpentis eſt uis. Cyrenaica hunc generat prouincia. xij. non amplius digitorum magnitudine Candida in capite macula, ut quodam diademate inſigni. Sibilo omnes fugat ſerpẽtes. Nec flexu multiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, ſed celſus, & erectus in medio incedens. Necat frutices, non contactas modò, uerùm & afflatas. Eruit herbas, rumpit ſaxa. Talis uis malo eſt. Creditum quondã ex equo occiſo haſta, & per eam ſubeuntem ui, non equitem modò, ſed equum quoq; abſumptũ. Huic tali monſtro (ſæpe eñ enectũ cõcupiuere reges uidere) muſtelarũ uirus exitio eſt, adeo naturæ nihil placuit eſſe ſine pari. Interficiunt eos cauernis facilè cognitis, ſola tabe. Necant illi ſimul odore, moriunturq́ue, & naturæ pugnam cõficiunt. Alia de eo lege cap. 4. uiceſiminoni lib. eiuſdẽ operis. Albertus lib. 25. de ani-

Serpens eſt penè ad ſemipedem [a] longitudinis, alba quaſi mitrula, [b] lineatus caput. Nec hominis tantum, uel aliorum animantium exitijs datus, ſed terræ quoq; ipſius, quam polluit, & exurit, ubicunq; ferale ſortitur receptaculũ. Deniq; extinguit herbas, necat arbores, ipſas etiã corrumpit auras, ita ut in aëra nulla alitum impunè tranſuolet, infectum ſpiritu peſtilenti. Cum mouetur, media corporis parte ſerpit, media arduus eſt, & excelſus. Sibilum eius [c] etiam ſerpentes alij perhorreſcunt. Et cum acceperint fugam, quæq; quoquo poſſunt properant. Quicquid morſu eius occiditur, non depaſcitur fera, non attrectat ales. Muſtelis tamen uincitur, [d] quas illinc homines inferunt cauernis, quibus deliteſcit. Vis tamen ne defuncto quidem deeſt. Deniq; Baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio Pergameni compararunt, &, ut ædem Apollinis manu inſignem, nec araneæ intexerent, nec alites inuolarent, [e] cadauer eius reticulo aureo ſuſpenſum ibidem locarunt. Circa extimum Syrtium [f] cornu Berenicen ciuitatem alluit Lethon [g] amnis, inferna, ut putant, exundatione prorumpens, & apud priſtinos uates latice memoratus [h] obliuionis. Hanc Beronice muniuit, quæ Ptolemæo tertio fuit nupta, & in maiori Syrte locauit. Omne autem

malibus ſcribit Pliniũ dicere, Baſiliſcum non occidere hominẽ niſi prius uiderit hominẽ, & ecõuerſo uideatur ab homine, & quod uiſus hominis ſi prius uideat Baſiliſcũ, interficiat Baſiliſcũ. Qui ſcire uult ubi hæc ſcribat Plin. illic quærat, ubi mittũt cornua cerui. Cætera q̃ de Baſiliſco tradit Albertus, ſumpta ſunt ex cap. 22. tertij Tractatus ſextæ Fen. 4. Canonis Auicennæ. Dioſcorides lib. 8. Heraſiſtrati authoritate ponit ſigna morſi à Baſiliſco cap. 15. Capite autem ultimo eiuſdem libri ait. Percuſſus à Baſiliſco prodeſſe fibrorum teſtes denario ponderis ſumptos in uino. in auxilio eſſe etiam lachrymam papaueris. Auicenna ſcribit nullam eius prorſus eſſe curationẽ. a *Ad ſemipedem longitudinis.*) Duorum palmorum dicit Auicenna. b *Mitrula lineatus caput.*) Coronatum caput habere idem Auicenna ſcribit. c *Sibilum eius.*) Lucanus in 9.

Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes
Ante uenena nocẽs, latè ſibi ſubmouet omne
Vulgus, & in uacua regnat Baſiliſcus arena.

d *Muſtelis tamen uincitur.*) Legitur in aliquibus exemplaribus. Muſtelis tantùm uincitur. Sed prima lectio purior. Hinc non inelegans Adagium ſumi conuenit. Et muſtelis Baſiliſcus uincitur. Ouidiano illi perſimile.

A cane non magno ſæpe tenetur aper.

In eos, qui inferiôres uires in ſui ſæpe perniciem ſpernunt, & eleuant. e *Nec alites inuolarent.*) Simili fortaſſis ratione factum eſt, ne muſcæ, aut canes, ſacellum Herculis in foro Boario ingrederentur. Nec ales ulla ſacram Achillis ædem, ut cap. 2. & 29. à Solino traditur. Etenim quacunque ratione, uana gentilitas conata eſt, ad falſorum deorum cultum miſeros mortales inducere. Quod ante Chriſti Saluatoris aduentum, effeciſſe conſtat. f *Extimum Syrtium.*) Ex Plinio capite 5. quinti. Berenice (inquit) in Syrtis extimo cornu eſt, quondam uocata Heſperidum ſupradictarum, uagantibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius Lethon, lucus ſacer, ubi Heſperidum horti memorantur. Eadem ſcribunt Strabo libro ultimo, & Martianus lib. 6. Faciunt, quæ ſcribit Iuſtinus libris 27. & 30. Stephanus ſex urbes huius nominis connumerat. Sexta (inquit) prius ἑσπερίς. Cognominata autem Berenice à Ptolemæi regis coniuge. g *Lethon amnis.*) Græci λήθην obliuionem dicunt. Conſtat quibuſdam in locis aquas eſſe, quæ ſuapte natura, uel memoriam, uel memoriæ contrariam obliuionem inducunt. Sicut in Bæotia ad Trophonium deum iuxta flumen Orchomenõ duo ſunt fontes, quorum alter memoriã, alter obliuionem affert. Inde numinibus inuentis. Similis eſſe ductus & huius amnis Lethes creditur eſſe aqua. Quibus fabulas conſectari mos eſt, dicunt nomen inditum, quod ex Lethe inferno flumine ortum habeat. Lucan in 9.

Quam iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis.
Infernis ut fama trahens obliuia uenis.
Quiq; ſuper Grauios lucentes uoluit arenas

Et Syllius 1. bellorum Punicorum.

Infernæ populis referens obliuia Lethes.

Vnde aũt ſumptũ ſit à poëtis, Lethes aquã obliuionẽ animab. inducere, pdũt Macrob. 1. de Sõnio Scip. & Seruius 6. Aeneid. ſuper illud.

Lethæumq; domos placidas qui prænatat amnis.

h *Latice memoratus obliuionis*

tus obliuionis.) Codices ſunt in quibus tum latex,tum Laticeæ legatur. a *Simiarum genus.*) Propter plurimam ſimiarũ cum hominibus ſimilitudinẽ creditũ eſt fuiſſe eas homines aliquando Pithecuſarũ inſularũ incolas,qui Cercopes dicebantur. Eos quum Iupiter eorum deteſtaretur perfidiam:

In deforme uiros animal mutauit, ut idem
Diſsimiles homini poſſent,ſimilesq; uideri,
Membraq; contraxit, naresq; à fronte remiſſas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora,
Totaq; uelatos flauenti corpore uillos
Miſit in has ſedes, nec non prius abſtulit uſum
Verborum, & natæ dira in periuria linguæ,
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit.

a latifundium, quod inter Ægyptum, Aethiopiam, Libyamqúe effunditur, quacunque lucis opacum eſt, uarium impleuit Simiarum genus. [a] Nec quiſquam offenſus nominis cognitione grauetur. Enim b uerò operæprecium eſt nihil omittere, in quo naturæ ſpectanda ſit prouidentia. Vulgus ſimiarum in his eſt, quas paſsim uidemus non ſine ingenio [b] æmulandi, quò facilius in manus ueniunt. Nam dum c auidè uenantium geſtus affectant, relicta conſultò uiſci unguilla, quod mendacio factum uident, oculos ſuos oblinunt. Ita uiſu obducto, pronum eſt eas corripi. Exultant noua luna, triſtes ſunt cornuto, & cauo ſydere. Immoderatè fœtus [c] amant, adeo ut catulos facilius amittant, quos im-

Non multũ diſſimilia ab ijs ſcribit Plin. cap. 44. xi. naturalis hiſtoriæ. Nam Simiarum (inquit) genera perfectam hominis ſimulationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris. Quæ ſole quadrupedum, & inferiorem habent genam. Iam mãmas in pectore, & brachia, & crura in contrariũ flexa. Similiter in manibus ungues, digitos, longioremqúe medium. Pedibus paululum differunt. Sũt enim, ut manus prælongi, ſed ueſtigium palmæ ſimile faciunt. His quoq; pollex, & articuli, ut homini, & præter genitale tantum Et hoc in maribus. Viſcera etiam interiora omnia ad exemplar. Plura ijs ſimilia ſcribit Ariſtot. cap. 8. ſecundi Naturæ animalium. Galenus inſignis medicinæ author, tum ridiculam hominis imitationem, tum ludicram ludentium puerorum inuentionem, ſimiam nuncupauit. Idem Ariſtot. cap. iamiam citato, tradit plura ſimiarum genera, quo loco eleganter explicat, quæ ſit ſimiarum forma. Simia (inquit) tam parte ſui corporis prona piloſa eſt, utpote quadrupes, q̃ ſupina, ut ſpeciem gerens hominis, quin contra atq; quadrupedes obtinet pilum, ut dictum iam eſt, ſed craſſiore pilo ſimiæ ueſtiuntur, longeq; hirſutiores parte utraq; ſunt. Conueniunt cum homine plurimũ ſua ſpecie. Quippe quæ nares, aures, dentes tam primores, q̃ maxillares hominis more habeant. Cilium etiã cum cæteræ quadrupedes non in utraq; palpebra habeant, q̃q̃ prætenuè, ac prolixius potiſſimùm in inferiore, &c. Capite aũt 10. quarti de partibus animalium docet cur ſimia cauda, & natibus careat. Simia (inquit) quòd forma ambigua ſit, ut in neutro, & in utroq; genere ſit conſtituenda, ideo nec caudam habet, neq; nates, uidelicet ut bipes cauda uacat, ut quadrupes natibus. Simiarum copiã in India eſſe tradit Philoſtratus in tertio uitæ Apollonij libro. Eas Indi maximè faciunt, quoniam piperis (ut ſic dicã) uindemiatrices ſunt. Quapropter & armis, & canibus, leones, & cæteras feras ab ipſis arcẽt. Diciturq; leones ſimijs inſidiari, præſertim cum ægroti fuerint, quod tunc ceruos, caprasq; uenari non poſſint. b *Non ſine ingenio æmulandi.*) Plin. cap. 54. octaui naturalis hiſtoriæ de ſimijs. Mira ſolertia (inquit) uiſco inungunt laqueos, calceariqúe imitatione uenantium traduntur. Similia refert Strabo uolumine 15. Mutianus & latrunculis luſiſſe fictis cæra, nuces uiſu diſtinguere. Martialis in Diſtichis ſcribit ſimiam ſcire etiam immiſſas haſtas declinare.

Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas.

Vnde factum eſt, ut eos qui facilè hominum geſtus moresq; imitantur, prouerbiali figura ſimias uocitemus. Vtitur eo in Milite glorioſo ſæpe Plautus. Hinc nonnulli ſimiã dictam uolunt, uel qđ multa ſit in ea humanæ rationis ſimilitudo, uel q̊d plurimũ ſimulet geſtus hominũ. Alijs placet à ſimis naribus nomẽ inditũ. Simias capiendi modum refert Diodorus Siculus libro hiſtoriarum decimoſeptimo. Item Strabo 15 Geographiæ libro. Inter uenenatos animalium morſus enumerat Auicenna etiam morſum ſimiæ, eius curationẽ docens cap. 12. quarti tractatus ſextæ Fen. quarti Canonis. c *Immoderatè fœtus amant.*) Simiarũ generi (inquit Plinins) præcipua erga fœtum affectio. Geſtant catulos, quos manſuefactæ intra domos peperere. Omnibus demonſtrant, tractariq; gaudent, tractatu gratulationem intelligentes. Itaq; magna ex parte complectendo necant. Ex hoc ſimiarũ erga fœtus ſuos amore, Adagium non inconcinnum ſumi poſſe uidetur. Vt ſimia

fœtus

pendiò diligũt, & ante ſe geſtiãt, quoniã neglecti po- a nè matrẽ ſemper hęrent. Cercopitheci [a] caudas ha- bẽt. Hęc ſola diſcretio eſt inter prius dictas. Cynoce- phali [b] & ipſi ſunt è numero ſimiarũ in Æthiopię par- b tibus frequẽtiſsimi. Violẽti ad ſaltũ, fieri morſu, nũq̃ ita mãſueti, ut nõ ſint magis rabidi. Inter Simias habẽ- tur & Sphinges [c] uilloſę comis, mãmis prominulis, ac profundis, dociles ad feritatis obliuionẽ. Sunt & quas uocãt Satyros, [d] facie admodũ grata, geſticula- c tis motib. inquietè. [e] Callitriches toto penè aſpectu à cęteris differũt. In facie barba eſt, lata cauda. Has cape- re nõ eſt arduũ, ſed proferre rarũ. Neq; enim uiuũt in altero, q̃ in Æthiopico, hoc eſt, ſuo ſolo.

fœtus diligit. In eos, qui ob immoderatã erga natos dilectionẽ, paternæ ſæueritatis obliuiſcũtur, corrũ pi'q; eos obſcœnis morib. patiũtur. Non abſimile ei, qđ à Salomone relatũ eſt. Qui parcit uirgæ, odit filium ſuũ, qui aũt diligit illũ inſtãter erudit. a *Cercopitheci.*) Verbũ de uerbo, Caudatæ Simiæ ἀπὸ τῆς κέρκου cauda, καὶ πιθήκου ſimia. Itali Maimonẽ, Germani maris catũ uocant. Ariſtoteles cap. 8. & 9. ſecũdi nat. animaliũ κῆβον nominat. Plin. cap. 21. octaui. Ceropithecos (inquit) nigris capitibus, pilo aſinino, & diſſi- miles cæteris uoce. Strabo lib. 15. ſcribit ſyluã eſſe nõ lõgè à Nicea urbe, in qua ſylua maximã ingen- tium'q; Cercopithecorũ multitu- dinẽ eſſe, adeo ut cũ Macedones aliquãdo multos in collib. qbuſ- dã apertis uidiſſent in aciẽ inſtru- ctos, nã id animal (inquit) ad hu- manũ accedit ingeniũ, nõ minus q̃ elephantũ caſtra putaſſe, & in eos tanq̃ in hoſtes irruiſſe. Sed cũ à Taxillo, qui cũ Alexãdro erat, rẽ agnouiſſent, ceſſaſſe. Quo aſtu capi ſoleant, docet idẽ Str. lib. 15. b *Cynocephali.*) Canicipes. Sic eñ Theodorus tranſtulit cap. 8. ſe- cundi nat. animal. Ariſtot. Græcis eñ κυνὸς canis dicitur, κεφαλὴ caput. Cynocephal9, ſiue Canips (inquit Ariſtot, ubi ſupra) etiam eadẽ for- ma, qua ſimia eſt, ſed maior, uali- dior'q;, & facie caninæ ſimilior, unde & nomen accepit. Ad hæc moribus ferocior eſt, & dente robuſti- ore, canino'q; propiore. Diod. Siculus lib. 4. Qui Cynocephali (inquit) uocantur, corpore ſunt, & for- ma homini perſimiles, uocem'q; imitantur humanam. Ferum omnino, atq; indomitum animal, ratio- ne carens. Supercilijs, aſpectu'q; ſunt horrido, ac truci. Fœminis ſua natura accidit, ut palam expoſi- tam extra corpus uuluam, per omnem uitam ferant. Lege quæ de Cynocephalis ſcribit Plin. cap. 2. ſe- ptimi naturalis hiſtoriæ. Hos & India quoq; nutrit infra cap. 61. c *Sphinges.*) Ab effectu nomen in- ditum, quòd homines ſuis quæſtionibus ita ſtringerent, ut ſe expediri non poſſent. Nã Græci σφίγγειν conſtringere, uel uincere dicitur. Vel quaſi omnium mentes ſuis propoſitionibus ligare. Lact. 1. Theb. ſcribit Sphinga monſtrum fuiſſe, alas & ungues habens in ſimilitudinem Harpyarum, quod inſidens ſcopulo uiæ imminenti, inſolubilia ænigmata tranſeuntibus proponebat, quæ cum ſoluere non poſ- ſent, ex improuiſo ueniens, alis & unguibus ad ſe in rupem trahebat. Cuius locutionis ambages Oe- dipodes ſua calliditate ſoluit. Inde Adagionis origo apud Terentiũ. Dauus ſum non Oedipus. Id eſt, ſeruili officio, non quæſtionibus ſoluẽdis aptus ſum. De Sphingibus ſic Diod. Siculus lib. 4. Sphinges & apud Troglodytas, Aethiopes'q; naſcuntur, forma haud ei diſſimili, qua pinguntur, ſed paulo pin- guiores. Naturam habent manſuetam, pluribus exercitijs diſciplinis'q; aptam. Lege Plin. cap. 21. octa- ui. Κέβης ἐν πίνακι tabulæ ſuæ expoſitionem Sphingis ænigmati perſimilem eſſe dicit. Nam quicunq; (in quit) ipſum intellexerat ſalutem, qui non intellexerat exitium conſequebatur. Eadem eſt huius enarra- tionis cõditio. Sphinx enim hominibus ipſa inſipientia, &c. Tradunt fabulæ σφιγγὰ triforme monſtrũ, cuius pars una uolucris, altera leonis, uirginis tertia. Auſonius in Grippo ternarij numeri,

Terruit Aoniam, uolucris, leo, uirgo, triformis
Sphinx, uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Albertus cum loqui uellet de Cero- pithecis, Cynocephalis, & Sphingibus lib. 22. de animalib. in dictione Simia, Sphingicis ænigmatibus, inuoluit omnia. d *Satyros.*) σάτυρον ueteres Græci uirile membrũ dicebãt. Vnde eſſe Satyris nomẽ datũ quidã putãt, quod proni ſint plurimũ ad libidinẽ. Aegyptij plurimas Satyrorũ imagines, in gratiã fœ- cunditatis eorũ in tẽplis ponebãt in hirci naturæ, quã libidinoſam eſſe dicũt, ſimilitudinẽ, author Dio- dorus Siculus in 2. Lege Euſeb. cap. 1 ſecũdi præparationis. Sumpſit hæc de Satyris Solinus ex cap. 2. ſe- ptimi. C. Plin. Sunt (inquit) & Satyri Subſolanis Indorũ montibus, Cartadulorũ dicitur regio, pernici[ſ]- ſimum animal tanq̃ quadrupedes tam rectè currentes, humana effigie, ut propter uelocitatem, niſi ſe- nes, aut ægri, non capiantur. Plura de Satyro refert Philoſtratus lib. 6. quem lector adeat ſi libuerit. e *Callitriches.*) Pulchros crines habentes quidam interpretantur καλοὶ pulchri, τρίχες capilli. Callitriches (inquit Plinius cap. 54. octaui) toto penè aſpectu differunt. Barba eſt in facie, cauda lata, diffuſa priori parte. Hoc animal negatur uiuere in alio niſi in Aethiopico, quo gignitur cœlo.

Inter

De Hammanientum Gente Deq́ in ea domibus ſale conſtructis. Cap. XLI.

a INter Naſamonas, [a]& Troglodytas [b] gens Ham
manientum eſt, quæ ſalibus domos extruunt,
quos in modum cautium è montibus excitatos
ad uſum ædium cementicijs nectunt ſtruibus.
b Tanta ibi huiuſce uenæ copia eſt, ut tecta faciant
è ſalinis. Hi ſunt Hammanientes, qui commertia
cum Troglodytis habent. Carbunculi gemmæ
[c]citra Hammanientes propiores Naſamonibus.
c Asbyſtæ [d] Laſere uiuunt, hoc aluntur, hoc illis edu-
le [e] eſt.

De Garamantibus, Deq́ miro apud eoſdem fonte Cap. XLII.

d GAramantum oppidum [f] eſt Debris [g] fonte
miro, qui denique alternis uicibus die fri-
geat, [h] nocte ferueat, ac per eadem uena-

INter Naſamonas.) Hos populos Hammaniẽtes uocat Plin. cap.5.lib.quinti. Poſt Naſamonas (inquit) Haſbytæ, & Macæ uiuunt. Vltra eos Hammanientes undecim dierum itinere à Syrtibus maioribus ad occidentem, & ipſi quaqua uerſus arenis circũdati. Et parum infra. Domos ſale è montibus ſuis exciſo ceu lapide cõſtruunt. Et lib.31.cap.ſeptimo. Carrhis (inquit) Arabiæ oppido muros, domoſque maſsis ſalis faciunt, aqua feruminantes. Herod.lib.4. porrigitur id ſupercilium (inquit) ad columnas uſq; Herculeas, atq; ulterius. Intra quod eſt metallum .i. effoſſio ſalis decem dierum itinere. Et homines incolentes domicilia ſua faciẽtes ex micis ſalis. Iſti enim tractus Africæ uacãt imbribus. Nã ſi plueret illic, nõ poſſent manere parietes ſalis. In Solinianis codicibus plerũq; gens Amantum ſcriptum reperies. De Sale capite undecimo ſuprà abundè diximus. b *Troglodytas.*) De Troglodytis infra cap. 44. c *Carbunculi gemmæ.*) Pli. Ab Hammanientibus ad Troglodytas hiberni occaſus plaga, dierum quatuor iter, cũ quibus cõmertiũ, gemmæ tm̃, quam Carbunculum uocamus ex Aethiopia uectæ. De Carbũculis, quos quidam ab igneo colore Pyropos, & Apyruſtas quod ignem non ſentiant, uocant. Plin. cap.7. triceſimiſeptimi. d *Aſbyſtæ.*) Herodotus, Dionyſius, Callimachus Aſbyſtas, pronũciant. Alij Aſbytas Syllius, Ptolemæus, Euſtatius. Dicti autẽ ab Asbyſta eius loci urbe. Sunt qui nomen habere dicant ab Asbyte regina Hiarbæ regis filia, de qua plura Syllius libro ſecundo bellorum Punicorum. De Laſere, quo Asbyſtæ uiuunt. Plinius cap.3. decimi noni. Et nos cap.40. ſupra, ubi de Metopio ſcripſimus. e *Edule eſt.*) Edule uocant quicquid manducari poteſt. Horatius Satyra quarta ſecundi Sermonum.

Vinea ſummittit capreas nec ſemper edules.

Sunt codices, qui habeant tum edile, tum dulce, tum edulce eſt, tum eduleſcit.

GAramantum oppidum.) Eas præſertim regiones rimatur Solinus, in quibus aliqua naturæ uiſuntur miracula, tria apud Garamantes memoratu digna referens. Quod illic fons die frigeat, caleſcat nocte. Alterum quod eius regionis armenta obliquis ceruicibus pabulentur. Poſtremum quod Gauli inſulæ terra ſerpẽtibus, & ſcorpionibus ſit pernitialis omnino. g *Debris*) Hanc Solini nomenclaturam approbat Hermolaus ca.5. quinti Caſtigationum Plinianarũ, cum apud Pliniũ legãtur tum Detris, tum Dedris. Apud Ptolemæum Bedron, uel Bediron. h *Die frigeat.*) Quidam cauſam huius miraculi hanc eſſe putant. Quod uidelicet ignes noctis frigoribus intus alantur, ęſtuentq; ſub terram. Vnde euenit, ut noctis tẽpore ſit is liquor calidus. E diuerſo autẽ die, quod ſol terrã exurat, igneaq; uis exhalet ſolis ardore, uenas eas recreari aiunt. Sicq; aquã ipſam gelidã fieri, utpote in uim ſuam naturaliter redeuntẽ. Sed ꝑfecto hæc non propria, ſed communis nimis, & uniuerſalis cauſa eſt. Ex ea enim ratione, aquis cæteris præſertim ubi ſimilis fuerit ſolis uis, diuerſitas conſimilis aſcriberetur omnino. Quod rationem conſimilem, cõſimilis conſequatur effectus. Ego autem cauſam eſſe exiſtimo in terra, ex qua huiuſmodi fontes ſcaturiunt, & emanant. Poſſibile namq; eſt, eam terram talem eſſe natura, ut ſolis præſentia uim ſibi calfaciendi adimat. Solis uerò abſentia uim tribuat oppoſitam ferueſcendi Harum diuerſitatum, uarietatumq; regionibus, & locis alijs, duas eſſe cauſas, naurales aiunt. Mundi inclinationem, & ſolis impetum, propius & longius, curſum faciendo. Eam rem Vitruuius Architecturæ octauo uolumine exemplis plurimis aperit eleganter. Idem Vitruuius ca. ſecundo eiuſdẽ libri cauſam

docet

docet caliditatis aquarum. Necꝗ enim (inquit) calidæ aquæ, eſt ulla proprietas, ſed frigida aqua cum incidit percurrens in ardentem locum, efferueſcit, & calefacta egreditur per uenas extra terram. Ideo diutius non poteſt permanere, ſed breui ſpacio fit frigida. Namꝗ ſi naturaliter eſſet calida, non refrigeraretur calor eius. De hoc fonte lege Plin. cap. 106. ſecundi, & cap. 5. lib. 5. Adſcripſi huic loco Dionyſij interpretis uerſus:

Hanc habitant iuxta Garamantes Debrite clari.
Quæ ſuperat cũctas urbs miro munere fontis,
Frigore qui noctis feruet calefactus & umbris.
At ſolis friget radijs, glacialis & igni.

Faciũt ad hunc quoꝗ locũ q̃ cap. 40. de Ammonis fonte ex alijs annotauimus. a *Per eadem uenarum commertia.*) Sunt qui alia exiſtiment eſſe uenarum cõmertia die, alia noctu. Aiunt enim ui ſolis quadam oculta euenire, ut per loca alia die ſcaturiant eius fontis aqua, per alia noctu, utputa per ſulphurea noctu loca, per terram qualitate contraria affectam die. b *Tam breui temporis curriculo.*) Non ita mirum contemplantibus uideretur, ſi ea fontis mira mutatio fieret aliquando magno temporis interuallo. Quoniam diutino quodam tempore, uenarum quoque commertia uariari poſſe exiſtimarẽt, quod breui temporis curriculo uix fieri poſſe conijcit ipſa ratio. c *Per gentes Debris inclyta eſt.*) Naturale eſt, ut fortioris agentis præſentia, debilius agens in opus ſuum exire non poſſit. Fieri autem poteſt, ut loca per quæ ſcaturiunt huius naturæ fontes, calfaciendi aquam uim habeant per naturam. At uerò ſolis ipſius obſiſtente præſentia idipſum nequeunt operari. Operantur autem ipſum noctis tempore, quod tunc ſol occidens procul abſit. Quod uerò non alibi idem accidat, facit locorum diuerſa qualitas, & natura hic, & alibi. Quid ſi mirum hoc, & ſexcenta alia lucri, uel famæ cauſa excogitata fuerint aſtu hominũ? Conſimilis hominnm aſtus olim ſolis menſam mirã fecit. Serapis ſimulachrũ adorandũ præbuit. Canopus uerſutia ſacerdotis Chaldæorũ Dei uictor effectus eſt. Sed uero proximus eſt, ut huius miri cauſa nondum ſit ratione deprehẽſa, ſicut de fonte altero Iuuenalis inquit. *Sed & egregius fons, Viribus occultus,* &c. Pomp. Mela, & ſecum plures, non diſtinguit inter hunc Garamanticæ regionis fontem, & eum qui iuxta Ammonis oraculũ eſſe dicitur. Qui idcirco ſolis nũcupatur, q̃d uel mira ſolis uis in eo appareat. Vel qđ ſolis uarietate, ipſe quoꝗ maximè uarietur. Plinius autem hunc ab eo, qui ſoli ſacer eſt, alterum facit, ut ex eius uerbis cap. 106. ſecũdi colligit Hermolaus. d *Garamana.*) Ptolem. Garama, quidam Plinij codices Garadamum habent, cap. 5. quinti. Sunt Solini uetuſti quidam codices, in quibus Garama ſcriptum ſit. Verum maiori ex parte Garamana retinent. Hanc urbem dictam uolunt à Garamante Apollinis filio, & Garamantidis Nymphæ patre, ex qua, & Ammone Ioue Hyarbam regem natum fuiſſe 4. Aeneid. ſcribit Maro:

Hic Ammone ſatus, rapta Garamantide Nympha.

Habitant aũt Garamantes ſuper Pſyllos Auſtrum uerſus, in loco fero, frequentiꝗ. Hi aũt omniũ hominũ cõmertium, aſpectumꝗ refugiunt, nihil bellicæ armaturæ utẽtes, ac ne defẽdere quidẽ audẽtes. Authores Herod. in 4. & Step. de Vrb. De ijs Plin. cap. 4. 5. 8. lib. 5. Strab. lib. ult. Itẽ cæteri. Scribũt defunctos recluſa nudos Garamantes arena infodere. e *Nã latrones pu-*

rum commertia [a] interdum ignito uapore æſtuet, in- a
terdum glaciali horrore algeſcat. Incredibile memo-
ratu, ut tam breui temporis curriculo. [b] natura tam
diſſonam ſui faciat uarietatem. Idꝗ qui percõtari ue-
lit, tenebris ineſſe fluori illi æternã facem credat. Qui b
rimetur die brumales ſcatebras, nunquam aliud exi-
ſtimet, quàm perpetuè rigere. Vnde non immeri-
tò per gentes Debris [c] inclyta eſt. Cuius aquæ ex
cœleſti uertigine mutant qualitatem quamuis cõtro c
uerſia ſyderum diſciplina. Nam cum mundum à ca
lore ueſpere temperet, ab occaſu incipit ita incaleſce-
re, ut ni tactu abſtineas, noxiũ ſit contigiſſe. Rurſus
cum ortus ſolis incanduerit, & radijs ferueſacta ſint d
omnia ſic glaciales euomit ſcaturigines, ut hauriri eti
am à ſitientibus nequeat. Quis ergo non ſtupeat fon
tem, qui friget calore, calet frigore? Garamãticę regio
nis caput eſt Garamana, [d] ad quã iter diu inextricabi e
le fuit, & inuiũ. Nam latrones [e] puteos arenis operie
bant, ut temporaria fraude ſubductis aquis in fame,
& ſiti iter ſubmoueret acceſſus uiantiũ. Sed Veſpaſia
no principe bello, quod cum Oenſibus geſtum eſt,
difficultas hæc interijt compendio ſpacij breuioris

a reperto. Garamantas Cornelius Balbus [a] ſubegit,
& primus ex hac uictoria triumphauit. Primus ſa
nè de externis, utpote qui Gadibus genitus acceſsit
ad gloriam nominis triumphalis. Armenta gentis
b [b] iſtius obliquis ceruicibus pabulãtur. Nam ſi recta
ad paſtum ora dirigant, officiunt prona in humũ
cornua, & obnixa. Ex parte, qua Cercina [c] eſt. Acci
pimus Gaulon inſulam, [d] in quam ſerpens necꝫ naſ-
c citur, necꝫ uiuit inuecta. Propterea iactus ex ea quo-
cuncꝫ gẽtium puluis arcet angues. Scorpiones ſuper
iactus illico perimit.

d De Aethiopia. De eius regionis hominũ obſcœnis mo-
ribus, ac eorundem hominũ monſtroſis formis,
De Draconibus, miræcꝫ naturæ ibidem
feris alijs. De Cinnamomo aro-
e mate, decꝫ Hyacintho la
pide. Cap.
XLIII.

f AEthiopes, [e] & Athlanticæ gentes Nigri flumi-
ne [f] diuiduntur, quam partem [g] putant Nili.

trones puteos.) Ex Plinio cap. 5. quinti. Ad Garamantes (inquit) iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius. Puteos, qui ſunt non alte fodiendi ſi locorum notitia adſit, arenis operientibus. Proximo bello, qđ cum Oenſibus Romani geſſere auſpicijs Veſpaſiani imperatoris compendiũ uiæ quatriduo deprehenſum eſt. Hoc iter uocatur præter caput ſaxi. a *Cornelius Balbus.)* Clariſsimũ oppidum (inquit Pli. eodẽ loco) Garadamũ, caput Garadamantũ, omnia armis Romanis ſuperata, & à Cornelio Balbo triumphata, uni omniũ curru externo, & Quiritium iure donato. Quippe Gadibus nato ciuitas Romana cum Balbo maiore patruo data eſt. b *Armenta gentis iſtius.)* Pli. ca. 45. octaui. Boues animalium ſoli & retro ambulantes paſcuntur. Apud Garamantas, quidẽ haud aliter. Et cap. 37. undecimi Troglodytarum (inquit) in terram directa, qua de cauſa obliqua ceruice paſcuntur. Mela Pom. lib. primo. Apud Garamantes enim (inquit) armenta ſunt ea, quę obliqua ceruice paſcuntur. Nam ꝓnis, directa in humũ cornua offi ciunt. Hæc eadem ante hos ſcripſit Herodotus li. 4. Ab Alberto perperam Trogodide nominantur lib. 22. c *Ex parte, qua Cercina.)* Inſula hæc circa Africã à læuo, cum urbe eiuſdem nominis longa. xxv. M. paſs. Lata dimidium eius ubi plurimũ, ac in extremo nõ plus. v. M. paſs. d *Gaulon inſulam.)* Pli. ca. 7. li. quinti. Mox Gaulos (inquit) & Galata, cuius terra ſcorpionem dirũ animal Africæ necat. Dicũtur & in Clupea emori. Vitruuius ca. 3. octaui ſcribit eſſe locũ in Africa, q̃ aliàs eſt parẽs, & nutrix ferarum beſtiarũ, maximecꝫ ſerpentiũ, ubi nulla naſcitur, & ſi quando illata ibi ponatur, ſtatim moritur. Necꝫ id ſolũ (inquit) ſed terra ex eo loco ſi aliò translata fuerit. Id genus terræ etiã Balearibus eſſe dicitur. Alia loca enumerat Solinus, in quibus ſerpentes non reperiantur ca. 10. triceſimiquinti & 36. Extat apud Pliniũ ca. 58. lib. octaui, ubi docet, quæ animalia, quibus locis nõ ſunt. Eandẽ rẽ etiamnũ cõtinet caput. 28. octaui Naturæ animaliũ apud Ariſtotelẽ. Cauſæ huius (ut etiã ibidẽ Ariſtot. inſinuat) ſunt cœli, ſituscꝫ conditio.

A*Ethiopes.)* Sunt qui Aethiopiã dictã uelint à uerbo Græco αἴθω quod uro, incendo, ardeocꝫ ſignificat, & ὄψις facies, & aſpectus, qđ ſolis aſpectu plurimũ torreat. Pli. ca. 30. lib. ſexti dictã tradit ab Aethiope Vulcani filio, cui præfuit. Ambro. aũt ca. 3. eius li. quẽ de paradiſo ſcripſit. Aethiopiam uilem, & abiectã interprætari aſſerit. Pli. ca. 30. lib. ſexti ſcribit uniuerſam eã gẽtẽ Aetheriã, & Atlantiã appellatã, mox ab Aethiope Aethiopiã. Ioſephus cap. 12. primi ant. Iudeorũ ſcribit Aethiopes antea à Chuſo Chã ipſius filio, fuiſſe Chuſæos cognominatos. Ptol. duplicẽ Aethiopiã eſſe dicit, unã q̃ ſub Aegypto eſt. Alterã interiorẽ nominat. De prima ca. 7. de 2. ca. 8. lib. quarti tab. 4. Africæ. Sita eſt Aethiopia ab oriente hiberno ad occidentẽ hibernũ. Meridiano cardine ſyluæ hèbeno maximè uirẽt. Meridiana eius parte imminens mari mons excelſus æternis ardet ignibus Aeonocauma dictus etc. Pli. c. 30. ſexti abunde ſatis. Plutar. ca. ult. qnti de Placitis Philoſophorũ ſcribit Aethiopes caneſcere q̃ citiſsimè. f *Nigri flumine.)* Quæ de Nigri flumine annotãda uiſa ſunt, retulimus ca. 46. poſt principiũ. g *Quẽ partẽ putant Nili.)* Sũt exẽplaria, q̃ nõ partẽ Nili, ſed patrẽ habeãt, quaſi Nilus ex Nigri flumine ortũ habeat, & principiũ. Ex eo, qđ eorũ plura in Nigri flumine, q̃ & in Aegyptio Nilo reperiũtur, infert Nigrim flumen eſſe Nili ipſius partẽ, aut originem. Qui autem uolunt Nili ortum penitus ignorari,

Sic papyro uiret, [a] ſic calamo prætexitur, animalia eadem edit, ijſdem temporibus exundat, intra ripas tunc quoque redit, cum contentus eſt alueo ſuo Nilus. Garamantici Aethiopes, matrimonia priuatim [b] neſciunt, ſed omnibus uulgò in uenerem licet. Inde eſt, quod filios matres tantum recognoſcunt. Nam paterni nominis nulla reuerentia eſt. Quis enim uerum patrem nouerit in hac luxuria inceſti laſciuientis? Eapropter Garamantici Aethiopes inter omnes populos degeneres habentur. Nec immeritò, quia afflicta caſtitatis diſciplina, ſucceſsionis notitiam ritu improbo perdiderunt. Nomen Athiopum [c] latè patet in parte Africana, qua Meroen uidet [d] Libya. Plurimæ eorum ſunt, & uariæ nationes. Harum è numero Nomades [e] Cynocephalorum [f] lacte uiuunt. Syrbotæ [g] longi ſunt ad pedes xij. [h] Aſachæi captos uenatibus Elephantos deuoraut. Apud Sambros [i] nulla eſt aurita quadrupes, nec Elephāti quidē

dicerent ex ſimilibus illis utriq; flumini accidentibus, nō continuò inferri poſſe, alterū eſſe partē, aut originem alterius. Præſertim ex eo, qđ papyro uireat, calamo prætexatur, quodq; eadē animalia edat. Sed nec ob hoc quoq; qđ ijſdem temporibus exundet, & intra ripas ſuas tunc redeat, cū cōtentus eſt alueo ſuo Nilus. Nam & Euphrati flumini ſimilia accidunt, ut ca.50. infra Solinus oſtendit. a *Sic papyro uiret, ſic calamo prætexitur.* De Papyro, & calamo præter ea, quæ lib. 15. & 16. tradit Pli. Lege Dioſcoridem cap. 122. & cap. 123. libri primi, Quo loco nil de ijs præterijt Hermolaus. Ex Papyro, & Calamo non paucas medelas poſſe confici, ſecūdo Canonis author eſt Auicenna. b *Matrimonia priuatim neſciunt.*) Herodotus libro quarto ſcribit Machlyes, & Auſes eſſe Africæ populos. Hos promiſcuè cum mulieribus non unà habitantes, ſed pecudum more concumbere. Sed ubi apud mulierem puer robuſtus eſt factus, apud quem uirū habitare ſuſtinet (nam tertio quoque menſe uiri conueniūt) eius filius cenſetur. Mela Pomponius libro primo. Nulli Caramantum (inquit) certa uxor eſt. Ex ijs, qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertiq; naſcuntur, quos pro ſuis colant formæ ſimilitudine agnoſcunt. Eadem ſcribit Plin. cap. 8. libri quinti. Lactantius ca. 21. tertij. Ariſtot. in principio ſecundi Politicorū Plato. 5. de Repub. Diuus Hieronymus ca. 6. ſecundi aduerſus Iouinianum. Claudianus in Gildonem.

Connubia mille,
Non illis generis nexus, non pignora curæ,
Sed numero languet pietas.

Sunt & gētes aliæ matrimoniorū expertes, ut ca. 35. tetigimus. Nec minus Perſarum matrimonia reprehenſione digna ſunt, apud quos lex erat, filios, ſorores, matreſq; ipſas in matrimonium ducere. Nec in Perſide ſolùm, uerumetiam quicunq; Perſarum ad alia climata orbis è patria exiuerunt, nefanda hæc matrimonia celebrabant. Author Euſeb. ca. 8. ſexti Præparationis Euangelicæ. Matrimoniū à quo, quando, & cur inſtitutū fuerit, differit doctè Scotus diſtin. 26. quarti Sentētiarū libri. Quo loco ꝓbat idē author Matrimoniū apud gētes omnes eſſe debere. Definit eodē loco doctè ſimul, & eleganter quid Matrimonium ipſum ſit. Sed locum conſignaſſe ſatis modò. c *Nomen Aethiopum latè patet.*) Scribit Homerus primo Odyſſeæ Athiopes populorum ultimos, in duo diuidi. Alios in orientē, alios in occideutem ſolem. Eam Homeri diuiſionē multis uerbis exequitur Strabo lib. 1. Pli. ca. 30. lib. ſexti. Aethiopū (inquit) terram uniuerſam cū mari rubro, patere in longitudinem ſemel, & uities. 70. mil. paſſ. In latitudinem cum ſuperiore Aegypto duodecies. xcvij. Agrippa exiſtimauit. Quidam in longitudinē ita diuiſerunt, à Meroe &c. d *Qua Meroen uidet Libya.*) Sūt exemplaria, quæ ſic habeant, quā à Meroe diuidit Libya, ca. 30. lib. ſexti e *Nomades.*) De Nomadibus abunde diximus capitibus 25. & 39. ſuprà. f *Cynocephalorum.*) Quales ſint, & unde ſumptū nomen, in fine capitis. 40. dictū eſt. Sumpſit autem hæc omnia Solinus ex ca. 30. ſexti Plinij. g *Syrbotæ.*) Quædā exēplaria (ut etiam Hermol. meminit) Serbotæ, alia Sorbotæ habent. Plin. ca. 30. lib. ſexti. Syrbotæ (inquit) qui octonū cubitorū eſſe dicuntur. Idem ca. 2. ſeptimi Solinus ait Syrbotas lōgos eſſe ad pedes duodecim, qui numerus etiamnū cubitos octo efficit. Nam ex pede, & ſemi cubitus integratur. h *Aſachæi.*) Variè hic locus in exēplaribus reperitur. Apud Pliniū aūt ca. 30. li. ſexti Aſchæ, uel Aſachæ legitur. In ipſis uerò mōtibus Aſchæ multis nationibus. Abeſſe à mari dicūtur dierū qnq; itinere. Viuūt Elephātorū uenatu. In uetuſtis Plinij codicibus nō Aſchæ ſed Aſachę. Ca. aūt 15 li. 8. apud eūdē Pli. ſic habetur. Aſachęi uocātur Aethiopes, apđ q̄s maximè naſcātur dracones. i *Apud*

Sambro

Sambrōs.) Plinius.ca.30.ſexti. Oppidũ eorũ (inqt) Nilo impoſitum Tempſis Sambri, apud quos quadrupedes omnes ſine auribus etiã Elephanti. Id, tũ ad ſoli diſpoſitionẽ, tũ ad cœli qualitatem referendum cenſet. a *Cani tradunt.*) Pli. eodẽ capite. At (inquit) ex Africæ parte Prœmbari, Toemphanæ, qui canẽ pro rege habent, motu eius imperia augurantes. Quod regiæ poteſtatis ij populi cani tradiderint, ex eius animalis erga homines fidelitatẽ ortum habuiſſe crediderim. Quem ritum licet ſtolidũ,

a His proximi ſummam regiæ poteſtatis Cani tradũt,
[a] de cuius motibus quidnam imperitet, auguran-
tur. Maritimos Aethiopas quaternos oculos [b]
dicunt habere. Sed fides alia eſt. Illi denique quod
b & uident plurimùm, & manifeſtiſsimè deſtinant
iactus ſagittarum. Occidentem uerſus Agriopha-
gi [c] tenent, qui ſolas Pantherarum, & Leonum car
nes edunt, rege præditi, cuius in fronte oculus unus
c eſt. Sunt & Pamphagi, [d] quibus eſca eſt quicquid
mandi poteſt, & omnia fortuitu gignentia. Sunt &
Anthropophagi, [e] quorum mores uocamen ſonat.
Cynamolgos [f] aiunt habere caninos rictus, & promi
d nula ora. Arthabathitæ [g] proni, atque quadrupedes,
nec ſecus ac feræ ſine ſedibus euagantur. Confines
Mauritaniæ certo tempore Locuſtus terreſtres [h] le-
gunt, duratáſque ſalſugine in præſidium uitæ ſolas
e habent. Sed ex illis quadrageſimum [i] æui annum
nullus ſupergreditur. Ab Oceano iſto ad Meron,
quam inſulam amplexu primo Nilus facit, milia
paſſuum [K] ſunt ſexcenta uiginti. Vltra Meroen
f ſuper exortum ſolis Macrobij Aethiopes uo-
cantur. Dimidio enim eorum protentior, quam
noſtra uita eſt. Hi Macrobij iuſticiam colunt,

ob maiorũ ſuorum reuerentiam poſteris tandem placuit obſeruare. Sunt qui falsò Pannoniæ regnicolis id ipſum ſemel aſſerant contigiſſe. Sed hæc non niſi ab inconſtanti uulgo nata eſt opinatio. b *Quaternos oculos.*) Plinius eodem loco. Regio (inquit) Sirbitum, ubi deſinunt montes, traditur à quibuſdam habere maritimos Aethiopas Niſicaſtes, Niſitas, quod ſignificat ternum, & quaternum oculorum uiros. Non quia ſic ſint, ſed quia ſagittis præcipua contẽplatione utuntur. Non minus mirum, & à natura hominis alienum eſſe uidetur, homines eſſe ſcilicet, quibus oculi ſint in pectore. Eſſe rurſus alios, qui oculum unicum in fronte habeant. c *Agriophagi.*) Quaſi Agreſtiuori, feriuoriq; dicamus. ἄγριος agreſtis, immitis, ferox, φάγος uorax Græcè dicitur. Plinius eodem capite. Agriophagi Pantherarum, & Leonum carnibus maximè uiuentes. d *Pamphagi.*) Latinè cunctiuori, uel omniuori dici poſſunt πᾶν totum. φάγος uorax. Plinius eodem loco. Pamphagi omnia mandentes. e *Antropophagi.*) Homiuori ſi uerbum uerbo reddas, de quibus ſupra ca.25. abundè diximus. De ijs etiam Pli. 30. lib ſexti. f *Cynamolgi.*) κυνὸς canis, ἀμολγὴς mulctra, ἀμολγὸς mulgendi tempus. A forma ergo corporis, & mulgendi exercitio nomen habent. Pli. eodem ca. Cynamolgi caninis capitibus. Strab. li.16. Supra hoc (inquit) quaſi ad meridiẽ ſunt Cynamolgi, qui ab indigenis Agrij appellantur, Comati, & Barbari. Hi canes maximos alũt, qbus indicos boues uenãtur è uicina regione uenietes, ſiue à feris pulſos, ſiue paſcuorũ inopia. g *Arthabathitæ.*) Pli. Arthabathitæ quadrupedũ ferarũ modo uagi. h *Locuſtas terreſtres legunt.*) Ex Pli. & hæc ſumpta ſunt ca.30. li.6. Pars quædã (inqt) Aethiopũ locuſtis tm̃ uiuit, fumo & ſole duratis in annua alimẽta. Hi q̃drageſimũ uitæ annũ nõ excedũt. Ferũt Ioãnẽ Chriſti præcurſorem locuſtis ueſci ſolitum in deſerto. Ob hoc de eo canitur in Eccleſia. *Præbuit hirtum tegimen Camelus Artubus ſacris, Strophiũ bidentes, Cui Latex hauſtũ, ſociata paſtũ Mella locuſtis.* Qui plura de locuſtis noſſe cupiũt, legant caput.29. xi. naturalis hiſtoriæ Caij Plinij. Et Diuũ Ambro. cap.23. quinti Hexameron. Itẽ Ariſtotelẽ ca.17. & 28. quinti naturæ animaliũ. i *Quadrageſimum æui annum.*) Conſtans Medicorum ſententia eſt ex alimentorũ diuerſitate, fieri contractius, uel ꝓtenſius æuũ hominis. K *Milia paſſuum ſunt ſexcenta uiginti.*) Vel hic, uel apud Pliniũ numerus deprauatus eſt. In totũ em̃ (inquit) ab Oceano ad Meroen. Dcc. milia. xxv. milia paſſuũ eſſe inter authores conuenit, capite triceſimo libri ſexti. Sunt quædam Solini exemplaria, quæ habeant milia paſſuum ſexcentatriginta. l *Macrobij.*) μακρόβιοι, Latinè longæui. μακρός longus, βίος uita. Ex aduerſo in Africæ parte Macrobios ſitos aiunt. Mela Pomponius libro tertio, Merœni (inquit) habent terram, quam Nilus primo ambitu amplexus inſulam facit. Pars quia uitæ ſpatium dimidio ferè, quam nos longius agunt

Macrobij. Pars quia ex Aegypto aduenere dicti Automolæ. Pulchri forma, æqui corpōris, parūq; ue
neratiores, ueluti optimarum alumni uirtutū. In illos mos eſt, cui potiſsimū pareāt ſpecie, ac uiribus,
legere. Apud hos plus auri, q̃ Perſis eſt, ideo quod minus eſt, præcioſius cenſent. Aere exornantur. Au
ro uincula ſontiū fabricant. Hucuſq; Mela. Macrobiorū regionem, corporis magnitudinē, pulchritu-
dineq;, mores integros, regū electionē, uictū, longā ætatē, multis uerbis ꝓſequitur Herodotus in Tha
lia. Refert inter alia eſſe apud
eos fontem, in quo loti efficiun-
tur perinde atq; inuncti uiolam
olentes. Eam aquam tam leuē eſ-
ſe dicit, ut in ea nihil innatare
poſsit, ne lignū quidē, & quæ le-
uiora ſunt ligno, ſed omnia peſ-
ſum ire in ꝓfundū. Ex potu igi-
tur eius aquæ euenit, ut ad centū
uiginti annos perueniant, non
nulli etiam hoc ætatis tranſcen-
dant. Quærit Ariſtoteles. Cur
diutius uiuunt, qui locis cali-
dis ſuam degunt ætatem? An-
quia natura ſunt ſicciore. Firmi-
us autem, diuturniusq;, quod
ſiccius eſt. Mors autem putredo
quædā eſt. An quod mors calo-
ris interioris refrigeratio eſt. Re-
frigerari autem omnia ſolēt am-
bientis aëris qualitate, qui ut lo

amant æquitatem, plurimum ualent robore, præ-
cipua decent pulchritudine. Ornantur ære. Auro
uincula faciunt noxiorum. Locus apud eos eſt Heli- a
utrapeza [a] opiparis epulis ſemper refertus, quibus
indiſcretè omnes ueſcuntur. Nam & diuini-
tus [b]. eas augeri ferunt. Eſt & ibidem lacus,
quo [c] perfuſa corpora uelut oleo niteſcunt. Ex b
hoc lacu potus ſaluberrimus. Sanè adeo liqui-
dus eſt, ut ne caducas quidem uehat frondes,
ſed illico folia lapſa ad fundum demittat laticis
tenuitate. [d] Vltra hos deſertæ, inhumanæque c
ſolitudines aduſque Arabicos ſinus. Deinde
in ultimis Orientis monſtroſæ gentium [e] facies.

cis calidis calet, ſic frigidis friget. Itaq; interiorē calorem ocyus magiſq; corrumpit. An qđ humorem,
caloremq; amplins ſeruant, quarum rerum introitus mors eſt. De Macrobijs aliqua retulimus ſuprà
cap. 21. a *Heliutrapeza.*) Græci ἡλίου τράπεζα, Solis menſam dicunt. Ex eo ſic nominata, quod ui qua-
dam ſolis eum apparatū fieri creditum ſit. Qui de ea menſa aliquid ſcripſerunt, Herodotū ueterem hi
ſtoricum habēt authorē. Eius uerba ex tertio hiſtoriarū lib. aſſcripſimus. Solis (inquit) menſa talis eſſe
memoratur. Eſt in ſuburbano pratū omniū quadrupedū aſſa refertū carne, quam per noctē ſinguli ci-
uiū magiſtratus properant ponere. Ad eamq; ubi illuxit cuilibet epulatū licet accedere. Hæc ipſa ter-
ra reddi aſsiduè indigenæ aiunt. Et menſa quidem, quę Solis uocatur, talis eſſe fertur. Ex ijs fit euidēs.
quid poſsit inter homines aſtus hominū. Erubeſco ea referre, quæ conſimili, uel maiori ſæpe fraude
fiunt hodie. Meminerunt huius menſæ Mela Pom. in fine tertij, Pauſanias in Attica, Diuus Hierony.
in prologo ueteris teſtamenti. Ex hoc opiparo ſolis menſæ apparatu ſumptū Adagium ἡλίου τράπεζα So
lis menſa, de ſumptuoſuo, ac lautiſsimo conuiuio dictum congruè, nō abſimile illis, quæ ab Horatio
referuntur ſecundo Carminū Odc. 14. *Pontificum potiore cœnis.* Et ſaty. ſexta ſecundi Sermonū. *Deorum*
cœnæ. b *Diuinitus.*) Id potius ad magiſtratus loci eius ſuperſtitioſam fraudē tribuendū reor. c
Lacus.) Sententiā Herodoti parū ante retulimus. Meminit & Mela Pom. li. 3. Aquæ, quæ perpingues
terræ uenas profluunt, unctæ oleo erumpunt, uti Solis, qđ oppidū Ciliciæ flumen nomine Liparis.
in quo natantes, aut lauantes, ab ipſa aqua unguntur. Similiter & hic Aethiopiæ lacus, qui unctos ho
mines efficit, qui in eo natauerint. Et in India, qui ſereno cœlo, emittit magnā olei multitudinem. Item
Carthagine fons eſt, in quo natat inſuper oleum odore uti ſcobe citreo, quo oleo etiā pecora ſolēt un
gi. Hæc ex cap. 3. octaui Vitruuij. Annotat Plinius ca. 4. triceſimiprimi natu. hiſtoriæ, Tales eſſe aquas,
qualis terra eſt, ꝑ quā fluunt, qualeſq; herbarū, quas lauant ſucci &c. d *Laticis tenuitate.*). Tenuitas
aquæ facit, ne aliquid in ea ſupernatare queat. Tales ſunt etiā Sideris ſtagni in Indis, Auerni lacus in
Italia. Sunt e diuerſo aquæ plurimæ, in quibus nil ſummergatur, ſed ſupernatet corpus quodlibet, ut
in Aſphaltide, Arethiſſa, & huius genus plures. e *Monſtroſæ gentiū facies.*) Pli. ca. 30. ſexti de Aethiopia
loquens. Animalium, hominūq; (inquit) effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni minimè
mirū artifici ad formanda corpora, effigieſq; celandas mobilitate ignea. Empedocles mōſtra fieri per
exuberantiā, defectūq; ſeminis, aut propter agitationis turbulētiā, aut ſi in pluſculas partes ſecetur.
Aut ſi aberrauerit. Has ferè cauſas monſtrorū cōmentus ille uidetur. Strato ꝑ additamentū, ademptio
nēue, aut tranſpoſitionē, aut inflationem. Medicorū quidā propter diſtortā id temporis uuluā diſten-
dente ſpiritu. Hæc ex Plutar. 5. de Placitis Philoſophorū lib. Qui plura expetit, adeat Ariſt. ca. 4. quarti
de generatione animaliū, & Problemate. 60. decimæ Sectionis. Multa de ijs monſtroſis hominibus re-
fert Gellius capite quarto noni Noctiū Atticarum. Qui Alberti lectione delectantur eum adeant ca-
pite ſexto primi Tractatus, & cap. 3. ſecundi Tractatus decimioctaui de animalibus.

Alia

a Aliæ ſine naribus [a] æquali totius oris planicie in=
formes habent uultus. Alijs concreta ora ſunt,
modicoꝗ tantum foramine calamis auenarum
paſtus hauriunt. Nonnullæ linguis carent, in ui=
b cem ſermonis utentes nutibus, motibuſque. Quæ=
dam ex iſtis nationibus ante Ptolemæum [b] Lathy=
rum regem Aegypti incognitum habuerunt [c] ignis
uſum. Aethiopia omnis [d] ab oriente hyberno ad
c occidentem hybernum tenet. Quicquid eius eſt ſub
meridiano cardine lucis nitet, qui maximè uirent hy=
eme. A meridiana parte mons editus mari im=
minet, ingenuo igne per æternum feruidus, &
d inquiete [e] iugis flagrantibus. Inter quæ incendia
iugis æſtus, Draconum magna copia eſt. Porrò
ueris Draconibus [f] ora parua, & ad morſus non

a *Aliæ ſine naribus.*) Plinius ca. 30. ſexti. Feruntcertè ab orientis parte intima gentes eſſe ſine naribus, æquali totius corporis planitie. Alias ſuperiori labro orbas. Alias ſine linguis. Pars etiā ore concreto, & naribus carens, uno tātum foramine ſpirat, potumꝗ calamis auenæ trahit &c. Nariū fabricā, & officiū eleganter deſcribit Lactantius ca. xi. eius operis, quod de opificio dei inſcripſit. b *Ante Ptolemæū.*) Pli. ca. eodē. Quibuſdam (inquit) ante Ptolemæū Pathyrū regē Aegypti, ignotus fuit uſus ignium. Non diſcrepat Mela Pōponius à Plinij, & Solini ſententia cum dicit. Sunt, quibus ante aduentum Eudoxi ignotus fuerit uſus ignis Quoniam Ptolemæus hic, & Eudoxus eodem tēpore floruerunt. Plinius cap. 69. ſecundi. Cornelius (inquit) Nepos author eſt, Eudoxum quendam ſua ætate, cū Lathyrū regē fugeret, Arabico ſinu egreſſum Gades uſꝗ peruectum. c *Ignis uſum.*) Variæ ſunt ſcriptorum ſententiæ de prima ignis repertiōe, eiuſꝗ uſu primo. Fabulæ tradūt Prometheū poſt factos à ſe homines Mineruæ auxilio, cœlum aſcendiſſe, & adhibita facula ad rotā Solis, ignem furto ſubripuiſſe. Quod ideo fictū eſt (authore Plinio) quoniā Prometheus primus ignē facula aſſeruare docuit. Multa Seruius Ecloga ſexta Vergiliana ſuper illud. *Caucaſeaſꝗ refert uolucres, furtumꝗ Promethei.* Alij ſcribunt, ignē fulminibus primū delatū in terrā. Sunt, qui ex arborū quarūdam mutua inter ſe colliſione, fuiſſe ignē primitus generatū in terris. Vtrūꝗ modū eleganter, ut cætera, canit Lucretius quinto de Rerum natura libro.

Illud in his rebus tacitus ne fortè requiras,
Fulmen detulit in terram mortalibus ignem
Primitus, inde omnis flammarum dediuus ardor. Et infra.
Vt ramoſa tamen cum uentis pulſa uacillans
Aeſtuat in ramos incumbens arboris arbor
Exprimitur ualidis extritus uiribus ignis,
Et micat interdum flammai feruidus ardor,
Mutua dum inter ſe rami, ſtirpeſꝗ teruntur.

Tradit Plinius libris quartō & ſeptimo, Pyrotem Cilicis filiū, ignem è ſilice excuſsiſſe. Ouid. 4. Faſtorū repertionē eam paſtoribus tribuit,

Pars quoꝗ cum ſaxis paſtores ſaxa feribant,
Sintillam ſubito proſiluiſſe ferunt.
Prima quidem perijt, ſtipulis excepta ſecunda eſt
Hoc argumentum flāma Palilis habet.

Miram ignis in agendo efficaciā, lege apud Pliniū ca. ult. triceſimi ſexti. Ob eam rem Heraclitus, & Hyppaſus Metapontinus, Vniuerſæ naturæ principiū ignē dixerunt. Ex igne enim omnia naſci, & in ignē omnia deſinere, quo extincto in hanc mundi formā, omnia digeſta eſſe. Nā primū craſsiſsimū quodꝗ cōpactili in ſe nixu in terræ formā coactum. Qua deinde ab igne ſoluta, naturæ ui aquā confectā. Deniꝗ aquæ ſuffitu, aërem procreatū. Rurſuſꝗ mundū, atꝗ omnia corpora in uniuerſi olim conflagratione, ſolutum iri. Principiū igitur ignis. Qñ quidē ex hoc omnia. Finis etiamnū ignis, quoniā in ipſum intereunt omnia. d *Aethiopia omnis ab oriente hyberno.*) Pli. ca. 30 lib. ſexti. Sita eſt (inquit) Aethiopia, ab oriente hyberno, ad occidentem hybernū Meridiano cardine ſyluæ Hebeno maximè uirent. Meridiana eius parte, imminens mari mōs excelſus æternis ardet ignibus Aeonocauma dictus, e *In quiete.*) Noctis tempore. Sunt exemplaria, q̄ habeāt, & inquietus. Alia aurē ſic, per æternū feruidus, & æſtuoſus in qete &c. Hūc mōtē (ut dictū eſt) Pli. Aeonocauma dictū ait. f *Veris Dra.*) δράκων Græca dictio, q̄ & Latini ꝓ ſua utūtur. Plinij uerba ſūt ex ca. 13. lib. 8 Generat (inqt) Dracones Aethiopia Indicis pares. xx. cubitorū. Id mō mirū unde criſtatos Iuba crediderit. Aſachæi uocātur Aethiopes, apud q̊s maximè naſcātur. Narratur in maritimis eorū

 quaternos.

dehiſcentia, ſed arctæ fiſtulæ, per quas & trahunt a
ſpiritus, & linguas exerunt. Quippe non in den=
tibus uim, ſed in caudis habent, & uerbere potius
quàm rictu nocent. Exciditur ex cerebris Draco=
num Dracontias lapis [a] ſed lapis non eſt, niſi detra= b
hatur uiuentibus. Nam ſi obeat prius ſerpens, cum
anima ſimul euaneſcit duricies ſoluta. Vſu eius
Orientis reges præcipuè gloriantur, quanquam nul=
lum lenocinium artis admittat ſoliditate & quicquid c
in eo nobile eſt, non manus faciunt, nec alterius
quàm naturæ candor ſit, quo reluceat. Author Sota=
cus gemmam hanc etiam ſibi uiſam ſcribit & qui=
bus intercipiatur [b] modis, edocet. Præſtantiſsimi d
audacia uiri explorant anguium foueas, & rece=
ptus, inde præſtolati ad paſtum exeuntes, præter=
uectique percitis curſibus obijciunt gramina medi=
cata, quantum poteſt ad incitandum ſoporem. Ita e
ſomno obſopitis, è capitibus execant lapides, & de
manubijs præcipitis auſi, prædam reuehunt
temeritatis. Quæ locorum Aethiopes tenent, feris
plena ſunt, è quibus quam Nabim [c] uocant, nos

quaternos, quoſq; inter ſe cratium modo implexos erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula
Arabiæ uehi fluctibus. Alia quæ de Draconibus refert. Plin. in Indice Pliniano conſignauimus. Scri-
bit Philoſtratus lib. tertio uitæ Apollonij, omnē Indiæ regionē Draconibus abūdare, & multitudine,
et magnitudine mirandis. Itaq; paludes ijs plenas eſſe, & mōtes, neq; tumulū ullū ijs uacuū reperiri. Ve
rum paluſtres pigros, tardoſq;, eſſe longitudine cubitorū triginta, uix caput attollentes. Terreſtres
eſſe ranis ſimiles, terga ſubnigra
habentes, & cæteris minus ſqua
moſa. Homerus Draconem ru-
bentem dixit ſecundo Iliados.
Dracones, qui in cacuminibus
montium habitant, alijs maio-
res ſunt, fluminibus quamuis ra
pacibus uelociores, ita ut ab illis
euadere nihil poſſit. Hiſq; iuue-
nibus criſta naſcitur, mediocri-
ter prominens, prouectis uerò
ætate grandior in alteram partē
deflexa. Sunt Dracones alij co-
loris ignei, quibus in dorſo ſqua
mæ eminent ſerræ inſtar. Barba
eis annaſcitur, qui altius cerui-
ces attollunt, quorum ſquamæ
inſtar argenti fulgent. Oculorū
autē pupillæ lapides ſunt tanq;
ignis fulgētes, quorum uim ma-
ximam eſſe ad morbos cōplures
tollendos. Quapropter & lucrū
uenationibus afferūt. Albertus
25. de animalibus lib. dicit Plini-
um, & Solinum de Draconibus
loquentes referre potius audita
uulgi quàm philoſophica dicto
rum ſuorū oſtendāt experta. Sic
que ſpretis ijs, ſequitur ipſe præ
ter Auicennam, neſcio quem Se
merionem à nullo, quantū lege-
rim, antea nominatū. Audeo di-
cere uix fuiſſe uel apud Græcos, uel apud Latinos nobilē aliquē ante Pliniū authorē, à quo nō excerp
ſerit idem Plinius, ea maximè, quæ poſteritate digna uiderentur. In his præterea rebus, Venatorū, Au
cupū, piſcatorum, eorūq;, quibus uiuaria, armenta, aluearia, piſcinæ, auiaria, in cura erant, experientiā
potius q; rationē aliquā oſtenſiuam ſcriptores requirant. Hac ratione Ariſto. ſūmus in omni ſcientiā
uir, quinquaginta ferme uolumina illa præclara de animalibus condidit, quæ tandē à Plinio (ut ipſe
refert) in arctum collecta ſunt. a *Dracontias lapis.*) Ex Plinio ca. 10. triceſimiſeptimi, Draconites
(inquit) ſiue Dracontias è cerebro fit Draconum, ſed niſi uiuentibus abſciſſo nūq; gemmaſcit, inuidia
animalis mori ſe ſentientis. Igitur mos eſt, ut dormientibus animalibus caput amputent. Sotacus qui
uiſam eam gemmā ſibi apud regem ſcripſit, Bigis uehi quærentes tradit, & uiſo dracone ſpargere ſom
nifica medicamenta, atq; ita præcidere. Eſſe autem candore translucido, nec poſtea poliri, aut artem ad
mittere. Ab Alberto Diaconides, uel Draconides dicitur, ſecundo Mineraliū. b *Quibus intercipiatur
modis.*) Alium modū refert Philoſtratus lib. 3. Pallium (inquit) coccineū literis aureis ſuper intextū
ante cubiculum extendunt. Scripta autem incantatoria uerba ſomnū dicuntur inducere. His Draco-
num oculi q; duriſsimi ſuperantur. Ipſi quoq; plurima uerba ex arcana ſapientia ſuper incantantes eò
Draconē perducunt, ut literis pallio intextis ſuperdormitet. Dormientem autē inſtantes Indi cerui-
cem ſecuri feriunt, ſciſſoq; capite lapillos intus extantes auferunt. Traditur enim montanorū Draco-
nū capitibus ineſſe lapillos ſpecie, & aſpectu iucundos, & ſplēdorē quendā coloribus inducentes. Vi-
ribus autem, potētiaq; mirabiles, quod annulus teſtatur, quē habuiſſe Gigem uulgatū eſt. Euenit aūt
interdū, ut Draco Indū cum ſecuri, & arte intra cubile trahens deuoret. Ipſum etiā, ut penè dixerim,
montē concutiens. Tales autem Dracones montem, qui ad Rubrum mare pertinet, dicuntur incolere
eorūq; horrēdos ſibilos audiri, quoniā etiam mare ingreſsi, longius natādo prouehūtur. c *Nabim
uocant.*)

a Camelopardalim dicimus, collo equis ſimilem,
pedibus Bubulis, capite Camelino, nitore rutilo,
candidis maculis ſuperſperſa. Hoc animal Romę
Circenſibus Dictatoris Cæſaris primum publica-
b tum. Hiſdem ferme temporibus illinc exhibita
monſtra ſunt, Cephos [a] appellant, quorum poſte-
riores pedes crure, & ueſtigio humanos artus
mentiuntur, perinde priores hominum manus re-
c ferunt, quæ tamen à noſtris non amplius, quàm ſe-
mel uiſa ſunt. Ante ludos Cnei Pompeij Rhino-
cerota [b] Romana ſpectacula neſciebant. Cui be-
ſtiæ color Buxeus, in naribus cornu unicum, & re-
d pandum, quod ſubinde attritum cautibus in mu-
cronem excitat, eoq́ aduerſus Elephantos prælia-
tur, par ipſis propè longitudine, breuior cruribus,
naturali telo aluum petens, quam ſolum intelligit i-
ctibus ſuis peruiam. Iuxta Nigrin fluuium Catoble

uocant.) Ex Plinio cap 18. li. octaui. Nabim (inquit) Aethiopes uocant, collo ſimilem equo, pedibus, & cruribus boui, Camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Vnde appellata Camelopardalis. Dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primū uiſa Romæ. Ex eo ſubinde cernitur aſpectu magis, ꝙ feritate conſpicua. Quare etiā feræ nomē inuenit. Vulgò hanc Girafam uocant. Quale autē animal ſit, multis uerbis deſcribit Heliodorus Græcus author, cuius uerba ſiquis uidere cupit, adeat Angelū Politianum cap. 3. primæ Centuriæ. Varro quarto de lingua Latina lib. Camelus (inquit) ſuo nomine Syriaco in Latinum uenit, ut Alexandrea Camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut Camelus, maculis ut Panthera. Vt animal rarò uiſum notius fieret, aſſcripſi Strabonis uerba ex 16. Geographiæ ſuæ libro. In his locis (inquit) Chamelopardales naſcuntur, nullam cum Pardalis ſimilitudinem habentes. Corporis enim uarietate hinulo ſimilima eſt, uirgatis pilis diſtincto. Poſteriora quoque humiliora ſunt anterioribus, ut à cauda ſedere uideatur, ad bouis altitudinem. Anteriora uerò crura à Camelis cruribus non ſuperantur. Collum rectū eſt, auectum, uerticem paulò ſublimiorem Camelo habet. Vnde propter hanc incommenſurationem, nec tantam celeritatē habere eam puto, quātam dixit Artemidorus, qui eam excellentē fecit. At nec fera eſt, ſed pecus. Nullā em̄ præ ſe ſæuitiā præfert. Hæc Strabo. Quærebā quid de hac belua memoria dignū Albertus traderet. Reperi eo homine nequaq́ indigna. Eius uerba hæc ſunt, ex 22. de animalibus lib. Anabula (ut ſcribit Plin.) beſtia eſt Aethiopiæ, quā Arabū quidam, & Italicorū Seraphat appellant. Eſt aūt capite Cameli, collo equi, cruribus, & pedibus bouis prætendens ſimilitudinē &c. Et ſubdit. Vnam (inquit) harū temporib. noſtris habuit Fridericus imperator in partib. noſtris. Feciſſet in dubiè prudentius, ſi Plinij mentionē præteriſſet. Niſi huius genus errores tempori, non homini duxeris aſcribendos. Sed nec eo tempore nobiliū authorum, quos imitari par erat, copia defuit. Alibi Camelopardalum idem author nominat, exiſtimans id anmal eſſe aliud.

a *Cephos appellant.*) Plin. cap. 19. octaui Pompeij Magni (inqt) primū ludi oſtenderunt ex Aethiopia, quas uocant Cephos, quarū pedes poſteriores pedibus humanis, & cruribus, priores manibus fuere ſimiles. Hoc animal poſtea Roma non uidit. Sūt qui per p, nō per ph, ſcribāt. Stra. li. ult. Cepus (inqt) faciē habet Satyro ſimilē, cætera inter canē, atq́ urſum, & in Aethiopia naſcitur. Libro autem 16. ſic inquit. Cepi faciem leonis, reliquū corpus pantheræ, magnitudinem damæ habēt. Hāc ferā Babylonij, qui ſunt iuxta Memphim, pro deo colūt. Albertus lib. 22. dicit hanc ferā Confuſam à Solino nominari. Cuius (inqt) anteriora crura prætēdunt ſimilitudinē brachiorū, & manuū hominis. Et poſt pauca. Et hanc etiā (inquit) temporibus noſtris uidimus in ſyluis Sclauiæ deprehēſam maſculū, & fœminā, & præcedente tēpore, uoces quaſdā expreſſit. Et hoc eſt animal de genere Simiarū, hæc ille. Miror in tam diſtincta nobiliū ſcriptorū feræ huius cōmemoratione, unde Cōfuſam eā, Solini etiā authoritate Albertus nūcupauerit. Niſi confuſionē ad mōſtri huius habitū referendā putes. Vel quod magis approbo. Solini codex, unde exſcripſerat hęc Albertus, corruptè Cōfuſa, pro Cephos ſcriptū fuerat. Sed ad uirū tanti nominis, diligētiore in hiſce tractādis rebus, indagine opus erat. b *Rhinoceroten.*) Veluti naricorniū dicas, ῥὶν naris, κέρας cornu. Pauſanias ſcribit Aethiopicos tauros ab re ῥινοκέρως nuncupatos. Plin. cap. 20. octaui. Hiſdem ludis, & Rhinoceros unius in nare cornu, qualis ſæpè uiſus. Alter hic genitus hoſtis Elephanto, cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione aluum maximè petens, quam ſcit eſſe molliorē. Longitudo ei par. Crura multò breuiora, color buxeus. Strabo. li. 6. Rhinocerotes (ut Artemidorus ait) longitudine parū ab Elephantis exceduntur, quos Alexādriæ ſe

pa [a] naſcitur modica, atq; iners beſtia. Caput præ- a
graue ægrè ferens, aſpectu peſtilenti. Nam qui
in oculos eius offenderint, protinus uita exeunt.
Formicæ [b] ibi ad formam canis [c] maximi, arenas
aureas pedibus eruunt, quos leoninos habent, b
quas cuſtodiunt, ne quis auferat, captanteſq; ad
necem perſequuntur. Eadem Aethiopia mittit

uidiſſe affirmat. Eius aūt quē nos (inquit) uidimus colore buxeo, ſed Elephanti ſimilis erat, magnitu- dine uerò tauri, forma aprò proxima, præſertim quantū ad rictū præter naſum, qui cornu quoddā eſt recuruū omni oſſe durius. Eo pro armis utuntur, queādmodum aper dentibus. Habet etiam duo cin gula tanq̃ Draconū uolumina dorſo uſq; ad uterū circūeuntia, alterū iubā uerſum, alterū ad lūbum. Nos hæc de eo dicimus, quia nobis uiſus eſt. Hucuſq; Strabo, Non omittā Diod. Siculi ſententiā ex lib. Bibliothecæ eius quarto. Eſt animal (inquit) quod ab re Rhi- nocerotem uocant, par uiribus Eelephanti, magnitudine inferi or, pelle duriſſima, colore buxi. In ſummitate nariū cornu gerit ſimum forma, durūq; inſtar fer- ri. Hoc pabuli cauſa cū Elephan te certat. Acuit enim ad ſaxa cor nu. Deinde cum elephante con greſſus, uentrē grauiter ictū cor- nu, tanq̃ gladio proſcindit. Hoc pacto pugnans, beſtiam exan- guem reddit. Si uerò Elephas illius ictum præoccuparit, proboſcide captū, cūm ſuperior ſit uiribus dentibus laniat. Albertus falſò unicornem nominat li. 22. de animalibus. Ex hoc naſi Rhinocerotis forma, in deriſores apud Martialem in primo ortū Adagiū. *Naſum Rhinocerotis habent.* a *Catoblepa.* Sumpſit hæc Solinus ex cap 21. octaui naturalis hiſtoriæ Caij Plinij. Apud Heſperios Aethiopas fons Nigris (inquit) ut pleriq; exiſtimauere Nili caput, ut argumenta, quæ diximus perſuadent. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepa, modica alioquin, cæteriſq; mēbris iners. Caput em̄ prægraue ægrè ferens, id deiectum ſemper in terrā. Aliàs internecio humani generis, omnibus qui oculos eius uidere, confeſtim expirantibus. Albertus hāc corruptè Cathaplebā nominat de animalibus uigeſimoſecun do. b *Formicæ,*) Formicā à ferendis micis dictā uolūt. Eam Græci μύρμηκα uocitant. Animal nulli ferè præter q̃ ſibi cōmodū. Nam (ut inquit Plin.) apes utiles faciunt cibos, formicæ condunt. Hæ arbores pernicioſè lædunt, ſata inficiunt, hortorū non minimū exitiū. Sabinus Tyro in lib. κηπουρικῶν, id eſt, Hor tulanorū ad Mœcenatē, cōtra Formicas remedia mōſtrauit. Limo marino, aut cinere, obturatis earum foraminibus, ſed efficaciſſimè Heliotropio herba necantur. Multa contra eam peſtē tradit Dioſcori- des. Extat rurſus caput apud Auicennā, De fugādis Formicis. Tractat. 3. ſeptimæ Fen. quarti Canonis. Sulphur, & origanū agreſte ſic abhominātur, ut ſi eam in puluerē redacta ſuper ea receptacula diſper gantur, ea omnino deſerant. Omnia ferè, q̃ de Formicis dici poſſunt, cap. 30. undecimi nat. hiſtoriæ Pli nius cōplexus eſt paucis. Mira formicarum in conquærendis neceſſarijs ſolertia. Exigua eſt (inquit Ambro. cap. 4. ſexti Hexameron) Formica, quę maiora ſuis audet uiribus. Neq; ſeruitio ad operandū cogitur, ſed ſpontaneæ ꝓpoſito, ꝓſpicientiæ futura alimentorū ſubſidia ſibi præſtruit. Cuius, ut imi- teris induſtriam ſcriptura cōmonet te dicēs. Cōfer te ad Formicā ò piger, & æmulare uias eius, & eſto illa ſapientior. Illa em̄ nullam culturā poſſidet, neq; eam, quæ ſe cogat habens, neq; ſub domino agēs, quemadmodū præparat eſcam, quæ de tuis laboribus ſibi meſſem recondit. Et cum tu plerūq; egeas, illa non indiget. Nulla ſunt ei clauſa horrea, nullæ impenetrabiles cuſtodiæ, nulli inuiolabiles acerui. Spectat cuſtos, furtaq; prohibere non audet. Aſpicit ſua damna poſſeſſor, nec uindicat. Nigro conue- ctatur agmine preda, per campos feruent ſemitæ comitatu uiantū, & quæ cōprehēdi anguſto ore nō poſſunt, humeris grandia frumenta truduntur. Spectat hæc dominus meſſis, & erubeſcit tā parca piæ induſtriæ negare cōpendia. Hæc Ambroſius. Ariſtot. cap. 48. noni Naturæ animaliū. Iā formicarū (in- quit) negotia omnibus in promptu habentur, utq; eadem ſemita ſemper ambulant, & cibaria recon- dunt, & cellas promptuarias faciunt, nec interdiu ſolū, ſed etiam noctibus. Plena luna laborem exer- cent. Nemo eſt, qui non uideat. Auari dum ſe formicæ exemplo excuſare conantur, ſic inquiunt.

Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris,
Ore trahit quodcunq; poteſt, atq; addit aceruo,
Quem ſtruit haud ignara, ac non incauta futuri.
Formicæ tendunt ad inania nunquā Horrea.

Elegans Adagium apud Ouid. octaua primi Triſt. In eos, qui non niſi utilitatis cauſa amicitiam expetunt.

c *Ad formam canis.*) Has formicas alij Indicas eſſe dicunt. De quibus lege Plin. cap. 31. lib 11. Herodotū lib. 3. Strabonem lib. 15. Philoſtratus lib. 6. uitæ Apollonij. Indorum Gryphes (inquit) & Aethiopum formicæ, quanq̃ ſint forma diſſimiles, eadē tamen agere ſtudent. Nam aurum utrobiq; cuſtodire phi- bentur, & terrā auri feracē adamare. Nearchus formicas quidē ſe non uidiſſe, cuiuſmodi alij quidā ſcri bunt in India enaſci. Pelles aūt à ſe uiſas, & earū multas in caſtra Macedonum allatas. Megaſthenes au tem affirmat certa eſſe, quæ de illis uulgata ſunt. Eas eſſe, quæ aurum ex terra effodiunt. Non quidem

auri ſtudio,ſed ut ſibi ſpecus longè ſub terrã parent,Has enim uulpibus maiores,terramq́ꝫ fodere auro mixtã,& ex ea purgata,Indos aurũ conflare. Sed ex auditu,non ex uiſu hæc narrat. a *Lycaonem.*) Mela Pomp.in deſcriptione Aethiopiæ lib.3. Sũt(inquit) & ſæuiſſimæ feræ omni colore uarĳ Lycaones, & quales accepimus Sphingas. Plin.ca.34.octaui. Lycaonẽ colorẽ mutare in Indis, cui (inquit) iubata traditur ceruix. Nec uerũ eſt à Solino Plinianã lectionẽ conturbatã eſſe, ut quidam exiſtimant, cum hæc fera tam in Aethiopia, quàm in Indis reperiatur.

Lycaonem. [a] Lupus eſt ceruice iubatus, & tot modis uarius, ut nullum illi colorem dicant abeſſe. Mittit & Tarandum [b] boum magnitudine, biſulco ueſtigio, ramoſis cornibus, capite ceruino, urſino colore, & pariter uillo profundo. Hunc Tarandum affirmant habitum metu uertere, & cum deliteſcat, fieri aſſimilem [c] cuicunque rei proximauerit, ſiue illa ſaxo alba ſit, ſeu fruteto uirens, ſiue quam aliam præferat qualitatem. Faciunt hoc idem in mari Polypi, [d] in terra Chamæleontes. Sed & Polypus, & Chamæleon glabra ſunt, & pronius eſt cutis leuitate ſpeculi modo proximantia æmulari. In hoc nouum eſt, ac ſingulare hirſutiam pili colorum uices facere. Hinc euenit, ut dfficulter capi poſſit. Aethiopicis lupis proprium eſt, quod in ſaliendo ita niſus habent alitis, ut non magis proficiant curſu, quàm meatu, homines tamen nunquam impetunt. Bruma comati ſunt, æſtate nudi. Thoas uocant. [e] Hyſtrix [f] quoq; inde loci frequẽtiſſima,

b *Mittit Tarandum.*) Vetuſta omnia ferè Solini exemplaria, quæ legerim Parandrum habent, ſed ex Plinio ca.34. octaui, Tarandũ legendum putant. Tarando (inquit) magnitudo quæ boui eſt, caput maius ceruino, nec abſimile. Cornua ramoſa, ungula biſida, uillus magnitudine Vrſorũ. ſed cum libuit ſui coloris eſſe aſino ſimilis eſt. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex ex faciãt, colorem omnium arborum, fruticum, florũ, locorumq́ꝫ reddit metuens, in quibus latet, Ideoq́ꝫ rarò capitur. Mirum eſſet habitum corpore tam multiplicem dari, mirabilius & uillo. Albertus libro de Animalib. 22. Pyradum nominat. Sed ab eo Authore in hiſce rebus non requirenda ueritas, quod uel in notiſsimis hallucinetur maximè. Plinius eodem cap. dicit Tarãdum Scytharum animal eſſe non Aethyopiæ. Sed poſſibile eſt, ut in utraq; regione proueniat. c *Fieri aſsimilem, cuicunq; rei proximauerit.*) Huius mutationis cauſam eſſe tradunt, quod huius, & aliorũ multorũ animaliũ pili, uel cutes potius, ſpeculi naturæ ſint aſſimiles. Species ergo circumſtantiũ rerũ per aërẽ diffuſę, & ad huius genus animalia terminatæ, reddunt eis talem colorẽ, qualis earũ rerũ fuerit, quibus proximant. d *Polypi.*) A multitudine pedum nomen inditum, πολὺ multum, πoὺς pes. Græcè πολύπους dicitur. De Polypis lege Plin.cap.29. noni Ariſtoteles cap.37. noni Naturæ animaliũ. Polypus (inquit) fatuus quidẽ eſt, cum ad manũ dimiſſam hominis accedit, ſed prudens rei familiaris, cũ omnia colligat, & ſuo in domicilio recondat. Cumq; cõſumpſerit, quantũ utile ſit, abigit teſtas, & cancrorũ cruſtas, & putamina conchularũ, & ſpinas piſciculorum. Sui etiã mutatione coloris, uenatur piſces. Trahit enim ſibi colorẽ ſimilẽ ĳs, quibus apropinquarit ſaxis. Quod idem etiã, cum metuerit, facit &c. Plura Diuus Ambroſ.cap.8. quinti Hexameron, quæ huic loco maximè quadrant. Ex Ariſtotelis, Ambroſ. & Plin. uerbis, liquet ſenſus Adagionis huius, πολύποδος νόον ἴσχε, Polypi mentẽ obtine. Quo ſignificatur ꝓ loco, & tempore, mentẽ quoq; conſuetudinemq́ꝫ mutandã eſſe, nosq́ꝫ ĳs hominibus conformandos, quib. cum cõuerſamur. Poſſet & ad piſcis huius aſtum ꝓuerbiũ adaptari. Vtitur eo Plinius eo quẽ modo citauimus loco. Polypus natura rapax, utpote quicquid brachĳs apprehẽdit, idipſum fortiter retineat. Vnde ꝓuerbiali figura eleganter à Plauto in Aulularia dictũ eſt. Ego noui iſtos Polypos. In furacẽ hominẽ, ac rapinæ deditũ dici ſolitum. De Chamæleonte infra cap.53. dicendi locus. e *Thoas uocant.*) Plin.cap.34. octaui. Thoes (inquit) luporũ genus ꝓcerius longitudine, breuitate crurũ diſſimile, uelox ſaltu. Venatu uiuens, Innocuum homini. Habitũ non colorẽ mutat. Per hyemẽ hirti, æſtate nudi. Lege Ariſtot.cap.44. noni Naturæ animaliũ. Multa de hoc ipſo animali diſputat Hermolaus ca.34. octaui Plinianarũ Caſtigationũ. Herod.lib.4. has feras dicit lupo, & Hyæna genitas. Hæc ea fera eſſe uidetur, quã Albertus Chamam, uel nomine alio Rufinũ uocari dicit, de Animalibus libro ſecundo & uiceſimo. f *Hyſtrix.*) Plinius cap.17. octaui. Hyſtrices generat India, & Africa ſpina cõtectas, ac Erinaceorũ genere, ſed Hyſtrici longioris aculei, & cum intendit cutẽ, miſſiles. Ora urgentiũ figit canum, & paulò lõgius iaculatur. Hy-

bernis

erinaciȷs ſimilis, ſpinis tergum hiſpida, quas plerum= a qúe laxatas iaculatione emittit uoluntaria, ut aſ= ſiduis aculeorum nimbis canes uulneret ingruen= tes. Illius cœli ales eſt Pegaſus. [a] Sed hæc ales equinum nihil præter aures habet. Tragopa [b] quo= b que auis maior aquilis, cornibus arietis proferens armatum caput. Aethiopes legunt Cinnamo= mum. [c] Id frutetum ſitu breui naſcitur, ramo hu= mili, & repreſſo, nunquam ultra duas ulnas altitu= c dinis. Quod gracilius [d] prouenit, eximiũ magis du citur. Quod in groſſitudinem extuberatur, deſpe= ctui eſt. Verùm legitur per [e] ſacerdotes hoſtiȷs prius

bernis autem ſe menſibus condit. Hyſtricem feram elegãti carmine deſcribit Claudianus de ea inter a- lia ſic inquiens. *Cognitus Hyſtrix*

Aſſimilat porcum, mentitæ cornua ſetæ
Summa fronte rigent, oculis rubet igneus ardor
Parua ſub Hirſuto catuli ueſtigia dorſo.
Picturata ſeges, quorum cute fixa tenaci
Altera ſucceſſit &c.
Herculeas affirmat aues, os longius illi
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Præſidio dignata feram, ſtat corpore toto
Sylua minax, iaculisq́ rigens in prælia creſcit.

Ex hiſpida & ſpinoſa Hyſtricis natura ſumptum Adagium. Hyſtrice ſpinoſior. In hominẽ, cui

Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ.

Poteſt & ad animũ quoq; aſperum, & intractabilem non incõcinnè prouerbium adaptari. Vtitur eo in Eclogis ſuis Calphur.

a *Pegaſus.*) Ales hæc à loco, ubi prouenit ἀπὸ τῆς πηγῆς hoc eſt à fonte, quod iuxta Oceani fontem naſcatur, nomen habet. Plinius cap. 21. octaui. Aethiopia (inquit) generat multa monſtro ſimilia, Pennatos equos, & cornibus armatos, quos Pegaſos uocant. Capite autem 49. lib. decimi. Pegaſos quemadmodum & Gryphos inter fabuloſa connumerat. Pegaſi meminit etiam lib. 3. Mela Pomp. Scribit Hom. ſexto Iliad. Bellerophõtem Pegaſi alati equi pernicitate, Chimerã monſtrũ horrens peremiſſe. Hinc in eos, qui plurimum inter ſe diſtantia comparant, prouerbio dici cœptum fuerit. χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις, hoc eſt, Teſtudinem Pegaſo confers. Quaſi dicas. *En teſtudo uolat.* Quæ de Pegaſo equo fabuloſa dicuntur, deſcribunt Ouid. 3. & 5. Metam. & Higinus cap. 17. ſecundi Aſtronomicon. b *Tragopa.*) Ab hirco nomen inditũ uideri poteſt, quem Græci τράγον nominant. Sumpſit hæc Solinus ex cap. 49. lib. decimi Caiȷ Pliniȷ. Equidem & Tragopanadem, quamplures affirmant maiorẽ aquila, cornua in temporibus curuata habentẽ, ferruginei coloris, tantum capite Phœniceo. Hanc Alitem Plinius, uti & ſuperiorem, fabuloſam putat. Eius & Mela meminit lib. 3. Albertus lib. 23. de animalibus more ſuo, ſcribit à Plinio, Trogopales nominari. c *Cinnamomum.*) Græca dictio κιννάμομον. Quidã ſcribũt ſic dictũ, qđ cortex eius in modum cannæ ſit rotundus & gracilis. Plin. cap. 20. duodecimi. Ipſe frutex (inquit) duorũ cubitorum altitudine ampliſſimus, palmiq́; minimus. Quatuor digitorum craſſitudinis Statim à terra ſex digitis ſurculoſus arido ſimilis &c. Dioſcorid. cap. 13. facit Cinnamo ſpecies plurimas, quæ ab ea regione, cui gentiles ſunt, ſuis quæq; nominibus ſeparantur. Præſtantiſſimum (inquit) dicitur Moſylon, ex quadã ſimilitudine cũ Caſia ea, quæ Moſyletios uocatur. Eſt & quod montanũ uocatur, craſſum, & breue admodũ colore ſubrufo. Tertiũ quoq; habetur nigrũ, & ut Moſylon appellatũ, odore uehementer iucũdo, ſurculoſum minus, multis geniculis. Eſt & quartũ faſtigiũ candidi, fungoſi, tumidi, aſpectu uili, protinus fragilis, grandi radice, Caſiam redolente. Redditur & quintũ, cui cortex ſubrufus, & ad ſimilitudinẽ Caſiæ rubræ coloratũ, ſolidũ, firmũq́; tactu, nec magnopere neruoſum, ſtirpibus craſſis. Traditur & Cinnamomũ mẽtitum, unde nomẽ Pſeudocinnamomo. Theophraſtus aũt. cap. 5. noni, de hiſtoria plantarũ. Cinnamomũ decerptũ in quinas partes diſcerni tradit, & eſſe præcipuè bonitatis, qđ germinib. proximũ fuerit. Idq́; ad palmi lõgitudinẽ cædi, aut paulò maius. Secundũ quod ſequitur, qđ etiã minus cæſura eſt. Tertiũ deinde, & quartũ notatur. Vltimũ uerò, qđ deterrimũ, ꝓximũq́; radici. Hoc enim minimũ corticis habet, in quo ſumma gratia eſt nõ in ligno. Qua de cauſa præferri cacumina ſolent, qđ corticis plurimũ habeãt. Quidã ſic aiunt. Aliȷ uerò Cinnamomũ fruticoſum enarrãt. Eiusq́; genera duo, alterũ nigrũ, alterũ candidũ. Philoſtra. uitæ Apolloniȷ li. 3. tradit Cinnamomũ naſci in radicib. Caucaſi mõtis, qua in Rubrũ mare porrigitur. Idq; nouis ſarmẽtis aſſimilari. Bonitatis aũt ſuæ caprã experimentũ dare. Si quis em̃ Cinnamomũ capræ porrexerit, tanq; catulus admurmurat, abeuntẽq́; ſequitur, nares quoad poteſt ipſi ꝓpinquãs. Qđ ſi paſtor eam amouerit, nõ ſecus q̃ritur, ac ſi à pabulo diſtracta eſſet. Ex hoc quoq; Alberti opinio reprobatur aſſerẽtis animalia nulla præter hominẽ odorib. delectari, aut triſtari omnino. Sed hãc eius ſentẽtiã falſam eſſe ca. 27. ſupra abunde mõſtrauimus. Exiſtimãt Theophr. & Plinius fabuloſa eſſe, q̃ de Cinnamomi collectione Herodo. retulit li. 3. d *Quod gracilius.*) Id præter Theo

phraſtum

phraſtum,& Dioſcoridem docet eleganter Plinius ubi ſuprà. e *Legitur per ſacerdotes.*) Plinius eodem loco. Metitur(inquit)non niſi permiſerit deus. Iouē hunc intelligunt aliqui. Aſſabinū illi uocāt xliiij. boum, caprarumq́;, & arietū extis impetratur uenia metendi, non tamen ante ortū ſolis, aut poſt occaſum licet. Sarmenta haſta diuidit ſacerdos, Deoq́; partē ponit. Reliquū mercator in Naſſas condit. Eſt & alia fama, cū Sole diuidi, ternasq́; partes fieri. Deinde ſorte germina diſcerni. Quodq́; Soli ceſſerit, relinqui, ac ſponte conflagrare. Cinnamomi uis feruens, urinas aperiendi, emolliendi, concoquendi, trahendi menſes, & partus, ſi datum potui ſit. Plures cinnamomi medendi uires, referunt Dioſcor. ubi ſuprà, & Auicenna cap. 128. Tractatus 2. ſecundi Canonis Quæ omnia ad uerbum ferè in ſuum tranſtulit Albertus capite 12. ſecundi tractat. quinti de Vegetabilibus, & plantis, nulla Auicennæ habita mentione.

a cæſis. Quæ cum litauerint, obſeruatur, ut meſſis
nec ortum ſolis anticipitet, nec egrediatur occaſum.
Quiſquis principatum tenet, ſarmentorum aceruos
haſta diuidit, quæ ſacrata eſt in hoc miniſterium.
b Atque ita portio manipulorum ſoli [a] dicatur, quæ
ſi iuſtè diuiſa eſt, ſponte incenditur. Inter hæc, quę
diximus nitore cæruleo Hyacinthus [b] inuenitur la
pis precioſus, ſi quidē inculpabilis inueniatur. Eſt
c enim uitijs non parce obnoxius. Nam plerumq́;
aut uiolaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albicantius
iu aquaticum eliqueſcit. Optimus in illo tenor,
ſi nec denſiore ſucco ſit obtuſior, nec propenſa
d perſpicuitate deiectior, ſed ex utroq́; temperamento
lucis, & purpuræ moderatum ſuauiter florem trahat.
Hic eſt, [c] qui ſentit auras, & cum cœlo facit
mutationem, nec æqualiter rutilat, cum aut nubiloſus
e eſt, aut ſerenus dies. Præterea in os miſſus [d] magis
friget. Sculpturis certè [e] minime accommodatus,
ut qui attritum reſpuat. Nec tamen penitus inuictus.
Nam Adamante ſcribitur, & notatur. Vbi
f Hyacinthus, ibi & Chryſolampis [f] apparet, quem lapidem
lux cœlat, prodit obſcurum. Hæc enim eſt in
illo diuerſitas, ut nocte igneus ſit, die pallidus. Ex
ipſo ſolo ſumimus Hæmatiten [g] rubore ſanguineo,
ac propterea Hæmatites uocatus.

a *Soli dicatur.*) Gentes plurimas Solem pro Deo coluiſſe, ſciunt etiam mediocriter eruditi. Non ergo mirum, quod Cinnamomi Aromatis nobiliſſimi partem Aethiopes Soli dicare conſuenerint. Veteres enim gentiles etſi circa diuinum cultum maximè oberrarint, erga tamen deos ſuos multò diligentiores fuiſſe conſtat, quàm ſint uel Iudæi, uel Chriſtiani erga deum uerum, quem uerbis potius quā operibus uenerantur.

b *Hyacinthus.*) Ex ſimilitudine floris ſui nominis ſic uocatur. Eū cæruleū colorē habere dicūt.

Optimus huic tenor eſt, quem non depreſſior æquo
Obſcurat ſuccus, aut rarum perſpicuum dat,
Sed flos purpureus mixtum componit utrumq́;.

c *Hic eſt qui ſentit auras.*) Nāq́;

Nubilus obſcuro, rutilans clarusq́; ſereno.

Multa ſunt, quæ auræ mutationes mox perſentiſcunt, nedum uiuentia, ſed frequenter, quæ animæ omnis expertia ſunt. d *In os miſſus.*) Hunc locum unico uerſiculo Marbodæus complexus eſt. *Hic & in os miſſus plus frigidus eſſe putatur.* Cauſa autē eſt, quoniam natiuum Hyacinthi frigus, calorem oris lapidis huius naturæ contrariū fugiēs, ſeipſum in unū recolligit. Sicq́; uis maior frigoris ex eo lapide omnino egreditur. Virtus enim unita, ſeipſa diſperſa, ut dicitur maior eſt.

e *Sculpturis minimè accommodatus.*) Quoniam.

Duritie ſolida cædi, ſculpiq́; recuſat,
Fragmentum tantum ſuperabilis eſt Adamantis.

De hoc ipſo lapide abunde ſcribit Plinius capite 9. triceſimiſeptimi natura. hiſtoriæ. f *Chryſolampis.*) Sic ex Plin. cap. 10. libri ultimi hunc locum reſtituimus, quū antè in omnib. Solinianis exēplaribus legeretur, tū Chryſotapſus, tum Chryſopraſus, uel Chryſopraſſus. Apud Iſidorum cap. 14. decimiſexti Ethimolo. legitur Chryſolanſis, pro Chryſolampis. Albertus ſecūdo mineraliū uocat Chryſopagion. Plinij uerba ſunt, quæ hoc loco Solinus imitatus eſt Chryſolampis (inquit) in Aethiopia naſcitur, pallidi coloris die, & noctu ignei. Marbodæus Chryſopaſion nominat. *Athiopum tellus lapidem Chryſopaſion edit,*

Quum

Quem tenebræ produnt, occultant tempora lucis,
Noctibus igne micans, uaneſcit luce diurna
Nam quem lux cœlat ſolito nox more reuelat.
Abſq; nitore iacens, auri pallore ſepultus.
Hic quoq; naturæ mutatus cernitur ordo,

Dictus autem Chryſolampis ἀπὸ τ χρυσοῦ, καὶ λάμπω, Id eſt, ab auro, & ſplendeo; quaſi lapis ſplendens auro. Quid ſi apud Marbodæum legas, *Aethiopum tellus lapidem Chryſolampiden edit.* g *Hæmatiten.)* A ſanguineo natiuo eius colore nomen inditum. Græci enim αἷμα ſanguinem, αἱματηρόν, & αἱματόεντα cruentum dicunt. Marbodæus contra ſyllabæ rationem corripuit primam. *Sumpſit Hæmatites Græcum de ſanguine nomen.* Vix credendas uires huic lapidi Zachalias Babylonius tribuit. De Hæmatite plura referunt Plin. cap. 10. libri ultimi, & Dioſcorides de materiali medicina cap. 980. Varius præterea lapidis huius apud Medicos uſus eſt, Galenū, Serapionem, cæteros.

Mira de intimis gentibus Libyę, de lapide Hexecontalitho. Cap. XLIIII.

QVod ab Atlante ad uſq; Canopitanum a oſtium panditur, ubi Libyæ finis eſt, & Aegyptium limen dictum à Canopo Menelai b gubernatore ibi ſepulto. In ea inſula, quæ oſtium Nili faciat, gentes tenent b diſſonæ, quæ in auiæ c ſolitudinis ſecretum receſſerunt. Ex his Atlantes d ab humano ritu prorſus exultant. Nulli proprium uocabulum, nulli ſpeciale nomen. Diris ſolis ortus excipiunt, diris occaſus c proſequuntur, uſtiq; torrentis plagæ ſydere oderunt deum lucis. Affirmāt eos ſomnia e non uidere,

Q*Vod ab Atlante.)* Deſcribit hoc capite intimas quaſdam Libyæ gentes, quibus quod cœlum miri influxus incolant, diuerſi ſunt earum à cæteris hominibus tam corporum habitus, q; animorum mores, ritusq; uiuendi. Locus enim eſt (inquit Porphyrius) generatiōis principiū, quemadmodū & pater. Mutuatus eſt aūt Solinus hæc omnia ex cap. 8. quinti Plinij, & Mela Pomp. ſuæ Geographiæ lib primo. b *A Canapo Menelai gubernatore.)* Inſularū ante Aſiā (inquit ca. 31. quinti Plinius) Prima eſt in Canopico oſtio Nili, à Canopo Menelai gubernatore (ut ferunt) dicta. Strabo lib. ultimo. Canopus (inquit) centū, ac uiginti ſtadijs diſtat ab Alexandria, pedeſtri itinere uadentibus, dicta de nomine Canopi, qui Menelai claſſem gubernabat, & ibi mortuus eſt. Eadem ſcribunt Mela in ſecundo, & Seruius 11. Aeneid. ſuper illud. *Exulat Aetneos* &c. Sunt qui Canobū per b. nō per p. ſcribendū uelint. c *Auiæ ſolitudinis.)* Id eſt ad quam uia, & iter nullum, uel quo uix pateat acceſſus alijs. d *Atlantes.)* A monte eiuſdem nominis nomen habēt. Herodotus dictos tradit, quod ſales quorum ingens ibi copia eſt, apud eos uocātur Atlātes. Pomp. Mela lib. primo. Ex ijs (inquit) qui ultra deſerta memorantur Atlātes, ſolē execrantur, & dū oritur, & dū occidit, ut ipſis, agriſq; peſtiferū. Nomina ſinguli nō habēt. Non ueſcūtur animalibus. Neq; illis in quiete qualia exteris mortalib. uiſere datur. Eadē de ijs ſcribit cap. 8. quinti Caius Plinius. Herodotus lib. 4. Atlantibus ſolis omniū hominū, quos ipſi nouimus innominatis. Singulis (inquit) eorū nullū nomen imponitur. Hi ſolē tranſcedentē execrantur, eiq; præterea omnia cōuitia ingerunt, quòd torridus & ipſos, & regionē perdat. Quæ de Atlantib. ſcribit Diodorus Siculus lib. 4. multò ab ijs aliena ſunt. Atlantes (inquit) ut accepimus loca propinqua Oceano, & quidē felicia incolentes, tū pietatis, tū erga aduenas humanitatis præ cæteris finitimis gentib. laudē tulerunt. Ab ijs deorū genus manaſſe tradunt &c. Qualis eorū theologia fuerit, ex ſententia eiuſdē Dio. tradit Euſeb. ca. 3. ſecundi Præparationis Euangelicæ. e *Somnia non uidere.)* Cum tām multa de Somnijs à ſapientib. ſcripta ſimul, ac diſputata ſint, mirum eſt, nondū poſſe ꝑcipi quid de ijs indubiè aſſerendū ſit. Themiſtius cap. 20. de Inſomnijs. Somniū eſſe ait uiſum, qđ ſecundū quietē occurrit, quotiens uis, quæ iudicat obligata, deſertaq; langore corporis eſt. Hinc cōſequens eſſe ait, neq; uiſa ea, & terriculamenta propriè inſomnia eſſe poſſe. Neq; aliud quicq;, quod ſenſibus excubantibus, & ſolutis appareat. Neq; itē quicquid occurrit in ſomno, inſomniū eſſe, niſi ratio ea, quæ iudicat poſſeſſa omnis, & obuoluta ſit. Macrobius Somniū definiens. Somniū (inquit) ꝓpriè uocatur, quod tegit figuris, & uelat ambagibus nō niſi interpretatione intelligendā ſignificationē rei, quæ demōſtratur. Eius aūt ſpecies quinq; eſſe ait. Propriū, alienū, cōmune, publicū, generale Democritus (ut Plutar. refert) dicit ſomnia fieri aduentitijs, appulſiſq; imaginibus. Strato mente in ſomnijs ea natura, quæ rationis expers eſt quodāmodo præualētius ſentiente. Herophilus ſomnia diuinitus inſpirata, è neceſſitate eſſe. Naturalia aūt fieri, anima cōmodarū ſibi rerum effingente ſimulachra, quæq; ab ijs futura ſunt. Ex utroq; uerò genere temperata imaginū appulſu fieri, cum quæ expetimus, uidemus, cuiuſmodi ijs accidunt, qui amicos in ſomnijs attrectare uidentur.

a &abſtinere penitus ab animalibus a uniuerſis, Troglodytæ ſpecus b excauant, illis teguntur. Nullus ibi habendi c amor, à diuitijs paupertate ſe abdicarunt uoluntaria. Tantum lapide uno b gloriantur, quem Hexecontalithon d uocant, tam diuerſis notis ſparſum, ut ſexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo depre-

uidentur. Macrobius de Somnio Scipionis libro primo, quinqꝫ ſomniandi ſpecies eſſe dicit ὄνειρον. i. ſomnium: ὅραμα, hoc eſt, uiſionem, ἐνύπνιον. i. inſomnium χρηματισμόν, & χρησμόν, quibus oraculum ſignificatur. φάντασμα, hoc eſt, uiſum, ut Tullius annotauit. Hæc omnia uerbis multis doctè, eleganterqꝫ interpretatur. Non grauabor, quo res fiat dilucidior, adſcribere diui Auguſtini uerba, ex cap. 25. eius libri quem de ſpiritu, & anima inſcripſit. Nec ignoro tamen eſſe, qui tradant id opus non eſſe ab Auguſtino, ſed ab alio quopiam cōſcriptum. Eius authoris uerba ſunt. Omnium quæ ſibi uidere uidentur dormientes quinqꝫ ſunt genera, uidelicet Oraculum, Viſio, Somnium, Inſomnium, & Phantaſma. Oraculum (inquit) eſt, cum in ſomnis parens, uel aliqua ſancta, grauiſqꝫ perſona, ſeu ſacerdos, uel etiam Deus, euenturum aliquid apertè, uel non euenturum, faciendum, uel deuitandum denunciat. Viſio eſt cum id quod uidet quis eodem modo, quo apparuerat, eueniet. Somniū eſt figuris tectū, & ſine interpretatione intelligi nō poteſt. Inſomniū eſt qñ id, quod fatigauerat uigilantem ingerit ſe dormienti, ſicuti eſt cibi cura, uel potus uel aliqua ſtudia, uel artes, uel infirmitates. Secundū nāqꝫ ſtudia, quæ quiſqꝫ exercuit, ſomniat, & ſolitarum artiū ſimulachra in præſentia mentis impreſſa, apparent in ſomnijs. Iuxta etiam infirmitatum diuerſitates, diuerſa accidunt ſomnia. Etiam ſecundū morū, & humorum uarietates, uariantur & ſomnia Alia namqꝫ uident ſanguinei, alia cholerici, alia phlegmatici. Et cum illi uident rubea, & uaria, iſti nigra & alba. Phantaſma eſt quando qui uix dormire cæpit, & adhuc ſe uigilare extimat, aſpicere uidetur irruentes in ſe, uel paſsim uagantes formas, diſcrepantes, & uarias, lætas, uel turbulentas. In iſto genere eſt Ephialtes, quem publica perſuaſio, quieſcētes opinatur inuadere, & pondere ſuo preſſos, ac ſentientes grauare. Quod non eſt aliud, quam quædam fumoſitas à ſtomacho, uel à corde ad cerebrum aſcendens, & ibi uim animalem comprimens. Huc uſqꝫ Auguſtinus. Ariſtoteles Philoſophus cap. 10 quarti de natura animalium ſcribit hominem maximè animalium ſomniare. At editis nuper in lucem, & infantibus adhuc nullum penitus contrahi ſomnium. Compertum inſuper eſt, eos, qui grauiter, & ſuauiſſimè dormiunt, nihil ſomniare. At inſuper animum noſtrum maximè iactari in ſomnijs, propter calorem ſcilicet, qui undiqꝫ in partem ſe colligit interiorē. Atqꝫ ita efficitur, ut plurima uehementiſsimaqꝫ illa obſtante iactatione, nullum interuenire ſomnium poſsit. De quibus maximè ſomnia eſſe ſoleant, eleganti carmine cecinit Claudia. prologo quarti conſulatus Honorij Auguſtij.

Omnia quæ ſenſu uoluuntur uota diurno &c.

Item Lucretius. 4. de rerū natura libro. *Ex quo quiſqꝫ &c.* Ea omnia prius ab Ariſtotele philoſopho relata ſunt triceſima Sectione Problematū. Idem Ariſto. in lib. de Somno, & Vigilia, docet cur quidā nunqꝫ ſomniēt. Alij in iuuētute nūqꝫ, cū tamē in ſenectute eos ſomniare cōtingat. Huius nimiā ciborū euaporationē ꝓpter intenſum calorē accidentē cauſam eſſe dicit. Ea autem nimia euaporatione ciborū fieri reſeruatarū ſpecierū nimiū fortē motum. Hinc (inqt) ſomnia tūc fieri nequaqꝫ poſſunt. Themiſtius cap. ultimo eius li. quē modò citauimus, hāc nō ſomniādi cauſam ijs qdē uerbis exprimit. Exēpla etiā ſunt alios ad multā ætatē, nō ſomniaſſe. Cauſa eadē, quæ facit, ut & infantes q̊qꝫ nō ſomnient, neqꝫ cæteri ſtatim à paſtu. Quorū eñ ita conſtat temperamentū, ut ad ſuperiorē locū plurimus è cibis fluxus ſuccedat neceſſe eſt, ut cū delatu ad ima humoris eius, multæ motiones citētur, nullū ijs Phantaſma, aut Viſum appareat. Proficiſcente uerò ætate, cōcocta, & ſubacta materia nihil ꝓhibet, quin ſomnia illis poſſint reſtitui. Nā immutatione uel ætatis, uel affectionis alicuius ſecuta, neceſſariū eſt naturā quoqꝫ ipſam, & temperamentū mutari. Hæc Themiſtius. Fecit rei difficultas, ut præter ſolitū, plurimis in hac re uerbis uteremur. a *Ab animalibus uniuerſis.*) Dogma id Pythagoricū fuiſſe cōſtat, quod ult. Met. libro multis carminibus Naſo cecinit. Decearchus Peripateticus tradit antiquos Græcos nullū animal occidiſſe. Idem feciſſe ueteres Aegyptiorū ſacerdotes, Cheremon Stoicus prodidit. Idipſum factitaſſe Eſſæos, et Gymnoſophiſtas author Porphyrius lib. 4. eius operis, quod de abſtinendo à carnibus edidit. b *Troglodytæ ſpecus.*) A locis, in quibus degunt, nomen habent. Id eſt. ἀπὸ τῆς τρώγλης, hoc eſt, à ſpecu, & cauerna, quod in ſpecubus & cauernis degant. Sunt qui nomen prouinciæ inditum tradant à Troglodytice amne, qui Arſinoen præterfluit. Lege Plinium capite uigeſimonono libri ſexti. De ijs eadem ſcribunt Plinius cap. octauo quinti, & Mela Pomponius libro primo. Herodotus in Melpomene. Troglodytæ (inquit) Aethiopes omniū, quos fando cognouimus, pernicíſsimis pedibus ſunt Serpentibus, lacertiſqꝫ & alijs id genus reptilibus ueſcentes. Lingua nulli alteri ſimili utētes, ſed Veſpertilionū more ſtridētes

hendãtur. Iſti carnibus uiuunt [a] ſerpentum. Ig- a
narique ſermonis ſtrident potius quam loquuntur.
Augylæ [b] uerò ſolos dicunt Inferos. [c] Fœminas ſuas
[d] primis noctibus nuptiarum adulterijs cogunt pa- b
tere. Mox ad perpetuam pudicitiam legibus ſtrin-
gunt ſeuerìſsimis. Gamphaſantes [e] abſtinẽt prælijs,
fugiunt commercia, nulli ſe externo miſcere ſinunt.
Blemmias, [f] ſed non eos, qui uicina rubro mari inco-
lunt, credunt truncos naſci parte, qua caput eſt, os ta- c
men & oculos habere in pectore. Satyri [g] de homini-
bus nihil aliud præferunt, quam figuram. Aegipa-
nes [h] hoc ſunt, quod pingi uidemus. Himãtopodes [i]
fluxis niſibus crurum repũt potius, quam incedunt, d

c *Nullus habendi amor.*) Eſſet omnino monſtro, ſi id genus hominum hac tempeſtate inter uiuentes homines uerſaretur, quod ijs habendi cupiditas extingui nequeat, & quibus ueluti oraculum quoddam aſſiduè in ore eſt. *Quærenda pecunia primum eſt, Virtus poſt nummos.* d *Hexeconthaliton uocant.*) Is lapis, quod ſexaginta gemmarum colores in ſe habeat, nomẽ habet. Græci em̃ ἑξήκοντα ſexaginta, λίθον lapidem dicunt. Plinius libri ultimi capite decimo. Hexeconthalitos (inquit) in parua magnitudine multicolor hoc ſibi nomen adoptauit. Reperitur in Troglodytica regione. a *Carnibus ſerpentum.*) Idem ſcribunt poſt Herodotum Plinius, & Pompo. ubi ſupra. Hos populos Græci ὀφιόφαγους nuncupant ſerpentibus ueſci aſſueti. Plinius capite 29. libri ſexti. b *Augylæ.*) A loco, cui Augyla nomen eſt, dicti ſunt. Poſt Ammonios (inqt Herodotus libro quartò) per ſupeſcilium ſabuli decẽ rurſus dierum itinere, eſt collis ſalis, & aqua illi Ammoniæ par, hominibus circumhabitantibus, cui nomen eſt Augyla. Sumpſit hæc de Augylis Solinus ex capite octauo quinti Plinij. c *Solos colunt inferos.*) Mela Pomponius libro primo. Augylæ manes tantùm deos putant, per eos deierant, eos ut oracula conſulunt, precatiq́ꝫ, quæ uolunt, ubi tumulis incubuere, pro reſponſis ferũt ſomnia. d *Fœminas ſuas.*) Idem Mela. Pomp. libro eodem. Fœminis eorum ſolenne eſt, nocte, qua nubunt, omnium ſtupro patere, qui cum munere aduenerint, & tum cum plurimis cocubuiſſe maximum decus, in reliquum pudicitia inſignis eſt. Mos fuit, ut ſacrificãtes Dijs inferis aſpergerẽtur, ut *ſpargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.* Qui uerò ſuperis ſacrificabant, abluebantur, ut,

Donec me flumine uiuo
Abluero.

Ex Seruio. 4. ſuper illud. *Dic corpus.* e *Gamphaſantes.*) Pomp. lib. 1. Nudi ſunt (inquit) Gamphaſantes, armorumq́ꝫ omnium ignari, nec uitare ſciunt tela, nec iacere, ideoq́ꝫ obuios fugiunt, neqꝫ aliorum quam quibus idem ingenij eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiuntur. Similia quoqꝫ & Plinius ipſe refert lib. 5. Eſſet utinam mos is in terris hodie,

Quando homini ferrum letali incude nefanda
Produxiſſe parum eſt.

Felix nimirum tempus illud crediderim, cum raſtra, & ſarcula tantum

Aſſueti coquere, & marris, ac uomere laſſi
Neſciuerint primi gladios excudere fabri.

f *Blemmias.*) Plin. cap. 8. lib. quinti. Blemmijs (inquit) tradunt capita abeſſe, ore, oculis, pectore affixis. Eadem & Mela Pomp. refert ubi ſuprà. Diuus Aug. ſermone. 37 ad Eremitas aſſerit ſe huius genus homines adijſſe, ut ijs Chriſti euangelium prædicaret. Vidiſseq́ꝫ ibi multos homines, ac mulieres capita non habentes, ſed oculos groſſos fixos in pectore, cætera membra æqualia nobis habentes. Inter quos (inquit) ſacerdotes eorum uidimus uxoratos, tantæ tamen abſtinentiæ erant, ut licet uxores ſacerdotes omnes haberent, nunquam tamen niſi ſemel in anno eas tangere uolebant, qua die ab omni ſacrificio abſtinebãt. Vidimus & in inferioribus partibus Aethiopiæ homines unum oculum tantum in fronte habentes, quorum ſacerdotes à conuerſationibus hominũ fugiebant &c. Multa de Blemmijs Procopius libro primo de bello Perſico. Sunt qui huius genus uiuentium inter bruta uerius, quàm inter homines enumerandum putent. g *Satyri.*) Ex Plinio, & Pomponio hæc ubi ſuprà. In fine cap. 40. de Satyris abundè ſatis diximus. h *Aegipanes.*) Græci αἰγίπανας ſemicapros uocant, à forma capro ſimili, nomen inditum. Aegipanes, qui & Syluani dicebantur, nudi, capris perſimiles, miramq́ꝫ leuitatem præ ſe ferentes pingebantur. Eos uana gentilitas, ſyluestres deos eſſe putabat, porcos eis ſacrificans. Aegypanem quondam peperiſſe Valeriam Tuſculanariam nutricis dolis Valerij patris ſui expertam concubitum, ex Ariſtide Mileſio tertio rerum Italicarum, in Paralelijs Plutarch. refert. De Aegypanibus ſuprà capite triceſimoſeptimo Solinus retulit. Sunt et animalia ab ijs alia, quæ à Græcis αἰγίποδες id eſt, Capripedes nominantur. i *Himantopodes.*) Dicti ἀπὸ ἱμάντος, καὶ ποδός. Id eſt, à loro, & pede. Latinè Loripedes uocitant, quod quaſi loro eorum ſint pedes implicati, & recurui. Plinius capite octauo libri quinti. Himantopodes (inquit) Loripedes quidam, quibus ſerpendo

ſerpendo ingredi natura eſt. Mela Pomp. in fine ſui operis. Ab eo tractu (inquit) quem feræ infeſtant, proximi ſunt Himantopodes inflexi lentis cruribus, quos ſerpere magis, quam ingredi referunt. a

Pharuſi.) Pomp. Stephano, & Ptolemæo Pharuſij dicti, at Plinio, Solino, & Martiano Pharuſi. Plin. cap. 8 qnti. Pharuſi quondã Perſæ comites dicuntur fuiſſe Herculis ad Heſperidas tẽdentis. Pomp. in fine tertij. Deinde (inquit) Pharuſij aliquando tẽdente ad Heſperidas Hercule dites, nũc inculti, & niſi qđ pecore aluntur, admodũ inopes. Meminit ipſorũ Artemidorus, & Dionyſius, ut Stephanus quoque memorat. Qui fabuloſa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt, at qui hiſtoricam ueritatem proſecuntur, Aegyptio Herculi, q Libycus cognominatus eſt, potius aſcribenda cenſent. b

A *Egyptus à meridie.*) Scribit Lactantius ſecundo Thebaid. ſuper illud. *Toruaque iam Danai.* Aegyptum, & Danaium Beli Babiloniorum regis fuiſſe filios. Aegyptus autem (ut Manechon hiſtoricus uetuſtiſsimus tradit) eiectõ fratre Danao, in Aegypto annis ſexagintaocto regnum tenuit, & ex ſuo nomine regionem eam Aegyptum dixit, cum ante Aeria diceretur. Addit Diodorus Siculus. 2. Bibliothecæ libro, quoſdã fabulari Nilum amnem amore captũ Ogdoi regis filiæ, qui Mẽphim urbẽ cõdidit, inq; taurum uerſum, eã puellã cõpreſſiſſe. Exq; ea genitũ, ob inſignẽ eius uirtutẽ, ab incolis Aegyptũ uocitatũ, à quo & regionẽ omnẽ cognominatã. Eumq́; regẽ iuſticia, & humanitate plurimũ excelluiſſe. Eã ob rẽ cõprobata ab omnib. eius erga ſingulos beneuolẽtia hũc honorẽ nominis fuiſſe ſortitũ. Nõ fuiſſe olim eos Aegypti terminos, qui modo ſunt, ex Strabone, ac multis alijs ſcire licet. Terminatur aũt Aegyptus ab occaſu Cyrenaica, & interioris Libyæ parte. A ſeptẽtrione Aegyptio pelago, parte Iudaeę. Præterea Arabia, ac ſinus Arabici portione ab oriẽte. A Meridie eã terminat Aethiopia. Stra. li. ult. Aegyptũ ipſam, expãſæ manui, dicit eſſe perſimilẽ. Fuerũt (ut cap. 9. 5. refert Plin.) qui Aegyptũ inter inſulas retulere. Signis qbuſdã opinatur Herod. in Euterpe, fuiſſe olim mare, ubi mõ Aegyptus eſt. Aegyptij tã ueteres ſe eſſe iactitãt, ut dũ ipſi ſunt, quater curſus ſuos uertiſſe ſydera, Soleq́; bis iã occidiſſe, unde nũc oritur. Inter Aegyptios, & Scythas, uel (ut Herođ. putat.) Inter Aegyptios, & Phrygas diu fuit de generis uetuſtate cõtentio. Apud ſe Aegyptij primos homines ꝓcreatos affirmãt, tũ ob eorũ regionis tẽperiẽ, qua fit, ut neq; hibernis frigorib. neq; æſtiui ſolis ardore, eius incolę premerẽtur. Tũ qđ ſolũ regionis eius ſit fœcũdiſsimũ earũ rerũ omniũ, quæ ſint ad uſus hominũ neceſſariæ. Nili q̊q; fluminis fertilitate idipſum mõſtrare conãtur. Is em̃ fluuius q̃plurima gñat, & quæ genuit ſuapte natura facillimè nutrit. Hinc euenit, ut Aegyptus plura, q̃ alia omnis regio mirabilia habeat, & præter omnẽ regionẽ exhibet opera relatu maiora. Lege Iuſtinũ in ſecundo. Diodorũ Siculũ lib. primo. Euſebium cap. 1. ſecũdi Præparationis. Atheniẽſes, Argiuos, Arcades, inter Græcos, Aegyptij, & Phryges, inter Barbaros, ut author eſt in Attica Pauſanias, plurimũ inter ſe de uetuſtate contendunt. Scribit Herodotus apud Aegyptios inſtituta, & iura eſſe, ut fœminæ negocientur, cauponẽtur, & inſtitoris operis uacent. Viri aũt intra domos texant, & mulierũ noſtratiũ reliqua opera exerceant. Præterea eorũ fœminæ ſtantes mingunt, uiri ſedẽtes. Apud eoſdem nulla mulier Dei, aut Deæ ſacerdos eſt, ſed uiri deorũ omnium, & dearum. Aegyptiorum præterea mos eſt, ut Iudæorũ more ſcribant à dextro in ſiniſtrum, non ſicuti Græci, & Latini factitant à ſiniſtra in dextram manum. Virilia præterea circumcidunt mundiciæ gratia, pluris facientes ſe mundos eſſe, quam decoros. In Aegypto (authore Herod.) ſeptem ſunt hominum genera à ſuo quoque artificio appellata. Sunt enim alij ſacerdotes. Alij qui, pugnatores appellantur. Calaſiries, & Hermothyebies nuncupati. Paſtores boũ alij Subulci genus quartum. Alij inſtitores. Alij interpretes. Vltimi nauales gubernatores. Inter mira eius regionis hoc quoq; enumerant, qđ Aegyptij nunquã calueſcant. Aegyptum eſſe ferè terrarum omniũ fertiliſsimam Hiſtoricorũ omnium ſententia eſt. Pomponius Mela libro primo. Aegyptus expers imbrium,

a & pergendi uſum lapſu magis deſtinant, quam ingreſſu. Pharuſi [a] cum Herculi ad Heſperidas pergenti forent comites, itineris tędio hic reſederunt. Hactenus Libya.

b De Aegypto. De Nili fluminis origine, augmento, oſtijs. De Api boue. De Crocodilis, Trochilo aue, Scincis Hippopotamis, Ibide aue. De miris Aegypti arboribus. De Alexandria de Pyramidibus. Cap. XLV.

c AEgyptus [b] à Meridie introrſus recedit quo ad prætendant Aethiopes. A tergo inferiorem eius partem Nilus circumfluit,

brium,mirè tamen fertilis.& hominum, aliorumq́ animalium perfœcunda genitrix Nilus efficit am-
nium in noſtrum mare permeantium maximus ob Aegypti fertilitatem ab Antiphilo poëta elegan-
ter dictum eſt.

Καρποῖς, οὐ σταδίοισιν ἐρίζομεν, οὐδὲ γὰρ αὖλαξ
Αἰγύπτου, Λιβύης ψάμμον ἐπιστρέφεται.

Fructibus,haud ſtadijs certamus, ſed neq; ſulcus
Aegypti, Libyam curat arenariam. De eiuſdem
fertilitate ſic Claudianus.
Aegyptus ſine nube ferax,imbresq́ ſerenos
Sola tenet, ſecura poli,non indiga uenti.
Gaudet aquis,quas ipſa uehit. &c.
Et Luca.8.Pharſaliæ
Terra ſuis contenta bonis,non indiga mercis,
Aut Iouis,in ſolo tanta fiducia Nilo.
Herodotus in ſecũdo ſcribit Ae-
gyptũ uitibus carere. Vnde fit,ut

qui ſciſſus à loco,cui a Delta nomen eſt, ad inſu- a
læ faciem ſpatia amplectitur interna, & incerto
penè b fonte decurrens proditur, ut loquemur.
Originem habet c à monte inferioris Maurita-
niæ qui Oceano propinquat. Hoc affirmant Pu b
nici libri,hoc Iubam regem accepimus tradidiſſe. Igi
tur protinus lacum efficit, quem Nilidem dicunt.
Nilum autẽ iã inde eſſe coniectant,quod hoc ſtagnũ
herbas,piſces belluas nihilominus procreet,quàm in c
Nilo uidemus. Ac ſi quando Mauritania, unde ei

uino utatur ex ordeo facto. Nõ aſſentitur Herodoto in hac parte,qui quærit Cur in Aegypto,quæ re
gionũ aliarũ calidiſſima eſt,uinũ nõ calida,ſed penè dixerim frigida uirtute naſcatur? Qui huiꝰ rei cau
ſam ſcire cupit,adeat Macrobiũ Saturnaliũ lib.ſeptimo. Diod præterea Siculus lib.1. Vineæ quoque
(inquit)eodẽ rigatæ modo,uino abundãt In Cõmentariolo noſtro in Dionyſij Periegeſin, multorũ au
thoritate docuimus Aegyptios ueteres fuiſſe ſapẽtiſsimos, artium,ac ſcientiarũ plurium inuentores.

Nam *Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,*
Et teneram ferro ſolicitauit humum,
Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ,
Pomaq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere uitem,
Hic uiridem dura cædere falce comam &c. Septima primi Tibullus. His tot bonis,non paucio-
ra Aegyptijs uitia,nobiles authores tribuunt. Quam rem eleganti uerſiculo quarto Epigrammaton
Martialis comprehenſus eſt ſic de Aegypto inquiens.
Nequitiam tellus ſcit dare nulla magis. Vnde in eos,qui malè morati ſunt, prouerbio dici cœptum
αἰγυπτιάζειν, Aegyptizare Plura ad id recolligit Cœlius cap.3.noni Antiq.lectionum .De Aegypto abun-
dè Herodotus in ſecundo. Strab.lib.ult.Plin.cap.9.quinti. Mela Pomp.lib.primo. Ammianus Marcel-
linus lib.22. Ptolemæus cap.5.quarti. Martianus Capella lib.6. Diod. Siculus primo,& ſecundo Biblio
thecæ,Iuſti.in ſecundo. Claudianus de Nilo. Item cæteri. a *Cui Delta nomen eſt.*) Apud Memphim urbẽ
omnium Aegypti urbium præſtantiſsimam,Nilus in plures partes ſciſſus,formam Deltæ,id eſt Δ effi
cit Quo fit,ut tanq; in Nili clauſtro poſita,aditũ præbeat, ꝓhibeatq; ad ſuperiora loca nauigantibus.
Author in ſecũdo Diod.Siculus. Scribit idẽ in primo,tot Nilũ inſulas cõtinere,ut ferme ſit incredibi-
le.Nã præter eũ locũ,quẽ à forma Deltã appellant,ferũt alias quoq; in eo inſulas circiter ſeptingentas
Harum quaſdã ab Aethiopibus incoli,militumq́ in eis ſeri.Plin cap.9.quinti.Inferiorẽ Aegypti par-
tem Nilus dextra leuaq; diuiſus,amplexu ſuo determinat Canopico oſtio ab Africa,ab Aſia Peluſia-
co centũ ſeptuaginta mil. paſſ interuallo. Quã ob cauſam inter inſulas quidã Aegyptũ retulere,ita ſe
findẽte Nilo, ut triquetrã terræ figurã efficiat. Ideo multi Græcè literæ uocabulo Deltã appellauere
Aegyptũ. b *Incerto fonte.*) Poëtæ ferè omnes,ſcribũt Nili originẽ penitus ignorari. Lucan.in decimo.

Arcanum natura caput non prodidit ulli,
Nec licuit populis paruum te Nile uidere
Amouitq; ſinus,& gentibus maluit ortus *Mirari,quam noſſe tuos.* Et Claudianus.
Fontibus ignotis noſtrum procurrit in orbem
Secreto de fonte cadens,qui ſemper inani
Quærendus ratione latet,nec contigit ulli
Hoc uidiſſe caput,fertur ſine teſte creatus. Papinius tertio Syluarum.
Aut ſeptem gemini caput haud penetrabile Nili. Diodo.Siculus libro primo
huius rationem eſſe dicit,quod ea loca Nilus præterfluat,quæ ſit tum ſerpẽtibus, tum Cynocephalis,
uarijsq;

uarijsq́ꝫ feris ſylueſtribus infeſtata,ac propterea illius acceſſus difficiles. Ouid.ſecundo Trāsformationum lib.poëticam fabulam referens,reijcit id in Phaëtontis incendium,quod,

Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitq́ꝫ caput. Nili primā originem noſcendi
Notitiam,ſed uicit adhuc natura latendi.
Et Pharijs.Perſiſq́ꝫ fuit,Macedūq́ꝫ tyrannis,
Nullaq́ꝫ non ætas uoluit conferre futuris

a origo eſt, aut niuibus denſioribus,aut imbribus largioribus irrigatur, inde incrementa exundationis in Aegypto augeantur. Sed effuſus [a] hoc lacu arenis ſorbetur,& cuniculis cœcis abſconditur. Deinde in Cæ
b ſarienſi ſpecu [b] prorumpens, amplior eadem indicia præfert, quæ in exortu notauimus. Rurſusq́ꝫ ſubſidit, nec ſe prius reddit,quàm poſt interualla itineris extēti contingat Aethiopas. Vbi exit, Nigrum facit flu
c uium,quem ſuprà diximus terminum eſſe limitis Africani. Aſtapum eum inde gentes uocant,ſcilicet aquam tenebris profluentem. Multas,magnaſq́ꝫ ambit [c] inſulas. Quarum pleræq́ꝫ ſunt tam diffuſæ, &

Fuerunt autem hi præcipuè, Magnus Alexander, Seſoſtris Aegyptiorū rex, Cambyſes Perſarū rex, Cæſar dictator, Item cæteri plures. Nilum (ut alibi ex Seruij ſententia.9.Aenei. ſuper illud. *Per tacitum Gangem, aut pingui flumine Nilus*) retulimus dictū eſſe νιαν ἴλυν, hoc eſt,(inquit) nouum limum trahentem. Plurima fuiſſe apud ueteres Nili nomina,refert Diod. Siculus lib. primo. Fluuij (inquit) nomen uetus Oceanns fuit. Poſtquā comprehēſus eius curſus eſt Aquila. Deinde à rege quodam Aegyptus appellatus, quo nomine & Homerū uſum fuiſſe dicit. Poſtmodum à Nileo regé Nili,quo nunc utuntur, nomen ſortitum. Hunc Nileum Hermippus, Cyclopis filium fuiſſe tradit. Triton etiam authore Plinio dictus eſt Nilus. Idem Seruius.4.Georgico.ſuper illud. *Et uiridem Aegyptum,* Nilum antea Latinè Melonem cognominatū fuiſſe ꝓdit. Hebræis Nilus Geon dicitur,iuxta quem (ut cap.3.de Paradiſo ſcribit Ambroſius) Iſraelitis cum eſſent in Aegypto conſtituti,lex data eſt. c *Originem habet à monte inferioris Mauritaniæ.*) Verba Plinij ex capite nono quinti,unde Solinus tranſtulit,hæc ſunt. Nilus incertis ortus fontibus,ut per deſerta,& ardentia, & immenſo longitudinis ſpacio ambulans,famáque tantum inermi, quam ſitu cognitus ſine bellis,quæ cæteras omnes terras inuenere originem, ut Iuba rex potuit exquirere,in monte inferioris Mauritaniæ, non procul oceano habet, lacu protinus ſtagnante,quem uocant Nilidem. Ibi piſces reperiuntur Alabetæ,Coracini,Siluri,Crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc. Cæſariæ ortus creditur,in his, quæ Nili alueo ſpectantur,hocq́ꝫ lacu educantur,in Theſeo dicatus ab eo ſpectatur hodie. Præterea obſeruatum eſt,prout in Mauritania niues,imbreſq́ꝫ ſatiauerint,ita Nilum increſcere ex hoc lacu. Aegyptij ſacerdotes,ab Oceano,qui orbem circuit, Nilum habere principium ferunt. Quibus argumentis Alexander Magnus ſe Nili caput reperiſſe ſuſpicatus eſt. Refert Arrianus à principio libri ſexti. d *Quem Nilidem dicunt.*) De Nilide lacu,uel fluuio capite quadrageſimo dictum eſt. a *Sed effuſus hoc lacu.*) Plinius de Nilo,Rurſus (inquit) indignatur fluere per arenoſa,& ſqualētia,conditq́ꝫ ſe aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore,In Cæſarienſis Mauritaniæ gente Maſeſylum erumpit,& hominum cœtus ueluti circumſpicit iiſdem animalium argumentis. Iterum arenis receptus conditur rurſus uiginti dierum deſertis ad proximos Aethiopas. Atque ubi iterum ſenſerit hominem,proſilit fonte (ut ueriſimile eſt) illo,quem Nigrin uocauere. Inde Africam ab Aethiopia diſpeſcens, etiam ſi non protinus populis,feris tamen,& beluis frequens, ſyluarumq́ꝫ opifex medios Aethiopas ſecat,cognominatus Aſtapus, quod illarum gentium lingua ſignificat aquam tenebris profluentem. b *In Cæſarienſi ſpecu.*) Sunt exemplaria,quæ non ſpecu, ſed ſpecie habeant. Sunt rurſus alia,in quibus nec ſpecu,nec ſpecie ſcriptum ſit. Sed prima lectio caſtigatior. c *Multas magnaſq́ꝫ inſulas.*) Eas Diodorus Siculus circiter ſeptingentas eſſe dicit,ut hoc ipſo capite retulimus. Plinius etiam idem cum Solino refert. Inſulas (inquit) ita innumeras ſpargit,quaſdámque tam uaſtæ magnitudinis,quanquam rapida celeritate,ut tamen dierum quinque curſu non breuiore tranſuolet. Circa clariſsimam earum Meroen Aſtabores læuo alueo dictus,hoc eſt,ramus aquæ uenientis tenebris, dextra uerò Aſtuſapes,quod latentis ſignificationis adijcit. Nec antè Nilus,quàm ſe totum aquis concordibus rurſus iunxit,&c. Ammianus libro uigeſimoſecundo,inter Nili inſulas,duas clariores eſſe dicit, Meroen,& Deltam à triquetræ literæ forma uocabulo ſignatius appellatam. Supradictis ſimilia de Nili curſu ſcribunt Strabo libro ultimo,& Pomponius Mela libro primo. Ammianus libro uigeſimo ſecundo. Clarius ea omnia, quæ ab authoribus de Nili curſu dicuntur,refert Diodorus Siculus libro primo. Nilus (inquit) à Meridie ad Septētrionem fertur,ortus ex fontibus in extremis Aethiopiæ

finibus. Ad quæ loca (deſerta em̃ ſunt) propter æſtus intemperiẽ nullus aditus fuit. Maximũ omnium flumen cũ per uarias, pluresq; feratur regiones, magnos flexus facit. Quandoq; ad orientẽ, & Arabiam, quandoq; ad occidentem, & Libyã fluens. Eius decurſus ab Aethiopiæ montibus uſq; ad mare, ſtadia duodecim ferme milia cũ eius flexibus cõplectitur. Facit autem inſulas in Aethiopia tum plures alias, tum maximè unam inſignem nomine Meroen. Vbi duorũ & uiginti ſtadiorũ latitudinẽ habet &c. a

Dierum quinque. (Marcellinus aliter. Nilus (inquit) inſulas efficit plures, quarum aliquæ ita porrectis aquis dicuntur extentæ, ut ſingulas ægrè tertio die relinquat. Diodorus eam patere lõgitudine ſtadijs tribus milibus, latitudine mille. Eius formam ſcuto perſimilem eſſe ait. b *Meroe.*) Cambyſes occupata Aegypto, cum Aegyptijs uſque in Meroen progreſſus eſt, & nomen urbi, & inſulæ ab illo impoſitum ferunt, Meroe ſorore ibi mortua. Alij eam uxorem fuiſſe tradunt. Nomen itaque ob honorem mulieris loco dedit. Lege Strabonem, Ptol. Diodorum, Stephanum item cæteros. c *A cataracte.*) id eſt, (ut Ammianus ait) à prærupto ſcopulo à uerbo

uaſtæ magnitudinis, ut uix eas dierum quinque [a] curſu prætermeet, quamuis concitus ibi feratur. Nobiliſsima earum eſt Meroe, [b] circum quam diuiſus dextro alueo Aſtuſapes, læuo Aſtabores nominantur. Tunc quoque emenſus magna, longinquáque loca cum primùm occurſantibus ſcopulis aſperatur, tãtis agminibus extollitur inter obiecta rupium, ut ruere potius quã manare credatur. Demumq; à [c] cataracte ultimo tutus eſt. Ita em̃ quædã clauſtra eius Aegytij nũcupant. Relicto tamen hoc pone ſe nomine, quod Siris [d] uocatur, mox inoffenſus meat. Septem [e] oſtijs cõditur, in meridiẽ uerſus, excipitur Aegyptio mari.

ϰαταῤῥέω quod defluo ſignificat. Eſt enim cataractes ad medium ferè flumen petroſum quoddam ſupercilium in ſuperiore parte planum, ut flumen recipere poſsit, deſinens uerò in præcipitium, ex aqua præcipitatur. Vtrinque ſecus terram alueus eſt, qui facilè adnauigari poteſt. Hac itaq; adnauigantes defluunt in cataractem, & cum ſcapha in præcipitium detruduntur, & ipſi, & ſcaphi illæſi. Eſt (ut Strab. lib. 14. prodidit) amnis in Pamphilia, qui Cataractes appellatur multus, & torrentis more impetuoſus ab alta petra deſcendens, adeò, ut longiſsimè ſtrepitus exaudiatur. In Nilo locus quidã eſt latitudine ſtadiorum decẽ accliuis, præceps in anguſtũ clauſus inter cõualles, ubi frequentia ſaxa ſcopulis ſimilia, aquã magna uertigine, mirabiliq; illæſam reflectũt, inq; contrariũ curſum ſpumis agunt redũdantibus. Quæ res ſtuporẽ aſpicientibus præbet. Eſt em̃ ita uelox hoc in loco aquæ decurſus, ut ſagittæ ſimilis uideatur, cũ augetur aquarũ incremẽto Nilus, ideoq; leniori curſu aqua ſuperiminẽte ſcopulos, qui per cataractas nauibus nenti cõtrarij deſcendunt. Aſcendendi nulla eſt facultas fluminis impetu, omne hominum ingenium ſuperante. Sunt aũt in Nilo (authore Diod.) cataractæ plures, ſed maxima in Aethiopia, atq; Aegypti finibus ſita. Duas Nili cataractas, multis uerbis deſcribit Philoſtatus lib. 6. uitæ Apollonij. d *Siris.*) Vetuſti Solini codices habent omnes ferme Nigris. Hermolaus autem capit. 9. quinti Caſtigationum Plinianarum, authoritate Dionyſij Afri, Stephani, & Euſtatij, legendum cenſet Siri, quaſi à Sirio ſtella nomen habeat, quoniã ſub ortum Canis, per introitum Solis in Leonem augeatur, & creſcat. Vitruuius cap. 2. octaui Architecturæ, ab Atlante monte, qui Diris etiam appellatur, Dirin nominat. Eſſe tamen poteſt, ut utroq; nomine fuerit appellatus. Neſcio qua ratione motus Philippus Beroaldus, p Siris, uel Nigris, Girin repoſuerit in Solino. Dionyſij uerſus eſt. σίρις ὑπ' αἰθιόπων κικλήσκεται. i. Siris ab Aethiopibus uocatur e *Septem oſtijs.*) De Nili oſtijs ſeptem Ouidius. quinto Metamorph.

Donec feſſos Aegyptia tellus
Ceperit, & ſeptem diſcretus in oſtia Nilus.

Idem ſecundo Eligiarum.

Quaque celer lato Nilus delapſus in alueo,
Per ſeptem portus in maris exit aquas.

Claudianus primo in Ruffinum.

Hinc bibat æſtiuum ſepteno gurgite Nilum.

Sunt qui plura, quam ſeptem Nili oſtia eſſe tradant. De ijs Plinius cap. 10. lib. quinti. Sunt in honore (inquit) & intra decurſum Nili multa oppida, præcipuè, quæ nomina dedere oſtijs, non omnibus. Vndecim enim reperiuntur, ſuperq; quatuor, quæ ipſi falſa ora appellant. Sed celeberrimis ſeptem. Proximo Alexãdriæ Canopico. Deinde Bolbitino. Sebenico. Phatnitico. Mẽdeſico. Tanitico, ultimoq; Peluſiaco. Strabo quoq; iiſdem oſtijs enumeratis, hæc ſubdit. Sunt inter hæc alia quædam oſtiola ignobiliora, falſa oſtiorũ appellatione. Habent enim hæc oſtia ingreſſus, non tamen aptos magnis nauigijs, ſed ſcaphis. Propterea qđ breuia, ac paludes, loca obtineant &c. De ijs ſeptẽ Nili oſtijs lege Diod. Siculũ lib. primo. Ammianũ lib. 22. & Ptol. capite 5. quarti. Horum

oſtiorum

oſtiorum pictura eſt apud eundem tabula tertia Africæ. Annotandum uerò,eum locum, ubi Nilus in mare defluit,θιόνιν uocari antiquum Aegypti Emporium,author Diod. Siculus lib. primo. a *Ignari ſyderum,uel locorum uarias cauſas.*)Incremẽtum Nili aſpicientibus uidetur admirabile,incredibile audienti bus,ut primo.lib.Diod.ait. Solus enim inter reliqua flumina adeo æſtate creſcit,cum decreſcant cætera,ut inundet Aegyptum. Hyeme minuitur,cum reliqua augeantur. Eſt Aegypus plana,& cãpeſtris,

a Ignari ſyderum, a uel locorum uarias de exceſſibus eius cauſas dederunt. Alij affirmant Eteſias b nubium denſitatem illò cogere, unde amnis hic auſpicatur, ipſumq́ue fontem ſuperno humore ſubla-
b tum tantam inundationis habere ſubſtãtiam, quantam pabuli ad liquorem nubila ſumminiſtrauerint. Ferunt alij, c quod uentorum flatibus repercuſſus, cum fluorẽ ſolitæ uelocitatis non queat promouere,

cumq; urbes, uici, agricolarum mapalia aggeribus munita, aq̃ inundationẽ deuitẽt, tanq̃ Cyclades apparent aſpicientibus. Terreſtres beluæ omnes, quæ in campis remanẽt ſuffocantur aqua, quæ euadunt ad altiora confugiunt loca. Pecora inundationis tempore, in ſtabulis recluſa nutriuntur à colonis, ad id antea præparato paſtu. Vulgus remiſsis operibus ruſticis, ocioſum epulis indulget,ac uoluptati. De Nili ſtatis quibuſdam tẽporibus augmento ,tot ſunt ſcriptorum ſententiæ,quot penè ij ſunt,qui eam materiam tractauerunt Sed quoniam eas ſententias Plutarchus Cheronæus in unum paucis recollegit,adſcribã eius ex.4. de Placitis Philoſophorũ li. uerba, Thales(inquit) Aquilones anniuerſarios aduerſos Aegypto flãtes,Nili exuberantiã attollere,uticq; emiſſarijs eius turgefaciẽdo mari obſtructis. Euthymenes Maſſylienſis oceano,& exteriore mari ſuapte natura dulcis Nilũ expleri. Anaxagoras Aethiopiæ niuibus æſtate q̃dem liquefactis ,hyeme uerò uigentibus. Democritus ad ſeptentrionẽ ſoluta, diffuſacq; ſub Solſtitiũ niue,nubila ex uaporibus cogi,quibus à ſtatis Aquilonibus in meridiem, Aegyptumcq; propulſis, citatiſsimos imbres fundi,quibus ſtagna redundent,ipſéq; amnis Nilus. Herodotus illũ ex ſuis tantũdem fontibus hyeme,eſtatecq; inuehere,hyeme tamẽ minorẽ uideri,cuius cauſam in ſole eſſe. Quippe qui illo tempore anni proximè Aegyptum accedat,eiuſq; flucta ſorbeat. Ephorus hiſtoriæ ſcriptor Aegyptũ prodidit æſtate totã laxari,& ueluti uim quandã undarũ exundare. Suggere etiãnũ illi Arabiam,& Libyen ſoluto earum arenido ſolo. Eudoxus Aegyptiorum ſacerdotes huius cauſam in pluuias referre aquas tradit,annicq; temporum circum obſiſtentiam,id eſt, Antiperiſtaſim. Etenim cũ nobis eſt æſtas,qui ſub Solſtitiali circulo agimus,tunc illis hyems eſt , qui ſub brumali ad perpendiculũ incolunt. Propterea Nili aqua alueos ſuperans expatiatur per Aegyptum. Hucuſq; Plutar. Sunt,qui ſcribant Eratoſthenem dicere,æſtiuos imbres cauſam eſſe,idcq; ab Ariſtotele ſumpſiſſe, Ariſtotelem uerò à Traſyalco Thaſio,qui unus fuit ex antiquis Phyſicis. Traſyalcum autem ab alio,atcq; illum ab Homero,qui Nilum cœleſtem dixit,eo uerſiculo.

Rurſus ad Aegypti cœleſtem nauigat amnem. Herodot.in ſecundo. Strabo lib.ultimo. Seneca.4.naturalium.q.Plinius,Diod. Siculus. Pomp. Mela. Ammia. Marcellinus lib.22.plura diſputant,quænam ſit cauſa eius inundationis. Luca.lib.10.exiſtimat Nili inundationis non poſſe aliam rationem reddi,niſi, quod deus Aegypto,quæ plerumcq; uacat pluuijs,conſulere uoluit.

Quis cauſas reddere poſsit?
Sic iuſsit natura parens decurrere Nilum,
Sic opus eſt mundo,Zephyros quocq; uana uetuſtas
His aſcripſit aquis,quorum ſtata tempora flatus
Continuicq; dies,& in aëra longa poteſtas.
Vel quod ab occiduo depellent nubila cœlo,
Trans Noton,& fluuio cogunt incumbere nimbos.
Vel quod aquas totiens rumpentes littora Nili
Aſsiduo feriunt,coguntcq; reſiſtere fluctu.
Ille mora curſus,aduerſicq; obice ponti
Aeſtuat in campos &c. Lucretius quocq; lib.6.uarias cauſas refert,cur Nilus æſtatis tẽpore æſtuet.
Nilus in æſtate creſcit,campiſq; redun.

Vnicus in terris Aegypti totius amnis &c. Extat liber Ariſtot.qui de Nilo inſcriptus eſt. Eudoxus præterea,& Ariſto.philoſophi librum de Nilo compoſuerunt. Theophraſtus(ut Seneca refert)author eſt in ponto quoſdam amnes creſcere æſtiuo tẽpore,cuius rei quatuor cauſas eſſe dicit. Aut quia nũc maximè in humore mutabilis terra ſit. Aut quia maiores in remoto imbres ſunt,quorum aqua per ſecretos cuniculos reddita tacitè effunditur. Tertia ſub crebrioribus oſtium cæditur,& reuerberatur fluctu

aquis in arcto luctantibus intumeſcat, & quanto [a] impenſius controuerſi ſpiritus repugnauerint, tãto excelſius ſublimari in altitudinis uertices repercuſsã celeritatem, quando nec ſolitus extenuet curſus alueum, & ſtipato iam flumine uernis originalibus tor- [b] rentum pondera ſuperueniant. Ita concordi uiolentia hinc urgentis elementi, [a] hinc reſiſtentis undis exultantibus molem colligi, quæ exceſſus facit. Nonnulli affirmant fontem eius, qui Phiala uocatur [b] [c] ſyderum motibus [c] excitari, extractumq; radijs candentibus cœleſti igne ſuſpendi, non tamen ſine certa legis diſciplina, hoc eſt lunis cœptantibus. Verùm omnem exceſſus originem de ſole fieri, primamq; e- [d] xultantiam tumoris concipi, cum per Cancrum [d] ſol uehatur. Poſtmodũ triginta eius partibus euolutis, ubi ingreſſus Leonẽ [e] ortus Syrios excitauerit, propulſo omni fluore tantam uim amnis erumpe- [e] re. Quod tempus Sacerdotes natalem [f] mundi iu-

amnis reſiſtit, qui creſcere uidetur, quia non effunditur. Qarta ratio eſt ſyderũ. Hæc enim quibuſdam menſibus magis urgent, & exhauriuntur flumina, cum longius receſſerũt, minus conſumunt, atq; trahunt Itaq; qđ impẽdio ſolebat, id incremento accidit. Hucuſq; Theophraſtus. b *Eteſias.*) Fuit hæc Thaletis Phyſici ſentẽtia, ut Seneca, & Diod. Siculus recenſent, Plinius. Cauſas huius incrementi uarias prodidere, ſed maximè probabiles Etſiarum eo tẽpore ex aduerſo flantiũ repercuſſo ultro in ora acto mari. c *Ferunt alij.*) Hanc quoq; rationem Theophraſtus enumerat, Pomp. Mela. Aut (inquit) uenienti obuiæ aduerſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt. Aut arenis, quas cum fluctibus littoris applicant, oſtia obducunt. Lucretius libro ſexto. *Aut quia ſunt æſtate Aquilones oſtia contra &c.* a *Vrgentis elementi.*) Aquarum copia. Sicq; duas huius incrementi cauſas eſſe dicit fluminis ingentem aquæ copiam, & uentorum Nili curſum præpedientium uiolentiam. Libuit adſcribere Ammiani ex li. hiſtoriarum. 22. uerba. quòd elegantia plurimũ, & terſa ſint. Opinio eſt celebrior alia, quod ſpirantibus Prodromis, perq; dies quadraginta, & quinq; Eteſiarũ cõtinuis flatibus repellentibus eius meatum uelocitate cohibita ſuperfuſis fluctibus intumeſcunt, & reluctante ſpiritu controuerſo adoleſcens in agros, hinc ui reuerberante uentorum inde urgente curſu uenarum perennium progrediens, in ſublime tegit oĩa à dumis oppreſſa per ſupina camporum, ſpeciem exhibet maris. Idipſum quoq; alijs interdum euenit fluminibus. Claudianus ſecundo in Rufino.

Quoſq; rigat retro pernicior unda Garumnæ
Oceani pleno quoties impellitur æſtu.

b *Qui Phiala.*) Plin. cap. 9. quinti Timæus Mathematicus occultam protulit rationem. Phialam appellari fontem eius, mergiq; in cuniculos ipſum amnẽ uapore anhelantẽ fumidus cautibus ubi conditur. Verùm ſole per eos dies cõminus facto extrahi ardoris ui, & ſuſpenſum abundare, ac ne deuoretur abſcondi Idq; euenire à Canis ortu per introitum Solis in Leonem contra perpendiculũ fontis ſydere ſtante, cũ in eo tractu abſumantur umbræ. c *Syderum motibus.*) Theophraſtus quatuor cauſarum hanc unam eſſe dicit. d *Cum per Cancrum ſol uehatur.*) Scribit Columella cap. 2. duodecimi, Solem ingredi ſignum Cancri octauo Calendas Iulias. Ouidi. ſexto Faſtorum. *Sol abit è Geminis, & Cancri ſigna rubeſcunt.* Plin cap. 9. quinti. Incipit creſcere luna noua, quæcunq; poſt Solſtitium eſt, ſenſim, modiceq; Cancrum Sole tranſeunte, abundantiſsimè autẽ Leonem. Et reſidet in Virgine, ijſdem, quibus accreuit modis. In totum autem reuocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodo. centeſimo die. e *Ingreſſus Leonem.*) Id teſte Columella ubi ſuprà, accidit nono Calendas Auguſti. f *Natalem mundi.*) Aegyptij ſacerdotes opinati ſunt ita fuiſſe factum in primo mundi natali, ſicut in Aegypto annis ſingulis fieri experiebantur. In Aegypto enim,

Vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alueo,
Aethereoq; recens exarſit ſydere limus,
Plurima cultores uerſis animalia glebis
Inueniunt, & in ijs quædam modo cœpta per ipſum
Naſcendi ſpacium, quædam imperfecta ſuiſq;
Trunca uident humeris, & eodem corpore ſæpe

Altera

Altera pars uiuit, rudis eſt pars altera tellus.
Concipiunt, & ab iis oriuntur cuncta duobus.
Quippe ubi temperiem ſumpſere humorq; calorq;

Sic quoq; à principio cum terra, quæ tunc fuerat aquis obducta, arida apparuiſſet, multiformis in ea, rerum facta eſt generatio. Theologi tradunt, primã mundi creationem factã fuiſſe in primi temporis æquinoctio, id eſt, Verno. Qui dies intelligitur .xi. Calendarum Aprilis, hoc eſt .22. Martij dies, quãdo primus eſt Paſchatis dies .i. primi menſis dies primus. In lege enim mandatum eſt, ut undecima die primi menſis ueſpere præpararent ad Paſcha faciendum .14. menſis die .i. ab undecimo. Iam enim ueſper decimi diei, in undecimum lucet, ut ab xi. Calendas Aprilis initium eſſet primi menſis. Sumpſimus hæc ex Diuo Auguſtino Quæſtione 106 eius operis, quod Quæſtionum Veteris, & noui teſtamenti inſcripſit. Sacris literis concordant gentilium plures, qui mundi natalem tribuunt Verno tempori. Hinc Maro nullius expers ſcientiæ ſecundo Georg. cecinit.

Non alios prima creſcentes origine mundi
Illuxiſſe dies, aliumúe habuiſſe tenorem
Crediderim, Ver illud erat Ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri.
Cum primum lucem pecudes hauſere &c,

Similia ſcribit & in quinto Lucretius. Aiunt quidam (ut primo de ſomnio Scip. refert Macrob.) incipiente die illo, qui primus omnium luxit, id eſt, quo in hũc fulgorẽ cœlũ, & elemẽta purgata ſunt, qui ideò mũdi natalis iure uocitatur, Arietẽ in medio cœlo fuiſſe. Et quia medium cœlum, quaſi mundi uertex eſt, Arietẽ propterea primũ inter omnes habitũ, qui ut mundi caput exordio lucis apparuit.

a dicarunt, id eſt, inter tertiumdecimum kalendas Au
guſtas, & undecimum diem. Deinde reuocari exi-
tus uniuerſos, cum in Virginem [a] tranſeat, pe-
nituſque intra ſuas ripas capere cum Libram ſit in-
b greſſus. Hoc etiam addunt pariter eum nocere, ſiue
abundantius [b] exæſtuet, ſiue parcius, quandoqui
dem exiguitas minimum fœcũditatis apportet. Pro
penſior copia diturno humore culturam more-
c tur. Maximos eius exitus cubitos duodeuigin-
ti conſurgere, iuſtiſsimos ſexdecim temperari.
Nec in quindecim abeſſe prouentus fructuarios,
ſed quicquid intra ſit, famem facere. Dant illi etiam
d hoc maieſtatis, ut portendat futura, argumentan-
tes quandoquidem Pharſalico bello non fuerit e-
greſſus quinque ulnas. Iam illud palam eſt, quod ſo-
lus ex amnibus uniuerſis nullas expiret auras. Di-
e tionis Aegyptiæ eſſe incipit à Syene, [c] in qua fi
nes Aethiopum, & inde uſque dum mari intima-
tur, Nili nomen tenet. Inter omnia, quæ Aegyptus
habet digna memoratu, præcipuè bouem mirantur,

a *Cum in Virginem tranſeat.*) Columella cap. 2. duodecimi ſcribit Solem tranſire in Virginem decimo Calendas Septembris. In Libram autem .xi. Calendas octobris. b *Siue abundantius exæſtuet.*) Iuſtum incremẽtum eſt (inquit Pli.) cubitorũ .xvi. Minores aquæ nõ omnia rigãt. Ampliores detinẽt, tardius recedendo. Hæ ſerendi tẽpora abſumũt ſole madẽte, illæ nõ dãt ſitiẽte. Vtrũq; reputat prouincia. In .xij. cubitis famem ſentit. In xiij. etiamnum eſurit xiiij. cubita hilaritatem afferũt. xv. delicias. Maximum incrementum ad hoc æui fuit cubitorum xviij. Claudio principe. Minimumq; Pharſalico bello, ueluti necem Magni prodigio quodã flumine auerſante. Cum ſtetere aquæ apertis molibus admittuntur, hucuſq; Plinius. Ammianus ubi ſuprà. Abundè ita luxuriam, ita eſt noxius, ut infructuoſus ſi uenerit partior. Gurgitum enim nimietate humectus diutius terras, culturas moratur agrorum. Paruitate aũt minatur ſteriles ſegetes. Eumq; nemo aliquando extolli cubitis altius ſexdecim poſſeſſor optauit. Et ſi inciderint moderatius aliquoties iactæ ſementes in loco pinguioris ceſpitis cum augmento fuere, ſeptuageſimo renaſcuntur. Soluſq; fluminum auras nullas inſpirat. c *A Syene.*) Vrbs hæc ſita eſt ſuprà Alexandriam quinq; milibus ſtadiorum, in qua Solſtitij die medio nullã umbrã iaci, puteumq; eius experimenti gratia factum totum illuminari. Author ſecũdo naturalis hiſtoriæ Caius Plinius. Plura Macrob. ſecũdo de Somnio Scipionis. Verũ quoniam plurima cura moleſtiaq;, agricolas Nili inundatio urgebat, excogitata eſt in Memphi quædam incrementi, & menſurandi à regibus obſeruatio. Itaq; quibus id negotij demandatum erat, per epiſtolas urbibus, uiciſq; ſignificabant, quot cubitis, quotúe digitis fluuius auctus eſſet. Et ſimul quo tempore cœpiſſet decreſcere, quo modo uacuus reddebatur. Ea ſollicitudine populus, incrementi magnitudine, decremẽtoq; notis, ubertatẽ futurã è ueſtigio ab inundationis modo, notatis prioribus temporibus noſcebãt. Au-

thos

Apim a uocant. Hunc ad inſtar colunt numinis, inſignem notæ albæ macula, b quæ dextro eius lateri ingenita corniculantis lunæ refert faciem. Statutum æui ſpatium eſt, quod ut affuit profundo ſacri fontis immerſus necatur, ne diem longius trahat, quam licebit. Mox alter c nec ſine publico luctu requiritur, quem repertum centum Antiſtites Memphim proſequuntur, ut incipiat ſacris ibi initiatus, ſacer fieri. Delubra, d quibus ſuccedit aut incubat, myſticè thalamos nominant. Dat omnia manifeſtantia e de futuris. Illud maximum, ſi de conſulentium manu cibum capiat. Denique auerſatus Germanici Cæſaris f dextram, prodidit ingruentia,

thor Diod. Siculus libro primō. a *Bouem mirantur, Apim uocant.*) Quem Aegyptij Apim, Græci Epaphum uocitant. Apis Straboni idē eſt qđ Oſiris. Hunc (ut ex Maneto. ſecundo Præparationis refert Euſebius) Oſiris, & Iſis primi cōſecrarūt, et ut ab Aegyptijs numinis loco publicè coleretur, inſtituerūt qđ frumentorū inuentoribus ad cōmittenda terris ſemina cū Mneui plurimū profuiſſet. Alij tradunt iccirco hunc diuinum honorem impenſum Apidi, qđ defuncti Oſiridis anima in bouē trāſmigraſſet, q̄ deinceps ad poſteros pergens fuerit transfuſa. Sunt q̄ dicāt Oſiridis à Typhone perempti, Apim quendā mēbra in unū collecta, in bouē ligneū albi bouis corio circumdatum, conieciſſe. Sed uerius ad gentis uanitatem (ut alia multa) referamus. Hac Aegyptiorum ſuperſtitione Cābyſes ille Perſarum rex offenſus, Apim bouem à ſacerdotibus ad ſe iuſſum duci, educto mox mucrone cachinanſq; ad ſacerdotes. O capita neq; (inquit) huiuſcemodi Dij exiſtunt, ſanguine, atq; carne præditi, & ferrū ſentiētes. Dignus nimirū Aegiptijs hic deus. Qualis autē is Apis fuerit, paucis Mela Pōp. definiuit. Apis (inquit) populorum omniū in Aegypto numē eſt. Bos niger, certis maculis inſignis. Et cauda, linguaq; diſsimilis aliorum. Raro naſcitur, nec coitu pecoris (ut aiunt) ſed diuinitus, & cœleſti igne conceptus, dieſq; quo gignitur genti maximè feſtus eſt. Plura Plinius capite 46. octaui tantæ diuinitatis apud Aegyptios Apis eſſe credebatur, ut Iudæi quoq; eundem ſibi numen (ut in Exodo, & quarto Regū libro ſcriptū eſt) conflauerint aliquādo. Cū enim Moyſes Iudæorū dux aſcendiſſet in montem, atq; ibi quadraginta diebus moraretur, aureū caput bouis, quē uocant ipſi Apin, qđ eos præcederet, figurarūt. Quo peccato, & ſcelere offenſus Deus, impium, & ingratū populū, pro merito pœnis grandibus affecit, & legi, quā per Moyſen dederat, ſubiugauit. Refert hæc Lactantius Diuinarum inſtitutionum lib. 4. b *Notæ albæ macula.*) Herodoti uerba ex Thalia. Apis idēq; Epaphus è uacca genitus, quæ nullū dū alium poteſt concipere fœtū, quā Aegyptij aiūt fulgure ictam concipere ex eo Apim. Habet hic uitulus, qui appellatur Apis, idē hæc ſigna, Toto corpore eſt niger, in frōte habēs candorē figuræ quadratæ, In tergo effigiem aquilæ, Cantharum in palato, duplices in cauda pilos. Ab Ouidio nono Meta. uarijs colorib. dicitur. Strabo lib. ultimo de eius notis. Memphis (inquit) Apidis templū habet, q̄ idē eſt quod Oſiris. Ibi bos Apis in ſepto quodā alitur. Albus frōtē, & quaſdā paruas corporis partes. Cætera uerò niger, quibus ſignis iudicat, qui ſit ad ſucceſsionē idoneus, alio uita functo. c *Mox alter, nec ſine pub. luctu requiritur.*) Apide mortuo, magnificeq; ſepulto, quærunt ad id delecti ſacerdotes uitulum priori perſimilem, inuento populus luctum finit. Sacerdotes, quibus ea imminet ſollicitudo, primū in ciuitatem Nili uitulū perducunt, in qua eum nutriunt diebus quadraginta. Deinceps in nauim contectā, habitaculū aureū habentē introducentes, & ad Memphin ut deū ducentes, in Vulcano fano locant. His diebus ſolæ mulieres taurū uident, quæ ante eius faciem aſtantes, ueſtib. ſublatis, ei abraſum fœmen oſtendunt. Reliquo tēpore prohibentur in conſpectū huius dei accedere. Authores ſunt Diod. Siculus lib. primo, & Euſeb. cap. 1. ſecundi Præpara. d *Delubra quibus ſuccedit.*) Sūt (inquit Plin.) delubra ei gemina, quæ uocant thalamos, Auguria populorum. Alterum intraſſe lętum eſt, in altero dira portendit. Reſponſa priuatis dat, è manu conſulentium cibum capiendo &c. e *Dat omnia manifeſtantia de futuris.*) Scribit Fauorinus in Commentarijs Apidem bouem, Eudoxi Aſtrologi cum adhuc in Aegypto moraretur, pallium linxiſſe, quo oſtento eum Sacerdotes celebrem quidem futurum, ſed non longæuum reſponderunt. Qam rem hoc epigrammate Diogenes complexus eſt.

A boue cornuto propriam prædicere ſortem
Eudoxum fama eſt, quondam Memphitis in urbe,
At quia ſermonem uitulo natura negauit,
Nil dixit, ſtolam lingens obliquus, aperte
Hoc docuit, moriere cito &c.

f *Germanici Cæſaris.*) Fuit hic Druſi, & iunoris Antoniæ filius, agens annū quartū & triceſimū, Antiochiæ obijt, nec ſine ueneni ſuſpitione. Sūt qui eius mortem Tyberio tribuāt. Cn. Piſone Legato Syrię id exequēte. Plinius ca. 46. octaui lib. Reſpōſa priuatis dat de manu conſulentium

a nec multò pòſt Cæſar extinctus eſt. Pueri a A-
pim gregatim ſequuntur, & repente uelut lymphati-
ci uentura præcinunt. Bos illi fœmina oſtenditur
in anno ſemel, & ipſa non abſque certis inſignibus,
b quæ atque inuenta, & oblata eſt, eadem die neci da-
tur. Apis natalem Memphitici celebrant b iactu
aureæ pateræ, quam proijciunt in Nili gurgitem.
Hæc ſolennitas per dies. vij. agitur. Quibus diebus
c cum ſacerdotibus quaſdam Crocodili inducias ha-
bent, nec attrectant lauantes. Verum octauo die ceri-
monijs iam peractis, uelut reddita ſæuiendi licen-
tia ſolitam reſumunt atrocitatem. Crocodilus ma-
d lum c quadrupes in terra, & in flumine pariter
ualet, linguam non habet, maxillam mouet d ſu
periorem. Morſus eius horribili tenacitate conue-
niunt ſtipante ſe dentium ſerie pectinatim. Plerum-
e que ad uiginti e ulnas magnitudinis coaleſcit.
Qualia anſeres edit oua. Metatur locum f nido
naturali prouidentia. Nec alibi fœtus premit, quam
quo creſcentis Nili aquæ non poſſunt peruenire.
In partu fouendo mas, & fœmina uices ſeruant.

ſulentium cibum capiendo. Germanici Cæſaris manum auerſatus eſt, haud multò pòſt extincti. a *Pueri apim.*) Cætero (inquit Plinius) ſecreto cum ſe prorupit, in cætus incidit ſummotus ſtrepitu lictoris, grexq́ puerorũ comitatur carmẽ honori eius canẽtiũ, intelligere uidetur, & adorari uelle. Hi greges repente lymphatici, uentura præcinũt. Fœmina bos ſemel ei anno oſtenditur, ſuis & ipſa inſignibus, q̃q̃ alijs, ſemperq́ eodem die, & inueniri eam, extinguiq́ tradunt. b *Memphitici celebrant.*) Memphi eſt locus in Nilo, quẽ á figura uocãt Phialam, omnibus annis ibi auream pateram, argenteamque mergentes, diebus quos habẽt natales Apis. Septem hi ſunt. Mirumque neminem per eos à Crocodilis attingi. Octauo poſt horam diei ſextam, redire beluæ feritate. Plinius libro & capite eiſdem. c *Crocodilus malum quadrupes.*) Græci κροκόδειλον dicunt, ἀπὸ τοῦ κρόκου καὶ δειλοῦ, id eſt, à Croco, & timido, quòd mirum in modum Crocum timeat. Aegyptij enim ſuper mel, quod conficiunt, crocum ſternunt, ne à Crocodilis abſumatur id maximè expetentibus. Aduertendum ab Aegyptijs non Crocodilos, ſed Campſas uocari. Quod de Crocodilis hic ſcribit Solinus, ſumptũ ex cap. 25. octaui Plinij. Crocodili naturam ijs quidem uerbis in Euterpe deſcribit Herod. Crocodilo (inquit) talis ineſt natura, ut quatuor mẽſibus maximè hibernis nihil omnino edat. Et cum ſit quadrupes, tamen terreſtre, & aquatile eſt. Nam oua parit humi, excluditq́, & plerumq́ die in ſicco agit, ſed totam noctem in flumine. Quippe calidiore aqua, q̃ nocturno ſereno, & roſido. Ex omnibus, quæ mortalia agnoſcimus, hoc maximum exiſtit, ex minimo ſiquidem. Oua gignit haud multò maiora anſerinis, & proportione oui fœtus excluditur. Excretus ad 17. & ãplius cubitos peruenit. Oculos habet ſuillos, dẽtes magnos ꝓportione corporis, & prominentes, atq́ ſerratas. Cui ex omnibus feris ſoli lingua innata non eſt. Idem inferiorẽ maxillam ſolũ non mouet, ſed ſuperiorẽ, inferiori admouet. Vngues quoq́ robuſtos habet, pellemq́ circa tergũ impenetrabilem. Inter aquas cœcus, ſub dio perſpicaciſsimus. Diodo. eum longitudine uitæ hominis ferme eſſe ait. Neq́ ſolùm homines comedere, ſed & cætera terreſtria animantia flumini appropinquãtia, unguibus grauiter diſcerpere. Morſu eſſe aſpero, tetroq́. Et qđ dentibus laceret, nunq̃ ſanari. Eũ capi tum hamis, tum ferreis inſtrumentis, tũ denìq́ retibus ualidiſsimis. Crocodilorum tũ in Nilo, tũ in ſtagnis flumini proximantibus ingentẽ multitudinẽ eſſe dicit, & quod ſuapte natura fœcundũ animal. Parit enim (ut ca. 33. quinti Naturæ animaliũ Ariſto. docet) plurimũ oua ſexaginta, & qđ q̃ rariſsimè capiatur. d *Maxillam mouet ſuperiorem.*) Hoc idem præter Herodotum, et Caiũ Plinium ſcribit Ariſtoteles cap. xi. ſecundi Naturæ animalium, & cap. 17. ſecundi de partibus animalium. e *Plerumque ad uiginti ulnas.*) Ariſtoteles cap. 33. quinti Naturæ animalium, ad quindecim cubita creſcere, ait, augerique quam diu uiuit quoſdam affirmare refert. Plinius ait eum magnitudine plerumq́ excedere duodeuiginti cubita. f *Metatur locum.*) Ex Plinio hoc ipſum ſumptum eſt. Tradunt nonnulli Crocodilos uiſo homine emittere lachrymas, at mox eum deuorare, qui appropinquarit. Hinc factũ prouerbium κροκοδείλου δάκρυα, Crocodili lachrymæ. In eos, qui ſub pietatis ſpecie homines fallant. Aegypti, qui Hieroglyphicis literis uſi ſunt, cum malum aliquot ſignificare uolebant, Crocodili effigie id exprimebãt. Hinc Aegyptiorum perpendas amentiam, qui tam atrocem, ac pernicioſam hominibus, rebuſque alijs beluam (ut inquit ille) Crocodilon adorãt. Sunt apud Aegyptios, qui ubi Crocodilus mortem obierit, eum ſa-

eũ ſale cõditum ſacris in urnis ſepeliãt. Huius facti rationẽ afferunt, qđ dũ Crocodili ab Arabiæ, Li-
byæq́ꝫ uicinis latronibus timẽtur, toti ipſi regioni ſecuritatẽ præſtẽt. Alij ob id factũ autumnãt, quod
quendam de priſcis regibus ſuorũ rabiem canũ fugientẽ ad paludẽ, quæ præter opinionẽ hominũ, à
Crocodilo ſuſceptus in alterã ripã traiectus fuerit. Authores Euſeb. cap. 1. ſecundi Præpa. Euangelicæ
& Dio. Siculus in ſecundo. Mira de ſacro Crocodilo, in lacu quodã nutrito, & ſacerdotib. mãſueto, ſe

Præter hiatum oris, armatus eſt etiam unguium im- a
manitate. Noctibus in aqua degit, per diem hu-
mi acquieſcit. Circumdatur maxima cutis firmitate,
in tantum, ut ictus quouis tormento adactos tergo
re repercutiat. Trochilos [a] auis paruula eſt. Ea dum b
reduuias eſcarum affectat, os belluæ huiuſce paula-
tim ſcalpit, [b] & ſenſim ſcalpurigine blandiente adi-
tum ſibi [c] in uſq́ꝫ fauces facit. Quod Enhydrus [d] cõ-
ſpicatus alterum Ichneumonum genus penetrat bel c
luã, populatiſq́ꝫ uitalib. eroſa exit aluo. Eſt et Delphi
num genus [e] in Nilo, quorum dorſa ſerratas habent
criſtas. Hi Delphines Crocodilos ſtudio eliciunt ad
natandum, demerſiq́ꝫ aſtu fraudulento tenera uen- d
trium ſubternatantes ſecant, & interimunt. [f] Præte
rea habitant in inſula [g] Nili homines forma per e-
xigui, ſed audacia eo uſq́ꝫ [h] præditi, ut Crocodilis
ſe offerant obuios. Nam hæc monſtra fugientes [i] e
ſequuntur, formidant reſiſtentes. Ergo capiuntur,
ſubactique etiam intra aquas ſuas ſeruiunt, & per-

uidiſſe, ultimo uolumine refert
Strabo. a *Trochilos.*) Hæc
omnia eleganter cap. 25. octaui
reperies apud Pliniũ. Adſcribã
tamen Ariſt. uerba ex cap. 6. no-
ni Naturæ animalium. Crocodi
lis (inquit) hiantibus, Trochili
aues inuolantes, depurgant den
tes. Quo munere et ipſi aluntur.
Et Crocodilus ſentiens ſecũ cõ
modè agi, nihil nocet. Sed cum
egredi auem uult, ceruices mo-
uet, ne comprimat. Scribit idem
Ariſtoteles cap. xi. eiuſdem libri
Trochilum uocari etiã Senato-
rem, & regem. Quam ob rẽ Aq̃-
lam pugnare cum eo referũt. Eũ
fruteta incolere, et foramina. Ca
pi difficilè poſſe ait. Fugax e-
nim, atque infirmis moribus eſt
ſed uictus probitate, & ingenij
ſolertia præditus. b *Scalpit.*)
Aelianus negat omnem Tro-
chilum id facere, ſed ex multis
unam tãtum eius ſpeciem, quæ
κλαδαρόρυγχος (inquit) appellatur.
c *Aditum ſibi facit.*) Semper fe-
rè (inquit Herodotus) hoc ad Ze
phyrum facere ſolet, aitq́ꝫ in os
beluæ penetrantẽ, deuorare ſan-
guiſugas. Quas Herod. Sangui-
ſugas nominat, Solinus eas Rediuios (ſic enim legendũ uidetur) nuncupat. Sunt enim Rediuij beſtio
læ infixos ſemp̱ ſanguini capite uiuẽtes, atq́ꝫ ita intumeſcẽtes. Vnum animaliũ genus, cui cibi non ſit
exitus &c. Pli. cap. 34. undecimi non nominat. Theodorus Rediuos cap. 31. quinti Naturæ animalium
apud Ariſtot. tranſtulit. Columella quoq́ꝫ lib. 7. cap. 2. Rediuios, uel Ridiuiuos uocat. Itali Zeccas uoci-
tant. Ammianus eſcarũ minutias eam auiculam captare dicit lib. hiſtoriarum. 22. d *Enhydrus.*) Ammia
nus eodem libro. Hydrum Ichneumonis genus id facere tradit. Sed uterq́ꝫ idẽ ſignificat. Eſt enim En-
hydrus, uel Hydrus anguiũ genus in aqua degẽtium, Arſinoitæ Ichneumones, colunt. Hi Crocodilis,
& Aſpidibus perniciẽ inferũt. Eas enim, & eadem oua delent luto incruſtati. Inuolũtur enim in eo, po
ſtea ad ſolem ſiccati. Aſpides per caput, uel caudam capiẽtes in flumen trahunt, atq́ꝫ occidunt. Croco-
dilis uerò applicantibus inſidiantes, in oris hiatum intrãt, & exeſis uiſceribus è uentre mortuorũ egre
diuntur. Similia ſcribunt Plinius, Dio. Siculus, & Ammianus. Enumerat hæc Ariſto. nono Naturæ a-
nimalium inter eas animantes, quas prudentia quadam natura inſtituit e *Eſt & Delphinum genus.*) Sunt
codices, qui habeant Sunt & Delphines. Idem autem ſenſus. f *Interimunt.*) Verũ in Crocodilo (inquit
Plinius) maior erat peſtis, quàm ut uno eſſet eius hoſte natura contenta. Itaq́ꝫ & Delphini immeantes
Nilo, quorum dorſo tanquam ad hũc uſum cultellata ineſt penna abigentes eos prę̨da, ac uelut in ſuo
tantùm amne regnantes alioquin impares uiribus ipſi, aſtu interimunt. Callent enim in hoc cuncta a
nimalia, ſciũtq́ꝫ non modò ſua commoda, uerùm & hoſtium aduerſa. Norunt ſua tela, occaſiones, par
teſq́ꝫ diſsidentium imbelles. In uentre mollis eſt, tenuiſq́ꝫ cutis Crocodilo, ideo ſe ut territi immergũt
Delphini, ſubeunteſq́ꝫ aluum illam ſecant ſpina. g *Habitant in inſula.*) Idipſum cap. 25. octaui doctè, & e-
leganter refert Plinius. h *Audacia eo uſq́ꝫ præditi.*) In cunctis ferè animalium generibus euenit, ut mino
ra ſint maioribus audaciora, próque ſui corporis magnitudine fortiora. Hinc extat Papinianum il-
lud. 1. Thebaidos, *Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.* Sed ut Naſo canit. *In audaces non eſt audacia tuta.* i *Fugien-
tes ſecuntur.*)

tes ſecuntur.)Elegans hinc ſumetur Adagiū, κροκοδείλου λαμυρία. Crocodili audacia. In eos, qui præſente hoſte nec os quidem aperire audent, quod ſi iſdem caſu abfuerit, eum Aeacidinis minis (inquit Plautus) inſectantur, & terrent. Non abſimile Vergiliano Aeneid. lib. 10. *Abſentem in prælia poſcit.* & illi ex undecimo. *Fugæ fidens, & cœlum territat armis.* a *Scinci quoque.*) Similis Crocodilo, ſed minor etiā Ichneumone eſt in Nilo natus Scincos, contra uenena præcipuū Antidotū. Itē ad inflammandam uirorum Venerem. Scincū, quidem terreſtrem Crocodilum eſſe dixerunt. Candidiore autem, & tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dinoſcitur à Crocodilo aquatico, ſquamarum ſeta à cauda ad caput uerſa. Maximus Indicus, deinde Arabicus. Afferuntur ſalſi &c. Ex Plinio hæc libris octauo & 28. nat. hiſt. Exiſtimat Pauſanias in Libya Scincum, duos cubitos excedere. Scinci, qui uenales ex Aegypto afferuntur, ſunt lacerti magni ſimilitudine. Proueniunt in Vincentino quoque agro, ueris multo minores, quos pro Aegyptijs interdum medici ſubijciunt. Medicinas ex Scinco, ſcribunt Plinius cap. 8. uiceſimioctaui. Et Dioſcor. ca. 270. Nemo ambigat, in huius animantis deſcriptione, Albertum 24. de Animalibus li. meras nugas tradere, quod ut intelligatur, eius uerba, ut ſunt ab eo ſcripta, ſubiecimus. Scinti (inquit) animalia ſunt aquatica in Nilo natantia Crocodilis ſimilia, ſed ſunt multò minora, & contractiora. Horum carnibus infecta pocula, uim ueneni extingunt. Prænunciant etiam tempeſtates antra ſua intrantia, & oſtium ab oppoſito uenti illius, qui flaturus eſt, aperientia, & cauda uilloſa, quā habent, foramē, quod ad uentum reſpicit, obturantia, hucuſq; Albert. Ex Scinco, & Sciurō Alber. peperit monſtrū unum. Quæ enim parte prima ſuorū uerborū cōtinētur, ad Scincum indubiè pertinent, q̄ uerò ſecūda, Sciuro, ca. 35. octaui tribuit C. Plin. Eſt em̄ Sciurus id animal, qd' Grāmatici plures noſtri tēporis Aſperiolū nominant. Nomē ab umbra, & cauda ſortitū, id eſt, ἀπὸ τῆς σκιᾶς καὶ οὐρᾶς. b *Hippopotamus.*)Nomen ab equo & flumine ſumptū à Græcis, id eſt, ἀπὸ τοῦ ἵππου, equo, καὶ ποταμοῦ flumine, Latinè equus fluuialis dici poteſt. Diodor. Sicu. li. 1. hūc fluuialem equū ijs quidē uerbis elegāter deſcribēs, Equi (inquit) quē Hippopotamū uocāt, magnitudo haud minor cubitis 5. quatuor pedibus, ungula more bouis fiſſa. Dētes ex utroq; latere tres habet, ultra reliquas feras eminētiores aures, caudā, uocē'q; equis ſimilē, reliquū corpus haud diſſimile Elephāto. Pellis eſt ultra cæteras beluas duriſſima. Aquatilis, ac terreſtris beſtia. Die quidem in imis aqs latet, noctu in terrā egreſſus, tū frumēta depaſcitur, fœnū deſtruēs paſſim ꝓpinquās agrorū meſſes. Fæcūdiſſimū ꝓle animal, ut qd' ſingulis annis parturiat. Capitur arte quadā &c. Hero. in Euter. ait eum eſſe ſimo naſo, eqna iuba, eminētibus, & cācellatis dētibus, fulgida cauda, equina uoce, magnitudine maximi tauri, tā craſſo corio, ut ex eo arefacto fiāt pila miſſilia. In plaga Papremitana ſacros eſſe, in cætera Aegypto minimè. c *Arundines recens cæſas petit.*)Ex cap. 26. octaui Plinij ſumpſit hæc Solinus. Adſcribā Ammiani Marcellini uerba ex uiceſimōſecundo uolumine ſuarum hiſtoriarum. Hippopotami quoq; in illis partibus, ultra cuncta ratione carentia ſagaciſſimi. Ad ſpeciē equorum bifidas ungulas, caudas'q; breues, quorū ſolertiæ duo oſtendere documenta ſufficiet. Inter arundines

a domiti metu ita obſequuntur, ut immemores atrocitatis uictores ſuos inequitantes dorſo uehant. Hanc ergo inſulam, & hanc gentem ubicunq; indicio odoris præſenſerint, procul fugiunt. In aqua
b obtuſius uident, in terra acutiſſimè. Hyeme nullum cibum capiunt, quin etiam quatuor menſes à cœptu brumæ inedia exigunt. Scinci [a] quoq; circa Nilum frequentiſſimi, Crocodilis quidem ſimi-
c les, ſed modica forma, & anguſta. Verum ad opem ſalutarem non qualibet neceſſarij. Medentes quippe ex ipſis pocula inficiunt, quibus & ſtupor neruorum excitetur, & ueneni uis extinguatur. Hip-
d popotamus [b] in eodem flumine, ac ſolo naſcitur, equino & dorſo, & iuba, & hinnitu, roſtro reſupino, ungulis bifidis, aprinis dentibus, cauda tortuoſa. Noctibus ſegetes depaſcitur, ad quas per-
e git auerſus aſtu doloſo, ut fallente ueſtigio reuertenti nulli ei inſidiæ præparentur. Idem cum diſtenditur nimia ſacietate, arundines recens [c] cæſas petit, per quas tam diu obuerſatur, quoad ſtir-
f pium acuta pedes uulnerent, ut profluuio ſanguinis leuetur ſagina. Plagam deinde cæno oblinit, uſque dum uulnus conducatur in cicatricem. Hippopotamos, & Crocodilos primus

Romam M. Scaurus [a] inuexit. Circa eaſdem ripas ales [b] Ibis. Ea ſerpentum [c] populatur oua, gratiſſimamq; ex his eſcã nidis ſuis defert. Sic rareſcunt prouentus fœtuum noxorium. Nec tamen aues iſtæ tantùm intra fines Aegyptios proſunt. Namq; cum Arabicæ paludes pennatorum anguium mittunt examina, quorum tam citũ uirus eſt, ut morſum antè mors, quàm dolor inſequatur. Sagacitate, qua ad hoc ualent aues excitatæ, in procinctum eunt uniuerſæ, & prius quàm terminos proprios externum malum uaſtet, in aëre occurſant cateruis peſtilentibus, ibi agmen deuorant uniuerſum. Quo merito ſacræ ſunt, & illęſæ. Ore [d] pariunt. Nigras ſolum Peluſium mittit, reliqua pars candidas. De arboribus, quas ſola fert Aegyptus, præcipua eſt Ficus

cæſas, & ſqualentes nimia denſitate. Hæc belua cubilibus poſitis ociũ peruigili ſtudio circumſpectat, laxaq; copia ad ſegetes depaſcendas egreditur. Cũq; iam cœperit redire, diſtenta auerſis ueſtigijs diſtinguit tramites multos, ne unius plani itineris lineas, inſidiatores ſecuti repertũ ſine difficultate cõfodiant. Item cũ auiditate nimia exuberato uentre pigreſcit, ſuper calamo recens execto fœm ore conuoluit crura, uel pedibus uulneratis, cruor egeſtus, madeſcẽtum faciat leuem, & carnes ſaucias cœno oblinit, quãdiu in cicatrices conueniant plagæ. a *M. Scaurus.*) Ex Plinio hæc, & Ammiano eiſdem locis latè cognoſces. Nihil ferè natura procreauit in orbe, quod non aliqua ſui parte ad hominum commodum conuerti poſſit. Etenim Hippopotami corij cinis, cum aqua illitus Panos ſanat. Adeps frigidas febres. Item fimus ſuffitu. Dentes parte læua, dolores dentium ſcarificatis gingiuis. Pellis eius è ſiniſtra parte frontis in inguina alligata, Venerem inhibet. Eiuſdem cinis Alopecias explet. Sanguine pictores utuntur. Et (ut inquit libro ſecundo Dioſcorides) Teſticulus Hippopotami ſiccatus, tritusq; bibitur contra ſerpentes ex uino. b *Ales ibis.*) Gręcis quoque ἶβις dicitur. Ibes Aegypti (ut cap. 27. noni nat. animalium Ariſtot. prodit) duplici genere diſtinguũtur. Sunt enĩ aliæ candidæ, aliæ nigræ. Candidæ apud Peluſiũ tãtùm non ſunt, cum in reliqua tota Aegypto habeãtur. Nigræ cõtrà apud Peluſiũ tantũ, in cætera Aegypto nullæ. Albertus lib. 23. de animalibus, nulla fultus authoritate, Ibin in Aegypto iuxta Nilum, uariã eſſe dicit, in Aethiopia uerò nigrã. Eam rurſum aquaticã eſſe tradit, aquas tamen non ingredi. Earũ ſpecies (ut in Euterpe ſcribit Herod.) talis eſt. Nigra tota uehemẽter eſt, Cruribus Gruinis, roſtro maxima ex parte adunco. Eadẽ, qua Crex magnitudine. Et hæc quidẽ ſpecies eſt nigrarũ, quæ cum ſerpentibus pugnant. At earum, quæ pedes humanis ſimiles habent (Nã bifariæ Ibides ſunt) gracile caput, ac totũ collũ pennæ candidæ præter caput, ceruicẽq;, & extrema alarũ, & natiũ, quæ omnia, quæ dixi, ſunt uehementer nigra, crura, & facies alteri conſentanea. Inter Aegyptias alites (inquit Ammian. li. hiſtoriarũ 22.) quarum ueritas nullo modo cõprehẽdi numero poteſt, Ibis ſacra eſt, & amabilis, & innocua ideo, qđ nidis ſuis ad cibũ ſuggerens oua ſerpentiũ efficit, ut rareſcãt mortiferæ abſumptæ. Occurrunt hædẽ uolucres pennatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus uenena malignantes. Eosq; antè quã finibus ſuis excedũt prælijs ſuperatos aërij uorant, quas aues per roſtra edere fœtus accepimus. c *Serpentum populatur oua.*) De ſerpentibus memorandi maximè, quos paruos admodũ, & ueneni præſentis certo anni tẽpore ex limo cõcretarũ paludiũ emergere, in magno examine uolantes, Aegyptũ tendere, atq; in ipſo introitu finiũ ab auibus, quas Ibidas appellant, aduerſo agmine excipi, pugnaq; confici, traditũ eſt. Author Mela Pomp. li. 3. Ex auibus, quas Aegyptij pro dijs uenerãtur Ibis utiliſſima, ad ſerpentes, ac locuſtas, brucosq; delendos. Aduocant (inquit Plin.) Aegyptij Ibes ſuas, cõtra ſerpentium aduentũ, uti & Cyrenaici Achorẽ deum muſcarũ multitudine peſtilentiã afferente, quæ protinus intereunt, q̃ litatũ eſt illi deo. Inter alias huius alitis utilitates, mõſtrauit roſtri aduncitate per eam partẽ ſe perluens, qua reddi ciborũ onera maximè ſalubre eſt. Hinc ab Aegyptijs lege ſancitũ, ut quiſquis Ibin necauerit, ſiue uolens, ſiue nolẽs, neceſſariò morte afficiatur, qđ Herodo. etiam annotauit. In hac Aegytiorũ de colẽdis brutis ſuperſtitione, annotãdũ, eſſe quædã animalia, q̃ Aegyptij uniuerſi colũt. Ex terreſtrib. tria, bouẽ, canẽ, felẽ. Ex uolatilib. duo, Accipitrẽ, atq; Ibin. Ex aquatilibus rurſus duo, Lepidotũ, Oxyrynchum piſces. Sunt alia, quæ quiſq; ſeorſum colit, ut Saitæ ouẽ. Latũ piſcẽ Latopolitani. Lupũ Licopolitani. Cynocephalũ Hermopolitani. Cepũ Babylonij. Leonẽ Leontopolitani. Mencheſij Caprã, & Hircum. Murem Araneum Athribitæ. Aquilã Thebani. Itẽ alij aliud. Ex Strabonis ſententia ultimo uolumine relata hæc. d *Ore pariunt.*) Inter errores enumerat Ariſtoteles capite ſexto tertij de Generatione animalium, quod quidam ſint, qui Coruos, & Ibin ore coire, opinentur. Inter quadrupedes etiam Muſtellam ore parere. Hæc enim (inquit) & Anaxagoras, & alij quidam

quidam naturales authores ſcribunt ſimpliciter ualde,& inconſideratè, qui in auium genere ratiocinatione illa falluntur,qđ rarò coruorũ coitus cernatur,roſtrorũ coniunctio ſæpenumero,quæ omnibus id genus auium ſolita eſt,quod in monedulis quas manſuetas alimus,planũ eſt. Genus etiam Columbinum hoc idem facit &c. Idem quod Ariſtot. refert Plin.cap.11.decimi nat.hiſt. Et Ammian.li.22. Fortè apud Solinum legendum eſt. Vt quidam ſcribunt,ore pariunt.

a Aegyptia, [a] folijs moro comparanda, poma non
ramis tantùm [b] geſtitans, ſed & caudice,uſqueadeo
fœcunditatis ſuæ auguſta eſt, ut uno anno [c] ſepties
fructum ſufficiat. Vnde pomum decerpſeris,alte-
b rum ſine mora protuberat. Materia eius in aquam
miſſa ſubſidit. Deinde cum diu deſederit in liquo
re, leuior facta ſuſtollitur, & uerſa uice, quod natu-
ra in alio ligni genere non recipit, fit humore ſic-
c ca. Palma quoque Aegyptia dicenda res eſt, pro-
priè Adipſos [d] uocatur, ut dici oportuit, eaq́; gu-
ſtata arcet ſitim. Odor eidem,qui & malis Cydo-
nijs. Sed demum ſitim ſedat,ſi prius quàm maturue
d rit decerpatur. Nam ſi matura ſumatur, ſenſum in-
tercipit, greſſum præpedit, linguam retardat, ob-
ſeſſiſq́ue officijs mentis, & corporis imitatur uitium
ebrietatis. Aegyptium limitem, qua ad Lacecau-
menen [e] tendit, incolunt populi, qui momentum,
[f] quo reparari mundum ad motus ferunt annuos,

a *Ficus Aegyptia.*) Hanc (ut author eſt Dioſc. cap.192.) Alij Sycomoron,alij Sicaminon appellant. Fructum fert cognomine Sycomorum ex argumento guſtus ignaui. Sunt qui morum appellent. Cor. Celſus Moroſyton eam uocat. Græci συκῆν αἰγυπτίαν nuncupant. In Aegypto (inquit ca.7. tredecimi nat. hiſt. C. Plin.) multa arborũ genera. Ante omnia ficus ob id Aegyptia cognominata. Arbor moro ſimilis, folio,magnitudine,aſpectu. Pomum fert non ramis,ſed caudice ipſo. Idq́; ipſum ficus eſt prædulcis ſine granis interioribus,perquã fœcundo prouẽtu,ſcalpẽdo tantùm ferreis unguibus, aliter non matureſcit. Sed cũ factum eſt,quarto die metitur,alio ſubnaſcente, ſepteno ita numeroſa partu, per ſingulas ætates multo lacte abundãte. Subnaſcitur etiã ſi non ſcalpatur fœtus quater æſtate,prioremq́; expellit immaturum. Materies proprij generis inter utiliſſimas, cæſa ſtatim ſtagnis mergitur. Hoc eſt eius ſiccari. Et primo ſidet, poſtea fluitare incipit,certoq́; eam ſurgit alienus humor,qui aluũ omnem rigat. Cũ innatare cœpit,tempeſtiuè habet ſignũ. Hæc à Plinio ad uerbum tranſlata ſunt ex cap.2.quarti de hiſtoria plantarũ Theophraſti. b *Poma non ramis tantùm.*) Theophraſtus eodem loco aliter. Fructum (inquit) præter cæteras peculiariter gignit (ut uolumine primo diſſeruimus) Non enim germinibus,non ramis,ſed caudice pomum parit magnitudine ficus,& uiſu proximũ. Dioſc. eodẽ loco. Fructus (inqt) anno quoq́; ternos,quaternoſq́; fundit, eoſq́; nõ ramis, ut ficus,ſed caudice ipſo gerit ſimiles Caprificis,dulcioreſq́; groſſulis &c. Idẽ & Plin. (ut iam citatũ eſt) apertè refert. Hermolaus ueriores eos putat,qui utroq́; modo naſci prodãt. c *Vno anno ſepties.*) Dioſc. ter,quaterq́;,dicit. Theoph. Alij (inquit) ter,alij ſæpius id factitare affirmant. Plin. ut Solinus ſcribit.
d *Adipſos.*) Ab effectu huic arbori nomen inditum,quod ea guſtata arcet ſitim,inquit Solinus,ab α, ſine,& δίψης ſiti,quaſi ſine ſiti. Dionyſij interpres. *Extinguitq́; ſitim pomo,cui nomen Adipſos.* Dioſcorides cap.31.multis nominib. appellari tradit herbam quandã, quæ etiã Adipſos nũcupatur. Plin. ca.23.duodecimi nat.hiſt. Myrthobalano (inquit) in unguentis ſimilẽ, proximũq́; uſum habet palma in Aegypto,quæ uocatur Adipſos,uiridis,odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem pauloantè,q̃ incipit matureſcere. Facit,quod ſcribit idem cap.9. uiceſimiſecundi de Glycyriza herba quæ linguæ ſubdita famem,ſitimq́; ſedet,ob id quidem Adipſon appellauere eam. e *Lacecaumenen.*) Loco,ut uidetur,nomen inditum à uerbo λάκω, quod reſono,clamo,& oracula do, ſignificat, quod ea animalia in eum lucũ compulſa,uocis ſono,& clamoribus,ſenſibus quibus poſſunt, oracula produnt. Sunt exemplaria quæ habent tum Diacaumenen,tum Diacecaumenen. Sunt rurſus,qui Deltæ cacumen pro ijs reponendum cenſent. Cum hæc dictaremus nullus huius nomenclaturæ locus ab aliquo authore memoratus,ſuccurrebat. f *Qui momentum,quo reparari.*) Ab Aegyptijs tradũtur ordo, & aſtrorũ motus,eorumq́; deſcriptio,res multis antea ſæculis ſummo ſtudio obſeruata. Planetarũ inſuper motus,cõiunctiones,epiciclos,cuilibet. Quæ etiã uires erga animantiũ generationem. Quæue aut bona,aut mala importarent hominibus,diligẽter ſcrutati ſunt. Sæpius quoq́;,quo melius occurri futuris poſſet. Sterilitatẽ præterea,fructuũ ubertatẽ,morbos tũ hominibus,tũ pecorib. imminẽtes. Terræmotuũ,atq́; inundationũ tẽpora,Cometarumq́; ortus prædicebatur. Multa etiam cognitu difficillima diutina obſeruatione nota ſignificabant. Plura his ſimilia Diodorus Siculus libro ſecundo.

hoc ſtudio deprehendunt. Eligitũr ſacer [a] lucus in quem compellunt animalia diuerſiſſimi generis. Ea ubi ad ſtatutum [b] modum cœleſtis uertigo prouecta eſt, ſenſus ſuos ſignificationibus produnt, quibus poſſunt. Alia ululant, alia mugiunt, quædã ſtridunt, quædam rugiunt, nonnulla ſimul confugiunt ad uolutabra. Hoc argumentum illis eſt magiſterium ad indicium temporis deprehendendi, ferunt ijdem populi à primis ſibi gentis ſuæ auis traditum, ubi nunc occaſum eſt, quondam ibi ortum ſolis [c] fuiſſe. Inter Aegyptias urbes numero portarum [d] Thebæ nobiles, ad quas commertia Arabes undiqꝫ gentium ſubuehũt. Hinc regio Thebaica. Abydos, [e] & ipſa nobilis olim Memnonis regia, nunc Oſyris fano exculpta. Alexàdriam [f] & operis ipſius magnitudo, & author Macedo nobilitant. Quam me-

a *Eligitur ſacer lucus in quem &c.*) Sunt exemplaria, in quibus ſcriptum ſit. Eligitur ſacer lõcus, in quo conſectant &c. b *Ad ſtatutum modum &c.*) Quidam uetuſtiſſimi codices ſic habent. Ea ubi ad ſtatutã líneam cœleſtis uertigo prouecta eſt, &c. c *Quondam ibi ortum ſolis fuiſſe.*) Pom. Mela referens Aegyptiorum ſentẽtiam lib. 1. ſcribit Aegyptios dicere, dũ ipſi ſunt, quater curſus ſuos mutaſſe ſydera. Solemqꝫ bis iã occidiſſe, unde nũc oritur. Tradit M. Cic. li. 2. de nat. deor. maximè admirabiles eſſe motus earũ quinqꝫ ſtellarũ, q̄ falſò uocantur errãtes. Nihil em̃ (inquit) errat, quod in omni æternitate, conſeruat progreſſus, & regreſſus, reliquosqꝫ motus conſtantes, & ratos. Conſtat autem maximè erraſſe Solem, ſi bis iam occidiſſet, unde nunc oritur. Quare inter Aegyptiorũ leuitates (nã Aegyptijs leuitatis uitium plerũqꝫ ſcriptores tribuunt) & hæc non iniuria adnumeranda eſt. Niſi Philolai Pythagorei opinionẽ ſecuti Aegyptij, in obliquo circulo, ſimiliter Soli, & Lunæ, circum ignem terram uerti crediderint. Vel Heraclidem Ponticum, & Ecphantũ Pythagoricũ imitati, terram rotæ inſtar cardine ſuo fixam, ab occaſu, in ortũ circa eum uolui uoluerint. Aut qđ ſtultius multò eſt, Niceæ Syracuſano aſſenſi fuerint. Hic enim (ut Theophraſtus retulit) cœlum, Solẽ, Lunam, ſtellas, ſuperaqꝫ deniqꝫ ſtare omnia cenſet. Neqꝫ præter terrã, rem ullã in mundo moueri, quod circum axem ſe ſumma celeritate cõuertat, & torqueat, eadẽ effici omnia quaſi ſtãte terra cœlum moueretur. Hoc etiã Platonẽ in Timæo dicere quidã arbitrantur, ſed paulò obſcurius. Nõ eſt conſilium noſtrũ in re tam leui, tamqꝫ falſitatis, erroriſqꝫ plena, plurima diſſerere parte iſta. Nec ambigimus tamen, Aegytios inter uetuſtiſſimas gentes anumerandos eſſe, qđ ex Cham Noẽ filio (ut Ioſephus & Auguſtinus teſtantur) ducant originem. Vetuſtiores tamen Aegyptijs Phrygas eſſe fatentur, & ipſi. Nam (ut inquit Claudianus) *Dat cuncta uetuſtas principium Phrygibus.* d *Numero portarum Thebæ nobiles.*) Stephanus de urbibus tradit fuiſſe nouem urbes, quę Thebæ dictæ ſunt. Aegypti Theben. Homer. nono Iliados ἑκατόμπυλον nuncupauit, quaſi centuportiũ dicas. Homeri uerſus ſunt, quos Strabo etiam refert lib. ult. *Quis centum portæ, portarum quamque ducenti Sublimes in equis homines, & curribus errant.* Eius aũt urbis diuitias explicans ſubdit. *Nec quod diuitias Aegyptia Theba recondit.* Hanc urbẽ, ut in 2. Diod. Siculus author eſt, Buſiris unus ex Aegypti regibus cõdidit. Hãc Aegyptij Διὸς πόλιν nominãt, id eſt, Iouis urbẽ, qđ Ioui fuerit cõſecrata. Græci eã Thebas appellãt. Mœnia eius centũ quadraginta ſunt ſtadia ambitu cõplexa. Eam magnis ædificijs, ac ſpecioſis deorũ templis, alijsqꝫ ornamentis pulcherrimis exornauit. Simili modo & priuatorũ domos uſqꝫ ad quartã, aut quintã cognationẽ conſtruxit. Ciuitatẽ inſuper omnẽ omniũ non Aegypti ſolũ, ſed aliorũ orbis omniũ reddidit feliciſſimã. Quidã aſſerunt non centũ portas fuiſſe ciuitatis, ſed plures, egregiaſqꝫ templorum portas, à quib. centũ ſit, tanqꝫ plurimarũ portarũ dicta. Mira plurima huius urbis apud eundem Dio. ſcripta reperies. Hanc inſignẽ urbẽ Cambyſes rex diruit, & eius ingentes opes in Aſiã tranſportauit. Ammian. li. hiſtoriarũ 22. Stra. li. ult. Herod. in 2. Plin. ca. 10. quinti. Mela Pom. lib. 1. multa de Thebis Aegyptijs retulerunt, ſed nullus copioſius Diodoro. e *Abydos.*) Supra Ptolemaicã ciuitatem eſt Abydus, in qua eſt Mẽnonis regia mirificè conſtructa, tota ex lapide, ſicut Laberynthus conſtructus fuerat. Multa de hac urbe refert Strabo & Plin. ca. 9. quinti. f *Alexandriam.*) Tot ſunt de hac urbe ab hiſtoricis relata, ut nemo ferè ſit, q nõ eius excellentiã plenè norit. In huius urbis argumẽtũ poſtea reges Aegypti oẽs incubuerũt. Hãc ciuitatẽ quidã deorũ donis, plurimiſqꝫ decoris reb. adeo exornarunt, ut prima apud quoſdã, aut ſecũda in orbe habeatur. Eam Diod. Sicul. in Alexãdri magni geſtis ſcribit, magnitudine, ſpecie, amplis reditibus, omniũqꝫ copia humano uictui neceſſariorũ lõgè cũctis alijs præſtare. Aſſerit eo tẽpore, quo ipſe Aegyptũ petijt, fuiſſe Alexãdriæ ſupra trecẽta milia liberorũ, exqꝫ uectigalibus Aegypti regẽ ſupra ſex milia capere talẽtorũ. Quintus Curtius quarto Geſtorũ Alexandri uolumine ſcribit Alexandrũ in hac urbe conſtruenda, complexum quicquid loci eſt inter

paludem

a tatus Dinocrates [a] architectus ſecundum poſt con=
ditorem inter memorabilia locum ſortitus eſt. Con=
dita autem Alexandria eſt duodecima centeſima=
qúe [b] Olympiade. L. Papyrio Spurij filio C. Pæ=
b tilio Caij filio Conſulibus Romanis, haud lõgè [c] ab
oſtio Nili fluminis, quod Heracleoticon alij, alij Ca
nopicon appellant. Eſt & Pharos [d] colonia à Cæ
ſare Dictatore deducta, ex qua facibus accenſis no=
c cturna dirigitur nauigatio. Nam Alexãdria inſidio=
ſo acceſſu aditur fallacib. uadis, cœco mari, tribusq́;
tantum [e] canalibus admittit nauigantes, Tegamo,
Poſſidonio, Tauro. Hinc igitur in portubus machi=
d nas ad prælucendi miniſterium fabricatas Pha=
ros dicunt. Pyramides [f] turres ſunt in Ægypto faſti
giatę ultra excelſitatẽ omnem, quæ fieri manu poſſit.
Itaq; menſuram umbrarum egreſſæ, nullas habent
umbras. Nunc ab Aegypto prouehamus ſtylum.

paludem, & mare octuaginta ſtadiorũ muris ambitum deſtinaſſe. Fama eſt (ut is, & Arrianus lib. 3. referunt) cum rex urbis futuris muris, polenta, ut Macedonum mos eſt, deſtinaſſet, auiũ greges aduolaſſe, & polentas eſſe paſtas. Cumq́; id omen pro triſti eſſet acceptũ, reſpondiſſe uates, & in primis Ariſtandrum Thelmiſſeũ, uel ut alij, Mileterſem, magnã illam urbẽ aduenarũ frequentia, cultura, multisq́; eã terris alimenta præbiturã. Plura ſunt, q̃ hanc urbẽ inſignẽ reddiderũt. Loci ſalubritas. Inibi enim (ut Ammianus ait) auræ ſalubriter ſpirant, aër tranquillus, & clemens, atq; ut periculum docuit, per uarias collectum ætates, nullo penè die, incolentes hanc ciuitatem, ſolem ſerenùm non uident. Huc accedunt altis ſufflata faſtigijs templa inter quæ eminet Serapium, quod olim poſt Capitoliũ, nihil orbis terrarum ambitioſius cernat. In ea urbe bibliothecæ fuerũt inæſtimabiles, ut loculi monimẽtorum ueterũ continentes ferè ſeptingenta uoluminũ milia. Inde Ariſtarchus Grammaticæ rei donis excellẽs, & Herodianus artium munitiſſimus ſuſcitator, & Saccas Ammonianus Plotini magiſter, Calcenterus, Didimus, alijq́; plurimi ſcriptores multorum in literis nobilium ſtudiorũ. Lege Plinium ca. 10. quinti, & Ammianũ 22. hiſtoriarũ ſuarum uolumine. a *Dinocrates.*) Strabo, & Aelianus (ut Hermolaus etiam annotauit) nõ Dinocrates, ſed ſemper Chirocrates χειροκράτης ὁ αὐτοῦ δὲ, καὶ ἀλεξανδρείας κτίσιν. in Latinis tamen codicibus Vitruuio, Ammiano, Plinio multis locis, Auſonio in Moſella. Solino infra cap. 53. Dinochares dicitur. b *Duodecima centeſimaq́; Olympiade.*) Idem ſcribit Euſebius in temporibus. Diod. Siculus in geſtis Alexandri ſcribit hanc urbem ædificatam imperij Alexandri anno quinto. Euſebius & Eutropius anno ſeptimo. Qđ ſi illum ad initium, hos ad finem conſtructæ urbis referas, nulla erit authorũ diſcordia. c *Haud longè &c.*) Diſtat eñ ab oſtio Canopico, inquit Plin. 12. M. p. iuxta Mareotin lacũ. d *Pharos colonia.*) Quemadmodum Canopus à Canopo Menelai claſſis gubernatore dicta eſt, ſic & à Pharo eiuſdem Menelai nauclero, Pharos inſula, authore Anticlide, nomen habuit, quòd eo loco ab Aſpide peremptus ſepultus fuerit. Ammianus Marcellinus 22. hiſtoriarum libro Pharõn à loco ipſo cognominatam tradit. Hoc littus (inquit) cum fallacib. & inſidioſis acceſſibus affligeret antehac nauigãtes diſcriminibus plurimis, excogitauit in portu Cleopatrã, turrem excelſam, quæ Pharos à loco ipſo cognominatur, prælucendis nauibus nocturna ſuggerens miniſteria, cum quondam ex Paretonio &c. Græcis φαίνειν apparere, oſtendere, manifeſtare ſignificat. Solinus hoc loco Plinium imitatur, cuius uerba ex cap. 31. quinti hæc ſunt. Inſularum ante Aſiam, altera iuncta ponte Alexandriæ colonia Cæſaris Dictatoris Pharus, quondam diei nauigatione diſtans ab Aegypto. Nunc è turri nocturnis ignibus curſum nauium regens. Namq; fallacibus uadis Alexandria tribus omnino aditur alueis Tegamo, Poſſidonio, Tauro. Hanc inſulam eleganter deſcribit Homerus, cuius ex quarto Odiſſeæ libro uerſus ſunt.

Præterea undiſono quædam iacet inſula ponto,
Quam Pharon appellant, Aegyptia littora contra, &c.

Turrim hanc unde nocturna dirigitur nauigatio, conſtitiſſe octingentis talentis tradũt. Magno animo Ptolemæi aſcribit Plin. quod in ea pmiſerit Soſtrati Caſſidis architecti ſtructuræ ipſius nomẽ adſcribi. Vſus eius nocturno nautarũ curſus ignes oſtendere ad prænũtiãda uada, portusq́; introitum. Ex Plin. cap. 12. triceſimi ſexti nat. hiſt. e *Tribusq́; tantum canalibus &c.*) Ex Plin. ca. 31. li. quinti f *Pyramides turres ſunt.*) Pyramides ubi, & quot fuerint, à qbus, & cur factæ, qualis earũ figura, formaq́;, q̃ ingẽs earum pretiũ, abũde tradit Plin. cap. 12. triceſimi ſexti naturalis hiſt. Dicta Pyramis à Græcis ἀπὸ τοῦ πυρός, id eſt ab igne, quod ignis figuram maximè imitetur. Nã (ut Ammian. 22. hiſtoriarum libro ait) ultra omnem nominũ altitudinẽ, quæ humanis confici poteſt, erectæ ſunt turres ab imo altiſſimè in ſummitates acutiſſimas deſinentes, quæ figura apud Geometras ideò ſic appellatur, qđ id ignis ſpeciem

in pyros(ut nos dicimus), extenuatur in conũ, quarũ magnitudo, quoniã in celſitudinẽ nimiã cadẽs, gracileſcit paulatim. Vmbras quoq; mechanica ratione cõſumit. Hucuſq; Ammianus. Menſurã altitudinis earũ, omniũq́; ſimiliũ deprehendere, inuenit Thales Mileſius umbrã metiẽdo, qua hora par eſſe corpori ſolet. Mirũ qđ earũ unũ trecenta ſexaginta hominum milia annis uiginti cõſtruxiſſe ꝓduntur, in raphanos, alliũ, ac cepas, mille octingenta talenta erogata. Alterã à Rhodope meretricula Aeſopi fabularũ philoſophi cõſerua quōdam, & contubernali & quidẽ meretricio quæſtu, exædificatum tradũt. Qui de ijs ſcripſerunt, ſunt, Herodotus, Euhemerus, Duris Samius, Ariſtagoras, Dionyſius, Artemidorus, Alexander Polyhiſtor, Butarides, Antiſthenes, Demetrius, Demoteles, Appion, Diodorus, Strabo. Mela. Item cæteri.

De Arabia, in ea de Thure, & myrrha. De Phœnice, ac Cinnamolgo auibus. De Arabum moribus. Deq́; lapidum precioſorum generibus, Cap. XLVI. a b

VLtra Peluſiacum [a] oſtium Arabia eſt ad c
Rubrum [b] pertingens mare, quod Erythrę
um ab Erythra rege Perſei, & Androme=
dæ filio non ſolum à colore appellatum
Varro dicit, qui affirmat in littore maris iſtius d
fontem eſſe, quem ſi oues [c] biberint, mutent uel=
lerum qualitatem, & antea candidæ amittant, quod
fuerint uſq; ad hauſtum, ac fuluo poſtmodũ nigre=
ſcant colore. Rubri autem maris Arſinoẽ oppidum.

V*Ltra Peluſiacum.*) Quoniam Arabia flagrantiſſimi Solis radijs ſubiecta eſt, idcirco plurima odoramentorum genera, lapidumq́; differentias procreat. Hæc autem tunc abunde, optimaq́; proueniunt, cum in terris rimis Solis ardore, humor ipſe terrę coquitur. Ex duobus uerò id accidere, capite 27. ſexti de cauſis plantarum lib. Theophraſt. ait, cœli uidelicet, & alimenti cõditione. Hinc euenire dicit, ne omnia odoratorũ genera, locis omnibus feruidis proueniãt. De ijs odoramentis, & gemmis ſcripturus Solinus, paucis Arabiæ, in qua hac naſcũtur, deſcriptionẽ aggreditur eius primum terminos explicans. Claud. Ptol. Arabiam triplicem eſſe dicit. Petræam unã, Deſertam alteram, tertiam Felicẽ. De prima, & ſecunda cap.17.& 19.lib.quinti. De ultima ca.8.lib.6. Earum picturã Aſiæ ſexta tabula abunde continet. Ipſa Arabia (cap.28. ſexti inquit Plin.) intra duo maria, Rubrum, Perſicumq́; percurrens quodã naturæ artificio, ad ſimilitudinẽ atq; magnitudinẽ tali maris etiã circũfuſa. In eandẽ cœli partẽ, nulla differentia ſpectat. b *Ad Rubrum pertingens mare.*) Vetera exemplaria plerũq; habent. Ad Rubrũ pertinens mare. Sed legendum pertingens ex Plin.cap.11.lib.quinti. Vltra Peluſiacum(inquit) Arabia eſt ad Rubrum mare pertingens, & odoriferam illã, ac diuitẽ, & beatæ cognomine inclytam &c. Apud Martianũ quoq; pertingens legitur, nõ pertinens. Poteſt etiã pertinens legi ex Mela Pomp.lib.1. Arabia hinc(inquit) ad Rubrũ mare pertinet, ſed illic magis læta, & ditior. Thure atq; odoribus abundat &c. Quid ſi apud Melã non pertinet, ſed pertingit legatur? Plin.ca.23.lib.6. uerbis paucis pluriũ ſententias refert, unde Rubro mari fuerit nomẽ inditũ. Irrumpit(inquit) deinde & in hac parte geminũ mare in terras, quod Rubrum dixere noſtri, Græci Erythræũ, à rege Erythra, aut (ut alij) Solis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes. Alij ab arena, terráq;. Alij tali aquæ ipſius natura. Q. Curtius li.7. Mare Rubrũ(inquit) nec colore quidẽ abhorret à cæteris, ab Erythro rege inditum eſt nomen. Idem ſcribit & in principio lib 9. Philoſtratus li.3. Vitæ Apollonij. Rubrũ mare (inquit) uehementer cæruleũ eſſe tradunt. Denominãt aũt Rubrũ(ut ipſi perhibẽt) à rege Erythra, id eſt Rubro, qui ex ſuo nomine mare denominauit. Scribit Arrianus octauo geſtorũ Alexãdri lib. eſſe in mari Rubro inſulã cultã, cuius longitudo ſint ſtadia Dccc. Cataractam uocat. In ea inſula, authore Nearcho, ſepulchrũ extat, qui primus imperiũ inſulæ tenuiſſet, Rubro nomẽ fuit, à cuius nomine mare illud Rubrũ appellatũ. Hunc Solini locũ in ſuũ tranſtulit Martianus. Vltra Peluſiacũ oſtiũ(inquit) Arabia eſt, ad Rubrum pertingens mare, qđ Erythrum ab Erythra rege, Perſæ, & Andromedæ filio, uocitatũ. A colore etiã dictũ Rubrũ. Nam fons eſt in littore, quẽ cum greges biberint, in rubrũ colorẽ incipiunt mutare lanas. Huius maris oppidũ Arſinoẽ. Hæc ille. Quod Latini Rubrũ dicũt. Græci ἐρυθρὸν nuncupant. Scribit Procopius lib. primo belli Perſici, in tenebris mare Rubrũ minimè procelloſum, in luce uerò æſtuoſum plerũq; contingit eſſe. Mela lib.3. hoc mare ait eſſe procelloſum, aſperum, profundum,

profundum,& magnorũ animaliũ magis,q̃ cætera capax. De hoc mari infra ca.68. Agrippa(ut cap.xi. quinti refert Plinius)à Peluſio, Arſinoen Rubri maris oppidum per deſerta cẽtũ uigintiquinq; milia paſſuũ tradit,tã paruo diſtat ibi tanta rerum natura diuerſitas. c *Si oues biberint.*) Sunt huius effectus aquæ plurimæ uarijs orbis locis,ut Bœotiæ flumina Cephiſos,& Melas,Lucanis Cratis,Troia Xantus.Inq; agris Clazomeniorũ,& Erythræorũ,& Laodicenſium fontes &c. Lege Vitruuiũ ca. 3.lib.octaui.Plin.ca.106,ſecundi, &cap.2.triceſimiprimi naturalis hiſt.Et Senecam Naturaliũ quæſti.lib.tertio. a *Catabanes,et Scenitæ.*) Ex Plinio hæc cap.xi. lib.quinti.Hæc Catabanum (inquit)& Esbonitarum, & Scenitarum, Arabum uocatur ſterilis præterq; ubi Syriæ confinia attingit, nec niſi Caſio monte nobilis. Sunt, qui nullo authore, Caſium montem eum putent, qui in ſacris literis Synai nominatur. Eum Iuſtinus Synæũ ſexto & triceſimo uolumine nuncupat,quẽ (inquit) Moſes Damaſcena patria antiqua repetita occupauit, in quo ſeptem dierum ieiunio per deſertam Arabiæ cum populo ſuo fatigatus, cum tandem ueniſſet,ſeptimum dierum more gentis Sabbatũ appellatum in omne æuum ieiunio conſecrauit,quoniam illa dies famem illis, erroremq; finierat. In hoc ipſo Synai monte ad noſtra uſq; tempora, Diuæ Caterinæ corpus feliciter requieſcit, quo annis ferme ſingulis peregrini,qui Hieroſolimã petunt,nõ paruis tum itineris,tũ latronũ periculis proficiſcuntur.

a Verùm hæc Arabia procedit aduſque illam odori-
feram,& diuitem terram, quam Catabanes,[a] & Sce
nitæ tenent. Arabes nobiles monte Caſio. Qui Sce
nitæ [b] cauſam nominis inde ducunt, quòd tento-
b rijs ſuccedunt, nec alias domos habent. Ipſa au-
tem tentoria cilicina ſunt. Ita nuncupant uela
menta è caprarum pilis texta. Præterea carnibus
ſuillis [c] prorſus abſtinent. Sanè hoc animalis genus,
c ſi inuectum illò fuerit, moritur illico. Hanc Ara-
biam Græci ἐυδαίμονα, [d] noſtri Beatã nominarunt.
Habitatur [e] in colle manu facto inter flumen Ti-
grin, & flumen Euleum, quod ortum à Medis
d tam puro fluore inclytum eſt, ut inde omnes reges
non alias quàm eius aquas [f] bibant. Eudæmonem
non fruſtra cognominatam hinc capeſſas,quod præ
ter odores,quos creat plurimos,ſola thus mittit,nec
tamen [g] uniuerſa. Nam in medio eius ſunt Atra-

b *Scenitæ cauſam nominis.*) Pli.ca.28.lib.ſexti. Scenitæ & ipſi uagi,ſed à tabernaculis(inquit)cognominati,quæ cilicijs metantur ubi libuit. Cilicia (authore Aſconio)tecta ſunt de pilis,in caſtrorũ uſum,atq; nautarum. Græci enim σκηνή,& σκῆνος habitationẽ,tabernaculũq; dicũt. c *Carnibus ſuillis abſtinent.*) Peculiariter Iudæis à legiſlatore Moſe præceptum eſt,ne ſuillis carnibus ueſcerentur. Leuitici.xi.& Duteronomij ca.14. Hinc à Iuuenale Satyra ſexta dictum eſt.

Vetus indulget ſenibus clementia porci. A ſuibus etiam Aegyptios abſtinuiſſe author eſt Herodotus in Melpomene. d *ἐυδαίμονα.*) ἐυδαίμον Græci felicem,& fortunatũ uocãt.Pli.ca.13.duodecimi natu.hiſtoriæ.Cinamomo gentilitas(inquit) proxima erat Nilus, ni prius Arabiæ diuitias indicari conueniret. cauſaſq; q̃ cognomẽ illi felicis,ac beatæ dedere.Principalia ergo in illa thus,& Myrrha. Hæc & cũ Troglodytis cõmunis.Extat apud eũ dein Pliniũ caput.19.eiuſdẽ li.de felicitate Arabiæ Herod.li.3. Ad meridiẽ ultima è regionibus,quæ habitantur Arabia eſt, in qua ſola omniũ naſcuntur, Thus,Myrrha,Caſia, Cynnamomũ,& Ledanũ. Cuncta hæc facilia ad naſcendũ præter Myrrham &c. Diodo.Siculus lib.3. Ab Arabia deſerta,aridaq;,prima uicina Arabia adeo differt,ut multitudine fructuũ,cæterarumq; rerũ,quæ in ea naſcuntur,felix nominetur &c. e *Habitatur in colle manu facto.*) Plinius ca.27.lib.ſexti.Corax (inquit) oppidũ Perſici ſinus intimũ,à quo Arabia ἐυδαίμον cognominata excurrit.Habitatur in colle manu facto inter confluentes dextra Tigrin,læua Euleum triũ mil. paſ. laxitate conditũ eſt. f *Eius aquas bibant.*) Pli.ca.3.triceſimiprimi naturalis hiſtoriæ. Parthorum reges ex Coaſpe,& Euleõ tantum bibunt.Eæ quis in longinqua comitantur illos.Et horũ placere potũ,nõ quia ſint amnes,apparet.Quoniã nec è Tigri,nec Euphrate, nec è multis alijs bibũt.Idem infra ca.5. g *Nec tamen uniuerſa.*) Græcis Thus λίβανος & λιβανωτὸς dicitur,Pli.cap.14.duodecimi.Thura (inquit)præter Arabiam nullis,ac ne Arabiæ quidẽ uniuerſæ. In medio eius ſunt ferè Attramitæ pago Sabæorũ capite regni Sabota,in mõte excelſo,à quo octo mãſionibus diſtat regio eorũ Thurifera Saba appellatur,quod ſignificare Græci myſteriũ dicunt,ſpectans ortus Solis æſtiui, undiq; rupibus inuia,& à dextra maris ſcopulis inacceſſa. Id ſolũ è Rubro lacteum traditur. Syluarum longitudo eſt

mitæ pagus Sabęorum, à quo octo manſionibus a
regio Thurifera diſterminatur. Arabia appellata
eſt, [a] id eſt ſacra. Hoc enim ſignificari interpre-
tantur. Virgulta hæc [b] non ſunt publica, ſed, quod
inter barbaros nouum in ius poſteriorum per ſuc- b
ceſsiones tranſeunt, familiarum. Ergo quicunque
dominatum iſtius tenent nemoris, Arabicè ſacri uo-
cantur. Iidem illi cum lucos iſtos uel metunt, uel
incidunt, non funeribus interſunt, non con- c
greſsionibus fœminarum polluuntur. Hanc arbo-
rem prius quàm penitus fides proderetur, alij Lentiſ-
co, [c] alij mage Terebintho comparabant, uſq; dum
libris, quos Iuba rex ſcripſit ad Cæſarem Augusti fi- d
lium, palam fieret, intorto eam eſſe uimine, ramis ad
Aceris qualitatem Amygdalæ modo ſuccum funde-
re, incidi ortu Canis flagrantiſsimis [d] ſolibus. In ijſ-
dem ſaltibus Myrrha [e] prouenit, cuius radices ut

Schœnorũ.xx.latitudo dimidiũ eius &c. Theophraſtus ca.4.noni de hiſtoria plãtarũ. Gignitur (inq̃t) Thus, & Myrrha, & Caſia, & Cinamomũ regione Arabũ media circa Saba, & Adramytta, & Citibęna & Mamali. Et exeũt thuris, myrrhæq; arbores, aliæ ſup monte, aliæ in pede mõtis culturis ꝓprijs. Quã ob rem aliæ coluntur, aliæ uitam agunt incultæ. Mõtem iſtũ præaltũ affirmãt, & ningi ſolitũ. Amnes quoq; de eo in plana fluere. a *Arabia appellata id eſt ſacra.*) Sunt qui Arabiã ab Arabo, Apollinis & Babylonis filio, quem medicinæ repertorẽ fuiſſe ſcribit Plin. dictam putent. Alij exiſtimant dictam ἀπὸ τοῦ ἀραιοῦ, καὶ βίου. id eſt, à uitæ mollicie. Nã tanta rerũ nobiliũ copia incolas eius regionis molles reddit. Vergilius 1. Georgicorum.

India mittit Ebur, molles ſua thura Sabæi.

Hieronymus teſtimonio Aquilæ, & Symmachi Arabiã interpretatur, tũ planã, tũ campeſtrem, tũ deniq; occidentalem, & ueſperam. Non deſunt qui eam nocẽtem uitã interpretentur, uitæq; nocumentum. Græcis enim ἀρὰ nocumẽtum, βίος uita dicitur. b *Virgulta hæc non ſunt publica.*) Nec præterea (inquit Pli. ca. 14. duodecimi) Arabum alij thuris arborem uident, ac ne horum quidem omnes. Ferunt quę trecentarum non amplius eſſe familiarum, quæ ius per ſucceſſiones id ſibi uendicent. Sacros uocari ob id, nec ullo congreſſu fœminarum, funerumq; cũ incidant eas arbores, aut metant pollui, atq; ita religione merces augeri. Quidã promiſcuũ ius ijs populis eſſe tradunt in ſyluis. Alij per uices annorũ diuidi. c *Alij Lentiſco.*) Idipſum ſic refert Plinius. Nec arboris ipſius, quæ ſit facies conſtat. Res in Arabia geſsimus, & Romana arma in magnã partẽ eius penetrauere. C. etiam Cæſar Auguſti filius, inde gloriã petijt, nec tamen ab ullo (quod quidẽ ſciã) Latino arborum earũ tradita eſt facies. Græcorũ exempla uariãt, alij folio Pyri minore duntaxat, & herbidi coloris prodidere. Alij Lentiſco ſimilẽ ſubrutilo folio. Quidã Terebinthum eſſe, & hoc uiſam Antigono regi allato frutice. Iuba rex ijs uoluminibus, quæ ſcripſit ad. C. Cæſarem Auguſti filiũ ardentẽ fama Arabiæ, tradit contorti eſſe caudicis, ramis Aceris maximè ponti. Succum amygdalæ modo emittere. Taleſq; in Carmania apparere, & in Aegypto ſatas ſtudio Ptolemæorũ regnãtiũ. Cortice lauri eſſe conſtat. Quidã & foliũ ſimile dixere. d *Flagrantiſsimis ſolibus.*) Plinij uerba ſunt ex cap. 15. uoluminis duodecimi, prior, atq; naturalis uindemia circa Canis ortum, flagrantiſsimo æſtu incidentibus, qua maximè uideatur eſſe prægnans, tenuiſsimuſq; tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur, inde proſilit ſpuma pinguis. Hæc concreta denſatur &c. Hæc omnia q̃ de Thure ex Plynio retulimus, abunde ſcribuntur à Theophraſto ca.4. lib. noni de hiſtoria plantarũ. Seruius primo Georg. docet thus dici ἀπὸ θύω, quod eſt ſacrifico, qm̃ eo dijs ſacrificatur. Latini à tundẽdo dici uolunt à glebis tuſis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coaleſcere. Qui plura de Thure ſcire cupiunt, legãt Dioſcoridẽ. cap. 84. & tribus ſequentibus. Albertus poſt uulgarẽ Thuris relationẽ, ex proprijs addit, thure eos uti maximè, qui Necromantiæ operã dant, qđ dij (inquit) qui inuocãtur ꝑ caracteres & ſigilla, uel ſacrificia, faciliores ſe exhibent, & exaudibiliores in thuris ipſius oblatione. Scribit etiam thuris arborẽ proceram eſſe, cũ tamen Theophr. nõ magnã eſſe dicat, ſed quinis ferè cubitis attolli. Scribit hæc Albertus ca. 34. primi Tracta. 6. lib. eius operis quod de Vegetabilibus, & plãtis ſcriptum reliquit. e *Myrrha prouenit.*) Hanc Græci σμύρναν uocant. Quicquid de Myrrha memoratu dignũ referri poteſt, Plinius ſecundus, capitibus. 16. & 17. duodecimi naturalis hiſto. doctè, & eleganter complexus eſt, ad quem lectorem relegans, adſcribã Theophraſti uerba ex ca. 4. noni de hiſtoria plantarũ. Vnde & Pli. plurima tranſtuliſſe conſtat. Myrrhã (inquit) minorẽ etiã altitudine, fruticoſioremq; narrant. Caudice duro, contortoq; iuxta terrã, craſsioriq; ſura hominis, cortice leui, ſimiliq; potulacę.

a uitium raſtris proficiunt, ablaqueationibus [a] gau-
dent. Nudatæ pinguiori fluunt lachryma. Spon
te manans precioſior ex ea ſudor eſt, elicitus cor-
ticis uulnere uilior iudicatur. Cortex in uertiginē
b flexus, & ſpinis hiſpidus, folium licet criſpius
oliuæ tamen ſimile. Maxima altitudine extollitur
ad quinque cubita proceritatis. Arabes ſarmen-
tis eius ignes fouent, quorum fumo ſatis no-
c xio, niſi odore cremati Storacis occurrant, plerumq;
inſanabiles morbos [b] contrahunt. Apud eoſdem
naſcitur auis [c] Phœnix aquilæ magnitudine,
capite honorato, in conum plumis extantibus,

potulacę. Alij uerò, qui ſe uidiſſe affirmant, de magnitudine ferme conſentiunt. Neutrā earū arborum magnā referunt, & minorē Myrrhæ, humilioremq;. Myrrhæ folium aculeatū, non leue, ulmeo ſimile, criſpum tamen, extremo ſpina horridulū Iligni modo. Et poſt multa. Myrrhæ autē arborē (inquit) Terebintho ſimilem reddidere, ſed ſcabroſiorē, ſpinoſioremq;, foliū paulū rotundius, guſtatu proximū Terebintho. Earum quoq; ueteres præſtantiores haberi. Et infra. Thus, & Myrrhā naſci ex eadē arbore putauerūt &c. Quod Theophraſtus dicit cortice ſimili potulacæ, Plinius ſimilem Vnedoni eſſe dicit. Dioſcorid. ca. 80. lib. primi. Myrrhæ genera plura eſſe dicit. Quæ Pediaſimos dicitur, pinguis eſt, de Stacte exprimitur. Altera Gabiræa, & hæc (inquit) pinguiſsima, ſolo craſſo reſtibili, ſtactem plurimam ſudās Troglodytica alia omnibus antefertur. Nomē habet à loco, unde uehitur, colore ſubuiridis, mordax, plucida. Colligitur & alia tenuior, ſecūda poſt Troglodyticā facilè remolleſcens ſub digito, ut Bdeliū, odore putidiuſcula. In locis ſolis oſtentis, Caucalis uocatur, alia maturitate inſignis, colore atro, retorrida. Ergaſime appellatur, quæ peſſima inter omnes, ſquaroſa, macilenta, guſtu acri, aſpectu, & uiribus gūmi. Damnatur & quæ Minnæa dicitur &c. Vis Myrrhæ in medicina excalfacere, caput tentare, agglutinare, ſiccare, aſtringere. Vuluas, quæ contractæ ſint, mollire, reducere, mēſes trahere, partus uelociter pellere, cū abſinthio, aut aqua in qua lupinū maduerit, aut ſucco rutæ naturalibus appoſita, contra ueterē tuſsim magnitudine fabæ deuoratur. Plurima alia eius remedia prodidit author idē. Item Auicenna ca 479, ſecundi tractatus 2. Canonis. Hunc Auicennæ de Myrrha locum, nulla facta authoris mētione in ſuum trāſtulit Albertus ca. 16. eius li. quē modo citauimus. a *Ablaqueationibus gaudent.*) Scribit Palladius Rutilius in principio ſecundi. Ablaqueare Italos excodicare appellare. Vtrūq; aūt ſignificat circa arboris codicē, dolabra terrā diligenter aperire, & purgatis, ueluti lacus efficere, ut ſolis teporibus, & imbribus prouocentur. Poëtæ fabulantur Myrrhā puellā Cinyræ, & Cenchreidos filiā, patris amore fuiſſe correptā, quo cū nutrice uiā præmonſtrante, concubuit, quo concubitu Adonidē pcreauit. Quod ſcelus quū pater reſciuiſcet, enſe filiā inſecutus eſt, eam autē Deorū miſeratione, in arborem ſui nominis tradunt fuiſſe conuerſam.

Quæ quanquam amiſit ueteres cum corpore ſenſus,
Flet tamen, & trepidæ manant ex arbore guttæ.
Eſt honor & lachrymis, ſtillataq; cortice Myrrha
Nomen herile tenet.

b *Morbos inſanabiles contrahunt.*) In omnibus exēplaribus, mox poſt hanc clauſulā, ſequitur Cinnami, ſiue Cinnamomi deſcriptio, quā quoniā ſub eiuſdē omnino uerbis cap. 43. ſupra Solinus retulit, ſuperuacaneū uiſum eſt huic loco iterato ſubnectere. c *Phœnix auis.*) De Phœnice aue primo quæri ſolet, an ſit. Philoſtratus tertio uitæ Apollonij libro refert Iarcam hæc de Phœnice Apollonio retuliſſe. Auem quoq; (inquit) Phœnicem eſſe percredimus, quæ quingenteſimo quoq; anno in Aegyptum ueniens, hanc ipſam Indiam ſuperuolat, Aiunt autē unicā tantū hanc auem eſſe, & ex ſe radios emittere, atq; auri colore fulgere. Magnitudine uerò, formaq; aquilæ, in nido conſidere, quem prope Nili fontes ex aromatibus ipſamet ſibi conſtruit. Hæc uerò, quæ de ipſa decātant Aegyptij, quo pacto in Aegyptum deferatur, ipſi etiā Indi teſtificantur ſermoni cōſentientes, q̄ dicūt, Phœnici liqueſcēti lugubres hymnos decātari oportet, hoc & ipſum Cygni facere phibētur ei, qui ſapientiſsimus inter ipſos obtēperātes. Ex his Iarcæ uerbis patet nedū Phœnicē eſſe, ſed eū unicū eſſe. Pli. ſe neſcire fatetur ca. 2. decimi, an fabuloſè unū in toto orbe, nec uiſum magnopere. Alij ferè omnes ſcribūt Phœnicē unicū eſſe. Ouidius ſexta ſecundi Elegiarum.

Et uiuax Phœnix unica ſemper auis.

Lactantius de Phœnice.

Hoc nemus, hos lucos auis incolit unica Phœnix
Vnica ſic uiuit morte refecta ſua.

Idipſum quoq; nomine ſignificari uidetur. Nā Phœnix Arabica uox eſt, qua unicū, & ſolū ſignificatur. Sunt tamē, qui à colore Phœniceo nomen ſumptū uelint.

Ex horũ opinione ortũ Adagium. *Phœnice id rarius ipſo*, de ijs quæ nullo modo, uel perq́ rariſsimè reperiri quæunt. Qualis autem eius forma apud ſcriptores ferè cõuenit eum eſſe aquilæ magnitudine, auri fulgore circa colla. Is (inquit in Euterpe Herodotus) ſi picturæ adſimilis eſt, talis, tantuſq́ eſt, pennæ coloris partim rubidi, maxima ex parte tũ habitu, tũ magnitudine ſimilimus aquilæ. Eius formã ſic eleganter Claudianus explicat.

Arcani radiant oculi iubar, igneus ora
Cingit honor rutilo, cognatum uertice ſydus
Attollit criſtatus apex, tenebraſq́ ſerena
Luce ſecat, Tyrio pinguntur crura ueneno.
Ante uolãt Zephyrũ pennæ, quas cœrulus ambit
Flore color, ſparſoq́ ſimul diteſcit in auro.

criſtatis faucibus, circa colla fulgore aureo, poſtera parte purpureus abſque cauda, [a] in qua roſeis pennis cæruleus interſcribitur nitor. Probatum eſt quadraginta & quingentis [b] eum durare annis. Rogos ſuos ſtruit Cinnamis, quos prope Panchaiam concinnat in ſolis urbem [c] ſtrue altaribus ſuperpoſita. Cum huius uita magni anni [d] fieri conuerſionem rata fides eſt inter authores, quam uis plurimi eorum magnum annum non quingentis & xl. ſed duodecim milibus noningentis quinquaginta quatuor annis conſtare dicant. Q. itaque Plautio, [e] Sex. Papinio CONS. Aegyptum Phœnix inuolauit, captuſque anno octingenteſimo urbis conditæ, iuſſu Claudij principis in Comitio publicatus eſt. Quod geſtum præter Cenſuram, quæ

a *Abſq́ cauda.*) Non uult Solinus, hanc alitem eſſe abſq́ cauda, ſed eam eſſe ubiq́ coloris purpurei præter q̃ in cauda. Id clarius Plinius exprimit. Cæterũ (inquit) purpureus, cæruleã roſeis caudam pennis diſtinguẽtibus. b *Quadraginta & quingentis eum durare annis.*) Plinius, authore Manilio, ait eum uiuere annis ſexcentis ſexaginta. Herodotus, & Mela lib. tertio ferè cũ Solino conueniunt. Ouid. 15. Meta.

Hæc ubi quinq́ ſuæ compleuit ſæcula uitæ &c.

Albertus lib. de Animalibus. 23. ſcribit quoſdam dicere hanc auẽ ſine maſculi, & ſexus cõmixtione ſolam in ſua eſſe ſpecie, & conuenire in orbem, & trecentis. xl. annis uiuere ſolitariam. Sed apud quos id legerit, me conſule nemo quęrat. Poëtæ cæteri plerumq́ annis eũ uiuere mille canunt. Lactantius.

Quæ poſtquàm uitæ iam mille peregerit annos &c.

Et Claudianus.

Namq́ ubi mille uias longinqua retorquerit æſtas &c.

Martialis quinto Epigrammatum.

Qualiter Aſſyrios reuocant incendia nidos
Vna decem quotiens ſæcula uixit auis.

Auſonius in Grippo ternarij numeri, dicit Phœnicem uiuere nouem corui ætates. Cor. Tacitus quinto hiſtoriarũ lib. de numero (inquit) Phœnicis annorũ uaria traduntur. Maximè uulgatũ, quingẽtorũ ſpaciũ. Sunt, qui aſſeuerent mille quadringentos ſexaginta. c *In Solis urbem.*) Hanc urbem Græci Helioſpolin uocant. Eam urbem nobiliſsimã fuiſſe ſcribit Diod. Siculus lib. 2. ſtadiorũ. 140. d *Magni anni fieri conuerſionẽ.*) Id ex Plinio ſumptum ca. 2. lib. decimi. Antiqui tempora de ſyderibus computabant, & dixerunt primũ lunarem annum triginta dierum. Vnde inuenitur uita in aliquibus noningentorũ annorũ. ſ. lunariũ. Poſtea Solſtitialis annus repertus eſt, qui duodecim continet menſes. Mox maiori cura annũ eſſe magnũ uoluerunt, omnibus planetis in eundem recurrentibus locũ. Et hic fit ſecundũ Ciceronis Hortenſiũ poſt annos duodecim milia nonigentos quinquagintaquatuor Solſtitiales. Hæc ex Seruio primo & tertio Aene. Vergilij. Qui plura de annorũ diuerſitate ſcire cupiunt, adeant Cẽſorinũ capitibus. 14. 15. & 16. libelli, quem de die natali inſcripſit. e *Q. itaq́ Plautio, Sextio Papinio Cons.*) Apud Pliniũ ca. 2. decimi ſic habetur. Cor. Valerianus, Phœnicem deuolaſſe in Aegyptũ tradit. Q. Plautio. Sex. Papinio Conss. Allatumq́ eſſe in urbem Claudij principis cenſura, anno urbis. Dccc, & in Comitio propoſitum, quod actis teſtatum eſt. Sed quæ falſa eſſe nemo dubitarit. Non grauabor adſcribere huic loco Cor. Taciti uerba ex quinto hiſtoriarũ libro. Paulo Fabio. L. Vitellio Cons. (inquit) poſt lõgũ ſæculorũ ambitũ auis Phœnix in Aegyptũ uenit, prębuit materiẽ doctiſsimis indigenarũ, & Græcorũ multa ſupẽ eo miraculo diſſerendi, de q̃bus ingruũt, & Plura ambigua, ſed cognitu nõ abſurda promere libet. Sacrum Soli id animal, & ore, ac diſtinctu pinnarũ à cæteris auibus diuerſum conſentiunt, qui formã eius difiniere. Et infra. Soſide primũ poſt Amaſide dominantibus. Dein Ptolemæo, qui ex Macedonibus tertius regnauit in ciuitatẽ, cui Heliopolis nomen, aduolauiſſe multo cæterarũ uolucrũ comitatu nouã faciem mirantiũ, Sed antiquis quidẽ obſcura, inter Ptolemæũ, ac Tiberium minus ducenti quinquaginta

ginta anni fuerunt. Vnde nõnnulli falſum hunc Phœnicẽ,nec Arabũ è terris,credidere. Et poſt multa ſubdit. Hæc incerta(inquit)& fabuloſis aucta. Cæterũ aſpici aliquando in Aegypto eã uolucrẽ nõ ambigitur. Diuus Amb ca.23. quinti Hexameron,& cap.13. eius lib. qui de fide reſurrectionis inſcribitur, ex Phœnicis renouatione,nititur probare futuram hominũ reſurrectionẽ. a *Cinnamolgus.*) Hanc auem ex eo dictam uolunt,qđ ſibi ex Cinnamis in altiſsimis arboribus nidũ paret. De ea Pli. cap.33. libri decimi. In Arabia Cinnamulgus (inquit)auis appellatur Cinnami ſurculis nidificat. Plũbatis igitnr eos ſagittis decutiunt indigenæ,mercis gratia. Ariſtoteles cap.13. noni Naturæ animalium nõ Cinnamolgum, ſed κινάμωμον uocat. In Arabia (inquit) Cinnamomus auis appellatur,quam ſurculos Cinnamomi portare, ac nidum ex ijs conficere aiunt. Nidificat excelſis arboribus, & ramis. Sed incolæ ſagittis plumbatis.nidum petũt atq; ita diſcuſſo in terram, Cinnamomum legunt. Ad ſtomachum faciunt, quæ ex ſuis ſubiungit Albertus de Cinnamulgo loquens. Ipſa etiã (inquit)auicula, cum ſuis interioribus nõ exuiſcerata commeditur propter Aromaticitatem eorum,quibus nutritur. b *Longè,lateq; diffuſa.*) Arabia(inquit Plinius ca.28. ſexti)gentium nulli poſtferenda amplitudine longiſsima à monte Amano à regiõne Ciliciæ,Comageniſq; deſcendit,multis gentibus eorum deductis illò à Tigrane magno,ſponte uerò ad mare noſtrũ,littusq; Aegyptiacũ,nec non & in media Syriæ ad Libanũ montẽ penetrantibus nubeis,quibus iuncti Ramiſi &c. Arrianus lib.7. Oræ Arabicæ magnitudinẽ haud minorem eſſe q̃ Indiæ referri tradit. c *Diuerſis moribus.*) Plin. ca. iamiã citato. Arabes(inquit)mitrati degũt,aut intõſo crine,barba abraditur, præterq; in ſuperiore labro,alijs & hæc intonſa. Mirumq; dictu ex innumeris populis pars coæqua in cõmertijs,aut latrocinijs degit. In uniuerſum gentes ditiſsimæ,ut apud quas maximè opes Romanorũ,Parthorumq; ſubſiſtant,uendentibus quæ è mari,aut ſyluis capiant,nihil inuicẽ redimentibus. Arabibus morem fuiſſe uſq; ad Adriani principis tempora,annis ſingulis puerum immolandi,ſcribit Euſeb. ca.7. quarti præparationis lib. Idem quoq; author tradit ca.8. ſexti operis eiuſdem,apud Arabes,adulteras omnes fœminas interimi,ſuſpectas uerò ſolũmodo puniri. Sunt qui ſcribãt apud eoſdem,uxórem cõmunẽ eſſe omnibus eiuſdem familiæ uiris,filios coiſſe cũ matribus, aut fratres cũ ſororibus, nequaq; apud eos eſſe impium. Refert Arrianus ſeptimo geſtorũ Alexandri lib. Arabas duos tantũ deos colere, Cœlũ ſ ac Dionyſium. Cœlũ,qđ aſtra contineat,tũ cætera tũ ſolẽ cunctis rebus humanis manifeſto utilem, ac ſalutarẽ. Dionyſium uerò,quoniã exercitũ aduerſus Indos duxiſſet. d *Vmbræ,quæ nobis dextræ ſunt,illis ſiniſtræ.*) Ex luminũ ſitus diuerſitate,diuerſæ umbrarũ proueniũt differentiæ. Si enim lumẽ aliquod ſupra corpus directè ſitũ fuerit,nulla tunc umbra poterit cauſari,ut in Arabiorum,& Oritarum oris. In Syene quoq; urbe,& Meroe quodã anni tempore accidere Nearchus,& Oneſicritus tradiderunt. Cũ ante corpus,lumẽ fuerit collocatũ,retro tũc efficiet umbrã corpus. E diuerſo autẽ eueniet ſi lumẽ poſt corpus ſit,umbra uidebitur ante corpus. Sed quo locus hic fiat notior,adſcribã Macrobij uerba ex ſecundo de Somnio Scipionis lib. Hic notandum eſt (inquit) de tribus tantum cardinibus in quãcunq; ædem ingredi ſolem,de quarto nunq̃. Nam & ab ortu,& ab occaſu ſiniſtra Solem recipit Quippe quẽ orientẽ,abeuntẽ proſpectet. Incipit & à meridie,quia omne iter Solis in noſtro Meridie eſt. Nũq; uerè ſolem feneſtra ſeptentrionis admittit. Eiuſdem rei ꝓbationẽ umbra quoq; cuiuslibet corporis efficiet aſtruere. Nam & in occaſum cadit oriente Sole,& in ortum cum fit occiduus. Medio autẽ die,quia ſol meridiem tenet,in ſeptentrionẽ umbra depellitur. In Auſtrum uerò circa noſtram habitationem impoſsibile eſt umbram cuiuslibet corporis cadere, quia ſemper in aduerſam Soli partẽ umbra iactatur. Aduerſus autem Auſtro apud nos ſol eſſe non poterit, cum nunq; fines Septentrionales attingat. Sanè quoniã pars illa peruſtæ,quæ temperatæ uicina eſt admittit habitãtes,illic id eſt trãs Tropicum quæcunq; habitantur ſpatia,umbram mittunt in Auſtrũ, eo tempore, quo ſol Cancrum tenet,

a manet,actis etiam urbis continetur.[a] Cinnamulgus
perinde Arabiæ auis in excellentiſsimis lucis texit
nidos è fruticibus Cinnamorum, ad quos quoni-
am non eſt peruenire propter ramorum altitudi-
b nem,& fragilitatem, accolæ illas congeries plum-
batis petunt iaculis, deiectaſque precijs uendunt
amplioribus,quod hoc Cinnamum magis,quàm ali
ud mercatores probent. Arabes longè,[b] latequé dif-
c fuſi, diuerſis moribus [c] uiuunt, & cultibus. Pluri-
mis crinis intonſus, mitrata capita, redimitu pari,
pars raſa in cutem barba. Commercijs ſtudent,
aliena non emunt, uendunt ſua. Quippe & ſyl-
uis, & mari diuites. Vmbræ, quæ nobis dextræ
ſunt,[d] illis ſiniſtræ. Pars eorũ, quibus aſper eſt uictus,

tenet. Tunc enim ei Sol fit Septētrionalis cum tropicum tenet, quod ab illis ad Septētrionem recedit &c. Plura loca enumerat. Pli. ca. 75. & 76. ſecundi. Itē ca. 19. & 29. li. ſexti, in quibus umbræ ad ſeptentrionē cadunt hyeme, æſtate in Auſtrū per ſenos menſes. Diod. Siculus lib. 3. In multis Indiæ locis aiunt erectū lignū nullā a ſole umbrā reddere. Nocte arctos non uideri. In ultimis uerò minimè aſpici Arcturū, quo in loco (inquit) umbras uerſus meridiē inclinare dicunt. Loca ſunt (inquit Ammianus. 22. hiſt. li.) in quibus ꝑ nonaginta dies, umbræ noſtræ in cōtrarium cadūt. unde Antiſcios eius regionis incolas uocāt. Luca. in nono Pharſaliæ.

angues edunt, [a] nulla illis animi, uel corporis cura, ac propterea ὀφιοφάγοι [b] nominantur. Ex iſtius littoris ſinu Polycrati [c] regi aduecta Sardonyx

At tibi quæcunq; es Libyco gens igne dirempta
In Noton umbra cadit, quæ nobis exit in Arcton.

De Arabibus, quod ad hunc Solini locū maximè attinet, ſic idem Lucanus lib. 3.

Ignotum uobis Arabes ueniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Quem locū expōnūt quidā ex ijs Solini uerbis. Vmbræ enim (inquiunt) q̄ nobis ad occidentem conuerſis, dextræ ſunt, Arabibus ſunt ſiniſtræ. Quæ expoſitio tū uera eſt, tū etiā poëtæ ſenſui plurimū conſona, qđ Arabes Pharſalica Pompei caſtra petentes, ex orientali regione, occidentē uerſus progrediebantur. Qui autē hunc Lucani locum occultiorē doctrinā continere arbitrantur, tradunt ex ſex mundi poſitionibus, habitudinibusq; orientē poſteriorem. Occidentē uerò anteriorē, Meridiem ſiniſtrā, dextrā ſeptēptrionem eſſe tradūt. Id ſenſit indubie Cleomedes Græcus author ca. 1. primi libri eius operis, quod circularē inſpectionē Meteororū inſcripſit. Eius ſententia ijs fermè uerbis continetur. Mundus is (inquit) quoniā corpus eſt, habet quippiā, qđ ſupra, quodue infra ſit, reliquaſq; poſitionis habitudines. Anteriora ipſius eſſe dicūt, quæ ſunt ad mūdi occaſū, qđ is ad occaſum impulſū habeat. Poſteriora uerò ea eſſe, q̄ ad ortū ſunt. Etenī ad anteriora ꝓcedit. Eius aūt dextra ad Septētrionē, & meridiē ſiniſtra locanda. Hæ aūt quatuor poſitionis genera, nihil omnino occulti habent, cū ceteræ habitudines, quæ ſunt, ſurſum, deorſumq;, plurimū difficultatis, Phyſicis præbuerint. Ex hac Cleomedis ſententia notū dicunt, cur Lucanus, Solinuſq; ſiniſtras umbras Arabibus tribuerint. Idē cū Cleomede ſenſiſſe Pythagoræos ſecūdo de Cœlo, & mūdo refert Ariſto. Idē autē Ariſtoteles multò aliter has poſitiones mundo tribuit, utpote dextrā orienti, ſiniſtrā occidenti. Meridiei ſurſum, Septētrioni deorſum aſſcribens. Eius uerba adſcripſi. Polorū (inq̄t) unus quidē nobis imminens apparet ſuperne, pars eſt deorſum. Aliter uerò nobis incertus, ſurſum, dextrū namq; cuiuſlibet dicimus, unde principiū per motū. Locus uerò conuerſionis cœli, principiū eſt, unde aſtrorū ortus, proinde hoc fuerit dextrum. Cuius autem occaſus, ſiniſtrū. Si itaq; à dextris orditur, & in ſiniſtra fertur, ſupernus, qui nobis non apparet polus, eſſe neceſſus eſt. Nā ſi ſit manifeſtus in ſiniſtra erit motus, qđ neutiq; dicimus. Non dubium igitur quin non apparens polus ſit, id quod ſurſū, ac qui illic habitant, in ſuperno ſunt Hæmiſphærio, & ad dextrā. Nos aūt in inferno, & in ſiniſtro ecōtrario, q̄ ut Pythagoræi dicunt. Illi enim nos ſupra faciūt, & in dextra parte, eos autem, qui illic, infrà & in ſiniſtra. At euenit contrarium. Cæterum ſecundæ conuerſionis ut planetarum, nos quidem in ſupernis, & dextris ſumus. Illi uerò infernis, & ſiniſtris. Contra enim is principiū motus eſt, quod ferantur in contrarium. Et perinde contingit nos quidem in principio eſſe, illos uerò in fine. Hucuſq; Ariſtoteles. Scribit Seruius. 9. Aenei. lib. qđ ab hoc Solini loco minimè alienū eſt, ea, quæ ſiniſtra nobis uidentur intuentibus cœlū, illic dextra eſſe. Quoniā dextra cœli (inquit) nobis ſiniſtra ſunt. Seruianæ ſententiæ ſuffragantur, quæ ſcribit Plutar. Quæſtionū ſuarū proble. 76. Item. M. Cicero libro de Vniuerſitate. De umbris multa Ariſt. Sectione. 15. Problematū. Adſcripſi hæc, prolixa nimiū fortaſsis, ne omnē ſe quiſpiā, ex Lucani loco nodū ſuſtuliſſe glorietur. Sed ut ad ꝓpoſitū reuertamur. ex hoc qđ ait Solinus. Vmbræ, quæ nobis dextræ ſunt, illis ſiniſtræ, nequaq; aliqua ſibi incuria debet adſcribi, ſicut nec Lucano, cū inquit. 2. Pharſaliæ. *Vmbras nuſquam flectente Syene*, cū id ſemel tantū anno eueniat. Nō enī aſſerit Solinus hoc de omni Arabia, nec id omni tēpore euenire fatetur.

a *Angues edunt.*) Plinius ca. 29. ſexti de Arabibus loquens. Introſus (inquit) Candei, quos Ophiophagos uocant, ſerpentibusueſci aſſueti. Neq; alia regio fertilior earū.

b ὀφιοφάγοι.) Si uerbum uerbo reddas, Latinè Anguiuori dici poſſunt. ὄφις Græcè Latinè anguis, φάγος uorax.

c *Polycrati regis Sardonyx.*) Polycrates Aeaci filius, Samo inſula ui tyrannide occupata, breui tandē tempore eius res adeo profecerūt ut per Ioniā, totamq; Græciam celebrarentur. Is Amaſis Aegyptiorum regis perſuaſione, conſcenſa bireme, gemmā ſignatoriā uolens ꝓiecit in pelagus. Quo facto domū redijt. Sed cū ex ea iactura (erat enim tyranno ea gemma rerū omniū ſuarū gratiſsima) plurimū triſtaretur, quinto, ſextoue, q̄ hæc acta ſunt die, piſcator quidā captum eum piſcem, qui Polycratis gemmam caſu abſorbuerat, Polycrati dono detulit, in cuius euiſcerati aluo, gēma ea reperta eſt. Ex qua re ingēti Polycrates gaudio affectus traditur.

ctus traditur. Hiſtoriam ſcribũt Herodotus in Thalia. M. Cicero in fine quinti de finibus bonorum, & malorum. C. Plin. cap. 1. tricesimiſeptimi nat. hiſt. Aduertendũ ſanè Herodotũ ſcribere eam gẽmam fuiſſe non Sardonicẽ, ſed Smaragdũ. De eius nomine Marb. Gall. in lib. de lapidib. pretioſis ſic inquit,

Sardonicem faciunt duo nomina, Sardus Onyxq́ꝫ,
Tres capit ex binis unus lapis iſte colores, Albus, & hinc niger eſt, rubeus ſupereminet albo, &c.

a gemma, prima in orbe noſtro luxuriæ excitauit fa-
cem. Nec multum de ea differendum puto, adeo
Sardonyx in omnium uenit notitiam. Superfici-
es eius probatur, ſi meratius rubeat, arguitur ſi fuerit
b fœculentior, medietas circuitur limite candidante.
Optima eſt, ſi nec colorem ſuum ſpargat in proxi-
mum, nec ipſe ex altero mutuetur. Reliqua nigro fi-
niuntur. Quod ſi transluceat uitio uertitur, ſi per-
c ſpicuitatem arceat, proficit ad decorem. Et Molo-
chitem [a] Arabs inuenit, uirentem craſsius q̃ Sma-
ragdus contra infantum pericula ingenita ui reſiſten
tem. Inuenit & Iridem [b] in mari Rubro ſicut
d Cryſtallum ſexangulatam, quæ radijs icta ſolis ruti-
lo aëris repercuſſu cœleſtis arcus ex ſe iacit ſpeciem.
Androdamantem [c] ijdem legunt Arabes nitoris ar-
gentei, lateribus æqualiter quadris, quem de Ada-
e mante nonnihil mutuatum putes. Datum illi no-
men ex eo cenſent, quod animorum calentium mol-
lit impetus, & tumentes refrenat iras. Pæderotem [d]
etiam Arabicum inde ſumimus. Arabica aſpectu
f eburnea eſt, radi abnuit. Contra neruorum mole-
ſtias prodeſt habentibus. In Pæderote congruit
quicquid eximium eſt, quadã decoris prærogatiua.
Cryſtallinum lucet, rubet purpuram, in orarum exti-
g mis corona crocea uelut è liquido renitente. Hac ſua-
uitate oculos afficit, uiſum illicit, detinet intuẽtes, hac
etiam gratia Indis placet. Hoc Arabiæ ſat eſt, hinc ad
Peluſium repatriemus.

Multa de eo lapide Plinius capite ſexto, trigeſimiſeptimi. a *Molochitem.*) Lapis hic à Malua, cuius floribus aſſimilis eſt, nomen habet. Maluam enim Græci μαλάχην dicunt. Plinius capite octauo, libri ultimi. Non tranſlucet (inquit) Molochites ſpiſſius uirens à colore Maluæ nomine accepto reddendis laudata ſignis, & infantium cuſtodia quadam innato contra pericula ipſorum medicamine. b *Iridem.*) Hæc gemma iccirco Iris dicta eſt, quoniam figuràm, & colores Iridis arcus cœleſtis plurimùm imitetur. Plinius capite nono, tricesimiſeptimi Naturalis hiſtoriæ. Effoditur in quadam inſula (inquit) Rubri maris, quæ diſtat à Beronice urbe ſexaginta millia paſſuum, cætera ſui parte Chryſtallus. Itaq́ꝫ quidam radicem Chryſtalli eſſe dixerunt. Vocatur ex argumento Iris. Nam ſub tecto percuſſa Sole, ſpecies, & colores arcus cœleſtis in proximos parietes eiaculatur, ſubinde mutans, magnáque uarietate admirationem ſui augens. Sexangulum eſſe, ut Chryſtallum conſtat, &c. De arcu cœleſti præter ea, q̃ ſcribunt Ariſtoteles tertio Meteororum, Seneca primo Naturalium quæſtionum, Plinius libro ſecundo, lege copioſè apud Marcellinum libro uigeſimoprimo hiſtoriarum ſuarum. c *Androdamantem.*) Dicta autem gemma hæc ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ δαμάζω, id eſt, à domãdis uiris. Plinius cap. 10. lib. ultimi Androdamas argenti nitorẽ habet, ut Adamas. Quadrata, & ſemper teſſellis ſimilis magnis, putantq́ꝫ nomen impoſitum, eò quod impetus hominum & iracundias domet, &c. d *Pæderotem.*) Lapis hic Opalius dicitur uero nomine, ſed ob eximiam pulchritudinem, & gratiam Pæderos cognominatus. Eſt eñ in eo (authore Plinio cap. 6. tricesimiſeptimi nat. hiſt.) Carbunculi tenuior ignis. Eſt Amethyſti fulgens purpura. Eſt Smaragdi uirens mare, & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia Pæderos autem dictus eſt ἀπὸ τοῦ παιδός, καὶ τοῦ ἔρωτος, id eſt, à puero & amore, quod pueri pulchritudinem referat. ſunt & qui priuatum eius genus faciunt, Sangenonq́ꝫ ab Indicis uocari dicunt. Genus etiam quoddam Amethyſti Pæderotem uocant ſimilibus his, quas diximus cauſis. Id Amethyſti genus Anteros quoq́ꝫ dicitur, quaſi mutuum amorem dicas. Lege Plinium cap. 9. eiuſdem uoluminis. Eſt etiamnũ Pæderos herbæ & ſpinæ genus, de qua Plinius cap. 8. deciminoni. Et Dioſcor. lib. 3. & 4.

A *Peluſio Caſius mons.*) Ex Plinio hæc omnia capite 12. libri quinti. A Peluſio (inquit) Gabriæ caſtra, Caſius mons, delubrum Iouis Caſij, tumulus Magni Pompeij Oſtracinæ. Arabia finitur à Peluſio 65. millia paſſuum. Hic mons Caſius Aegyptum, Syriamq́ diſterminat. Huius montis accolæ uerſuti maximè exiſtimati, ac malis moribus affecti. Ob id de eis Adagium Terræas exiſtimat. ἅμματα πλέκειν, Vincula texis, ex eo natũ, quod ij homines naturali quadam arte ligamina texere conſueuerint, trabes ſuper trabes componentes. Effertur & in hunc modum κασσιώτικον ἅμμα Caſſioticum ligamen. In eos qui dolo malo, nodis quibuſdam difficillimis homines implicant. b *Pompeij Magni ſepulchro.*) Præter ea quæ de Pompeij Magni ſepulchro, ſcribunt Appianus ſecundo Bellorum Ciuilium, Plutarchus in Pompeium, Strabo lib. 16. Item cæteri, id ipſum multis carminibus exequitur Lucanus octauo Pharſaliæ.

Non precioſa petit cumulato thure ſepulchra, &c.

Eodem loco Lucanus Epitaphium huiuſmodi in Pompeij ſepulchro infuiſſe refert,

Hic ſitus eſt Magnus, placet hoc fortuna ſepulchrum
Dicere Pompeij, quo condi maluit illum,
Quam terra caruiſſe ſoceri, &c.

Appianus hunc uerſiculum inſcriptum dicit,

Templi pondus erat, modico qui clauditur urna.

De Caſio monte. De Pompeij Magni ſepulchro. Deq́ Ioppe oppido. Cap. XLVII.

A Peluſio Caſius mons[a] eſt, & delubrum Io- a
uis Caſij, atque ita Oſtracinæ locus Pompeij
Magni [b] ſepulchro inclytus. Idumæa [c]
inde incipit palmis opima. Deinde [d] Iop-
pe oppidum antiquiſsimum orbe toto, utpote ante b
inundationem [e] terrarum conditũ. Id oppidũ ſaxũ
oſtentat, quod uinculorũ Andromedæ ueſtigia adhuc
retinet, quam expoſitã beluæ [f] non irritus rumor cir-

c *Idumæa palmis opima.*) Idumæa Syriæ prouincia. Huius incolas Nabatæos eſſe lib. 16. Strabo tradit, qui orta ſeditione inde egreſſi, ac Iudæis inhærentes, eiuſdem legibus communicauerunt. Quid Iudæi de Idumææ nomine ſentiant, refert Ioſephus cap. 1. ſecũdi Antiquitatum Iudæorum. In hac prouincia palma arbor plurimum luxuriat. Lucanus in 3.

Gazaq́, & arbuſto palmarum diues Idume.

Martialis in 10.

Frangat Idumæas triſtis uictoria palmas.

Ob palmarum copiam eleganter à Statio 3. Syluarũ dictum eſt. *Dulce nemus florentis Idumes.* d *Ioppe.*) Stephanus per unum π ſcribit. Dictam autẽ refert, ἀπὸ ἰόπης τῆς αἰόλου θυγατρὸς, τῆς γυναικὸς κηφέως, id eſt, ab Iope Aeoli filia, uxore Cephei à qua primũ ea urbs cõſtructa eſt. De hac Iope Propertius Eleg. 29. ſecũdi intellexiſſe uidetur cum inquit, *Vobiſcum eſt Iope,* non de Andromeda illic quondã beluæ expoſita, ſicut quidã eum locũ interpretantur. Eſt aũt (ut D. Hieronymus lib. de Hebraicis locis ſcribit) Paleſtinæ oppidũ in tribu Dan. Hebraicè Ioppe interpretatur pulchritudo, ut idẽ Hieron. author eſt. Ioppe portus eſt Iudææ (ut in Regnorũ & Paralipomenõ libris legimus) ad quẽ Hiran quoq́ rex Tyri, ligna de Libano ratibus transferebat, quæ Hieruſalẽ terreno itinere perueherentur. Hic locus eſt, in quo uſq́ hodie ſaxa mõſtrantur in littore, in quibus Andromeda religata, Perſei quondã ſit liberata præſidio. Author idem Hieron. in principio Commentariorũ ſuper Ionã prophetã. Plura Strabo lib. 16. Nautæ noſtri temporis Zapphum uocitant. Quo loco peregrini (ſic eñ ij uulgò appellantur, qui uiſendi Chriſti domini ſepulturã Hieroſolyma proficiſcuntur) primũ è mari egrediuntur. Diſtat autem à Hieroſolymis, ſtadijs ferme trecentis uiginti. Vix decẽ nunc caſulis habitatur. e *Ante inundationem terrarum conditum.*) Mela Pomponius lib. 1. Eſt (inquit) Ioppe ante diluuium (ut ferunt) condita, ubi Cephea regnaſſe eo ſigno accolæ affirmant, quod titulum eius fratrisq́ Phinei, ueteres quædam aræ cum religione plurimæ retinent. Quin etiam rei celebratæ carminibus, ac fabulis, ſeruatæq́ à Perſeo Andromedæ clarũ ueſtigiũ beluæ marinæ oſſa immania oſtentant. Eadem breuius tamen cap. 13. lib. 5. & Plin. refert. Hanc Andromedæ marinæ beluæ expoſitionem fabuloſam eſſe lib. 16. putat Strabo. Quod ſcribit hic Solinus alios authores ſecutus, Ioppen ſcilicet ante terrarũ inundationẽ fuiſſe conditã proculdubiò falſum eſt, ſi eã inundationem intelligat, quam Noë temporibus accidiſſe ſacræ literæ teſtantur. De alijs ergo particularibus inundationibus (nam plures fuiſſe huiuſmodi Xenophon de æquiuocis author eſt) intelligendũ eſt. f *Expoſitam beluæ.*) Hiſtoriam, uel fabulam potius, Andromedæ monſtro expoſitæ, multis carminibus refert Ouidius 4. Metam.

Illic immerita maternæ pendere linguæ Andromedam. M. Manilius 5. Aſtronom. lib. Andromede ſequitur

ſydus

ſydus,&c.Iginus cap.12.ſecundi.Item cæteri. a *Oſſa monſtri illius M.Scaurus.*) Plinius cap.5.noni naturalis hiſtoriæ. Belluæ (inquit) cui dicebatur expoſita fuiſſe Andromede,oſſa Romæ apportata ex oppido Iudææ Ioppe, oſtendit inter reliqua miracula in ædilitate ſua. M. Scarus longitudine pedum quadraginta,altitudine coſtarum Indicos Elephantos excedente ſpinæ craſſitudine ſeſquipedali. Quærit Ariſtoteles decima ſectione problematum. Cur maris animalia maiora,uegetioraq́ ſunt q̃ terræ? An (inquit)quod uis Solis conſume do,quę terram ambiunt,copiam detrahit nutrimenti. Quam ob rem,quæ abdita uitam agunt,uegetiora ſunt. His igitur omnibus incommodis cum genus maritimũ ſit immune,meritò tum adoleſcere poteſt corpore ampliori, & uegetiori. Similia ſcribit Plinius capite 2. noni naturalis hiſtoriæ. Dionyſius Afer de maris Rubri beluis Rhẽnio interprete ſic inquit,

Per fines Aſiæ, iacet hæc ſub ſydere Cancri,
Littoribus cuius ſaliunt denſiſſima Cete,
Quæ paſcit uaſtum mare Rubrũ, montibus æqua
Tenditur horribilis, quorũ per terga, per armos
Spina ferens cladem, fatumq́ ſub ore feroci.
Quippe ſolent pariter nauem ſorbere uirosq́.
Nam mala tam pelagus,quàm terra merentibus offert.

a cumtulit. Quippe oſſa monſtri [a] illius M.Scaurus inter alia miracula ædilitate ſua Romæ publicauit. Annalibus nota res eſt. Menſuræ quoq; ueracibus libris continentur, ſcilicet quod coſtarum longitudo exceſ-
b ſerit pedes xl. excelſitas Elephantis fuerit Indicis eminentior. Porrò uerticuli ſpinæ ipſius latitudinem ſemipedem ſunt ſupergreſſi.

c De Iudæa, in ea de fluminibus, & lacubus. De Balſamo, De Sodomo, & Gomorro. De Eſſænis gentibus. Cap. XLVIII.

d IVdæa illuſtris [b] eſt aquis, ſed natura non eadem aquarum omnium. Iordanis [c] amnis

Quidam Aueni uerſus iſtis correſpondentes,in omnibus exemplaribus deprauati reperiuntur. Eos in Commentariolo ſuper Dionyſij Afri Periegeſin,ſic legendos cenſuimus.

Hac nequis rapidi ſubtectus gurgitis unda,
Hæc in terga ſalis lembum contorqueat unquam,
Aut ſe monſtrigenis hoſtem licet inferat æſtus
Fluctibus.

Duobus primis uerſibus,duo uitanda monet. Nequis ſcilicet,hæc maria,uel natandi,uel nauigãdi gratia ingrediatur. Tertio uerſiculo ſi Dionyſij ſententiam referat, dicit hæc maris pericula in ſceleſtornm pœnam Deum inſtituiſſe. Verba Dionyſij ſunt. τοῖς γὰρ ἀλιτροῖς
Ἐν ἁλὶ, καὶ γαίῃ κατὰ μυρία θήκατο δαίμων. Id eſt, Namq; flagitioſis in mari,atq; terra mala innumera inſtituit Deus. Nos in Latinum carmen ſic uertimus.

Namq; merenti
Tum mare,tum tellus,homini condigna rependit.

Ex ijs quoq; apud Auienum legi poſſe uidetur,

Hac nequis rapidi ſubtectus gurgitis unda,
Nec in terga ſalis lembum contorqueat unquam.
An ne monſtrigenis hoſtem licet inferat æſtus
Fluctibus?

Nunquid(inquit)licet æſtus inferat hoſtem, id eſt,flagitioſum hominẽ fluctibus monſtrigenis? Quaſi dicat imo iure licet.

I*Vdæa illuſtris eſt aquis.*) Inter Iacob Patriarchæ filios Iudas quoque enumeratur, à quo Iudæa,& Iudæi nomen ſortiti ſunt, quum antea à Chananæo quarto Cham filio, Chananæa, & Chananæi dicerentur, authores Ioſephus primo Antiquitatum libro,& Euſebius libro temporum. His ſimilia ſcribunt Trogus Pompeius,& Iuſtinus libro Hiſtoriarum triceſimoſexto. Poſt Damaſcum principem (inquit) Abraham, Moſes, Iſraël reges fuere. Sed Iſraël felix decem filiorum prouentus maioribus ſuis clariorem fecit. Itaque populum in decem regna diuiſum filijs tradidit, omnesq́; ex nomine Iudæ, qui poſt diuiſionem deceſſerat. Iudæos appellauit,coliq́; eius memoriam ab omnibus iuſſit. Eius portio omnibus acceſſerat. Corn. Tacitus lib.2.mira de Iudæorũ origine,& nomine refert. Iudæos(inquit) Creta inſula profugos,nouiſſima Libyæ inſediſſe memorãt,qua tempeſtate Saturnus ui Iouis pulſus

eximiæ ſuauitatis Peneade fonte demiſſus, regiones præterfluit amœniſsimas, mox in Aſphaltiten [a] lacum merſus ſtagno corrumpitur. Qui Aſphaltites gignit bitumen. Animal non habet, nihil in eo immergi poteſt. Tauri etiam, Cameliqúe impunè, ibi fluitant. Eſt & lacus [b] Geneſara extenſus paſſuum ſexdecim milibus circumſeptus urbibus plurimis, & celebribus, ipſe par optimis. Sed lacus Tiberiadis his omnibus antepọnitur, ſalubris ingenuo æſtu, & ad ſanitatem uſu efficaci. Iudææ caput [c] fuit Hieroſolyma,

cesserit regnis. Argumentum è nõmine petitur. Inclytum in Creta Iden mõtē. Accolas Idæos aucto in barbarum morem cognomento, Iudæos uocari, quaſi Idæos. Quidam regnante Iſide exundantem per Aegyptum multitudinem ducibus Hieroſolymo, ac Iuda, proximas in terras exoneratam. Plerique Aethiopum prolem, quos rege Cepheo metus, atque odium mutare ſedes pepulerit. Sunt qui tradãt Aſſyrias conuenas indigum agrorum populum parte Aegypti potitos, mox proprias urbes, Hebræas'que terras, & propriora Syriæ coluiſſe. Clara alij Iudæorum initia. Solimos carminibus Homeri celebratam gentem, conditam urbem Hieroſolymam nomine ſuo feciſſe. Plurimi authores conſentiunt, orta per Aegyptum tabe, quæ corpora fœdaret regem Bocchorim, &c. Stephanus autem de Vrbibus. Ἰουδαία, ἀλέξανδρος, ὁ πολυΐστωρ ἀπὸ τῶν παίδων σεμιράμιδος ἰούδα, καὶ ἰδουμαία. ὡς δὲ κλαύδιος ἴολαος, ἀπὸ ἰουδαίου σπάρτωνος, ἐκ θήβης μετὰ διονύσου ἐστρατευκότος. Iudææ terminos eleganter tradit idem Cornelius ubi ſuprà. c *Iordanis amnis.*) Nomen compoſitum à Ior, & Dan. Eſt enim Dã uiculus in quarto à Paneade miliario euntibus Tyrũ, qui uſq; hodie ſic uocatur. Terminus Iudææ ꝓuinciæ cõtra Septentriõnem, de q̊ & Iordanis flumen erũpens, à loco ſortitus eſt nomē. Ior quippe ῥεῖθρον, id eſt, fluuiũ ſiue riuũ, Hebræi uocãt. Is eñ fluuius diuidẽs Iudæã, Arabiã & Aulonē, uſq; ad mare mortuũ fluens, poſt multos circuitus iuxta Hiericho, mortuo cõmixtus mari, nomē amittit. Author Hieron. in libro de locis Hebraicis. Plin. cap. 15. lib. 5. Fontem ubi Iordanis oritur, Peneadē nuncupat. Alij ferme omnes Paneadem uocant. Aegeſippus cap. 27. lib. 3. Panium. Oſtenditq; non ex eo primũ oriri, ſed ex fiala. Quod ex iniectis paleis à Philippo Tetrarche deprehenſum tradit. Quo loco plurima de Iordane idem author refert. Cornelius Tacitus eodem libro Iordanem ex Libano monte ali, effundi'que autumat. a *Aſphaltiten.*) Nomen habet à bitumine, quod Græci ἄσφαλτον uocitant. Sunt qui à uerbo ἀσφαλίζω, quod tueor, & munio ſignificat, quoniam nihil uiuum in eo lacu ſubmergitur, ſed tuta ſunt omnia. De eo, & eius bitumine Plinius cap. 15. lib. 7. & cap. 16. lib. 5. Plura Diod. Siculus lib. 3. Non grauabor adſcribere Cornelij Taciti de hoc ipſo lacu uerba. Nec Iordanes (inquit) pelago accipitur, ſed unum, atque alterũ lacum integer perfluit, tertio retinetur. Lacus immenſo ambitu, ſpecie maris, ſapore corruptior, grauitate odoris accolis peſtifer. Neq; uento impellitur, neq; piſces, aut ſuetas aquis uolucres patitur. Incertũ unde ſuperiacta, ut ſolido feruntur. Periti, imperitiq; nandi perinde attolluntur. Certo enim tempore bitumen egerit, cuius legendi uſum, ut cæteras artes experientia docuit. Ater ſuapte natura liquor, & ſparſo aceto cõcretus innatat. Hunc manu captum, quibus ea cura in ſumma nauis trahunt. Inde nullo iuuante influuit, oneratq; donec abſcindas. Nec abſcindere ære ferroue poſſis. Fugit cruorē ueſtēq; infectam ſanguine, quo fœminæ per mēſes exoluuntur. Sic ueteres authores. Sed gnari locorũ tradũt undantes bitumine moles pelli, manuq; trahi ad littus. Mox ubi uapore terræ ui ſolis inaruerint, ſecuribus cuneiſq;, ut trabes aut ſaxa diſcindi. Hucuſq; Tacitus. Sunt autem lacus plures ex ſeſe bitumina emittentes, ueluti Limniaſphaltis lacus ſub Babylone ampliſſima magnitudine, quo bitumine, & latere teſtaceo, conſtructo muro, Semiramis Babylonem dicitur circundaſſe. Item Tope in Syria, Arabiaq; Numidarum lacus ſunt immani magnitudine, ex ſe maximas bituminis moles emittentes. Id autē in cauſa eſt, quod iuxta huiuſmodi lacus crebræ ſunt bituminis lapidicinæ. Fit ergo, ut cum per bituminoſam terrã eruperit aquæ uis, ſecũ extrahat, & cum egreſſa fuerit ſecernitur, & ita bitumen à ſe rejicit. b *Geneſara.*) De hoc lacu, & circum eum urbibus, abundè Plinius capite ſextodecimo libri quinti. De Tyberiade lacu Plinius capite quintodecimo libri quinti. Fit de utroque lacu etiam in Euangelio mentio Matthæi quartodecimo, Marci ſexto, Lucæ quinto, Ioannis ſexto, & uiceſimoprimo capitibus. c *Iudææ caput fuit Hieroſolyma.*) Quam Iudæi & Barbari Hieruſalem nominant. Græci & Latini Hieroſolyma dicunt. Euſebius capite ultimo noni Præparationis authoritate Eupolemi uſus à Salomone Hieruſalem cognominatam tradit. Eius uerba de Salomone loquentis hæc ſunt. Hieruſalem quoque urbem muris, turribus, ac foueis ab eo fuiſſe circumductam. Regiam quoque ſibi ædificaſſe, quæ Hierõ Salomonis, id eſt, Latinè, Salomonis ædes fuit appellata. Vnde corrupto poſtea uocabulo,

a ſed exciſa eſt. [a] Succeſsit Hiericus, & hæc deſijt
caput eſſe Artaxerxis [b] bello ſubacta [c] Callirhoe.
Hieroſolymis proximus fons calore medico pro=
batiſsimus, & ex ipſo aquarum præconio ſic uoca=
b tus eſt. In hac terra tantùm Balſamũ naſcitur, [d] quæ
ſylua intra terminos uiginti iugerum uſque ad ui=
ctoriam noſtram fuit. At cum Iudæa potiti ſumus,
ita luci illi propagati ſunt, ut iam nobis latiſsimi
c colles ſudent Balſama. Similes uiribus ſtirpes ha=
bent, malleolis digeruntur, raſtris niteſcunt, aquis
gaudent, amant amputari, tenacibus folijs ſempi=
ternò inumbrantur. Lignum caudicis attrectatum
d ferro ſine mora moritur. Eapropter aut uitro, aut
cultellis oſſeis, ſed in ſolo cortice artifici plaga uul=
neratur, ex qua eximiæ ſuauitatis gutta manat. Poſt
lachrymam ſecundum in precijs locum poma ob=
tinent, cortex tertium, ultimus honos ligno. Lon=
go ab Hieroſolymis receſſu triſtis ſinus pandi=

cabulo, urbem Hieruſalem uocatã fuiſſe, & Hieroſolymã Græcè appellari. Nicolaus Lyranus inſignis Theologus, ca. 28. Commentariorum Geneſeos refert Diſtichum, quo diuerſa huius urbis nomina continentur. Id autem eſt huiuſmodi.

Solyma Luſa, Bethel, Hieroſolyma, Hierus Aelia.
Vrbs ſacra Hieruſalem, dicitur atq; Salem.

Quo etiam loco docet eam primum a Melchiſedech fuiſſe conſtructam, Salemque cognominatam, i. pacificam, quod is pacis, & iuſtitiæ rex fuerit. Cæterorum eius urbis cognominum apud eundem reperies rationes. Ioſephus capite 26. ſeptimi de bello Iudaico libro dicit primum eius conditorem fuiſſe Chanam eorũ potentiſſimum, qui patria lingua iuſtus appellatus eſt rex, qui fano primum ædificato, Hieroſolymã ciuitatem uocauit, cum antè Solyma uocaretur, &c. Diuus Hieronymus de locis Actorũ Apoſtolorum. Hieruſalẽ (inquit) metropolis quondam totius Iudææ quæ nunc ab Aelio Adriano Cæſare, quòd eam à Tito deſtructã, latiore ſitu inſtaurauerit, Aelia cognominata eſt. Cuius opere factum eſt, ut loca ſancta, id eſt, Dominicæ paſſionis, & reſurrectionis, ſed & inuentionis ſanctæ crucis quondam extra urbẽ iacentia, nunc eiuſdem urbis muro Septentrionali circundentur. Tradit Plinius cap. 14. lib. quinti. Hieroſolyma longè clariſſima urbium orientis. Nam (ut ex Hecatæo capite ſecũdo noni Præparationis refert Euſebius) Hieroſolyma urbs minutiſſima, quinquaginta penè ſtadiorum habens circuitum, plures q̃ centum & uiginti millia hominum habitant, &c. a *Exciſa eſt.*) Extant Ioſephi lib. 7. qui de bello Iudaico inſcripti ſunt. Item Aegeſippi libri 5. Hieroſolymitani excidij titulo præſignati, quibus abundè aperiunt quotiens, à quibus, quoue tempore urbs Hieroſolymorũ exciſa fuerit. Admiratione dignũ eſt, qd' cap. 50. lib. 5. idem Aegeſippus Græcus author refert. Per omne tempus, quo ea urbs à Tito Veſpaſiani filio obſeſſa eſt, decies centena hominũ milia fuiſſe cæſa. Centum & decẽ Myriades plerięʒ aſſerunt. Iudæorum (inquit) omniũ, ſed non eiuſdẽ regionis omniũ & loci, ſed qui illuc undięʒ ad Paſcha celebrandum cõfluxerint. Captiuorum aduectorũ ad nonaginta ſeptẽ milia, &c. Lege Ioſephũ cap. 25. uoluminis ſeptimi de bello Iudaico. Capta eſt aũt ut idẽ Ioſephus cap. 16. eiuſdẽ libri tradit principatus Veſpaſiani anno ſecundo, Septembris menſis octauo die. Quinquies aũt prius capta, tunc iterum uaſtata eſt. Aegyptiorũ quidẽ rex Aſobeus, & poſt eum Antiochus, &c. b *Artaxerxis bello ſubacta.*) D. Hieronymus de locis Hebraicis, hanc urbem Iordane tranſgreſſo ſubuertiſſe Ieſum, rege illius interfecto, pro qua extruxiſſe aliam Oziam de Betel ex tribu Effraim & cætera. Artaxerxis contra Iudæos geſta refert Ioſephus capite ſexto undecimi Antiquitatum libri. Scribit Strabo libro ſextodecimo Hiericuntem campum eſſe, à montana quadam, quæ in theatri ſpeciem ad ipſum declinare. Hoc in loco eſſe palmetum, cui alia quoque materies immixta eſt, domeſtica & ferax, palmis abundans, ſpatio ſtadiorum centum, & totum irriguum, & habitationibus plenum. Similia ſcribit Plinius capite quartodecimo quinti. Hiericuntem (inquit) palmetis conſitam, fontibus irriguum, &c. c *Callirhoe.*) Si uerbum uerbo reddas, pulchrè fluens, interpretari poteris, κάλλος pulchritudo, ῥόος fluxus. De eo fonte Plinius cap. 16. lib. quinti. Eodem (inquit) latere eſt calidus fons medicæ ſalubritatis Callirhoe aquarũ gloriam ipſo nomine præferens. Eſt & fons alter eiuſdem nominis apud Athenas. Eſt & urbis nomen. d *Balſamum naſcitur.*) Græci σίλφιον uocitant. Sumpſit hæc omnia Solinus ex capite uiceſimoſexto duodecimi libri Naturalis hiſtoriæ Caij Plinij. Eleganter præterea ſcribit Theophraſtus capite ſexto noni de hiſtoria Plantarum. Balſamum (inquit) in ualle Syriæ prouenit. Eius arbuſta duo tantùm affirmant. Alterum uiginti iugerum, alterum multò minus. Arboris magnitudo, quæ malo punicæ

tur, quem de cœlo tactum [a] teſtatur humus ni- a
gra, & in cinerem [b] ſoluta. Duo ibi oppida,
Sodomum nominatum alterum, alterum Gomor-
rum. Apud quæ pomum [c] gignitur, quod habeat
ſpeciem licet maturitatis, mandi tamen non poteſt. b
Nã fuligine͂ intrinſecus fauillaceã ambitio tantũ ex-
timæ cutis cohibet quæ uel leui tactu preſſa fumũ ex
halat, & fatiſcit in uagum puluerem. Interiora Iudææ
quæ occidentem cõtuentur, Eſſæni tenent, qui [d] præ- c
diti memorabili diſciplina receſſerunt à ritu gen-
tium uniuerſarum, maieſtatis (ut reor) prouiden-
tia ad hunc morem deſtinati. Nullæ ibi fœminæ.
Venere ſe penitus abdicarunt, Pecuniam neſciunt.

magnæ, rami multi. Folium rutæ ſimile, candidũ tamen, perpetuò uirens, fructus ſimiles Terebintho, tam magnitudine q̃ colore. Is quoq; admodum odoratus eſt, & magis q̃ lachryma. Colligi lachrymã in caudice, & parte ſuperna tradunt, facta inciſura, unguibus ferreis, ſub ſydere, cum æſtas maximè angit, &c. De Balſamo nemo authorũ Dioſcoride differit copioſius cap. 18. lib. 1. Auicenna cap. 85. tractatus 2. ſecundi Canonis præter aliorum ſententiam dicit Balſamum eſſe Aegypti tantùm arborem in eo loco naſcentem, qui dicitur ſolis oculus. Plin. & Dioſc. aiũt uni terrarum Iudææ quadam conualle, & Aegypto cõceſſa Balſamũ prouenire. Sed ex hoc, quod Dioſc. ait, & Aegypto cõceſſa non habetur Balſamum in Aegypto prouenire. Quibus morbis ſit utile Balſamum, abundè Dioſcor. & Auicenna prodidere. Ejuſdem cum Auicenna ſententiæ eſt Albertus capite octauo primi tractus ſexti libri, de Vegetabilib. & Plantis. Lege quæ ſcribunt Strabo lib. 16. Corn. Tacit. lib. 21. Egeſip. cap. 15. libri primi. Iuſtinus lib. 36. Seruius ſecundo Georg. ſuper illud, *Balſamaq́;*. a *De cœlo tactum teſtatur humus.*) Nemo ferme eſt ex ijs, qui hiſtorias conſcripſerunt, qui non huius è cœlo incendij meminerint. Moſes ipſe Gen. 19. Ioſephus cap. 19. primi Antiq. Auguſtinus cap. 10. primi de mirabilibus ſacræ ſcripturæ. Cap. 30. decimiſexti, & cap. 5. uiceſimiſeptimi Ciuit. dei. Oroſius cap. 6. primi. Abundè Egeſip. cap. 18. lib. 4. Adſcribã tamen Cor. Taciti ex 21. hiſtoriarũ lib. uerba, qđ hanc ipſam hiſtoriam eleganter referat. Haud procul inde (inquit) cãpi, quos ferunt olim uberes, magniſq; urbibus habitatos, fulminis iactu arſiſſe, & manere ueſtigia, terramq́; ſpecie torridam, uim frugiferam perdidiſſe. Nam cuncta ſponte edita, aut manu ſata. ſiue herbas tenues aut flores, ſeu ſolitam in ſpeciem adoleuere, atra & inania uelut in cinerem uaneſcunt. Ego ſicut Iudaicas quondam urbes igne cœleſti flagraſſe conceſſerim, ita habitu lacus infici terram, corrumpi ſuperfuſum ſpiritum, eoq́; fœtus ſegetũ, & autumni putreſcere reor, ſolo, cœlo iuxta graui. Hucuſq; Tacitus. b *Duo ibi oppida.*) Catholici ſcriptores dicunt fuiſſe oppida quinque cœleſti igne conſumpta. Eorũ nomina Adama, Gomorra, Seboym, Segor, & Sodoma. D. Hieronymus cap. 14. ſecundi aduerſus Iouinianũ. Et lib. de locis Hebraicis. Sodomum aũt & Gomorrũ horum fuerant potiora. c *Apud quæ pomum, quod gignitur.*) Vetuſta exemplaria habent, apud quem, ut ſinum intelligas, non oppida. Egeſippus cap. 18. lib. quarti. Quinque itaq; urbes incenſæ, quare umbra quædã & ſpecies in fauillis uidetur. Arſere terræ, ardent aquæ, in quibus cœleſtis ignis reliquiæ recognoſcuntur, atq; adhuc manent. Spectes illic ſpeciem poma uiridantia, formatos uuarum racemos, ut edendi generent ſpectantibus cupiditatem. Si capias, fatiſcunt, ac reſoluuntur in cinere͂ fumumq́; excitant, quaſi adhuc ardeant. d *Eſſæni tenent.*) Philo exiſtimat Eſſæos dictos ἀπὸ ὁσιότητος, hoc eſt, à ſanctitate. Hinc fit, ut quidam eam dictionem aſpiratã proferant. D. Hieronymus cap 9. ſecundi aduerſus Iouinianum. Ioſephus (inquit) in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria, & in octauodecimo Antiquitatum lib. & contra Appione͂ duobus uoluminibus, tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſæos, Saducæos, Eſſæos, quorũ nouiſſimos miris effert laudibus, qđ & ab uxoribus, & uino & carnibus ſemper abſtinuerint, & cotidianũ ieiuniũ uerterint in naturã. Super quorũ uita, & Philo uir doctiſſimus propriũ uolume͂ edidit. Sed ne quis Ioſephi uerba diu quæritet, ea reperiet cap. 4. decimioctaui Antiquitatũ Iudæorũ lib. Porphyrius Chriſtianis hoſtis acerrimus 4. lib. eorũ quos de abſtinendo ab animalibus ſcripſit, narrat Eſſæorum uitã religioſorũ apud Iudæos, atq; philoſophorũ omnia eos habuiſſe cõmunia. Charitate͂ mutuã & abſtinentiã patientiamq́; ante omnia coluiſſe, cultui diuino intentos aſſiduè, tam forti animo præditos, ut necari ſe prælegerint, q̃ Deum negare. Cruciatus ita ſpernere ſueti, ut in his ridere ſoliti ſint. Vnde alacres cũ cruciare͂tur animã emittebãt, quod animas indubiè crederent immortales, eaſq́; ab tenuiſſimo æthere deſcendentes corporibus applicari φύμα, hoc eſt, naturali impetu & inſtinctu tractas ad corpora. At poſtquam è corporeo carcere migrarint, ueluti è longa iam liberas ſeruitute, ſeſe attollere ad ſublimia, ac eò unde deſcenderint remigrare. Hi præterea abſtinebant tum animalibus multis, tum deniq; in cõtinentia qualibet. Hinc factũ eſſe ait, ut multi

inter

inter eos futura prædicerent. Quapropter Prophetæ nominabantur. Huc uſq; ex Porphyrio. Qui de Eſſæis plura noſſe uolunt, legant Euſeb. cap. 4. octaui, & cap. 1. noni Præparationis Euangelicæ, & Plin cap. 17. lib. 5.

a Palmis uictitant. Nemo ibi naſcitur, nec tamen defi-
cit hominũ multitudo. Locus ipſe addictus pudici-
tiæ eſt. Ad quem plurimi licet undiq; gentiũ prope-
rent, nullus admittitur, niſi quem caſtitatis fides, & in
b nocentiæ meritum proſequatur. Nam qui reus eſt uel
leuis culpæ, quamuis ſumma ope adipiſci ingreſſum
uelit, diuinitus ſummouetur. Ita per immenſum ſpa-
cium ſæculorũ incredibile dictu æterna gens eſt ceſ-
c ſantibus puerperijs. Engada oppidum infra Eſſæ-
nos fuit, ſed exciſum eſt. Verùm inclytis nemoribus
adhuc durat decus, luciſq; palmarũ eminentiſsimis,
nihil uel æuo, uel bello derogatum. Iudææ termi-
d nus Maſſada caſtellum.

De Scythopoli oppido, & monte Caſio. Cap. XLIX.

e TRanſeo Damaſcum,[a] Philadelphiam, Rha
phanan. Scythopolis primos incolas, &
authorem dabo. Liber pater cum humo
nutricem tradidiſſet, condidit hoc oppidũ,
f ut ſepulturæ titulum etiã urbis mœnibus ampliaret,
Incolæ deerant, è comitibus ſuis Scythas delegit,
quos ut animi firmaret ad promptam reſiſtendi ui-
olentiam, premium loci nomen dedit. In Seleucia al-
g ter Caſius [b] mons eſt Antiochiæ proximus, cu-
ius è uertice uigilia adhuc [c] quarta conſpicitur glo-
bus ſolis, & breui corporis circũactu radijs caliginẽ
diſsipãtibus, illinc nox, hinc dies cernitur. Talis è Ca
ſio ſpecula eſt, ut lucẽ prius uideas, q̃ auſpicetur dies.

a *TRanſeo Damaſcum.*) Scribit Plinius capite 18. libri quinti, è latere Syriæ iunctam eſſe Decapolitanam regionem, ab oppidorum numero ſic uocitatam. Harum decem urbium (ut Egeſippus in tertio author eſt) Scythopolis maxima fuit. Ea Galliæ proxima fuit Nyſa dicta prius à Libero patre ſepulta nutrice Scythis ibi deductis, author eſt Plinius. Niſa autem Bacchi nutrix, Ariſthæi fuit filia. Cui (ut inquit Diod. In 4.) Ammon Libiæ rex Bacchum puerum in antro, in quo neque flos unquã, neque folium defuit, ad euitandas Rheæ nouercæ inſidias nutriendum dedit. Inter Liberi patris nutrices ſeptem quoque Hyades à Pherecyde numerãtur. Earum nomina, ut Hyginius cap. 22. ſecundi Aſtronomicõ refert, ſunt, Ambroſia, Eudora, Padile, Coronis, Poliſſo, Phyleto, Thyene. Hæ Nymphæ Dodonidæ antea dicebantur. Inuenti ſunt, qui nutrices, matribus, & contrà nutrices repertæ, quæ alumnos ſuos filijs ex ſe genitis prætulerint. Exemplo ſunt Chiron, & Phœnix, Alceſtes, & Dyctis, qui Achillem, Pallanta, Perſeumq; alumnos, nõ minus, quã parentes dilexerunt. Ino preterea Gaieta, & Acca larentia, non minore amore Bacchum Aeneam, & Romulum, quã uel Semele, uel Venus, uel Ilia proſecutæ ſunt. Hinc pendet Papinianum (illud.

Non omnia ſanguis
Proximus, aut ſerie grauis promiſſa propago
Alligat, interius noua ſæpe, aſcitaq; ſerpunt
Pignora connexis.

Scythopolis Græcè, Latinè Scytharũ urbs, quod eam Scythæ illuc à Baccho deducti, incoluerint. De Damaſco. Philadelphia, Raphana Plynius eiſdem lib. & cap. b *Alter Caſius mons.*) Nam alter eſt in Arabia, uel uerius iuxta Arabiã de quo ſuprà capite 46. & 47. Solinus meminit. c *Vigilia adhuc quarta conſpicitur globus ſolis.*) Plinius capite uigeſimoſecundo libri quinti de Syria Antiochia loquens. Super eam (inquit) mons eodem, quo alius nomine Caſius, cuius excelſa altitudo quarta orientem per tenebras ſolem aſpicit breui circumactu corporis diem, noctemq; pariter oſtendens. Ambitu ad cacumen XIX. milia paſſuum eſt. Altitudo per directum quatuor. Eadem ferè Mela Pomponius libro primo, ubi de Arabia differit. Et Marcellinus libro hiſtoriarum uiceſimoſecundo, Quæ faciunt ad huius loci explicationem, ſuprà cap. 16. de monte Ida copioſè annotauimus.

De Euphrate, & Tigride fluminibus, deq; uarijs gemmarum generibus. Cap. L. a

EVphraten [a] maior fundit Armenia, ortus ſu- b
pra Zimaram ſub radicibus montis, quem
Capoten accolæ nominant Scythis proxi-
mum. Hic receptis in ſe aliquot [b] amnibus
conualeſcit, & ſtipatus conuenis aquis, luctatur c
cum Tauri montis obiectu, quem apud Eligeam
ſcindit, reſiſtat licet duodecim millibus paſſuum
latitudine, longisqúe excurſibus dextra Comage-
nem, Arabiam læua relinquit. Deinde prælabens
plurimas [c] gentes Babyloniā quondam Chaldæorū

a EVphraten.) Scribit Moyſes Geneſ.2.cap. Deum Paridiſum produxiſſe, ex qua fluuius egrediebatur ad eam irrigendā. Inde autē is fluuius (inquit) in quatuor capita diuiditur. Horū nomina ſunt Phiſon, id eſt, Ganges. Geon, hoc eſt Nilus. Tigris & Euphrates. Idem ſcribit Ioſephus cap.2. lib.1. Antiq. Euphrates autem, ut docet Ambroſius cap.3. eius lib. quē de Paradiſo inſcripſit, Latinè fertilitas, atq; abundantia fluctuum nuncupatur, præferens quoddā inſigne iuſtitiæ, quæ omnem paſcit animam. Nulla enim abundantiores uidetur habere fructus uirtus quàm æquitas atq; iuſtitia, quæ magis alijs quàm ſibi prodeſt, utilitates ſuas negligit, communia emolumenta præponens. Plerique Euphratem ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι, dictum putant, hoc eſt, à lætādo, eò quod hominum genus nullo magis q̃ iuſtitia & æquitate lætetur. Hieronymus autem interpretatur Euphratem frugiferum, ſiue creſcentem. Sunt qui non niſi Allegoricè hæc flumina è paradiſo effluere autument, nec id aliter uerum eſſe uideant. Sed Auguſtino credendum potius, qui exponens 2. cap. Geneſeos ſic de horum fluminum ortu ſcriptum reliquit. Debemus hæc prius ad literam accipere, nec figuratā tantùm locutionē putare, ſed & res eſſe, & aliquid ſignificare. Quo etiā loco ſoluit, quæ in contrariū adduci ſolent. Qui ultra literalem ſenſum alegoriā quærunt, adeant Ambroſium, Gregoriū & Iſidorū, in eius loci expoſitione. Item Hieronimum de locis Hebraicis. Qui dicitur Tigrim, & Euphratē uno fonte naſci, Moyſen authorē ſecuti uidētur ut Boëtius de Conſ. Philoſophiæ lib. 5.

Tigris, & Euphrates uno ſe fonte reſoluunt,
Et mox ab iunctis diſſociantur aquis.

Idē & Lucan. 3. Pharſaliæ ſentire uidetur, cū inquit,

Quaq; caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diuerſis fontibus edit
Perſis, &c.

Nec obſtat ijs, q̃d 3. Bibliothecæ lib. Diod. ꝓdit, Tigrim & Euphratē diſtare ab inuicē ſtadijs mille & quingentis. Nam (ut Auguſtinus, Beda, & cū ijs plures tradunt) hæc duo flumina pleriſq; locis ſub terras eunt, & poſt longos tractus erumpunt, ubi tanq̃ ſuis fontibus nota eſſe perhibentur, quemadmodū & flumina quædā alia ſæpe faciūt. Hinc euenit ut Geographi nō eundē ortum ijs fluminibus tribuant. Quidā enim Euphratē oriri aiunt in præfectura Armeniæ maioris. Alij in monte Aba. Licinius Mutianus ſub radicibus montis, quem Caporē appellant, ſupra Zymarā duodecim millibus paſſuum. b *Receptis aliquot amnibus.*) Veluti ſunt, Lycus, Arſania, Arſanus, &c. c *Plurimas gentes.*) Prælabitur enim per Armenios, Cappadocas, Syros, Arabas, Merorū regionē, Comaginem mediā, Gordianorū terras, Paretanos. Lege Plin. Strab. Melam Pomp. Ptol. item cæteros. De Babylonia quondā Caldæorū capite, infra ultimo huius libelli cap. d *Meſopotamiam opimat.*) Interpres Dionyſij appoſitè μεσοποταμίαν, Mediamnem tranſtulit in Latinum.

Hoc tamen omne ſolum, fluuius quod cingit uterq;
Indigenæ populi pro re dixere Medamnem,
Quod medias amnes has terras flumine cingunt.

ἀπὸ τοῦ μέσου, καὶ ποταμοῦ, id eſt, à medio & flumine. Idem ſcribunt Curtius libro 5. Arrianus in ſeptimo, Diodorus in tertio, de Tigri & Euphrate loquens. Dilati (inquit) per media, & Paretanos deſcendunt in Meſopotamiam, quam undiq; circundantes regioni nomen indiderunt. Deinde per Babyloniam fluētes, in mare rubrum deferunt. Vides ex ijs Diod. uerbis, Tigrim, & Euphratē in mare Rubrū defluere, quod Herodotus in Clio. Q. Curtius in quinto, & cum ijs plures indubiè tradiderunt. Arrianus in ſeptimo, & Ptolem. cap. 18. quinti Tabularū Aſiæ tertia & quarta. Et Solinus hoc eodē capite ſcribūt dicta flumina mare Perſicum influere. Nearchus (ut idem Arrianus refert) prodidit, ab oſtio Euphratis uſq; Babylonē, tria millia & trecenta ſtadia contineri. Sunt qui Euphratem in nullum effluere pelagus autument, ſed in paludem quandam eius partem maximam dilabi, rurſusq; in terra ſui finem recipere.

Hæc

a caput diuidit. Meſopotamiam [d] opimat annuæ in-
undationis exceſsibus, ad inſtar Ægyptij [a] am-
nis terris ſuperfuſus, [b] inuecta ſoli fœcunditate. Iiſ-
dem ferme temporibus, quibus Nilus exit, ſole ſcili-
b cet in parte Cancri uiceſima cõſtituto. Tenuatur cũ
iã Leone decurſo ad extima Virginis curricula facit
tranſitum. Quod [c] Gnomonici ſimilibus parellelis
accidere contendunt, quos pares, & cœli & terrarum
c poſitione æqualitas normalis efficit lineę. Vnde ap-
paret iſta duo flumina ad modulum eiuſdẽ perpen-
diculi conſtituta, licet è diuerſis manent plagis, eaſ-
dem incrementi cauſas habere. De Tigride quo-
d que hoc [d] loco dicere par eſt. In Armenię [e] maioris re
gione caput tollit mirè quàm lucido, conſpicuoque fonte
in loco edito, [f] qui Elõgoſine nominatur. Nec tamẽ
ab exordio ſtatim totus eſt. Primum pigrè fluit, nec
e cum ſuo nomine. At cum fines Medorum inuectus
eſt, Tigris ſtatim dicitur. Ita enim Medi nominant

Hæc Philoſtratus retulit lib. 1. Mirum & illud eſt quod de Euphrate primo belli Perſici Procopius refert: Euphrates (inquit) fertur ab initio in quendam pronum locum, longeque procedens poſtea latitat, non quod ſub terram ingrediatur, ſed mira quadam cauſa. Etenim ſuper aquã eius limus fit altus longitudine ſtadijs quinquaginta, latitudine uiginti, adeoque dureſcit, ut tangentibus nihil aliud quàm continens eſſe uideatur, ſuper quo & pedites, & equites ſecurè contingit ambulare. Currus item plures cotidie. Super eodẽ calami quoque numeroſi naſcuntur, qui ab accolis ſingulis annis uento ſecundo flãte uſque ad radices comburuntur, ne uiã prætereuntibus impediãt &c. De Meſopotamiæ fertilitate idem Dionyſij interpres.

Agricolis pariter, paſtoribus atque feracem.

Vbere nam læto, &c.

Lege Plinium cap. 17. & 18. uoluminis 18. naturalis hiſtoriæ. a *Inſtar Aegyptij amnis.*) Verba Plinij ſunt ex capite 18. decimioctaui. Similis ratio, ſed felicitas maior Babyloniæ Seleuciæ, Euphrate atque Tigri reſtagnantibus, quoniam ibi rigandi modus manu temperatur. Capite autem 17. eiuſdem uoluminis Limum (inquit) non inuehunt Euphrates, Tigriſque ſicut in Aegypto Nilus. Nec terra ipſa herbas gignit. Vbertatis tamen tantæ ſunt, ut ſequenti anno ſponte reſtibilis fiat ſeges, impreſſis ueſtigio ſeminib. Fertilitatis cauſam Curtius affert humorem qui ex utroque amne manat toto ferè ſolo per uenas aquarũ reſudãte. Arrianus lib. 7. ſcribit Euphratẽ per altiora excurrere, ubique ripis æqualem, multas foſſas ab eo deriuari, alias quidẽ perennes, ex quibus accolæ utrinque campos irrigant, alias temporarias eſſe. Raros in his locis imbres cadere. Quapropter (inquit) & uadoſus eſt, & haud magnã uim aquarum uehit. b *Terris ſuperfuſus.*) Sunt codices qui ſic habeant. Terras contegens, inuecta ſoli fœcunditate. c *Quod Gnomonici ſimilibus parellelis.*) Arguitur incuriæ hic Solinus, quod crediderit Euphratem inſtar Aegyptij Nili, ijſdem ferme temporibus, quibus Nilus exit, ſoli fœcunditatem inuehere non aliam ob cauſam, quam Gnomonici reddant, id ſcilicet ſimilibus parellelis accidere, quos pares & cœli & terrarum poſitione æqualitas normalis facit lineæ, &c. Non aſſerit hoc Solinus, ſed id Gnomonicos cõtendiſſe refert. Præterea quis neget alicubi Nilum & Euphratem ſub eiſdem parellelis ſitos eſſe? Nec uerũ eſt, imò plerumque falſum horũ, uel aliorum fluminũ augmentũ, ſemper in ipſorũ fontibus quærendũ eſſe. Quid ſi tam Nili quàm Euphratis augmẽti cauſam eam eſſe putemus, quã Thales & ſecũ plures reddiderũt, quod uidelicet uenięti flumini obuij quidã uenti aduerſo ſpiritu curſum deſcendentis impediant. Aut arenis, quas cum fluctibus littori applicant (ut Mela inquit) oſtia obducãt. Ephorus Nili augmenti cauſam tradit, quod Aegyptus tota, æſtate laxetur, & ueluti undarũ uim quãdam exudet. Hæc non minori ratione in Euphrate, quàm in Nilo poterunt reperiri. Retulimus præterea parũ antè, Nilũ & Euphratẽ idem omnino habere principiũ, quod in Paradiſo Moyſi teſtimonio ortũ habeant. Sic que hæc duo flumina, ad modum eiuſdem perpendiculi conſtituta. d *De Tigride quoque.*) Plinius cap. 27. ſexti. ſcribit Tigri flumini à uelocitate nomẽ inditũ. Ita enim (inquit) appellant Medi ſagittam. Diuus Hieronymus in lib. de locis Hebraicis uocari ait hoc nomine propter uelocitatẽ inſtar beſtiæ nimia pernicitate currentis. Fluuius hic de Paradiſo exiens iuxta ſcripturæ fidem, pergenſque cõtra Aſſyrios, & poſt multos circuitus (ut uult Ioſephus) in mare Rubrum influit. e *In Armeniæ regione caput tollit.*) Oritur Tigris (inquit Plinius) in regione Armeniæ maioris, fonte conſpicuo in planicie. Loco nomen Elongoſine eſt, ipſius, qua tardior fluit Diglito, &c. f *Edito loco.*) Videtur legendum, haud edito loco, Plin. cap. 17. lib. 6. Oritur in regione Armeniæ maioris fonte conſpicuo in planicie,

ſagittam. Influit in Arethuſam [a] lacum omnia pon- a
dera ſuſtinentem. Cuius piſces nunquam ſe alueo [b]
Tigridis immiſcent, ſicut nec amnici piſces in ſtag-
num tranſeunt Arethuſæ, per quem diſsimilis co-
lore, & uolucri meat curſu. Mox Tauro reſiſtente b
[c] in profundum ſpecum mergitur, quem ſubterla-
bens in altero eius latere apud Zoroandam emicat,
uluas, & purgamenta plurima ſecum trahens. De-
inde identidem abſconditur, rurſuſq́ue redditur. A- c
diabenos, Arabaſq́ue præterfluit. Meſopotami-
am amplectitur. Amnem nobiliſsimum Choaſpen
accipit, [d] Euphraten defert in ſinũ [e] Perſicum. Quæ-
cunque Euphratem bibunt gentes, diuerſo nitent d
lapide. Zmilaces [f] in ipſo Euphratis alueo legitur,
gẽma ad imaginem marmoris Procõneſi, niſi quod
in medio umbilico lapidis iſtius, glaucum uelut ocu
li pupula internitet. Sagda à Chaldæis [g] ad nos e
uſque profluxit haud facilis repertu, ni (ut perhibẽt)
ipſa capeſſendam ſe daret. Namque ingenita ſpi-
ritus efficacia ſupermeantes naues è profundo petit,
& carinis ita tenaciter adcorporatur, ut niſi abraſa f
parte ligni ægrè ſeparetur. Ea Sagda apud Chaldęos
propter effectus, quos ex ea ſciunt, habetur loco
principe, cæteris propter gratiam magis complacet
iucundiſsimè uirens. Myrrhites [h] Parthis fami- g
liaris eſt. Hunc ſi uiſu æſtimes, Myrrhæ color eſt,
& non habet quod afficiat aſpectum. Si penitus ex-
plores, & attritu incites ad calorem, ſpirat Nardi ſua
uitatem. In Perſide lapidum tanta copia eſt, tantaq́ue h
diuerſitas, ut longum penè ſit ipſis uocabulis im-
morari. Mitridax [i] ſole percuſſa coloribus mi-

nicie. Loco nomen Elongoſine eſt, &c. a *In Arethuſam.*) Plinius cap. 106. ſecundi, & cap. 27. ſexti hũc lacum Aretiſſam uocat. Strabo Arſenem, & Thopitin. Dionyſius poëta Thonitin. Nata confuſi o (inquit Hermolaus) quod utrumq; ſtagnũ Tigris amnis trãſuectus in cuniculos, ſpecusq; mergitur. Ptolemæus in Armenia maiori tria ponit ſtagna, Lychnitin, Arſiſſam, Thoſpitin ab urbe Thoſpa, ſiue q̃d idem eſt Thopitin. b *Nunquam ſe alueo Tigridis.*) Ex Plinio & hoc à principio capitis 27. lib. ſexti. c *Tauro reſiſtente.*) Plinij uerba, unde ſumpſit Solinus, ſunt hæc Tranſuectu'ſque occurrẽte Tauro monte, in ſpecu mergitur, ſubter'que lapſus à latere altero eius eruit. Locus uocatur Zoroanda. Eundem eſſe manifeſtum eſt, quod demerſa perfert, &c. d *Choaſpen accipit.*) Vetuſti Solini codices ferme omnes Hidaſpen habent, ſed ex Plinio capite uigeſimoſeptimo lib. ſexti, Choaſpen legi conuenit. Poſtea (inquit) recipit ex Media Choaſpẽ, atque (ut diximus) inter Seleuciam, & Cteſiphontem uectus in lacus Chaldaicos, &c. e *Euphraten defert in ſinum Perſicum.*) Plinius eodem, quem modo citauimus loco. Mox (inquit) uaſto alueo profuſus dextera Characis oppidi infertur mari Perſico decimo ore, &c. Herodotus primo, & ſexto uoluminibus. Diodorus libro tertio, Q. Curtius lib quinto. Diuus Hieronymus. Ioſephus capite ſecundo primi Antiquitatum, & plures alij aſſerũt Tigrin amnem non in ſinum Perſicum, ſed in mare Rubrum inferri, ſicut de Euphrate hoc eodem capite recenſuimus. f *Zmilaces.*) Sic ex Plinio legendum eſt cap. 10. lib. ultimi. Zmilaces (inq̃t) in Euphrate naſcitur. Proconneſo marmori ſimilis, medio colore glauco. De Proconneſo marmore Plin. cap. 31. lib. quinti. Id alio nomine Cyzicenum marmor uocitant. g *Sagda à Chaldæis.*) Huius lapidis paucis meminit Plinius capite 10. ultimi uoluminis. Solini ſententiam nouem carminibus Marbodæus Gallus complexus eſt, tit. 54. eius libelli, quem de lapidibus precioſis ſcriptum reliquit. Albertus uocum prorſus indiligens Sardam nominat, ſecundo de Mineralibus uolumine. h *Myrrhites.*) Nomen habet, quoniã colore odoreq; Myrrhæ perſimilis ſit. ἀπὸ τῆς μύῤῥας. De quo Plynius cap. 10. lib. ultimi. Myrrhites (inquit) Myrrhæ colorem habet, faciem'q; minimæ gemmæ unguenti odorem attrita, etiam Nardi. Interpres Dionyſij.

Myrrhitenq́; bonum Nardi cum reddit odorem.

i *Mitridax.*) Apud Plin. nõ Mitridax, ſed Mitrax ſcriptum eſt, cap. 10 lib. ultimi. Mitrax (inquit) Perſis accepta eſt, & Rubri maris montibus multicolor, contra Solem uariè fulgens. Sed ſiue Mitridax, ſiue Mitrax nuncupetur, certum eſt à Mitra

id eſt,

a cat uarijs. Tecolithos [a] nucleo oliuæ ſimilis ſper-
nitur, cum uidetur, ſed remedijs bonus uincit alio-
rum pulchritudinem. Solutus quippe & hauſtus
pulſis calculis renum dolores, ac ueſicæ leuat. Am-
b mochryſos [b] arenis auro intermixtis, nunc bracte-
arum, nunc pulueris habet quadrulas. Aetices [c]
& fuluus eſt, & tereti poſitione, alterum lapidem
intrinſecus cohibens, cuius crepitu ſonorus eſt,
c cum mouetur, quamlibet tinnitum illum non in-
ternum ſcrupulum facere, ſed ſpiritum ſcientiſsi-
mi dicant. Hunc Aetitem Zoroaſtres præfert
omnibus, maximamque illi tribuit poteſtatem.
d Inuenitur autem in nidis aquilæ, aut in littoribus
oceani. In Perſide tamen plurimus. Subnexus
ſpem uteri defendit à fluxibus abortiuis. [d] Pyrrhites
fuluus eſt, tenerique ſe uehementius non ſinit, ac ſi quan-
e do artiore manu premitur, digitos adurit. Chalazias
[e] grandinis, & candorem præfert, & figuram,
duritia robuſtiſsima, & inuicta. Echites [f] uipereas

id eſt à Sole nomen habere. Scribit Lactantius Papinij interpres in fine primi Thebaid. Apollinem, ſiue Solem, à diuerſis gentibus uarijs appellari nominibus. Apud Achemenios Titana, apud Aegyptios Oſirim, apud Perſas, ubi in antro colitur, Mitram. Ab effectu igitur Mitræ, id eſt, Solis nomen inditum. a *Tecolithos.*) Quaſi calcularis lapis, τῆκος calculus, λίθος, lapis. Plin. cap. 10. triceſimiſeptimi. Tecolithos (inquit) oleæ nucleo ſimilis uidetur. Neque eſt gemmæ honos, ſed lingentium calculos frangit, pellitque. Dioſcorides libro quinto, id eſt, capite 901. Iudaicum lapidem nuncupat. Nomen (inquit) à gente, cui naſcitur, grandis, effigie candidus ſpecioſusque, reſpondentib. ordine quodam lineis tam exacte, ut manu & torno ductæ uideri poſſint. Diffuſo fatuus ſapor, magnitudine ciceris, ut collyrium ad coticulas. Si cum aquæ calidæ cyathis ternis bibatur, urinæ difficultatibus auxilium præſtat, calculosque in ueſica frangit. Hæc Dioſcor. Eum frangere calculos à Galeno falſum exiſtimatur. Ab Alberto ſecundo Mineralium libro Cegolites dicitur, ſed ei nominum nulla cura. Auicenna tractatu ſexto quinti Canonis refert plurima calculorum remedia. Solini de hoc lapide ſententiam eleganter ſatis refert. Marbodæus tit. 44. de lapidibus. b *Ammochryſos.*) Græcis ἄμος καὶ ἄμμος arena dicitur. χρυσός aurum, lapidi nomen inde datum, quod aurearum arenarum ſpeciem præ ſe ferat. Plinius capite xi. libri ultimi. Arenarum ſimilitudo eſt in Ammochryſo, uelut auro arenis mixto. c *Aetites.*) Ab aquila, quam Græci ἀετὸν uocitant, quod in aquilarum nidis reperiatur. Quæ de Aetite lapide ſcribit Plinius, in indice ſuper eum authorē in unū redegimus. Adſcribam tamen Dioſc. ex lib. 5. uerba. Aetites lapis (inquit) ceu prægnans, intusque uelut in alueo alterum lapidem habēs, ſonū ſi quatias remittit. Grauidis, quibus uteri prolabantur, læuo brachio ſuſpenſus partum cōtinet. Sed cum eo ſunt, ut pariant translato eo ad fœmur circa dolorē ſoluentur. Deprehendi & furta illo prædicant. Nam panis in quo lapis ille fuerit porrectus furi, cōmanducatusque transmitti nō poterit, &c. Hinc elegans ꝓuerbium ſumi cōueniet. Aeriticus panis huic porrigēdus. In hominē, cui furandi uitiū natura ſit inſitum. Hunc lapidē quidā Gagiten nominant. Strabo Gangiten, inque Armenia repertum tradit, quo ſerpentes fugantur. Notatu dignū eſt, quod 2. uitæ Apollonij Philoſtratus refert. Aues quoque (inquit) quis non uideat pullorum cauſa multa facientes, uelut Aquilas, ac Ciconias? Quæ nunque nidos extruunt, quin lapides illis imponāt. Hæc quidē à ſe Aquilinum uocatū, illa uerò Lychnicum appellatū. Propterea, quod facē adhibent ut oua fœtū ꝓducant, & ſerpentes nidis non appropinquent. Ab Alberto more ſuo Ethices nuncupatur. d *Pyrites.*) Ab effectu gemmæ nomen inditū, id eſt, ἀπὸ τοῦ πυρός, id eſt, ab igne, quod teneri ſe uehementius non ſinat, aduratque digitos ſiquādo artiori manu premi cōtingat. Plin. cap. xi. lib. ultimi. Pyrites (inquit) nigra quidē, ſed attritu digitos adurit. Eius naturam quatuor uerſibus exprimit Marbodæus, *Cui fuluus color eſt, cui nomen ab igne Pyrites*, &c. Eſt etiā lapidis genus, de quo æs perficitur, de quo Plinius cap. 19. triceſimiſexti naturalis hiſtoriæ. Item Dioſc. lib. 5. id eſt, capite operis totius 979. ſi capitum numerū bene correxeris. e *Chalazias.*) Sunt qui Chalaxias ſcribant, ſed ſi ethimologiā ſeruemus per z non x ſcribendū uidetur. Nam ἀπὸ τῆς χάλαζης ſumptū nomen, id eſt, à grandine, quod grandinis candorē figuramque plurimū imitetur. Plin. cap. xi. triceſimiſeptimi nat. hiſt. Chalazias (inquit) grandinū & colorē & figurā habet, adamantinæ duritie. Narrant etiam in ignem additæ manere ſuum frigus. Marbodæus.

Eſt quæ candorem fert grandinis, atque figuram
Ictibus omnimodis inuicta Chalazia gemma,

Cuius

Cuius naturæ uis tanta probatur, ut omni *Tempore frigida ſit, nulloq́ calefcat ab igne.*
Miranda paſſim Alberti licentia, qui hunc ipſum lapidem Geloſiā aſſerit nuncupari. f *Echites.*) Plu
res gemmæ ſunt, quæ ab animalibus ſortiūtur cognomina, ut Carcinias, Scorpites, Scarites, Triglites,
Aegophthalmos, Geranites, Hieracites, Aeatites, Myrmecites, & ſexcentæ aliæ huius genus. Sic etiam
Echites à uipera nomen habet, quæ Græcis ἔχις dicitur, & ἔχιδνα, ſed prior mas, ſequens fœmina eſt.

habet maculas. Dionyſias [a] fuſcus eſt rubentibus notis ſparſus. Idem ſi aquæ mixtus conteratur, uinū flagrat, & quod in illo ordine mirificum eſt, ebrietati reſiſtit. Gloſſopetra [b] deficientibus lunis cœlo cadit. Linguæ ſimilis humanæ, non modicæ (ut Magi ferunt) poteſtatis, qui ex ea lunares motus excitari putant. Solis gemma [c] percandida eſt ad ſpeciem fulgidi ſyderis, rutiloſqúe ex ſe iacit radios. Veneris crinis [d] nitet nigro, internis ductibus oſtentans ruforum crinium ſimilitudinem. Selenites [e] tranſlucet fulgore candido, melleoqúe, continens lunæ imaginem, quem iuxta curſum aſtri ipſius perhibent diebus ſingulis uel minui, uel augeri. Meconites [f] papauera exprimit. Myrmecites [g] reptantis formicæ effigie notatur. Calcophtongos [h] reſonat ut pulſata æra. Pudicè habitus ſeruat uocis claritatem. Siderites [i] à cōtemplatione ferri nihil diſſonat. Verùm maleficus quoquo inferat diſcordias excitat [k] Phlo-

a *Dionyſias.*) A' Dionyſio uini repertore nomen inditum. Plinius cap. 10. lib. ultimi. Dionyſias (inquit) nigra, ac dura mixtis rubentibus maculis, quæ ex aqua trita ſaporem uini facit, & ebrietati reſiſtere putatur.

Nigra micat rubeis Dionyſia conſita guttis,
Hanc in aqua tritam uinum flagrare loquuntur,
Et tamen ebrietas ipſius odore fugatur,
In quo naturæ ſolito nihil ordine currit
Dum lapis è lympha uini producit odorem,
Quamq́ citare ſolet uinum fugat ebrietatem.

b *Gloſſopetra.*) A' linguę ſimilitudine nomen habet, id eſt, ἀπό τῆς γλώσσης, hoc eſt, à lingua. Plinius cap. 10. triceſimiſeptimi nat. hiſtoriæ. Gloſſopetra linguæ ſimilis humanæ. In terra non naſcitur ſed deficiente luna, cœlo decidere, & lenocinanti neceſſaria creditur. Quod ne credamus promiſſi quoque uanitas facit. Ventos
enim ea comprimi narrant. c *Solis gemma.*) Effectu Soli hic lapis ſimilis. Vnde eſt nomen. Plinius
capite decimo ultimi. Solis gemma candida eſt (inquit) & ad ſpeciem ſyderis in orbem fulgentes ſpar-
git radios. d *Veneris crinis.*) Ob pulchritudinem nomen inditum uideri poteſt. De quo Plinius eiſ-
dem lib. & cap. Veneris crines (inquit) nigerrimi nitoris cōtinent in ſe ſpeciem rufi crinis. e *Selenites.*)
A' luna nomen inditum, quæ Græcè σεληνιᾶα, καὶ σελήνη dicitur. σελὰς, καὶ σελάς iubar, ſplendor, quaſi lunæ iu-
bar, & ſplendorem dicas. Sunt qui eum Aphroſelenō, quoniam noctu inueniatur plenus luna creſcen
te. Dioſcorides ait eum naſci in Arabia, tranſlucerḗque ex candido, ponderis exigui. Docet eodem
loco, id eſt, cap. 995. qualis ſit eius utilitas. Illud mirum quod eo arbores fertiles fieri uidentur, ſi uinctū
eum cōtineant. Mira de eodem refert Marbodæus, quē corrupto uocabulo imitatur Albertus 2. de Mi-
neralibus libro. Vide Plin. cap. 10. triceſimiſeptimi nat. hiſt. f *Meconites.*) Dictus Meconites, quod
papaueri plurimū aſſimiletur. Græci enim μήκωνα, papauer nominant. Eadem omnino uerba capite 10.
triceſimiſeptimi reperies apud Plinium. g *Myrmecites.*) A' formica quæ Græcè μύρμηξ dicitur, nomen
habet. Plinio Myrmecias dicta. Habet enim (inquit) eminentias ſimiles uerrucis. Verrucas autem Græ
ci μυρμηκίας, ἢ μυρμηκίας uocitant. Non uideo cur quidam Myrmictes repoſuerint. h *Chalcophtongos.*) Ab
ære, & ſono compactum nomen, Latinè æriſonum diceremns. Græci enim χαλκόν æs, φθόγγον ſonum nun
cupant. Apud Plinium Chalcophonos paſſim legitur, conſimili tamen ſignificatu, ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ, καὶ φωνῆς,
ἢ φωνέω, ueluti æriuocum dicamus. Verba Plinij ex capite decimo trigeſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ
ſunt hæc. Chalcophonos (inquit) nigra eſt, ſed illiſa æris tinnitum reddit, Tragœdis ut ſuadentur ge-
ſtanda, poteſt & alia nominis eſſe ratio, quoniam ut ait Solinus, pudicè habitus ſeruat uocis clarita-
tem. i *Siderites.*) A' ferro cui plurimùm ſimilis eſt, nomen habet. Græcè enim ferrum σίδηρος dicitur.
De eo lapide Plinius capite decimò, triceſimiſeptimi. Sideritis ferro ſimilis, & litigio illata diſcordias
facit, quæq́ naſcitur in Aethiopia. k *Phlogites.*) A' flamma lapis iſte nomen habet, quæ Græcè φλὸξ
dicitur. Oſtentant enim intra ſe (inquit Solinus) quaſi flammas æſtuantes. Hanc gemmam, ni fallor, Pli
nius cap. xi. lib. ult. Phlegontidem nominat, à uerbo φλέγω, id eſt, ardeo nomen trahens. Quare uel hic,
uel apud

uel apud Plinium dictio deprauata eſſe uidetur. In ueteribus Solini exemplaribus, plerūq; Flogites, a ſcriptum inuenies. a *Anthracias.*) Apud Pliniū ca.xi.lib.ultimi Anthracitis legitur, nōn Anthracias. In Anthracitide (inquit) ſcintillę diſcurrere aliquando uidentur. A pruna nomen ſumptum, quam ἀνθρακιάν, ἢ ἀνθρακίδα Græci nominãt. Poteſt & à carbone, id eſt, ἀπὸ τοῦ ἀνθράκου fuiſſe nomen inditum. b *Enydros.*) Græcis ἔνυδρος aquoſus, uel aquatilis dicitur. Plinius ca.xi.li.ultimi. Enydros ſemper rotunditatis abſolutæ, in cãdore eſt leuis, ſed ad motum fluctuat intus in ea ueluti in ouis liquor. Huius dictionis nõ aſpirãda media, ſi Græcã literaturã ſequi uolumus. f

a gites oſtentat intra ſe quaſi flammas æſtuantes. Anthracias [a] coruſcat uelut ſintillantibus ſtellis. Enydros [b] exudat, ut clauſam in eo putes fontaneam ſcaturiginem.

b De Cilicia, & antro Coricyo, Deq; monte Tauro. Cap. LI.

c CIliciam, [c] de qua igitur, ſi ut nunc eſt, loquamur, derogaſſe uidebimur fidei uetuſtatis. Si terminos ſequimur, quos habuit olim, abſonum eſt à contemplatione rerum præſentiũ. Ergo
d inter utrãq; culpã, factu optimũ eſt, amborũ temporũ ſtatum perſequi. Cilicia antea uſq; ad Peluſium [d] Aegypti pertinebat, Lydijs, Medis, Armenijs, Pamphylia, Cappadocia ſub imperio Cilicum conſtitu-
e tis. Mox ab Aſſyrijs ſubacta [e] in breuiorem modum ſcripta eſt. Plurima iacet campo, [f] ſinu lato recipiens Iſsicum mare à tergo montium Tauri, & Amani iugis clauſa. A Cilice [g] nomen trahit, quem ætas

C*Iliciam, de qua.*) Qualis ſit Ciliciæ ſitus, & quibus ſinibus terminetur, docet Ptolemæus cap.8.libri quinti, & prima tabularum Aſiæ. Ammianus. 14. hiſtoriarum uolumine. Superatis (inquit) Tauri montis uerticibus, qui ad Solis ortũ ſublimius attolluntur, Cilicia ſpatijs porrigitur latè diſtinctis. Diues bonis omnibus terra, eiuſq; lateri dextro annexa Iſauria eſt &c. Q. Curtius tertio geſtorum Alexandri libro. Ciliciam eleganter deſcribit ijs quidem uerbis. Perpetuo iugo montis aſperi, ac prærupti Cilicia (inquit) includitur, Quod cũ à mari ſurgat, uelut ſinu quodam, fluxuq; curuatum, rurſus altero cornu in diuerſum littus excurrit. Per hoc dorſum, qua maximè introrſum mari cedit, aſperi tres aditus, & peranguſti ſunt, quorum uno Cilicia intranda eſt. Campeſtris eadem qua uergit ad mare. Planiciem eius crebris diſtinguẽtibus riuis &c. Cilicũ gens (ut primo de diuinatione ſcribit Cicero) uolatus auiũ, cantibuſq; certiſsimis ſignis declarari res futuras putat. Mos eorum in bellis fuit, ut pro ſcutis paruulas galeas è crudo bouis corio factas, laneis ueſtibus induti. Bina ſinguli iacula geſtantes enſem machæræ Aegyptiacæ perſimilem. Xerxi Græcis bellũ mouenti, centum naues tribuerunt, quod & Herodotus lib.7.annotauit. Inter cætera uitia Cilicibus tũ mendacium, tũ furacitas ſolent aſcribi. Hinc ex utroq; natum Adagium. κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει. Cilix non facilè uerum dicit. Item Plautus in Trinummo. Latrocinatũ aut in Aſiam, aut in Ciliciam ibit. d *Vſq; ad Peluſium.*) Varijs temporibus, uariè facta eſt regionũ diuiſio, id quod ex Sex. Rufo licet agnoſcere. e *Ab Aſſyrijs ſubacta.*) Diod. Siculus Etheſiã hiſtoricũ ſecutus ſcribit Ninum primũ Aſsyriorũ regem imperio ſuo ſubieciſſe omnes maritimas, ac propinquas gentes, Aegyptios, Phœnices, & interiorẽ Syriam, Ciliciam, Pamphiliã, Lyciam, Cariã, Phrygiã, Myſiã, Lydiã, Troada, & Phrygiam, quæ eſt ſupra Helleſpóntũ &c. Iuſtinus etiam lib. primo ex Trogo refert, eundẽ Ninũ primũ intuliſſe bella finitimis gentibus, rudeſq; adhuc ad reſiſtendum populos, ad Libyæ uſq; terminos perdomuiſſe. Idem ſcribit Auguſtinus ca.2. decimi octaui Ciuitatis dei. Herodotus præterea in Clio tradit Crœſum Lydiæ regẽ, inter alias nationes. Cilices etiam ſubegiſſe. f *Plurima iacet campo.*) Strabo lib.14. diuidit Lyciam, quæ extra Taurum eſt, in Liciam Tracheam, & campeſtrẽ. Græci enim τραχεῖα aſperum dicunt, & τραχῶνα ſaxoſum locũ, Trachea orã maritimã peranguſtam habet, & nullum, uel rarò locũ planũ. Et Taurus imminet malè habitatus, uſq; ad latera Borealia, q̃ circa Iſauria ſunt, & Homonades, uſq; in Piſidiam. Eadem Trachiotis dicitur, & incolæ Trachiotæ. Campeſtris uerò à Solis Tarſo Iſſum uſq; pertendit. Hæc regio magna ex parte cãpis, & locis optimis abũdat. g *A Cilice nomẽ trahit.*) Ioſephus ca.xi. primi Antiqtatũ tradit Ianũ Iaphet filiũ tres habuiſſe filios, q̃rũ uni Tarſis nomẽ fuit. Is à ſe Tarſos populos appellauit. Sic eñ (inqt) antiqtus Cilicia uocabatur. Scribit Herod.li.7. Cilices à Cilice Phœnice Age

priſtina penè ultra æuum memoriæ abſcondit. Hūc a aiunt Phœnice ortum, qui antiquior [a] Ioue de primis terræ alumnis habetur. Matrem urbium habet Tarſon, [b] quam Danaes proles nobiliſsima Perſeus locauit. [c] Hanc urbem interſecat Cydnus b amnis. Hunc Cydnum, [d] alij præcipitari Tauro, alij deriuari ex alueo Choaſpis tradiderunt. Qui Choaſpes ita dulcis eſt, ut Perſici reges [e] quamdiu intra ripas Perſidis fluit, ſoli ſibi ex eo pocula uendicarint, & cum eundum foret peregre, aquas eius ſecum uectitent. Ex illo igitur parente Cydnus miram c trahit ſuauitatem. Quicquid cādidū eſt Cydnū genti li lingua Syri dicunt, unde amni huic nomen datum.

noris filio cognominatos eſſe, quum antea Hypatei (inquit) diceretur. Diuus Hierōnymus Ciliciā in
terpretatur. Cœtū, luctum, aſſumptionē, uomitū, uocationemq́ lamentabilē. a *Antiquior Ioue.*)
Si fabulis creditur, eiuſdē cū Ioue ætatis. Cilix enim Agenoris filius, Cadmi frater, miſſus à patre ad
Europam ſororē à Ioue raptam inueſtigandam, ueritus patrē, quod eam non repererit, hanc ipſam re
gionem occupauit, quam tandē de ſuo nomine Ciliciā nominauit. Patet ergo eodem cū Ioue tempo
rè floruiſſe. Potuit autem anno-
ſior eſſe Ioue. b *Matrem*
urbium habet Tarſon.) Matrem ur
bium uocat tum ob eius uetu-
ſtatem, tum ob excellens in ea
urbe ſtudium. Tantum (inquit
Strabo) Tarſenſibus ſtudium
circa philoſophiam fuit, & alias
diſciplinas, quę in corona uer-
ſantur, ut Athenas, & Alexādri-
am ſuperarent, & ſiquis alius lo
cus dici poteſt, in quo ſcholæ, &
philoſophiæ exercitationes fue
rint. Sed hoc uno plurimum ex
celluit, qđ hic indigenæ diſcūt,
peregrini uerò non multi huc
adueniunt &c. Viri ex ea urbe il
luſtres fuere, ex Stoicis, Antipa
ter, Archelaus, & Neſtor, & duo
Anthenodori. Horum alter Ca-
tonis familiaris, alter Cæſaris di
ctatoris præceptor. His omnibus multò excellentior Paulus ille Apoſtolorū maximus, & doctor gen
tiū quo uno quātū Chriſti eccleſia profecerit, notius eſt, q̄ ut hoc loco recenſendum ſit. c *Per-*
ſeus locauit.) Srabo lib. 14. Arrianus lib geſtorum Alexandri ſecundo. Euſebius lib. temporū ſcribunt
Sardanapalum ultimum Aſsyriorū regem una die condidiſse, idq́ in eius monumento aſſyrijs literis
inſculptū ijs quidē uerbis, Sardanapalus Anacindaraxis filius, Anchialem, & Tarſum una die condi-
dit, ede, bibe, lube, &c.

Cum te mortalem noris, præſentibus exple
Delicijs animum, poſt mortem nulla uoluptas &c.

Aliorū ſententia eſt (ut idem Stra. refert) Tarſum
eſſe Argiuorū opus, quos Io querentes illuc nauigaſſe, condidiſſeq́ Tarſon ipſam urbem. Dionyſius
poëta à Bellerophonte eā urbē conditā ſentire uidetur. Vnde à Pegaſo eius equi planta urbi nomen
datū, id eſt, ἀπὸ τοῦ ταρσοῦ, id eſt, ab ungula. Dionyſij uerſus Auieno interprete hi ſunt.

Cydnus item mediæ diſcernit mœnia Tarſi,
Pegaſus hoc olim ſuſpendit ceſpite ſeſe,
Impreſſaq́ ſolo liquit ueſtigia calcis,
Eſſet ut inſigni reuoluta in ſæcula ſemper
Nomen humo, clari poſt ultima Bellerophontis.

Fuiſſe autem Tarſum à Perſeo conditā, ſcribunt
cum Solino Ammianus. 14. Hiſtoriarū lib. & Lucanus tertio Pharſaliæ. Alia de ea urbe in Cōmenta-
riolo noſtro ſuper eū Dionyſij locū, paucis annotauimus, ſuper illud. *Flexilis & Cydnus, dirimit qui flu*
mine Tarſon. Sed ne ſcriptores in ea re contrarij uideantur, intelligendū eorū alios de prima urbis fun
datione, reliquos uerò de inſtauratione, uel ampliatione eiuſdem intellexiſſe. d *Hunc Cydnum.*)
Strabo lib 14. Tarſon (inquit) Cydnus mediā perfluit, iuxta gymnaſiū iuniorū. Eius ortus nō procul
eſt, alueus uerò per profundā uallem illatus rectà in urbem egreditur. Aqua eſt rapidiſsima, & frigida,
quapropter hominibus, ac beſtijs auxiliatur, quæ neruos craſsiores habent. Q. Curtius lib. 3. Cydnus
(inquit) inclytus amnis, nō ſpatio aquarū, ſed liquore memorabilis. Quippe leni tractu è fōtibus labēs
puro ſolo excipitur. Nec torrentes incurrunt, qui placidè manantē alueū turbent. Itaq́ incorruptibi-
lis idemq́ frigidiſsimus. Quippe multa riparū amœnitate inumbratus, ubiq́ fontibus ſuis ſimilis in
mare euadit. Ex Tauro monte eū oriri, tradit Arrianus. 2. geſtorū Alexādri lib. Pli. ca. 2. triceſimiprimi
natura. hiſt. dicit eū amnē podagris mederi. Idē ſcribit Vitruuius in 8. Nō lego apud nobilē quēpiā au
thorem Cydnum amnē, ex Choaſpis alueò deriuari. e *Perſici reges,*) Herodotus libro primo de
Cyri regis exercitu. Ducit rex (inquit) magnum exercitum probè domi comparata re frumentaria,
atq́ pecuaria. Portatur item aqua ex flumine Choaſpe Suſa præterfluente, quo uno ex omnibus flu-
minibus rex potat. Cuius Choaſpis aquam decoctam, & in argentea uaſa diffuſam ferentes. Per-
multæ carrucæ quatuor rotarum multis trahentibus aſsiduam comitātur quocunque ille profici-
ſcitur.

a Tum & uere cum niues ſoluuntur, reliqua parte an=
ni tenuis eſt, & quietus. Circa Corycum [a] Ciliciȩ
crocum plurimum,[b] optimumqúe, det licet Sicilia,
det Cyrena, det & Lycia, hoc primum eſt. Spirat fla
b grantius, colore plus aureo eſt. Succi ope citius pro=
ficit ad medelam. Ibi Corycus oppidum eſt, & ſpe=
cus, [c] qui montem impoſitum mari à ſummo cauat
uertice, patulus hiatu ampliſsimo. Nam deiectis la=
c teribus in terræ profundum, nemoroſo orbe comple=
ctitur mediam inanitatem, uirent introrſus lucis
pendentibus. Deſcenſus in eum per duo [d] milia
& quingentos paſſus non ſine largo die, hinc in=
d de fontium aſsidua ſcaturigine. Vbi peruentum ad
ima primi ſinus, alter rurſum ſpecus panditur.
Quod antrum latis primum patet faucibus, poſtmo
dum in proceſſu per anguſtias obſcuratur. In eo
e ſacrum eſt [e] Iouis fanum, in cuius receſſu intimo
Typhonis Gigantis [f] cubile poſitum accolæ cre=

citur. Meminit Auſonius de Burdegala ſcribens. *Impia iam dudum &c.* Similia ſcribit Plin ca. 3. tricesimiprimi nat. hiſto. ut ca. 46. retulimus. a *Circa Corycum.*) Corycos authore Pli. ca. 27. li. quinti nomen tũ oppidi, tũ portus, tũ deniq; ſpecus Ciliciæ. Sunt & loca alia nominis eiuſdẽ. Antrũ quoq; Parnaſi montis Corycium nymphis ſacrum. Vnde & Corycides dictæ ſunt ab Ouidio Transformationum lib. primo. Meminit Herodotus in Vrania. Plura Stephanus de Vrbibus. In Coryco monte (ut Pli. lib. 31. author eſt) amnis erupit, poſtquam cœptus eſt coli. In eodem diſtillantes guttȩ in lapides dureſcunt. b *Crocum plurimum optimumq́;.*) Græca dictio κρόκον, καὶ κρόκος, tam neutri, quàm maſculini generis, quod & latini etiam ſeruauerunt. Crocum alij (ut Dioſcorid. refert) Caſtoreũ, alij Cymmorphon. Prophetæ Haema Heracleum, id eſt, ſanguinem Herculis dicunt. Quæ de Croco hoc loco Solinus refert, ex Plinio ſumpta ſunt omnia ca. 6. uiceſimiprimi naturalis hiſtoriæ cuius inter cætera hæc uerba ſunt. Crocum necubiq; fœcundũ, etiam Cyrenis, ubi ſemper flores laudatiſsimi. Prima nobilitas Cilicio Croco, & ibi Coryco monte. Dein Lycio, mõte Olympo. Mox Centuripino Siciliæ. Aliqui Phlegræo ſecundum locum dedere &c. Similia ſcribit Dioſcorides cap. 25. libri primi. Croci (inquit) prima nobilitas ad medicinæ uſum Cilicio, & ibi Coryco monte. Optimum ubique, quod recentiſsimum, coloratiſsimũq;, & cui parum candoris in Capreolo eſt. Præterea oblongum, in frangendo lentum, incolume, ſolidum, calloſum, manus fricantis inficiens, neque ſitum redolens, neq; ſqualidum, odore ſubacuto, quod tale non eſt, aut uetus intelligitur, aut dilutum Secundũ locum dedere Corycio, parte quæ oſtenta Lyciæ eſt. Tertium Lycio, monte Olympo. Quartum Aetolico ab Aegybus. Ita eñ uocatur locus. Mox Cyrenaico, & Centuripino Siciliæ, uiribus lãguidis, naturaq́; oleracea. Sanè in Italia mortarijs tingendis propter abundantiã ſucci, coloriſq; præſtantiam officinæ illo utuntur, & immenſo mercantur. c *Specus, qui montem impoſitum mari.*) De hoc ſpecu ſic Stra. li. 4. Corycũ promontoriũ, ultra quod ad ſtadia uiginti eſt Corycum antrũ, in quo crocus optimus naſcitur. Id autem eſt ingens quædam concauitas in orbem deducta, cui labrũ petroſum, ac ſatis altum circumiacet, quum deſcẽderis, ſolum eſt inæquale, & magna ex parte petroſum, & fruticoſa, & ſemper uirenti, ac domeſtica materie plenũ. Hunc ſpecum nullus copioſius deſcribit Mela Pomponio lib. primo. Non longè hinc (inquit) Corycos oppidũ, portu, ſaloq; incingitur, anguſto tergore continenti annexũ. Suprà ſpecus eſt nomine Corycius ſingulari ingenio, ac ſupra, q̃ ut deſcribi facile poſsit, eximius. Grandi namq; hiatu patens, montem littori appoſitũ, & decẽ ſtadiorũ cliuo ſatis arduũ, ex ſummo ſtatim uertice aperit. Tunc altè demiſſus, & quanto demittitur amplior. Viret lucis pubentibus undiq;, & totum ſe nemoroſo laterũ orbe complectitur, adeo mirificus, ac pulcher, ut mentes accedentiũ primo aſpectu conſternat, ubi contemplati durauere, non ſatiet. Vnus in eo deſcẽſus eſt anguſtus, aſper quingẽtorum, & mille paſſuum per amœnas umbras, & opaca ſyluæ quiddam aggreſte reſonantis, riuis hinc, atque illinc fluitantibus. Vbi ad ima peruentũ eſt, rurſus ſpecus alter aperitur, ob alia dicendus &c. Meminit Lucanus tertio, & octauo Pharſaliæ. Eſt & eiuſdẽ nominis ſpecus in Parnaſo mõte, de q̊ Herod. in 8. Itẽ Stephanus, Strabo, Pauſanias, cæteri. Statius. 7. Thebaid.

Coryciumq; nemus, propellentemq; Lilæam.

a *Per duo milia, & quingentos paſſus.*) Mela Pomponius quingentorum & mille paſſuum dicit, ut uel in Solini, uel Melæ codice mendum ſit. Solini autem numerus, ſpecus admirationem adauget magis. e *In eo ſacrum eſt Iouis fanum.*) Pomponius Mela libro primo. Specus totus (inquit) anguſtus, & uerè ſacer, habitarique

[a] dijs & dignus, & creditus, nihil nōn uenerabile, & quaſi cum aliquō numine ſe oſtentans.

dunt. Soloe[a] antiquum oppidum Ciliciæ fuit, patria [b] Chryſippi Stoicę ſapientię potentiſsimi, quod à Tigrane armenio ſubactum, & diu poſt Pompeiopolim deuictis Cilicibus Cneus Magnus cognominauit. Mons Taurus [c] ab Indico primum mari ſurgit, deinde à ſcopulis Chelidonijs inter Ae- b
gyptū, & Pamphylium pelagus obiectus, ſeptentrioni dextero latere, læuo meridianæ plagæ, occidenti obuerſus fronte profuſa. Palam eſt terras eum continuare uoluiſſe penetrato mari, niſi pro- c
fundis reſiſtentibus extendere radices ſuas uetaretur. Denique qui ratiocinantur naturas locorum tantaſſe eum omnes exitus promontorijs probant. Nam quoquouerſum mari alluitur, procedit d
in prominentias, ſed modò intercluditur Phœnicio, modò Pontico ſinu, interdum Caſpio uel Hyrcano,

f *Typhonis Gigantis cubile.*) Idem Mela, Alius (inquit) ſpecus ultra eſt, quē Typhoneū uocant ore anguſto, & multum (ut experti tradidere) preſſus, & ob id aſsidua nocte ſuffuſus, neq; unq; perſpici facilis, ſed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia nunc demiſſa in ſe confeſtim exanimat, natura, fabulaq; memorandus. Intelligit fortaſſis Typhonem Aegyptum Oſiridis, Iſidis, Apollinis, & Veneris fratrē qui Oſiridem in Aegypto iuſtè regnantem, omnibus Gigantibus conſcijs, peremit, ac in ſex et uiginti partes diſſecuit, cuique eorum, qui ſecum tanti ſceleris participes fuerant, partem tribuit, ueluti eius facinoris conſcios & ſimul, ut ipſos defenſores, cuſtodeſq; haberet regni fidos. Authores Beroſus in quinto. Diod. Siculus libris primo. 2. & 6. Euſebius cap. primo ſecundi Præparationinis. a *Soloe antiquum oppidum.*) Exemplaria fermè omnia Helioſpolim habent, ſed Soloe legēdum uerius. Error natus ex nominis ſimilitudine, quod Helioſpolis Solis urbs interpretatur. Hæc urbs quod à Solone uno ex ſeptem ſapientibus condita fuerit, nomen habet. Is eñ Solon Piſiſtrati tyrannidem peroſus, ad Crœſum Lydię regem nauigauit. A quo deinde Ciliciam profectus urbem condidit, atq; ex ſuo nomine Solos appellauit, in qua paucos Athenienſium ſtatuit, qui tractu temporis, cum patriā uocem corrupiſſent, Soloecizare dicti ſunt. Et appellabantur ij quidē Solenſes, q Cyprij uerò, Solij. Author Laertius lib.1. Stra. aūt lib.14. tradit Solos urbē Achiuorū, ac Rhodiorū, qui ex Lindo uenerūt, opus eſſe. Poſtmodū à Magno Pōpeio, qđ illuc piratas quoſdā trāſtuliſſet, Pōpeiopolis appellata eſt. Apud Q. Curtiū ſic paſsim ligitur li.3. Alexāder uiribus corporis receptis, ad urbē Solis peruenit. Sed legendū puto potius, ad urbē Solos, nō Solis. Ambigit Stra. fueritne Soloeciſmi nomē, à Solis urbe dictū, an modo alio? Herod. li. 4. Scribit Sauromatas ſoloecizare creditos, qđ Græcā linguā ab initio nō probè didicerint. Eōdē quoq; libro docet eſſe in Africa promontoriū quoddā, cui Soloe nomen fuerit. b *Patria Chryſippi.*) Alexander in ſucceſsionibus (ut lib.7. Laertius refert) ſcribit Chryſipppū fuiſſe Tarſenſē. Strabo eodē li. Hinc id eſt ex Solis (inquit) fuere uiri memoratu digni, Chryſippus philoſophus Stoicus ex patre Tarſenſi ortus, qui inde migrauit. Item Philemon poēta Comicus, & Aratus, qui de aſtris uerſu ſcripſit. Chryſippū hunc (nā quinq; huius nominis fuiſſe traduntur) cantādi ludo philoſophantē (Hermippus ait) à diſcipulis ad ſacrificiū uocatū fuiſſe, ibiq; cū oblatū dulce merū hauſiſſet, anguſtijs ſpiritus fatigari cœpiſſe, atq; ita demū q̄nta die defunctū eſſe, cū ſeptuaginta & tres uixiſſet annos, Olympiade (ut ait Apollodorus in Chronicis) centeſima quadrageſima tertia. Sunt qui dicāt riſu cōprehenſum expiraſſe. Nā cum aſinus manducaret ficus, aniculæ ſlixiſſe, uinū aſino ſorbendū daret, nimioq; riſu detentū exhalaſſe animā. Lactan. ca.18. lib. tertij tradit Chryſippū cū æternas eſſe animas ſuſpicaretur, tanq̄ in cœlū migraturus eſſet, ſibi manus intuliſſe. c *Mons Taurus.*) Quoniā mons hic Tauri formā plurimū exprimat, Taurus ab authoribus cognominatus eſt. Stra. lib.16. poſtea (inquit) ſunt Tauri duo quidem montes, qui à lōge formam quandam oſtendunt Tauris ſimilem. Sed quoniam quicquid de Tauro monte hac parte Solinus refert, idipſum totum ex Plinio tranſtulit, libuit huic loco authoris eius capite uiceſimoſeptimo quinti naturalis hiſtoriæ uerba ſubſcribere, ut appareat q̄ aptè, appoſiteq; fuerit Solinus Plinium imitatus. Taurus mons (inquit) ab Eois ueniens littoribus Chelidonio promontorio diſterminatur. Immenſus ipſe: & innumerarum gentiū arbiter, Dextro latere Septentrionalis, ubi primum ab Indico mari ſurgit. Læuo Meridianus, & ad Occaſum tendens, mediamq; diſtrahens Aſiam, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ad Septentriones, flexuſq; immenſum iter, quærit uelut de induſtria rerum natura, ſubinde æquora opponente. Hinc Phœnicum, hinc Ponticū, illinc Caſpium, & Hirca-

a quibus renitentibus ſubinde fractus contra Mæoticum lacum flectitur, multiſq; difficultatibus fatigatus Rhiphæis ſe iugis annectit. Pro gentium, ac linguarũ uarietate pluriſariã nominatus. Apud Indos
b Imaus, mox Paropaniſus, Cohatras apud Parthos, pòſt Niphates, inde Taurus, at ubi in excellẽtiſsimã conſurgit ſublimitatem, Caucaſus. Interea etiam à populis appellationem trahit. A dextro latere Caſpius
c dicitur, uel Hircanus, à leuo Amazonicus, Moſchicus, Scythicus. Ad hæc uocabula habet alia multa. Vbi dehiſcit hiulcis iugis facit portas, quarũ primæ ſunt [a] Armeniȩ, tum Caſpiæ, pòſt Ciliciæ. In Grȩciã
d uerticem exerit, ubi Ceraunius prædicatur. A Ciliciæ finibus Aſiaticum limitem deſpicit. [d] Quantus meridiem uidet, ſole inæſtuat. Quicquid ſeptẽtrioni oppoſitum eſt, uento tunditur, & pruina. Quod
e ſylueſtre eſt, efferatur plurimis beſtijs, & Leonibus immaniſsimis.

De Lycia, & Chimerȩ monſtri fabula. Cap. LII.

f QVod in Campania [c] Veſuuius, in Sicilia Aetna, hoc in Lycia mons Chimæra. [d] Hic

& Hircanium, contra Mæoticũ lacũ torquetur. Itaq; colliſus inter hæc clauſtra, & tamen uictor flexuoſus euadit uſq; ad cognata Riphæorum montium iuga numeroſis nominibus, & nouis quocunq; incedit inſignis. Imaus prima parte dictus, mox Edigis, Paropaniſus, Circius, Cambades, Parphariades, Cohatras, Oreges, Oroades, Nyphates, Taurus. Atq; ubi ſe quoq; exupat, Caucaſus, ubi brachia emittit ſubinde tentanti maria ſimilis. Sarpedon, Coraceſius, Catragus, iterumq; Taurus etiam ubi dehiſcit, ſeq; populis aperit &c. Martianus addit dici etiam Nypetem, Hyrcanum, Coraxicum, Scythicum. Ceraunium ca. 14. li. ſexti. Melæ, ubi de Lycia lib. primo etiam Hæmodes dictus eſt. Tauri huius initium (inquit li. 14. Strabo) montes quidam dicũtur, qui ſupra Chelidoneas ſunt, quæ inſulæ in Pamphiliæ, ac Lyciæ confinio iacent. Hinc enim iam Taurus in altum conſurgit &c. Siquis Tauri montis formã cernere uiſu cupiat, is adeat primã, ſecundã & tertiam Aſiæ tabulas apud Claudium Ptolemæum. a *Quarum primæ ſunt Armeniæ.*) Idem Plinius de Tauro monte loquens, portarum nomine unitatẽ ſibi uendicans, quæ alibi Armenicæ alibi Caſpiȩ, alibi Ciliciæ uocantur. Quin etiam confractus effugiens quoq; maria plurimis pluribus ſe gentiũ nominibus hinc & illinc implet, & à dextra Hyrcanius, Caſpius, à læua Pariedrus, Moſchicus, Amazonicus, Coraxicus, Scynthicus, appellatus &c. Ciliciæ portæ eæ uidentur eſſe, quas etiam ab Amano mõte Ptolemæus Amanicas uocat, iuxta ſinũ Iſsicũ. Pilas quidã eas nuncuparũt. Has Alexãder Macedo quondã ingreſſus contẽplatus locorũ ſitus nõ alias magis dicitur admiratus eſſe felicitatẽ ſuã obrui potuiſſe, uel ſaxis cõfitebatur, ſi fuiſſent, qui ſubeũtes ꝓpellerent. Iter uix (inqt Curtius) quaternos capit armatos. Dorſum mõtis imminet uiæ nõ anguſtæ modò, ſed plerũq; præruptæ crebris oberrãtibus riuis, qui ex radicibus mõtiũ manãt. Sunt quædã Ptolemæi tabulæ, quæ arminicas portas iuxta ſinũ Iſsicũ in Amano etiã mõte ſitas habeant. De Caſpijs portis infra Solinus cap. 60. b *Deſpicit.*) Sunt codices, in quibus ſcriptũ ſit, diſpicit. Alij diſpeſcit habẽt, diſpartit alij.

QVod in Campania Veſuuius.) Stephanus tradit Lyciam dictam ἀπὸ λύκου τοῦ πανδίονος, id eſt, à Lyco Pandionis filio. Lycios è Creta oriũdos in Polyhimnia docet Herodotus. Cũ quõdã (inquit) Termilæ uocarentur, ſed à Lyco uiro Athenienſi Pandionis filio, Lycij cognominati. Idẽ Põponius retulit lib. 1. & Strabo. 14. Geographiæ lib. In Lycia religioſiſſimè quondam Apollo colebatur. Vnde & Lyciæ ſortes, pro oraculis & reſponſis Apollinis accipi ſolent à Vergilio 4. & 12. Aeneidos. Et Statio tertio, & octauo Thebaidos. Ad maximam Lyciorum laudem pertinet, quod quum eſſent uicinæ eis gentes moribus corruptiſsimis, ipſi tamen Lycij adeò ciuiliter, & continenter uixerunt, ut cum feliciter uſq; in Italiam mari dominarentur, tamẽ in nullo unquam turpi lucro ſeſe extulerunt ſecundum patriæ morem. Author Strabo quartodecimo Geographiæ libro. Scribit Ariſtoteles ſic. Lycios comam ſtudioſius fouere conſueuiſſe, ut mulctã ſubire maluerint, q̃ eam pȩcidere.

mons nocturnis æſtibus fumidum exhalat. Vnde a
fabula triformis monſtri in uulgum data eſt, quod
Chimæram animal putauerunt. Et quoniam natu=
ra ibidem ſubeſt ignea, Vulcano urbem proximã
Lycij dicarunt, quam de uocabulo ſui nominis He= b
phæſtiam [a] uocant. Olympus [b] quoque inter alia ibi
oppidum fuit nobile, ſed intercidit, nunc caſtellum
eſt, infra quod aquæ regiæ ob inſigne fluoris ſpecta=
culo ſunt uiſentibus. c

De Aſia minori. De Epheſiæ Dianæ tẽplo. De Alex. Ma-
gni ortu. De inclytis Aſiæ ſcriptoribus. De Phrygia. De d
Bonaſo quadrupede. De Homeri, & Heſiodi
temporibus. De Memnonijs auibus. De
Chamæleõte fera. De Ciconijs.
Deq; Galatarũ origine.

Cap. LIII.

SEquitur Aſia, [c] ſed non eam Aſiam loquor, e
quæ in tertio orbis diuortio [d] terminos am=
nes habet, ab Aegyptio mari Nilum, à Mæ=
otico lacu Tanaim. Verùm eam, quæ à Telmeſſo
Lyciæ incipit, unde etiam Carpathius auſpicatur ſi= f
nus. Eam igitur Aſiam ab oriente Lycia includit,
& Phrygia, ab occidente Aegæa littora, à meri=
die mare Aegyptium, Paphlagonia à ſeptentri=

Vnde in prouerbiũ abijt, Lycia coma, ꝓ ea, quæ ſit promiſsior, ac cõptior. Adagij originẽ uerbis plurimis refert Cælius ca. 19. ſextidecimi Antiquarũ Lect. libri. d *Mons Chimæra.*) Secundum Heſiodum in Theogonia.

Hydra grauem, uaſtamq; nimis genuiſſe Chimæram
Dicitur, Illa leues uelocior anteit auras,
Aeſtuat, & rapidos de naribus euomit ignes.
Acribus aſpirat flammis, multaq; fauilla
Huic caput eſt triplex monſtro, pars prima Leonem
Monſtrat, habet medium ſerpens, ſtat fine Chimæra.
Pegaſus hanc magno rapuit ſub conſule tandem
Bellerophontæos, quis non audiuerit auſus?

Heſiodicam ſententiam duobus uerſibus. 19. Meta. complexus Ouidius inquit.

Quoq; Chimæra iugum, medijs in partibus ignem
Pectus, & ora leæ, caudamq; ſerpentis habebat.

Id ex Homero ſumptum 6. Iliados libro, cuius carmen hoc eſt.

πρόσθε λέων ὄπισε δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Fabulam, & Phyſicam ſub eam rationem, paucis affert Seruius ſexto Vergilianæ Aeneidos, ijs quidẽ uerbis. Chimæra, ore leó, poſtremis partibus draco, media capra ſecundum fabulas fuit. Re uera autem mons eſt Lyciæ, cuius hodieq; ardet cacumẽ, iuxta quod ſunt leones. Media autẽ paſcua ſunt. Ima uerò mõtis ſerpẽtibus plena. Hũc mõtem Bellerophõ habitabilem fecit, unde Chimærã dicitur occidiſſe. Lucre. 6. de rerum natura libro Chimærã eſse ex impoſsibilibus unum exiſtimat. Cur autem montes ſemp, uel ad tempus ardeant, cap. xi. ſuprà multas aſcripſimus rationes De Veſeui mõtis incẽdio, alibi retulimus. Lege tamen Seruium & reliquos commenta. 2. Georg. Vergilij ſuper illud.

Tales diues erat Capua, & uicina Veſeuo Ora iugo.

a *Hephæſtiam.*) Ab eo deo nomen inditũ, cui ea urbs ſacrata eſt. Græci enim Vulcaniam ἡφαίστιον dicunt. Eſt & alia eius nominis urbs in Lemno inſula, quæ cõſimili ratione Vulcano quoq; dicata eſt. Et in freto Siculo ἡφαιστίαι inſulæ, id eſt, Vulcaniæ, de qbus antè diximus. b *Olympus.*) Artemidorus (ut Strabo refert) author eſt, ſex eſſe in Lycia urbes maximas Xanthũ, Patara, Pinara, Olympũ, Myra Tlon. Vide Pliniũ ca. 27. li. quinti. Plinius, & Martianus lib. 6. tradunt Lyciã quondã habuiſſe oppida. lxx. nunc (inquiunt) trigintaſex ſunt. c *SEquitur Aſia.*) Aſia (ut in Melpomene ſcribit Herodotus) ab Aſia Promethei uxore nomẽ habuit, quãq̃ Lydi hoc ſibi nomen uendicant, aſſerentes ab Aſio Manæi filio, Aſiã appellatam, non ab uxore Promethei. Vnde & Sardis familiã quandã eſſe uocatã Aſiadẽ. Eſt aũt duplex Aſia, communis una, quæ triũ orbis partiũ una eſt, alijs duabus partibus ferè æqualis. Eſt & Aſia, q̃ ꝓpria dicitur, qđ ſit maioris Aſiæ pars ipſa quædã. Hãc ꝓpriã rurſus Aſiã in duas partes Agrippa diuidit, unã includit ab Oriẽte Phrygia, & Lycaonia, ab occidẽte Aegæo mari, à meridie Aegyptio, à ſeptẽtrione Paphlagonia. Huius lõgitudinẽ. ccccl xx. mil. paſ. Latitudinẽ. ccc. milia paſ. fecit. Alterã determinauit ab oriẽte Armenia minore, ab occidente Phrygia, Lycaonia, Pãphilia, à ſeptẽtrione ꝓuincia Pontica, à meridie

a one. Epheſus [a] in ea urbs clariſsima eſt. Epheſo
decus templum Dianæ [b] Amazonum fabrica adeo
magnificum, ut Xerxes cum omnia Aſiatica tem-
pla igni [c] daret, huic uni pepercerit. Sed hæc Xer-
b xis clementia ſacras ædes non diu à malo uindi-
cauit. Namq; Heroſtratus, [d] ut nomen memoria
ſceleris extenderet, incendium nobilis fabricæ ma-
nu ſua ſtruxit, ſicut ipſe faſſus eſt, uoto adipiſcen-
c dæ famæ latioris. Notatur ergo eadem die [e] con-
flagrauiſſe templum Epheſi, qua Alexander Ma-
gnus Pellæ natus eſt. Qui oritur, ut Nepos edit.
M. Fabio Ambuſto, Tito Quintio Capitolino
CONS. poſt Romam conditam anno. ccclxxxv.

à meridie Mari Pamphylio. Lõga Dlxxv. mil. paſſ. Lata. cccxxv. milia. Lege Plinium cap. 27. libri quinti, & Martianum cap. 34. lib. ſexti. d *In tertio orbis diuortio.*) De orbis in partes tres diuiſione, alibi retulimus. Lege Plinium in principio libri tertij. a *Epheſus in ea urbs clariſsima.*) Hanc urbem, alterũ Aſiæ lumen uocat Plinius. Strabo Miletum, & Epheſum optimas urbes, atq; clariſſimas eſſe dicit. A diuo Hieronymo Epheſus interpretatur uoluntas mea, conſiliũ meum. De Epheſi conditoribus, non omnes idem ſentiunt. Plin. cap. 29. lib. quinti Amazonum opus Epheſum eſſe dicit. Rurſus Iuſtinus ex Trogi ſententia tradit Marthesiam, & Lampedo Amazonũ reginas, ac Marte genitas Epheſum, multasq; urbes alias condidiſſe. Strabo in principio quartidecimi uult Epheſum ab Androclo Codri Athenienſium regis legitimo filio fuiſſe conditam. Hũc non Androclũ, ſed Androcum, uel Andromicum Euſebius nominat in temporibus. Pauſanias in Attica aſſerit hanc urbem Agathoclem, Lyſimachi filium conſtruxiſſe. Hic enim Agathocles, cũ primũ militiæ tirocinia poneret, à Getis captus eſt, ſed cum ex ea captiuitate redijſſet, Lyſandrum Ptolemæi Lai filiam, & Eurydices uxorem duxit, atq; in Aſiam nauibus trãſgreſſus, Antigoni regnũ in ditionem redegit. Epheſum præterea (inquit) urbẽ, quæ nunc cernitur, ad mare cõdidit, in quã Lebedios, Colophoniosq; deletis, illorũ urbib. migrare, ut Phœnix Colophonius poëta lãbicus patriæ euerſionem carmine defleuerit. Condita autem Epheſus fuit, ſi Euſebio credimus, anno 28 regni Dauidis, id eſt anno ferè cẽteſimo quinquageſimo ſupra quatuor milia ab orbe condito. Ea urbs ſucceſſu tẽporis uaria eſt ſortita cognomina, Nam Alopes, cũ pugnatũ apud Troiã eſt, mox Ortygia, & Marges uocata eſt, & Smyrna cognomine Trichia, & Hemonion, & Ptelea. Attollitur monte Chione, ut ait Plinius, alluitur Cayſtro flumine, in Cylbianis iugis orto, multos amnes deferente. b *Templum Dianæ.*) Templũ hoc Dianæ, tam celebre, & excellens fuit, ut inter ſeptem orbis miracula annumerari meruerit. Græcæ magnificentiæ (inquit ca. 14. triceſimiſexti naturalis hiſtoriæ Caius Plinius) uera admiratio extat templũ Epheſiæ Dianæ, ducentis uiginti annis factum à tota Aſia. In ſolo id paluſtri fecere, ne terræmotus, aut hiatus timeret. Rurſus ne in lubrico, atq; inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur, antè calcatis ea ſubſtrauere carbonibus, dein uelleribus lanę. Vniuerſo templo longitudo eſt quadringentorũ uigintiquinq; pedũ. Latitudo ducentorũ uiginti, Colũnæ cẽtum uigintiſeptem à ſingulis regibus factæ ſexaginta pedum latitudine. Ex ijs trigintaſex cælatæ &c. Fuiſſe autem ab Amazonibus conditum, author eſt etiã Mela Pomp. lib. primo. Conuenit inter authores templi eius tectũ fuiſſe è cedrinis trabibus, ualuas è cupreſſo. Id ipſum templum quadringentis ꝓpè annis, ante Plinij ætatem fuiſſe conſtructũ refert idem cap. 41. uoluminis ſextidecimi. Pli. cap. 14. triceſimiſexti tradit tẽpli huius Architectum Cteſiphontẽ fuiſſe. Strabo Archiphronẽ. Sed id ad aliã, aliamq; conſtructionẽ referri poteſt, cum fuerit id templũ (authore Plinio) ſepties reſtitutũ. c *Templa igni daret.*) habentur hæc ex principio quartidecimi Strabonis. Xerxes hic Perſico faſtu ad tantam inſolentiã uenerat, ut non cum hominibus tantũ, ſed cum dijs immortalibus bellum gereret. Fuiſſe Perſis morem tẽpla incendendi ſæpe ad Herodoto relatum eſt. d *Heroſtratus.*) Hiſtoriam hanc refert Val. Max. titulo de famæ cupiditate lib. octauo. Quamuis non referat huius nomen, nec enim incendiſſe dicat, ſed incendere uoluiſſe. Strabo Heroſtratũ incendiſſe tẽplũ. Meminit Aulus Gellius ca. 6. ſecũdi Noctiũ Atticarũ. Hinc non inelegans ſumetur Adagiũ. Heroſtrati gloria. In hominẽ qui ex re nefaria famã q̃ritat. Illi ſimile. *Laudemq; à crimine ſumit.* e *Eadem die, qua Alexander.*) Id refert ſemel, & iterũ M. Cicero. 2. de natura Deorũ. Concinnè, ut multa Timæus, qui cum in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianæ Epheſiæ templũ deflagrauiſſet, adiũxit, minimè id eſſe mirandum, qđ Diana quum partui Olympiadis adeſſe uoluiſſet, abfuiſſe domo. Et primo de Diuinatione. Qua nocte (inquit) templũ Epheſiæ Dianę deflagrauit, eadẽ conſtat ex Olympiade natum eſſe Alexandrũ, atq; ubi lucere cœpiſſet, clamitaſſe Magos, peſtẽ, ac perniciem Aſiæ maximã nocte natã. Ex ijs uidetur

Id templum cum poſtmodum ad cultum auguſtio a
rem Epheſij reformarent, [a] faber operi [b] Dinocra
tes præfuit, quem Dinocratem Alexandri iuſſu Ale
xandriam in Aegypto metatum ſuprà expoſuimus.
Nuſquam orbe toto tam aſſiduos terræ motus, [c] & b
tam crebras urbium demerſiones, quàm in Aſia eſ-
ſe, cladibus Aſiaticis patuit, cum Tiberio [d] princi-
pe urbes duodecim ſimul una ruina ceciderint. In-
genia Aſiatica [e] inclyta per gentes fuere. Poëtæ c
Anacreon, inde Mimnermus, & Antimachus,
deinde Hipponax, deinde Alcæus, inter quos e-
tiam Sappho mulier. At hiſtoriæ conditores Xan-
thus, Aecathæus Herodotus, cum quibus Epho- d
rus, & Theopompus. Nam de ſeptem ſapientia

legendum apud Solinũ, non eodem die, ſed eadem nocte. Scribit Arrianus geſtorũ Alexandri lib. primo, quarto poſt pugnã ad Granicum fluuiũ die, Alexandrũ in Epheſum deueniſſe, in qua urbe (inquit) Diana magnificentiſſimo templo ſumma religione celebratur. Ex quib. uerbis apparet ea tempeſtate Dianæ templũ in Epheſo, nondũ igne fuiſſe conſumptũ. Niſi eo tempore magna ex parte inſtauratum fuerit. Itemq́ꝫ Dianæ Epheſi templũ, authore Euſebio, Olympiade 95. incenſum fuit. Alexander autem Magnus Olympiade 106. natus eſt. Mortuus autem ut idem aſſerit Olympiade 114. Plinius etiam cap. 8. triceſimiquarti naturalis hiſtoriæ tradit centeſima quartadecima Olympiade Lyſippũ floruiſſe, & cũ eo Alexandrũ. Ex ijs ſequi uidetur nec id Dianæ templum incenſum, nec Alexandrum natum fuiſſe poſt Romam conditã anno ccclxxxv. Videtur igitur legendum, poſt Romam conditam anno cccc. Gellius cap. ult. decimiſeptimi noctiũ ſuarum. Circa annum deinde (inquit) urbis conditæ quadringenteſimũ Philippus Amintæ filius Alexandri pater, regnum Macedoniæ adeptus eſt, inq́ꝫ eo tempore Alexander natus eſt. a *Epheſij reformarent.*) Strabo libro 14. Cum Heroſtratus quidã Epheſiæ Dianæ templum incendio conſumpſiſſet, aliud præſtantius conſtruxerunt, mulierũ ornamẽtis, & multis opibus ad id collatis, refectiſq́ꝫ prioribus columnis. Addit idem Strabo Artemidori teſtimonio, Alexandrum impẽſas omnes pro eo tẽplo reſtituendo fuiſſe pollicitũ, dũmodo ipſe titulũ haberet, illos autem noluiſſe. b *Dinocrates.*) Strabo hunc Chinocratem nuncupat, ut cap. 45. ſuprà etiã meminimus. c *Tam aſsiduos terræ motus.*) Cauſam, qua terra concutitur, alij in aqua eſſe, alij in ignibus, alij in ipſa terra, alij in ſpiritu putauere, alij in pluribus, alij in omnibus. Quidam liquere ipſis aliquam ex iſtis cauſam dixerunt, ſed non liquere, quæ eſſet. Qui de terræ motibus plura ſcire cupiunt, legant Ariſt. 2. Meteororũ libro. Senecam ſexto Naturaliũ quæſtionum. Pliniũ ca. 8. & ſequẽtibus ſecundi Naturalis hiſtoriæ. Marcellinum lib. hiſtoriarũ decimoſeptimo. Lucretium libro ſexto.

Nunc age quæ ratio terrai motibus extet &c. Scribit Ariſto in eo, quem modo citauimus libro, fortiſſimos fieri terræ motus circa ea loca, ubi mare fluxibile ſit, aut regio ſpongioſa, ſubantroſaq́ꝫ (ut uerbis eius utar) Propter quod (inquit) circa Helleſpontum, Achaiam, Siciliamq́ꝫ circa etiã Eubœæ loca. Circa enim iam dicta loca terræ motus fiunt maximi propter anguſtiã. Spiritus enim factus uehemens, & propter multitudinem maris allati, repellitur iterũ in terrã, qđ natũ erat efflare ex terra. Regiones quoq́ꝫ quæcunq́ꝫ habent maria, & quæ ſubtus loca multum ſuſcipientes ſpiritũ, cõcutiũtur magis. Seneca item ait omnẽ orã maris obnoxiã eſſe motibus. Sic Paphos nõ ſemel corruit. Sic nobilis, & huic iam familiaris Malonicopolis Ciprũ ambit altum mare, & agitatur. Tyros & ipſa tam mouetur, q̃ diluitur. d *Tiberio principe urbes duodecim.*) Meminit Seneca ſexto naturalium. quæſt. libro. Plinius ca. 84. ſecundi Nat. hiſt. Maximus (inquit) terræ memoria mortalium extitit motus Tiberij Cæſaris principatu, duodecim urbibus Aſiæ una nocte proſtratis. Euſebius in tẽporibus tredecim urbes corruiſſe dicit. Earum urbium, quæ corruerunt, nomina ſunt, Epheſus, Magneſia, Sardis, Moſchene, Megara, Cæſarea, Philadelphia, Hymolus, Themis, Cyme, Myrrhina, Apollonia, Dicearchia. Meminit Strabo quoq́ꝫ in fine duodecimi Geographiæ. e *Ingenia Aſiatica.*) Quos hic Solinus enumerat, fuerunt maiore ex parte, uel Aſiatici quidem, uel ex ijs inſulis, quæ Aſiæ adiacent. Anacreon Teius, de quo Cicero, Plinius, Aelianus, cæteri. Hunc amatoria tantum carmina ſcripſiſſe aiunt. Mimnermus Colophonius Elegiarum ſcriptor non incelebris Antimachus & ipſe Colophonius, hic cum carmen perobſcurum in auditorio recitaret, Platone uno dempto, reliqui omnes, qui aderant, abierunt. At ille. Plato mihi (inquit) pro omnibus. Hipponax Epheſius Iambicorum ſcriptor, ab Athanagora, & Conia tyrannis (ut Suidas refert) pulſus patria. Alcæos duos fuiſſe Suidas author eſt. Lyricum unum, Athenis oriundum, Mithylenæum alterum, priſcæ Comœdiæ ſcriptorẽ inſignem. Sappho ob ſexũ nõ minus, q̃ ob

poëticam celebrata Xanthus è Sardibus urbe oriundus. Hic Lydorũ hiſtoriã quatuor uoluminibus cõplexus eſt. Fuiſſe Xãthũ alterũ Melicũ poëtã Aelianus author eſt. Hecatheus Mileſius natione, Protagoram habuit præceptorẽ. Floruit autẽ Darij temporibus, cuius præter cæteros ſæpius Strabo habuit mentionẽ. Herodotus ob ſtili elegantiã (q̃uis plurima fabulis ſimilia ſcripſerit) inter Græcos hiſtoricos primatũ tenuit. Fuit autem Halicarnaſeus, ut ipſe de ſe refert. Ephorus Cumæus, & Theopompus Chius, uterq; Iſocratis diſcipulus, quorum alter (ut Suidas tradit) freno, alter calcaribus indigebat.

a prædítis [a] Bias, Thales, Pittacus, Cleantes Stoicæ
eminentiſsimus, Anaxagoras naturæ [b] indicator.
Heraclitus etiam ſubtilioris doctrinæ arcanis [c] im
moratus. Aſiam excipit Phrygia, [d] in qua Cele-
b næ, [e] quæ antiquato priori nomine in Apamæam
tranſiere oppidum à rege Seleuco poſtmodum
conſtitutum. Iſtic Marſyas ortus, iſtic & ſepultus.
Vnde qui proximat fluuius Marſyas dicitur. Nam
ſacrilegi certaminis factum, & audaces in Deum

a *De ſeptem ſapientia præditis.*) De eorum numero, & nominibus, qui ob peculiarem quandã excellentiam, ſapientiæ nomen adepti ſunt, plurimum ſunt authores diuerſi, q̃; rem Diogenes Laertius abunde proſequitur lib. primo. Lactantius Firmianus à principio quarti Diui. Inſtitutionũ ait, qđ ij ſeptem primi de rebus naturalibus quærere, ac diſputare ſunt auſi, ſapientes haberi, appellarique meruerunt. O miſerum (inquit) calamitoſumq; ſæculũ, quo per orbem totũ ſeptem ſoli fuerunt, qui hominũ uocabulo cierentur, Nemo enim poteſt iure dici homo, niſi qui ſapiens eſt. Sed ſi cæteri omnes præter iſtos ſtulti fuerunt, ne illi quidem ſapientes, quia nemo ſapiens eſſe uerè, iudicio ſtultorum poteſt &c. Et idem libro ſexto. Nec illi quidẽ ſeptem (inquit) ſed ex mediorũ officiorum frequẽtia, ſimilitudinẽ quandam gerebant, ſpeciẽq; ſapientiæ. Extant Decij Auſonij docti, & elegantes libelli, quorũ primus de Ludo ſeptem ſapientũ inſcriptus, cuius principiũ eſt. Agnoſcenda iſthæc ex quo loco eorũ dicta prudenter, aptè refert. Alter libellus eſt quo eorũ ſeptẽ ſapiẽtũ ſententiæ, ſeptenis uerſibus explicantur *Quæ nam ſumma boni &c.* Bias cũ rogaretur, *Quod prudentis opus? cum poſsit nolle nocere. Quid ſtulti proprium? non poſſe, & uelle nocere.* Thaletis plurima ſapiẽter dicta, præſerim hęc. *Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.* Et *Vita perit, mortis gloria non moritur.* Et illud. *Quid facturus eris, dicere ſuſtuleris.* Et *Crux eſt ſi metuas, uiuere quod nequeas.* Rurſus & illud. *Nil nimiũ.* Pittaci autẽ ſunt hæc. *Loqui ignorabit, qui tacere neſciet. Bono probari malo, quàm multis malis. Pareto legi quiſq; legem tuleris. Plures amicos re ſecunda compares. Paucos amicos rebus aduerſis proba.* De Cleante Laertius li. ſeptimo. Anaxagoras non modò generis gloria, & opibus, uerùm animi quoq; magnitudine clariſsimus fuit. Omne enim patrimonium, ut liberius ſtudijs incumberet, ſuis ſponte conceſſit. Indignanti cuidam, ac moleſtè ferenti, qđ in alieno ſolo moreretur. Bono (inquit Anaxagoras) eſto animo. Idem enim undiq; in infernũ deſcenſus eſt. Rogatus cuius rei cauſa natus eſſet? Et inſpiciẽdi (inquit) cœli, & Solis, & Lunæ. b *Indicator.*) Indagator legendũ potius. c *Subtilioris doctrinæ arcanis immoratus.*) Inter cætera Heracleito peculiaris fuit in uerbis obſcuritas. Hinc factum eſt, ut cognomento σκοτεινός diceretur. Hic (ut 2. Diui. Inſtitu. refert Lactantius ex igne credidit omnia eſſe nata. Miſeriæ humanæ memor

Hic flebat quotiens à lumine mouerat unum
Pretuleratq; pedem. Sed enim,
Mirandum eſt unde ille oculis ſuffecerit humor.

d *Aſiam excipit Phrygia.*) Gomer (ut Ioſephus ca. xi. primi Antiquitatũ Iudæorũ refert) tres filios habuit Abſtenegã, qui de ſuo nomine Abſtenegos appellauit. Hos Græci poſtea Reginos dixerunt. Riphaat, à quo Riphæi. Tygram, à quo Tygramæi, populi dicti ſunt, quos Græci tandẽ Phrygios appellarunt. Hi (ut Macedones aiũt) tam diu Bryges uocati ſunt, q̃ diu Europæi fuerunt Macedonũ accolæ, ſed tranſgreſsi in Aſiã, una cũ loco immutauere in Phrygas, authores Stephanus, & Herod. lib. 7. Sophocles autẽ in Athamante, à Phryxo Athamãtis, & Nepheles filio, Phrygios appellatos dicit, unius tantũ literæ immutatione, q̃ſi Phryxias qđ Phryxus in Colchidẽ ꝓficiſcens primũ illuc delatus fuerit. Eſt aũt duplex Phrygia, maior, & minor, de quibus Ptolemæus ca. 2. quinti, ac prima Aſiæ tabula abunde ſatis. Phrygia, authore Curtio, pluribus uicis, q̃ urbibus frequens eſt. Phryges (ut alibi retulimus) cũ cæteris de uetuſtate contendũt. Euſeb. 10. Præparationis ex Clemente refert, Phryges auium uolatus primũ obſeruaſſe. Qualis fuerit Phrygum Theologia, multis proſequitur cap. 4. ſecundi Præparationis idem Euſeb. e *In qua Celenæ.*) Plinius ca. 29. lib. quinti. Tertius (inquit) conuentus Apamęã uadit, ante appellatã Celenas. Dein Cibothon, Sita eſt in radice montis Signiæ, circumfuſa Marſya. Marſyas ibi creditur ortus, ac paulò

mox

mox conditus ubi certauit Tibiarum cantu cũ Apolline. Aulocrenes, ita uocatur uallis decem miliũ paſſuum. Phrygiam ab Apamea petentibus. Idem quoq; refert cap.45. ſextidecimi eiuſdem operis libri. Et. Tit. Liuius lib.8. de bello Macedonico. Lactantius quarto Thebaidos ſuper illud.

Noſſet? & illuſtres Satyro pendente Celenas?

Dicit Celenas eſſe. Lydiæ ciuitatem, in cuius antro Marſyam ab Apolline uictum, ac ſupplicio affectũ fuiſſe tortoribus, de cuius ſanguine fluuium eiuſdem nominis natũ fabulantur.

tibias, [a] teſtatur non procul cum fonte uallis, quæ a euentum geſtæ rei ſignat, & ab Apamea decem mi libus paſſuum ſeparata, Aulocrene [b] uſque adhuc dicitur. Ex arce huiuſce oppidi Meander [c] amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuoſus in= b ter Cariam, & Ioniam præcipitatus in ſinum, qui Miletum diuidit, & Prienam. Ipſa [d] Phrygia Tro= adi ſuperiecta eſt, aquilonia parte Galatiæ colli= mitata, à meridiana Lycaoniæ, Pyſidiæ, Mygdo= c niæq; contermina. Eadem ab Oriente uicina Ly= diæ, à ſeptentrione Myſiæ, Cariæ, à parte qua di= es medius eſt, mons Lydiæ [e] Tmolus croco flo= rentiſſimus. Amnis Pactolus, [f] quem aurato fluo= d re incitum, aliter χρυσοῤόαν uocant. In his [g] locis ani= mal naſcitur, quod Bonaſum dicunt cui Tauri=

Adſcribam Q. Curtij ex 3. libro uerba, quod ad huius loci expoſitionem plurimum faciant. Media illa tempeſtate mœnia interfluebat Marſyas amnis, fabuloſis Græcorum carminibus inclytus. Fõs eius ex ſummo montis cacumine excurrens in ſubiectam petram, magno ſtrepitu aquarum cadit. Inde diffuſos circumiectos rigat campos. Liquidus, & ſuas duntaxat undas trahens. Itaq; color eius placido mari ſimilis, locum poëtarum mendacio fecit. Quippe traditum eſt, Nymphas amore amnis retentas, in illa rupe conſidere. Cæterum quamdiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet, at cum extra munimẽta ſe euoluit, maiore ui, ac mole agentem undas, Lycum appellant. a *Audaces in deum tibias.*) Pallas inuenta à ſe tibia, cum buccis tumidis ex aquis ſe conſpexiſſet, eam tibiam in Tritonem Libiæ paludem, abieciſſe fertur. Eam cum Marſias Satyrus reperiſſet, tractareq; didiciſſet, Phœbũ prouocare auſus eſt, à quo cum uictus fuiſſet, detracta eius pelle, & in alto Platano ſuſpenſa, in flumen ſui nominis conuerſus eſt. Quam rem ſecundo in Eutropium Claud. Eleganter cecinit, cũ de Phrygia loqueretur, ſic inqt.

Hic cecidit Libycis iactata paludibus olim
Tibia, fœdatã cum reddit umbra Mineruam.
Hic & Apollinea uictus teſtudine paſtor
Suſpenſa memores illuſtrat pelle Celenas.

Fabulam abunde refert Naſo 6. Meta. ibi. *Retulit exitium Satyri.* Et 6. Faſt. ibi. *Inuentã Satyrus primam miratur &c.* Lege Strab. circa finem duodecimi Geographiæ lib. Herod. li.7. In urbis Celenarũ (inquit) foro uiſitur ſuſpenſa Syleni Marſyæ pellis in utrem formatæ, quã à Phrygibus fertur Apollo illi detractã, ſuſpendiſſe. Lege etiam Plin. cap.29. quinti, & cap.45. ſextidecimi nat. hiſt. Syllius Italicus bel. Pun. octauo canit Marſyã non peremptũ ab Apolline, ſed uictũ ab eodem, in Italiam auſugiſſe, Marſosq; populos ex ſuo nomine nuncupaſſe, ſic inquiens de Marſys Italiæ populis.

Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes
Cum fugeret Phrygios trans æquora Marſya Crenos
Mygdoniam Phœbi ſuperatus pectine Loton.

Aulocrene.) Hæc uallis à Marſyæ tibia, & fonte, in quem is idem conuerſus dicitur, nomen ſortita eſt, hoc eſt ἀπὸ τοῦ αὐλοῦ, καὶ κρήνης, id eſt, à tibia, & fonte. Syllius Phrygios Crenos dixit. Vide Plinium locis iamiã citatis. c *Meander amnis.* Ex Plin. cap.29. lib quinti. De Meandri recurrentibus ripis ſic Ouidius octauo Metamorphoſeos.

Non ſecus ac liquidis, Phrygius Mæandros in undis
Ludit, & ambiguo lapſu refluitq;, fluitq;,
Occurrensq; ſibi uenturas aſpicit undas,
Et nunc ad fontem, nunc ad mare uerſus apertum
Incertas exercet aquas.

d *Ipſa Phrygia Troadi ſuperiecta eſt.*) Plinij uerba ferè cap.32. lib. quinti. Phrygia (inquit) Troadi ſuperiecta, populisq; à promontorio Lecto ad flumen Celeum prædictis, ſeptentrionali ſui parte Galatiæ cõtermina. Meridiana Lycaoniæ, Pyſidiæ, Mygdoniæ. Ab Oriente Cappadociã attingit. Similia & cap.29. eiuſdem quinti. e *Mons Lydiæ Tmolus.*) Seruius exponens illud Maronis primo Geor. *Gramina nonne uides Croceos ut Tmolus odores.* Tmolum Ciliciæ montem dicit. Idẽ ſcribit ſecundo eiuſdem uoluminis lib. ſuper illud. *Tmolus aſſurgit quibus &c.* Alij omnes cũ Solino Lydiæ montem faciunt. Plinius, & multi alij, Tmolum uino, melle, croco fertilem eſſe dicunt. Nomen (ut quidam uolunt) monti datum à Tmolo Protei & Torones filio. f *Pactolus.*) Tomolus, qui antè Timolus appellabatur, uitibus cõſitus, ex quo fluente Pactolo, eodẽq; Chryſoroa χρυσοῤόαν Græci di-

cunt

cunt auriſluum χρυσὸς aurum ῥέω fluõ. Poëtæ fabulãtur Midã Lydorũ regẽ in aurũ uerſum iubente Libero patre, in Pactolo ſe flumine lauiſſe, uimq́ aureã tinxiſſe flumen, & (ut Naſo inquit) *humano de corpore ceſsit in amnem.* Plin. cap. 4. triceſimitertij natura. hiſt. tradit aurum apud nos tribus modis reperiri. Fluminum ramẽtis, ut in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. Nec ullum abſolutius (inquit) aurũ eſt, ut curſu ipſo, tritúq; politũ. Alio modo puteorũ ſcrobib. effodi, aut ruina mõtium &c.

a num caput, ac deinceps corpus omne, tãtũ iuba, equi
na, cornua aũt ita multiplici flexu in ſe recurrentia, ut
ſi quis in ea offendat non uulneretur. Sed quicquid
præſidij monſtro illi frõs negat, aluus ſufficit. Nam
b cũ in fugã uertitur, proluuie citi uentris fimũ egerit
[a] per longitudinem trium iugerũ,[b] cuius ardor quic
quid attigerit adurit. Ita egregiè noxia ſummouet in
ſequentes. Miletos Ioniæ caput,[c] Cadmi olim do
c mus, ſed eius qui primus inuenit proſæ orationis di
ſciplinam. Non lõgè Epheſo Colophon ciuitas no
bilis oraculo Clarij Apollinis. [d] Vnde haud pro
cul Minas mons ſurgit, cuius uertices de nubibus

g *In his locis.*) Ariſtoteles, Aelianus, Plinius, Pauſanias ſcribunt Bonaſum animal non in ijs locis, hoc eſt in Lydia, uel Phrygia, ſed in Pœonia Thraciæ, uel Macedoniæ regione reperiri. Vnde non immeritò quidam hoc loco Solinum arguũt. Exiſtimãt aũt erroris eius cauſam fuiſſe, quod apud Plinium non Pœoniã, ſed Mœoniã legerit. Vel quod Piones pro Pœonibus acceperit. Quid ſi in utraq; regione idipſum animal reperiatur? Verba Plinij ex ca. 15. octaui. De Scythicis, & ſeptentrionalibus animalibus differentis. Tradunt (inquit) in Pœonia feram, quæ Bonaſus uocetur, equina iuba, cætera Tauro ſimilem, cornibus ita in ſe inflexis, ut non ſit utilis pugnæ. Quapropter fuga ſibi auxiliari, reddentem ea fimum interdũ & trium iugerum longitudine, cuius contactus ſequentes, ut ignis aliquis cõburat. Integrum de hac fera caput eſt apud Ariſtot. de natura animalium lib. 9. Bonaſus (inquit) gignitur in terra Pœonia, monte Meſappo, qui Peoniæ & Mediæ terræ collimitium eſt, & Monapios à Pœonibus appellatur. Magnitudine tauri, ſed corpore, q̃ bos latiore. Breuior & in latera auctior eſt. Tergus diſtẽtũ eius locũ ſeptem accubantium occupat. Cætera forma bouis ſimilis eſt, niſi quod ceruix iubata armorũ tenus, ut equi eſt, ſed uillo molliore, q̃ iuba equina, & cõpoſitiore. Color pili totius corporis flauus, iuba plixa, & ad oculos uſq; demiſſa, & frequẽs color inter cinereũ, & rufum, non qualis equorũ, quos Partos uocãt, eſt, ſed uillo ſupra ſqualidiore, ſubter lanario. Nigri, aut ad modũ rufi nulli ſunt. Vocem ſimilẽ boui emittunt. Cornua adunca in ſe flexa, & pugnæ inutilia gerunt, magnitudine palmari, aut paulò maiora, amplitudine non multò arctiore, q̃ ut ſingula ſemiſſextariũ capiant nigritie proba, anciæ ad oculos uſq; demiſſæ, ita ut in latus potius, q̃ ante pendeãt. Caret ſuperiore dentiũ ordine, ut bos, & reliqua cornigera omnia. Crura hirſuta, atq; biſulca habet, caudã minorem, q̃ pro ſui corporis magnitudine, ſimilẽ Bubulæ. Excitat puluerẽ, & fodit, ut taurus, tergore contra ictus præualido eſt. Carnem habet &c. Ridicula omnino ſunt, quæ de hoc animali prodit Albertus cap. 1. tracta. quinti octaui de Animalibus lib. Libro quoq; 22. eiuſdem uoluminis, dicit hanc ipſam feram Bonachũ à Solino uocari.

a *Fimum gerit.*) Scribit hoc præter Plin. Ariſt. cap. 2. tertij de partibus animaliũ. Bonaſis excremẽti profuſionẽ natura pro auxilio dedit. Hoc enĩ cum metuunt, ſe tuentur. Hac eadem profuſione, alia quoq; ſeruari certum eſt. b *Per longitudinem trium iugerum.*) Sunt codices, in quibus ſic ſcriptum eſt. Per longitudinem triũ iugerũ, per longas aſpergines, quarum ardor qcquid attigerit, adurit. Ita egerie noxia amouet inſequentes. c *Miletos Ioniæ cap.*) Ex Plin. cap. 29 lib. 5. Miletus (inquit) Ioniæ caput. Lelegeis antea, & Phytiuſa, & Anactoria nominata, ſuper lxxx. urbiũ per cuncta maria genitrix. Nec fraudanda ciue Cadmo, qui primũ proſaicã orationem condere inſtituit. Fuit autem hic Cadmus alter ab eo, qui ex Phœnice oraculo monitus in Bœotia Thebanæ urbis extitit primus author. De hac urbe ſic Mela Pomp. lib. 1. Miletũ urbẽ (inquit) quondã Ioniæ totius belli, paciſq; artibus principem, patriã Thaletis Aſtrologi, & Timothei muſici, & Anaximandri Phyſici, aliorumq; ciuium inclytis ingenijs merito inclytã, utcunq; Ioniam uocant. Strabo in principio quartidecimi ſcribit Miletum à Neleo, qui genere Pylius fuit, fuiſſe conditam. Eſt autem urbs uetuſtiſſima, utputa nono anno Aegæi Athenienſium regni condita, author in temporibus Euſebius. Mileſij ob opum copiã mirè luxui, & delicijs deditі fuiſſe traduntur. De ijs illud fertur. Nemo noſtrũ frugi eſto, alioquin cũ alijs eijciatur. Hinc prouerbio dici cœptũ, Mileſius ſermo, pro delicato, ac delitioſo. d *Clarij Apollinis.*) Ex Plinio cap. 29. quinti. Huius oraculi originem explicat Pom. Mela lib. primo ibi, Lebedos (inquit) Clarijq; Apolli-

nis

ſuperuolantibus [a] futuræ tempeſtatis ſignificant qualitatem. Caput Mæoniæ Sipylus excipit, Tantalis antea dictus, & in illam uocabuli memoriam orbitatibus [b] datus Niobe. Smyrnam Melas circunfluit, inter flumina Aſiatica facilè præcipuus amnis. Smyrnæos uerò campos fluuius Hermus ſecat, ortus Dorylao Phrygiæ, Phrygiam ſcindit à Caria. Hunc quoque Hermum fluctibus aureis æſtuaſſe antiquitas credidit. Smyrna, unde præcipuè nitet, Homero uati patria [c] extitit, qui poſt Ilium captum anno ducenteſimo ſeptuageſimoſecundo humanis rebus exceſſit, Agrippa Syluio Tyberini filio Albæ regnante, anno ante urbem conditam centeſimo ſexageſimo. Inter quem, & Heſiodum poëtam, qui in Auſpicijs Olympiadis primæ obijt, centum trigintaocto anni [d] interfuerunt. In Rhetæo littore [e] Athenienſes, & Mitylengi

nis fanũ, qđ Manto Pyreſię filia fugiens uictores Thebanorũ Epygonos, & Colophon, quã Mopſus eiuſdem matris filius ſtatuit ad promontoriũ, quo ſinus clauditur. Meminit Strab. lib. 14. Plinius cap. 106. ſecundi. Colophone (inquit) in Apollinis Clarij ſpecu lacuna eſt, cuius potu mira redduntur oracula bibentiũ breuiori uita. Meminit & Macrob. Saturnalium libro primo. De Sypilo, qui antea Tantalis dicebatur. Plinius capite uiceſimonono quinti. Item cæteri. a *De nubibus ſuperuolantibus.*) Exemplaria fermè omnia habent. De nebulis ſuperuolitantibus. b *Orbitatibus Niobe.*) Niobes ob filiorum, filiarumq́; numerum ſe Latonæ præferentis, & eam ob cauſam natis orbatæ fabulam multis carminibus retulit Ouidius Metamorph. libro ſexto. Quot autem fuerint Niobes filij, ac filiæ, mira eſt apud Græcos authores diuerſitas. Nã Homerus uiceſimoquarto Iliados lib. pueros, puellasq́; eius ſenos dicit fuiſſe. Euripides bis ſeptenos. Sappho bis nouenos, Bachilides, & Pindarus bis denos. Quidam alij ſcriptores tres fuiſſe ſolùm dixerũt, author eſt Gellius cap. ſexto uiceſimi Noctium Atticarum. De Hermi fluminis fluctib. aureis meminerũt Vergilius, Statius, Claudianus. c *Homero uati patria extitit.*) Aulus Gellius capite undecimo tertij Noctium ſuarum refert Græcum Diſtichum, quo ſeptẽ urbes certare dicit de Homeri uatis patria.

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶν, ἴος, ἄργος ἀθῆναι. Hoc eſt.
Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri.
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ius, Argos, Athenæ.

Hæc lis facilè dirimi poteſt ex ijs quæ ſcribit Archilochus in libello ſuo de Temporibus. Quo loco tradit uarijs temporibus, ac locis, octo Homeros floruiſſe. Et enumeratis ſeptẽ, ſubdit. Vltimũ hunc Homerũ ætas noſtra cernit, qui Olympiade 23. & à Troiæ excidio anno quincenteſimo, patria Mæon, Olympico certamine uictor, iudició totius Græciæ eximius Poetarũ eſt habitus, & ei ſolius tributũ emendãdi characteres, & nomina, & linguam Græcã, quæ (ut ferũt) Cadmus Samotrax ferè barbara, & plena ruditatis attulit &c. Hinc factum uidetur, ut nec de Homeri poëtæ tempore cõueniãt authores. Quidã eum, ex quibus Crates, ante deſcenſum Heraclidarum ponunt. Eratoſthenes poſt centeſimũ annũ Troianæ captiuitatis. Ariſtarchus Ionica emigratione, ſiue poſt annũ centeſimũ. Pilochorus emigrationis Ionicæ tẽpore, ſub Archippo Athenienſiũ magiſtratu, & poſt captã Troiã anno 180. Apollodorus Athenienſis poſt 240. annum euerſionis Ilij. Extiterũt alij, qui modico tempore anteq́; Olympiades inciperent 400. retro annis Troianæ captiuitatis eũ fuiſſe putent. Licet Archilochus 23. Olympiade quingenteſimũ Troianæ captiuitatis annum ſupputet. Hæc ex Euſebio lib. temporum. d *Centum trigintaocto anni interfuerunt.*) Aulus Gellius in eo, quem modo retulimus loco plura diſſerit de Homeri, & Heſiodi poëtarum ætate. Philochorus, & Zenophanes Homerũ, q́; Heſiodũ maiorẽ natu fuiſſe ſcripſerunt. L. Actius poëta, & Ephorus hiſtoriæ ſcriptor minorẽ natu Homerũ eſſe dixerunt. M. Varro in primo de Imaginibus, nõ eſſe dubium tradit, quin aliquo tempore eodẽ uixerint. Idq́; ex Epigrãmate oſtendit, quod in Tripode ſcriptũ eſt, in monte Helicone ab Heſiodo poſitum traditur. Lege eundem cap. ultimo 17. eius uoluminis. M. Cicero in Dialogo de Senectute referens Catonis ſententiã. At Homerus (inquit) qui multis (ut mihi uidetur) antè ſæculis, q́; Heſiodus fuit. e *In Rhetæo littore.*) Plinius cap. 30. lib. quinti. Extra ſinum (inquit) ſunt Rhetæa littora, Rhetæo, & Dardanio, & Arisbe oppidis habitata. Fuit & Achilleon oppidũ iuxta tumulũ Achillis conditũ à Mytilenęis, & mox Athenięſibus, ubi claſſis eius ſteterat.

a ad tumulum ducis Theſſali Achilleon oppidum cō-
diderūt, quod propemodum interijt. Deinde inter-
poſitis .xl. ferme ſtadijs in altero cornu eiuſdem litto-
ris ob honorem Salaminij Aiacis alterum oppidum,
b cui Aeantio datum nomen, Rhodij extruxerunt. At
iuxta Ilium Memnonis [a] ſtat ſepulchrum, ad quod
ſempiternò ex Aethiopia cateruatim aues aduolant,
quas Ilienſes Memnonias uocant. Cremutius author
c eſt has eaſdem anno quinto in Aethiopia cateruatim
coire, & undique uerſum quouſquam gentium ſint,
ad regiam Memnonis conuenire. Mediterranea quæ
ſunt ſupra Troadis partem Teutrania tenet regio, [a]
d quæ primo Myſorum fuit patria. Pefunditur Teu-
trania Caico flumine. Per omnem Aſiam Chamæ-
leon [c] plurimus animal quadrupes, facie, qua lacertæ,
niſi crura recta, & longiora uentri iungerentur, pro-
e lixa cauda, eadémque in uertiginem torta, hama-
ti ungues ſubtili aduncitate, inceſſus piger, & ferè
idem qui teſtudinum motus, corpus aſperum, cu-
tem qualem in Crocodilis deprehendimus, ſubdu-
f cti oculi, & receſſu concauo introrſum recepti, quos
nunquam nictatione obnubit. Viſum denique non
circumlatis pupillis, ſed obtutu rigidi orbis intentat.
Hiatus eius æternus, ac ſine ullius uſus miniſterio.
Quippe cum neque cibum capiat, neque potu alatur,

ſteterat. De ſepulchro Achillis, & Aiacis in his locis meminit etiā Diodorus Siculus in Alexandro, hoc eſt, 17. hiſtoriarum libro. a *Memnonis ſepulchrum.*) Memnon Titoni, & Auroræ filius, Priamo cum uiginti peditum milibus, ducentis curribus auxilium ferens, ab Achille, uel, ut Diodo. ait, per inſidias à Theſſalis tandē peremptus eſt. Huius exuſti corporis fauillæ (ut fabulæ tradunt) Auroræ matris precibus in uolucres uerſæ ſunt, quæ ob hoc Memnonides nūcupantur. Hæ Memnonis memores annis ſingulis ſepulchrum eius adeuntes, manibus ipſius frequenter parentant. Fabulam refert Ouidius. 13. Trāſformationum libro. Cætera Diodorus Siculus libro tertio. De his auibus ſic Plinius capite. 26. libri decimi authores ſunt (inquit) omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues, & confligere ad Memnonis ſepulchrum, quas ob id &c. Quam à probis authoribus diuerſa de his auibus ꝓdat Albertus. 23. de Animalibus libro ex eius uerbis, quæ ut iacent ſubſcripſimus deprehenditur. Memnonides quędam uocantur aues, à loco ab Aegyptijs ſic uocatas. Cateruatim eñ ab Aegypto uolant ad Iliū ad ſepulchrum Memnonis Pythagorici philoſophi ſemper in quinto anno, & cū biduo ibi circumuolauerunt, decimo die pugnam ineunt, & ſe roſtris, & unguibus lacerāt, & tunc reuertuntur in Aegyptum. Hucuſque Albertus, Quæ quàm falſa ſint, ex Plinij, & Solini uerbis emunctæ naris quilibet mox aduertet. b *Teutrania tenet regio.*) Plinius capite trigeſimo libri quinti. Suprà Aeolida, & partem Troadis in mediterraneo eſt, quæ uocatur Teutrania, quam Myſij antiquitus tenuere. Ibi Caicus amnis iam dictus oritur. c *Chamæleon.*) Græci χαμαὶ humile, & paruum dicunt. Hinc Chamęleon paruus leo. Plinij uerba ex quibus hæc Solinus tranſtulit ex cap. 33. octaui nat. hiſtoriæ ſunt. At Chamæleontem & ipſa. i. Africa, ꝗꝗ frequentiorē India. Figura, et magnitudo erat lacerti, niſi crura eſſent recta, & excelſiora. Latere uentri iunguntur, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum ut in paruo ſit haud abſimile ſuillo. Cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe uiperinis orbibus. Vngues adunci. Motus tardior ut teſtudini. Corpus aſperum, ut Crocodilo. Oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine prægrandes, & corpori concolores. Nunquam eos aperit, nec pupillæ motu, ſed totius oculi uerſatione circumſpicit. Ipſe celſus hianti ſemper ore. Solus animalium nec cibo, nec potu ſemper alitur, nec alio quam aëris alimento. Circa caprificos ferus, innoxius alioquin. Et coloris natura mirabilior. Mutat namque eum ſubinde, & oculi, & cauda, & toto corpore. Redditq́ ſemper quemcúnque proximè attingit, præter rubrum, candidúmque. Defuncto pallor eſt. Caro in capite, & maxillis, & ad commiſſuram caudæ admodum exigua. Nec alicubi toto corpore. Sanguis in corde, & circa oculos tantùm. Viſcera ſine ſplene, Hybernis menſibus latet, ut lacerta. Plura de eodem idem Plininius capite octauo uiceſimioctaui. Extat caput duodecimum decimi Noctium Atticarum apud Aulum Gellium. Item caput undecimū ſecundi de natura animalium apud Ariſtotelē. Mirè

nec alimento alio, quam hauſtu aëris uiuat. Color uarius, [a] & in momento mutabilis, ita ut cuicunque rei ſe coniunxerit, concolor ei fiat. Colores duo ſunt, quos fingere non ualet, rubrus, & candidus, cæteros facilè mentitur. Corpus penè ſine carne, uita lia ſine liene, nec niſi in corculo pauxillum ſanguinis deprehenditur. Latet hyeme, producitur uere. Impetibilis eſt coraci, à quo cum interfectus eſt, uictorem ſuum perimit interemptus. Nam ſi uel modicum ales ex eo ederit, ilico moritur. Sed Corax habet præſidium[b] ad medelam natura manum porrigente. Nam cum afflictum ſe intelligit, ſumpta fronde laurea recuperat ſanitatem. Pythonis Come eſt[c] in Aſia locus in campis patentibus, ubi primo aduentus ſui tempore Ciconiæ aduolant, & eam quæ ultima aduenerit, laniant uniuerſæ. Aues iſtas ferunt linguas non habere, uerùm ſonum quo crepitant oris potius quam uocis eſſe. Eximia illis ineſt pietas. [d] Etenim quantum temporis impenderint fœtibus educandis, tantum & ipſæ à pullis ſuis inuicem aluntur. Ita enim impenſè nidos fouent, ut incubitus aſſiduitate plumas exuant. Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Theſſalia uel maximè, ubi ſerpentum immanis copia eſt, quos dum eſcandi gratia inſectantur, regionibus Theſſalicis plurimùm mali detrahunt. Galatiam [e] pri-

degenerat ab Ariſtotele, & cæteris Albertus cum de Chamæleōte ſcriberet cap. 5. primi tractatus ſecundi de animalibus. a *Color uarius, & in momento mutabilis.)* Præter ea, quæ de mutabilitate huius animalis ſcribunt Ariſtoteles, Plinius, Ambroſius quinto Hexameron, Seneca primo Naturalium quæſtionum, ſic canit Ouidius decimoquinto Metamorphoſeos. *Id quoque quod uentis animal nutritur, & aura Protinus aſsimilat, tetigit quoſcunque colores.* Hinc natum Adagium apud Græcos χαμαιλέοντος ἐυμεταβολώτερος. Chamæleonte mutabilior, de homine omnino inconſtanti, & uario, non abſimile illi, quod alibi ex Plauto retulimus. Verſipellis. b *Sed Corax habet præſidium.)* κόρακα Græci coruum dicunt. Coruus (inquit) Plinius capite 27. libri octaui) occiſo Chamæleonte, qui etiam uictori nocet, lauro infeſtum uirus extinguit. c *Pythonis Come eſt.)* Plura de hoc ipſo loco diſputat Hermolaus capite 23. decimi Plinianarum caſtigationum. Pythonis Comen uocant (inquit Plinius) in Aſia patentibus campis, ubi Ciconiæ congregatæ inter ſe commurmurant. Eam denique, quæ nouiſsimè aduenit lacerant, atque ita abeunt. Notatum poſt Idus Auguſtas non temere uiſas ibi. Sunt qui Ciconijs non ineſſe linguas confirment. Honos his ſerpentium exitio tantus, ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe, eadem legibus pœna, quæ in homicida. Ciconias ferunt (inquit quinto Hexameron diuus Ambroſius) collecto proficiſci agmine, ſi quo pergendum putant, & ſimul pleriſque circa orientem locis inuehi, & quaſi teſſara militari pariter omnes moueri, exercitum credas cũ ſignis ſuis pergere. Sic omnes uiandi, comitandique præeundi ordinem ſeruant &c. d *Eximia illis ineſt pietas.)* Cicōnias genitorum ſenectutem inuicem educare inuulgatũ eſt. Sed ſunt qui Meropes idem facere confirment, uicemque reddi, ut parentes non modò ſeneſcentes, uerumetiam ſtatim, cum iam datur facultas, alantur opera liberorum. Nec matrem, aut patrem exire, ſed in cubile manentes paſci labore eorum, quos ipſi genuere, enutrierunt, educarunt. Hæc ex Ariſt. capite decimotertio noni Naturæ animalium. Hinc in parentum pietatem ſumptum adagium ἀντιπελαργεῖν. i. Mutuam beneficiorum uicem repẽdere. Supplendum, conueuit, par eſt, uel quipiam ſimile. Citat Tarræas in Prouerbiorũ Collectaneis hunc, quem modo adſcripſimus Ariſtotelis locũ. Hanc ipſam Ciconiarũ in parẽtes pietatẽ, multis explicat Ambroſius cap. 16. quinti Hexameron. Leges, quibus iubentur liberi parẽtes ſuos alere Ariſtophanes eleganti uocabulo πελαργικὸς νόμος nuncupat, quaſi Ciconiarias leges dixeris. Ciconiarũ pietatẽ ueteres attendentes, in regijs ſceptris parte ſumma Ciconiam, parte uerò infima Hippopotamũ improbiſſimũ animal inſculpere ſoliti ſunt. Qua re uiolentiam obnoxiam eſſe iuſticiæ ſignificare uolebant. Eſt enim Ciconia δικαιοσύνης σύμβολον. i. iuſticiæ ſignũ. Inter Decalogi præcepta non infimũ locum tenet, quo parentes honorare præcipimur. e *Galatiam.)* Plinius capite 32. quinti. Dicendum ſimul (inquit) uidetur

& de

& de Galatia,quæ ſuperpoſita agros maiori ex parte Phrygiæ tenet. Caputq́ quondam eius Gordium Qui partem eam inſedere ,Gallorum Toliſtobogi, & Voturi,& Ambiati uocantur. Gallorũ in Aſiam proceſſus deſcribit abundè T.Liuius.8.lib.de bello Macedonico. Plura Strabo circa finē duodecimi & L.Florus cap.11.ſecundi.Claudianus ſecundo in Eutropium. *Thini Thraces erant &c.* a *Bithynia.*) De origine,& nomine Bithyniorum Appianus in Mithridatico,hæc ferè tradit. Thraces

a mis ſæculis priſcæ Gallorum gentes occupauerunt. Toliſtobogi, & Voturi, & Ambiati, quæ uocabula adhuc permanent, quamuis Galatia unde dicta ſit, ipſo ſonat nomine.

De Bithynia,& Hylæ raptu, deq́ Hannibalis exitu, ac ſepulchro. Cap. LIIII.

b BIthynia a in Ponti exordio ad partem ſolis orientis, aduerſa Thraciæ opulenta,ac diues urbium, à fontibus Sangarij fluminis primos fines habet, antè Bebrycia dicta, c deinde Mygdonia,mox à Bithyno rege Bithynia. In ea Pruſiadem urbem prætermeat Hylas flumen, & alluit Hylas lacus, in quo reſediſſe credunt delitias Herculis Hylam puerum b Nymphis rapinam, c in cuius memoriam uſqueadhuc ſolenni curſi=

Græci eos exiſtimant, qui cum Rheſo ad Ilium pro Troianis caſtra habuere, Rheſo deinde nocte à Diomede (ut Homerus canit) perempto fugientes ad Ponti oſtia,quæ arctiora in Thraciam ſunt, quoſdam ratibus deſtitutos,in ea tellure conſediſſe, partemq́ eam tenuiſſe, quæ Bebrycia appellatur. Quoſdam tranſgreſſos,ultra Bizãtium, & Thraces, qui Bithynij dicuntur prope Bithym habitaſſe fluuium. Fame deinde compulſos, in Bebryciã rediſſe,& Bithyniam,pro Bebrycia à fluuij nomine, iuxta quem incoluiſſent,nominaſſe. Eius uerò appellationem nulla ratione cum tempore ab illis immutatam, cum parum admodum Bithyniæ nomen à Bebrycia uideatur differre, hoc multi iam exiſtimant. Alij uerò Bithym Iouis, & Thracis filium eorum regem primum extitiſſe, & utriusq́ appellatione,utri' que terræ nomen inditum. Secundam opinionē Stephanus quoque ſequitur. Bithynia (inquit) ἀπὸ βιθινοῦ τοῦ διός, καὶ θράκης τῆς τιτανίδος, hoc eſt, à Bithyno Iouis,& Thraces Titanidos filio. Herodotus in ſeptimo eos olim Strimonios uocatos refert. Bithynia,ut in principio quinti Ptol.ait,terminatur ab occaſu ore Ponti, & Thracio Boſphoro,& parte Propontidis. Eius figuram appingit tabula prima Aſiæ. Martianus,qui hunc Solini locum imitatur. Bithynia(inquit) initium Ponti eſt,& ab ortu Thraciæ aduerſa,à Sagari flumine primos habitatores habet,qui fluuius alij fluuio Gallo miſcetur,à quo Galli dicũtur miniſtri matris Deũ. Hæc & Bibrycia, & Mygdonia dicta eſt,à Bithynio rege Bithynia. Lege Plinium cap.ultimo.lib.quinti. Sunt authores tranſiſſe ex Europa Myſas,& Phrynos,& Thynos,à quibus appellantur,Myſi,Phryges, Bithyni b *Hylam puerum.*) Hylas Thiodamantis filius Dryopum regis quorum gens ſubiecta Parnaſſo fuit. Hic patre interfecto,Herculem ſecutus ſtudio eius uirtutis ardens, quum ex comitatu Argonautarũ in Myſia Hercules receſſiſſet ad materiam quærendam remi, quem fractũ uolebat reficere,& Hylas ad hauriendam aquam Aſcanij fluminis urnam extuliſſet,dum accedit ad ripam,adamatus à nymphis eſt,propter hunc Herculem comites deſeruit,nec deinceps ſecutus Iaſonem. Hũc quum in fonte periſſe cognitum eſt,ſacra ei inſtituta ſunt,quibus mos fuerat,ut eius nomen clamaretur in fontibus. Hinc à Vergilio dictum eſt. *Vt littus Hyla Hyla omne ſonaret.* Et Valerius Flaccus tertio Argonauticon.

Rurſus Hylan,& rurſus Hylan per longa reclamat
Auia,reſponſant ſyluæ,& uaga certat imago.

Hæc ex Probo tertio Georgicorum Verg. Seruio Ecloga ſexta. Placido quinto Theb. Item ex Cõmentarijs Apollonij. Strabone lib.12. Annotatũ ab Authoribus eſt,Hylan turpi amore dilectum ab Hercule. De loco ubi raptus eſt,non omnes idem ſentiũt. Herodotus lib.7.ſcribit in Magneſiæ ſinu locum eſſe quendã, in quo fertur Hercules quumq́ue naui Argo aquatum miſſus eſſet,fuiſſe eum ab Iaſone,atq́ ſocijs derelictum,dũ in terram Colchidē ad uellus nauigarent. Illinc enim aquati in pelagus erant abituri,eaq́ de re nomē loco fertur eſſe Aphete,quoniam Græcè ἀφετὴ dimiſſio dicatur. Strabo libro duodecimo ait eum apud Arganthonium montem raptum fuiſſe. Quo loco adhuc (inquit) feſta quædam apud Pruſienſes celebrantur,in quibus per montes uagi,ac ſaltantes,Hylan uocant, quaſi in ſyluas ad illum inquirendum, egrediantur. Propertius etiam uiceſima primi ad Argantiphagum fuiſſe Hylan raptum prodidit. c *Nymphis rapinam.*)

tationelacum populus circuit, & Hylan uoce cla- a
mant.[a] In Bithynio quoque agro Libyſſa locus Ni-
comediæ proximus ſepulchro Hannibalis famæ da-
tus, qui poſt Carthaginenſe iudicium[b] transfuga ad
regem Antiochum, deinde poſt Antiochi apud b
Thermopylas pugnam tam malam, fractumque re-
gem fortunæ uicibus in hoſpitium Pruſiæ[d] deuolu-
tus, ne traderetur Tito Quintio ob hãc cauſam in Bi-
thyniam miſſo, captiuuſque Romam ueniret, ueneni c
mali poculo animam expulit, & à Romanis ſe uincu-
lis morte defendit.

De ora Pontica. Cap. LV.

IN ora Pontica [e] poſt Boſphori fauces, & Rheſum amnem, portúmque Calpas Sangaris flu uius ortus in Phrygia, dictúſque à pleriſque

rapinam) Theŏcritus, & Nicandrus ſcribunt Hylan à Nymphis eius loci omnibus fuiſſe raptum. Apollonius, & Flaccus in Argonauticis, ab una tantùm nympha. Onaſus in primo Amazonicorum eum in mare lapſum, merſumq́; periſſe. a *Hylan uoce clamant.*) Tarrẹas in prouerbiorum Collectaneis Parœmiam refert, ex eo clamore ſumptam, quo Hylan feſtis illis uoce clamant. Ea autem eſt huiuſmodi. ὕλαν κραυγάζειν, Hylan inclamare, de his, qui aliquid inani labore proſequuntur. Quo loco Hylæ hiſtoriam uel fabellam potius, abũdè refert. Aitq́; inter cætera Polyphemum Cyclopem fuiſſe miſſum ad Hylan requirẽdum, Hylan'que inclamaſſe, nominatim'que uocaſſe cum nihil tamẽ eo clamore profecerit. b *Libyſſa.*) Gentile à Libya deductum nomen. Hinc Libyſſa locus dictus quod ab Hannibale Libyſſo conditus fuerit. Eſt autem Libyſſa, authore Stephano. φρούριον βιθυνίας, id eſt, præſidium, propugnaculum, & locus quidam munitus Bithyniæ. Appianus in eo libro qui Syrius inſcribitur, ait Libyſſum fluuium eſſe in Bithynia, & campum ſubinde ab eo Libyſſam dictum. Meminit Libyſſæ Plinius capite ultimo libri quinti. Item Martianus in ſexto. Plinius Cæcilius dicit Hannibalem fuiſſe ſepultum apud Libyſſam in arca lapidea, in qua hodie quoque (inquit) inſcriptum eſt. Hannibal hic ſitus eſt. c *Carthaginenſe iudicium.*) Quo pacis cõditiones à Scipione Carthaginẽſibus dictæ ſunt, inter quas Scipio ante omnia poſtulabat, ut Hannibal ſibi traderetur, author Liuius. 30. ab urbe cõdita libro. Authores ſunt (ut in Hannibalis uita Plutar. tradit) qui dicant Hannibalẽ ueritũ, ne petenti Scipioni dederetur, ſtatim re malè geſta in Aſiam profugiſſe. d *In hoſpitium Pruſiæ deuolutus.*) Poſt uictum apud Termopylas Antiochum, Hannibal ad Pruſiam Bithyniæ regem confugit. Pruſias autem præſenti iam Flaminio, Romaniſq́; gratificaretur, à ſe necandi, aut Romanis tradendi Hannibalis conſiliũ cœpit. A primo colloquio Flaminij milites extemplo ad domũ Hannibalis cuſtodiendã miſſi ſunt. Semper talem exitũ uitæ ſuæ proſpexerat Hannibal omnino, & Romanorum inexplicabile odium in ſe cernens, & fidei regum nihil ſanè confiſus. Pruſiæ uerè leuitatem etiã expertus erat. Flaminij quoq; aduentum uelut fatalem ſibi horruerat, ad omnia undiq; infeſta, ut iter ſemper aliquod præparatũ fugæ haberet, ſeptem exitus è domo fecerat, & ijs quoſdã occultos ne cuſtodia ſepirentur. Sed graue imperiũ regũ nihil inexploratũ, qđ inueſtigare uolunt, efficit totius circui domus ijs cuſtodijs cõplexi ſunt, ut nemo inde elabi poſſet. Hannibal poſteaq; eſt enunciatum milites regis in ueſtibulo eſſe poſtico, qđ deuij maximè, atq; occultiſſimi exitus erat, fugere conatus, ut id quoq; occurſu militum obſeptũ ſenſit, & omnia circa clauſa cuſtodijs diſpoſitis eſſe, uenenum quod multò antè præparatum ad tales habebat caſus popoſcit. Liberemus (inquit) diuturna cura populũ Romanũ quando mortem ſenis expectare longum cenſent. Nec magnam, nec memorabilem ex inermi, ꝓditorq́; Flaminius uictoriã refert. Mores quidem populus Romanus quantum mutauerit, uel hic dies argumento erit. Partes eorum Pyrrho regi hoſti armato exercitum in Italia habenti, ut à ueneno caueret, prædixerunt, ij legatum cõſularem, qui author eſſet, Pruſiæ qui ſcelus occidẽdi hoſpitis miſerunt. Execratus deinde in caput, regnumq́; Pruſiæ, & hoſpitales deos uiolatæ ab eo fidei teſtes inuocans, poculum exhauſit. Author Liuius lib. 39. ab urbe condita. Appianus in Syrio ſcribit Hannibalem huiuſmodi oraculo fidentem fuiſſe deceptum. Libyſſa gleba corpus teget Hannibalis, cum in Libya moriturum ſe ſperaret. e *IN ora Pontica poſt Boſphori fauces.*) Caput iſtud totum ex principio ſexti Plinij tranſumptum eſt. Pontus Græca dictio πόντος per Syncopen quaſi πόνος hoc eſt labor, dolorue, quod ſit mare ipſum

ipſum laboribus,& doloribus plenum,ut eſt. Qui nauigant mare,enarrãt pericula eius Eccleſiaſtici 43. Alij dictum putant à uerbo ποντίζω quod mergo ſignificat, quoniã in mari plurima mergi ſoleant. Eſt autem pontus id mare,quod inter Mæotidem paludem,& Tenedon inſulam interiacet. Menſurã ponti (inquit capite primo ſexti Caius Plinius) à Boſphoro,ad Mæotiũ lacum quidã fecere. xiiij. xxxviij. mil.D.paſſ.Erathoſthenes.c.minorem. Agrippa à Chalcedone ad Phaſin.x.mil. Inde Boſphorum Cimmerium.ccclx.mil. Nos interualla generatim ponimus comperta in noſtro æuo, quando etiam in ipſo ore Cimmerio pugnatum eſt. Ergo à faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas,quem aliqui Rheſum dixerunt. Deinde Pſillis,portus Calpas, Sangaris fluuius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit uaſtos amnes inter quos Tembrogium, & Gallum. Et idem Sangarius,à pleriſque dictus Coralius, à quo incipiunt Mariandini ſinus,oppidumq́ꝫ Heraclea Celceno,uel ut alij codices habent, Lyco flumine appoſitum. Abeſt à Ponti ore miliarijs ducentis. Portus Acone ueneno Aconito dirus. Specus Acheruſia. Hucuſqꝫ Plinius. De Ponti menſura,& circa eum nationibus plura Herodotus libro quarto. Ammianus libro uiceſimoſecundo. Strabo libro duodecimo, Ptolemæus capite primo quinti. Capella capite triceſimo quinto libri ſexti. a *Lyco flumini.*) Hermolaus capite primo ſexti Caſtigationum Plinianarum contendit ex Thucydide libro quarto apud Plinium non Lyco ſed Celeno flumine legi oportere, qui per Heracleenſem agrum meat,ut ſit Celex Celecis producta media. Niſi quis (inquit) utrumq́ꝫ flumen haberi parte illa ſentiat. b *Acone portus.*) Valerius Flaccus quarto Argonauticon meminit,in ijs locis Aconis fluminis.

a **Sangarius exordium facit Mariandini ſinus, in quo oppidum Heraclea appoſitum Lyco [a] flumini, & Acone portus, [b] qui prouentu malorum graminum uſque eò celebris eſt, ut noxias herbas Aconita illinc**
b **nominemus. Proximus inde Acheruſius ſpecus, [c] quem foraminis cœci profundo aduſqꝫ inferna aiunt patere.**

Quid memorem quas Iris aquas,aut torqueat Acon?

Naſo ſeptimo Transformationum ſcribit Aconitum,à Caute in qua naſcitur dictum eſſe.

Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute,
Agreſtes Aconita uocant.

Græci enim ἀκόνην cotem dicunt. Vnde ἀκόνιτον ſumptum nomẽ. Scribunt Aconitum prius fuiſſe innoxium,ſed contactum ſpuma Cerberi,uim contraxiſſe ueneni. Aconitum interdum pro quocunqꝫ lethaliſsimo ueneno capitur. Vnde prouerbiali figura à Iuuenali dictum. Nulla aconita bibuntur fictilibus. In eos dictum qui mortis ſæpe cauſam diuitias ardenter cupiunt. Si quis Aconitum neſciens hauſerit,hauſtu eum meri plurimi curari ſolet. Infuſum enim uiſceribus trahit ad ſe calorem,& ueneno frigido quaſi calidum iam repugnat. Si uerò Aconitum ipſum cum uino tritum potui datum ſit,haurientem nulla curatio à morte defendit. Tunc enim uinum natura frigidum admixtione ſui frigus auxit ueneni. Nec in interioribus iam caleſcit,quia non liberum ſed admixtum alij, imò in aliud uerſum deſcendit in uiſcera. Ex Macrobio Saturnalium libro ſeptimo. De Aconito plura Plinius capite ſecundo & tertio uiceſimi ſeptimi naturalis hiſtoriæ c *Acheruſius ſpecus.*) Nomen ſumptum ab a ſine,& χαίρον lætitia,quod locus is, quò per Acheruſium ſpecum iter eſt ſit omni penitus lætitia uacans. Plinius capite ſecundo uiceſimiſeptimi. Fabulæ (inquit) narrauere è ſpumis Cerberi canis extrahente ab inferis Hercule,ideoq́ꝫ apud Heracleam Ponticam ubi monſtratur eius ad inferos aditus gigni. Meminit Ammianus libro uiceſimoſecundo. Pomponius Mela libro primo. Iuxta ſpecus (inquit) eſt Acheruſia ad Manes (ut aiunt) peruius,atqꝫ inde extractum Cerberum exiſtimant.

Valerius Flaccus quarto Argonauticon.

Inde premente noto triſtes Acheruſidos oras,
Præterit.

Eſt & Italiæ palus Acheruſia prope Puteolos,& Cumas

Qua fama eſt Acherontis ad undas
Pandere iter,cæcas ſtagnante uoragine fauces
Laxat,& horrendos aperit telluris hiatus,
Interdumqꝫ nouo perturbat lumine manes.

Ex eo loco mortui tranſmittuntur perſoluto prius Charonti numo pro Stygiæ paludis tranſnatione, Authores Plutarchus,& Plautus in Truculento. Is numus Græcè δανάκη dicebatur,qui in ore defuncti poni conſueuerat. Meminit Propertius Elegia tertiadecima libri quarti,& Apuleius ſexto de Aſino aureo. Item Diodorus Siculus circa finem ſecundi

De Paphlagonia, & Venetorum origine. Cap. LVI.

PAphlagoniam limes [a] à tergo Galaticus amplectitur. Ea Paphlagonia Carambi promontorio ſpectat Tauricam, conſurgit Cytoro [b] monte porrecto in ſpatium trium & ſexaginta milium, inſignis loco Heneto, [c] à quo (ut Cornelius Nepos perhibet) Paphlagones in Italiam tranſuecti, mox Veneti ſunt nominati. Plurimas in ea regione urbes Mileſij condiderunt. Eupatoriam [d] Mithridates quæ ſubacta à Pompeio, Pompeiopolis eſt dicta.

De Cappadocia, & Equorum natura. Cap. LVII.

CAppadocia gentium uniuerſarum, quæ Pontum accolunt præcipuè introrſus recedit.

PAphlagoniam limes.) Paphlagonia, authore Stephano, dicta eſt ἀπὸ παφλάγο τοῦ φινέως παιδός, id eſt, à Paphlago Phinei filio. Paphlagoniam (ut Plinius capite ſecundo ſexti refert) Pylæmoniam quidam dixerunt incluſam à tergo Galatia. Oppidum Maſtya Mileſiorum, deinde Cromna. Quo loco Henetos adijcit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat. Paphlagonas (ut lib. 12. Strabo tradit) ad orientem Halys flumen terminat, à Meridie fluens inter Syros, atque Paphlagonas, exitq; (ut Herodotus ait) in eum, qui Euxinus pontus appellatur. Paphlagoniæ ſitum ſcribit Ptol. ca. 4. quinti, & prima tabularum Aſiæ. b *Cytoro.*) Idem Strabo ſcribit Amaſtris arcem Cytorum dici olim Synopenſium Emporium, dictum à Cytoro Phryxi filio, ut Ephorus tradit. Cytorus mons plurimam buxum habet, ut Plinius cap. 17. ſextidecimi, & Strabo dicto libro prodiderunt. Vergilius ſecũdo Georgicorum

Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum

Quo loco Seruius magno errore (niſi ſcriptori uitium adſcribamus) tradit Cytorum Macedoniæ montem eſſe cũ reliqui omnes eum montem Paphlagoniæ eſſe dicant. c *Inſignis loco Heneto.*) Henetorum meminit Homerus ſecundo Iliados libro.

Paphlagonaſq; ferox ducebat in arma Pylemon
Ex Henetis muli ducunt genus unde feroces.

Sed quæritur quosnã poëta Henetos dicat. Sunt enim qui dicant Henetos in tota Paphlagonia nuſquam oſtendi. Alij dicunt uicum eſſe in littore decem ſchœnis ab Amaſtri diſtantem. Zenodotus de Henetia ſcribens, putat eam ſignificari, quæ nunc Amiſius appellatur. Nonnulli nationem quandam Cappadocibus finitimam prodiderunt cũ Cimmerijs militaſſe, poſtea Adriã perueniſſe. Sed quod maximè inter omnes cõſtat, eſt qđ Heneti clariſsima Paphlagonũ natio erant, ex qua Pylemon fuit, cũ quo plurimi ex illis militarũt. Amiſſo autẽ duce poſt captam Troiã, in Thraciã traiecerunt. Errantes uerò in eam regionem deuenere, quæ nunc Henetia appellatur. Quidã Antenorem dicunt, & eius filios, claſſis huius participes in interiore Adriæ receſſu cõſtitiſſe. Atq; iccitco ueriſimile eſt, Henetos defeciſſe, & nuſquã in tota Paphlagonia apparere. Lege eundem Strabonem in principio quinti, & parum poſt principium duodecimi. Rem paucis explicat. T. Liuius in principio primi ab urbe condi. & Q. Curtius in principio tertij. Cato in Originibus, ſcribit Venetis cunctis primã originẽ Phaëtonthæã eſſe, quæ Græcis (inquit) occaſionem mẽtiendi de Phaëtonte & Eridano præbuit, Poſterius mixta ijs nobilis ſtirps Troiana, à quibus Patauium ſuo conditore inclytum. Idem ferè ſcribit C. Sempronius in lib. de Italiæ diuiſione. Seruius primo Aeneid. ſuper illud. *Illyricos penetrare ſinus.* In hac quoq; hiſtoria turpiter lapſus eſt, exiſtimans iccirco dixiſſe Vergiliũ Illyricos, qđ inde (inquit) uenit quidã Henetus rex, qui Venetiã tenuit, cuius nomen Henetiã dictã, poſteri Venetiã nominauerunt. De Henetis, & Antenore cap. 8. ſuprà nonnulla retulimus. d *Eupatoriam.*) Plinij uerba ſunt ex cap. 2. lib ſexti. Amyſſo iunctum fuit oppidũ Eupatoria à Mithridate conditum. Victo eo Pompeopolis utrunq; appellatũ eſt. Theophraſtus, Plinius cap. 37. undecimi, & A. Gellius. 16. Noctiũ Atticarum, ſcribunt in Paphlagonia bina perdicibus corda eſſe. Ariſto. cap. 61. eius lib. quẽ de Admirandis in natura ſcripſit, tradit in Paphlagonia piſces eſſe, qui ſola ipſius telluris natura foueantur, coaleſcantq;. Paphlagonibus poſt mortẽ Philomenis regis populi Romani amici, puincia à Romanis impoſita eſt, ut à Sexto Rufo relatum eſt.

e

CAppadocia.) Pli. cap. 3. lib. ſexti, Cappadoces a Cappadoce amne dictos putat, cũ antea (inqt) Leucoſyri dicerentur. Sũt qui Cappadociam dictã uelint à Cappadoce Nini filio. Ea prius, ut Plutar. refert,

a Latere læuo utraſque Armenias, & Comagenem ſimul tranſit, dextro plurimis Aſiæ populis circumfuſa, Attollitur ad Tauri iuga, & ſolis ortus. Præterit Lycaoniam, Piſidiam, Ciciliam. adit ſu-
b per tractum Syriæ Antiochiæ, parte regionis alterius in Scythiam pertendens, ab Armenia maiore diuiſa Euphrate amne. Quæ Armenia, unde Pariedri [a] montes ſunt, auſpicatur. Multæ in
c Cappadocia urbes inclytæ. Verùm, ut ab aliis referamus pedem, [b] coloniam Archelaidem, [c] quam deduxit Claudius Cæſar, Halys [d] præterfluit. Neocæſaream fluuius Lycus alluit. Melitam Se-
d miramis condidit. Mazacam [e] ſub Argæo ſitam Cappadoces matrem urbium numerant. Qui Argæus niualibus [f] iugis arduus ne æſtiuo quidem torrente pruinis caret. Quemque indigenæ populi habitari Deo credunt. Terra illa ante alias altrix equorum, [g] & prouentui equino accommodatiſsi-

refert, Syria dicebatur, à Syro ſcilicet Apollinis, & Synopes filio nomen trahens. Cappadociæ regio ut li. ſecũdo Strabo ait, ad Euxinũ uergens cæteris Tauro appoſitis magis, ac magis ad Aquilonẽ ſpectat. Idẽ in principio duodecimi eã multas partes habere, plurimaſq; mutationes accepiſſe dicit. Qui enim Auſtrũ uerſus ſunt, Cilicio, qui Taurus dicitur, terminatur. Orientẽ uerſus Armenia. Colchide, ac diuerſarum linguarũ gentibus, quæ intermediæ ſunt. Septentrionem uerſus Euxino uſq; ad Halys oſtia. Occaſum uerſus Paphlagonum gẽtem, & Galatis, qui in Phrygiam tranſmigrarunt uſq; ad Lycaonas, & Cilices Ciliciã Tracheam incolentes. Quidam Cappadociã in decem Præturas diuidunt. Alij eam in duas Satrapias fuiſſe à Perſis diuiſam aiunt. Appian. in proœmio ſui operis dicit Cappadoces Cilicũ finitimos eſſe, Armeniorumq; partem, quam Armeniam minorem uocant. Eius ſitum appingit Ptolemæus capite 6. libr. quinti prima tabularum Aſiæ. Cappadoces (ut in Clio Herodotus tradit) coriacea ſubligacula, è corioque reliquam ueſtem ferunt. Non quibus uolunt cibis ueſcuntur, ſed quos habent utpote regionẽ aſperam incolentes. Potu non uini utuntur, ſed aquæ. Non ficos ad comedendum, nec aliud quicquam boni habentes. Fuiſſe Cappadoces malis moribus affectos, illud iactatum uulgò inditio eſt: τρία κάππα κάκιστα, Tria κκκ. peſsima. Id Suidas de Cretenſibus, Cilicibus, & Cappadocibus dictum refert. Auguſtinus autem cap. 3. de Grammatica ad tres Cornelios referendum putat. id eſt, Syllam, Cinnã, Lentulum, qui bipedum peſsimi exiſtimati ſunt. Illud admiratione dignum eſt, & inter mortales rariſsimũ, quod cum Romani libertatem Cappadocibus obtuliſſent, eam ij, & inſtanter quidẽ renuerint, ſibiq; tandem Ariobarzanẽ. r. regem immemores ſummi boni præfecerint. Id 12. uolumine Strabo refert. Extat in Cappadocas de modici ſalè plenum Diſtichum.

Καππαδόκην ποτ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Κάτθανε γευσαμένη, αἵματος ἰοβόλου.

Id eſt Cappadocem quandoq; uipera mala apprehendit, & ipſa interijt, quod uenenoſum ſanguinem guſtauerit. a *Pariedri.*) Sic enim legendum eſt, non Panhydri, uel Panthydri, ſiue Pantidri, ut in omnibus Solini exemplaribus legitur. Locum reſtituimus ex capite nono ſexti Plinij. b *Referamus pedem.*) Eſſe hanc prouerbialem figuram cap. primo ſupra commoſtrauimus. c *Archelaidem.*) Plin. cap. 3. lib. ſexti. Cappadocia (inquit) intus habet coloniam Claudij Archelaidem, quam preſluit Halys. d *Halys.*) Fluuius hic ex Armeno monte ortus Medicum, ac Lydũ imperium diſterminat, perfluit primũ Cilicas, dehinc Mantienos, qui ſunt ad dexreram, & Phrygas, qui ſunt ad læuam. Tũ Boreã uerſus tendens Syros, Cappadoces, Paphlagoneſq; interfluit, Cappadoces à dextra. Paphlagones à ſiniſtra perſtringens, author Herodo. lib. 1. Hũc fluuiũ Lucanus in. 3. Crœſo fatalẽ dixit. Crœſus enim Lydorum rex cũ cõtra Cyrum Perſarum regem bellũ gerere ſtatuiſſet, Apollinis oraculũ conſuluit, cui ſic Pythia reſpondiſſe dicitur. *Crœſus perdet Halym trãſgreſſus plurima regna.* Vel ut ſecũdo de Diuinatiõe ait Cicero. *Crœſus Halym penetrans magnam peruertet opum uim.* Hoſtiũ uim ſeſe peruerſurũ putauit, peruertit autẽ ſuã. De Neocæſarea, & Melita, Pli. eodẽ quod modò citauimus capite. e *Mazacam.*) Semper (inquit Sex. Rufus) in auxilia Romanorum fuere Cappadoces, & ita maieſtatem coluere Romanam, ut in honorem Auguſti Cæſaris Mazaca ciuitas Cappadociæ maxima Cæſarea nuncuparetur. Plura de hac urbe ca. 2. ſexti Plinianarum caſtigationũ Hermolans Barbarus annotauit. f *Qui Argæus niualibus.*) Strabo libro 12. de Mazaca loquens. Latet (inquit) ſub Argæo monte omnium altiſsimo, qui ſemper in ſummo niues habet, ex quo qui eò aſcendunt, quanq; ij per-

ma eſt. Quorum hoc in loco [a] ingenium reor a
perſequendum. Nam equis ineſſe iudicium docu-
mentis plurimis patefactum eſt, cum iam aliquot
inuenti ſunt, qui non niſi primos dominos recog-
noſcerent obliti manſuetudinis, ſiquando mu- b
taſſent conſueta ſeruitia. Inimicos partis ſuæ no-
runt, adeo, ut inter prælia hoſtes morſu petant.
Sed illud maius eſt, quod rectoribus perditis, quos
diligebant, accerſunt fame mortem. Verùm hi c
mores in genere equorum præſtantiſsimo reperi-
untur. Nam qui infra nobilitatem ſunt ſati, nulla
documenta ſui præbuerunt. Sed nequid uidea-
mur dicendi licentia contra fidem arrogaſſe, ex- d
emplum frequens dabimus. Alexandri Magni
equus [b] Bucephalus [c] dictus ſiue de aſpectus tor-

pauci ſunt, ſereno cœlo utrumq; æquor perſpici, Iſsicum ſcilicet, ac Ponticum &c. g *Altrix equorum.*) Claudianus de Phaleris equi regij

Iam paſcua fumant
Cappadocum, uolucrumque parens Argæus equorum.

Et ſecundo in Rufinum.

Turbidus Argæa ſeu niue lauit Halys,

a *Quorum hoc in loco ingenium reor perſequendum.*) Omnia quæ hoc loco de equis Solinus recenſet, ex Plinio ſumpta ſunt capite 42. octaui naturalis hiſtoriæ. Equi (ut quibuſdam placet) ex eo dicti ſunt, quod cum quadrigis iungũtur, æquari uideantur, pareſque forma, & curſu ſimiles copulentur. Qui fabulas conſectantur, ſcribunt Neptunum pcuſſa in petreis Theſſaliæ campis tellure primum equum, animal bellis aptum, produxiſſe. Lucanus. 6. Pharſaliæ de Theſſalia loquens.

Hac tellure feri micuerunt ſemina Martis,
Primus ab æquorea percuſsit cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen
Exilijt, primus Calybem, frenoſq; momordit,
Spumauitq; nouis Lapithæ domitoris habenis.

Eum equũ alij Scyphiũ, alij Scyronẽ nonnulli Arionem nominatum fuiſſe aiunt. Hinc factum eſt, ut Romani Neptunum equeſtrem uocent, Græci ἱππικὸν ποσειδῶνα, id eſt, equeſtrem Neptunũ, quod exiſtimetur princeps originis equorum. Lege Probũ, & Seruiũ primo Georgicorum Vergilij, qui fabularũ originẽ ad naturã redigunt. Refert Plin. ca. 56. ſeptimi natu. hiſto. equo uehi Bellerophõtẽ, frenos, et ſtrata equorũ Peletroniũ, pugnare ex equo Theſſalos inueniſſe. Idẽ Plinius cap. 40. octaui, tradit fideliſsimos ante omnia homini canes, atq; equos. Equinũ genus (ut cap. 25. ſeptimi Columella ſcribit) tripartito diuiditur. Eſt enim generoſa materies, quæ Circo, ſacriſq; certaminibus equos præbet. Eſt mularis, quæ præcio fœtus ſui corporatur generoſo. Eſt & uulgaris, quæ mediocres fœminas, mareſq; ꝓgenerat. Vt quæq; eſt præſtantior, ita ubere campo paſcitur &c. Vide Ariſtot. ca. 22. ſexti, & cap. 24. octaui naturæ animaliũ. Itẽ Varronẽ ca. 7. ſecundi de re ruſtica. Quãdo, & cur ſe equus homini ſubiecerit, canit Horatius epiſtola decima lib. 1. b *Alexandri Magni equus.*) Verba Plinij unde tranſtulit hæc Solinus, ſunt. Eidem Alexandro, & equi magna raritas contigit. Bucephalan eum uocarunt, ſiue ab aſpectu toruo, ſiue ab inſigni taurini capitis armo impreſsi. Sexdecim talentis ferunt ex Philonici Pharſali grege emptum, etiam tum puero capto eius decore. Neminem hic alium, q̃ Alexandrum regio inſtratus ornatu, recipit in ſedem, alios paſsim reijciens. Idem in prælijs memoratæ cuiuſdam perhibetur operæ. Thebarum oppugnatione uulneratus, in aliũ tranſire Alexandrum non paſſus. Multa præterea eiuſdem modi, propter quæ rex defuncto ei duxit exequias. Vrbẽ tumulo circumdedit nomine eius. Extat de huius equi excellentia cap. 2. quinti Noctiũ Atticarum apud Aulum Gellium, quo loco inter cætera ſcribit fuiſſe eũ equum emptũ talentis tredecim cũ Plin. ſexdecim dicat. Subſcripſi Arriani uerba ex quinto geſtorũ Alexandri lib. qđ hunc equum elegãter deſcribat. Is equus (inquit) forma fuit, & natura præter cæteros equos inſigni magnitudine, quæ mediocrem excederet, ſpiritu alto, ac generoſo, taurino capite, cuius rei cauſa id ſibi nomen inditum, uel quòd, ut alijs placet, cum toto corpore niger eſſet, albam in capite maculã taurino capiti maximẽ ſimilem habuerit. Nullũ omnino ſeſſorem præter Alexandrũ dignatus eſt unq̃. Hunc cũ apud Vxios amiſiſſet Alexander ſumma cura conquiri iuſsit, Vxijs exitiũ minatus ni continuò reducerent, iſq; redditus eſt. Ex multis periculis in prælio regem eripuit, multumq; ei ad gloriam contulit. Ad poſtremũ trigeſimum iam annum nactus non ullo uulnere, ſed ætate ſimul & labore æger factus in caſtris, unde mouerat citra Hidaſpem uitam finijt. Diod. Siculus lib. 17. ſcribit hunc equum regi donaſſe Corynthium Demarathum, eoq; Alexandrum omnibus Aſiæ prælijs uſum fuiſſe. Multa de eo Plutarchus in Alex. Quintus Curtius lib. 5. Iuſtinus lib. 12. Item cæteri. c *Bucephalus*) Factum nomen ἀπὸ τοῦ βοὸς, καὶ κεφαλῆς, id eſt, à boue, & capite, quod eius equi caput bubulo capiti foret perſimile. Strabo libro 15. à latitudine

a uitate,ſeu ob inſigni,quod taurinum caput harmo
inuſtum gerebat, uel quod de fronte eius quædam
extantium corniculorum minæ protuberabant.
Cum ab equario ſuo aliàs etiam molliter ſederetur,
b accepto regio ſtratu neminem unquã alium præter
dominum uehere dignatus eſt. Documenta eius in
prælio plura ſunt, quibus Alexandrum è duriſsi-
mis certaminibus ſoſpitem ope ſua extulit. Quo me
c rito effectum, ut defuncto in India exequias rex du-
ceret, & ſupremis ſepulchrum daret. Vrbem etiam
conderet, quam in nominis memoriam Bucepha-
lam nominauit. Equus. C. Cæſaris a nullum præ-
d ter Cæſarem dorſo recepit, cuius primores pedes
facie ueſtigij humani traduntfuiſſe, ſicut ante Ve-
neris Genetricis ædem hac effigie locatus eſt. Re-
gem Scytharum b cum ſingulari certamine in-
e teremptum, aduerſarius uictor ſpoliare uellet, ab e-
quo eius calcibus, morſúque laniatus eſt. Agrigenti-
na etiam regio c frequens eſt equorum ſepulchris
quod ſupremorum munus meritis datum creditur.
f Voluptatem his ineſſe d Circi ſpectacula prodi
derunt. Quidam enim equorum cantibus tibiarum
quidam ſaltationibus, quidam colorum uarietate,
nonnulli etiam accenſis facibus ad curſus prouo-
cantur. Affectum equinum lachrymæ probant.
g Denique interfecto Nicomede rege equus eius in-
edia uitam expulit. Cum prælio Antiochus e
Galatas ſubegiſſet. Centaretrij nomine ducis, qui in
acie ceciderat, equum ouaturus inſiluit. Iſque adeo
ſpreuit Lupatos, ut de induſtria cernuatus rui-

latitudine frontis dictũ putat, cecidiſſeq; eum in prælio, quo ab Alexandro Porus uictus fuerat. Quò loco Bucephalam, & Niceam urbes condidit, primam ab equo, alteram à uictoria appellauit. a *Equus Caij Cæſaris.*) Plinius cap. 42. octaui. Nec Cæſaris dictatoris (inquit) quemquã aliũ recepiſſe dorſo equus traditur. Ideq; hominis ſimiles pedes priores habuiſſe. Hac effigie locatus antè Veneris genitricis ædẽ Suetonius lib. primo. Vtebatur autẽ (inquit) equo inſigni, pedibus propè humanis, & in modum digitorum ungulis ſciſsis, quem natum apud ſe, quum Aruſpices imperium orbis terræ ſignificare domino pronunciaſſent, magna cura aluit. Nec patientem ſeſſoris alterius primus aſcendit. Cuius etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicauit. Eadem fermè uerba refert Plutarchus in uita Cæſaris Dictatoris. b *Regem Scytharum.*) Ex Plinio & hoc tranſumptum. Scythæ quidem (inquit) equitatus, et equorum gloria ſtrepunt. Occiſo denique iſporum regulo ex prouocatione dimicante, hoſtem cum uictor ad ſpoliandum ueniſſet, ab equo eius ictibus, morſúque confectum. c *Agrigentina regio.*) Plinius capite 42. octaui. Agrigenti complurium (inquit) equorum tumuli Pyramides habent. b *Voluptatem ijs ineſſe.*) Nam in circo, ait Plinius, ad currus iuncti non dubiè intellectum adhortationis, et gloriæ fatentur. Item docilitas tanta eſt, ut uniuerſus Sybaritani exercitus equitatus ad ſymphoniæ cantum ſaltatione quadam moueri ſolitus inueniatur. Iidem præſagiunt pugnam, & amiſſos lugẽt dominos, lachrymaſque interdum deſyderio fundunt. Interfecto Nicomede rege, equus eius inedia uitam finiuit. e *Cum prælio Antiochus.*) Plinius hoc ipſum ijs uerbis exprimit. Philarchus refert Centaretrium è Galatis in prælio occiſo, Antiocho potitum equo eius conſcendiſſe ouantem. At illum indignatione accenſum domitis frenis, ne regi poſſet, præcipitem in abrupta iſſe, exanimatumq; una. Contraria eſt omnino Solini hoc loco Plinianæ ſententiæ. Nam Solinus ait Antiochum à Centeretrij occiſi equo peremptum. Plinius autem econtrario Antiochi occiſi Centeretrium conſcendiſſe equum, ſicq; Centeretrium exanimatum unà. Item plura Cæcilius cap. 54. de uiris illuſtribus. f *Claudij Cæſaris Circenſes.*) Claudij Cæſaris ſæcularium iudorum Circenſibus (inquit Plinius) excuſſo in carceribus auriga, albati equi palmam occupauere, primatum obtinuere, oppoſita effundentes omnia, quæ contra æmulos debuiſſent, periti ſsimo auriga inſiſtente facientes. Cum puderet hominum artes ab equis uinci, peracto legitimo curſu ad metã ſtetere. Maius auguriũ circa priſcos plebeijs Circẽſibus excuſſo auriga, ita ut ſi ſtaret, in Capitolium cucurriſſe equos, ſedẽq; ter luſtraſſe.

Maximum

na,& ſe,& equitem pariter affligeret. Ingenia equo= a
rum & Claudij Cæſaris [f] Circenſes probarunt cum
effuſo rectore quadrigæ, curſus æmulos non minus
aſtu,quam uelocitate præuerterent. Et poſt decur=
ſa legitima ſpatia, ad locum palmæ ſponte conſi= b
ſterent,uelut uictoriæ præmium poſtularent. Ex=
cuſſo quoque auriga,quem Ratumenam nomina=
bant, relicto certamine ad Capitolium quadriga
proſiluit,nec antè ſubſtitit, quamlibet obuijs oc= c
curſibus impedita,quàm Tarpeium Iouem trina
dextratione luſtraſſet. In huiuſce animalis genere
ætas longior a maribus. Legimus ſanè equum
aduſque annos lxx. b uixiſſe. Iam illud non ue= d
nit in ambiguum, quod in annum tertium & triceſi=
mum generat, utpote qui etiam poſt uiceſimum mit
tantur ad ſobolem reficiendam. Notatum etiam ad=
uertimus Opuntem nomine c equum ad grega e
riam Venerem duraſſe in annos xl. Equarum libi=
do extinguitur iubis tonſis. d In quarum partu
amoris naſcitur ueneficium, quod in frontibus præ=
ferunt recēs editi, fuluo colore Caricis ſimile, e ἱππομανὲς
nominatum. Quod ſi præreptum ſtatim fuerit, ne=

Maximū uerò eodem perueniſſe à Veijs cum palma,& corona effuſo Ratumena, qui ibi uicerat. Vnde poſtea nomen portæ eſt. Locum hunc Hermolaus plurimis interpretatur cap.42.octaui Plinij. a *Aetas longior maribus.*)De equorum ætatibus hæc ex Ariſtotele ferè Caius Plinius refert. Viuunt(inquit) annis quidem quinquagenis. Fœminæ minore ſpatio. Eædem quinquennio finem creſcendi capiunt, mares anno addito. Generat mas ad annos trigintatres adiutum modo in attollenda priore parte corporis. Sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas. Qua de cauſa per interualla admiſſuræ dantur, nec tamen quindecim initus eiuſdem anni ualet tolerare. Gignunt annis omnibus ad quadrageſimum. Vixiſſe equū ſeptuagintaquinque annis proditur. Verba Ariſtotelis ne quis diſpendiosè quærat, ex capite 22. ſexti naturæ animaliū adſcripſimus. Vita equorum plurimis (inquit) ad decimumoctauum & etiam uiceſimum annum, ſed nonnulli etiam quinq;,& uiginti, atq; triginta egerunt, & ſi cura diligenter adhibeatur, uel ad quinquaginta protrahitur ætas. Longiſsima tamen uita in pluribus ad triceſimum annum, quod magna ex parte fieri norimus. Fœmina magna quidem parte, quinq; & uiginti annos uiuere poteſt, ſed iam nōnullę etiam quadraginta uixere. Minus temporis mares uiuūt, quā fœminæ propter coitum,& qui domi aluntur minus quam gregarij. b *Ad annos lxx.*)Septuagintaquinq; dicit Plinius, ut in alterutro ſit annorum numerus deprauatus. c *Opuntem nomine equum.*) Opuntem non equi nomen intelligas, ſed oppidi, apud quod is equus repertus fuerit. Fuit autem Opus, uel ut alij Opuns, aut ut libr. ſecūdò legitur apud Melam Opoes, Metropolis è regione Eubœæ, à qua magnus Opuntius ſinus dictus eſt. Authores Plin. ca 7. libri 4. Strabo nono Geographiæ lib. Sumpſit autem hoc Solinus ex cap.22. ſexti naturæ animalium apud Ariſtotelem. Equum(inquit) apud Opuntum gregarium fuiſſe accepimus, qui annos quadraginta natus poſſet coire, ſed adiumentum quo ad ſui pedes priores attollerentur, deſyderabat. Ex ijs reor apud Solinum ſic legendum eſſe. Notatum etiam apud Opuntem nomine, equum ad gregariam Venerē &c. Sed exemplaria quotquot uiderim, ſine particula, apud, ſcripta ſunt. d *Iubis tonſis.*) Et id quoq; ex Plinio ſumptum eſt. e *ἱππομανὲς nominatum.*) Quaſi equinam furiam dicas. *ἵππος* equus *μανία* furia, ab effectu, quod ſi quis id uirus præreptum habeat, olfactu in rabiem id genus agitur. De eo Ariſto cap.22. ſexti naturæ animalium. Cum equa(inquit) peperit, ſtatim ſe Carica parua, ſpecie latiuſculum, orbiculatum, nigrum. Hoc ſi quis prærupto odorem moueat, equa excitatur, furitq; agnito eo odore. Quapropter id à Veneficis petitur,& percipitur mulierculis. Et cap.24. octaui naturæ animalium. Quod Hippomanes(inquit) uocant, hæret quidem fronti naſcentis pulli, ut narratur, ſed equæ perlambentes, abſtergentesq; id abrodunt. Quæ autem de hoc fabulantur figmenta muliercularum, & profeſſorum carminis, incantamentorum eſſe credendum potius eſt. Emitti etiam ab equa prius quam pullū, quod puliū dicitur. Idem repetitur apud Pli, eo capite qđ ſæpe citauimus. Verg.3. Gerg.

Hinc demum Hippomanes, uero quod nomine dicunt
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine uirus

Hippomanes,quod ſæpe malæ legere nouercæ. Quo loco plura Seruius,& Probus referunt,lòca alia citauimus in Poëtarum Collectaneis.Riſu digna ſunt,quæ de Hippomane ſcribit Albertus ca. 2. ſecundi tractatus ſeptimi de Animalibus,cuius uerba eradenda potius,q̃ adſcribẽda uel mediocriter eruditus iure cenſebit.Licet is culpã ei adſcribat,qui Ariſtotelẽ uerterit latinũ.Sed conſulendi fuerant, quos citauimus authores.Sunt qui non Alberto,ſed tempori culpã tribuant,quo floruerit.

a quaquam mater pullo ubera præbet fellicanda. Quo quis acrior fuerit, [a] ſpeiq́ maioris, eo profundius nares merſitat in bibendo. Mas ad bella nunquam producitur apud Scythas, [b] eo quod fœminæ laua b re ueſicas etiam in fuga poſsint. Edunt equæ [c] ex uẽtis conceptos, ſed hi nunquam ultra triennium æuũ trahunt.

De Aſsyria. Deque Vnguentorum origine. Cap. LVIII.

c ASſyriorum initium [d] Adiabene facit. In cuius parte Arbelitis regio eſt, quem locum uictoria [e] Alexandri Magni non ſinit præ-

a *Acrior fuerit ſpeiq́ maioris.*) Cum natus eſt equinus pullus,confeſtim licet indolem exiſtimare. Si hilaris,ſi intrepidus, ſi neque conſpectu,nouæque rei auditu terretur, ſi ante gregem procurrit,ſi laſciuia,& alacritate,interdum et curſu certaminis æqualis exuperat, ſi foſſam ſine cunctatione tranſilit, pontem, flumenq́ tranſcendit. Hæc erunt honeſti animi documenta. Corporis uerò forma ex quibus conſtare debeat,abunde ſimul,& eleganter tradunt Varro eo,quem ante citauimus, loco. Columella capite 17. libri ſeptimi. Seneca epiſtola.95. Vergil. 3.Georgicorum. *Nec non & pecori &c.* In generoſis equis, ut aiunt ueteres,quatuor expectãtur.Forma,pulchritudo, meritum, color. Hæc haud indoctè quidem explicat Iſidorus cap 1. duodecimi Ethimologiarum lib.quò loco de aquis abunde diſſerit. b *Apud Schytas.*) Eadem uerba ferè reperies apud Plinium. c *Edunt equæ ex uentis.*) Authores aſſertionis huius,abunde citauimus ca. 36.cum de Hiſpania ipſa ſcriberemus.

d

ASſyriorum initium.) Scribit Ioſephus ca.14. Antiquitatũ Iudæorum,Aſſur unũ ex Noë filijs Ninũ cõſtituiſſe ciuitatẽ,ac ſibi Subditos Syros à ſe Aſſyrios appellaſſe, quos felicißimos fuiſſe tradit. Idem refert Diuus Auguſtinus cap.3. decimiſexti Ciuitatis Dei. Polyſtephanos eoſdẽ eſſe Aſſyrios,& Syros dicit. Syros autem dictos ait à Syro Apollinis,& Synopes filio. Porphyrio Horatianus interpres Ode.14. ſecundi Carminũ ſcribit eã regionẽ,quæ nũc Syria dicitur,olim addita ſyllaba,fuiſſe Aſſyriam nominatam. Strabo in principio.16. Aſſyriam proximã Babylonicę regioni locat,in qua Ninus,Niſibiſq́ urbes ſunt. Ad orientem autem ſolem uergens Meſopotamiæ pars Adiabene. Qui uerò propriè nunc(inquit) Syri appellantur,uſq́ ad Cilices,& Phœnices,& Libes,& Aegyptium pelagus, & Iſsicum ſinũ & ab hoc olim uſq́ ad Euxinum. Quare utriq́ Cappadoces,tũ qui ad Taurum, tũ qui ad Pontum iacent ad hoc uſq́ tempus Leucoſyri appellantur,ac ſi ſint aliqui Syri nigri. Herodot. lib. ſeptimo eos à Græcis Syros dici ait,qui Aſſyrij appellantur à Barbaris. Lib. autẽ.4. dicit Syros Arabico pelago allui. Oppianus Aſſyrios amnis Tigridis accolas eſſe dicit. Xenop. Syros ab Aſſyrijs paſsim ſeparat. Ptolemæus tradit in principio lib.6. Aſſyriam terminari à ſeptentrione Armeniæ parte iuxta Niphatem montem,ab occaſu Meſopotamia,à meridie Suſiana,ab oriente parte Medię. Eius figuram (ſiquis figuris capitur) appingit quinta tabularũ Aſiæ. Plurima,quæ ad Aſſyrios, & Syros pertinent, refert Cœlius cap.34. decimi Antiquarũ lectionũ. Principiũ ex Plinio ſumptũ eſt cap.13. li.6. Armeniæ maiori(inquit) à frõtis parte,quæ uergit in Comaginẽ,Sophone(ut diximus) copulatur, eiq́ Adiabene Aſſyriorũ initium. Cuius pars eſt Arbelitis,ubi Dariũ Alexander debellauit proxima Syriæ. Totã eam Macedones Mygdoniam cognominauerunt à ſimilitudine. e *Quem locum uictoria Alexandri Magni.*) Arrianus geſtorum Alexandri lib.6. Ptolemæi,& Ariſtoboli teſtimonio oſtendit,Arbellam urbem ab eo loco,in quo ultimam pugnã Darius,Alexanderq́ pugnauerunt, opinione eorũ, qui plurimũ ſexcentis ſtadijs,eorũ uerò qui minimũ quingẽtis diſtare. Quã quidẽ pugnã ad Gauſamela uicũ ignobilẽ, iuxta Bumelũ flumen ijdem Ptolemæus,& Ariſtobolus commiſſam tradũt. At quoniã Arbella urbs erat per id temporis non incelebris,prælium illud ingens,maximeq́ memorabile apud illã accidiſſe, ut mihi quidem uidetur(inquit) uulgatum eſt &c. Sed eſſe poteſt, ut Gauſamela Arbelitis regionis uicus ſit,licet ab Arbella urbe quingentis,uel ſexcentis diſtet ſtadijs f *Scrinium unguentis refertum.*) Verba Plinij ſunt ex proœmio.13. naturalis hiſtoriæ lib. unde hæc Solinus tranſtulit. Caſtris(inquit)

Darij

teriri. Nam ibi copias Darij fudit, ipſumque ſube- a
git. Expugnatiſque eius caſtris in reliquo appara-
tu regis repperit ſcrinium [f] unguentis refertum,
unde primum Romana luxuria [a] fecit ingreſſum
ad odores peregrinos. Aliquantiſper tamen uirtute b
ueterum ab hac uitiorum illecebra defēſi ſumus, atq;
adeò in Cenſuram Publij Craſsi, [b] & Iulij Cæſa-
ris, qui edixerunt anno urbis conditæ quingenteſi-
mo. lxv. nequis unguenta inueheret peregrina. Poſt- c
modum uicerunt noſtra uitia, & ſenatui adeo placuit
odorum delitia, ut ea etiam in penetralibus tenebris
uteretur. Sicut. L. Plotium [c] fratrem. L. Plotij bis
conſulis proſcriptum à triumuiris in Salernitana la- d
tebra unguenti odor prodidit.

De Medica Arbore. Cap. LIX.

HOs terrarum [d] ductus excipit Media, cu- e
ius arbor inclaruit etiam carminibus Man-
tuanis, [e] Ingens ipſa, & cui tale ferme,

Darij regis expugnatis, in reliquò eius apparatu Alexāder cœpit Scriniū unguentorum. pòſtea uolu ptas eius à noſtris quoq; inter laudatiſsima, atq; etiam honeſtiſsima uitæ bona admiſſa &c. Sunt uetuſti codices, qui ſic habeant. Vnde latius ſe luxuria protulit. Nos tamen longo tempore uirtute ueterū ab hac uitiorum illecebra defenſi ſumus, atq; adeò in tempus Publij &c. a *Romana luxuria fecit ingreſſum.*) Syria (inquit capite duodecimo tertij. L. Florus) prima uicta Ro. mores corrupit. Lege Liuium lib. 39. ab Vrbe condita. Auguſtinum cap. 21. tertij Ciuitatis. Iuuenalis Saty. tertio. *Iam pridem in Tyberim Syrius defluxit Orontem.* et cet.

b *In cenſuram Publij Craſsi, & Iulij Cæſaris.*) Plinius capite tertio tertij decimi natu. hiſto. Quando id primū (inquit) ad Romanos penetrauerit, non facilè dixerim Certum eſt Antiocho rege, Aſia que deuictis urbis anno quingē teſimo ſexageſimo quinto. P. Licinium Craſſum, Iulium Cæſarem Cenſores edixiſſe, nequis uenderet unguenta exotica. Sic enim appellauere &c. c *Sicut. L. Plotium.*) Et hæc etiamnum ex Plinio ex mox citato ca. ſumpta ſunt. L. Plotium. L. Plotij. bis conſulis, cenſoriſúe fratrem proſcriptum à triumuiris in Salernitana latebra, unguenti odore ꝓditum conſtat. Quo dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt. Quis enim non merito iudicet periſſe tales? Natura quadam inſitum animātibus eſt, ut quæ ſunt uni grata, atque profigua, ſint reliquis contraria, ac pernitioſa frequenter. Hinc Lucretius libro 6.

Deniq; Amaricinum fugitat ſus, & timet omne
Vnguentum, nam ſetigeris ſubus acre uenenum ſt,
Quod nos interdum tanquam recreare uidetur.

Vnde authore Gellio in calce Noctium ſuarū in prouerbium abijt. Nihil cum Amaricino ſui. i. unicuiq; gratū eſt, quod ſuæ naturæ cōforme fuerit. d HOs terrarum ductus.) Ioſephus cap. xi. primi Antiquitatum Iudæorum, ex filijs Iaphet Madæū fuiſſe ait, ex eoq; gentes eſſe, quæ à Græcis Medi uocantur. Stephanus Mediā dictam tradit ἀπὸ μήδου ἢου μηδίας, i. à Medo filio Medeæ. Idem ſentiunt Strabo in xi. & Diod. Siculus li. 5. & ex noſtris Varro, & Probus. Herodotus in Polyhymnia, Medos quondā ab omnibus Arios uocatos, ſed ubi ad eos conceſsit ex Athenis Medea Colchis, immutaſſe, & ipſos nomen, ut Medi dicerētur. Ita (inquit) de ſe ipſis Medi commemorāt. Strabo Mediā in duas pattes diuiſam tradit. Vna q̃ maior dicitur, altera quę Media Atropatia ab Atropato duce nomen habens. Media habet ab ortu Caſpios, & Parthos à meridie Sitacenen, & Suſianem, & Perſida, ab occaſu Adiabenen, à ſeptentrione Armeniam. Lege Pliniū cap. 14. & 26. lib. ſexti. Eius ſitum Ptol. cap. 2. ſexti quinta tabularum Aſiæ explicat copioſè e *Carminibus Mantuanis.*) Mantuani Maronis carmina de hac ipſa arbore ſunt ex ſecundo Georgicorum libro.

Media fert triſtes ſuccos, tardumq; ſaporem
Felicis mali, quo non præſtantius ullum
Pocula ſiquando ſæuæ infecere nouercæ,
Miſcueruntq; herbas, & non innoxia uerba,
Auxilium uenit, ac membris agit atra uenena.
Ipſa ingens arbos, faciemq; ſimillima Lauro.
Et ſi non alium latè iactaret odorem
Laurus erat, folia haud ullis labentia uentis.

Flos apprime

Flos apprime tenax, animas, & olentia Medi *Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis.* Plinius capite tertio duodecimi Aſſyriam Malum eam nominat. Malus Aſſyria (inquit) quam alij uocant Medicam, uenenis medetur. Folium eius eſt Vnedonis intercurrentibus ſpinis. Pomum ipſum aliàs non manditur, odore præcellit foliorum quoq;, qui tranſit in ueſtes unà conditus, arcetq; animalium noxia. Arbor ipſa omnibus horis pomifera eſt, alijs cadentibus, alijs maturеſcentibus &c. Naturam, formam, effectusq; huius arboris multis uerbis deſcribit Theophraſtus capite quarto quarti libri de hiſtoria plantarũ, additq; etiam Perſicam uocari. Addubitant peritiores, ſit ne Malus Medica ea omnino arbor, quam Latini Citreum uocant? Apuleius (ut Seruius ſecundo Georgicorum refert) in his libris, quos de arboribus ſcripſit, tradit longè aliud eſſe genus arboris. Alij eandem eſſe arborem omnino contendunt. Macrobius tertio Saturnalium libro, pluribus docet Vergilium Medicæ arboris nomine, Citreum intellexiſſe. Vtitur autem Oppij, ac aliorum authoritate. Idem ex Dioſcoridis uerbis euidens fit, cuius uerba ex ca. 176. libri primi ſubſcripſimus. Nota ſunt omnibus (inquit) Medica, quæ alij Cedromela, alij Perſica, Romani Citrea appellant. Arbor hæc omnibus horis pomifer eſt, ita ut antecedentem fructum ſubnaſcens identidem occupet nouus. Pomum ipſum oblongũ, caperatumq; rugis, colore in aurũ inclinato. Suaui odore, alioquin graui. Semen habet pyro ſimile. Contra uenenũ in uino bibuntur. Aluũ laxant. Oris halitũ, & ſuauitatem cõmendant. Decocto eorũ colluto, aut ſucco expreſſo &c. Clarius idipſum cõſtat ex ijs, quæ Palladius Rutilius retulit titulo. xi. lib quarti. Multa congeſſit Hermolaus cap. 176. Corollarij ſui in Dioſcoridem. Vſus arboris, & pomi huius, lege apud Auicennam tractatu ſeptimo quinti Canonis. Et tractatu. i. eius libelli, quẽ de Viribus cordis ſcriptum reliquit. a *Et amaritudinis meræ.*) Sunt qui legant, amaritudinis miræ. Vetuſti quidam codices ſic habent. Sapore aſpero, & amaro &c. b *Odoris fragrantia.*) Theophraſtus li. 6. de cauſis plantarum, reddit cauſas, cur plantis, earumq; fructibus inſint odores, ſaporesq; mirè uarij, atq; diuerſi. c *Verùm pomo illi.*) Sunt qui legant. Verùm pomorum illius &c. d *Vſurpare ſibi.*) Plinius eo, quẽ modò citauimus loco. Tentauere (inquit) gentes transferre ad ſe propter remedij præſtantiam fictilibus in uaſis dato per cauernis radicibus ſpiramento, ſed niſi apud Medos, & in Perſide naſci noluit. Hæc eſt cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus eſculentis cõmendandi halitus gratia. Nec alia arbor laudatur in Medis.

a quale Vnedonibus folium eſt, tantùm eo differt, quòd aculeatum ſpinoſis faſtigijs hiſpidatur. Geſtat malum inimicum uenenis, ſapore aſpero, & amaritudinis meræ. a Odoris autem b fragrantia
b plus quam iucundum, longéque ſenſibile. Verùm pomo illi c tanta ubertas ineſt, ut onere prouentus ſemper grauetur. Nam protinus atque poma eius ceciderint, maturitate alia protuberant, eáque tantum
c eſt opimitati mora, ut fœtus decidant ante nati. Vſurpare ſibi d nemora iſta optauerunt & aliæ nationes, per induſtriam tranſlati germinis & inſerti, ſed beneficium ſoli Mediæ datum natura reſiſtente, terra alia non potuit mutuari.

De Caſpijs Portis. Cap. LX.

d CAſpiæ portæ e pãduntur itinere manu facto, lõgo octo milibus f paſſuum. Nam latitudo

e CAſpiæ portæ.) Plin. cap. 14. lib. ſexti. De Caſpijs portis. Cauſa (inquit) portarum nominis eadẽ, quæ ſuprà, interruptis anguſto tranſitu iugis, ita ut uix ſingula meent plauſtra. Longitudine. vij. mil. paſſ toto opere manu facto. Dextra læuaq; ambuſtis ſimiles impendent ſcopuli ſitiẽte tractu per xxxviij. paſſ Anguſtias impendit corriuatus ſalis è cautibus liquor, atq; eadem emiſſus. Præterea ſerpentium multitudo, niſi hyeme tranſitum non ſinit. Martianus cap. 37. lib. ſexti. Sed Caucaſus portas habet, quas Caſpias dicunt, cautiũ præciſiones etiã ferreis trabibus obſeratas ad externorũ tranſitũ cohibendũ. Quãuis uerno etiã ſerpentibus occludantur, à quibus ad Pontũ ducenta milia paſſuũ eſſe nõ dubium eſt. De ijs portis Caſpijs Auienus ex Dionyſ. ſic inquit. *Caſpia ut extento contingat ceſpite clauſtra.*

Hæc Aſiæ dixere fores, hiet ore quod illo
Porta quaſi, & longas biuium diſcedat in oras,
Quippe niuoſa poli, qua cardine uertitur Arctos
Panditur hinc Hircani ianua, ianua Perſis

uix eſt plauſtro permeabilis. In his anguſtijs etiam a illud inter alia difficile, quod præciſorum laterum ſaxa liquentibus inter ſe ſalis uenis, exundant humorem [a] affluentiſſimum. Qui mox ui caloris conſtrictus, ueluti in glaciem coit. Ita labes inuia b acceſſum negat. Præterea octo & uiginti milibus paſſuum tractus omnis quoquo inde pergitur nullis puteis, uel fontibus, humo arida, ſine præſidio ſitit. Tunc ſerpentes undique gentium conuenæ c à uerno ſtatim die illuc confluunt. Ita periculi, ac difficultatis concordia ad Caſpios niſi hyeme acceſſus negatur.

De Direo, & Margiana regione. Cap. LXI.

A Caſpijs ad orientem [b] uerſus locus eſt, quod Direum [c] appellatur, cuius ubertati non eſt quod uſpiam comparari queat, quem locum circumſidunt Tapyri Anariaci & Hyrcani. Ei proximat Margiana regio [d] inclyta cœli, ac ſoli commodis, adeo ut in toto

Hinc patet, imbriferum qua uergit mundus in Auſtrum. Aſcendenti Iberorum montes ſemita quædam in anguſtia multa ſtadijs ſupra quinquaginta producitur. Ea ſiquidem uia in abrupto quodam ac penitus inuio deſinit loco. Exitus autē nuſquā apparet, præterquā porta quadā à natura inuēta, quæ Caſpia antiquitus dicitur. Hinc campi ſunt equis apti paſcendis, & aquis multis abſq; arte referti, alioquin ſupini, ubi Vnnorum gentes ferè omnes habitant, uſq; ad paludem Mæotidem pertinentes, author Procopius belli Perſici libro primo. Harum portarum formam quinta tabularum Aſiæ Ptolemæus expreſſit. Aliqua de eiſdem capite 51. retulimus f *Octo milibus paſſuum.*) Septem milibus dicit Plinius, ut ante retulimus. Procopius, ſtadijs ſuprà quinquaginta. Caſpiarum portarum aſperitas non omnino à gentis eius regionis moribus aliena eſt. Nam Caſpijs morem fuiſſe tradunt in bellum canum aciem ductitare, eos' que uita functos, cum hominibus ſepelire. Valerius Flaccus ſexto Argonauticō.

Caſpiadæ, quis turba canum non ſegnius acres
Exijt ad lituos, pugnaſq; capeſcit heriles
Inde etiam par mortis honos, tumuliſq; recepti
Inter auos, poſituſq; uirum &c.

Scribit Euſebius cap. tertio primi Præparationis, Caſpiorum gentem ſeniores ſuos canibus proijcere fuiſſe ſolitam. Tandem ſola Euangelica uirtute undique truculentiſſimā hanc peſtem fuiſſe exploſam. Strabo xi. Geographiæ libro ſcribit Caſpios parentes incluſos fame necare, cum iā ſeptuageſimū annū exceſſerint, quibus in ſolitudine expoſitis, euentum eminus ſpeculantur. Nā quos ab auibus è lectulis diſtrahi uiderint, felices putant, ſi à feris, uel canibus, nequaq;: ſi à nullo, ducūt infelices. Hyrcani qui, (ut quibuſdā placet) non alij à Caſpijs ſunt, ſuorum regum defunctorum corpora, canibus obijciunt. Syllius bellorum Punicorum tertiodecimo.

Regia cum lucem poſuerunt membra probatum eſt
Hyrcanis adhibere canes.

a *Humorem affluentiſſimum. Qui ui caloris mox conſtrictus.*) Exēplaria uetuſta ſunt, quæ ſic habeant. Exundant fluore affluentiſsimo. Qui mox ſole conſtrictus &c. b A *Caſpijs ad orientem.*) Regionem, in qua hic miræ fertilitatis locus eſt. Plinius cap. 16. lib. ſexti. Zapauortenen, Trogus Zapaortenen uocat à monte dictam, in quo (ut Hermolaus etiam annotauit) Daſan urbem condiderit rex Perſarum Arſaces. Verba Plinij ex eodem capite ſunt. A Caſpijs ad orientem uerſus regio eſt Zapauortene (uel ut alij) Zapaorte dicta, & in ea fertilitatis inclytæ locus Dareum mons, gentes Tapyri, Anariaci &c. Eadem cum Plinio, & Solino ſcribit Martianus capite triceſimoſeptimo, ſed neque Direi, neque Dariei meminit fortaſsis, quod de eo nomine nil certi, quod ſcriberet, occurrebat. c *Direum,*) Sunt Pliniani quidam ſcripti codices, in quibus ſcriptum ſit Clareium, uetuſtiores Darieum ſeruant. A Ptolemæo cap. 2. ſexti. Daritis in his locis regio nominatur. De Tapyris, & Anariacis, plura diſſerit eodem capite Barbarus Hermolaus. Arrianus tertio geſtorum Alexandri libro ſemel, & iterum Tapurios eos nominat. d *Margiana regio.*) Plinij eodem capite ad uerbū hæc ferè omnia. Sequitur (inquit) regio Margiana apricitatis inclitæ, ſola in eo tractu uitifera, hinc inde incluſa montibus amœnis. ambitu ſtadiorū mille quingentorū. Difficilis aditu ꝓpter arenoſas ſolitudines per centū uiginti mil. paſſ. Et ipſa contra Parthium tractū ſita, In qua Alexander Alexandriam

xandriã condiderat,qua diruta à Barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit Seleuciã. Nã interfluente Margo, qui corriuatur in Zotale,is maluerat illã Antiochiã appellare. Vrbis amplitudo circuitu lxx.ſtadijs. In hanc Orodes Romanos Craſſiana clade captos,deduxit. Hucuſque Plinius. Strabo Geographiæ ſecundo de Hircania, Aria, Margiana, & Bactria, quæ regiones ad Septẽtrionale Tauri latus extentæ ſunt,loquens. Tanta uerò (inquit) felicitate fruuntur,ut inhabitabili quàm plurimum abſint. In Hyrcania uitem uini metretam ferre dicunt, ficulneam,ficorum modios ſexaginta. Triticum delapſo é culmis fructu,denuo renaſci. Arboribus apes operari, & mella de frondibus fluere. In Margiana uerò uitem ſæpius inueniri aſſerunt, cuius ſtipitem duorum uix hominum ulnæ complectantur. Racemum duorum cubitorum longitudinem implere &c. Similia libro xi. reperies apud eum. Huius regionis pagos Diodorus Siculus libro hiſtoriarum.17. Fortunatos nec ab re nuncupari dicit eadem fermè cum Strabone referens. Arborem in eo tractu eſſe dicit, quæ à quercu non multùm differat, ex cuius frondibus mellis guttas defluere,idque ab incolis colligi, adhiberi'que ad uſus uitæ plurimos. Meminit & Quintus Curtius Geſtorum Alexandri libro quinto. a *Alexander Magnus uſq; adeo mi.*) Ariæ longitudo eſt ad duo milia ſtadiorum,campi latitudo.cc. Vrbes Artacagna, Alexandria, Achaia à conditoribus appellata. Hæc regio optimi uini ferax eſt, quod in uaſis non picatis ad generationes tres, id eſt,ad annos nonaginta perdurat. Similis eſt Margiana. Campis deſertis ambitur. Quapropter Antiochus Soter muro, admiratus loci naturam,circumdedit. Cuius ambitus mille & quingentorum erat ſtadiorum,atque urbium Antiochiam condidit. Author Strabo.xi. Geographiæ libro. q *In ſtadia. LXXV.*) In numero ſtadiorum Martianus cum Solino cõuenit. Plinius autem (ut recitauimus) urbis amplitudiuem circuitu lxx.ſtadijs eſſe dicit. c *Craſſiana clade.*) De hac Craſſiana clade ſcripſimus cap.xi.lib.tertij apud Florum. d *Heraclea dictum* Quaſi Herculeam ἡράκλεια, Herculea Græcis dicitur. Stephanns ſupra uiginti huius nominis urbes enumerat,eas nos in Indice Pliniano conſignauimus. De hac Heraclea ſic Plinius cap.16.lib.ſexti. Opppidum Heraclea ab Alexandro conditum,quod deinde ſubuerſum,ac reſtitutum, Antiochus, Achaida appellauit.

a illo latifundio uitibus ſola gaudeat. In faciem theatra
lem montibus clauditur ambitu ſtadiorum mille
quingentorum inacceſſa penè ob incommodum a=
renoſæ ſolitudinis, quæ per centum & uiginti milia
b paſſuum undique uerſum circumfuſa eſt. Regio=
nis amœnitatem Alexander [a] Magnus uſque=
adeo miratus eſt, ut ibi primum Alexandriam con
deret quam mox à Barbaris exciſam Antiochus Se=
c leuci filius reformauit, & de nuncupatione domus
ſuæ dixit Seleuciam. Cuius urbis circuitus diffundi=
tur in ſtadia LXXV.[b] In hanc Orodes Romanos cap
tos Craſſiana clade[c] deduxit. Et aliud in Caſpijs Ale
d xãder oppidũ excitauit,idq; Heraclea dictum [d] dum
manebat, ſed hoc quoque ab ijſdem euerſum genti=
bus, deinde ab Antiocho reſtitutum, ut ille maluit A=
chais poſtmodum nominatum eſt.

e De Oxo amne, & circa eum gentibus. De itineris Liberi
patris, Herculis, Semiramidis, & Cyri regis ter-
mino, deq; Camelorum natura.
Cap. LXXII.

f OXus amnis [e] de lacu Oxo oritur, cuius oras
Heniochi, Bateni, Oxyſtagæ accolunt, ſed

O*Xus amnis.*) Ante Hermolaum, in Plinianis codicibus ſic paſſim legebatur. Oaxus amnis ortus in lacu Oaxo. Quæ lectio Sreuio Grãmatico, & alijs quibuſdam in eius Vergiliani uerſus expoſitione. *Rapidum Cretæ ueniemus Oaxem,* Ecloga 1. anſam tribuit oberrandi. Is enim Seruius Rapidum cretæ,turbulentum expoſuit,quod cretam .i. albã terrã rapiat. Nã Oaxis (inquit) fluuius eſt Meſopotamiæ,qui uelocitate ſua rapiens albã cretã,turbulentus efficitur. Vel Oaxis fluuius Scythiæ. In creta eñ non eſt (inquit) ſed aqua cretei coloris eſt. Landinus exiſtimauit Cretã apud Vergiliũ eſſe Scythiæ oppidum,ex illo Val. Flacci primo Argonauticon. *Quoties paucos ad litoris ictus*
Deficiam, & Scythicum metuens pontumq; Cretamq; Hermolaus igitur primus hunc nodum ſuſtuliſſe

præcipuam partem Bactri[a] tenent. Bactris prætereа a
eſt proprius amnis Bactros. Vnde & oppidũ, quod
incolunt Bactrum. Gentes huiuſce quæ ponè ſunt.
Paropamiſi iugis ambiuntur, quæ aduerſa Indi fon-
tibus terminantur. Reliqua includit Oxus flumen. b
Vltra hos[b] Pãda oppidum Sogdianorum, in quo
rum finibus Alexander Magnus tertiam Alexandri-
am condidit, ad conteſtandos itineris ſui[c] terminos.
Hic enim locus eſt, in quo primum à Libero patre c
pòſt ab Hercule, deinde à Semiramide, poſtremo eti-
am à Cyro aræ ſunt conſtitutæ, quod proximum glo
riæ omnes duxerunt, illo uſque promouiſſe itineris
ſui metas. Vniuerſi eius ductus duntaxat ac illa ter- d
rarum parte Iaxartes fluuius ſecat fines. Quem
tamen Iaxartem ſoli uocant Bactri. Nam alij
Scytæ Silyn nominant. Hunc eundem eſſe Tana-
in exercitus Alexandri Magni crediderunt. Verùm
Dæmodamas dux Seleuci, & Antiochi ſatis idone- e
us uerò author trãsuectus amnem iſtum, titulos
omnium ſupergreſſus eſt, aliumque eſſe quam Ta-
nain deprehendit. Ob cuius gloriæ inſigne, dedit no
mini ſuo ut altaria ibi ſtatueret Apollini[d] Didymæo

creditus eſt cap.16. ſexti Plinianarum Caſtigationum, tradens hanc eſſe ueram Plinij lectionẽ. Oxus amnis ortus in lacu Oxia, ut Ptolemæus, ſiue Oxo, ut Solinus, authores Strabo, Plinius alibi. Q. Curtius Capella Martianus. Nam Oaxis ille Vergilianus (inquit) in Creta eſt inſula, non ut quidam putauerunt in Meſopotamia &c. Vibius ſequeſter ad Vergilianum filium, inter flumina enumerat Oaxem Cretæ fluuium, à quo (inquit) ciuitas Oaxia Varro hoc docet, *Quos magno Anchiale partus adducta dolore,*
Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.

Hæc Vibius. Si quis autem Vergilianam ſententiam introſpexerit, non de Oaxæ Cretæ fluuio intellexiſſe eum fatebitur. Melibæus enim enumerat eo loco regiones exulibus aſperrimas, per Afros, meridiem, per Scythiam, ſeptentrionem, per Oaxem, orientem. Poſtremo per Britannos, occidentem intelligens. Quod enim ingens malum ruſtico, & paſtori, ſi is relicto Mantuano agro, in Cretã inſularũ nobiliſsimam iturus ſit? Quod præterea inconueniens eum fluuium, & lacũ qui Oxus dicitur à quibuſdam, fuiſſe ab alijs Oaxum nuncupatum? In codicibus præterea Capellæ ſic plerumq; legitur. Inde Oaxus amnis circa Bactram eius oppidũ nominis fluuioq;. Verba Plinij, quæ Solinus hac parte in ſuum tranſtulit ex cap.16. libri ſexti hæc ſunt. Derbices, quorum medios fines ſecat Oxus amnis ortus in lacu Oxo, Sarmatæ, Oxij, Tegæ, Heniochi, Bateni, Sarapa ræ, Bactri, quorum oppidum Zariaſpe, quod poſtea Bactrum à flumine appellatum eſt. Gẽs hæc obtinet aduerſa montis Paropamiſi &c. Strab.2. Geographiæ lib. ſcribit Oxum flumen, quod Bactriam & Sogdianam diſterminat, adeo nauigatu cõmodum eſſe, ut tranſportata ab India in ipſum onera, in Hyrcaniam facilè deuehantur. a *Præcipuam partem Bactri.*) Sunt Geographi, qui Bactros extra habitabilem, & temperatam terræ zonã poſuerint, quod Strabo eodem uolumine falſum eſſe euidenter oſtendit. b *Vltra hos.*) Plinius eodem ca. Vltra Sogdiani, oppidum Panda, & in ultimis eorũ finibus Alexandria ab Alexandro Magno conditũ oppidũ. Aræ ibi ſunt ab Hercule, & Libero patre cõſtitutæ. Item Cyro, & Semiramide, atq; Alexandro. Finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarũ includente flumine Iaxarte, qđ Scythæ Silyn uocant. Alexander, militesq; eius Tanain putauere eſſe. Tranſcendit eum amnẽ Dæmodamas Seleuci, & Antiochi regũ dux, quem maximè ſequimur in ijs, araſq; Apollini Didymæo ſtatuit. Eadem ferè Martianus retulit lib. ſexto. c *Itineris ſui terminos.*) xxx. ab Hypaſide flumine ſtadiorum ſpatio; aræ ſunt huiuſmodi inſcriptione Patri Ammoni, & Herculi fratri, & Mineruæ Palladiæ, & Ioui Olympo, & Samothracibus Cabyris, & Indico Soli, atq; Apollini Delphico. Aeneam quoq; columnã eodẽ loco erectã tradũt ijs uerbis: Alexander hic ſtetit. Et aras quoq; Alexandri etiã opus Imperij fines hoc monumento ſignantis. Ex Philoſtra.2. uolumine, & Arriano in.5. De aris Bacchi Dio. in.4. Herculis in.5. Semiramidis in.3. De Cyro abunde alibi dictum eſt. d *Apollini Didymæo.*) ἀπόλλωνα διδυμαῖον uocant, quod geminam ſpeciem ſui numinis præfert ipſe illuminando, formãdo lunam. Etenim ex uno fonte lucis gemino ſydere ſpatia die, & noctis illuſtrat. Vnde & Romani ſolem ſub nomine, & ſpecie anni Didymæi Apollinis appellatione uenerãtur. Hæc ex.1. Saturna. Macro. Horum altarium, ararumq; meminerunt Plinius & Capella uterq; lib.6. Fuit præterea Didymæi Apollinis oraculum in Ionia regione, quod antea Branchidarum appellatũ eſt, de quo Plinius, Strabo, Pomponius, cæteri. Vide Placitum.s. Theba. ſuper illud. *Delon, & intonſi &c.*

a Hoceſt Colliminium [a] in quo, limes Perſicus Scy-
this iungitur, quos Scythas Perſæ lingua ſua Sacas
dicunt, & inuicem Scythæ Perſas Chorſaros no-
minant, montémque Caucaſum Graucaſum, id eſt,
b niuibus candicantem. Denſiſsima hic populorum
frequentia cum Parthis legem placiti ab exordio mo
ris incorrupta cuſtodit diſciplina. E quibus cele-
berrimi ſunt Maſſagetæ, Eſſedones, Sacæ, Dahæ,
& Aſſæi. Poſt quos immaniſſimis Barbaris in-
teriacentibus de ritu aliarum nationum pené incon-
c ſtanter [b] definitum aduertimus. Bactri [c] Camelos
fortiſſimos mittunt, licet & Arabia plurimos gig-
d nat. Verúm hoc differunt, quod Arabici bina tube-
ra [d] in dorſo habent, ſingula Bactriani. Hi nun-
quam pedes atterunt. Sunt enim illis reciprocis qui-
buſdam pulmunculis ueſtigia carnulenta. Vn-
e de & contraria eſt labes ambulantibus nullo fa-
uente præſidio ad niſum inſiſtendi. Habentur in
duplex miniſterium. Sunt alij oneri ferendo ac-
commodati, alij perniciores. e Sed nec illi ultra iu-
f ſtum pondera recipiunt, nec iſti amplius quam ſoli-
ta ſpatia uolunt egredi. Genituræ cupidine efferan-
tur adeo, ut ſæuiant cum Venerem requirunt. Ode-
runt equinũ [f] genus. Sitim etiã in quadriduũ tolerãt.

a *Hoc eſt Colliminium*) Ex Plinio cap. 17. lib. ſexti. Vltra ſunt (inquit) Scytharum populi. Perſæ illos Sacas uniuerſos appellauere à proxima gente. Antiqui Aramæos. Scythæ ipſi Perſas Chorſaros, & Caucaſum montẽ Graucaſum hoc eſt, niue candidũ. Multitudo populorũ innumera, & quæ cũ Parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorũ Sacæ, Maſſagetæ, Dahæ, Eſſedones, Ariacæ, Rhymnici, Aſſæi &c. b *Inconſtanter definitum.*) Plinius capite eodem. Nec in alia parte maiore authorum inconſtantiam credo, propter innumeras, uagasq́ gentes c *Bactri Camelos mittunt.*) Græca omnino uox, qua pro latina utimur κάμηλος eis dicitur Sunt qui Camelum dictum uelint ἀπὸ τῆς καμῆς, uel καμωῆς quod flexuram, & curuamen ſignificat, quoniam cum id animal oneratur, ut breuior, & humilior fiat accumbet. Alij à uerbo κάμπτω, id eſt, flecto nomen deductum aiunt. Plinius capite decimooctauo nat. hiſtoriæ. Camelos (inquit) inter armenta paſcit oriens, quorum duo genera Bactriæ, & Arabiæ differunt, quod illi bina habent tubera in dorſo, ij ſingula, & in pectore alterum, cui incumbant. Dentium ſuperiore ordine, ut boues carent, in utroque genere. Omnis autem iumentorum in ijs terris dorſo funguntur, atque etiam equitatu in prælijs. Velocitas inter equos, ſed ſua cuiq; menſura ſicuti uires, nec ultra aſſuetum procedit ſpacium, nec plus iuſto onere recipit. Odium aduerſus equos gerunt naturale. Sitim, & quadriduo tollerant. Implentur cum bibendi occaſio eſt et in præteritum, & in futurum obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent. Viuũt quinquagenis annis, quidam & centenis. Vtcunque rabiem & ipſi ſentiunt. Caſtrandi genus etiam fœminas, quæ bello præparentur inuentum eſt. Fortiores ita fiunt coitu negato. De Camelis hæc tradit Ariſto. cap. 1. ſecundi naturæ animaliũ. Camelus (inquit) ꝓprium inter cæteras quadrupedes habet in dorſo, quod tuber appellant, ſed ita ut Bactrianæ ab Arabijs differant. Alteris enim bina, alteris ſingula tubera habentur. Sunt etiam omnibus ſingula parte ima, quale in dorſo tubera, quibus incumbat reliquum corpus, & firmetur, quoties in genua inclinãtur. Papillas quatuor modo uaccæ hahet Camelus. Caudam aſino ſimilem. Genitale retro. Genua ſingula in ſingulis cruribus ſunt. & flexus artuũ, nõ ut quidam perhibent plures, ſed propter alui interuallum plures eſſe uidentur. Habet etiam talum ſimilem bubulo. Clunes proportione magnitudinis paruos. Biſulcum id animal eſt, nec utrinque dentatum, ſed biſulcum ſic eſt, ut pes parte poſteriore ſciſſus paululum ſit ad flexum digiti ſecundum. Parte autem priore ſumma quadripartito fundatur diſcrimine paruo, quantum primotenus digiti inflexu. & quiddam inter fiſſuras, perinde, ut in anſerum pellibus adiectum contexat. Pes ueſtigio eſt carnoſus ut urſæ. Qua de cauſa eas, quæ per exercitum longiore itinere fatiſcunt calceant carbaſinis. Philoſtratus in ſecundo ſcribit Indiæ Camelos albos eſſe. d *Arabici bina tubera.*) Diodorus Siculus libro 3. Multa quoq; (inqt) & diuerſa Camelorũ Arabia præbet genera tũ pinguiũ, tũ macilentorũ, quorũ nõnulli gibbũ duplicẽ in dorſo habent, à quo & Ditili nominantur. e *Alij perniciores.*) Sunt codices qui habeant. Alij ad pernicitatẽ leues. f *Oderunt equinum genus.*) Cyrus Perſarum rex edoctus ab Harpago Medo, uel (ut alijs placet) ab Artagerſe, Camelos eqs maximé terrori eſſe (adeo eñ Camelos equi re

Verùm cum occaſio [a] bibendi data eſt, tantum im- a plentur, quantum & ſatiet deſyderia præterita, & in futurum diu proſit. Lutulentas aquas captant, puras refugiũt. Deniquenisi cœnoſior liquor fuerit, ipſi aſſidua proculcatione limum excitant, ut turbetur. b [b] Durant in annos centum, niſi fortè tranſlati in peregrina, inſolentia mutati aëris morbos trahant. Ad bella fœminæ præparantur. Inuentumque eſt, ut deſyderium eis coitionis quadam caſtratione execare- c tur. Putant enim fieri ualidiores, ſi à coitibus arceantur.

De Seribus, & Serico uellere. Cap. LXIII.

QVa ab Scythico Oceano, [c] & mari Ca- d ſpio in Oceanũ Eoum curſus flectitur, ab exordio huiuſce plagæ profundæ

formidant, ut nec ſpeciem quidem, nec odorẽ ſentire ſuſtineant) Camelos, quõs in uſu belli plurimos habebat, contra Crœſi equitatum immitti iuſſit. Sicq; equitatum Crœſi, quo ille ſe præualiturum ſpe rabat, inutilem omnino reddidit. Nã ſimul atq; in pugnam itum eſt equi olfactis protinus, cõſpectiſq; Camelis, retro ſe auertunt. Vnde omnis Crœſi ſpes fruſtrata interijt. Herodotus idipſum retulit lib. 1. a *Cum occaſio bibendi data eſt.*) Elegans hinc in bibulos ſumetur Adagium. Camelina potatio, pro maxima, & quæ in quadriduum ſufficiens ſit. Eſt & aliud in eos, qui dum aliena, & ſuæ naturæ repugnantia concupiſcunt, ea plerumque amittunt, quæ iure eis conueniunt, & natura. Præterea, quod hoc animal ſit oneri ferendo aptiſsimum prouerbio dici cœptum. κάμηλος καὶ ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία, id eſt, Camelus, quamuis ægra multorum aſinorum defert onera. Scribit Diodorus in tertio, in Arabia eſſe Camelos, ferendis oneribus aptiſſimos, qui ſuprà decem frumenti minas, homines uerò quinque in lecto iacentes uehant. Et libro quarto ubi de Gabino mõte, & Debis populis, hæc refert. Hi Camelos ad omnem uitæ uſum paratos habent. Nam in his bellanr, his uaria ferunt onera, horum lac potant, his uitam ducunt. Super his diuerſa perambulant loca. Non præteribo (quod ad materni nominis reuerẽtiam maximè pertinet) Camelos matres nunq; ſuperuenire ſuas, ſed etiã ſi quis cõgat, idipſos nõ pati. Iam eñ cũ aliquando admiſsarius nõ haberetur, curator pullũ matri opertæ admiſit, qui dũ coiret delapſo operimento, agnouit matrem, & quamuis coitũ abſoluerit, memor tamen cõmiſſi ſceleris, paulò poſt Camelariũ illũ morſu defixo, interemit. Refert hoc Ariſto. cap. 47. lib. noni eius operis, quod de natura animaliũ ſcriptum eſt. κάμηλος quoque tam apud Græcos, q; apud Latinos, ſignificat rudentem. i. ualidum funẽ, quo nautæ cum cupiunt naues ſiſtere anchoras alligant. In hac ſignificatione Chriſti parabola intelligẽda eſt, cũ inquit Math. 19. Marci. 10. Lucæ. 18. Facilius eſt Camelũ per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnũ cœlorum, quo loco nõ impoſſibilitas, ſed difficultas intelligenda eſt. Vel de diuite in ſuis diuitijs cõfidente Hyperbole omnino exponenda eſt. Qui eum locum pro Camelo iumento interpretantur, Chriſti ſenſum peruertunt potius, quã exponant. Quæ enim Cameli beluæ cũ acu proportio? b *Vt turbetur.*) Vetuſti codices turbidetur, habent.

c QVa ab Scythico Oceano.) Deſcribit eã maritimam oram, quæ à Scythico Oceano, & mari Caſpio incipiens, Oceanum flectitur in Eoũ. Id autem iccirco facit, ut tandem Serũ gentis referat mira quædã. Sericæ regionis ſitũ abundè reddidit Ptol. cap. 16. lib. ſexti Aſiæ tabularum octaua. Sed quò locus iſte fiat notior, adſcripſi uerba Plinij ex cap. 17. lib. ſexti. A Caſpio (inquit) mari, Scythicoq; Oceano in eam curſus inflectitur ad orientem cõuerſa littorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars à Scythico ꝓmõtorio ob niues. Proxima inculta ſæuitia gentiũ. Antropophagi Scythæ inſident humanis corporibus uefcentes. Ideoq; iuxta uaſtæ ſolitudines, ferarumq; multitudo haud diſſimilẽ hominũ immanitatem obſidens. Iterum deinde Scythæ iterumq; deſerta cũ beluis uſq; ad iugũ incumbens mari, quod uocant Tabin. Nec ante dimidiã ferme longitudinẽ eius oræ, quæ ſpectat æſtiuũ orientem inhabitatur illa regio &c. Similia ſcribit etiã Mela Pomponius lib. 3. Rhennius ex Dionyſio

Aſt alia hinc Scythiæ gens eſt extrema per arua
Quos prope ſunt triſtes uentis, & frigora terræ.
Namque niues ſemper pulſant has grandine mixtæ.
Vltima Epitrimos tellus habet, & procul iſta
Caſſa uirum eſt, nullis pecorum balatibus agri
Perſultant, herbæ uiduus iacet undiq; ceſpes

Auienus quoque ex eodem Dionyſio.

a niues, mox longa deſerta, poſt Antropophagi gens aſperrima, dein ſpatio ſæuiſsimis beſtijs efferata ferme dimidiam itineris partem impenetrabilem reddiderunt. Quarum difficultatum terminum facit iu-
b gum, [a] mari imminens, quod Tabin Barbari dicunt. Poſt quem adhuc longinquæ ſolitudines. Sic in tractu eius oræ, quæ ſpectat æſtiuum Orientem, ultra inhumanos ſitus primos hominum Seres
c cognoſcimus, [b] qui aquarum aſpergine inundatis frondibus uellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium. Hoc illud eſt Sericum
d in uſum publicum damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtendere potius corpora, quàm ueſtire, primo fœminis, nunc etiam uiris perſuaſit luxuriæ libido. Seres ipſi [c] quidem mites, & inter ſe quietiſsimi.
e Aliàs uerò reliquorum mortalium cœtus refugiunt, adeo ut cęterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluuium mercatores ipſi tranſeunt, in cuius ripis nullo inter partes linguæ commertio, ſed
f depoſitarum rerum pretia oculis æſtimantes ſua tradunt, noſtra non emunt.

De Attacis Gentibus. Cap. LXIIII.

g SEquitur Attacenus [d] ſinus, & gens Attacorum, quibus temperies prærogatiue

Fronde carens, nunquam terta interſecat amnis. De Antropophagis ca. 25. & 43. dictum eſt. a *Iugum mari imminens, quod Tabin Barbari dicunt.*) Ex hoc loco emaculandus eſt locus alter capite 25. ut legas ſic, uſq; ad iugum mari imminens, quod Tabin uocant. Apud Melam Pomp. per th. ſcribitur Thabin. b *Seres cognoſcimus.*) Verba Plinij, unde hæc ſumpta ſunt Primi ſunt hominum (inquit) qui noſcantur Seres, Lanitio ſyluarum nobiles perfuſam aqua depectentes frondium caniciem. Vnde geminus fœminis noſtris labor retorquendi fila, rurſumque texendi tam multiplici opere, tam lõginquo orbe petitur, ut in publico matrona tranſluceat. De Seribus, & Serico ſic Maro ſecundo Georgicorum.

Velleraq; ut folijs depectant tenuia Seres.

Quo loco Seruius Grammaticus. Apud Indos, & Seres (inquit) ſunt quidam in arboribus uermes, qui Bombices appellantur, qui aranearum more fila tenuiſsima deducunt, unde eſt Sericum. Nam lanam arboreã nõ poſſumus accipere, quæ ubiq; procreatur. Diuus Ambroſius ca. 23. quinti Hexameron. Et quia (inquit) de uolatilibus dicimus, nõ putamus alienum ea cõplecti, quæ de uerme Indico tradit hiſtoria, uel eorum relatio, qui uidere potuerunt. Fertur hic Corniger uermis conuerti primũ in ſpeciem caulis atq; in eam mutari naturam, inde proceſſu quodam fieri Bombilis, nec eã tamẽ formã, figuramq; cuſtodit, ſed laxis, & latioribus folijs uidentur pẽnas aſſumere. Ex ijs folijs mollia illa Seres depectunt uellera, quæ ad uſus ſibi proprios diuites uendicarunt. Hunc uermiculum Pauſanias Ser uocat, à quo & populis nomen datum. Huius regionis Metropolis Ptolemæo Sera fuit. Viuit autem is ex Mori arboris folijs. Procopius primo belli Perſici lib. ſcribit id genus uermium Iuſtiniano principi à quibuſdam monachis ex Serum regionẽ, in ſemine primum Byzantium allatum. Lege quæ ſcribit Pli. cap. 22. xi. nat. hiſtoriæ. Et ante eum Ariſtot. ca. 19. quinti de natura animalium. c *Seres ipſi quidem mites.*) Plinius cap. 17. lib. 6. Seres quidem (inquit) mites, ſed & ipſis feris perſimiles. Cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cum commertia expectant. Plura lege apud Marcellinum. 23. hiſtoriarum libro. Strabo lib. 15. refert Seres tam longæ eſſe uitæ, ut ducenteſimum annum excedant. Plinius author eſt cap. 14. triceſimiquarti naturalis hiſt. ex omnibus generibus palmam Serico ferro eſſe. Seres hoc tamẽ ueſtibus ſuis, pellibuſq; mittere, Apud Seras (ut cap. 8 ſexti Præparationis Euſeb. refert) lex eſt, nec occidere, nec fornicari, nec furari, nec adorare ſimulachra. Vnde in illa regione nullum templum conſpicitur, nulla mulier meretrix, nulla adultera. Nemo fur, nemo homicida &c. d *SEquitur Attacenus ſinus.*) De huius gentis nomine non uſq; quaque conuenit. Ptolemæus enim in Serica regione enumerat Ortorocoram tam montem, quam ciuitatẽ, Item Ortorocoras gentes. Hi-

autem eſſe uidentur,quos Solinus Attacoros nominat. Sunt qui Ottocoros,uel Atrogos eos dictos
uelint.Plinius,& Martianus,ut Solinus Attacoros,uel Attacores. Et gens hominum Attacorum(in-
quit)apricis ab omni noxio afflatu ſecluſa collibus,eadem,qua Hyperborei uiunt temperie.De ijs pri
uatum condidit uolumen Amonetus,ſicut Ecatheus de Hyperboreis cap.17.lib.6. a *Auras peſtilentes.*)
Peſtilentem aërem plerumq; ex noxijs flatibus prouenire compertum eſt.

Hinc pars Sardiniæ, quæ reſpicit Arcton
Immitis,ſcopuloſa,procax,ſubitiſq; ſonora
Flatibus,inſanos infamat nauita montes
Hinc hominum,pecudumq; lues hinc peſtifer aër
Sæuit,et excluſis regnant Aquilonibus Auſtri.

Cauſas affert Ariſtot. prima Problematum ſectione. Plura ca. primo ſecundi reperies apud Celſum. Doctè multa Auicenna Fen.ſecunda ca.8.et ſequentibus primi Canonis. b *Par illis, & Hyperboreis.*) Oneſicritus, Simonides, Pindarus,& poëtæ alij, tradunt Hyperboreos mille annos uiuere. Timagines(ut quintodecimo uolumine refert Strabo)ſcribit apud Hyperboreos, æneis guttis pluere, ſeq; ea pluuia tactum fuiſſe.Quod idem Strabo fabuloſum putat. c *Cyconas.*) Ex Plinio capite.17. libri ſexti.Sũt & in Thracia Cycones ut capite 15.expoſuimus.

miram aëris clementiam ſumminiſtrat. Arcent ſanè afflatum noxium colles, qui ſalubri apricitate undique ſecus obiecti prohibent auras [a] peſtilentes. Atq; ideo, ut Amometus affirmat, par illis, [b] & Hyperboreis genus uitæ eſt. Inter hos, & Indiam gnariſsimi Cyconas [c] locauerunt. a b

De India, Et Indorum moribus. De eius regionis cœli clementia. De Indiæ fluminibus. Deq; miris in ea animalibus,arboribus,odoramentorum generibus.De Indis item pretioſis lapidibus Cap .LXV. c d

AB Emodis [d] montibus [e] auſpicatur India à meridiano mari porrecta, f Fauonij ſpi- e

AB *Emodis montibus.*)India,ut à nomine ſumatur initium,ab Indo flumine, authoribus Stephano,
& Arriano lib.8,cognominata eſt. Eam Ptolemæus in principio ſeptimi à ſitu duplicem eſſe di
cit.Intra Gangem unam,quæ ab occaſu terminatur Paropaniſadum, & Aracoſia, Gedroſiaq;,à
Septentrione Imao monte ſuperiacente. Ab oriente Gange flumine.A meridie,ac etiã occaſu parte In
dici pelagi.Alteram extra Gangẽ.Hæc ab occaſu Gange flumine terminatur,à ſeptentrione Scythiæ,
Sericæq; regionis partibus. Ab oriẽte Sinarum regione.Indico pelago à meridie, & Praſſoidis maris
parte.Primæ tabula decima Aſiæ,ſecundæ undecima ſitum appingit.Indiã in quatuor latera Diodo.
Siculus lib.3.dicit eſſe diſtinctã.Qđ ad orientẽ,quodúe ad meridiẽ uergit,magnum mare circumdat.
Quod Arctos ſpectat, Emodes mõs,ab ea Scythia quã habitant ij,qui Sacæ appellãtur,diuidit.Quar
tum,qđ eſt ad occidentem.fluuins Indus terminat,omniũ uerè poſt Nilum maximus.Similia quinto
decimo Geographiæ lib.de ſitu Indiæ refert Strabo . Herodotus in Thalia Indicæ regionis id qđ ad
Solem uergit,fabuloſum eſſe dicit.Idipſum quoq; in fine operis ſui ſenſit Plinius. Strabo à principio
quintidecimi ſcribit rerum Indicarum exiguã eſſe apud ſcriptores certitudinẽ.Megaſthenes antiquis
Indorũ hiſtorijs fidem non eſſe adhibendã tradit.Mela Pomponius lib.3.Indiam notiſsimam eſſe pro
dit.De India præter iam dictos ſcribunt Plin.cap.17. & ſequentibus lib.ſexti. Philoſtratus li.3.uitæ A-
pollonij.Curtius li.7.Copioſius cæteris Arrianus geſtorum Alexandri lib.ult. e *Emodis montibus.*) Ve
tuſta exemplaria ferme habẽt. A Medis montib. Martian.li.6.à Medijs mõtibus,Philippus Beroaldus
qui ſe relegiſſe nuper,emẽdaſſeq;,haud ſanè indiligenter(inquit)Iulium Solinum affirmat, hunc locũ
legendum cenſuit. Ab Emodis montibus,motus(ut credo)codice Pliniano ca.17.lib.6. Nomades quo
que(inquit)Indiæ uagantur. Sunt,qui ab Aquilone contingi ab ipſis,& Cyconas dixere,& Briſanos.
Sed inde(ut planè conſentiunt omnes)Emodi montes aſſurgunt.Indorumq; gens incipit &c. Inter
montes quoq; indiæ eodem capite Hemodum recenſet. Similiter & Mela Pomponius prodidit lib.3.
Artemidorus ſcribit Gangẽ flumen ex Emodis montib. ad Auſtrum deferri. Strabo etiã inter Indiæ
terminos Emodũ montẽ enumerat.Indiã(inquit)à ſeptentrione Tauri extrema terminãt. Ab Ariane
uſq; in orientale mare,quæ indigenæ particulatim nominant Paropamiſum,Emodũ,Imaum, & alijs
nominibus

a ritu ſaluberrima. In anno bis a æſtatem habet, bis legit frugem, uice hyemis Eteſijs potitur. Hanc Poſsidonius aduerſam Galliæ ſtatuit. Sanè nec quicquam ex ea dubium. Nam Alexandri Magni b
b armis comperta, & aliorum poſtmodum regum diligentia peragrata penitus cognitioni noſtræ addita eſt. Megaſthenes ſanè apud Indicos reges aliquantiſper commoratus c res Indicas ſcripſit, ut
c fidem quam oculis ſubiecerat, memoriæ daret. Dionyſius quoque, d qui & ipſe à Philadelpho rege ſpectator miſſus eſt gratia periclitandæ e ueritatis paria prodidit. Traduntergo in India fuiſſe quin
d que milia f oppidorum præcipua capacitate, populorum nouem milia. Diu etiam credita eſt, tertia pars eſſe g terrarum. Nec mirum ſit, uel de ho-

nominibus. Macedones uerò Caucaſum uocant Idem (ut iamiam receſſi) Diod. affirmat. Præterea cõſtat Indiam à Medis montibus longo interuallo ſeiunctam eſſe. f *Porrecta.*) Quidam contra uetuſta omnia exemplaria poſt dictionem, porrecta, hæc uerba ſuperioribus addiderunt. Ad Eoum, & à ſeptentrione uſq; ad montem Caucaſum. Terra hæc adeo Fauonij &c. a *In anno bis æſtatem habet.*) Plinius ca. 17. lib. 6. Poſsidonius ab æſtiuo Solis ortu ad hybernum exortum metatus eſt. Eam aduerſam Galliæ ſtatuēs, quam ab occidēte æſtiuo ad occidentē hybernũ metabatur, totam à Fauonio. Itaq; obuerſam eius uenti afflatu iuuari Indiam, ſalubremq; fieri haud dubia ratione docuit. Alia illius cœli facies. Alij ſyderũ ortus. Binæ meſſes in anno. Binæ æſtates media inter illas hyeme Eteſiarũ flatu, noſtra uerò Brumali. Lenes ibi auræ. Diodo. Siculus li. 3. India (inquit) diuiſa eſt fluminum multitudine agros plurifariam rigantium. Iſta ex re bis in anno præbet fructus. Animantia uarijs generis producit præ ceteris magna, ac robuſta, partim terreſtria, partim uolantia. In India (inquit Herodot. lib. 3.) animantes tam quadrupedes, q̃ uolucres, multò ſunt grandiores, quàm cæteris in locis, præter q̃ equi &c. Megaſthenes Indiæ fœcũditatẽ ex eo maximè declarat, qđ etiam bis fructum ferre dicit, & bifariam nominat quemadmodũ Eratoſthenes, qui (inquit) alteram hybernã ſementem, alteram æſtiuam quomodo & imbrẽ. Nullum enim annũ inueniri dicit utroq; tempore ſine pluuia, quapropter cõtingit annũ feracẽ eſſe, cum ſemper terra ſit fœcunda. Fructus autem arboreos multos gigni. b *Alexandri Magni armis comperta.*) Nearchus (ut Strabo refert) ait Alexandrum Magnũ contendiſſe per Gedroſiam cũ exercitu proficiſci, cũ intelligeret Semiramidem, ac Cyrum exercitũ in Indiam duxiſſe. Et illam cum uiginti hominibus, Cyrũ cũ ſeptẽ aufugiſſe. Maximãq; eſſe Alexandri gloriã, qui per eadem loca & gentes uictor cũ exercitu ſeruatus fuerit. Geſta Alexand. Magni in India notiora ſunt, q̃ ut hoc loco exponi debeant. c *Aliquantiſper commoratus.*) Hic Megaſthenes (ut ſecundo Geographiæ Strabo inquit) ad regem Indiæ Sadrocotũ miſſus fuit. Res Indicas ſcripſit Eratoſthenes in tertio Geographiæ lib. ut etiã Strabo commemorat. d *Dionyſius.*) Dubiũ, ſit ne is Dionyſius poëta, qui Periegeſin. i. orbis ſitum quam carmine cõſcripſit, Auienus, & Rhennius latinitate donarunt. Eadem de Diony. & Philadelpho refert Plinius ca 17. lib. 6 Strabo citat Dionyſ. conditarum urbium ſcriptorem. e *Periclitandæ.*) Experiendæ. Cicero de oratore. Subeundus uſus omnium, & periclitandæ uires ingenij. f *Quinq; milia oppidorum.*) Sunt quædã Pli. exemplaria, in quibus legitur quindecim milia oppidorum, ſed Hermolaus ex Strabone lib. 15. quinq; milia legendum monſtrauit. Idem & Martianus tradidit lib. 6. g *Tertia pars terrarum.*) Cteſias dicit Indiam non eſſe minorem reliqua Aſia Oneſicritus affirmat eam eſſe tertiam orbis partem. Nearchus quatuor menſium iter per campum. Megaſthenes, & Deimachus moderatius. Supra xx. milia ſtadiorũ eam partem ponentes, quæ ab Auſtrali mari in Caucaſum tendit. Indiam (inquit Plinius) tertiam partem eſſe omnium, multitudinem gentium innumeram, probabili ſanè ratione. Indi enim propè gentium ſoli nunq; emigrauere finib. ſuis. Megaſthenes dicit, nec ab Indis unq̃; emiſſam expeditionem, nec extrinſecus in Indiam quemq̃; cum exercitu profectum eſſe, aut uiciſſe, præter Herculem & Liberũ patrem, & nuper Macedonas. Multæ, uariæq; gentes Indiam (inquit Diod.) incolunt, quarum nulla originẽ extra Indiam trahit, ſed omnes indigetes appellãtur. Nũq; externa colonia illuc adijt, neq; ipſi ad alias gentes miſere. Scribit præterea idem Megaſthenes neq; Seſoſtrim Aegyptiũ, neq; Tearconẽ, neq; Aethiopẽ, ſed nec Nabocodroſorũ, q magis à Chaldæis probatur, q̃ Hercules. Rurſus neq; Indãthyrſum Scythã, imò neq; Perſas ipſos aut Cyrũ regem Indiã attigiſſe. Semiramin autẽ priuſq; egrederetur, obijſſe. Liberi patris expeditionem apud Indos, & gentes alias ijs uerſibus Euripides in Bacchis, Bacchũ loquentẽ faciens ſic inquit.

Auriferam adiui, & culta Lydorum loca,

Et Phry-

Felicem Et Phrygiam,& uſtos ſolē Perſarum campos, Bactraq́;,rigentemq́; hyeme Medorum terram.
Arabiam,atq́; Aſiam permeaui omnem. Sunt,qui Herculē nunquam Indiā fuiſſe ingreſſum,affirment.
Eratoſthenes,et aliorū ſcriptorū pars magna Herculis et Liberi patris geſta fabuloſa,et minimè credē
da arbitrantur.Bacchi res geſtas tū in India,tū alijs in locis Diod.Siculus li.3.&.4.abunde refert. Hercu
lis lib.quinto. a *Numerantur annorum ſex milia.cccclι.*)Sic habent quæcunq́; uiderim exemplaria,ſed Plinia

minum,uel de urbium copia, cum ſoli Indi nun= a
quam à natali ſolo receſſerint. Indiam Liber pater
primus ingreſſus eſt, utpote qui Indis ſubactis pri=
mus omnium triumphauit. Ab hoc ad Alexan=
drum Magnum numerantur annorum ſex milia [a] b
quadringenti quinquagintaunus,additis eo ampli=
us tribus menſibus habita per reges computatione,
qui centum quinquagintatres tenuiſſe medium æuū
deprehenduntur. Maximi in ea amnes [b] **Gan=** c
ges,& Indus,quorum Gangen [c] **quidam fonti**
bus incertis naſci, & Nili modo exundare perhi=
bent. Alij uolunt à Scythis montibus exoriri. Hypa=
ſis [d] **etiam nobiliſsimus ibi fluuius, qui Alexan=** d
dri Magni iter terminauit,ſicuti aræ in ripa eius poſi
tę probāt. Minima Gangis latitudo [e] **per octo milia**

ni omnes codices ſex milia ccc
cij retinent. Verba Plinij ex ca.
17 lib.9 ſunt hæc. Colliguntur à
Libero patre ad Alexandrum
Magnum,reges eorum clij. an-
nis ſex milia ccccij. adijciunt,
& mēſes tres. Fieri potuit,ut in
alterutro eorum i pro l uel l pro
i fuerit tranſmutata, ſic ſcilicet.
cccclι.uel.ccccij Scribit Herodo
tus in Euterpe, à Dionyſio, qui
ex Semele Cadmi genitus fer-
tur ad ſuam ætatem eſſe annos
ferme millē ſexcentos. Ab Her-
cule uerò Alcmenæ filio, ferme
nōgentos. Ergo ſi Plinij,& Soli
ni computatio uera ſit, ad aliū
Dionyſium referenda eſt,uel mi
nores āni q̄ Solares ſint,accipi de
bent. Lege q̄ ſcribit Arrianus in
principio quinti. b *Maximi in ea*
amnes.)Scribit Strabo li.15. quin-
decim flumina uniuerſa mentio
ne digna quæ in Indum influūt,
ex quibus omnibus auctus eſt. Vbi ad cētum ſtadia,uel,ut alij tradunt,ad quinquaginta,tandem duo e
bus oſtijs in Auſtrale mare immitti, & Patalenam inſulā facit Philoſtratus li.2.eius latitudinem,quæ
nauigabilis eſt,ſtadijs ferme quadraginta protendi.Quo loco Indum flumen latè deſcribit. In princi-
pio autem ſexti ex multis prodit Indū,& Nilum ſimiles eſſe Indus,qui eſt omniū fluminū maximus,
non aqua ſolū agros letificat,& mitigat,ſed eos etiam conſerit Magnam enim ui ſeminū ſecū frumen
ti,ſimiliumq́; dicitur deportare Ex M Tullio.2 de Natura Deorū.De eo multa Arrianus geſtorū Ale
xandri lib ultimo Curtius lib.7.Diod. Siculus lib.1.abunde, ut cætera.Pli.ca.20 li.6. Amnium(inquit
eodem cap Caius Pli) mira uaſtitas. Proditur Alexādrum Magnum nullo die minus ſtadia ſexcenta
nauigaſſe in Indo,nec potuiſſe ante menſes quinq́; nauigare,adiectis paucis diebus,& tamen minorē
Gange eſſe conſtat.Megaſthenes tentata Indiæ commentatione,ſexaginta amnes eius prodidit. Cur
autem in India plura,maximaq́; ſint flumina,cauſas philoſophi,phyſiciq́; aſſerunt,Indiā ſitu humidam
Scythas uerò,Bactrianos,Arrianoſq́; uicinas gentes elatiores.Meritò igitur humiditatē ex ſuperiori-
bus locis ad infimam fluentē,plures & aquoſiores fluuios reddidere Hæc Diod. Siculus lib.3 c *Quorū*
Gangem.)Gangem(inquit ca.18 ſexti Pli.)alij incertis fontibus ut Nilum irrigantēq́; uicina eodē modo
Alij in Scythicis montibus naſci dixerunt.Influere in eū xix.amnes &c. Hos amnes circa principium
8.Arrianus nominat.Ganges(inqt Stra.)à montibus deſcendēs,quum in planitiem peruenit ad orien
tē conuerſus,& Palibothra ciuitatē maximā præterfluēs,in eius mare progreditur,& unū oſtiū habet,
q̄q́; omnium Indicorū flumen maximum ſit. Strabo lib.15.Erathoſthenes dicit Indiam æſtiuis imbri-
bus madere,& eo tempore linum ſeri,& milium,ſeſamum,orizam,boſmorumq́;. Hiberno autem tē-
pore,triticum,hordeum,legumina,aliaſq́; eſculentas fruges,quarum nos ignaros eſſe ait.In India præ
terea omnia ferè naſci prodit,quæ in Aethiopia,& Aegypto naſcuntur.In ſacris literis flumē hoc Phi
ſon nuncupatur,unum ex quatuor Paradiſi fluminibus. ſum Hironym cæteruam interpretari dicit.
Ioſephus inundationem ca 2.li.primi.De eo præter ſupra dictos Diuus Ambro.ca.3 eius li quē de Para
diſo inſcripſit. Suidas ait Gangem flumen à Gange Aethiopum rege ſortitū nomen d *Hypaſis.*)De hu
ius fluminis nomine duæ ſunt ſcriptorū ſententiæ.Plures Hypanin,nō pauciores Hypaſin id uocan-
tes Dio Sicu li.3.Hypanin,li.uerò 17.& Arrianus in 5.Hypaſin nuncupant De eo ca 24.abūde diximus
id quod & Hermol non præterijt ca.17 ſexti Pliniarum Caſtig. Hyſpaſis latitudinē ſtadiorū ſeptē,ꝓ
funditatē uerò ulnarū ſex.17.uolumine Dio.Sicu fuiſſe tradit Eius curſum adeo præcipitē eſſe,ut nullo
unq́; tēpore poſsit traijci.In eo uerò loco Alexāder ſuorū geſtorū terminū eē ſtatuēs.12.aras qnquagin
ta cubi.magnitudine dijs extruxit.Authores idē Dio & Arrianus in fine 5.geſto.Alexādri. e *Mini-*
ma Gan-

a paſſuum,maxima per uiginti patet. Altitudo ubi
uadoſiſsimus eſt, menſuram centum pedum deuo-
rat. Gangarides [a] extimus eſt Indię populus,cu
ius rex equites mille, Elephantos ſeptingentos,
b peditum ſexaginta milia [b] in apparatu belli ha
bet. Indorum [c] quidam agros exercent,militiam
plurimi,merces alij,optimi, ditiſsimique rempubli-
cam curant, Reddunt iudicia,aſsident regibus. Qui-
c etum ibi eminentiſsimæ ſapientiæ genus eſt, ui-
ta repletos incenſis rogis mortem accerſere. Qui
uerò ferociori ſectæ ſe dediderunt, & ſylueſtrem
agunt uitam,Elephantos uenantur, quibus per-
domitis ad manſuetudinem,aut arant,aut uehuntur
In Gange [d] inſula eſt populoſiſsimam,& ampliſsi-

...ma Gangis latitudo ptr octo.M.paſſ.) Obſcura in hac parte Plinij ſatis lectio. Vbi minimũ octo milia paſſ. latitudine,ubi modicum ſtadiorum centũ. Altitudine nuſq; minore paſſ. uiginti. Martianus,latitudo Gangis ubi diffuſior.xx.mil.paſſ. Vbi anguſtiſſ.octo profundus pedibus centũ milia. Hæc uerba Solino maximè conformia. Diod.li.tertio Gangis latitudinẽ eſſe dicit ſtadiorũ triginta. Alibi triginta duo eum in latitudine patere ait Arrianus libr.8. Patet autem Ganges(inquit)qua maximè anguſtus ad centum ſtadia. In multis uerò locis in modum ſtagni,uſque adeo diffunditur,ut qua terra depreſsior,nec tumulus uſquã appareat, trans alteram ripam nihil oculis diſcerni queat. a *Gangarides exti.)* A Gange ij populi authore Seruio tertio Georgicorum nomen habent. Nec eſt uerum,ut idem Seruius exiſtimat, eos inter Indos, & Aſſyrios habitare. Sed minus uerum eoſdẽ Auguſtum ſuperaſſe. Imò nec Alexander quidem. Nec ſolum hic Gangarida facit, ſed etiam Gangaris,uel Gangaridis reperitur. Plinij ex cap.19.ſexti uerba ſunt. Nouiſsime gentes Gandaridum,Calingarum. Regio Partalis uocatur. Regi.lxx.milia peditum,equites mille, Elephanti DCC. in procinctu bellorum excubant. Q.Curtius li.8. Vlteriores Gangis ripas(inquit)colere gentes Gangaridas,& Pharraſios,uel(ut Diod.nominat) Tabræſios,eorumq; regem eſſe Aggramnem,uel(ut Dio.)Xandramen,uiginti milia equitum,ducentiq; peditum obſidentem uias. Ad hæc quadrigarũ duo milia trahere,& præcipuũ Elephantos,quos triũ miliũ numero explere dicebat. Similia ſcribit Diod.17.hiſtoriarũ lib. Lib.autem 3.dicit Alexandrũ Macedonem totius Aſiæ imperium adeptum,ſolos Gangaros(ſic enim eos ibi nominat)non oppugnaſſe. Ex ijs apparet apud Pliniũ,nõ Gandaridum,ſed Gangaridum legendũ eſſe. Et apud Iuſtinum libro 12. Gangaridæ,nõ Gangaritæ. b *Peditum ſexaginta milia.)* Plinius,ut iamiã retulimus.lxx.milia dicit,non ſexaginta milia. Sunt Solini quædam exemplaria,in quibus.xl.milia ſcriptum eſt. c *Indorum quidam agros exercent.)* Did.Siculus.3.Bibliothecæ lib.ſcribit Indorum populum, in tribus ſeptem eſſe diſtributum. Primam philoſophorum eſſe dicit,qui cæteris numero pauciores ſupereminẽt dignitate. Secundam tribum agricolarũ eſſe tradit,qui multitudine ſuperantes cæteros,à bello, reliquoq; opere liberi ſolis agris colendis tempus impartiunt,tertiam tribum conficiunt omnis generis paſtores,qui neq; in ciuitatibus,neq; in uillis morantur. Qartum locum artifices tenent, quorum pars armis, pars ruſticis inſtrumentis,alij alijs utilibus rebus fabricandis uacant. Quintò ordine milites eſſe dicit, qui belli diſciplina exercentur. Ephorum eſt ſextus ordo. Hi quæcunq; in India aguntur inſpicientes,regi referunt. Vbi rex deſit,principib. Loco ſeptimo exiſtunt,qui conſilijs publicis præſunt. Hi numero pauciſsimi licet ſint,nobilitate tamen,& prudentia maximè inſignes ſunt. Ex ijs enim tum ad regum conſilia,tum ad rempublicam curandam, tum etiam ad res dubias iudicandas aſciſcuntur. Duces inſuper ex ijs deliguntur,ac principes. Has in partes Politia Indiæ diſtributa haud quaquam licet unius ordinis uirum alterius uxorem ducere,neque exercitium mutare. Neque enim fas eſt militem agrum colere,aut philoſophari artificem. Eadem diffuſè refert Strabo ante medium quintidecimi Megaſthenes,ut in.8. Arrianus refert,Indicas gentes centum ac uiginti duas eſſe tradit. Quod unde didicerit eidem Arriano mirum uidetur. Plinij ſunt omnia quæ de Indorum exercitijs Solinus refert. Vita mitioribus populis Indorum multi(inquit)partita degitur. Alij tellurem exercent. Militiam alij capeſſunt. Merces alij ſuas euehunt,res externas inuehũt. Res publicas optimi,ditiſsimiq; temperãt. Iudicia reddunt. Regibus aſsident. Quintum genus celebratæ illic,& propè in religionẽ uerſæ ſapientiæ deditũ, uoluntaria ſemper morte uitã accenſo prius rogo,finit. Vnũ ſuper hoc eſt ſemiferũ,ac plenum laboris immenſi,à quo ſuprà dicta continentur,uenandi Elephãtes,domandiq;. His arant, His inuehũt. Hæc maximè nouere pecuaria. His dimicant,militantq; pro finibus. d *In Gange inſula.)* Plinij uerba ex cap.19.lib.ſexti ſunt hæc. Inſula in Gange eſt,magnæ amplitudinis gentem continens,nã Modoga-

licam nomine. Vltra ſiti ſunt Modubiæ, Molindæ. Vbere cũ oppido eiuſdẽ nominis magnifico, Modrœſi, Præti, Caliſſæ, Saluri, Phaſſulæ, Colubæ, Orzulæ, Abali, Taluctæ. Regiorũ peditũ quinquaginta milia, equitũ quatuor milia, Elephantorũ. cccc. in armis habet. Non dicit Plinius regẽ huius Inſulæ tot pedites, milites, curruſq; in armis habere, ſed rex horũ populorũ eam multitudinẽ poſsidere, niſi et ij omnes populi eius inſulæ ſint incolæ. a *Praſia gens.*) Plin. cap. 19 ſexti. Praſia ampliſsima urbe, ditiſsimaque Palybotra. Vnde quidam ipſam gentem Palybotros uocant, imò uerò tractum uniuerſum. A Gange Rege eorũ peditum ſexcenta milia, equitum triginta milia, Elephantorum ix. milia, per omnes dies ſtipendiantur. Vnde coniectatio ingens opum eſt. In Elephantorum numero Plinius diſsidet à Solino. Hanc urbem Ptolemæus & Stephanus Palembotra numero multitudinis nũcupãt. Stephanus per θ nõ per τ ſcribit παλίμβοθρα. Eã Diodorus in tertio ab Hercule dicit fuiſſe conſtructam. Error in eius impreſsis codicibus, in quibus Palicotra, ꝓ Palibotra ſcriptum eſt. b *Mons Maleus.*) Poſt Palibotros ponit Plinius Monedes, & Suaros, quorum (inquit) mons Maleus, in quo umbræ ad Septentrionem cadunt hyeme, ęſtate in Auſtrum per ſenos menſes. Septentriones eo in tractu ſemel in anno apparere, nec niſi quindecim diebus Bethon author eſt. Hoc idem pluribus locis Indiæ fieri Megaſthenes tradit. c *Vmbræ hyeme in Septen. æſta. in Auſt. cadunt.*) De umbris, & earum ex uario terræ ſitu, differẽtijs, abũde ſatis ca. 46. diſſeruimus. Quo loco Solinũ ipſum ab incuria defendimus. d *Pygmæi tenent.*) Plinij ſunt hæc ca. 19. lib. 6. Indus (inquit) ſtatim à Praſiorum gente, quorum in montanis Pygmæi traduntur. De Pygmæis, & eorũ cum Gruibus pugna, plura. 15. ca. à nobis relata ſunt. e *Pandea gens à fœm. regitur.*) Pande hæc gens cap. 20. 6. à Plinio nuncupatur. Ab ijs (inquit) gens Pande ſola Indorum regnata fœminis. Vnam Herculi ſexus eius genitam ferunt, ob idq; gratiorem regno donatam præcipuo. Ab ea deducentes originem imperitant. ccc oppidis. Peditũ cl. milia, Elephantis quingentis. Indi affirmant Herculi multos fuiſſe uirilis ſexus filios. Filiam uerò unicã nomine Pandeã. Terrã quoq; in quã nata eſt, quã pater eius Hercules ei tradidit, de nomine eius Pendeam appellatã. Datos inſuper ei Elephantos quingentos. Equites ad quatuor milia. Pedites circiter centũ triginta milia. Author Arrianus. 8. geſtorum Alexnd. li. Diod. Siculus dicit Herculẽ cũ multas cepiſſet uxores, filios plures, natam unicã genuiſſe, filijs, cũ ad ætatẽ perueniſſent, Indiã omnem diſtribuiſſe, regnis pro numero filiorum conſtitutis. Filiam ab ſe nutritam reginã feciſſe. Ariſt. ca. 6. ſeptimi Naturæ animaliũ ſcribit fabulari de Hercule eum inter duos & ſeptuaginta liberos fœminã unã tantũmodo genuiſſe. Sunt qui ſcribant Herculẽ cum Pandea filia prolis procreandæ cauſa concubuiſſe, quum ea ſeptẽ tantum eſſet annorum. Canit Claudianus primo in Eutropium eſſe regna plurima quibus fœminæ imperant.

Medis, leuibuſq; Sabæis
Imperat hic ſexus, reginarumq; ſub armis
Barbariæ pars magna iacet.

Quæ officia fœminæ exercere nõ poſsint, docet Vlpianus lib. 10. Digeſtorum tit. ultimo. Fœminę (inquit) ab omnib. officijs ciuilibus, uel publ. remotæ ſunt Et ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere.

mam continens gentem, quorum rex peditum quin a
quaginta milia, equitum quator milia in armis habet
Omnes ſanè quicunq; præditi ſunt regia poteſtate,
non ſine maximo Elephantorũ equitum, peditumq;
numero, militarem agitant diſciplinam. Praſia gens a b
ualidiſsima Palibotram urbem incolunt, unde quidam gentem iſtam Palibotros nominauerunt. Quorum rex ſexcentena milia peditum, equitum triginta milia, Elephantorum octo milia omnibus diebus c
ad ſtipendium uocat. Vltra Palibotram mons Maleus, b in quo umbræ hyeme c in Septentriones, æſtate in Auſtros cadunt, uiciſsitudine hac durante ſenis menſibus. Septẽtriones in eo tractu in an- d
no ſemel, nec ultra quindecim dies apparent, ſicuti author eſt Bethon, qui perhibet hoc in pluribus Indiæ locis euenire. Indo flumini proximantes uerſa ad meridiem plaga ultra alios torrentur calore. Denique e
uim ſyderis prodit hominum color. Montana Pygmæi tenent. d At ij quibus eſt uicinus oceanus ſine regibus degunt. Pandea gens e à fœminis

exiſtere. Vnde quum alicui negotium aliquod committitur, ad quōd penitus ineptus ſit, prouerbio dicitur apud Græcos, γυνὴ ϛρατηγεῖ, ϗ γυνὴ ϛρατεύεται. Hoc eſt, mulier imperat, atq; regnat. Plato tamen rempublicam ordinans, non arcet omnino mulieres à reipublicæ gubernatione, ſiquando ad id munus quæpiam reperiatur idonea. a *Nyſa urbs.*) Plinius cap. 21. libri ſexti. Nyſam urbem plerique Indiæ aſcribunt, montemq́; Merū Libero patri ſacrum. Vnde origo fabulæ Iouis fœminæ editum.

a regitur, cui reginam primam aſſignant Herculis filiam. Et Nyſa urbs a regioni iſti datur. Mons etiam Ioui ſacer Meros nomine, b in cuius ſpecu nutritum Liberum patrem ueteres Indi affirmant,
b ex cuius uocabuli argumento laſciuienti famæ creditur Liberum patrem fœminæ natum. Extra Indi oſtium ſunt inſulæ duæ Chryſe, & Argyre adeo fœcundæ copia metallorum, ut pleriq; eas aurea ſola prodiderint, & argentea habere. Indis omnibus promiſſa cæſaries d non ſine

Eadem refert Mela Pomp. lib. 3. cum dicit. Niſa eſt clariſſima, & maxima, montium Meros, Ioui ſacer &c. Et Capella Martia. in 6. Indorum quidam perhibent Bacchum, qui & Liber pater dictus eſt, Indi fluminis fuiſſe filium, ueniſſeq́; ad eum Bacchū alterum Thebis genitū, ab eoq́; donatum Tyrſo tradunt, quum Thebanus Bacchum Orgia ſacra celebranda docuerit, dixeritq́; ſe Ioue genitum, in primis femore uſq; ad partus maturitatem fuiſſe geſtatum, inuenitq́; montem Nyſæ propinquum, quem coxam, ſeu femur nuncupauit, Nyſam uerò, ut illi tradunt, in honorem Bacchi uitibus conſeuerunt, homines qui Thebis uitium ſemina eo tranſtulerūt. Author Philoſtratus ſecundo uitæ Apollonij lib. Ab hac urbe Indiæ Bacchus Nyſeus dictus eſt. Is enim multis cognominibus (ut quarto Metamor. canit Ouidius) nuncupatus eſt. Stephanus de Vrbibus urbes decem eſſe tradit, quæ Nyſæ fuerint nuncupatæ. b *Meros nomine.*) μηρόν Græci coxam, femurq́; uocitant. Montis huius, & fabulæ meminit etiam Theophraſtus cap. 4. libri quarti de hiſtoria plantarum. Multis uerbis id explicat apud Arrianum lib. quinto. Acuphis Nyſæorū princeps, qui legatus ad Alexandrum uenerat. Fabulam canit Ouidius tertio Metamorphoſeos libro.

Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrioq́; tener (ſi credere dignum eſt)
Inſuitur femori, maternaq́; tempora complet.
Furtim illum &c.

Rei autem ueritas hæc eſt. Cum Bacchus exercitum per Indiā duceret, isq́; ob ingentes loci æſtus peſte periret, ipſe ut dux prudens, in montes ex locis planis milites traduxit. Vbi cum uenti frigidi efflarent, & aquæ potu uterentur, quæ pura ex fontib. manabat, à morbo, quē contraxerant, liberabātur. Bacchus ipſe locū montanū, in quo exercitus à peſte μηρόν, id eſt, femur appellauit. Vnde & Græcos tradidiſſe de eo Deo poſteris ferunt in Iouis femore Dionyſiū eſſe nutritū. Ex Diodoro Siculo libro tertio. c *Chryſe, & Argyre.* Aut ex re nomen, aut ex uocabulo ficta fabula eſt. Græci enim χρυσὸν aurum, χρυσοφόρον auriferum. ἄργυρον argentum dicitur, ἀργυροῦς argenteus. Plinius cap. 21. libri ſexti. Extra oſtium Indi Chryſe, & Argyre fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere aureum, argēteumq́; ijs ſolum eſſe, haud facile crediderim. Has Martianus libro ſexto Chryſeram, & Argyream nominat. Ibi (inquit) inſulas duas auri, argētiq́; metallis, ac fœtura prædicādas, etiā uocabulis approbatur. Nam una Chryſera, Argyrea altera nuncupatur. Non locat eas Mela extra Indi oſtium, ſed Chryſen ad Tamum, ad Gangem Argyren. Altera (inquit) aurei ſoli (ita ueteres tradidere) altera argentei. Atq;, ut maximè uidetur, aut ex re nomen, aut ex uocabulo ficta fabula eſt. De Chryſe inſula Dionyſij interpres intellexit, cum inquit.

Inſula, quæ priſci ſignatur nominis uſu
Aurea, quod fuluo ſol hic magis orbe rubeſcat.

Tradunt apud Gaſandos Arabas eſſe fertiliſſimam regionem licet hominum incuria malè cultam, in qua è cuniculis nulla arte factis aurum effodi, non ſic, ut è terra igne concocta exprimant, ſed ipſa natura purum. Vnde ex re nomen ei inditum, ut id ἄπυρον dicatur, quaſi ſine igne perfectum. d *Promiſſa Cæſaries.*) Quintus Curtius octauo geſtorum Alexandri de Indis maritimis, prominent ungues (inquit) nunquam reciſi. Comæ hirſutæ, & intonſæ ſunt. Martianus in ſexto. Omnes Indi comarum fuco decorantur. Scribit Strabo Indos meridionales colore Aethiopibus, aſpectu, ac capillatura alijs perſimiles eſſe. Nam propter aëris (inquit) humiditatem non criſpantur. Diodorus Siculus libro quarto ait: Indorum moris eſſe per omnem uitam barbam nutrire. Hunc morem à Dionyſio acceperunt. Vnde eum barbatum cognominauerunt.

fuco cærulei,aut crocei coloris. Cultus præcipuus a
in gemmis. [a] Nullus funerum apparatus. [b] Præte-
rea,ut Iubæ, & Archelai regum libris æditum eſt,
in quantum mores populorum [c] diſſonant, habi-
tus quoque diſcrepantiſſimus eſt. Aliȷ̈ lineis,aliȷ̈ la b
neis peplis ueſtiuntur, pars nudi. Pars obſcœna tan
tum amiculati, plurimi etiam flexibilibus libris cir-
cundati. Quidam populi adeo proceri, [d] ut Elephan
tos uelut equos facillima inſultatione tranſiliant. c
Plurimis placet neque animal occidere, neque ueſci
carnibus. [e] Pleriq; tantùm piſcibus aluntur, [f] & è
mari uiuunt. Sunt, qui proximos, [g] parenteſq;
prius quàm annis, aut egritudine in maciem eant an d
tè uelut hoſtias cædunt. Deinde peremptorum ui-
ſcera epulas habent, quod ibi non ſceleris, ſed pie-
tatis loco numerant. Sunt etiam qui cum incu-
buere morbi, procul à cæteris in ſecreta abeunt, ni- e
hil anxiè mortem expectantes. Aſpagonum [h] gens
laureis uiret ſyluis, lucis Buxeis. Vitium uerò, &
arborum uniuerſarum, quib. Græcia dulcis eſt, pro-
uentibus copioſiſſima. Philoſophos habent Indi,

a *In gemmis.*) Oſtendimus apud Plinium Indiam gemmis plurimùm abundare. *Nullus funerum apparatus.*) Strabo de Indis. In tumulis (inquit) ſepulturis faciendis perparci. In cultu corporis nimiȷ̈. Nam & aurum geſtant,& lapillis ornantur,& ſindonem candidiſſimum induunt. Et umbellas ſecum portant. Pulchritudinē enim excolentes, omnia faciunt, quæ ad decorandā faciem pertinent. Idipſum de Indis funeribus & Arrianus lib. 8. retulit. Multifariam funerum curationē apud uarios elegāter canit Syllius tertiòdecimo bellorum Punicorum libro. *Tellure (ut perhibent) is mos &c.* Plura M. Cicero ſecundo de Legibus. Extat titulus undecimi Digeſtorum libri qui de ſumptib. funerum præſignatus eſt. c *In quantum mores Philoſophorum.*) Adſcribam Melæ Pomponȷ̈ ex lib. 3. uerba, unde hæc Solinus mutuatus eſt. Cultorum (inquit) habitus, moreſq; diſſimiles. Lino aliȷ̈ ueſtiuntur, aut lanis, quas diximus, aliȷ̈ ferarum auiumq; pellibus. Pars nudi agunt. Pars tantùm obſcœna uelati. Aliȷ̈ humiles, paruiq;. Aliȷ̈ ita proceri,& corpore ingentes, ut Elephantis etiam, & ibi maximis, ſicut nos equis facilè, atque habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne ueſci optimum exiſtimāt. Quoſdam tantùm piſces alunt. Quidam proximi parentes prius, quā annis, aut egritudine in maciem eant, uelut hoſtias cædunt, cæſorumq; uiſceribus epulari fas, & maximimè pium eſt. At ubi ſenectus, aut morbus inceſſit, procul à cæteris abeunt, mortemq; in ſolitudine nihil anxiȷ̈ expectant eam; ſed in gerendo ſemet ignibus læti,& cum gloria accerſunt. d *Adeo proceri.*) Plinius cap. 2. libri ſeptimi. Multos (inquit) in India quina cubita conſtat longitudine excedere. Id non ſolùm de hominibus, ſed de rebus quoq; aliȷ̈s uerum dicit. Horum cauſas eſſe tradit, ubertatem ſoli, temperiem cœli, aquarum abundantiā. Omnes ferme Aſiatici (inquit Arrianus in 5.) Prægrādibus membris ſunt, in quibus multi quinq; cubitorum, uel paulò minus magnitudine. e *Neq; ueſci carnibus.*) Pythagoricum (ut alibi retulimus) inſtitutum. f *Tantùm piſcibus aluntur.*) Hos Græci ἰχθυοφάγους nominant, quaſi piſciuoros. De quibus ſæpe Plinius, cæteriq; Diod. Siculus lib. 4. eos littus Carmanium, Gedroſiumq; habitare tradit. Addit Strabo nedum ipſos ueſci piſcibus, ſed etiamnum eorum pecora. Pecorum autem carnes piſcibus præbere. De Ichtyophagorum origine, fabellam quandam in 8. Arrianus refert. g *Proximos, parenteſq;.*) Eadem de ȷ̈s (ut retulimus) Mela prodit. Multis idipſum uerbis Herod. explicat in Thalia. Libuit huic loco Euſebȷ̈ Pāphili uerba ſubſcribere ex cap. 8. ſexti Præparationis Euangelicæ. Apud Indos,& Bactros, (inquit) multa milia hominū ſunt, qui Bragmanes appellantur. Hi tam traditione patrū, q̃ legibus, nec ſimulachra colunt, nec animatū aliquid comedunt. Vinū, aut Ceruiſiā nunq̃. Ab omni demū malignitate abſunt ſoli deo attendentes. At uerò cæteri omnes Indi in eadem ipſa regione, adulterȷ̈s, cęde, temulentia, ſimulachrorū cultu inuoluūtur. Inueniunturq; ibi nonnulli, imò uerò gens quædā Indorū eſt in eodē climate habitans, qui homines uenantes, atq; ſacrificantes deuorat &c. Hibernica quoq; gens (ut Strabo in quarto refert) defunctos parentes eſſe, in eximia honeſtate ponit. h *Aſpagonum gens.*) Sic enim legendū eſt, etſi uetuſti omnes ferme codices, Aſtiacanorum, uel Aſticanorum ſcriptum retinent. Plinius cap. uiceſimoprimo li. ſexti. Item Aſpagonas (inquit) gentem uitis,& lauri,& buxi, pomorumq; omnium in Græcia naſcentium fertilē. Quæ memoranda,& propè fabuloſa de fertilitate terræ, ac genere frugum, &c.

Gymnoſophiſtas [a] uocant, qui ab exortu aduſq; ſolis occaſum contentis oculis orbem candentiſſimi ſyderis contuentur in globo igneo, rimantes ſecreta quædam, areniſq; feruentibus perpetem diem alternis pedibus inſiſtunt. Ad montem [b] qui Milo dicitur, habitant quibus aduerſæ plantæ ſunt, & octoni in plantis ſingulis digiti. Megaſtenes per diuerſos Indiæ montes eſſe ſcribit nationes capitibus caninis, [c] armatas unguibus, amictas ueſtitu tergorum, ad ſermonem humanum nulla uoce, ſed latratibus tantùm ſonantes, aſperis rictibus. Apud Cteſiam legitur quaſdam fœminas ibi ſemel parere, [d] natoſquè canos ilico fieri. Eſſe rurſum gentem alteram, quæ in iuuenta ſit cana, nigreſcat in ſenectute ultra æui noſtri terminos perennantem. [e] Legimus Monoſcelos [f] quoque ibi naſci ſingulis cruribus, & ſingulari pernicitate. Qui ubi defendi ſe uelint à calore, reſupinati plantarum ſuarum magnitudine inumbrentur. Gangis fontem qui accolunt,

a *Gymnoſophiſtas uocant.)* Quòd nudi philoſophiæ ſtudeant, ſortiti nomen. γυμνός enim græcè, latinè nudus, σοφιστὴς ſapiens, & præceptor. Sunt enim philoſophi ſemper nudi incedentes. Plinius capite ſecundo libri ſeptimi, Philoſophos Indorum (inquit) quos Gymnoſophiſtas uocant, ab exortu ad occaſum præſtare contuentes Solem immobilibus oculis. Feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere. Porphyrius libro 4. de ſacrificijs tradit duo fuiſſe Gymnoſophiſtarum genera. Primi Bragmanes nominati, qui quadam generis ſucceſsione, in religionis, & ſapientiæ ſtudio procedebant. Alij Samanei dicti ſunt, qui idem ſtudium electione tantùm profitebantur. Hi Samatei Gymnoſophiſtæ uitę huius tempus, tanquam ſeruitutem quandam neceſſariã naturæ ipſi miniſtrantem inniti ferebant, ſtudebantq; animas corpore ſoluere. Cum autem corpus proſperè ſe habere cognoſcerent, ſæpe nihilo ad hoc urgente è uita hac egrediebantur. Hos domeſtici obitu beatos exiſtimabant. Eos uerò, qui illis ſupereſſent ut infelices deflebant. Subdit Gymnoſophiſtas præter reliquã temperantiam, atq; ſanctimoniã, animalibus omnino abſtinuiſſe. Quo autem cibo ueſcebantur, tradit Plinius capite 6. duodecimi naturalis hiſtoriæ. Plura de ijs Philoſtratus lib. ſexto. Docent autem (ut lib. primo Laërtius refert) Deos eſſe colendos, nil mali faciendum, fortitudinẽ exercendã. Eſſe etiamnum mortis penitus contemptores. Scribit Arrianus. 8. geſtorum Alexandri lib. eos ſolos eſſe diuinandi peritos, nec cuiquã extra illos diuinationẽ permitti. Prædicũt autem ea tantũmodo, quæ uel ad anni tempora pertinent, uel ſi qua publica calamitas immineat illis incolis. Si quis eorũ ter in diuinãdo errauerit, ſilentij tantùm pœna mulctatur. Nec eſt quiſq;, qui indictum ſilentiũ cogere poſsit, ut loquatur. Seruaretur utinã lex hæc hodie cum ijs, qui futura ſe prædicere profitetur. Quæſtio nobilis ab Ariſtotele diſſeritur in problematis. Cur locis calidis homines ſapientiores ſunt, q; frigidis? Diſſoluitur ea quæſtio eius operis Sectione 14. Sed locum ſignaſſe ſatis ſit in præſentia. b. *Ad montem qui Milo dicitur.)* Ex Plinio capite ſecundo ſeptimi. In monte (inquit) cui nomen eſt Milo, homines eſſe auerſis plantis, octonos digitos in ſingulis pedibus habẽtes, author eſt Megaſthenes. c *Capitibus caninis.)* Plinij idem continentia uerba ſunt, eodem quem modò citauimus loco. In multis montibus genus hominũ capitibus caninis, ferarũ pellibus uelati. Pro uoce latratum edere, unguibus armatum, uenatu, & aucupio ueſci. Hos Græci κυνοκέφαλοι nuncupant, de quibus in fine cap. 40. abunde dictum eſt. d *Semel parere.)* Et hæc ex Plinio loco eodem ſumpta ſunt. Cteſias ſcribit (inquit) in quadã gente Indiæ fœminas ſemel in uita parere, gentioſq; confeſtim caneſcere. Huius rei cauſas aſſignauimus cap. 15. ſuprà. e *Perennantem.)* Sunt qui non perennantem, ſed permanentem legant. Perennio uerbo, frequenter Columella uſus eſt. f *Monoſcelos,)* Si uerbum uerbo reddas, unicrures latinè dicendum eſt. ἀπὸ τοῦ μόνου, καὶ σκέλος, id eſt, ab uno, & crure. Aulus Gellius capite quarto noni ſuarum Noctium. Monomeros, quoniam μηρός coxam, femurq; ſignificat. Plinius capite ſecundo libri ſeptimi. Item (inquit) hominum genus, qui Monoſceli uocarentur, ſingulis cruribus, miræ pernicitatis ad ſaltũ. Eoſdemq; Sciopadas uocari, qui in maiori æſtu humi iacentes ſupini, umbra ſe pedum protegant. Hæc Plinius Latinè Vmbripedes dici poſſunt. Ab umbra, & pede nomen factum. Id eſt. ἀπὸ τῆς σκιᾶς, καὶ ποδός. Omnia Solini exemplaria quotquot uiderim pro Monoſcelos, Monoculos habent.

nullius ad eſcam opis indigent. Odore [a] uiuunt po- a
morum ſylueſtrium, longiusque pergentes eadem illa
in præſidio gerunt, ut olfactu alantur. Quod ſi te-
triorem ſpiritum fortè traxerint, exanimari eos cer-
tum eſt. Perhibent eſſe & gentem fœminarum, b
quæ quinquennes concipiunt, [b] ſed ultra octauum
annum uiuendi ſpatium non protrahunt. Sunt qui
ceruicibus carent, [c] & in humeris habent oculos.
Sunt qui ſylueſtres hirti corpora [d] caninis dentibus c
ſtridore terrifico. Apud eos uerò, quib. ad uiuendi ra
tionẽ propenſior cura eſt, multę uxores [e] in eiuſdem

a *Odore uiuunt.*) Plinius eodem cap. ijs uerbis id ipſum refert. Ad extremos (inquit) fines Indiæ ab
Oriẽte circa fontẽ Gangis Aſtromorũ gentẽ ſine ore, corpore toto hirtã, ueſtiri frondiũ lanugine, ha-
litu tantum uiuentẽ, & odore, quẽ naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum. Tantum ra
dicum, florumque uarios odores ſylueſtrium malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit ol
factus. Grauiore paulò odore haud difficulter exanimari. Strabo lib. quintodecimo, ex Megaſthenis
ſententia ſcribit, adductos fu-
iſſe quoſdam carentes ore, mi-
tes homines, qui circa Gangis
ortum habitent. Eos uaporibus
aſſarum carnium, & fructuum,
ac florum odoribus enutriri.
Et pro ore ſpiramenta quædam
habere. Rebus fœtidis oppidò
grauari, adeo, ut uix ſuperueni-
ant præſertim in caſtris. Memi-
nit & Gellius cap. 4. noni ſua-
rum Noctium. Affert Ariſtote.
cauſas problem. 3. duodecimæ
ſectionis. Cur quæ ad ſolem ori
entem ſpectãt, odoratiora exur-
gant, quàm quæ ad aquilonem.
Et eorum ipſorum, quæ ad ortũ
plus uergunt, quã quæ ad meri-
diem &c. Exigeret hic locus eius quæſtionis inueſtigationẽ, Sit ne poſſibile hominẽ, uel animal quod
uis alterũ, annos aliquot, odore tantũ uiuere ſine cibo. Varia ſuper ea re à Medicis, & Philoſophis di-
ſputata ſunt. Ariſtot. eo lib. quẽ de Senſu & Senſato inſcripſit, aſſerit ex ſententia, odorem ipſum, ea
ratione qua odor eſt, nihil ad nutrimentũ conferre, quãuis plurimũ ad ſanitatẽ conferat animalis. Id
multis rationibus ſuadere conatur Pythagoræ id ſentientis ſententiã reprobans. De hac ipſa quæſtio
ne multa in unum congeſſit Conciliator differentia 155. Ea eleganter refert Cœlius Rhodiginus cap.
21. decimitertij Antiquarũ lectionũ. Ioannes de Magiſtris quæſtione ſecunda de Senſu, & Senſato cõ-
pendio rem totã explicat copioſè b *Quinquennes concipiunt.*) Plinius cap. 2. ſeptimi ijs uerbis id ipſum
refert. In Calingis (inquit) eius Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octauum uitæ annum
non excedere. Hæc Plinius. Id autẽ cœli, terræque qualitate accidere, philoſophi tradiderunt. Eſt enim
locus, authore Porphyrio, generationis principium, quemadmodum & pater. c *Ceruicibus carent.*)
Hos Plinius cap. 2. ſeptimi poſt Monoſcelos, & Troglodytas eſſe dicit occidentem uerſus. His Ble
myas ſimiles eſſe ait cap. 8. quinti de quibus ſuprà cap. 44. dictum eſt. Horum cap. 4. noni noctiũ Atti
carum Gellius ſimiliter meminit. Et id ex loci diſpoſitione euenire non ambigitur. d *Sylueſtres hirti
corpora*) Ex Plinio & hæc cap. iam citato. Choromandarum (inquit) gentem uocat Tauron, ſylueſtrẽ
ſine uoce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Similiũ meminit Gel
lius ubi ſuprà. Hos potius feras, quàm homines crediderim, quadã effigie hominibus tantùm ſimiles, ſi-
cut de Simijs, & reliquis huius genus in fine cap. 40. retulimus. e *Multæ uxores.*) Strabo lib. 15. Mul-
tas nuptas (inquit) Indij habent, quas à parentibus accipiunt pari boum emptas. Alias obedientiæ
gratia, alias prolis, ac uoluptatis. Et niſi caſtas eſſe cogant, fornicari licet. Diſputant noſtrates Theolo
gi diſt. 33. quarti Sententiarum. An liceat uni uiro plures ſimul uxores habere, aut contra: Quid in hac
re tenendum ſit, paucis, ut ſui moris eſt eadem diſt. Franciſcus Mayronis aperuit. Extat ad hoc diſ. 26.
Decretorũ Canonicorũ. Iulianus præterea iureperitus tit. 2, tertij digeſtorũ. L. prima ſcribit eum no-
tari infamia, qui bina ſponſalia, binasue nuptias in eodẽ tempore conſtitutas habuerit. Idẽ habetur
tit. 9. noni Codicis. L. Cũ per duas & tit. 10. primi Inſtitutionũ, §. Quia duas. De hac ipſa re diximus aliq
ca. 15. ſuprà. f *Aſcendat rogum coniugis.*) Idẽ ſcribunt Cic. 5. Tuſc. quæſtionũ. Valer. Max. tit. 1. ſecundi. Eu-
ſeb. cap. 8. ſexti præparationis. Hierony. cap. 27, primi aduerſus Iouinianũ. Verſus Propertij ſunt ex li. 3.

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Namque ubi mortifero iacta eſt fax ultima lecto,
Vxorum fuſis ſtat pia turba comis.
Et certamen habent læthi, quæ uiua ſequatur.
Coniugium, pudor eſt non licuiſſe mori.
Ardent uictrices, & flammæ pectora præbent,
Imponuntque ſuis ora peruſta uiris.

Hic gentis

a uiri coëunt matrimonium, & cum maritus deceſ-
ſerit, apud grauiſſimos iudices ſuam quæq; de me-
ritis agunt cauſam, & quæ officioſior cæteris ſen-
tentia uicerit iudicantium, hoc palmæ refert præ-
b mium, ut arbitratu ſuo aſcendat rogum coniu-
gis [f] & ſupremis eius ſemetipſam det Inferias. Cæte
ræ nota uiuũt. Enormitas in ſerpentibus [a] tanta eſt,
ut ceruos, & animantiũ alia ad parem molẽ tota hau
c riant. Quin etiam oceanum Indicum quantus eſt pe
netrent, inſulasq; magno ſpacio à continenti ſepara-
tas pabulandi petant gratia. Idq; ipſum palam eſt po
tentia ampliſſimæ magnitudinis fieri, quæ per tan-
d tam ſali latitudinem ad loca permeent deſtinata,
Sunt illic multæ, ac mirabiles beſtiæ. Harum è mul
titudine, & copia partem perſequemur. Leucrocu
ta [b] uelocitate præcedit feras uniuerſas. Ipſa aſi-
e ni magnitudine, cerui clunibus, pectore, ac cruribus
leonis, capite camelino, biſulca ungula, ore aduſ-
que aures dehiſcente, dentium locis oſſe perpetuo.
Hoc quoad formam. Voce autem loquentium
f hominum ſonos æmulatur. Eſt & Eale [c] aliàs ut e-
quus, cauda uerò Elephanti, nigro colore, maxillis
aprinis, præferens cornua ultra cubitalem modum
longa ad obſequium cuius uelit motus accommo-
g data. Neq; enim rigent, ſed flectuntur ut uſus exigit
præliandi. Quorum alterum cum pugnat, proten-
dit, alterum replicat, ut ſi ictu aliquo alterius acumen
obtuſum fuerit, acies ſuccedat alterius. Hippopota
mis cõparatur, & ipſa ſanè aquis fluminum gaudet.

Hic genus infidum nuptarum, hic nulla puella eſt,
Nec fida Euadne, nec pia Penelope.

Huius conſuetudinis cauſam ex Oneſicrito affert Strabo quintodecimo Geographiæ lib. Vxores (inquit) cum uiris defunctis cõburũtur, ob hanc cauſam; qđ cum aliquando adoleſcentulos adamarent, à uiris ſecedebant, uel eos ueneno interimebant. Vt ergo ueneficia tollerentur, hanc legem conditam eſſe. Quæ profectò lex, & cauſa non ſatis probabilis uidetur. Facit ad hunc locum quod ſcribit Seneca ſecunda declamatione lib. 2.

a *Enormitas in ſerpentibus.*) Deimachus, & Megaſthenes ſcribunt in India ſerpentes eſſe, qui boues, & ceruos unà cũ cornibus deglutiant. In Macra campo Poſſidonius author eſt uiſum fuiſſe ſerpentem mortuum iugeris longitudine, craſſitudine tanta, ut equites ex utraque parte aſtantes ſe inuicem intueri non poſſent, hiatu autem tanto, ut hominẽ equo inſidentem reciperet. Exuuiarum ſquamam quamlibet clypeo maiorẽ. Hæc à Strabone lib. 16. ſunt relata. Verba Plinij de hac ipſa re aſſcripſi cap. 38. ſuprà. Cauſam magnitudinis animalium apud Indicos, ex Plinio hoc ipſo cap. retulimus. Strabo quoque libro 15. ijs uerbis explicat. Indus aër udus eſt (inquit) & fœcundus, & ualde nutritiuus. Eodem modo & terra, & aqua. Quapropter animalium tum terreſtria, tum aquatilia apud Indos, quàm cæteros magna ſunt. Hinc cauſam afferunt, ut maris beluæ ſint maiora terreſtribus, lege Ariſtote. decima ſectione problematum, & Plinium cap. 2. libri noni.

b *Leucrocuta.*) A Plinio hęc omnia ſumpta ſunt capite 21. octaui naturalis hiſtoriæ. Leucrocutã (inquit) pernicioſiſſimã feram, aſini ferè magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite Meliũ, biſulca ungula, ore ad aures uſque reciſſo dentium locis oſſe perpetuo. Hãc feram humanas uoces tradunt imitari. In forma capitis animalis huius, diſſidet Solinus à Plinio. Plinius enim capite Melium, Solinus capite Camelino eam dicit. Dubium quæ lectio uerior. Legi in uetuſtiſſimo Solini codice, non Camelino ſed Melino. Melem eam ferã uocant, quæ uulgò Taxo dicitur, de qua Plinius ca. 38. octaui libri. Albertus, cui nominum nulla cura, libro uiceſimoſecundo de Animalibus Leutrochocham uocari dicit. Leucrocutæ nomen ex leone, & Crocuta compactum creditur. De Crocuta Plin. cap. 21. lib. octaui. Crocutas (inquit) uelut ex cane, lupóq; cõceptos, omnia dentib. frangẽtes, protinusq; deuorata cõficiẽtes uẽtre. Lege Diod. Siculũ lib. 4.

c *Eſt & Eale.*) Plinij ferè uerba ex ca. 21. lib. octaui. Apud Indos (inquit) & q̃ uocatur Eale magnitudine equi fluuialis, cauda Elephãti, colore nigra, uel fulua. Maxillas apri, maiora cubitalibus cornua habens mobilia,

Indicis tauris color [a] fuluus eſt, uolucris pernici- a
tas, pilus in contrarium uerſus, hiatus omne quod
caput. Hi quoque circumferunt cornua flexibili-
tate, qua malint, tergi duricia omne telum reſpu-
entes, tam immiti feritate, ut capti animas proijci- b
ant furore. Manticora quoque nomine [b] inter-
hæc naſcitur, triplici dentium ordine, coeunte uici-
bus alternis, facie hominis, glaucis oculis, ſangui-
neo colore, corpore leonino, cauda ueluti ſcor- c
pionis aculeo ſpiculata. Voce tam ſibila, ut imi-
tetur fiſtularum modulos, tubarumq́ concentum,
humanas carnes auidiſſime affectat, pedibus ſic
uiget, ſaltu ſic poteſt, ut morari eam nec exten- d
tiſſima ſpatia poſſint, nec obſtacula latiſſima.
Sunt præterea boues unicornes, [c] ſolidis ungu-
lis, nec bifidis. Sed atrociſſimum eſt Monoce-

quæ alterna in pugna ſiſtit, uariatq́ infeſta, aut obliqua, utcũq; ratio monſtrauit. Albertus ex ſuis ad-
dit, Ealem eſſe animal aquatile. Verùm non idem eſt gaudere aquis fluminũ, & eſſe aquatile animal.
Plinius ait Ealen eſſe magnitudine equi fluuialis, non quod ipſa fluuialis ſit. a *Indicis tauris color fuluus*
eſt.) Et hæc ex Plinio eodem capite ſumpta ſunt. Sed atrociſſimos India habet tauros ſylueſtres, ma-
iores agreſtibus, uelocitate ante omnes, colore fuluo, oculis cæruleis, pilo in contrarium uerſo, ri-
ctu ad aures dehiſcẽte, iuxta cornua mobilia. Tergoris duritia ſilicis omne reſpuẽs uulnus, feras omnes uenantur. Ipſi non aliter, quàm foueis capti feritate ſemper intereunt. Albertus lib. 22. de Animalibus. Etſi (inquit) credendum eſt uerbis Solini philoſophi, tauri Indiæ fuſcum habent colorẽ, caput grande, ſetas condenſas, & horridas. Et parum infrà. Eijciunt autem (inquit) ſtercus poſt ſe uehementiſſimè, cuius calore, & uiſcoſitate retardant & canes, & uenatores: Hucuſq; Albertus. Non dicit Solinus, nec etiamnum Plinius, Indicos tauros habere fuſcũ colorem, nec grande caput, aut ſetas condenſas. Quod ſubdit Albertus. Indicos tauros proijcere ſtercus poſt ſe uehementiſſimè, cuius calore, & uiſcoſitate retardent & canes, & uenatores, id omnino falſum eſt, ſed Bona-
ſo feræ id tribuunt authores, ut cap. 53. ſuprà abũde docuimus. Niſi ex Indico tauro, & Bonacho ſuo,
monſtrum quoddam Albertus genuerit. Libuit huic loco Diod. Siculi ex li. 4. uerba ſubſcribere, qđ
hanc feram eleganter exprimat. Horũ animal omniũ (inquit) ſylueſtris taurus, qui carnibus paſcitur,
feritatem excedit, penitusq́ eſt inexpugnabilis. Corpore maior eſt domeſticis tauris, equi uelocitate,
ore uſq; ad aures fiſſo, rubicũdo colore, oculis albis, nocteq́ fulgentibus. Cornua ueluti aures mouẽs,
in certamine firma tenet. Pili cõtra naturã cæterorũ animaliũ uerſus caput ducuntur. Et hæc fera ui-
ribus, fortitudineq́ mirabili pugnat cũ cæteris beſtijs, quas ſuperatas cõmedit. Eſt quoq; infeſtus ad-
modum armentis, nihil nec paſtorũ uires, neq; canũ multitudinẽ timẽs. Dicitur eius pellis haud qua-
quã uulneribus patere. Cum multi illũ conentur ui capere, fruſtra defatigantur. In foueã delapſus, aut
alio captus dolo, ſeipſum ex ira ſuffocat priſtinæ libertatis amore. Meritò igitur Troglodytæ hãc be-
ſtiam optimã iudicãt, cui à natura indita ſit leonis uirtus, equi celeritas, robur tauri. Quodq; maximũ
eſt, haud inferior natura ferri. Hucuſq; Diod. In hoc, ut uidetur, ab alijs diſcrepans, quod eum non in
in India, ſed Aethiopia, & apud Troglodytas reperiri aſſerit. Sed eſſe poteſt, ut tam in India, q̃ Aethio
pia reperiatur, propter conſimilem ſitus qualitatem, cœliq́ influxũ non abſimilẽ. b *Manticora quoq;.*)
Quod ex Plinio ſumpſerit hæc Solinus, non ab re fuerit Plinij uerba ſubnectere ex lib. & cap. paulò
antè citatis. Apud eoſdẽ Indos, ſcilicet naſci Cteſias ſcribit, quã Manticorã appellat, triplici dentiũ or-
dine pectinatim coeunt. Facie, & auriculis hominis, oculis glaucis, colore ſanguineo, corpore leonis,
cauda ſcorpionis modo ſpicula infigentẽ, Vocis, ut ſi miſceatur, fiſtulæ, & tubæ concẽtus. Velocitatis
magnæ. Humani corporis uel præcipuè appetentẽ. Philoſtratus tertio uitæ Apollonij li. ſcribit Man-
ticorã ferã eſſe quadrupedẽ beluã, cuius caput humano capiti aſſimilari ait, magnitudine uerò leonẽ
æquare. Habere aũt in capite ſetas cubitales ſpinarũ inſtar, quas cõtra perſequẽtes ſagittarũ modo ia-
culetur. Albertus dicit hãc ferã eſſe Marintomorioni ſimilẽ. Sed q̃ uera ſit Marintomorion, ab ijs requi-
ras q Alberti iurarũt in uerba Magiſtri. Fateor enim me nondũ eius μαντέαν, ne dicam μανίαν attigiſſe.
c *Boues unicornes.*) Plin. ca. 21. octaui. In India & boues ſolidis ungulis unicornes. Scribit idẽ Plin. ca. 37.
11. à principio idipſum cornu in medio frontis eſſe. Sũt Solini exemplaria, q̃ ſic habeant, boues uni-
cornes, & tricornes. Sed cũ ex Plin. id ſumptũ ſit, dictio tricornes tanq̃ addititia eradenda. Annotat
eodem loco Plinius, quæ iure cornua intelligantur quandrupedi tãtum generi à natura tributa. Nec
alibi (inquit) maior laſciuia naturæ luſit animaliũ armis. Quẽ Latini unicornã dicunt, Græci μονόκερων
nuncupant

nuncupant,uerbũ de uerbo expreſſum. a *Monoceros.*) Nõn idẽ animal cũ ſuperiori, licet & huic etiã unicũ cornu ſit. Eum ipſum ſic Plinius ca.21.octaui eleganter deſcribit. Aſperrimã feram (inquit) Monocerotẽ reliquo corpore equo ſimilẽ, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, uno cornu nigro media fronte cubitorũ duũ eminente. Hanc ferã uiuã negant capi. Monocerotem eundem eſſe exiſtimant, cũ ea fera, quã Indicũ aſinũ nominant, de quo Ariſtoteles ca.1. ſecundi Naturæ animalium, & Plinius ca.37. undecimi naturalis hiſtoriæ. Non alienum fuerit Philoſtrati uerba aſcribere ex tertio uitæ Apollonij lib. Aſinos præterea (inquit) ſylueſtres in uicinis paludibus multos capi dicũt. Eſſe autem huiuſmodi feris in fronte cornu, quo taurorum more generoſiſsimè pugnant. Cõficere aũt Indos ex illis cornibus pocula, aſſerũtq; nullis morbis illo die affici, qui eiuſmodi poculo potauerint, neq; ſi uulnerati fuerint dolere, & ex igne etiã incolumes egredi, neq; ullis uenenis lædi, quæcunq; nocendi gratia in potu dantur, iccirco regum eſſe eadẽ pocula, & regi tantũ eiuſmodi feræ uenationem permitti. Apolloniũ itaq; ferã aſpexiſſe, eiuſq; naturã cũ admiratione conſideraſſe ferunt. Interroganti autẽ Damidi, an ſermoni, qui de poculo iam dicto ferebatur, fidem adhiberet. Adhibeo (inquit Apollonius) ſi huius regionis immortalẽ regẽ eſſe intellexero. Qui enim mihi, aut alteri cuiq; poculum ita ſalubre dare poteſt, nonne ueri ſimilius eſt ipſum cotidie illo uti, & ex eo cornu frequenter ad extremã uſq; plenitudinẽ bibere. Nemo enim (ut puto) calumniabitur eum, qui tali poculo etiã inebrietur. Mirũ ex Monocerote, & Rhinocerote Albertũ, unũ, idẽq; animal ꝓcreaſſe. Sed quã tũ eæ duę feræ inter ſe diſtent, ex ijs liquet, quæ de Rhinocerote ca.43. abũde retulimus. Huius feræ cornũ tantæ noſtro quoq; tẽpore ęſtimationis eſt, ut id plures auro, gemmiſq; cæteris omnino præponãt Iſiodo. cap.2. duodecimi Ethimo. Tantæ (inqt) fortitudinis eſt, ut nulla uenãtiũ uirtute capiatur, ſed ſicut aſſerunt, qui naturas animaliũ ſcripſerũt, Virgo puella præponitur, quæ uenieti ſinũ aperit, in q̃ ille omni ferocitate depoſita, caput ponit. Sicq; ſoporatus, uelut inermis capitur. Ita eſſe uulgus quoq; noſtri temporis etiã iureiurando aſſerere non dubitat. b *Aquæ etiam gignunt miracula.*) In omnibus fermè, quæ in India procreantur, mira quædã ſuper cætera, quæ alibi proueniunt, proceritas reperitur. Id autem tam in terrigenis, q̃ aquaticis uerũ eſſe authores nobiles prodiderunt. Hoc autẽ accidere aiunt tũ cœli, tum locorũ Indiæ qualitate. Inter locorũ naturas quantũ interſit, libello ſuo de Fato diſſerit. M. Cicero. Plinius in calce naturalis hiſtoriæ fabuloſa eſſe multa, quæ de India referũtur, licet minimè ſit ambigendũ, maximã eorũ partem eſſe ueriſsimã. Quod Alexandri Macedonis bellis, compꝑtum eſt. De piſcium quorundã magnitudine, quæ uel Indiæ fluminibus, uel æquoribus generantur contentus Solinus paucis, refert tũ anguillarũ, tũ uermium quorundã, tum deniq; Balænarum, Phyſeterumq; inſolitam, & uelut monſtroſam magnitudinẽ. In aquis (inquit Plinius) cõplura ſunt, maiora etiam terreſtribus. Cauſa euidens humoris luxuria. Alia ſors alitum, quibus uita pendẽtibus. In mari autem tam latè ſupino, mollíq;, ac fertili accremento accipiente cauſas genitales, ſublimi, ſemperq; pariente natura, pleraq; etiã monſtrifica reperiuntur perplexis, & in ſemet aliter, atq; aliter nũc ſtatu cõuolutis ſeminibus, atq; principijs. Vt uera fiat uulgi opinio. Quicquid naſcitur in parte natura ulla, et in mari eſſe, præterq; multa, quæ nuſq; alibi. Rerum quidẽ nõ ſolũ animaliũ ſimulachra ineſſe licet intelligere intuentibus, uuã, gladiũ, ſerras. Cucumim uerò, & in colore, & in ſapore. Quo minus miremur equorũ capita in tam paruis eminere cocleis. Quærit Ariſto. decima Problematum ſectione. Cur maris animalia maiora, uegetioraq; ſunt, q̃ terræ? An (inquit) qđ uis ſolis conſumendo, q̃ terrã ambiunt, copiã detrahit nutrimenti? Quã ob rem quæ abditã uitã agunt, uegetiora ſunt. His igitur omnibus incommodis, cũ genus maritimũ ſit immune, merito tũ adoleſcere poteſt corpore ampliori, & uegetiori. c *Anguillas ad tricenos pedes lon. edu. Ganges.*) Anguilla ob quandã cũ anguibus ſimilitudinem nomen habet. Eam Græci ἐγχέλυα, uocitant. Ariſto. ca.16. ſexti naturæ animaliũ aſſerit hoc unũ inter ſanguinea genus totũ, ſine coitu, ſine ouo procreari. Quod ita eſſe eo argumento conſtare dicit, quod in nonnullis fœculentis ſtagnis, aqua omni exhauſta, & limo detracto, anguillæ denuo generantur, ubi aqua acceſſerit pluuia. Aegyptij, ut in ſecundo refert Herodot. exiſtimant anguillas ſacras eſſe Anguilla ſuapte natura tam lubrica eſt, ut uix uiuens manibus teneri queat. Hinc in hominem

a ros [a] monſtrum mugitu horrido, equino corpore, Elephanti pedibus, cauda ſuilla, capite ceruino. Cornu è media eius fronte protenditur, ſplẽdore mirifico, ad longitudinem pedum quatuor,
b ita acutum quicquid impetat, facili ictu eius perforetur. Viuus non uenit in hominum poteſtatem, & interimi quidem poteſt, capi non poteſt. Aquæ etiam gignunt [b] miracula non minora. Anguillas [c] ad tricenos pedes longas edu-

cat Ganges, quem Statius Seboſus inter præci- a pua miracula ait uermibus abundare, a cæruleis nomine, & colore. Hi bina habent brachia lon- gitudinis cubitorum non minus ſenum, b adeo ro- buſtis uiribus, ut Elephantos ad potum uentitan b tes, mordicus comprehenſos ipſorum manu rapi- ant in profundum. India maria Balænas c habent ultra ſpatia quatuor iugerum. d Sunt & quos Phy- ſeteras e nuncupant, qui enormes ultra molem, ingentium columnarum ſuper antennas ſe nauium extollunt, hauſtoſq; fiſtulis fluctus ita eructant,

argutum, uafrũ, & plurimũ aſtutũ, prouerbio dici cœptũ. Anguilla eſt. Vtitur eo Plautus in Pſeudo lo. Quid (inquit) manifeſte tenetur? Reſpondet Charinus. Anguilla eſt, elabitur. Scribunt ueterũ qui dam, uinũ tędiũ omnino fieri, cũ quis uinũ biberit, in quo Anguillæ fuerint enecatæ. Plinij ſunt, quæ de Anguillis hoc loco Solinus refert cap. 3. noni natu. hiſt. a *Vermibus abundare.*) Ex Plinio cap. 15. lib. noni. In eodem Gange eſſe Statius Seboſus haud modico miraculo affert brachijs binis, ſexagin- ta cubitorum, ceruleos, qui no- men à facie traxerunt. His tãtas eſſe uires, ut Elephantos ad po- tum uenientes mordicus com- prehenſa manu eorũ abſtrahant b *Cubitorum non minus ſenûm.*) Quod de brachiorum magnitu dine Solinus refert, Albertus li. 24. de animalibus, ad totius ani- mantis magnitudinem falſò re- tulit. In Gange enim (inquit) flu uio, in quo anguillę magnæ ſunt uermes quidam eſſe dicuntur, qui bifurcata crura anterius ha- bent, ſicut cancri, qui lõgitudi- nem habent ſex cubitorum, & corripiunt Elephantes, & mer- gũt eos. Hucuſq; Albertus. Mõ- ſtro ſimile eſſet, uermes ſex cubitorũ magnitudinẽ nõ excedẽtes, corripere, ac tandem mergere Indos Elephantes. Plinio ergo, q̃ Alberto de ijs uermibus credendũ magis. Alibi hos uermes Statias nomi- nari dicit, ubi de Plataniſta ſermo eſt. c *Balænas habent.*) Græcis id maris monſtrum φάλαιναι uo cant. Dicta à uerbo βάλλω, quod mitto ſignificat, qđ cæteris maris beluis altius undas iaciant, & emic tant. Lege quæ ſcribit Arrianus ex Nearchi ſententia geſtorum Alexandri lib. ultimo. Plin. ca. 3. noni naturalis hiſtoriæ. Plurima, & maxima (inquit) in Indico mari animalia, è quibus Balænæ quaternũ iugerũ. Balænæ, ut idem ſexto capite eiuſdem lib. ſcribit, etiã in noſtra maria penetrant. Verũ Balænæ & alterius generis piſces multò maiores in Indico oceano, q̃ in noſtro mari naſcũtur. Inter naturæ mi- racula non immeritò enumeratur, qđ Balænæ (eſt eñ penè exoculata) Muſculus piſciculus quãdoq; prægraui ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis, infeſtantia magnitudinem uada prætentans, de- monſtrat, oculorumq; uice fungitur. Id Claudianus poëta ſecundo in Eutropium ſic eleganter ce- cinit.

Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali
Bellua, ſulcandas cui præuius edocet undas,
Immenſumq́; pecus paruæ moderamine caudæ
Temperat, & tanto coniungit fœdera monſtro.
Illa natat rationis inops, & cœca profundi
Iam breuibus deprehenſa uadis ignara reuerti
Palpitat, & uanos ſcopulis illidit hiatus.

De horum piſcium magnitudine, ſcripſimus in Com- mentariolo in Dionyſium de ſitu orbis ſuper illud. *Littoribus cuius ſaliunt &c.* Quo loco Auieni uer ſus reſtituimus, ut legendũ ſit.

Hac nequis rapidi ſubtectus gurgitis unda,
Hæc integra ſalis lembum contorqueat unquam,
Aut ſe monſtrigenis &c.

Sunt, qui Balænas, & cæte eadẽ eſſe exiſtiment. Sunt & qui Priſtes eas nominent. Faciunt quæ cap. 10. quinti Hexameron Diuus Ambroſius refert. d *Quatuor iugerum.*) iugeris menſura eſt pedum 240. in longitudine, author Plinius ca. 3. decimioctaui nat. hiſtoriæ. Erit igi- tur Balænæ longitudo pedum nongentorum ſexaginta. Eas montibus æquas eſſe plures affirmant. e *Phyſeteras nuncupant.*) Phyſeter dictus uideri poteſt ἀπὸ τῆς φύσης, id eſt, à folle, qđ is piſcis diluuiẽ quãdã aquarum ita eructet, ueluti flatus è folle mitti ſolet. φυσάω præterea inflo, & ſpiro ſignificat. In Gallico oceano (cap. 4. noni inquit Plin.) Phyſeter ingentis columnæ modo ſe attollens, altiorq; nauiũ uelis diluuiem quandã eructãs. Albertus 24. de animalibus li. ſcribit à Plinio hoc marinũ animal piſtris di- ctũ. Libuit ſubſcribere Alberti uerba, ne quis id me finxiſſe ſuſpicetur. Piſtris animal marinum eſt (in quit) magnum ualde, ut dicit Plinius, in oceano Gallias attingente aliquando inuentum. Hoc animal aliquando ſe effert ſupra mare in modũ altiſsimæ columnæ ultra uela nauigantiũ apparens, & aquã ingẽtem ſpargit, ita qđ in pauorem uertit nauigantes. Hactenus ille. Sed in hoc, ut plerumq; in reliqs hallucina-

a ut nimboſa alluuie plerumque deprimant alueos
nauigantium. Sola India [a] mittit Pſitacum [b] auē
colore uiridi, torque puniceo, [c] cuius roſtri tanta
duritia eſt, ut cum è ſublimi præcipitatur in ſa=
b xum, niſu ſe oris excipiat, & quodam quaſi præſi
dio utatur extra ordinariæ firmitatis. Caput ue=
rò tam ualens, ut ſiquando ad diſcendum plagis ſit
admonendus (nam ſtudet [d] ut quod homines lo=
c quatur) ferrea clauicula [e] ſit uerberandus dum
pullus eſt, atque adeo intra [f] alterum ætatis ſuæ an=
num, quæ monſtrata ſunt, & citius diſcit, & tena=
cius retinet. Maior paulò ſenior eſt, & obliuio=
d ſus, & indocilis. Inter nobiles, & plebeios diſcretio=
nem digitorum facit numerus. Qui præſtant
quinos in pede [g] habent digitos, cæteri ternos.

hallucinatur Albertus. Cum ubiq; Plinius Priſtes à Phiſeteribus diuerſos faciat ca.3. & 4. noni, & ca.7. tricesimiſecundi. Quo differunt priſtis, & piſtrix, docet Seruius Grāmaticus.3. Aene. ſuper illud.

Pube tenus, poſtrema immani corpore piſtrix.

a *Sola India.*) Diod. Siculus lib. tertio, ultima Syriæ Pſitacos procreare tradit. Ariſtot. ca.34. de Admirandis in natura, Perſidis regionē quandā eſſe ait, quæ Pſitacena dicitur, à qua fortaſsis Pſitacus nomen habet. Albertus. 23. de Animalibus lib. ut aliquid ex ſuis addat, ſcribit, Pſitacum in montibus Gelboe, in quibus raró pluit, nidificare. b *Auem Pſitacum.* Quoniā in Pſitaci auis deſcriptione Pliniū imitatur Solinus, adſcripſi uerba Plinij ex cap.42. lib. decimi. Super omnia (inquit) humanas uoces reddunt Pſitaci, & quidem ſermocinantes. India auem hanc mittit. Sitacen, uel Pſitacen uocant, uiridem toto corpore torque tantū miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores ſalutat, & quæ accipit uerba, pronunciat. In uino præcipuè laſciua. Capiti eius duritia eadē quæ roſtro. Hæc cum loqui diſcit, ferreo uerberatur radio. Nō ſentit aliter ictus. Cum deuolat roſtro ſe excipit, illi innititur, leuioremq́ue ſe ita pedum infirmitati facit. Ariſto. ca.12. octaui naturæ animalium, ijs pſitacæ (ſic enim nominatur à Græcis) uerbis meminit. Omnes deniq; aues uncæ breui ſunt collo, & lingua lata, aptæq; ad imitandum. Nam & Indica (inquit) auis, cui nomen Pſitacæ, quā loqui aiunt, talis eſt, & loquatior, cū biberit uinū, redditur. Nearchus, ut refert Arrianus geſtorum Alexandri li. ult. tanquā rem mirandam narrat Pſitacos. c *Puniceo.*) Miniato torque dicit Plinius. Puniceum colorem eū eſſe aiunt, quem φοίνικα Græci nuncupant, alio nomine, Rutilus, & Spadix dicitur. Significat autem exuberantiā, ſplēdoremq; ruboris. De eo, ac coloribus reliquis, abunde Gellius ca.26. ſecūdi Noctiū Atticarū. Albertus nullius authoritate exiſtimat pſitaci torquē eſſe aliquantulū coloris aurei. d *Nam ſtudet, ut quod homines loquatur.*) Sic enī retinent uetera exēplaria. Eſt autē ſenſus, & ordo, Nā ſtudet, ut ipſe loquatur, quod homines, ſupple loquūtur. Verba quædā ſunt, quæ ſuapte natura diſcunt pſitaci, ut χαῖρε, ſalue. Hinc ait Perſius.

Quis expediuit pſitaco ſuum χαῖρε? Martialis ultimo Diſtichorum

Pſitacus à uobis aliorum nomina diſcam,
Hoc didici per me dicere, Cæſar aue.

Cæſar Auguſtus ſublimis Attica uictoria reuertebatur, occurrit ei inter gratulantes coruum tenens, quem inſtituerat hoc dicere, Aue Cæſar, Victor, Imperator. Miratus Cæſar officioſam auem.xx. milibus nummū emit. Salutatus ſimiliter à pſitaco, emi iuſsit eum. Idem miratus in Pica, hanc quoq; redemit. Ex ſecundo Saturnalium Macrobij. Ex hac pſitaci docilitate ortum Adagium. Pſitacū Coturnici comparas. In eum, qui imperito, & penè elingui cuipiam facundum, & elegantem hominē æquare ſatagit. Vtitur eo Martialis.10. Epigrāmaton. Credis hoc priſce uoce, ut loquatur Pſitacus Coturnici? Quod hæc omnino indocilis, ille ſuper omnes alites, humanas uoces ediſcat. Scribit Plinius certum Picarū genus eſſe, cui expreſsior loquacitas, quàm Pſitacis. Hæ adamant uerba, quæ eloquuntur, nec diſcunt tantùm, ſed diligunt, meditanteſq; intra ſemet cura, ac cogitatione intentionem non occultant. Conſtat emori eas difficultate uerbi uictas. De auibus, quæ ſermonē humanū ediſcunt, plura idem Plinius ca.41. & ca.43. lib. decimi. e *Clauicula.*) Virgula, à Claua diminutum nomen. Eſt autem claua teli genus quoddam, quo Herculē ſcribūt uſum. Plinius non Clauiculam, ſed Radiū, id eſt, uirgam nuncupat. f *Intra alterum ætatis ſuæ annum.*) Plin. id non pſitacis, ſed picis tribuere uidetur. g *Quinos in pede digitos.*) Et hoc ad picas, nō pſitacos, idētidē refert Plinius. Minor nobilitas (inquit) quia non ex longinquo uenit, ſed expreſsior loquacitas certo generi picarum eſt. Et parū infra. Nec uulgaris his forma, quàuis non ſpectanda. Satis illis decoris in ſpecie ſermonis humani. Verùm addiſcere alias negant poſſe, quàm quæ ex genere earum ſunt, quæ glande ueſcuntur.

ueſcuntur. Et inter eas facilius, quibus quini ſunt digiti in pedibus. Ac ne eas quidem ipſas primis duobus uitæ annis. Hucuſq; Plinius. Sed fieri poteſt, ut eadē pſitacis quoq; ſcriptores alij tribuerint. a *Lingua lata, multoq; latior, quàm cæteris.)* Plinij uerba ſunt ex ca. 42. libri decimi. Latior (inquit) ijs eſt lingua omnibus in ſuo cuiq; genere, quæ ſermonē imitātur humanum, quanq; id penè in omnibus contingit &c. Ariſtotelis uerba ex cap. 12. ſecundi naturæ animaliū, qđ docta, & elegantia ſint, ſubſcripſimus.

Lingua lata, [a] multoq; latior, quàm cæteris auibus a Vnde perficitur, ut articulata uerba [b] penitus eloquatur. Quod ingenium ita Romanæ [c] delitiæ miratæ ſunt, ut Barbari Pſitacos mercem fecerint. Indorum nemora in tam proceram [d] ſublimantur excelſitatem, ut tranſiaci ne ſagittis [e] quidem poſsint. Pomaria ficus [f] habent, quarum caudices in orbem ſpatio ſexaginta paſſuum ex- b

Lingua auibus eſt, ſed uariè (inquit) Alijs enim longa, alijs breuis, alijs lata, alijs anguſta. Omnium maximè animaliū poſt hominem literas ꝓferre nō nulla auium genera queunt, uidelicet ea præcipuè, quibus lingua latior eſt. Plura ca. ult. ſecundi de partibus animalium. Multa Plinius de linguarum differētijs cap. 37. undecimi naturalis hiſtoriæ. b *Vt articulata uerba penitus eloquatur.)* Extat triceſimum caput apud Themiſtium Paraphraſeos ſecundi de anima Ariſtotelis, de ijs, quæ ad uocis articulatæ formationē requirātur. Auicenna, quem ob ſingularem doctrinā, Medicorū principem non iniuria uocitāt, ſexta Fen. tertij Canonis à principio ſcribit linguā, quæ plurimū lata ſit, aut parua nimium, penitus ineptā eſſe ad uocis articulatę formationem. Aptiſsimā autem eam linguā eſſe, quæ in ſua longitudine, magnitudineq; cōmenſurata fuerit, quæue ſubtilis iuxta extremitatē exteriorē ſuā. Linguæ autē ſubſtantiā eſſe, carnem mollem, albamq;, quā uenas paruas, ſanguineas, obq; eius calorē rubras intrare cōfirmat. Diogenes Babylonius, uocem eſſe ait, ictum aërem, ſiue auditus ſenſibile proprium. Differre autem hominis uocem à cæterorum animaliū uoce, qđ hominis uox articulata ſit, & quæ ex mente proficiſcatur loquentis. Hæc autē (inquit) à quartodecimo ætatis anno conſūmatur. Eam Stoici contra aliorū ſententiam corpus eſſe definiunt. Sed de ijs alibi plura tradidimus. c *Romanæ delitiæ.)* hac quoq; tempeſtate magno eos interdū pretio mercātur, ij præſertim, quibus eſt nequaq; res anguſta domi. Vidi ego Pſitacū centū aureis, nec à multū locuplete quidē homine quodā emptū. Qui de animaliū naturis ſcripſerūt, tradunt inter Pſitacū, & turturē eſſe naturalē quandā amicitiæ affinitatē. Id intellexiſſe Naſonem eo uerſiculo autumant.

Et niger à uiride turtur amatur aue.

Expreſsius idipſum cecinit ſexta ſecundi Amorū libelli, de morte Pſitaci loquens.

Tu tamen ante alias turtur amice dole &c.

d *In tam procerā excelſitatē.)* Ex Plinio ca. 2. lib. ſeptimi. Theophraſtus ca. xi. ſecundi de Plantarū cauſis, proceritatis in arboribus ijs uerbis cauſas prodidit. Arborū (inquit) ipſarum ſemper quæ locis opacis, & afflatu ſilentibus ſunt, proceræ, leues, atq; excelſiores exurgunt, nec non ſi breui ſitæ ſint interuallo, modò eodem adoleſcunt. Cōtrà quæ locis flantibus, ac uento expoſitis, atq; apricis, uel raris, ſolutiſq; exeunt, minus tales euadunt. Incrementū eñ profunditatis, altitudinē uetat, & flatus exaſperant, nodoſq; faciunt, ut retulimus. Retorſionis, & conſiſtentiæ cauſa, quæ cum illis abdicata ſint, incremētū longitudinis tantūmodo agitur. Quā ob rē illa etiā &c. Idem quoq; author ca. xi. de hiſtoria plantarū lib. Cæterū (inquit) uel natura humi ad radicis altitudinem, longeq; magis ad longitudinē plurimum conferre uidetur, ſi leuis, rara, tranſmeatuq; facilis ſit, nā in eiuſmodi locis ulterius producitur, & maiora incrementa ſequuntur. Conſtat id maximè in genere urbaniſsimorū. Hæc enim ſi aquæ copiā habent, in quantū libeat, progredi poſſunt. Præſertim ſi locus inanis ſit, nec aliquid obſtet. Ad ſummā, quæ raro corpore ſint, rectamq; agāt radicē lōgius mittunt, & nouæ ſi ad uigorē ætatis ſuæ peruenerint, magis ꝗ ueteres, lōgitudine, altitudineq; radicis fulcientur. Plinius cauſas refert in ubertatem ſoli, temperiē cœli, aquarū abūdantiā. Eaſdē fermè cauſas. 8. lib. retulit Q. Curtius, & 15. uolumine prius Strabo. Dio. Siculus. 17. Bibliothecæ uolumine, ait has Indiæ arbores ad ſeptuaginta cubita in altū ſurgere, tantæq; craſsitudinis eſſe, ut uix eas homines quatuor amplectantur. Oneſicritus eas arbores in Muſicani terra Indiæ Auſtraliſsima eſſe tradit. Quarū ſtipitē (inquit) uix quinq; homines complecti queunt. Similes arbores in Perſide regione Lucanus tertio Pharſaliæ eſſe dicit, cum inquit.

Aethera tangentes ſyluas liquere Coatræ.

Sunt enim Coatræ Perſidis regionis urbs. e *Sagittis.)* Vergilius tertio Georgicorum.

Aut quos oceano propior gerit India lucos
Extremi ſinus orbis, ubi aëra uincere ſummum

Arboris,

Arboris, haud ullo iactu potuere ſagittæ? Id ipſum eleganter canit Valerius Flaccus Argonauticō libro ſexto. *Denſior haud uſquam, nec celſior extulit ullas*
Sylua trabes, feſſæq; prius rediere ſagittæ *Arboris ad ſummum quàm peruenere cacumen.*

a tuberantur. Ramorum umbræ [a] ambitu bina ſtadia conſumunt. Foliorum latitudo formę mazonicæ peltæ b comparatur. Pomum eximiæ ſuauitatis. Quæ paluſtria ſunt, arundinem creant b ita craſſam, [c] ut fiſsis internodijs lembi uice uectitet nauigantes. Et radicibus eius [d] exprimitur humor dulcis ad melleam ſuauitatem. Tylos In-

Pomaria ficus habent.) De ficu Indica ſic Plinius ca. 5. lib. duodecimi. Ficus ibi (inquit) exilia poma habent. Ipſa ſe ſemper ſerens, uaſtis diffunditur ramis, quorū pondera adeo in terram curuantur, ut annuo ſpatio infigantur, nouamq; ſibi ꝓpaginem faciant circa parentem in orbes quodam opere Topiario. Intra ſeptem eam æſtiuant paſtores, opacam pariter et munitam uallo arboris, decora ſpecie ſubter intuenti, proculuè fornicato ambitu. Superiores eiuſdem rami in excelſum emicant ſyluoſa multitudine, uaſto matris corpore, ut ſexaginta paſs. pleræq; orbem colligant. Vmbræ uerò bina ſtadia operiāt Foliorū latitudo Peltæ effigiem Amazonicæ habet. Ea cauſa fructum integens creſcere prohibet. Raruſq; eſt, nec fabæ magnitudinem excedens. Sed per folia ſolibus coctus prædulci ſapore digno miraculo arboris. Gignitur circa Aceſinem maximè amnem. Subſcripſimus Plinianis uerbis, quæ de Indica ficu multò ante Plinium, Theophraſtus ſcripta reliquit ca. 5. quarti de hiſtoria Plantarum libro, ut appareat, ꝗ feliciter Plinius nobiliū authorum doctrinā in ſuum opus tranſtulerit. Indica regio (inquit) arborem ficum uocatam ſortitur, quę è ramis radices dimittit ſingulis annis, ut primo uolumine retulimus, dimittit autem nō ex nouellis, atq; etiam uetuſtioribus, illæ ſe terræ cōiungentes, ceu ſepē circum arborem faciunt, ita ut ueluti tabernaculum condatur, qua etiā morari homines ſolent, radices autem naſcentes euidentiſsimè à ramis diſcernuntur. Sunt enim albiores, tortuoſęq;, binaq; fronde foliatæ. Item arbor comā ſupernā laſciuā gerit, totaq; fornicato ambitu pulchrè orbiculatur, & magnitudine uehementer excellit, quippe umbrā bino ſtadio facere fertur, & craſsitudine caudicis, pleraſq; ultra, ꝗ ſexaginta graduum orbem colligere, magna uerò ex parte quadraginta, foliū pelta non minus habet, fructum admodū paruum, magnitudine ciceris, ficui ſimilē. Quam ob rem Græci ficum eam arborem appellabant, parum mirum in modū fructificat, non tantū pro magnitudinis deſyderio uerùm etiā omnibus rebus. Naſcitur arbos hæc circa Aceſinē amnem. Multa de hac arbore ex Oneſicriti & Ariſtobuli ſententia lib. Geographiæ quintodecimo Strabo refert. a *Vmbræ ambitu bina ſtadia.)* Dio. Siculus. 17. hiſtoriarū lib. ſcribit harū arborū umbrā ad pedes trecentos ſeſe extendere. Nearchus tradit eandē ad quinq; iugera in circuitu extendi, tantæq; amplitudinis has eſſe arbores, ut dena hominū milia ſub una aliqua earū ſeſe poſsint ab æſtu ſolis defendere. Sunt, ut Strabo refert, qui dixerūt trans Hyarotidē amnē uiſam fuiſſe arborē, ꝗ umbrā in meridiē faceret quinq; ſtadiorū. Hi aūt cunctos exuperant de arborū magnitudine. b *Amazonicæ peltæ.)* Pelta Amazonica ſcuti genus breuiſsimi in modū lunæ iam mediæ. Eo Amazones uti ſolitæ. Verg. 1. Aeneid.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. c *Arundinem ita craſſam.)* Plinij uerba, unde hæc Solinus tranſtulit, ex cap. 2. libri ſeptimi ſunt hæc. Arundines uerò (inquit) tantæ proceritatis, ut ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant, cap. autem. 37. ſextidecimi. Arundini (inquit) Indicæ arborea amplitudo qualem uulgò in templis uidemus. Herodotus in Thalia. Indorū (inquit) cōplures ſunt gētes, atq; eæ lingua inter ſe diſſonæ. Quarū aliæ ſunt deditæ rei pecuariæ, aliæ non. Item alię in paluſtribus fluminis habitant, crudis uictitantes piſcibus, quos aggreſsi, & arundinis nauigijs exceptant. Singula autem nauigia è ſingulis arundinis internodijs fiunt. Scribit Theophraſtus ca. 12. quarti de hiſtoria plantarū, circa Aceſinem amnē pluſculas arundines ꝓuenire, quæ tamē (inquit) non frutetāt, folio non lōgo, ſed ſalici ſimile, magnitudine præſtantes, atq; robuſtæ, ut uicē haſtarum præbeant. Quo locò de arundinū generibus abunde ſimul, & eleganter diſſerit. Lege eundē Pliniū ca. 37. ſextidecimi naturalis hiſtoriæ. d *Humor dulcis ad melleam ſuauitatem.)* Saccharon intelligit. Plinius ca. 8. duodecimi. Saccharon (inquit) & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autē mel in arundinibus collectum gummium modo candidū &c. Dioſcorides in ſecundo uocat id glaciati mellis genus, quod in India (inquit) prouenit, & Arabia, quæ Felix cognominatur, collectū in arūdinibus, & Salium modo concretū, dentibuſq; fragile. Meminit Strabo. 15. ſuæ Geographiæ lib. Saccharum hac tempeſtate abunde prouenit in Aegypto, Cypro, Creta, Rhodo, ac quibuſdā Italiæ locis. Qui gulæ ſtudent, nullum epulū delicatū putant, niſi Saccharo conditū fuerit. Apud ueteres nullus eius niſi in medicinis uſus. Circunferuntur de Saccharo huiuſmodi Varronis uerſiculi. *Indica non magna*

nimis

nimis arbore creſcit arundo. Illius & lentis premitur radicibus humor, Dulcia cui nequeant ſucco contendere mella.
Hos uerſiculos ne diutius quæras, refert ex Varrone Iſidorus ca.7. decimiſeptimi Ethimologiarũ lib.
Lucanus.3. Pharſaliæ. *Qui'q; bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos.* Papinius ſylua
ſexta primi ſyluarum. *Et quas præcoquit Hypaſita cannas.* Sic em̃ eũ locũ primus Hermolaus re
ſtituit. Vir, cui plurimũ ſtudioſi debeant. Sacchari naturã, operationes, ꝓprietates, uſuſq; in medici-
nis edocet Auicenna in fine ſe-
cũdi Canonis. Vulgò id Zucca-
rum nuncupatur. Audiui quon
dam ego Viennæ Pannoniæ Io
annem Mainardum Ferrarien-
ſem, uirum humanitate, ſciẽtijs,
ac candidiſsimis moribus pręſtã
tiſsimũ multis rationibus, uete-
rumq; ſcriptorũ ſententijs diſ-
ſerentem, non eſſe Plinianum
Saccarum id omnino, quod ho-
die uernaculè Zuccarum uocari diximus, edito opinionis ſuæ ſuper ea re tractaculo elegantiſsimo
ab eodem, cuius mihi legendi copiã fecit.

diæ inſula eſt. [a] Ea fert palmas, oleam creat, uineis abundat, Terras omnes hoc miraculo ſola uincit, quod quæcunque in ea arbos naſcitur, nunquàm caret folio. Mons Caucaſus [b] inde incipit, qui maximam orbis partem [c] perpetuis iugis penetrat. b Idem fronte, qua ſoli eſt [d] obuerſus, arbores [e] pi-

a *Tylos Indiæ Inſula.*) Tylos inſula (inquit cap.10. duodecimi Caius Plinius) in eodem ſinu eſt, repleta ſyluis, qua ſpectat orientem, quaq; & ipſa æſtu maris ꝑfunditur. Magnitudo ſingulis arboribus fici &c. Et ca. mox ſequẽti de eadẽ Tylo. Fert eadẽ (inquit) palmas, oleas, ac uites, & cũ reliquo pomorum genere ficos. Nulli arborũ folia ibi decidunt. Rigaturq; gelidis fontibus, & imbres accipit. Hãc inſulã in ſinu Arabico Theophraſtus ca.9. quarti, & ca.6. quinti de hiſtoria Plantarũ eſſe dicit, in ea parte inſulæ, quæ ad oriẽtem ſpectat, tantũ arborũ multitudinẽ eſſe aiunt, ubi æſtus receſſerit, ut locus frequentiſsimo uallo munitus relinquatur, atq; ijs omnibus magnitudo, quæ fico, flos odore excellens, fructus inguſtabilis, & uiſu lupino ſimilis. Lanigeras quoq; arbores multas eandẽ inſulã ferre proditũ eſt. Scribunt præterea in Tylo inſula materiem eſſe, ex qua naues ædificant, quæ mari incorrupta penè perduret. Quippe cum annos plus q̃ ducentos demerſa immunis ab omni offenſa ſeruetur. Extra aquã diuturna quidẽ eadẽ eſt, ſed nõ tantundẽ. Ocyus em̃ putrere incipit. b *Caucaſus.*) Caucaſus mons, ut authoritate Ariſtoboli.3. geſtorũ Alexandri Arrianus refert, nulli montiũ qui ſunt in Aſia altitudine ſecundus. In longitudine maximè porrigitur. Nãque & Taurũ montẽ, qui Ciliciã, Pamphiliam'q; diſterminat, ex Caucaſo eſſe perhibent, & alios item permagnos montes, qui pro uarietate gentium, à quibus incoluntur nomina uariant. Nihil uerò in eo naſci præter Termintũ, & Silphiũ, idẽ ipſe Ariſtobolus author eſt, & nihilominus multas in eo incolas eſſe, magnãq; pecudũ, & armentorũ uim ibidẽ paſci. Herodotus in Clio ſcribit Caucaſum mõtẽ cũ maximæ uaſtitatis, tum ſummæ altitudinis eſſe, multas, atq; omnifarias gentes habere, ac pleraſq; omnes agreſti materia uictitantes. Tauri montis ſummitates in tantũ exurgere perhibentur, ut ſol circa ipſas ſcindi uideatur. c *Maximã orbis partem.*) Plinius, & Solinus, ut ca.11. retulimus, Caucaſum montem partem Tauri montis eſſe dicunt. Philoſtratus in principio ſecundi Vitæ Apollonij, ſcribit Caucaſum, Mediã, atq; Indiã terminantẽ, in mare Rubrũ altero cubito deſcẽdere. Idẽ author eſt ex mõte Caucaſo iucundũ aromatũ odorẽ ſentiri. Eam'q; ob cauſam Pantheris eũ mõtẽ refertũ tradit. Pantheræ em̃ plurimũ aromatibus delectantur. In eo rurſus monte Prometheũ ob nimiũ amorẽ erga homines à Ioue ligatũ, & Aquilæ dilaniandũ expoſitũ fabulantur, abq; Hercule, non quidẽ Thebano illo, ſed quopiã altero tandẽ ſolutũ. Scribũt nobiles authores in Caucaſo monte ea inter alia peculiariter ꝓuenire, quæ ad magicã uanitatẽ plurimũ faciunt. d *Fronte qua ſoli obuerſus eſt.*) Id addit, quoniã fronte altera, qua Scythiã ꝓſpicit maximè aſper, & incultus eſt. Eapropter ab Horatio primo Carminũ, inhoſpitalis Caucaſus dictus eſt. Et à Verg.4. Aeneidos.

Duris (inquit Dido) genuit te cautibus horrens
Caucaſus. Hinc & prouerbio dici cœptũ. Caucaſo inhóſpitalior. Caucaſeis cautibus horridior de loco horrido, atq; inacceſsibili, homine'q; feris, q̃ hominibus ſimiliori. e *Arbores piperis.*) Vox ut creditur, ijs gentibus propria, apud quas id Aromatũ genus maximè prouenit. Græci etiam πέπερι uocitant. Nicander Peperion. Hippocrates, tum Medicũ, tũ Indicũ Pharmacũ appellat. Interdum Piper, ſemen Indicum nominat idem author. Philoſtratus tertio Vitæ Apollonij libro. In montis Caucaſi præruptis lateribus arbores è quibus Thus diſtillat, procerrimas naſci, & Aromatũ alias multas ſpecies Inter quas & piperis arbores eſſe, qđ tanq̃ agricolæ (inquit) genus Simiarũ colit, quæ à Græcis πίθηκοι appellãtur. Paſsim arbores quæ piper gignunt, Iuniperis noſtris ſimiles, quãq̃ in fronte Caucaſi ſolibus oppoſita gigni tantũ eas aliqui tradidere, Semina à Iunipero diſtãt paruulis ſiliquis, quales in Phaſiolis uidemus. Hæ priuſq̃ dehiſcant, decerptæ, toſtæq; ſole, faciunt, qđ uocatur piper longum, Paulatim uerò dehiſcentes per maturitatẽ, oſtendunt candidum piper, qđ deinde toſtũ ſolibus,

calore

a peris oſtentat, quas ad [a] Iuniperi ſimilitudinem diuerſos fructus edere aſſeuerant. Eorum qui primus erumpit, uelut Corilorum Fimbria, dicitur Piper longum. Quod incorruptum eſt, Piper al-
b bum. Quorum cutem rugoſam, & torridam calor fecerit, Piper nigrum. Qui demum caducus torretur feruido ſole, uocamen trahit de colore. At quod ex ipſa arbore ſtringitur, ut eſt, album Piper dicitur. Sed ut Piper ſola India, ita & Hebenum ſola [b] mittit,

colore rugisq; mutatur. Lege Plinium cap. 7. duodecimi nat. hiſt. Piper (inquit cap. ultimo noni de hiſtoria plantarum Theophraſtus) fructus eſt, eius genera duo, unum enim rotundũ erui modo tegmine carneq; conſtans, ſicut laurina bacca, ſubrutilum, alterum oblongum, nigrum, ſemina papaueris continens, longè hoc ualidius altero, ambo uim calefactoriam obtinent. Quamobrem contra cicutam auxiliantur, & etiam thus. Extat nobile de pipere cap. 393. ſecundi apud Dioſcoridem. Piper (inquit) arbor eſſe traditur in India breuis, fructu inter initia oblongo, effigie ſiliquarum, quæ collecta piper lõgum uocantur. Interius quiddam milio tenui ſimile eſt, quod quidem ſi conſumatum ſit, piper fiat. Hoc igitur temporibus ſuis dehiſcens, pandens'que ſeſe racemulos fundit, ferentes qualia ipſi nouimus piperis grana, è quibus acida, & antequam matureſcant decerpta, candidum piper appellant. Quo loco plurima piperis remedia eleganter refert Auicenna, qui ob ſingularem doctrinã medicorum princeps non iniuria appellatur cap. 118. ſecundi tractatus, ſecundi Canonis, abundè refert piperis naturam, qualitatem, operationes, proprietatesq; plurimas. Extat apud Ariſtotelem philoſophum 44. Problema primæ Sectionis. Cur piper ſi largè ſumatur, ueſicam ſoluat, ſi parcè, aluum? Econtrario Scamonea ſi largè ſumatur, aluum ſoluet, ſi parcè, & quæ uetus eſt, ueſicam? Eum locum adeas huius rei cauſam expetens. Martianus iureperitus lib. 39. Digeſt. titulo quarto lege 16. inter ſpecies ad uectigal pertinentes, enumerat piper longum & piper album. a *Iuniperi ſimilitudinem.*) Philoſtratus aliquorum de arbore piperis ſententiam referens, ſic in eo quem modò citauimus uolumine, inquit. Piperis arbor illi ſimilis eſſe traditur, quam Græci ἄγνον, id eſt caſtam appellant, cum partibus alijs, tum maximè fructuum racemis. Naſcitur autem (ut dictum eſt) in extremis præruptisq; locis, hominũ generi inacceſſibilibus, ubi Simiarum multitudo montis cauernas & omnia foramina incolit. Eas aũt maximi faciunt Indi, quoniã piperis (ut ſic dicã) uindemiatrices ſunt. Quapropter & armis, & canibus Leones, & cæteras feras ab ipſis arcent. Quod autẽ ad piperis collectionem attinet, ſic ſe habet. Accedentes Indi ad arbores quæ in parte montis infima naſcũtur, fructusq; ab illis decerpentes, paruas quaſdam ſub arboribus areas faciunt, ubi piper congerunt, quaſi caſu illuc ipſum proijcientes, ceu rem neglectam, & minimi ab hominibus exiſtimatam, circunſtantes uerò, atq; in auijs abditæ ſimiæ talia deſuper aſpicientes, ubi nox aduenit Indorum opus imitatæ auulſos arborum ramuſculos, in areas (quos diximus) cõferunt. Indi autem, ubi dies illuxit, piperis aceruuos aſportant, quos nihil laborantes ſed dormiẽtes acquiſierunt. Qui Alberto authore delectantur, legant eum de pipere, capite trigeſimo ſexti, eius uoluminis, quod de Vegetabilib. & plantis ſcriptum reliquit. Ea omnia copioſius reperies apud authorẽ Pandectarum, in dictione Falfel. Sic enĩ Arabes piper nuncupant. b *Hebenum ſola mittit.*) Theophraſtus & plerumque Græci, non aſpirant dictionem ἔβενον, Latinis undecunque aſpirandam placuit. Qui de Hebeno ſcribunt, tradunt eam tum in India, tum in Aethiopia prouenire. Hebenus (inquit capite 137. primi Pedacius Dioſcorides) laudatur Aethiopica nigri ſplendoris, ſine læuorum cornus expoliti arte. Prædenſa materie ſi frangatur. Mordax, ſubſtringensq; linguam, & quæ in carbone poſita citra flammam & fumum uratur. Odore iucundo gratuita. Nam recens Hebenus propter pinguitudinem ſuccenſa igni conflagrat. Ligno ad cotem trito ruffeſcit. Inuenitur & Indica Hebenus uenas habens fuluas, & candidas maculis frequentibus. Alioquin melior quæ ſuprà dicta eſt, &c. Herodotus libro tertio, cuius authoritatem etiam Plinius aduocauit, ſic inquit. Aethiopes eorumq; finitimi eodem quo Indi Caliſtiæ ſemine utuntur, ſubterraneasq; obtinent domos. Horum utriq; tertio quoq; anno munera portabant, portantq; ad meam uſq; memoriam, binos ſemodios auri rudis, & ducenos faſces Hebeni, &c. Solinus aſſerens, ſolam Indiam Hebenum mittere, Vergiliũ ſecutus eſt. Plinius cap. 4. duodecimi naturalis hiſtoriæ. Indiæ (inquit) arborum magnitudinem unam, quam peculiarius Vergilius celebrauit Hebenum nuſquam alibi naſci profeſſus.

Vergilij carmen 2. Georgicorum hoc eſt,

Diuiſæ arboribus patriæ, ſola India nigrum
Fert Hebenum.

Quo loco Seruius ait, Indiã omnẽ plagã Aethiopiæ accipiendam. Sunt qui Hebenum Aethiopicam non aliam quàm palmarum generis eſſe dicant. Lucanus 10.

nec tamen uniuerſa, uerum exigua ſui parte, ſyl- a
uis hoc genus gignit. [a] Arbor eſt plerumq; tenuis, [b]
& frequentior. Vimine rarò in craſsitudinem caudi
cis extuberata, hiulco cortice, & admodum reticu-
lato, dehiſcentibus uenis, adeo ut per ipſos ſinus b
pars intima uix tenui libro contegatur. Lignum om
ne [c] atq; mediale, eadem ferme & facie, & nitore, qui
eſt in lapide Gagate. [d] Indi reges ex eo [e] ſceptra ſu-
mũt, & quaſcunq; Deorũ imagines [f] non niſi ex He c
beno habẽt. Iidem ferunt materia iſta liquorẽ non cõ
tineri [g] noxiũ. Et quicquid maleficũ fuerit tactu eius

Pharſaliæ Hebeni Mareoticæ meminit, tanq; ea apud paludẽ Mareotin proueniat, inquiens.

Hebenus Mareotica uaſtos *Non operit poſtes, ſed ſtat pro robore Nili.*

a *Syluis hoc genus gignit.*) Vetera exemplaria gignit habent. Has ſyluas trans Hypanin, uel uerius trans Hypaſin flumen quintodecimo Geographiæ lib. Strabo tradit. Sunt etiã tum in Aethiopia, tum in Arabico ſinu ſyluæ, in quibus Hebenus copioſè proueniat. Authores cap. 30. ſexti, C. Plin. & Mela Põp. lib. 3. b *Arbor eſt plerumq; tenuis.*) Theophraſtus in fine noni de plantarum hiſtoria aſſerit Hebeni lignũ aſpectu Buxo ſimile eſſe, ſed decorticatum nigerrimum reddi. Vtile (inquit) oculis ad cotem tritum. Huius duo genera eſſe conſtat. Alterum materiæ laudatũ pulchrumq;. Alterum utile uitiatumq;. Rarum qđ præſtantius. Reliquũ per multũ habetur colorẽ cõmendatum, nõ recõdita, ſed ſtatim ſua natura capeſcit. Fructicoſa eſt Cytiſi modo. Idem author capite 5. quarti de hiſtoria plantarum libro Theophraſti ſententiam tranſtulit eiſdem lib. & cap. C. Plinius. Duo genera (inquit) eius. Rarum id, quod melius. Arboreum trunco enodi. Materiæ nigri ſplendoris, ac uel ſine arte protinus iucundi. Alterum fruticoſum Cytiſi modo, & tota India diſperſum eſt. Idem Plinius cap. 41. ſextidecimi eiuſdẽ libri ſcripſit. Spiſſiſſimã ex omni materie, ideo & grauiſſimã iudicari Hebenũ, & Buxũ, graciles (inquit) natura neutra in aquis fluitat. Tradit idẽ eodem loco, Hebenũ non ſentire cariem. Auicenna cap. 230. ſecũdi tractatus ſecũdi Canonis ſcribit eam Hebenũ meliorẽ eſſe, q̃ nigra, æqualiſq; ſit, & in qua lineæ minimè reperiantur, quæq; tactu ſuo cornu tornatili ſit perſimilis, plurimũ cõpacta, ac ſolida, quæ uè mordax ſit, cõſtringenſq; guſtantis linguã. Exq; ea ſuper carbonẽ poſita, bonus, acutus tamẽ ꝓgrediatur odor. Eam calidã, & ſiccã eſſe aſſerit in 2. Quæ aũt ſint eius operationes, ac ꝓprietates, multis uerbis eodẽ loco aperit idẽ author. Galenus 6. Simpl. Pharm. Hebeni uirtutẽ abſterſiuã calfactiuamq; eſſe demonſtrat. Tanta eſt inter Seſamina ligna, & Acanthi cum Hebeno ſimilitudo, ut ea pro Hebeno mercatores uenditent. Sed deprehenditur (inquit, Dioſcorides) quod hient, ſolidioraq; ſint, quodq; in Taleolas minutas, & colore quaſi purpureas fatiſcant, quodq; admota linguæ non mordeant, nec accenſa fragrent. Auicennæ ſunt quæ de Vegetabilib. & Plantis Albertus retulit lib. 6. c *Lignum omne, atq; mediale.*) Id eſt, omnes Hebeni partes, tam exteræ q̃ medullaceæ, ſimiles ſunt Gagati lapidi. Ex ijs eñ arboribus, quæ medullas certè habent, alijs carnoſa medulla eſt, alijs lignoſa, alijs membranis ſimilis. Carnoſa, uitifico, punicæ, ſãbuco, ferulæ. Lignoſa Larici, abieti, pino. His durior, atq; ſpiſſior corno, ilici, robori. Cytiſo, moro, hebeno, celti. Ex Theophr. cap. 9. primi de hiſt. plant. Sunt qui legãt. Lignũ omne abſq; mediali, qđ ex Theophraſti uerbis falſum eſſe cõuincitur. d *De lapide Gagate.*) De lapide Gagate cap. 35. abundè diximus. e *Ex eo ſceptra ſumunt.*) Hebenina ligna nigri coloris, ut in Cõmẽtarijs Ezechielis Hieronymus tradit, pretioſiſſima ſunt. Non ergo mirũ, ſi ex eo ligno Indi reges ſceptra ſumunt. In tanta ueneratione ſceptra habita ſunt apud ueteres, ut uiri fortes per ea, tanq; per numen aliquod iurare cõſueuerint. Sic iurat Latinus rex apud Verg. 12. Aeneid. cum Aenea fœdus iniens.

Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam fortè gerebat)
Nunquam fronde leui, &c.

Eius cõſuetudinis rationẽ eodẽ loco affert Seruius. Is iurandi modus, ex 1. & 7. Iliados Homeri ſumptus eſt. *ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, μὲν*, &c Sed re uera plerumq; dãnoſa ſuperbia ſceptri. Reuoluerent utinã mũdi principes mente ſæpius Agamemnonis regis potentiſſimi, ac ſapientiſſimi ſententiam.

Ego eſſe (inquit) quidquam ſceptra niſi uano putem
Fulgore tectum nomen? & falſo comam
Vinclo decentem? caſus hæc rapit breuis.

De ornatu & luxuria Indorũ regũ, plura refert Cælius cap. 2. quinti antiquarũ lectionũ libri. f *Deorum imagines.*) Scribit Plutar. & poſt eum Euſebius cap. 3. tertij Præparationis Euangelicę, ſimulachrũ & Deorũ imaginũ fictionẽ, eſſe uetuſtiſſimã. Has aũt priſci ex ligno faciebãt ſolũ. Ligneũ eñ erat Apollinis ſimulachrũ in Delo, ligneũ Palladis in Athenarum urbe, ligneum Iunonis in Samõ. Paras etiam ille, qui primus Argolicæ templum condidit, & Callithiam filiam ſuam antiſtitem conſecrauit, ex Cypri trunco ſimulachrum Iunonis dicitur confor-

maſſe

a auerti. Hac gratia pocula ex Hebeno habent. Ita nihil mirum a ſi peregre ſit in pretio; quo etiam ipſi quibus prouenit, honorantur. Hebenum ex India Romæ Mithridatico triumpho b primum b Magnus Pompeius exhibuit, Mittit India & Calamos odoratos, a potentes aduerſum inteſtinæ ægritudinis incommoda. Dat & multa alia d fragrantia mirifici ſpiritus ſuauitate grata. Indicorum lapidum in Adamantibus e dignitas prima,

maſſe. Lapidem enim rem duram, & inanẽ in Deorũ effigiẽ celare nolebant. Aurum uerò, atq; argentũ infœcundæ terræ, atq; infelicis, morbos colores eſſe putabant, Ebore uerò ꝑpter uarietatem abuſi ſunt. Refert eodẽ loco idẽ Euſebius de hac ipſa re in legibus Platonis ſentẽtiã. Veriſſima Cheremonis ſentẽtia exiſtimãtis fuiſſe eos mortales homines, qbus imagines, ac ſimulachra à ueteribus illis tributa ſunt. Dei autem ueri nullum ex ligno, uel materia quauis alia uerum ſimulachrum eſſe poteſt. Quis (inquit) adeo ſtultus erit, ut ligneum ſimulachrum, ac effigiem Dei creatoris omnium ſimilitudinem habere arbitretur? Natura enim diuina omnem materiam, & omnia quæ percipimus excedit, mente ſolummodo, ac ſanctis animis intellecta g *Liquorem non contineri.*) Mira rerum naturæ uis, qua plura inter ſe diſſident, conuenientibus aliꝭs. Aiunt, qui de natura commentantur hircorum carnes uirus nõ recipere, ſi panem hordeaceum eo die, quo interficiantur ederint laſer'ue dilutum biberint. Stygis aquam tam præſentis ueneni eſſe aiunt, ut nõ niſi mularũ ungulis contineri queat. Si uas fiat ex hæderæ ligno, uina transfluunt, ac remanere aquã, ſi qua mixta fuerit. Sunt & innumera natura diſſidentium exempla. a *Nihil mirum ſi peregre &c.*) Locus à minori ad maius affirmando. Rarò enim res gratæ ſunt iꝭs apud quos abundè proueniunt. *Humanas* (inquit Claudianus) *oblimat copia mentes.* Et illud Propertiꝭ ſecundo Elegiarum.

Eleuat aſſiduos copia longa uiros. b *Mithridatico triumpho.*) Nec ex India, nec primum addit Plinius ca. 4. duodecimi: ſed quod Romæ eam Magnus Pompeius in triumpho Mithridatico oſtendit c *Calamos odoratos.*) Græcis κάλαμος ἰνδικὸς dicitur. Hippocrates medicus μυρεψικὸν, ſiue μυρεψικὸν. i. unguentarium nominat. Conſtat autem eundem eſſe Calamum odoratum, & calamum Aromaticum. Nomen autem habet ex ſimilitudine calami uſualis. Theophraſtus capite ſeptimo noni de hiſtoria plantarum. Calamus uerò (inquit) & iuncus trans Libanum montem intra ipſum Libanum, & alium quendam montem paruum ualle minima exeunt. Non ut quidam dixere inter Libanum atq; Antilibanũ, inter quos cãpus ampliſſimus, & pulcherrimus eſt, quẽ Aulonẽ appellant. Qua uerò Calamus, & iuncus proueniũt lacus in amplũ ſpatiatur, iuxtaq; eũ paluſtribus ſiccatis iſti aſſurgunt. Occupant lucum plus quam triginta ſtadia. Virides nequaq; eſſe uidẽtur, ſed ſicci, forma uerò nihil ab aliꝭs differunt. Locum ingrediẽti protinus odor aſpirat, non tamen odor ſpiratur, ut quidam referunt. Hic enim locus à mari plus quã ſtadia centum quinquaginta. Sed in Arabia ſpiratione agri odoratiſſimum eſſe inter omnes conſtat. Quæ in Syria odore ſuperuacuo ſunt. Hæc ferme nota habemus. De eodẽ Dioſcor. cap. 17. lib. primi Calamus odoratus (inquit) ex India eſt præcipua bonitas Ruffo, geniculis frequentibus, & qui cõfractus in aſſulas multas diſſiliat, plenis araneo fiſtulis, ſubalbidus, in cõmanducando glutinoſus, aſtringensq; linguam guſtu ſubacri, urinam potus elidit, eoq; cũ gramine, aut Apiꝭ ſemine incoctus, ſubſtillo, hydropi, renibus ruptis, conuulſis bibendus præcipitur, menſes quoq; admotu potuq; detrahit, tuſſi, euaporatus per ſe, aut cum reſina Terebinthina, fumo per fiſtulam attracto in os, medetur, ad muliebres uſus decoquitur, infectione, infuſioneq; profuturus. Eodem in malagmatis, ſuffimentiſq; ad odorem utuntur. Similia de Calamo odorato, quem Aromaticum nuncupat, ſcribit Auicenna cap. 161. tractat. 2. ſecundi Canonis, addens eũ eſſe naturæ calidæ, & ſiccæ ad ſecundum uſq; gradum. Quo loco eius proprietates abundè docens, aperit qualis ſit eius in medicinis uſus. d *Dat & multa alia.*) Quæ autem ea ſint docent inter alios Theophraſtus lib. 9. de hiſtoria plantarum. Plin. lib. 13. naturalis hiſtoriæ. Dioſcorides maximè libro primo. Arrianus in. 8. Strabo. lib. 3. Item cæteri. e *In Adamantibus.*) Conſtat Adamantibus ex natiua duritie nomen inditum, quod ſcilicet ob eius inſuperabilẽ duritiem uix frangi poſſit, ſumptũ nomen ab ἀ priuatiua particula, & δαμάζω uerbo, qđ domo, & ſupero ſignificat Hinc Adamas indomabilis dictus, Serui. 6. Aen. Duritiei cauſam tam in Adamante, quàm reliquis lapidibus natiuam ſiccitatem philoſophi prodiderunt. Serapion ſcribit Adamantem eſſe frigidum, & ſiccum in quarto gradu, aitq; has duas naturas rarò aggregari in aliquo certè lapide. Lucretius ſecundo de rerum natura libro ex Atõis cuncta componens, ait Adamantis duritiem ex Atomis hamatioribus prouenire.

Denique quæ nobis durata, ac ſpiſſa uidentur,

Hæc magis hamatis inter ſeſe eſſe neceſſe eſt,
Et quaſi per ramos alte compacta teneri.
In quo iam genere in primis Adamantina ſaxa
Prima acie conſtant ictus contemnere ſueta.

Sunt ex Heſiodi interpretibus, qui Adamantē ferri ſpeciem eſſe dicant. Adamantis durities efficit, ut is maximū in rebus hnmanis non ſolùm inter gemmas pretium habeat, diu (inquit Plinius) non niſi regibus, & ijs admodum paucis cognitus, unus modò in metallis repertus perquam rarò comes auri, nec niſi in auro naſci uidebatur.

utpote qui lymphationes abigant,[a] uenenis reſiſtant a pauitantium mentium uanos metus pellant. Hęc primum de ijs prædicari oportuit, quæ reſpicere ad utilitatem uidebamus. Nunc reddemus quot, quæue Adamantum ſint ſpecies,[b] & quis color cuique eximius. b In quodam Cryſtalli[c] genere inuenitur materiæ, in qua naſcitur adæꝗ[d] ſimilis, ſplendore liquidiſſimo in mucronem ſexangulum utrinque ſecus leuiter turbinatus, nec unquam ultra magnitudinem c nuclei auellani reperitur. Huic proximus[e] in excellentiſſimo auro deprehenditur. Secundus pallidior, ac magis ad argenti colorem renitens. Tertius in uenis[f] Cypri apparet propior ad aëriam faciem. Quartus d in metallis ferrarijs legitur,[g] pondere cæteros antecedens, non tamen & poteſtate. Nam & hic, & qui in Cypro deprehenduntur, frangi queunt, plerique etiam Adamante altero perforantur. At illi, quos primos diximus, nec ferro uincuntur,[h] nec igni do- e

Scribit idem Plin. cap. 4. triceſimiſeptimi nat. hiſto. ueteres eum in Aethiopum tantùm metallis inueniri exiſtimaſſe inter delubrum Mercurij, atq; inſulam Meroen, dixiſſeꝗ; non ampliorē Cucumeris ſemine, aut colore diſſimili inueniri. a *Qui lymphationes abigant.*) Adamas (inquit Plinius) & uenena irrita facit, & lymphationes abigit, metuſꝗ; uanos expellit à mente, ob id quidam Anchitem uocauere. ἄγχος enim apud Græcos angorem ſignificat. Dionyſij poëtæ interpres has Adamantis uires ijs uerſibus eleganter exprimit.

Hic fulget lymphata Adamas qui pectora ſanat,
Et prohibens miſeris occulta damna ueneni.

b *Adamantum ſint ſpecies.*) Quæ quótue ſint Adamantum ſpecies abunde refert Plinius capite 4. libri ultimi. Aduertendum Adamantum differentias interdum ſumi ex locis, in quibus proueniunt, aliqn̄ ex colore eorum, ſæpe ex habitu, & forma, ab eorum frequenter duritie, nōnunꝗ; effectus eorum uarij ſpeciem aliā arguunt, & naturam. c *In quodam Cryſtalli genere.*) Quoniam hæc Adamantis ſpecies eodem loco, ubi & Cryſtallus prouenit, reperitur, non mirum ſi Adamas hic ſit plurimùm Cryſtallo conſimilis. Plinius. Indici (inquit) nō in auro naſcentis, ſed quadam Cryſtalli cognatione. Siquidem & colore tranſlucido non differt. Et laterū ſexangulo leuore turbinatus in mucronē &c. d *Adæꝗ; ſimilis.*) peręꝗ;, pariter, omnino ſimilis. Apuleius. 4. de Aſino aureo. Quos incontanter adæque latrones arbitrarere. Plautus in Caſſina. Neꝗ; eſt, neꝗ; fuit me, ſenex quiſquā amator, adæꝗ; miſer. Miror quoſdam, pro ad æꝗ; ſimilis ſplēdore liquidiſſimo repoſuiſſe, ad aquæ ſimilis ſplendorem liquidiſſimum. e *Huic proximus.*) Hunc Arabicum Plin. nuncupat ſupradicto minorem tantū eſſe perhibens. Similis eſt huic quidē Arabicus, minor tantū. Similiter & naſcens cæteris pallor gentis, & in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Incudibus ij deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, ut ferrum utrinꝗ; diſſultet, incudes etiam ipſæ diſſiliāt. Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulꝗ; igniū uictrix natura, & nunquam incaleſcens. Vnde & nomen indomita uis Græca interpretatione accepit. f *Tertius in uenis Cypri.*) Duo alia Adamantis genera Solinus præterit, de quibus hæc retulit Caius Plin. Vnū ex ijs (inquit) uocant Cenchron, qđ eſt milij magnitudine. Alterū Macedonicū in Philippico auro repertū, & hic eſt Cucumi ſemini par. Poſt hos Cyprius uocatur in Cypro repertus, uergēs in æreū colorē, ſed in medicina, ut dicemus efficaciſſimus. g *In Metallis ferrarijs.*) Hūc Plin. Sideritem uocat. Poſt hunc (inqt) eſt Siderites ferrei ſplendoris, pondere ante cæteros, ſed natura diſſimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio Adamante perforari poteſt. Quod & Cyprio euenit. Græci enim σίδηρον ferrum dicunt σιδήρεον, & σιδηρόν ferreum. Sicque à colore nomen habet. Sunt, qui ſic legant. Tertius in uenis Cypri apparet proprior ad æream faciem, & plurimum ualet in medicamine, qui Siderites appellatur. Sed non aduertunt Sideriten eſſe aliud Adamantis, genus ut ex adſcriptis Plin. uerbis euidens eſt. h *Nec ferro uincuntur.*) Siquidē (inqt Plin.) illa inuicta uis duarū inuiolentiſſimæ naturæ rerū, ferri, ignis cōtētrix hircino rūpitur ſanguine, ac ne aliter, ꝗ recēti, calidoꝗ; macerata. Et ſic ꝗꝗ; multis ictibus, tūc etiā præterꝗ;

eximias

eximias incudes,malleosq; ferreos frangens.Idipſum Rhennius ij́s uerbis cecinit.

Quem minimè ualeat ferrum ſuperare,nec ignis,
Frangitur hircino maceratus ſanguine tantum.
Sed tepido fractis multis incudibus ante.

Adamantis duritia in Prouerbia abij́t. Adamante creati. Adamante durior.Adamantina tunica. Adamātini claui. De homine qui neutiq; à ꝓpoſito flecti poteſt.Vtuntur ij́s Statius 1. Syluarū.Heſiod.1.Georg. Horat.1.& 3.Carm.Sunt Medicorū quidam,qui dicunt Adamantem hirci ſanguine frangi poſſe, ſi eiuſmodi hircus aliquandiu ante uinum biberit, uel montanum Sileos,aut Petroſelium comederit. Plumbo quoque hunc ipſum lapidem frangi poſſe confirmant.Miratur Plinius cuius hoc ingenio inuentū fuerit? quoue caſu repertum? Aut q̃ fuerit coniectura experiendi rem immenſi ſecreti,& in fœtidiſſimo animaliū omniū,profectò muneris talis inuentio hominis eſt. Gemarij noſtri temporis id omnino falſum eſſe contendunt. a *Inter Adamantem,& Magnetem.*) Plinij uerba, quæ hoc loco Solinus mutuatus eſt,hęc ſunt. Adamas(inquit) diſſidet cum Magnete lapide,in tantum, ut iuxta poſitus ferrum non patiatur attrahi, aut ſi admotus Magnes apprehenderit,rapiat atq; auferat.

a mantur. Veruntamen ſi diu ſanguine hircino macerentur,nec aliter,quam ſi calido,uel recenti malleis aliquot antè fractis, & incudibus diſſipatis,aliquando cædunt,atque in particulas diſſiliunt. Quæ fragmen-
b ta ſculptoribus in uſum inſigniendæ cuiuſq; modi gemmæ expetuntur. Inter Adamantem,& Magnetem [a] eſt quædam naturæ occulta diſſenſio, adeo ut iuxta poſitus nō ſinat Magnetē rapere [b] ferrū. Vel ſi
c admotus Magnes ferrum traxerit,quaſi prędam quādam quicquid Magneti hæſerit, Adamas rapiat, atque auferat. Lychniten [c] deinde fert India, cuius

Dionyſij interpres.

Hic iuxta poſitus Magnetem uiribus arcet,
Occultus raptu ferri,uel tractibus ante
Admotum trahit,defendens robore miro.

Quæ de Adamantis,& Magnetis pugna ſe uidiſſe Auguſtin.refert,lege apud eundē cap.4.lib.21. Ciuit. dei.De cōtrarietate Magnetis & Allij,lege Plin.in Prol.lib.20.Nat.hiſt.Neſcio quas nugas referat de Adamāte Serapio,de Simplicib.& Mineralib.ſcribēs. b *Magnetem.*) Plin.Nicādri teſtimonio ſcribit Magnetem fuiſſe ab inuentore ſortitū nomen. Lucret.lib.6.à patria,hoc eſt,à Magneſia ſic uocatum.

Quod ſupereſt agere incipiam, quo fœdere fiat
Naturæ,lapis hic ut ferrum ducere poſsit,
Quem Magneta uocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia ſit patrijs in finibus ortus.

Heraclium quoq;,id eſt, Herculeū eundē dictū ait, uel ab Heraclia Ponti regione,ubi ꝓuenit, ut Didimus author eſt,uel quod is lapis Herculeis,id eſt,maximis uiribus præditus ſit. Ab effectu quoq; Siderites dicitur,qđ ad ſe ſcilicet ferrū trahat. Eius Plin. Sotaci authoritate quinque genera eſſe tradit, quā diuerſitatē à locis,in quibus ꝓuenit,omnino trahēs.Diogenianus uerū Magnetē ſic argento ſimilē eſſe, ut ſæpe aſpicientes fallat. Eum aūt lapidē,qui ferrū trahit, non Magnetē dici ait, ſed Heracleon potius appellandū.Ob hanc Magnetis trahendi ferri uim, Anaxagoras Magnetē animatū eſſe credidit. Vnde aūt ea uis huic lapidi inſit multis carminibus 6.de rerū natura Lucret.demonſtrare conatur.

Principio omnibus à rebus,&c. *Mirum quod Magnes,*
Ex ferro meruit uitam,ferriq; rigore
Veſcitur,hoc dulces epulas,hoc pabula nouit,
Hinc proprias renouat uires,hinc fuſa per artus
Aſperſa ſecretum ſeruant alimenta uigorem.
Hoc abſente perit,triſti morientia torpent
Membra fame, uenaſq; ſitis conſumit apertas.

Scribit Dioſ.cap.108.lib.5.de materia medicin. Magnetē lapidē tāto eſſe meliorē,quāto facilius trahit ad ſe ferrū. Itē quātomagis cæruleus colore fuerit, præſertim ſi ſpiſſus ſit,neq; admodū pōderoſus. Vix crediderim,q̊d ca.394.de Mineral.Serap.de Magnete lapide ꝓdidit.Nec minus fidē excedūt,q̃ 2.q̊q; Miner. ab Alb.relata.Sed loca cōſignaſſe ſatis fuerit.Ex Magnetis natura nō incōcinnū ſumetur Adagiū. Vti Magnete ferrū.Cui9 uſus maximè in auaros quadrabit, q nō ſecus auri ſacra fame,q̃ Magnetis ui ſoleat ferrū trahi.Scribit Alb. Ariſt.authoritate repiri magnetis gen9, cui9 pars una ad ſe trahat,ꝓcul abij́ciat

lucis uigorem flagrantia excitat lucernarum, qua ex a
causa λυχνίτην Græci uocauerunt. Duplex ei facies,
aut in purpuream emicat claritatem, aut meracius
ſuffunditur cocci rubore. Per omne intimum ſui, ſi
quidem pura ſit, inoffenſam admittit perſpicuitatem. b
At ſi excanduit radiȷs ſolis incita, uel ad calorem digi
torum attritu excitata eſt, aut palearum caſſa, aut ch..r
tarum fila ad ſe rapit, cõtumaciter ſcalpturis reſiſtens.
Ac ſi quando inſignita eſt, dum ſigna exprimit, qua c
ſi quodam animali morſu partem cæræ retentat. Be-
ryllos [b] in ſexangulas formas Indi atterunt, ut he-
betem coloris leuitatem angulorum repercŭſſu exci-
tent ad uigorem. Beryllorũ genus diuiditur in [c] ſpe- d
ciem multifariam. Eximiȷ interuirente glauci, &
cæruli temperamento, quandam præferunt puri ma-
ris gratiam. Infra hos ſunt Chryſoberylli, qui lan-
guidius micantes aurea nube circumfunduntur. e
Chryſopraſos [d] quoque ex auro, & Porraceo mi-

..rs altera ferrum. Rurſus eſſe Magnetẽ alterum, qui hominum carnem nõn ſecus ac ferrũ ad ſe trahat. Magnetis contrariam naturã Theamandes lapis omnino poſſidet, utpote qui ferrũ omne abigit reſpuitq́;, id quod etiam Plinius annotauit. c *λυχνίτην deinde.*) λύχνον Græci lucernam dicunt, ex cuius ſimilitudine conſtat huic lapidi fuiſſe nomen inditum. Ex eodem genere ardentium (inquit cap. 7. triceſimi ſeptimi Caius Plinius) Lychnites appellata à lucernarum accenſarum præcipua gratia. Naſcitur circa Orthoſiam, totaq́; Caria, ac uicinis locis. Sed probatiſſima in Indis. quã quidã remiſſiorẽ Carbũculum eſſe dixerunt, &c. Lychniten duobus uerſiculis expreſſit Rhennius Dionyſiȷ interpres.

Hic Lychnis lucem ſimulat ſplendore lucernæ,
Hinc meruit nomen præclaro nomine dignum.

Sunt & huius nomenclaturæ tũ herba, tum marmor quoddam, quibus ob ſimilem cauſam nomen inditum. a *Duplex ei facies.*) Plinius. Et alias inueni differentias. Vnam, quæ purpura radiet, quæ cocco. Sole excalfacta, aut digitorum attritu paleas, & cartharum fila ad ſe rapere. Omnia autem hæc genera ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt, partemq́; cæræ in ſigno tenent. b *Beryllos.*) A' gentibus, apud quas proueniunt nomen habent. Græci etiam βηρύλλους uocant. Marbodæus contra ſyllabæ rationem corripuit primam.

Conſpicuos reddit ſexangula forma Beryllos.

Plinius cap. 5. triceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ. Eandẽ (inquit) multis naturã, aut certè ſimilem habere Berylli uidentur, in India originẽ habẽtes, raro alibi reperti. Poliuntur omnes ſexangula figura artificũ ingeniȷs, quoniã hebeteſcunt ni color ſurdus repercuſſu angulorũ excitetur. Aliter eñ politi non fulgorẽ eundẽ. c *In ſpeciem multifariam.*) Plinius idipſum explicat. Probatiſſimi ſunt ex ȷs, qui uiriditatem puri maris imitantur. Proximi qui uocantur Chryſoberylli, & ſunt paulò pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic eſt pallidius, & à quibuſdam propriȷ generis exiſtimatur, uocatur Chryſopraſus. Quarto loco numerantur Hyacinthizontes. Quinto, quos Heroides uocant. Poſt eos autem Cærini. Ac deinde Oleagini, hoc eſt. colore olei. Poſtremi Chryſtallis ferè ſimiles. Hi capillamenta habent, ſordesq́; alioquin euanidi, quæ ſunt omniũ uitia. Indi mirè gaudent longitudine eorum, ſolosq́; gemmarum eſſe prædicant, qui carere auro malint. Et ob id perforatos Elephantorũ ſetis religant. Et alios cõuenit non oportere pforari, quorũ ſit abſoluta bonitas umbilicis ſtatim ex auro capta cõprehendentibus. Ideoq́; Cylindros ex ȷs facere malunt, q̃ gẽmas, quoniam eſt ſumma cõmendatio in longitudine. Quidam & angulosos putant ſtatim naſci, & perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta, additoq́; auro repercuſſa, aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinem. d *Chryſopraſos.*) Chryſopraſos ab auro, & porri ſucco nomen habet. De eo Plinius cap. 5. & 8. triceſimiſeptimi natur. hiſtor. Vetuſta ferè omnia Solini exemplaria Chryſopaſſos habent. Chryſopaſſus enim Latinè ſparſus, uel uarius auro dicitur ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ auro, & σπάσσω ſpargo uarioq́;, quod is lapis auri uenis ſparſus ſit. Eſt autem Chryſopaſſus unus ex duodecim precioſis lapidibus, qui ciuitatis ſanctæ Hieruſalem fundamenta erant. Non placet expoſitio gloſſematis cuiuſcunque ea fuerit ſuper caput 21. Apocalypſis. Quo loco exponens Chryſopaſſum. Chryſos (inquit) aurum, paſſos porrum dicitur, Porrum enim non paſſos, ſed Praſon, id eſt, πράσον nominatur à Græcis. πάσσων autem unde Chryſopaſſus dicitur, Latinè ſpargens uarians, tingensq́; ſignificat. Vnde Cryſopraſus alter ab hoc lapis eſt. a *Hyacinthizontas.*) Græci ζωννύειν ligare dicunt ζώνην zonam. Hinc Hyacinthizontes, Hyacinthi quaſi zona, & cingulo quodam circumliga-

circumligati. Hinc maximè inter Hyacinthos probati ſunt. b *Cylindros.*) κυλίνδειν Græci uoluere dicunt. Hinc Cylindrum uocant, quicquid teres & oblongum fuerit. Vnde etiamnum lapidi nomen datum, à forma ſcilicet terete & oblonga. Fiunt Cylindri ex alijs etiam lapidibus pretioſis, ut ex Beryllis. Plinius cap. 5. triceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ, de Beryllis loquẽs. Indi ideo (inquit) Cylindros ex ijs facere malunt, quàm gemmas, quoniam eſt ſumma cõmendatio in longitudine. Elegans prouerbiũ apud

a xtam lucem trahentes, æquè Beryllorum generi adiudicarunt. Hyacinthizontas [a] ſcilicet qui hyacinthos propè referant, & ipſos probant. Eos uerò, qui Cryſtallo ſimiles capillamentis intercurrentibus ob-
b ſcurantur (hoc enim uitio illorũ nomen eſt) ſcientiſsimi lapidum plebi dederunt. Indici reges hoc genus gemmarum in longiſsimos Cylindros [b] amant fingere, eosque perforatos Elephantorum ſetis ſubligant,
c ac monilia habent, aut plerumque ex utroque capite inſertis aureis umbilicis, ut marcentem faciem ad nitelam incendant pinguiorem, quo per induſtriam metallo hinc inde addito fulgentiorem trahant lucem.

d De Taprobane inſula, & qua ratione primùm innotuerit. Qualis illic nauigatio. Quis gentis eius mos in rege eligendo. Item de Conchis, Margaritis, Vnionibus. Cap. LXVI.

e TAprobanen [c] inſulam antequam [d] temeritas humana exquiſito penitus mari fidem panderet, diu [e] orbem alterum putauerunt, & quidẽ eum, quẽ habitare [f] Antichthones

Iuuenalem. *Donat ſecreta Cylindros.* In perditũ quemque hominem, qui dum ſua uitia abſcõſa eſſe cupit, & ne à cõnſcijs ea detegantur, timet, pretijs & muneribus conſciorum taciturnitatẽ cõparat. c

TAprobanen.) Poſt Indiæ deſcriptionem, ad Taprobanen inſulam ſtylum uertit, affirmans eam fuiſſe incognitam uſque ad Alexandri Macedonis tempora. Ptolemæus capite 4 libri ſeptimi ſcribit Taprobanen diu antea Simonidi inſulam fuiſſe dictam. Poſtea Salycam, eoſque qui eam habitant Salas, uel Salos communi uocabulo nuncupatos. Taprobanes inſulæ Boreum promontorium eſt gradus habens longitudinis. 126. Latitudinis uerò 12. cum 2. Hoc inquam promontorium Cory Indiæ promontorio oppoſitum eſſe idem Ptolemæus refert. Formam eius inſulæ appingit ipſe ultima tabula Aſiæ. Huius inſulę ingens à terris alijs diſtantia, facit ut de eius ſitu, magnitudine, ac incolarum moribus plurimùm diſcrepent authores. Hinc factum eſt, ut cum de loco remotiſſimo ſermo incidit, prouerbiali figura dici conſueuit.

Vbi Taprobanen Indica tingit aqua.

Ea figura 1. de Ponto Ouidius uſus eſt. d *Temeritas humana exquiſito penitus mari.*) Scribit Flaccus Horatius fuiſſe eum audaciſſimũ, qui primus fuerit nauigare auſus. *Illi* (inquit) *robur & æs triplex* *Circa pectus erat, qui fragilem truci* *Commiſit pelago ratem* *Primus, nec timuit præcipitem Aphricum* *Decertantem Aquilonibus.* *Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti.* *Quem mortis timuit gradum,* *Qui ſiccis oculis monſtra natantia,* *Qui uidit mare turbidum, &* *Infames ſcopulos Acroceraunia?* *Nequicquam deus abſcidit* *Prudens oceano diſſotiabili* *Terras ſi tamen impiæ* *Non tangenda rates tranſiliunt uada.* *Audax omnia perpeti* *Gens humana ruit per uetitum nefas.* Hanc humanam temeritatem eleganter Claudianus cecinit in præfatione Raptus Proſerpinæ. Seneca Tragœdus in Medea, *Audax nimium, qui freta primus* *Rate tam fragili perfida rupit* *Terraſque ſua poſt terga uidens* *Animam leuibus credidit auris,* &c. e *Orbem alterum.*) Plinius cap. 22. ſexti nat. hiſt. Taprobanen alterũ orbem terrarũ eſſe diu exiſtimatũ eſt Antichthonum appellatione. Similia de Britannia inſula fuiſſe creditum cap. 35. ſuprà Solinus tradidit. f *Antichthones.*) Ab ἀντί contra, τίθημι pono. Græci Antichthonas, uel uerius Antochthonas eos dicunt, qui è regione nobis, id eſt, è cõtraria parte terræ, qui aduerſis ueſtigijs ſtent contra noſtra ueſtigia, quos Antipodas etiam uocamus. Sunt enim cõtra eos poſiti, quos ἀντοίκους uocamus. Subtilis ſemper apud ueteres inquiſitio. Sint'ne omnino homines, qui ſub terra ſua ueſtigia noſtris oppoſita habeant nec'ne. Eos eſſe euidẽti ſatis ratione

Macrobius 2. de Som. Scip. conatur oſtendere. Eandē ſententiā ſequitur Plin. cap. 67. ſecundi nat. hiſt. & Martianus Capella non multū poſt principiū lib. 6. Et Cleomedes cap. 2. primi Meteororum.

Altera pars orbis ſub aquis iacet inuia nobis,
Ignotæq; hominum gentes, nec tranſita regna
Commune ex uno lumen ducentia ſole.
Diuerſasq; umbras, læuaq; cadentia ſigna,
Et dextros ortus cœlo ſpectantia uerſo,
Nec minor eſt illis mundus nec lumine peior,
Nec numeroſa minus naſcuntur ſydera in orbe.

Author Manilius primo Aſtronomicon. Theologi, id eſt, ueritatis authores fabuloſa eſſe omnia, quæ de Antipodib. ab alijs ſunt relata. Idipſum inter cæteros oſtendunt Auguſtinus cap. 9. ſexti decimi Ciuitatis Dei, & Lactantius cap. 24. tertij Diuinarum Inſtitutionum. Quamuis non deſint, quibus Lactantij perſuaſiones frigidæ nimis eſſe uideantur. Theologis aſſentitur Lucretius etiam lib. 1.

Illi cum uideant ſolem, nos ſydera noctis
Cernere, & alternis nobiſcum tempora cœli
Diuidere, & nocteis parileis agitare diebus.
Sed uanus ſtolidis hæc omnia parturit error, &c.

crederentur. Verùm Alexandri Magni uirtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius permanere, ſed in hæc uſq; ſecreta propagauit nominis ſui gloriam. Miſſus igitur [a] Oneſicritus præfectus claſsis Macedonicæ, terram iſtam quanta eſſet, quid gigneret, quomodo haberetur exploratam notitiæ noſtræ dedit. Patet in longitudinē ſtadiorum ſeptem milium, [b] in latitudinem quinque milium. Scinditur amne [c] interfluo. Nam pars eius beſtijs, & Elephantis repleta eſt, maioribus multò q; fert India. Partem homines tenent. Margaritis ſcatet, et gemmis omnibus. Sita eſt inter ortū, [d] & occaſum. Ab Eoo mari incipit prętēta Indię. A Praſiana Indorum gente [e] dierum uiginti

qui ſub terra eſſe Inferos uolunt ſecundū Corographos, & Geometras: qui dicunt terrā σφαιροειδῆ, id eſt, Sphæreā eſſe, q̃ aqua, & aëre ſuſtentantur. Quod Alij altius intelligunt (inquit 6. Aen. Seru. Honoratus) ſi eſt, ad Antipodes (inquit) poteſt nauigatione perueniri. Quia quantum ad nos ſpectat, inferi ſunt, ſicut nos illis. Hinc, quod ſub terra inferos dicimus eſſe. Tiberianus etiam inducit epiſtolam uento allatam ab Antipodibus, q̃ habet. Superi Inferis Salutem. Sunt, ut etiā Stabo retulit lib. 1. qui orientis extremi, & maximè ad occaſum inclinatæ regionis incolas, quales ſunt Indi, atq; Hiſpani, Antipodas eſſe contendant. Ratione conſimili Antipodas eſſe, qui tum extremā Meridiei, tum Septentrionis incolunt partem ultimam. a *Miſſus igitur Oneſicritus.*) Eadem quoq; & à Plinio relata ſunt. Aduertendū non ſolū Oneſicritum Taprobanen Inſulam adijſſe, ſed rerum ſcriptores alios plures, Megaſthenem, Eratoſthenem, Nearchum, Ariſtobulum, Deimachum. Hi omnes de ea inſula plurima tradiderunt, à quibus tandē poſteri ſunt mutuati. b *Stadiorum ſeptem milium.*) De Taprobanes magnitudine nō uſquequaq; ſcriptores conſentiunt. Eratoſthenes, & ſecum plures, ut lib. 15. Strabo refert, Taprobanen diſtare dicit ab Auſtraliſſimis partibus, quæ ſunt apud Coniacos meridiem uerſus ſeptem dierū nauigatione. Eius longitudinem eſſe ad octo milia ſtadiorum. Aethiopiam uerſus. Oneſicritus huius inſulæ magnitudinē facit ſtadiorum quinque milium. Longitudinē uerò & latitudinē nullam diſtinguit. Ex Strabone lib. 15. quæ à Plinio, Martiano, & Solino diſcrepare uidentur, quod ille ad octo milia ſtadiorū eius longitudinem dicat, ij uerò ſeptē milium. c *Amne interfluo.*) Quid de Taprobanes fluminibus Nearchus ſcribat refert Strabo non multum poſt principium 15. d *Sita eſt inter ortum, & occaſum.*) De ſitu Taprobanes ſic Strabo libro primo. Ipſa uerò Taprobane (inquit) Indiæ obiecta eſſe uehementer eſt credita. Inſula in pelago permagna ad Auſtrum ſita. Porrigitur autem in Aethiopiam ſupra ſtadiorum milia quinque (ut fama eſt) è qua multum eboris ad Indorū nundinas & teſtudines, & reliqua eiuſmodi onera ſub uehi. Huic inſulæ latitudo ad proportionē adijcitur longitudini. Eleuatio ex India in ipſam ſtadiorum trium milium, &c. Dionyſius Afer eam ſub ſydere Cancri ſitam eſſe ait. e *Dierum uiginti primo.*) Idipſum Plinius ijs quidem uerbis explicat. Incipit ab Eoo mari inter ortum occaſumq; ſolis Indiæ prætenta. Et quondam credita uiginti dierum nauigatione à Praſiana gente diſtare. Mox quia Papyraceis nauibus, armamentisq; Nili peteretur ad noſtrarum nauium curſus ſeptem dierum interuallo taxato. Strabonis uerba ſunt ex 15. Geographiæ lib. Diſtare eam à continenti uiginti dierum nauigatione. Sed naues uelorum uitio malè nauigare. Quę etiam aliàs non mitratis ſint fabricatæ. Inter eam, atq; Indiam alias eſſe inſulas, ipſam uerò omninum Auſtraliſſimam. Ingens apud quoſdam quæſtio nuper orta.

Quanam

a primo in eam fuit curſus, ſed cum papyraceis, & Nili nauibus illò pergeretur, mox curſu noſtrarum nauium ſeptem dierum iter factum eſt. Mare uadoſum a interiacet altitudinis non amplius b ſenum paſſuum. Certis autem canalibus adeo altum, adeo depreſſum, ut nullæ unquam anchoræ ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando ſyderum obſeruatio. Nam neque

Quanam in parte orbis Taprobane inſula ſit? Vltra ne æquatorem, an citra, an uerò ſub ipſo directè æquatore locari debeat? Reor in ijſce rebus nobilium ſcriptorũ authoritatẽ, hominumq́ꝫ experientiam rationib. præferẽdam. Situs enim locorũ ab ijs maxime ediſci põt, qui uel ea loca cõſpexerint ipſi, uel ab eis didicerint, qui ſe ea uidiſſe indubiè profitẽtur. Sunt autẽ ij tũ locorũ incolæ, tũ cæteri, qui ex terris alijs, ut exotica loca noſcerẽt, illuc olim ꝓfecti ſunt. Quantũ experiẽtiæ ſit tribuendũ, Ariſt. inſinuat tradens exptũ ꝗuis arte careat, certius operari artifice quouis alio nõ experto. Id ipſum in fine decimi Aethicorum uerbis plurimis uerum eſſe mõſtrauit. Non immeritò igitur, ut inquit Plinius, experimentis optimè creditur. Huc tendit Cynici aſperſus ſalẽ iocus. Is enim ad eũ qui de cœleſtibus audacter nimis diſſerebat. Quando, inquit, de cœlo ueniſti? Innuens nimirum, præſentiam omnino requiri ad ea noſcenda, quæ ſint maximè ſeiuncta lõco. Seruandum in locorũ deſcriptionibus, Plinianũ præceptum, authorẽ neminem unum ſequendũ monens. Sed ut quemq́ꝫ uериſsimũ in quaq́ꝫ parte arbitratur. Quoniã (inquit) commune ferme omnibus fuit, ut eos quiſq́ꝫ diligentiſsimè ſitus diſceret, in quibus ipſe prodebat. Ptolemęus pręterea inſignis Geographus ſe ea, in orbis deſcriptione ſcripturũ promittit, quæ partim ex uiſu, partim ex aliorum traditione cognouerit. Probatum uerbum eſt. *Indi noſcunt ſua rura coloni.* Cõſtat autem multorum experientia in Auſtraliſsimis Indiæ partibus, umbras in meridiem ipſum cadere, qđ ab authoribus quoq́ꝫ probatiſsimis proditum eſt. Eſſe uerò Taprobanen multò Auſtraliorem, quolibet loco Indiæ, nulli in dubium uerti debet. In Taprobane igitur inſula, umbræ in meridiem cadãt neceſſe eſt. Rurſus experientia deprehenſum, quibus in locis Indiæ umbrę non ſint, Septentrionẽ nõ conſpici. Vnde ea loca non immerito ἄσκια nuncupantur à Græcis .i. umbra carentia. Quod ſi in India id euenit, quanto magis in Taprobane, quam multò Auſtraliorem India eſſe cõſtat? Scribit Plinius, & ſecum plures, in India Patalis nobiliſsimo portu, ſolem dexteriorẽ oriri .i. Septentrionalem, qđ Septentrio dexter ſit, ſicut ſiniſter meridies. Ex ijs conſequens eſſe uidetur, ut Taprobane ex parte ſaltem aliqua, ultra æquatorem locari debeat. Vnde Hipparcho prima pars orbis alterius dicitur. Nec obſtat ꝓximũ eſſe Indiæ promontorium, quod uocatur Calaicum quadridui nauigatione medio in curſu ſolis inſula incurrente, cum pro uentorum qualitate fieri tardam aut uelocem nauigationẽ. Alexandriã Aegypti urbem longè ab Italia ſemotam eſſe, nemo ambigit. Cũ tamẽ Galerius à freto Siciliæ Alexãdriã ſeptima die peruenit. Babillus ſexta. Valerius Martianus à Puteolis nono die leniſsimo flatu. Rurſus uariant authores quantũ Taprobane diſtet ab India. Quod Seres uideant, facit ingens montiũ altitudo, ac aëris purgati qualitas. Non ergo piaculũ cuipiam uideri debet, qđ à Plin. Solino, Martiano Diodoro, cæteris, in Taprobane, nec ſeptẽtriones, nec Vergilias aſpici. Quodq́ꝫ ab Hytani Carmaniæ fluuio primũ aſpici Septentriones incipiant. Lunã quoq́ꝫ non niſi ab octaua in ſextãdecimam ſupra terras uideri. Non paruum nimirum ueritatis indicium, quod hæc omnia cõprobat Martianus uir in Mathematicis diſciplinis plurimũ eruditus. Vide Clæomedẽ ca. 5. primi Meteororũ. Inſuper de Taprobane, uel locis reliquis ſcribens Plinius ſatis feciſſe uidetur, ſi ab ijs, qui ſe præceſſerint ſcripta, aut quauis alia ratione relata, poſteris prodiderit. Non enim ad hiſtoriarũ ſcriptorem omnino pertinet, ab alijs tradita demonſtrationibus cõprobare. Scribunt qui de natura cõmentati ſunt, multas eſſe cauſas, cur in rem quampiam uidendi aſpectus tẽdere nequeat. Inter quas numerantur nimia extremorũ diſtantia, medij qualitas. Rurſus ſi uapores ſe è terra ſurſum tollunt, inter aſpectum, & rem uiſibilem mediarint. Aliam cauſam affert Pli. cap. 71. ſecundi. Hæc pauca è multis, quæ à nobis alibi ſunt relata, in hunc locum tranſtulimus, ut Pliniũ, & Solinũ de bonis ſtudijs ꝙ optimè meritos, à calumnia uindicaremus. Non laudo eos, qui Heroſtrati more τὸν κλυδ'ῶνα aucupantur. Menandrum Comicum nobiliſsimum in Comœdiarum certaminibus ſæpe à Palemone nequaquã dari ſcriptore uictũ ferunt. Eũ Palemonẽ cum forte Menander habuiſſet obuiã. Quæſo (inquit) Palemon bona uenia dic mihi, quũ me uincis, non erubeſcis? a *Mare uadoſum interiacet.*) Mare, inquit Plinius, intereſt uadoſum, ſenis non amplius altitudinis paſsibus, ſed certis canalibus adeo profundum, ut nullæ anchoræ ſidant. Ob id nauibus utrinq́ꝫ proræ ne per anguſtias aluei circumagi ſit neceſſe. Sæpe quæſitum à Philoſophis, quænã ſit maxima maris altitudo, curúe non eadem eius ubiq́ꝫ profunditas? Altiſsimum mare quindecim ſtadiorum Fabius tradit. Atqui, ut in Paulo Plutar. refert, dicunt Geometræ neq́ꝫ altitudinem montis

neq́ꝫ

neq; profunditatē maris ultra decem ſtadia protendi. Eſſe præterea in mari, planities, montes, ualleſq; non ſecus atq; in terra cōſpicimus. Hinc ergo euenit, ut alibi uadoſum ſit mare, profundū alibi, locis a-lijs pofundiſsimū. In ponto ex aduerſo Coraxorū gentis, uocant alij Bathea ponti trecētis ferè à cōtinenti ſtadijs immenſam altitudinē maris tradunt uadis nunquam repertis. a *Nam neq; Septentriones.*) Scribit Plinius ca.72. ſecundi. Nec Troglodyticen, nec confinem Aegyptū Septentriones cernere. Horum & pluriū, quę miramur cauſa in ipſius terræ figura eſt, quam globo ſimilem, & cum ea aquas ijſdem intelligitur argumentis. Sic enim fit haud dubiè ut nobis Septentrionalis plagæ ſydera nunquam occidant. Contra Meridianæ nunquam oriantur. Rurſus hæc ab illis non cernantur attollente ſe contra medios uiſus terrarū globo. Lege Cleomedem cap.10. primi. Id potius ad gētis eius regionis obtuſum ingenium tribuerim, cum alia

Septentriones a illic conſpiciuntur, nec Vergiliæ apparent. Lunam ab octaua b in ſextamdecimam tantùm ſupra terram uident. Lucet ibi c Canopos, ſydus clarum, & ampliſsimum. Solem d orientem dextra habent, occidentem ſiniſtra. Obſeruatione itaque nauigandi nulla ſuppetente, per quam ad deſtinata pergentes, locū capiant. Vehūt alites, quarum meatus terram petentium regendi

poſſent ſydera cum nauigant obſeruare, utpote ea, quæ iuxta polum alterum ſita ſunt. Cum lucet ibi Canopus ſydus clariſsimum ampliſsimūq;. Niſi ad Magnetē lapidē, q̄ nauigātes indicis inſtar ut uidemus, id ipſum referēdū putemus. Mirum profectò Magnetis cum polo Arctico naturæ cōmertiū q̄d ferrum eo tactum lapide, mox ad polum hunc ſuapte ſeſe natura conuertat. Plin. Syderum in nauigādo nulla obſeruatio. Septentrio non cernitur, ſed uolucres ſecum uehunt emittentes ſæpius, meatūq; earum terras petentium comitantur. Nec pluſq; ternis menſib. in anno nauigant. Cauent à Solſtiti maximè centum dies tunc illo mari hyberno. De Septentrionibus, & Vergilijs notiora ſunt omnia, quàm ut hoc loco exponi debeant. Nihil enim eſt de ijs notatu dignum, quod uel ab Arato, uel Ouidio, uel à Manilio, aut ab Hyginio, Plinioq; non abundè ſimul, & eleganter relatum ſit. b *Lunam ab octaua in ſextamdecimam tantùm ſupra terram uident.*) Sic legendum eſſe uetuſtis Plinij codicibus, & Martiano Capella, Hermolaus oſtendit in Plinianis Caſtigationibus lib.6. Quod uerò non niſi ab octaua in ſextādecimam non uideant, id aliqua occulta locorum ratione fieri poteſt, etſi loci poſitio aliud omnino ſuadeat. Non minus admiratione digna ſunt, quæ de Arabia ſcribens Diod. refert. Præcipua (inquit) admiratione uidentur digna, quæ de arcto ſcribuntur, multumq; dubij afferunt nauigantibus. A menſe enim Martio nullum eorum ſeptem, quæ circa Arcton ſunt aſtra uſq; ad primā uigiliā uideri dicūt. Maior autem uſq; ſecundam, pauloq; poſt parum aſpici à nauigantibus. At qui planetæ appellantur, non aſpici omnino. Aliorum autem quædam maiora noſtris uideri, quædam diſsimili ortu, atq; occaſu. Solem non tanquam apud nos paulò ante ortū iubar emittere, ſed adhuc nocte obſcura ſubito apparere lucentem. Ideo nunq; diem in eis locis priuſq; ſol uideatur oriri, quem ex medio pelagi tradūt ſurgere incenſis carbonibus ſimilem, radioſq; permagnos procul afferre. Forma autem apparere nō rotūda, quemadmodum apud nos, ſed columnæ ſimili, paulum ab ſummo capite luculentiorē aſpectū habente. Præterea neq; ſplendorem neq; radios uſq; ad primam horam præbere, ſed uelut ignem abſq; luce in umbra uideri. Secunda hora ueluti clypeum fieri, lumenq; præbere continuū, & ſupra modū feruentem. Circa occaſum econuerſo contingit. Nam uidetur aſpectu orbem nouis radijs illuminare horis duabus. Ad hunc locum faciunt quæ ſcribit Pli. ca.72 ſecundi. Niſi hæc quoq; falſa eſſe contendas. Ignorant naturæ uim, ac eius maieſtatem eleuant, qui ob quaſdam friuolas ratiunculas, certis eam limitibus coarctare ſatagunt. c *Lucet ibi Canopos.*) Sunt qui per b non per p Canobum ſcribāt. Poſsidonius refert ab excelſo quodā domicilio, in urbem, quæ à quibuſdā Hiſpaniæ locis quadringenta diſtat ſtadia, ſtellam ſe uidiſſe, quam Canobū ipſum ſuſpicatur. Speculam Eudoxi non multò alijs habitaculis altiorē eſſe aiūt. Hoc ex loco eā ſtellam Canobum intueri eū ſolitū dicunt. Ex Strabone li.3. Lege quæ de Canopo ſcribit Plin. cap.72. ſecundi, & cap.22. ſexti. Videtur Canopus ſydus à Canopo inſula primum cognominatum, quod in ea inſula obſeruatum fuerit, & inde tandem ſortitum nomen. d *Solem orientem dextra habent.*) Id eſt, Septentrionem uerſus. Quæ ſint in mundo ipſo poſitionis differentiæ, i. ſurſum, deorſum, dextra, ſiniſtra, antica, & poſtica, docet Cleomedes cap.1. primi Meteororum, quam rē multis uerbis exequitur Cælius capite nono primi Antiquarum lect. Quid de dextra, & ſiniſtra mūdi ſentiant Peripatetici, habes ſecundo de cœlo, & mundo Commento ſeptimo, & ſequentibus. Multa Albertus capite ſeptimo primi cœli. Non me fugit eſſe alios, qui aliam de dextra, & ſiniſtra mundi ſententiam probent. Multa huiuſmodi loca refert Plinius capite ſeptuageſimo quinto ſecundi, & capite uiceſimonono ſexti naturalis hiſtoriæ.

a curſus magiſtros habent. Quaternis non amplius
menſibus [a] in anno nauigatur. Aduſq; Claudij prin-
cipatum [b] de Taprobane hæc tantum noueramus.
Tunc enim Fortuna patefecit ſcientię uiam latiorem.
b Nam libertus Annij Plocanij, qui tunc Rubri maris
uectigal adminiſtrabat, Arabiam petens, Aquiloni-
bus præter Carmaniam raptus, quintodecimo de-
mum die appulſus eſt ad hoc littus, portumq; adue-
c ctus, qui Hippuros nominantur. Sex deinde men-
ſibus ſermonem perdoctus, admiſſusq; ad colloquia
regis, quæ compererat, reportauit. Stupuiſſe ſci-
licet regem pecuniam, quæ capta erat cum ipſo [c]
d quod tametſi ſignata diſparibus [d] foret uultibus,
parem tamen haberet modũ ponderis. Cuius æqua-
litatis contemplatione [e] cum Romanam amicitiam
flagrantius concupiſſet, Rhachia principe legatos
e aduſq; nos miſit, à quibus cognita ſunt uniuerſa. Er-
go inde homines corporum magnitudine [f] alios om
nes antecedunt. Crines fuco imbuunt, cæruleis ocu-
lis, ac truci uiſu, terrifico ſono uocis. [g] Quibus im-

a *Quaternis menſibus.*) Ternis dicit Plinius (ut iam retulimus) ut in alterũtro mendum ſit. Solſtitij enim tempore nauigare non audent. b *Aduſq; Claudij principatum.*) Eadem omnino & Plinius ipſe refert. c *Capta erat cum eo.*) Sunt qui legant non capta, quod Annij Plocanij libertus non captus fuerat apud eos, ſed Aquilonibus raptus (inquit Plinius) præter Carmaniam quintodecimo die Hippuros portum eius inuectus, hoſpitali regis clementia ſex menſium tempore imbutus alloquio, &c. Rapta igitur uti ipſe ab Aquilonibus. Quod raptis nobis, rapiantur etiam quæ nobiſcum ſunt. Vel capta hic & captiua apud Plinium pro reperta intelligatur. Vel capta ab ijs, qui olim Romanorum hoſtes fuerant. d *Signata diſparibus uultibus.*) Hodie uetuſtiſſima Romanorum numiſmata uarijs reperiuntur locis, quæ diſparibus principum tum uultibus, tum inſcriptionibus diſparibus ſignata ſunt, tametſi ſit ponderis modus idem. Facit ad hoc quod ſcribitur lib. xi. Codicis tit. 10. lege prima. e *Cuius æqualitatis contemplatione.*) Plinius autem ſic. In auditis iuſtitia ille ſuſpexit, quod pares pondere denarij eſſent in captiua pecunia, cum diuerſæ imagines indicarẽt à pluribus factos. Et hoc maximè ſollicitatus ad amicitiã legatos quatuor miſit principe eorum Rachia. Hoc exemplo nimirum noſcitur quantũ in principibus iuſtitia, & æquitas ualeant in regendo. Sed hac tempeſtate ea duntaxat malis principibus curæ ſunt, quæ cenſum augeãt. Taxant nec immeritò optimum aliàs Veſpaſianum principem, qui reprehendenti ſe Tito filio, qđ uectigal etiam Vrinæ cõmentus eſſet, pecuniã ex prima urinæ pẽſione admouit ad nares filij, interrogãs an odore offenderetur. Illo aũt negante. Atqui (inquit) è lotio eſt. Huc Iuuen. Sat. 14. reſpexiſſe uidetur cum inquit. *Lucri bonus eſt odor ex re Qualibet.* Ad tyrãnũ nõ bonũ principẽ ptinet Photini monitũ, cũ ſic is apud Lucanũ, Ptolemæũ alloquitur.

Ius & fas multos faciunt Ptolemæe nocentes,
Dat pœnas laudata fides. Et poſt. *Sydera terra*
Vt diſtant, & flamma mari, ſic utile recto.
Sceptrorum uis tota perit, ſi pendere iuſta
Incipit. Euertitq; arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, quæ regna inuiſa tuetur,
Sublatusq; modus gladijs. Et infrà.
Exeat aulam
Qui uult eſſe pius, uirtus & ſumma poteſtas
Non coëunt, ſemper metuet, quem ſæua pudebunt.

f *Corporum magnitudine.*) Hoc, & q̃ mox ſequũtur peculiarẽ lõci diſpoſitionẽ demõſtrãt. Quęrũt philoſophi cur ob rem homines uaria ſtatura ꝓueniãt. Vel ſi in uniuerſũ quæras. Cur in animãtiũ genere alia paruo, alia magno cõſiſtunt corpore? Huius effectus cauſam duplicẽ eſſe dicunt, locũ ſcilicet, & alimentum ipſum, per locũ tum ſolũ, tum cœlũ intelligentes. g *Terrifico ſono uocis.*) Quærit Ariſtoteles 11. Problematũ ſectione. Cur omnes, qui natura ſunt calida, magnã uocẽ emittere ſoleant. An (inquit) qđ multum in ijs aërem, feruidumq; ineſſe neceſſe eſt. Vis enim caloris facilè ad ſe, & ſpiritum trahit, & aërem, eò qđ amplius id agit, q̃ amplior eſt. Vox aũt magna tum oritur cùm aëris multũ agitatur. Vtq; acuta cùm celeriter, ſic grauis cùm tardè aër incitatur. Eſſe autẽ Taprobanes Inſulæ incolas natura calida, ex

loci

matura mors eſt, in annos centum æuum [a] tra- a hunt. Aliȷs omnibus annoſa ætas, & pené ultra humanam extenta [b] fragilitatem. Nam aut ante diem, [c] aut per diem ſomnus. Noctis partem quie- b ti deſtinant. Lucis ortum uigilia [d] anteuertunt. Ædificia modicé ab humo tollunt. Annona [e] ſemper eodem tenore eſt. Vites neſciunt. Pomis abundant. Colunt [f] Herculem. In regis [g] electione

loci ſitu deprehenditur euidenter. a *In annis centum.*) Et id quoq; optimæ loci diſpoſitioni tribuendum eſt. Qui loca calida incolunt, diutius uiuere, quã qui frigida habitent, experimento deprehenſum eſt. Cauſa ea creditur, quod illi ſint ſicciore natura. Hi humecta magis. Quæ autem ſicciora ſunt, firmiora, diuturnioraq; eſſe manifeſtum eſt. Rurſus quoniam, qui in locis calidis ſunt humorem, calorem amplius ſeruare credantur. Humoris autem, & caloris defectum mortem eſſe medici autumant. b *Vltra humanam extenta fragilitatem.*) Phyſici uiuendi metam dicunt, cum Decas, qui perfectiſſimus numerus eſt perfecto numero id eſt, ἑπτά coniungitur, ut aut decies ſeptem, aut ſepties decem cõputantur anni. Hoc uitæ humanæ perfectum ſpatium numeratur. Quod ſi quis exceſſerit ab omni officio uacuus ſoli exercitio ſapientiæ uacat, & omnem uſum ſui in ſuadendo habet, aliorum munerum uacatione reuerendus. Hetruſcis quoq; libris fatalem ætatem hominis duodecim hebdomadibus ſcribi Varro commemorat, quæ ad decies ſeptenos annos poſſet fatalia deprecando rebus diuinis proferre. Ab anno autem ſeptuageſimo nec poſtulari debere, nec poſſe à diȷs impetrare. Cæterùm poſt annos octuagintaquatuor à mente ſua homines abire, neque iȷs fieri prodigia, ſed ex iȷs hominibus proximè uidentur acceſſiſſe naturam, qui hebdomadibus humanam uitam emenſi ſunt. Staſeas Peripateticus ſpatium plenæ uitæ quatuor & octuaginta annorum eſſe dixit. His conformis ſententia eſt eius Pſalmi, qui Oratio Moyſi hominis dei, inſcriptus eſt. Dies (inquit) annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis. Si autem in potentatibus octuaginta anni, & amplius eorũ labor & dolor. Adnotandũ eſſe obſeruatũ in multa hominũ memoria, expertũq; ſeniorib. pleriſq; omnibus ſexageſimũ tertium uitæ annũ cum periculo, & clade aliqua uenire aut corporis morbiq; grauioris aut uitæ interitus aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum, uerborumq; iſtiuſmodi ſtudio tenentur, cum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν. Ergo loci diſpoſitionibus, incolarum'que complexionibus tribuendum, quod in Taprobana inſula uel locis aliȷs, hunc terminum illic homines omnino excedant. Ex Plin. lib. 7. Gellio 3 & quintodecimo Noctium Att. Macrobio primo de Somnio Scipionis. Cenſorino in eo libro quem de die Natali inſcripſit. c *Nullus aut ante diem, aut per diem ſomnus.*) Quid ſit ſomnus paucis in fine decimi Naturalis hiſt. Plinius iȷs uerbis explicat. Eſt autem ſomnus (inquit) nihil aliud q̃ animi in medium ſeſe receſſus. Somnum ipſum maximè ex humore contingere philoſophi autumant. Eum quoque de non naturali humore naſci certum eſt. Conſtat autem ſomnum multum in infantia eſſe, quod ea ætas ſit humecta plurimùm, non quidem ſuperflui abũdantia, ſed naturalis humoris. E diuerſo in ſenectute ſomnus modicus, qđ ſit uitalis humor longæuitate ſiccatus. Inde ſenecta ſicca eſt inopia naturalis humoris, humecta eſt abundãtia uitioſi ex frigore ꝓcreati. Quid philoſophi de eſſe, & cauſa ſomni ſenſerint, refert cõpendioſè Plutarch. in eo libro quẽ de Placitis philoſophorũ inſcripſit circa finem. Ex temperata igitur calidi, & humidi natura, Taprobanes inſulæ incolis nullus aut ante diem, aut per diem ſomnus accidit. e *Lucis ortum uigilia anteuertunt.*) Id uitandi ſolis caloris cauſa facere creduntur. Sunt & apud nos (ut Maro canit) quædam opera, quæ nocte melius q̃ die perficiuntur. e *Annona ſemper eodem tenore.*) Annuus prouentus earum rerum omnium, quibus homines utuntur ad uictum. Hoc euenire credendum eſt ob ſoli Taprobanes inſulæ fertilitatem, qua annonæ caritatem non ſentiunt. f *Colunt Herculem.*) Dæmonum peruerſitate factum eſt, ut totum pené terrarum orbem falſa religio occuparit. Tradunt quidam Herculem poſt ſubactam à ſe Indiam etiã in Taprobanẽ nauigaſſe. Aliȷ malunt q̊d ab iȷs audita geſtorũ eius fama, in ea quoq; inſula ꝓ Deo cœli cœptus fuerit. g *In regis electione.*) Regum nomen uetuſtiſſimum eſſe conſtat, utpote, quod à primo Saturno, uel ut Euhemerus, & Ennius opinantur, ab Vrano Saturni patre initium ſumpſerit. Memoriæ autem traditum à ueteribus eſt, hunc Saturnum anno centeſimo triceſimoprimo poſt uniuerſale totius orbis diluuium floruiſſe. Hinc (ut Trogus refert) principio rerum, gentium, nationumq; imperiũ penes reges erat, q̊s ad faſtigiũ huius maieſtatis, non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur. Arbitria principum pro legibus erant. Quod enim principi placuit (ut Vlpianus ait) legis habet uigorẽ, utpote cum lege regia, quæ de imperio eius lata eſt, populus ei & in eũ omne ſuũ imperiũ & poteſtatẽ cõceſſit. Qui de regni & ciuitatis gubernatione ſcripſerunt, quærunt & quidẽ prudentiſſimè. Sit'ne optabilius regnũ ciuitatemu'e ab optimatibus, an'ne à rege quopiam gubernari. Ariſtoteli ſummo in omni ſcientia uiro uſum eſt, optabilius

eſſe

eſſe tam principatui,q̃ ciuitati ab optimatibus gubernari,q̃ a rege & cum poteſtate,& ſine pōteſtate. modò (iquit) reperiri queant plures uirtute optimos. Ait rurſus melius eſſe ciuitatem ab optima lege,q̃ ab optimo uiro gubernari. Vnde(inquit) qui præeſſe iubent,uidentur iubere deum præeſſe,& leges,qui autem hominem iubet præeſſe,adiungit & beſtiam ſæuā. Memoria ediſcendum,qđ Politicorum libro tertio ſcriptum reliquit. Ait enim cum quiſpiā in ciuitate uirtute excellat,eū nec eſſe de ciuitate pellendum, nec gubernationi aliorum ſubijciendum. Putandum enim (inquit) talē uirū tanq̃ deum in hominibus eſſe. Reſtat ergo,ut uidetur,naturam huius talem eſſe,ut omnes ſpōte ſua illi parere debeant, ſitq̃ rex perpetuus in ciuitate. Salubre principibus præceptum ab eodem Ariſtotele traditum eiuſdem uoluminis lib. quinto,quo monet oportere principē erga dei religionem uehementer affici. Minus em̄ (inquit) formidabunt populi ne quid contra iuſtitiam fiat, ſi religioni deditū illum exiſtimabunt, deiq̃ timorē habere. Minúſq̃ cōtra illū audebunt inſurgere,quaſi deū habeat ꝓpitiū,& fauentē. Fuiſſe Romanis regiū nomē inuiſum. P. Scipionis innotuit teſtimonio. Hunc em̄ in Hiſpanijs ꝑ Romanis bellū gerentē ob ipſius erga omnes humanitatē,eius regionis gentes unà omnes,

a non nobilitas [a] præualet, ſed ſuffragium uniuerſorum. Populus enim eligit ſpectatum [b] moribus, & inueteratæ clemētiæ, [c] & iā annis [d] grauē. Sed hoc

Concordes regem appellant,regemq́ ſalutant,
Scilicet hunc ſummum norunt uirtutis honorem.
Sed poſtquam miti reiecit munera uultu,
Auſonio non digna uiro, patrioſq́ uiciſsim
Edocuit ritus,& Romā nomina regum
Monſtrauit neſcire pati.

Si quis aduerſa principum ritè extimet,cenſebit eorum conditionem penitus fugiendam. Inter cætera illud præcipuè regnandi cupidos terrere debet,quod,

Ad generum Cereris ſine cæde,& uulnere pauci
Deſcendunt reges,& ſicca morte tyranni.

Maximū hoc regni bonum eſt,authore Seneca in Thyeſte, *Quod facta domi cogitur populus ſui Quam ferre,tam laudare.* a *Non nobilitas.)* Nobilitas generis una,de qua dictum eſt. Qui genus iactat ſuum,aliena laudat.

Et apud Ouidium.

Genus,& proauos,& quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra uoco.

Virtutis altera. Tertia ex utraq; conſtās. De his ambabus Iuuenalis locutus, ſic inquit.

Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt,atq; unica uirtus.
Paulus,uel Coſſus,uel Druſus moribus eſto.

Circunferuntur duo de ijs nobilitatibus perelegantes uerſiculi.

Nobilitas ſine mente ruit,ſapientia uiles
Eleuat,haud uirtus refugit quicunq; ſequatur.

Prima apud uulgus in pretio,apud ſapientes poſtremæ duæ. Prudenter igitur apud hos populos,in regis electione non nobilitas præualet &c. Aurea illa Theodoſij principis ſententia.

Virtute decet non ſanguine niti.

b *Spectatum moribus.)* Enimuerò quemadmodum princeps præſtat alijs dignitate,ita eum moribus,uirtutibuſq; omnibus præſtare cōuenit. Præſertim, quod ſint cunctis gentibus eius facta palam,nec poſſe dari regalibus uſquam ſecretum uitijs. c *Inueteratæ clementiæ.)* Quæ nō tantū in ſenectute infuerit, ſed in qualibet etiā ætate alia. Scribit Seneca nullū clementiā ex omnibus magis,q̃ regē, ac principē decere. Iſtæ em̄ uirtutes magnis uiris decori, gloriæq; ſunt. Nam peſtifera uis eſt ualere ad nocendū. Illius demū magnitudo ſtabilis, fundataq; eſt, quē omnes tam ſupra ſe,q̃ ꝓ ſe ſciunt. Contēplandū aſsiduè regibus,principibusq; reliquis eiuſdem Theodoſij monitum cum ad filium lòquens,ſic inquit.

Sis pius in primis,nam cum uincamur in omni
Munere,ſola deos æquat clementia nobis.

d *Et iam annis grauem.)* Huius affert Ariſtoteles rationem, quod iuuenis rudis ſit earum rerum,quæ in uita uerſantur. *Tenero* (inquit Claudianus) *tractari pectore neſcit publica maieſtas.*

Apud ueteres Romanos,

Martis opus iuuenes,annoſaq; bella gerebant
Et pro dijs aderant in ſtatione ſuis:
Viribus illa maior,nec habendis utilis armis
Conſilio patriæ ſæpe ferebat opem.

in eo quæritur, cui liberi [a] nulli ſint. Nam qui pater fuerit, etiam ſi uita ſpectatus ſit, non admittitur ad regnandum. Ac ſi forte dum regnat pignus ſuſtulit, exuitur poteſtate. Idque maximè cuſtoditur, ne fiat hæreditarium regnum. Deinde etiam ſi rex maximam præferat æquitatem, nolunt ei totum [b] licere. Quadraginta ergo rectores accipit, ne in cauſis capitum ſolus iudicet. Et ſic quoque ſi diſplicuerit iudicatum, ad populū prouocatur. A q̊ datis iudicibus ſeptuaginta fertur ſentẽtia, cui neceſſario acquieſcitur. Cultu rex [c] diſsimili à cæteris. Veſtitur Syrmate, [d] ut eſt habitus, q̊ Liberū patrē ami-

Nec niſi poſt annos patuit nunc curia ſeros,
Nomen & ætatis mite ſenatus habet.
Iura dabat populo ſenior, finitaq; certis
Legibus eſt ætas, unde petatur honos.

Apud antiquiſsimos Romanorū, ut à Max. Valerio, & A. Gellio relatum eſt, neq; generi, neq; pecuniæ præſtantior honos tribui, q̄ ætati ſolitus. Maioresq; natu à minoribus colebantur, ad Deum propè, & parentū uicem. Atq; in omni loco, inq; omni ſpecie honoris priores, potioresq; habiti. Apud eos Romanos lege cautum erat, ne quiſpiā ante triceſimū annum, aut conſul efficeretur, aut triumphum duceret. Hinc magnus Pomp. à Cæſare carpitur apud Lucanum, quod annum quartum & uiceſimum agens, & conſul factus fuerit, & ea etiam ætate triūphum duxerit.

Ille reget currus nondum patientibus annis?
Ille ſemel raptos nunquam dimittet honores?

Quis neſciat ad magnarum rerum gubernationem, tum ſapientiam, tum multorum experientiam requiri? Has autem uſus eſſe filias, Afranium poëtam prudenter, & lepidè ſcripſiſſe refert Gellius. a *Cui liberi nulli ſint.*) Tantum eſt parentum erga liberos ſuos amoris uinculum, ut eos etiam cum iactura ſæpe maxima aliorū conentur extollere. Exiſtimant præterea principes nō paruū infelicitatis genus, ſi priuatos reliquerint, quos ipſi in ſummo honore genuiſsēt. Quibus ergo curæ eſt, ne fiat hæreditarium regnū, prudenter eum regem eligunt, cui liberi nulli ſint. Non minus grauis apud Hebudes inſulas regis conditio, qđ earum inſularum rex nihil ſuū habeat, ſed ſint uniuerſorum omnia. Quiq; ad æquitatem certis legibus aſtringatur. Et ne eum auaritia diuertat à uero, diſcit paupertate iuſticiam, utpote cui nihil ſit rei familiaris, ſed è publico alatur. Cui præterea nulla detur fœmina ꝓpria, ſed uiciſsitudines in quamcunq; commotus fuerit, uſurariā ſumat. Diuerſa multò ab ijs, populi Romani inſtitutio, qui poſtq; ſoboles ciuitati neceſſaria uiſa eſt, & ad prolem populi frequentandam pręmijs, atq; inuitamentis uſus fuit, tum antelati quibuſdam in rebus, qui uxorem, quiq; liberos haberent, ſenioribus neq; liberos, neq; uxores habentibus Sicuti cap. ſeptimo legis Iuliæ, priori ex conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit, non qui plures annos natus eſt, ſed qui plures liberos, q̄ collega, aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit. Sed ſi par utriq; numerus liberorū eſt, maritus, aut qui in numero maritorū eſt, præfertur. Hæc ex ſecundo Noctium Atticarum apud Gellium. b *Nolunt ei totum licere.*) Longo experimento deprehenſum, q̄ uera ſit Publiana ſententia. Cui plus licet, q̄ par eſt, plus uult, q̄ licet. In rebus grauibus prudens, ac graue iudicium eſſe conuenit. Conſtat autem res capitū graues eſſe, utpote, in quibus de uita hominis agatur. Meritò igitur inſtitutum eſt apud hos, ut in ea re plures rex rectores accipiat. Valerius Publicola unus ex primis Romanorū Cons. legem tulit, qua ſancitum eſt, ut nulli magiſtratui liceret quempiā Romanum ciuem indicta cauſa condemnare, liceretq; damnatis ad populum Romanum prouocare. c *Cultu rex diſsimili.*) Plinius. Regi cultum Liberi patris, cæteris Arabū. Seruatū maximè eſt apud ueteres ut pro perſonarum conditionibus, fieret ueſtium uarietas. Turpe enim exiſtimarunt ſi foret uirorum, puerorum, mulierum, familiariumq; ueſtis eadem. Scribit eleganter Vlpianus titulo ſecundo triceſimi quarti li. Digeſtorū lege Veſtis, an ueſtimenta legētur. Veſtimenta omnia aut uirilia eſſe, aut puerilia, aut muliebria, aut cōmunia, aut familiaria. Ea omnia eodem loco differit copioſè. Regum præterea, cæterorūq; principum, corporis inſignia pro gentiū diuerſitate uaria fuiſſe conſtat. Romulus, ut lib. 1. ab urbe cōdita Liuius author eſt, ut honor, ac ueneratio maieſtati regiæ haberetur, purpura uſus eſt, qua & poſteri Romani principes uſi ſunt. d *Syrmate.*) Syrma genus ueſtis, quæ in grauioribus poëmatis recitandis ab Hiſtrionibus trahebatur.

Martialis quarto Epigrammaton.

Muſa nec inſano Syrmate noſtra tumet.

Syrmate præterea ueſte mulieres etiam utebantur.

Fuiſſe

Fuiſſe Syrmate Bacchum uſum inter cæteros canit Seneca Tragœdus in Hercule furente.

Non erubeſcit Bacchus effuſos tener *Vibraſſe Thyrſum, cum parum forti gradu*
Sparſiſſe crines, nec manu molli Iouem *Auro decorum Syrma Barbaricum trahit.*

Sunt qui Bacchum quoq; poſt Indicam expeditionem Taprobanem adijſſe dicant. A quo eius inſulæ reges inter cætera Syrmate uti edocti ſunt.

ciri uidemus. Quod ſi etiam ipſe in peccato aliquo argutus ſit,[a] ac reuictus morte mulctatur. Non tamen ut cuiuſquam attrectetur manu, ſed conſenſu publico rerum omnium interdicitur ei facultas, etiam colloquij poteſtas punito negatur. Culturæ ſtudent [b] uniuerſi. Interdum uenatibus indulgent, nec plebeias agunt prędas. Quippe cum Tigrides, ac Elephanti tantùm requirantur. Maria quoque piſcationibus inquietant, marinaſque teſtudines capere gaudent, quarum tanta eſt magnitudo, ut ſuperficies earum domum faciat, & numeroſam familiam non arctè receptet. Maior pars inſulę huius, calore ambuſta [c] eſt, & in uaſtas deſinit ſolitudines. Latus eius mare alluit per uiridi colore fruticoſum, ita ut iubæ arborum plerumq; gubernaculis atterantur. Cernunt latus [d] Sericū de montiū ſuorū iugis. Mirantur [e] aurū, & ad gratiā poculorū omniū gemmarū adhibent apparatū.

a *In peccato aliquo argutus.*) Quanto quis maiori dignitate fungitur, tanto uita & moribus ſanctiorib. præditus eſſe debet. Huius ratio euidens, quòd

tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferrè uetat, quum uiderit ipſum
Authorem parere ſibi. componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta ualent, quam uita regentis.
Mobile mutatur ſemper cū principe uulgus.

Cum ergo regis crimen ſit multò deformius, q̃ priuati cuiuſuis hominis, nō immeritò ab ijs populis inſtitutū eſt, ut rex in peccato aliquo argutus, ac conuictus, morte mulctetur. Sed prudenter factum eſt, nec cuiusq; attrectetur manu, qđ uices Dei reges in terris gerant id quod ab Homero ſecundo & nono Iliados etiā ſcriptum eſt. Plinij uerba, quæ hac parte imitatur Solinus, ſunt. Regē ſi quid delinquat morte mulctari, nullo interueniēte, ſed aduerſantibus cūctis, & commertia etiam ſermonis negantibus. b *Culturæ ſtudent.*) Plinius Feſta uenatione abſumi. Gratiſsimam eam Tigribus, Elephantiſq; conſtare. Agros diligenter coli. Pomis abundare. Eſſe & in piſcatu uoluptatem, teſtudinū maximè, quarū ſuperficie familias habitantiū contegi, tanta reperiri magnitudine. c *Calore ambuſta eſt.*) Concors ſcriptorū ſententia eſt, Taprobanen ſitam eſſe ſub ſydere Cancri. Dionyſij Afri interpres.

Inſula Taprobane gignit tetros Elephantos,
Et ſuper æſtiferi torretur ſydere Cancri.

Ambuſtionem hanc ex eo dicunt accidere, qđ hæc inſula directè ferme Soli ſubiecta ſit. Præterea quod ſit niuium, & pluuiarū plurimū expers. Scribit Ariſtobulus, qui eam regionē perluſtrauit Taprobanes inſulæ ſolos montes, & montium ima, pluuiam & niuem ſentire. Campos uerò tum imbrium, tum niuis expertes eſſe. Ex incremento tamen fluminum regionem ipſam inundari. Scribit Albertus capite tertio ſecundæ Diſtinctionis eius libri quē de natura locorum inſcripſit, ſecundum Clima, quod ſub Cancro eſt, eſſe maximam ardoris intemperantiam. d *Cernunt latus Sericum, de montium ſuorum iugis.*) Plinius capite uiceſimoſecundo ſexti naturalis hiſtoriæ. Seras quoq; (inquit) ab ipſis aſpici, notos etiam commercio patrem Mabaciem commeaſſe aduenis ibi feras occurſare. Quantum Taprobane diſtet à Serica regione, Geographi non explicant. Compertum tamen eſt tanto uiſum longius protendere, quanto fuerit res uiſibilis erecta magis. Ex tribus aiunt philoſophi prouenire, ut res in maiori, uel minori diſtantia uideatur. Ex uiſus complexione, medij diſpoſitione, & rei tandem uiſibili loci ſitu. Qui de animæ potentijs ſcripſerunt, tradunt, in æqua terrarum planicie, ſimiliter in tranquilla pelagi libertate quæ nullam oculis offenſam obijcit, aciem contrauidentis, centum & octuaginta ſtadios non excedere. Nec obſtare aiunt, quin ſæpe in longiſsimo poſiti montes, rurſus ipſa cœli ſuperna conſpiciantur ob oculis. e *Mirantur aurum.*) Mira profectò auri natura, ut conſpecto eo mox ita ad ſe hominis alliciat affectum, ut pro ſe adipiſcendo ſæpe ſalutis propriæ obliuiſcatur. Ob auri ſacram famem,

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.
Hic mutat merces ſurgẽte à ſole, ad eum, quo
Veſpertina tenet regio, qui per mala præceps
Fertur, ui puluis collectus turbine, ne quid
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem.
Mercibus hic Italis mutuat ſub ſole recenti
Rugoſum piper, & pallentis grana Cumini.

Sed illud multò deteſtabilius, qđ pleriq; acquirendi auri cauſa animam quoq; uendere non formidant. Prudentius multò egiſſe creditur.

Græcus Ariſtippus, qui ſeruos proicere aurum
In media iuſſit Libya, quia tardius irent
Propter onus ſegnes.

Tigris alueo oppidum eſt Babytace. Abeſt Suſis centũ triginta quinque milibus paſſuum. Ibi mortalium ſoli aurum in odio contrahunt. Id defodiunt, ne quo cui ſit in uſu. Felices in hoc Sarmatę auri, argenti maximarum peſtium ignari. a *Margaritas legunt*) Dictio Indis peculiaris creditur, apud quos huius genus Conchæ abunde proueniunt. Græci etiam μαργαρίτας nuncupant. Latini quoq; Margaritum neutro genere inflectũt quod Seruius primo Aeneidos. & Placidus ſexto Thebaidos ſcriptum reliquerunt. Annotant eiſdem locis multos gemmam à margarita ſeparare, Cicero nullam gemmam, aut margaritam. Gemmas enim dici uolunt diuerſi coloris. Margaritas uerò albas. Vel gẽmas integras, margaritas pertuſas. Sabinus præterea & Pomponius iurecõſulti, Margaritas, nec gemmis, nec lapillis contineri ſatis conſtitiſſe aiunt, titulo ſecundo triceſimi quarti Digeſtorum: lege Et ſi non ſunt. Cõchæ genus, ex quo margaritæ, unionesq; ueliũtur Berberion, & Berberi ab incolis nominantur, pinnæ, aut pectunculi effigiæ. Apud ueteres Conchis gulæ primatũ datum eſt. Hinc elegans natum Adagium Conchilia uiduarum cupediæ. Vtuntur eo Sophrõn Mimógraphus, & Demetrius Phaleræus. In prouerbiorũ Græcorum Collectaneis refertur & hoc. κόγχην διελεῖν Concham diuidere. De ijs qui facilè quippiam operantur. Paulus iureperitus titulo de acquirenda, uel amittenda poſſeſsione libri quadrageſimiprimi Digeſtorum, lege prima, tradit margaritas in littoribus inuentas eius fieri, qui primus earum poſſeſsionem nactus eſt, b *Hoc genus lapidum requiritur.*) Impropriè margaritam lapidem nuncupat. Nihil eſt de Conchis, Margaritis, & Vnionibus, quod non eleganter capite triceſimoquinto noni referatur à Plinio. c *Certo anni tempore luxuriante conceptu.*) Hoc idem tradit Caius Plinius capite triceſimoquinto libri noni naturalis hiſtoriæ. Has (inquit) ubi genitalis anni ſtimulauerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt, grauidas poſtea eniti, partumque Concharum eſſe margaritas, pro qualitate roris accepti. Si purus influxerit, candorem conſpici. Si uerò turbidus, fœtum

Secant marmora teſtudinea uarietate. Margari- a
tas legunt [a] plurimas, maximaſque. Conchę ſunt,
in quibus hoc genus [b] lapidum requiritur, quæ
certo anni tempore [c] luxuriante conceptu ſitiunt
rorem uelut maritum, cuius deſyderio hiant. Et b
cum lunares maximè liquuntur aſpergines, oſcitatio
ne quadam hauriunt humorem concupitum. Sic
concipiunt, grauideq; fiunt, & de ſaginæ qualitate
reddunt habitus Vnionum. Nam ſi purum fuerit c
quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si
turbidum, aut pallore langueſcunt, aut rufo innu-
bilantur. Ita magis de cœlo, quam de mari partus
habent. Denique quotiens excipiunt matutini aëris d
ſemen, fit clarius margaritum. Quotiens ueſper fit
obſcurius. Quanto magis hauſerit, tanto magis
proficit lapidum magnitudo. Si repente micaue-
rit coruſcatio, intempeſtiuo metu comprimuntur, e
clauſæque ſubita formidine, uitia contrahunt abor-
tiua. Aut enim perparuuli fiunt ſcrupuli, aut inanes.
Conchis ipſis ineſt ſenſus, partus ſuos maculari ti-
ment. Cumque flagrantioribus radijs excanduerit f
dies, ne fuſcentur lapides ſolis calore ſubſidunt, & ſe
profundis ingurgitant, ut ab æſtu uendicentur.
Huic tamen prouidentiæ ætas opitulatur. Nam
candor ſenecta diſperit, & grandeſcentibus Conchis
flaueſcunt margaritæ. In aqua mollis eſt Vnio,
duratur euiſceratus. Nunquã duo ſimul reperiũtur.

fœtum ſordeſcere.Eundem pallere cœlo minante conceptum.Ex eo quippe conſtare,cœliq; eis maiorem ſocietatem eſſe q̃ maris, inde nubilũ trahit colorem,aut ꝓ claritate matutina ſerenũ.Si tẽpeſtiuè ſatientur,grandeſcere & partus.Si fulguret,comprimi conchas,ac pro ieiunij modo minui,Si uero et tonuerit,pauidas ac repente compreſsas quæ uocant Phyſemata efficere ſpeciẽ,uerũ inani inflatã ſine corpore.Hos eſſe concharum abortus.

a Inde Vnionibus nomen a datum. Vltra ſemuncia-
les inuentos negant. Piſcantium inſidias timent
Conchæ, inde eſt, ut aut inter ſcopulos, aut inter
marinos canes plurimùm deliteſcant. Gregatim
b natant. Certa examini dux eſt. b Illa ſi capta ſit,
etiam quæ euaſerint in plagas reuertuntur. Dat &
India c Margaritas. Dat etiam littus d Britannicũ,
ſicut Diuus Iulius thoracem, quem Veneri genitri-
c ci in templo eius dicauit, è Britannicis margaritis
factum ſubiecta inſcriptione teſtatus eſt. Lolliam
Paulinam e Caij principis coniugem uulgatum eſt
habuiſſe tunicam ex margaritis ſeſtertio tunc qua-
e dringenties æſtimatam. Cuius parandæ auaricia pa
ter ipſius M. Lollius ſpoliatis Orientis regioni-
bus offendit Caium Cęſarem Auguſti filium, inter-
dictaq; amicitia principis ueneno interijt. Illud quo
d que expreſsit uetus diligentia, quod f Syllanis pri-
mum temporibus Romam illati ſunt Vniones.

a *Inde Vnionibus nomen.*) Plinius.Dos omnis in candore, magnitudine,orbe,leuore,pondere haud promptis rebus in tãtum ut nulli duo reperiantur indiſcreti. Vnde nomen Vnionũ Romanæ. ſ. impoſuere delitiæ. Nam apud Græcos non eſt,nec apud Barbaros inuentores eius aliud,quam margaritæ. b *Certa examini dux eſt.*) Quidam tradunt ſicut apibus, ita cõcharum examinibus ſingulas magnitudine, & uetuſtate præcipuas eſſe ueluti duces, miræ ad cauendum ſolertiæ. Has urinantium cura peti, illis captis facilè cæteras palantes retibus includi.Idem ſcribit Megaſthenes, ut octauo Geſtorum Alexandri uolumine Arrianus refert Conchas (inquit) in quibus margaritæ,& Vniones gignuntur, retibus capi, gregatimque multas ueluti apes depaſci.Regemq; ſuum habere,ac ſi contingat regem comprehendi à piſcatoribus,eas protinus circumfundi,nec uim effugere,fugiente rege,& ipſas effugere. c *Dat & India*). Fertiliſsima margaritis eſt Taprobane,& Toidis.Item Perimula promontoriũ Indiæ. Præcipuè autem laudantur circa Arabiã in Perſino ſinu maris Rubri.In noſtro quoq; mari Vniones reperiri ſolebant.Crebrius circa Boſphorum Thracium rufi,ac parui in conchis,quas *μύας* appellant. At in Acarnania,quæ uocatur pinna gignit.Quo apparet (inquit Plinius)non uno conchæ genere naſci.

d *Dat litus Britannicum.*) In Britannia paruos uniones,atq; decolores naſci certũ eſt. Quoniã Diuus Iulius thoracem,quẽ Veneri genitrici in templo eius dicauit,ex Britannicis margaritis factũ uoluerit intelligi.De margaritis plura eleganter refert Ammianus in fine uiceſimitertij hiſtoriarum libri. e *Lolliam Paulinam.*) Plinij uerba ſunt ex citato capite.Lolliam Paulinã,quæ fuit Caij principis matrona,nec ſerio quidem,aut ſolenni cerimoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna,uidi Smaragdis,margaritiſq; opertã, alterno textu fulgentibus toto capite crinibus,ſpiris, auribus,collo,monilibus,digitiſq;.Quæ ſumma quadringẽteis ſeſtertiũ colligebat.Ipſam confeſtim paratã nuncupationẽ tabulis probare.Nec dona prodigi principis fuerant,ſed auitæ opes,prouinciarũ ſcilicet ſpolijs partæ. Hic eſt rapinarũ exitus.Hoc fuit quare M.Lollius infamatus regum muneribus in toto Oriente interdicta amicitia à Caio Cæſare Auguſti filio uenenũ biberet,ut neptis eius quadringẽties ſeſtertium operta ſpectaretur ad lucernas. f *Syllanis temporibus.*) Ex Feneſtellæ ſententia ꝓdit hoc Solinus,qui primũ cœpiſſe circa Syllana tempora minutas,& uiles manifeſto errore tradit,cũ Elius Stilio Iugurthino bello Vnionum nomen impoſitum maximè grandibus Margaritis ꝓdat. Plinius in luxum ſui temporis inuehens capite triceſimoquinto noni naturalis hiſtorię de Margaritis loquens.Subeunt(inquit) luxuriæ eius nomina,& tædia exquiſita perdito nepotatu.Sic enim hunc Plinij locum primus reſtituit Cœlius Calcagninus Ferrarienſis,uir ingenio,humanitate,ſumma in utraque lingua elegantia, ac in cunctis bonis literis, nulli, pace dixerim aliorum, hac tempeſtate ſecundus.

Indicum Itinerarium.
Cap. LXVII.

AB inſula Auſea [a] conſequens eſt ad continentem. Igitur à Taprobane Indiam reuertamur, conuenit res Indicas uidere. Sed ſi Indicis [b] aut urbibus aut nationibus inſiſtamus, egrediemur promiſſæ [c] concinnitatis modum. Proximam Indo flumini urbem haburre Capiſſam, quam Cyrus diruit. Arachoſiam Aracotæ flumini impoſitam [d] Semiramis condidit. Cadruſia oppidum ab Alexandro Magno ad Caucaſum conſtitutum eſt, ubi & Alexandria quæ patet amplitudine ſtadia xxx. Multa & alia ſunt, ſed hæc cum eminentiſsimis. Poſt Indos montanas regiones Ichthyophagi [e] tenent, quos ſubactos Alaxander Magnus ueſci piſcibus uetuit. Nam antea ſic alebantur. Vltra hos [f] deſerta Carmaniæ. Perſis deinde, atque ita nauigatio, in quã [g] Solis inſula rubens ſemper, & omni animantiũ gñi inac-

A *B inſula Auſea.*) Sic in õmnibus Solinianis exemplaribus ſcriptum eſt. Verum nõn reperiõ ab aliquo nobili authore, Auſeam inter inſulas recenſeri. Quid ſi ex literarum ſimilitudine ſic legẽdum ſit. Ab inſula autẽ ea, ut conſequens &c. Vt Taprobanen intelligamus, ex qua iterũ in Indiam reuertendũ dicit. Poſſet & loco Auſea, reponi eundum, uel rurſus eam. Sunt quibus legendum uidetur, ab inſula autem conſequens eſt ad continentem. Subintelligendum autem redeundum, uel quid ſimile. Sunt præterea qui ſic legant. Ab inſula ut conſequens eſt ad continentem &c. Hæc non niſi monendi gratia. Quæ hoc capite Solinus refert abunde tradit Plinius capite 23. li. ſexti. A proximis inde gentibus montana Capiſſenæ habent Capiſsam urbem, quam diruit Cyrus. Arachoſia cum oppido, & flumine eius nominis, qđ quidam Cophen dixere, à Semiramide conditum. Amnis Hermandus præterfluens per Abeſtem Arachoſiorum &c. b *Sed ſi Indicis, aut urbibus, aut nationibus.* Gentes, & urbes Indiæ (inquit cap. 17. ſexti Plinius) innumerabiles, ſiquis omnes perſequi uelit &c. Omnino autem (ut ait Megaſtenes) Indicæ gentes centũ ac duæ & uiginti ſunt. Sed mirum unde didicerit Megaſtenes hunc eſſe certum ac definitum numerum, cũ nec ipſe magnã Indiæ partem peragrauerit, nec ſit Indis comertiũ inter ſe omnibus. c *Repromiſſæ concinnitatis modum.*) Dixerat in Procemio. Liber eſt ad cõpendium præparatus, quantum que ratio paſſa eſt, ita moderaté repreſſus, ut nec in eo prodiga ſit copia, nec damnoſa concinnitas. d *Aracoſiam Aracotæ flumini impoſitam.*) Solini tum ſcripta, tum impreſſa exemplaria plerumq; habent. Erimanto flumini impoſitam. Sunt qui Hermando, uel Rimando legendum putent. Sed ex adſcriptis uerbis Pliníj. Arachotæ legendum potius. Hunc locum Hermolao Barbaro lector debes. e *Ichthyophagi.*) Latiné piſciuori dici poſſunt, ἀπὸ τοῦ ἰχθύος, piſce, καὶ φάγον, uorace. Pegadẽ Oritarũ regionẽ eſſe dicunt, apud quã petras æneas, æneamq; arenam, æris inſuper fruſta deferre flumina aſſerunt. Nõ longè ijs locis Ichthiophagos eſſe, qui urbem incolunt nomine Stoiurã, ubi ex magnorum piſciũ mẽbranis ueſtes intexunt. Ibiq; pecudes eſſe etiam piſciuoras, qđ ea comedant, quę minimè naturæ ſuæ conueniant. Aiunt etiam paſtores piſcibus illas alere conſueuiſſe, ſicut in Caria ficubus eaſdẽ paſcunt. De Ichthyophagis Herodotus in tertio, Diodorus Siculus in quarto, Strabo in ſecundo, Philoſtratus uitæ Apollonij libro tertio, Plinius capite 23. & uiceſimo octauo, & uiceſimo nono libri ſexti, Martianus in ſexto. f *Vltra hos.*) Ex Plinio capite uiceſimo tertio libri ſexti. g *Solis inſula.*) Plinius. De inde Ichthyophagi tam longo tractu, ut uiginti dierũ ſpatio prænauigauerint inſulam, quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum rubens, in qua nullum non animal abſumitur incertis cauſis. Quod Plinius ait, incertis cauſis, Martianus dicit ui feruoris ca. 39 lib. ſexti. Dum Ichthyophagorũ Nearchus oras præteruеheretur, cognouit inſulã quãdã in eo mari eſſe cẽtũ ferme ſtadijs à littore diſtãtẽ. Hanc incultã, ſacramq; Soli indigenæ aiebant, Noſalam nomine, neq; à quoquam adiri. Quam ſi quis imprudens adierit, non amplius apparere. Ex octauo Arriani uolumine. a *Ab Hytani flumine.*) Sic enim legendum ex Plinio, & Martiano. Solini plerũq; exemplaria non ab Hytani, ſed ab Azanio corrupté habent, cũ Azanius ex Plinio, & Solino infra nõ fluentis, ſed maris nomen ſit. Flumen Carmaniæ Hytanis (inquit Plinius) portuoſum, & auro fertile. Ab eo primũ Septẽtriones apparuiſſe ad

notauere

notauere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, ne totis unquã. Achæmenide uſq; illo tenuiſſe. Inde promontorium Carmaniæ eſt. Ex quo in aduerſo ora ad gentem Arabiæ Macas traiectus diſtat quinquaginta milia paſſuũ. Inſulæ tres quarum organa tantum habitatur. A Coſa à continenti xxv. milia paſſuum inſulæ quatuor intimo in ſinu ante Perſida. Circa has Hydri marini uicenum cubitorum adnantes terruere claſſem. Eadem cum Solino Capella refert.

a ceſſa. Quippe quæ nullum non animal illatum
necet. Ex India reuertentes ab Hytani [a] Carma-
niæ flumine Septentriones primum uident. Achæ-
menidis [b] in hac plaga ſedes fuerunt. Inter [c] Car-
b maniæ promontorium, & Arabiam quinquagin-
ta milia paſſuum interiacent. Deinde tres inſulæ,
circa quas Hydri marini egrediuntur uicenum
cubitorum longitudine. Dicendum [d] hoc loco
c quatenus ab Alexandria Aegypti pergatur uſ-
que Indiam. Nilo uehente Copton uſque Ete-
ſijs flatibus curſus eſt. Deinde terreſtre iter Hy-
dreum tenus. Poſt tranſactis aliquot manſioni-
bus, Berenicen peruenitur, ubi Rubri maris por-
tus eſt. Inde Ocelis [e] Arabiæ portus tangitur.

b *Achæmenidis ſedes.*) Achæmenes primus Perſarum, ſeu Parthorum rex, qui quõdam totum orbem tenuit. Ab eo ſecuti Perſarum reges omnes Achæmenes dicti ſunt. Perſæ quoq; Achæmenij. Author Porphyrio tertio Carminum Horatij. Fuit & Achæmenidarum familia authore Herodoto libro quinto. Placidus octauo Thebaidos ſcribit Achęmenen Parthorum, ſeu Medorum ciuitatem fuiſſe.

c *Inter Carmaniæ promontorium.*) Carmania, ut Stephanus, & Sarabo tradunt, χώραν τῆς ἰνδικῆς id eſt Indiæ regionem. Ptolemæus capitibus ſexto, & nono libri ſexti tradunt duplicem eſſe Carmaniam. Deſertã unam, cultam alteram. Pomponius Mela li. 3. ſcribit Carmanos ſine ueſte, fruge, ſine pecore, ac ſine ſedibus eſſe. Eos ſe piſcium cutibus uelare, eõrumq; carnibus ueſci, eſſeq; eam gentem præter capita toto hirtam corpore. De Carmania præter alios lege Marcellinum lib. hiſtoriarum 23. Idem Stephanus refert καρμανία eſſe inſulã ἀπὸ τῶν καρμάνων. d *Dicendum hoc loco quatenus ab Alexandria.*) Quoniã iter ex Aegypto in Indiã conciſè nimis hac parte Solinus refert, libuit, ut locus totus fieret dilucidior, uerba Plin. ex ca. 23. li. ſexti, ut iacent, ſubſcribere. Nec pigebit (inqt) totũ curſum ab Aegypto exponere, nũc primũ certa notitia pateſcẽte. Digna res nullo anno minus ſextertijs quingẽtis milib. imperij noſtri exhauriẽte India, & merces remittẽte, q̃ apud nos cẽtuplicato ueneãt. Mille millib. paſſ. ab Alexãdria abeſt oppidum Heliopolis. Inde nauigant Nilo Coptũ. cccij. milia paſſ. q curſus Eteſijs flãtib. peragitur 15. diebus. A Copto Camelis itur aquationũ ratione mãſionibus diſpoſitis. Prima appellatur Hydreũ 32. Secunda in monte diei itinere. Tertia in altero hydreumate à Copto 95. Deinde monte. Mox ad Hydreum Apollinis à Copto clxxxiiij. milia paſſus. Rurſus in monte mox ad nouũ Hydreum à Copto ccxxxiij. paſſus. Eſt & aliud Hydreum uetus, Troglodyticum nominatur, ubi præſidium excubat diuerticulo duum milium. Diſtat à nouo Hydreumate quatuor milia paſſ. Inde Berenice oppidũ, ubi portus Rubri maris à Copto cclviij. paſſus. Sed quia maior pars itineris conficitur noctibus propter æſtus, & ſtatim die abſumuntur totum à Copto Berenicen iter duodecimo conficitur die. Nauigare incipiunt æſtate media ante canis ortum, aut ab exortu protinus. Veniuntq; circiter 30. die Ocelin Arabiæ, aut Canan thuriferæ regionis. Eſt & tertius portus qui uocatur Muza, quẽ Indica nauigatio non petit, nec niſi thuris odorumq; Arabicorum mercatõres. Intus oppida regia eius, unũ appellatur Saphar, aliudq; Sabæ. Indos eũt petentibus utiliſſimũ eſt ab Oceli egredi. Inde uento Hipalo nauigant diebus xl. ad primũ emporium Indiæ. Muzirum non expetendũ propter uicinos Pyratas, qui obtinent locũ nomine Hydras, neq; eſt abundans mercibus. Præterea longè à terra abeſt nauiũ ſtatio, lintribus efferuntur onera quæ geruntur. Regnabat ibi cum proderem hæc, Celebothras. Alius utilior portus gentis Necanidõ, qui uocatur Becare. Ibi regnat Paridiõ, longè ab Emporio mediterraneo diſtante oppido, quod uocatur Moduſa. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Baracen conuehitur, uocant Cottonara, quæ omnia gentium, portuumue, aut oppidorum nomina apud neminem priorũ inueniuntur. Quo apparet mutari locorum ſtatus. Ex India renauigant Menſe Aegypto Tybi incipiente noſtro Decembri, aut utiq; Mechiris Aegypti intra diem ſextum, quod ſit intra Idus Ianuarias noſtras. Ita eueniт, ut eodẽ anno remeent. Nauigant aũt ex India uento Vulturno, & cum intrauere Rubrũ mare Africo, uel auſtro. e *Ocelis.*) Exemplaria ferme omnia Ocelia habent, ſed Ocelis (ut retulimus) legitur apud Plin. a *Monoxylis lintribus.*) Græci μονόξυλα nauigia ex uno ſolo ligno compacta uocitant ἀπὸ τοῦ

μόνυ solo,uel uno,καὶ ξύλυ ligno. b *Spatium Indiæ.*) De Indiæ ſpatio,& menſura uarias ſententias refert
Plinius cap.16.lib. ſexti,Mela Pomp.lib.3.dicit Indiam tantum ſpatium littoris occupare, quantum
per ſexaginta dies,noctesq́ue uelificantibus curſus eſt.Incertum apud Melam,an apud Plinium ſit In-
diæ longitudinis numerus deprauatus.Complures (inquit Plinius) totam Indiæ lõgitudinem qua-
draginta dierum,noctiumq́ue uelifico nauium curſu determinauere,cum ſexaginta dicit Mela Pom-
ponius.Sed nec multũ non omnino conuenire ſcriptores,quod ea regio longiſſimè abeſt,& à nõ multis ex noſtris uiſa,& ſiqui uiderunt non niſi partem uiderũt. Pleraq́ue autem narrant ex auditu. De Indis(inquit Procopius de bello Perſico li.primo) quod fabuloſa multa dicantur, quiſq́ue ſuo modo loquatur. Huc accedit,quod in mẽſuris eorum etiã locorum,in quibus degunt, ſæpius diſcrepant authores.

c *Hirſuti omnia.*) Plinius cap. 24. ſexti. A flumine Arbi promontorium ipſum inhabitãt, præter capita toto corpore hirti, corijſque piſcium ueſtiti. Plura Mela Pomp.lib 3. d *Chelonophagi.*) Teſtudiniuori,ſi uerbum uerbo reddas,Latinè dici poſſunt.Græci enim χελώνην teſtudinem,φάγον uoracem dicunt. Plinius cap.24. libri ſexti In Carmaniæ angulo ſunt Chelonophagi Teſtudinũ ſuperficie caſas tegentes, carne ueſcentes &c.De ijs populis plura Diodorus Siculus lib.4. Eſt & Chelonitis inſula ſic dicta, uel quod Teſtudinibus abũdet, uel quod eius incolæ Teſtudinibus uiuant. Plin.cap.28.li.ſexti.Sunt & apud nos homines,qui quorundam morborum curandorũ cauſa, Teſtudinum carne ueſcũtur interdum.

Proximum Indiæ emporium excipit Muzirum in- a
fame piraticis latronibus. Deinde per diuerſos
portus Cottonaræ ſucceditur,ad quam Monoxy-
lis lintribus [a] Piper conuehunt. Petentes Indiam
ante exortum Canis,aut protinus poſt exortum na- b
uigia media æſtate ſoluunt.Reuertentes renauigant
Decembri menſe. Secundus ex India uentus eſt
Vulturnus. At cum uentum eſt in Rubrum mare
aut Africus,aut Auſter uehunt. Spatiũ Indiæ [b] de- c
cies ſepties centena & quinquaginta milia paſſuum
proditur. At Carmaniæ centum milia, cuius pars
non caret uitibus. Præterea habet genus hominum,
qui non alia, quàm teſtudinis carne uiuunt,hirſuti d
[c] omnia facie tenus,quæ ſola leuis.Iidem corijs piſci
um ueſtiuntur Chelonophagi [d] cognominantur.

De Sinu Perſico atque Arabico. Deque Azanio mari. Cap. LXVIII.

IRrumpit hæc littora [e] Rubrum [f] mare,id- e
que in duos ſinus ſcinditur.Quorum qui ab
oriente eſt, Perſicus appellatur, quandoqui-
dem oram illam habitauere Perſidis populi, [g] uicies

e

IRrumpit hæc littora mare Rubrum.)
De utroque horum ſinuum Plinius cap.24.lib.ſexti.Sed in duos (inquit) diuiditur ſinus. Is qui ab
Oriente eſt,Perſicus appellatur xxv. Milia paſſ. circuitu,ut Eratoſthenes tradit. Ex aduerſo eſt Ara
bia,cuius xij.Milia paſſ.eſt longitudo.Rurſus altero ambitur ſinu Arabico nominato, Oceanum,qui
influit Azanium appellant &c.Similia ſcribit Pomponius lib.3.Qui picturis delectantur,adeant ſex
tam Aſiæ tabulam Claudij Ptolemæi.Perſes Medeæ filius fuit,authore Stephano,à quo & Perſia,&
Perſæ cognominati ſunt.Nec me fugit Herodot. ſcribere li.ſeptimo,Perſen Iouis,& Andromedes fu
iſſe filium,qui Perſiæ,& Perſis ipſis nomen dederit.Prius enim Perſæ tum Cephenes,tum Artei dice
bantur à Græcis. f *Rubrum mare.*) De mari rubro cap.46.ſuprà abunde diximus. g *Vicies & ſe-
xagies centena milia paſſuum.*) Quid de ſinus Perſici menſura tradat Plinius,in hoc capite retulimus à prin
cipio.Pomponius. Perſicus,qua mare accipit, utrinq́ue rectis lateribus grande oſtium quaſi ceruice
complectitur.Deinde terris in omnem partem uaſta,& æqua portione cædentibus magno littorum
orbe pelagus incingens,reddit formam capitis humani. h *Alter Arabicus uocatur.*) Idem Põponius.li.3.
eleganter Arabicũ ſinum exprimit.Arabici(inquit)& os arctius,& latitudo minor eſt, maior aliquan
to receſſus,& multò magis longa latera.Init penitus,introrſumq́ue dum Aegyptũ penè & montem Ara
biæ Caſium attingit,quodam faſtigio minus,ac minus latus,& quo magis penetrat,anguſtior. Diod.
Siculus lib.4. Arabici ſinus oſtia(inquit)patent ad oceanum,qui meridiem reſpicit,pluriũ ſtadiorum
longitudine

a & ſexagies centena milia paſſuum circuitu patens. Ex aduerſo unde Arabia eſt, alter Arabicus uocatur. [h] Oceanum uerò qui ibi influit, Azanium nominarunt. Carmaniæ Perſis annectitur, [a] quæ
b incipit ab inſula Aphrodiſia [b] uariarum opum diues, [c] translata quondam in Parthicum nomen, littore, quo occaſui obiacet porrecta [d] in milia paſſuum quinquaginta. Oppidum eius nobiliſſimum
c Suſa, [e] in quo templum Suſiæ Dianæ. [f] A Suſis Babytace [g] oppidum cxxxv. milibus paſſuum diſtat, in quo mortales uniuerſi odio auri coëmunt hoc genus metalli, & abijciunt in terrarum profunda,
d ne polluti uſu eius auaritia corrumpant æquitatē. Hinc inconſtantiſſimus [h] eſt terrarum modus, nec immeritò cum aliæ circa Perſida nationes Schœnis, [i] aliæ Paraſangis, aliæ incomperta diſciplina, terras metiantur, & incertam fidem faciat menſuræ ratio diſcors.

longitudine, quæ Arabiæ, Troglodytarumq́ finibus terminatur &c. Lege Plin. eo, quod modò citauimus capite. Itē Procopiū primo de bello Perſico uolumine. Scribit Arrianus geſto. ū Alexādri li 7. quoſdam exiſtimare, magnitudinē oræ Arabicæ haud minorē eſſe, q̄ Indiæ. a *Carmaniæ Perſis annectitur.*) Ptolemæus cap. 6. & 16. li. ſexti duplicē Carmaniā eſſe dicit. Carmania, ut li. 15. Strabo refert, ab Indi fluminis oſtio ultima eſt. At primū quidē eius promontoriū ad Auſtrum in mare magnum expoſitum eſt. Cum uerò Perſici ſinuos fecerit, ad promontorium felicis Arabiæ, quo in conſpectu eſt ſinum uerſus, inflectitur, quo uſq; Perſicæ coniungatur multumq́ in mediterraneam inter Gedroſiam, Parthiamq́ porrigitur. Oneſicritus ſcribit flumen eſſe in Carmania, quod auri ſtrigilem ferat. Item argenti foſſilis, & æris, & rubricæ minij uenam, & montes duos, alterum Arſenici, alterum Salis. b *Ab inſula Aphrodiſia.*) Græci ἀφροδίτην Venerem dicunt. ἀφροδίσιον Venereum. Nomen datum inſulæ, quod in ea Venus religioſiſſimè coleretur. Alio nomine hæc inſula κωλιὰς dicitur, quo nomine etiā Venerea ſignificatur, de qua Auienus. *Altaq; Coliados &c.*

c *Variarum opum diues.*) Multę ſunt Perſidis regiones. Ea quæ campeſtris, omnium ferax, & opima pecorum nutrix, fluminibus, & lacubus plena. De Perſicis diuitijs Auienus Dionyſij interpres.

Vita opulens genti, Gazas quoq; terra miniſtrat,
Omnibus & largum populis producitur æuum,
Diues in ijs mons eſt iam longi tempore ſæcli,
Ex quo Meonij bello triuere cruento.
Illidunt auro ueſtes, & cuncta teguntur
Auro membra uiris, auro ueſtigia condunt,
Tantus Perſarum diſſoluit pectora luxus.

Perſarum montes, ut in Sticho inquit Plautus, eſſe aurei perhibentur. Hinc prouerbium natū. Perſidis Gaza, pro ingētibus opibus, & diuitijs. Vtuntur eo Statius primo Syluarum, & Iuue. Satyra. 14. d *Porrecta in milia paſſuum D. L.*) Sic enim ex Plin. ca. 25. ſexti legendū eſt, cum Solini exemplaria paſſim habeant, in milia paſſuum quinquaginta. Inde (inquit) Perſidis initiū ad flumen Aroatim, quo diuiditur ab Elimaide. Ipſa Perſis aduerſus occaſum ſita obtinet littora. D. L. milia paſſ. in luxū diues, in Parthorū iampridē translata nomen. e *Oppidum Suſa.*) Hanc urbem authore Plinio cap. 27. lib. ſexti. Darius Hyſtapis filius cōdidit. Strabo aūt & Steph. ſcribūt eam conditā à Tithono Memnonis patre. Vnde urbs ipſa authore Herodoto li. 5. Memnonia dicta eſt, & arx eius Memnoniū, ut idē Strabo refert uolumine 15. Eius urbis ambitus centū & 20. ſtadiorū figura oblōga. In ea urbe, ut Plin & Marcellin. tradūt, uetus fuit Perſarū regio. Dicta aūt Suſa, ut Stephanus inquit, ἀπὸ τῶν κρίνων, hoc eſt, à lilijs, quorū eſt in ijs locis ingēs copia. Incolæ enim regionis eius Suſa lilia nuncupant. f *Suſiæ Dianæ.*) Plin. cap. 27. lib. 6. Amnis Euleus per Meſobatenē lapſus circuit arcem Suſorū, ac Dianæ templū auguſtiſſimum. Meminit etiam Martianus in 6. g *A Suſis Babytace oppidum &c.*) Tigris alueo oppidum eſt Babytace. Abeſt à Suſis cxxxv. mil. paſſuū. Ibi mortaliū ſoli aurum in odio cōtrahunt. Id defodiunt, ne quo cui ſit in uſu. Solini exemplaria ferè omnia habēt, cum Carbyle, tum Barbyte. Corrigendus Martiani codex in fine ſexti, ubi ſic legitur. Oppidū ibi (inquit) nobile Suſa. In quo tēplū Dianæ Suſæ iuxta Carbyle, ſiue Barbyrace in cxxx. milib. In qua ſunt homines, q aurū in ꝓfunda defodiūt ne cui ſit in uſu. Legendū enim eſt Dianæ Suſiæ iuxta Barbytacen cxxxv &c. h *Hinc inconſtantiſsimus eſt terrarum modus.*) Ex Plin. hæc. ca. 26. lib. 6. Euphrate (inquit) nauigari Babylonē, & Perſico mari. ccccxxij. mil. paſſ. tradūt Nearchus, & Oneſicritus. Qui uerò poſtea ſcripſere à Seleucia ccccxc. mil. Iuba à Babylone Characem clxxv. D. fluere, aliqui ultra Babylonē continuo alueo priuſq; diſtrahitur in irrigua lxxxvij. mil. Vniuerſo aūt curſu xi. mil. paſſ. Inconſtantiam

menſuræ

menſuræ diuerſitas authōrum facit, cum Perſæ quoque Schœnôs, & Paraſangas, alia menſura determinent. i *Schœnis.*) σχοῖνος inter ſignificata alia, menſuræ genus eſt, apud Græcos, quo terram metiuntur. Plurimum tamen in eius menſuræ quantitate ſunt authores diuerſi. Herodotus in Euterpe ſcribit Schœnum menſuram ſexaginta terræ ſtadia continere. Eius uerba ſunt. δύναται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια, ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐὸν αἰγύπτιον ἑξήκοντα στάδια. Paraſanges (inquit) conſtat tricenis, Schœni ſexagenis ſtadijs. Mos enim fuit apud Aegyptios, qui modicum terræ poſſiderent illam paſſibus metirentur. Qui minus inopes terræ erant, ſtadijs eam metiebantur. Qui multum terrarum habebant Paraſangis. Qui uerò plurimum eam ſanè Schœnis. Plinius capite 14. duodecimi naturalis hiſtoriæ Eratoſthenis ratione dicit Schœnum patere ſtadia xl. hoc eſt, paſſus quinque milia. Alij ſunt (inquit) qui uiginti duo ſtadia ſingulis Schœnis dedere. Mendum eſſe uidetur apud eum authorem cap. 10. libri quinti. Quo loco ſic paſſim ſcriptum eſt. Alij Schœnos in latitudinẽ patere quadraginta faciunt, Schœnũq; ſtadia triginta. Quid ſi ſic legas? Alij Scœnos quadraginta in latitudinem patere xl. faciunt, Schœnũ, Paraſangamq́; ſtadia triginta. Sunt qui ubique apud Plinium pro xl. lx. reponant, caracterum tantùm immutatione.

De Parthia & Cyri ſepulchro.
Cap. LXIX.

Parthia [a] quanta omnis eſt à meridie Rubrum mare, à Septentrione Hyrcanum ſalum claudit. Regna in ea [b] duodeuiginti diſſecantur in duas partes. Vndecim quæ dicuntur ſuperiora, incipiunt ab Armenico limite, & Caſpio litore porrecta ad terram Scytharum, quibus concorditer degunt. Reliqua ſeptem inferiora (ſic enim uocitant) habent ab ortu Arios, Arianosq;. Carmaniam à medio die. Medos ab occidui ſolis plaga. A ſeptentrione Hyrcanos. Ipſa autem [c] Media ab occaſu tranſuerſa utraque Parthiæ regna amplectitur. A ſeptentrione Armenia circũdatur. Ab ortu Caſpios uidet. A meridie

a *Parthia quanta omnis eſt.*) Parthi (inquit ex Trogo lib. 41. Iuſtinus) penes quos uelut diuiſione orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium eſt, Scytharum exules fuerũt. Hoc etiam ipſorum uocabulo manifeſtatur. Nam Scythico ſermone Parthi exules dicuntur. Hi & Aſſyriorum, & Medorum temporibus inter Orientales populos obſcuriſſimi fuere. Poſtea quoq; cum imperiũ Orientis à Medis ad Perſas translatum eſt, ueluti uulgus ſine nomine præda uictorum fuere. Poſtremo Macedonibus triũphato Oriente ſeruierunt, ut cuius mirũ uideatur, ad tãtam eos felicitatem per uirtutem profectos, ut imperent gentibus, ſub quarum imperium ueluti ſeruile uulgus fuerunt &c. Parthiæ ſitum deſcribit Ptolemæus cap. 5. ſexti quinta tabularũ Aſiæ. Parthia non multa eſt, quapropter Parthi cum Hyrcanis Perſice uiuebant, etiã multo pòſt tẽpore, q̃ Macedones imperarent. Ad paruitatem accedit, qđ nemoroſa eſt, montana atq; inops Qua propter eam reges curſu præteribant, cum regio ne minimã quidẽ exercitus partem alere poſſet. Nunc uerò aucta eſt. Nã Cameiſena, atq; Chorina, & tota ferè regio uſq; ad Caſpias portas, & Aragos, & Tapyros, q̃ prius Medorũ erant, Parthorũ ſunt. Ex Strabone lib. Geographiæ undecimo. b *Regna in ea duodeuiginti.*) Plin. cap. 25. lib. ſexti. Parthorum de imperio nunc paucis. Regna Parthorum duodeuiginti ſunt omnia. Ita enim diuidunt prouincias circa duo (ut diximus) maria, Rubrum à Meridie, Hyrcanum à Septentrione. Ex ijs undecim, quæ ſuperiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniæ, Caſpijsq; littoribus pertinent ad Scythas, cũ quibus ex æquo uiuunt. Reliqua ſeptem regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet, ſemp fuit Parthia in radicibus montiũ ſæpius dictorum, qui omnes eas gentes prætexerunt. Habet ab ortu Arios. A meridie Carmaniã, & Arianos. Ab occaſu Hiſpratitas, Medos. A Septẽtrione Hyrcanos undiq; deſertis cincta. c *Ipſa autem Media.*) Media ab occaſu tranſuerſa obliquè Parthiæ occurrens utraq; regna includit. Habet ipſa ab ortu Caſpios, & Parthos. A meridie Sitacenen, & Suſianen, & Perſida. Ab occaſu Adiabenen. A ſeptentrione Armeniam. Ex Plinio cap. 26. ſexti. Media eſt in partes duas diuiſa, quarum alterum maiorem uocãt, cuius Metropolis ſunt Ecbatana magna ciuitas, & Medici imperij caput, qua quondam etiam Parthi regia utuntur. Nam reges ibi æſtatem agunt. Frigida enim eſt Media. Hyemẽ uerò Seleuciæ, quæ ſecus Tigrim eſt propè Babylonẽ. Altera pars eſt Media Atropatia ab Atropate duce nominata. Ex Strabone 11. Geographiæ libro. Dicta autem Media à Medo Aegæi, & Medeę filio, qui poſt patris obitũ regno ſuccedẽs, & rex fuit egregius, & populos denominauit Medos.

Medos. Sunt qui Medum non Aegæi, ſed cuiuſdam Phœniceæ filium fuiſſe autument. Lege Diodorum Siculum libro quinto. Eadem undecimo Geographiæ libro Strabo refert. Mediæ ſitũ appingit Ptolemæus cap. 2. ſexti Aſiæ tabularum quinta. Medi fœdera ineunt feriendo brachia, qua illa humeris connectuntur, ac mutuum ſanguinem deligendo. Id Herodotus in Clio antea annotauit. A Medis diligenter ſeruatum, ut uxores plurimas quiſq; duceret. Rurſus eius regionis fœminis maritos plures duxiſſe ſumma laus. At uerò maritorum paucitas deforme habitum, ac non minimum infelicitatis genus. Miſerrimum ſi quinarium numerum non fuerint ſupergreſſæ. Ex Strabone hæc xi. ſuæ Geographiæ libro. Miſera omnino eius gẽtis ſors, quæ exiguæ uoluptatis cauſa, tot ſeſe uinculis alligari non horreat.

a Perſidem. Deinde tractus hic procedit uſque ad caſtellum, quod Magi obtinent Pſſargada [a] nomine. Hic Cyri ſepulchrum.

b

De Babylone. De Atlantico Oceano. De Gorgonum, ac Fortunatis inſulis. Cap. LXX.

c CHaldææ gentis caput [b] Babylon eſt, à Semiramide [c] condita tam nobilis, aut propter eam & Aſſyrij, & Meſopotamij in

a *Paſſargada.*) Omnia ferè Solini exemplaria habent Satarchida, uel Phylaſarchyda. In quibuſdam Sartachida reperitur. Nos autem ex ca. 26. ſexti Plinij, Paſſargada repoſuimus. Inde (inqt) ad orientem magi obtinẽt Paſſargada caſtellum, in quo Cyri ſepulchrum eſt. In Plinianis codicibus paſſim ſcriptum eſt, Paſſagarda, pro Paſſargada, id eſt, πασαργάδα ex Stephano, & Strabone. Scribit Strabo lib. 15. idcirco Cyrum regem Paſſargadas in honore habuiſſe, quod ibi Aſtyagem Medum ultimo prælio ſuperarit. Quo loco plura de Cyri ſepulchro refert. Fuiſſe autem in eo ſepulchro Perſicis literis, ut in fine ſexti geſtorum Alexãdri Arrianus, & idem Strabo ex Ariſtobuli ſententia tradunt, huiuſmodi Epitaphium. O mortalis, Cyrus ego ſum Cambyſæ filius, qui Perſarum regnum conſtitui, Aſiæ imperaui. Itaq; ne mihi ob hoc monumentum inuideas, rogo. Oneſicritus ait: turrim decem tabulatis excelſam fuiſſe, & in ſuperiori tabulato Cyrum iacere, cum Græco Epigrammate Perſicis etiam literis inſculpto.

Cyrus ego rex olim regum conditus hic ſum.

Cyri ſepulchrum Magnus Alexander aperiri iuſſit, in quo erat conditum eius corpus, cui dare uolebat Inferias. Auro, argentoq; repletum eſſe crediderat. Quippe ita fama Perſæ uulgauerant. Sed præter clypeum eius putrem, & arcus duos Scythicos, & acinacem, nihil reperit. Cæterum corona aurea impoſita amiculo, cui aſſueuerat ipſe, ſolium in quo corpus iacebat, uelauit. Miratus tanti nominis regem, tantis præditum opibus, haud precioſius ſepultum eſſe quaſi fuiſſet è plebe. Ex Curtio libro nono.

b CHaldææ gentis caput Babylon eſt.) Vrbẽ, quæ à Græcis & Latinis Babylon dicitur, Hebræi Babel nuncupant. Nomen ex eo ſumptum, quod in eo loco linguarum fuerit facta confuſio. Babel enim Hæbræi confuſionẽ dicunt. Erat Babylon ciuitas regni Nemrod, in qua eorũ, qui ædificauerũt turrim, diuiſæ ſunt linguæ, quorum principem Ioſephus fuiſſe Nemrod affirmat. Teſtemq; eius hiſtoriæ Sibyllam Græcam exhibens. Locus (inquit) in quo turrim ædificauerunt nunc appellatur Babylon, propter confuſionẽ ſermonis eorum, qui altiſſimã turrim omni ſtudio fabricabantur. Siquidẽ (inquit) Hebræi confuſionem Babel uocant. De hac turre, & diuerſitate linguarum ſcribit & Sibylla in hunc modũ. Cum omnes mortales una lingua uterẽtur, quidã ex ijs altiſſimã turrim ædificauerũt, cœlum per eam cupientes ſcandere, dij uerò turbines mittentes euertere turrim, & propriã, atq; diuerſam unicuiq; tribuit linguã. Vnde urbem quoq; contigit appellari Babylonem. Hæc ex ca. xi. Geneſeos, Ioſepho ca. 9. primi Antiquitatũ, Hieronymus in lib. de locis Hebraicis. Auguſtinus ca. 3. & 4. ſexti decimi de ciuitate dei. Euſebius cap 4. noni Præparationis. Plures ad idem aduocat authores.

c *A Semiramide condita.*) De prima Babylonis origine gentiles hiſtorici ab eccleſiaſticis plurimum diſcrepant. Communis eorum ſententia eſt fuiſſe Babylonem à Semiramide primum conſtructã. Diodorus Siculus lib. 3. Iuſtinus libro primo. Strabo lib. 16. Item cæteri. Ouid. 4. Metamorphoſeos. *Vbi dicitur altam*

Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.

Has contrarias opiniones concordat Beroſus lib. quinto. Belus (inquit) ſecundus Aſſyriorũ rex fundamenta deſignata Babyloniæ oppidi, magis, quã urbis erexit. Poſt Semiramis hanc urbẽ maximam ex oppido fecit, ut magis dici poſſit illam ædificaſſe, q̃ ampliaſſe. Idem ſcribit Archilochus de temporibus, & Auguſtinus ca. 2. decimioctaui Ciuitatis dei. Alexander Polyhiſtor Eupolemon ait dicere Babylonẽ urbẽ ab ijs conditã primum fuiſſe, qui à diluuio eua-

uio euaſerunt. Quos omnes (inquit) Gigantes fuiſſe conſtat, diſperſos per uniuerſam terrã poſtq̃ turris quã ædificabant, diuinitus cõcuſſa, decidit. Ex Euſeb. nono Præparationis Euangelicæ uolumine. Quæ de Babylone hoc loco Solinus refert, habentur omnia ex ca. 26. ſexti naturalis hiſtoriæ Caij Plinij. Babylon (inquit) Chaldæarum gentium caput, diu ſummã claritatem obtinuit in toto orbe. Propter quã reliqua pars Meſopotamiæ, Aſſyriæq; Babylonia appellata eſt. Semiramidẽ Dercetis deæ, & formoſi cuiuſdam adoleſcentis concubitu progenitam ferunt. Quamobrem pudore affectam matrem mox natam filiam, in loco quodam aſpero expoſuiſſe. Ibi diuino (ut creditur) nutu puellam à columbis rapto à proximis paſtoribus primum coagulato lacte, demum confecto caſeo nutritam. Eam à paſtoribus repertam Summæ cuidam paſtorum præſidi dono datam. Hic præſes liberis carens puellæ ueluti ex ſe genitæ, curam geſſit, exq; euentu Semiramidẽ uocitãs, quod Syrorũ lingua Semiramides columbæ dicãtur. At cum Semiramis mira pulchritudine adoleuiſſet, Memnoni Syriæ præfecto deſpõſata eſt. Demũ Ninus Aſſyriorũ rex in Bactrianos bellum gerens puellæ ortũ, pulchritudinem, uirtutemq; demiratus uxorẽ duxit. Ex qua Ninũ filium ſuſtulit. At cum Ninus maritus non diu poſt uita exceſſiſſet, coniugi Semiramidi Aſſyriorũ regnũ reliquit, qđ cõmunem filiũ ob adoleſcentiã nõdum tanto regno præeſſe poſſe cõſideret. Semiramis igitur ſe pro uxore Nini filium ſimulans, pro fœmina puerum. Erat enim tam matri, q̃ filio tum ſtatura, tũ uocis gracilitas, tũ demũ reliqua lineamẽtorũ qualitas omnino aſſimilis, annos duos & quadraginta aucto à ſe plurimũ regno præfuit. Hæc, ut Beroſus author eſt, anteceſſit militia, triumphis, diuitijs, uictorijs, & imperio, mortales omnes. Scribit Etheſias fuiſſe in Semiramidis exercitu cũ ea contra Indos bellũ gereret, militũ numerũ ter decies centena miliũ, equitũ milia quingenta. Currus ad milia centum. Fuiſſe præterea totidẽ numero homines ſupra Camelos cum gladijs cubitorũ quatuor. Ad poſtremũ (nam, ut inquit Flaccus, *Nihil eſt ab omni parte beatum*) quum concubitũ filij petijſſet, ab eodẽ dicitur interfecta, cum uixiſſet annos duos, & ſexaginta fœminarũ omniũ feliciſſima. Fuiſſe Semiramidis morem aiunt, ut eos ad concubitũ eligeret, qui forma, & decore cunctis præſtarent. Verũ peracta re, omnes, ne eius incontinentia notaretur, uita priuabat.

Babyloniæ nomen trãſierint. Vrbs eſt ſexaginta milia paſſuum ª circuitu patens, muris circumdata; quorum altitudo ducentos pedes detinet, latitudo quinquaginta, in ſingulos pedes ternis digitis ultra quam menſura noſtra eſt altioribus. Amne ᵇ interluitur Euphrate. Beli ibi Iouis templum, quem inuentorẽ cœleſtis diſciplinæ ᶜ tradidit etiam

a *Sexaginta milia paſſuum.*) Cum Solino in Babylonici ambitus magnitudine concordant Plinius, & Herodotus, cuius in Clio hæc uerba ſunt. Vrbs Babylon in ingenti planicie ſita eſt, forma quadrata. Magnitudine quoq; uerſus centenũ uicenum ſtadiorũ. In ſumma quadringentorum, & octoginta, in circuitu quatuor laterũ urbis. Tanta eſt Babylonici oppidi magnitudo. Strabo li. 16. multo aliter Babylon (inquit) in campo iacet, muri ambitũ habet ccclxxxv. ſtadiorũ. Eius craſſitudinem pedum xxxij. Altitudinẽ inter turres cubitorũ quinquagenũ. Turriũ ipſarum ſexagenũ. Viã ſuper mœnibus tam latã, ut quadrigæ occurrentes facile pertranſire poſſint. Vnde & hoc ex ſeptẽ ſpectaculis orbis unũ dicitur. Diod. Siculus lib 3. ait Babylonis mœnia ambitu ſtadia trecenta & ſexaginta cõplecti, frequentib. turribus, ac magnis. Fuiſſeq; tantã operũ magnificentiã, ut in muri latitudine ſex equorũ currus una prodire poſſent. Altitudinẽ incredibilẽ audientib. Etheſias Gnidius fuiſſe ait. Clitarchus, & qui cum Alexandro in Aſiã profecti ſunt, pedũ trecentorũ ſexaginta quinq; eã altitudinẽ eſſe ſcripſerũt. Sunt qui tradãt, quolibet anni die ſtadiũ muri abſolutũ, ut tot ſit ſtadiorũ circuitus, quot dies annũ cõficiunt. Hanc authorũ diuerſitatẽ natã aiunt, qđ non eadẽ ſit paſſim ſtadiorum quantitas. Q. Curtius lib. 5 niſi ſit codex deprauatus, ſcribit totius operis ambitũ ccclviij. ſtadia complecti.

b *Beli Iouis templum.*) De hoc Beli Iouis templo Plin. cap. 26. libri ſexti. Auienus Dionyſij interpres.

Qua ſunt flabra noti Babylon ſubducitur arce
Procera in nubes, hanc Priſca Semiramis urbem
Vallauit muris, quos non abſumere flammæ,
Non aries penetrare queat, ſtat maxima Beli
Aula, quoq; argento, domus Indo dente niteſcit,
Aurum tecta operit, ſola late contegit aurum.

Fuiſſe in urbe Babylone Beli Iouis puluinar, ad quod confugientes tuti erant, Herodotus retulit libro tertio. c *Inuentorem cœleſtis diſciplinæ.*) Plinius cap. 26. ſexti. Durat adhuc (inquit) in Babylone Iouis Beli templũ. Inuentor hic fuit Syderalis ſciẽtiæ. Capite autẽ 56. libri ſeptimi Aſtrologiã dicit reperiſſe Atlante Libyæ filiũ. Vt alij Aegyptios, ut alij Aſſyrios. Sunt qui Syderalis ſcientiæ inuentionem Phœnicibus tribuant. Interpres Dionyſij de Phœnicib. loquens,

loquens. *Et primi ſtellis numeros,nomenq; dedere.* Clemens, ut cap.ſecundo decimi Præparationis refert Euſebius,ſcribit Aſtrologiam primũ Chaldæos, Aegyptios deinde edidiſſe. Alexãder, cui Polyhiſtor cognomen fuit,in eo opere,qđ Iudaicã hiſtoriam inſcripſit, Polemi authoritate, ſcribit Habraam,qui decima poſt diluuiũ generatione in Camerine Babyloniæ urbe natus eſt,quiq; ſapientia omnibus excelluit,apud Chaldæos Aſtrologiam reperiſſe. Idem Euſebius cap.4.noni præparationis lib.

a ipſa religio, quæ deum credit. In æmulationem urbis huius Cteſiphontem Parthi a condiderunt. Tempus eſt ad oceani oras b reuerti repreſſo in Aethiopiam ſtylo. Namque ut Athlanticos æſtus ac

b cipere ab occidente,& Hiſpania iam dudum dixeramus,[c] ab his quoque partibus mundi, unde primũ Atlantici nomen induat exprimi par eſt. Pelagus Azanium uſque ad Aethiopum littora promouetur

Sunt qui eam inuentionẽ Mercurio Aegyptio tribuant. Hinc à Manilio primo Arſtronomicõ dictum eſt.

Tu princeps, authorq; ſacri Cyllenie tanti,
Per te iam cœlum terris,iam ſydera nota,

Idem ſcribunt primo & ſecundo uolumini b. Diodorus Siculus, & Strabo lib.ultimo. Non deſunt, qui id munus Aegyptijs ſacerdotibus aſcribendum cenſent.

Hi tãtũ nouere decus,primiq; per artem
Syderibus uidere uagis pendentia fata.
Singula nam proprio ſignarunt tempora caſu,
Longa per aſsiduas complexi ſæcula curas.
Naſcendi quæ cuiq; dies,quæ uitæ fuiſſet.
In quas fortunæ leges,quæq; hora ualeret.
Quantaq; quam parui facerent diſcrimina motus.

Beroſus lib.tertio Noam dicit docuiſſe homines aſtrorum curſus,annumq; diſtinxiſſe ad curſum ſolis,& duodecim menſes ad motũ lunæ. Qua ſcientia prædicebat illis,initio quid in anno,& cardinibus eius futurum contingeret. Non diuerſa ab ijs refert Ioſephus cap.8.primi Antiquitatũ li. Idẽ Ioſephus cap.4.primi Antiquitatũ Iudeorũ ſcribit Seth Adæ filium ꝗ plures egregios genuiſſe filios. Hos patris uirtutes imitatos,inter alia cœleſtiũ rerũ diſciplinã primitus inueniſſe. Res uetuſta nimis hanc authorũ diuerſitatẽ peperit. Vel, qđ placet magis Cæleſtiũ rerũ diſciplina ante uniuerſale diluuiũ reperta,ab ijs,quos retulimus authoribus uarijs tẽporibus exculta,ꝑfectaq; eſt. Sed an ſit homini poſſibile ex ſyderũ quorundã cognitione,futura prædicere,non parua apud ſapientes diſſenſio. Aſſerũt Theologi ſimul omnes,eſſe dei propriũ futura noſſe. Eſſe inſuper homini à futurorum inueſtigatione omnino deſiſtendũ,monuit Chriſtus dominus cũ diſcipulis id ſcire petentibus ſic inquit. Non eſt ueſtrũ noſſe tẽpora,uel momenta,quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Non ſpernendũ Anaximenis ſeruæ dictũ. Cum enim is,ut conſueuerat,una cũ ancillula ſydera inſpecturus atria domus maturius exiuiſſet,immemor,ut ſeſe loci ſitus haberet. Dũ æthera ſecurus explorat,in ſubiectã foueam cecidit. Fertur ancilla ea dixiſſe domino. Miror(inquit)quanã ratione quæ in cœlo ſunt præſcire exiſtimes,quũ,quæ ſunt ante pedes nequeas præuidere? Pacuuius poeta in eos,qui ſoleant futura prædicere. Nam ſiq̃ui (inquit) quæ euentura ſunt,præuideãt,æquiparent Ioui. Non minus acutũ Accianũ illud Nihil (inquit) credo auguribus, qui aures uerbis diuitãt alienas,ſuas auro locupletent domos. Non minus elegãter,ꝗ docte Phauorinus Philoſophus diuinatores iſtos argumentis quibuſdã conuincere ſolitus eſt. Aut aduerſa (inquit) euentura dicunt, aut proſpera. Si dicunt proſpera,& fallunt,miſer fies fruſtra expectando. Si aduerſa dicunt,& mentiuntur miſer fies fruſtra timendo. Si uera reſpondent, eaq; ſunt non proſpera, iam inde ex animo miſer fies, antequã è fato fias. Si felicia promittunt,eaq; euentura ſunt,tum planè duo erunt incõmoda,& expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit,& futurum gaudij fructum ſpes tibi iam deflorauerit. Nullo igitur pacto utendum eſſe iſtiuſmodi hominibus res futuras præſagientibus. Retulit hæc uolumine.14. ſuarũ noctiũ prius Gellius. Plura de futurorũ cognitione retulimus locis alijs. a *Cteſiphontem Parthi condiderunt.)* Ex Plinio cap.26.lib.ſexti. Prope Seleuciã (inquit Strabo uolumine ſextodecimo) uicus maximus eſt nomine Cteſiphon,in quo Parthorũ reges hyemant; Seleuciæ parcentes ne à Scythia, & militari natione opprimerentur. Hic uicus ciuitatis potentiã, ac magnitudinẽ habet,adeo ut Parthorum multitudinẽ, & apparatũ omnem recipiat, ac uenalia,& neceſſaria artificia illis ſuppeditet. In eo Parthorũ reges in hyeme propter aëris temperiem degere ſolent,æſtate uerò in Hyrcania, & Ecbatanis agunt. b *Tempus eſt ad oceani oras.)* Expoſuit oceanum nauigabilem ferè totũ, præter eam eius partem,quæ inter Azanium,& Athlanticũ mare interiacet. Qua in parte Gorgades,& Fortunatę inſulę ſitæ ſunt. Ad eas igitur exponendas reuertendum eſſe ait. c *Dudum dixeramus.)* Capiti-

Aethiopicum ad Moſsylicum [a] promontorium, unde rurſus oceanus Athlanticus. Iuba igitur uniuerſæ partis, quam plurimi propter ſolis ardorem peruiam negauerunt, facta etiam uel gentium, uel inſularum commemoratione ad corfirmandæ fidei argumentum, omne illud mare ab India uſq; ad Gades uoluit intelligi nauigabile, Cori tamen flatibus, cuius ſpiritus præter Arabiam, Aegyptum, Mauritaniam euehere, quamuis queant claſſem, dummodo ab eo promontorio Indiæ curſus dirigatur, quod alij Lepten [b] acran, alij Drepanum nominauerunt. Addidit & ſtationum loca, & ſpatiorum modum. Nam ab Indica prominentia ad Malachum inſulã affirmant eſſe quindecies centena [c] milia paſſuum, à Malacho ad Sceneon ducenta xxv. milia. Inde ad Inſulam Sadanum centum quinquaginta milia. Sic confici ad [d] apertum mare decies octies centena & ſeptuagintaquinque milia. Idem opinioni plurimorum, qui ob ſolis flagrantiam, maximam partis iſtius regionem ferunt humano generi inacceſſam ſic reluctatur, ut mercantium ibi tranſitus [e] infeſtari ex Arabicis inſulis dicatur, quas Aſcitæ habent Arabes, quibus è re nata datum nomen. [f] Nam bubulis utribus contabulatas crates ſuperponunt, uectatiq; hoc ratis genere prætereuntes infeſtant ſagittis uenenatis. Habitari etiam [g] Aethiopiæ aduſta Tro-

bus 18.&16. a *Moſsylicum promontorium.*) Sic enim legẽdum eſt ex Plinio ca.29. ſexti naturalis hiſtoriæ. Oppidum (inquit) Gaza, promontoriũ, & portus Moſsylicus, quo Cinnamomũ deuehitur. Hucuſq; Seſoſtris exercitum duxit. Aliqui unũ Aethiopiæ oppidum altera ponunt in littore Baragaza. A Moſelite promontorio Atlanticũ mare incipere uult Iuba, præter Mauritanias ſuas Gadis uſq; nauigandum Coro, cuius tota ſententia hoc in loco ſubtrahenda non eſt. A promontorio Indorũ, qđ uocatur Lepte acra, ab alijs Drepanũ, proponit recto curſu præter exuſta, & Malacho inſula. xv. milia paſſuum eſſe. Inde ad locũ quem uocant Sceneos. ccxxv. mil. Inde ad inſulam Sadanum cl. mil. paſſ. Sic fieri ad apertum mare. xviij. lxxxv. mili paſſuum. Reliqui omnes propter ſolis ardorem nauigare poſſe non putauerunt. Moſsylicus promontorium Ptolemæo Moſſylos dicitur b *Lepten acran.*) Promõtorium gracile ea uox ſignificat. c *Quindecies centena mil. paſſuum.*) xv. milia paſſ. paſsim legitur apud Plinium. Quid ſi ſic etiam legerimus locum Plinij xv. c. milia paſſuum. Id eſt. Quindecies centena milia paſſuum. d *Sic confici ad apertum mare decies octies centena, & ſeptuagintaquinque milia.*) Multò aliter hunc numerum, ut adduximus, reperies Apud Plinium. Sed forſitan a Plinio ſic ſcriptũ fuerat. xviij. clxxv. Sed hæc prudentis lectoris iudicio relinquimus. Diuerſitas hæc fuit fortaſsis in cauſa, ut huius menſuræ non meminerit Martianus. Cũ tamen in menſuris reddendis ſatis fuerit aliàs accuratus. e *Mercantium tranſitus.*) Quin & cõmercia ipſa, inquit Plinius, infeſtant ex inſulis Arabes Aſcitæ appellati, quoniam bubulos utres binos ſternentes ponte Pyraticam exercent ſagittis uenenatis. f *E re nata datum nomen.* Græci ἀσκὸν utrem dicunt. Inde Aſcitæ cognominati, quod utribus Pyraticam exerceant. Hós Ptolemæus cap. 7. ſexti in felice Arabia eſſe dicit. g *Habitari etiam addidit.*) Sic enim hunc locum reſtituimus, cum prius legeretur, tum addita, tum abdita. Addidit Iuba ſcilicet. Plinius cap. 29. libri ſexti. Gentes Troglodytarũ Iuba tradit Therothoas à uenatu dictos miræ uelocitatis, ſicut Ichthyophagos nantes ceu maris animalia. θηρατὴν Græci uenatorem dicunt. Videtur autem apud Plinium legendum Theratoas non Therothoas. De Ichthyophagis capite ſexageſimoſeptimo ſuprà diximus. De Troglodytis capite quadrageſimoprimo, & quadrageſimoquarto. Diſputat Albertus cap. ſeptimo primæ Diſtinctionis de natura locorum. Sit ne habitabilis quarta pars terræ, quæ eſt ab Aequinoctiali uſq; in polũ Auſtralem? Quo loco refert Ariſto. & Auerrois opinionem, cui aſſentitur & ipſe, aliquam ſcilicet quartã partem, quæ eſt ultra Aequinoctialem nedum eſſe ſecundum naturam habitabilẽ, ſed habitatam quidem. h *Gorgones inſulæ.*) Gorgonibus ab horrendo aſpectu, & uelocitate nomen inditum. Græci enim γοργὸν, tum terribilem, tum uelocem dicunt. Gorgones monſtris perniciſsimis non abſimiles,

a gloditarum, & Ichtyophagorum nationibus, quorum Troglodytæ tanta pernicitate pollent, ut feras quas ſagittant, ipſi curſibus perſequantur. Ichtyophagi non ſecus quàm marinæ beluæ nando in
b aqua ualent. Ita exquiſito Athlantico mari uſque occaſum etiam Gorgonum meminit inſularum. Gorgones inſulæ[h] ut accepimus obuerſæ ſunt promontorio, quod uocamus Heſperionceras.[a] Has incolue
c runt Gorgones monſtra, & ſanè adhuc monſtruoſa gens habitat. Diſtant à continenti bidui nauigatione. Prodidit denique Xenophon Lampſacenus Hannonem Pœnorum regem in eas permeauiſſe,
e repertaſq; ibi fœminas aliti pernicitate, atque ex omnibus, quæ apparuerunt duas captas tam hirto, atque aſpero corpore, ut ad argumentum ſpectandæ rei duarum cutes miraculi gratia inter donaria Iuno
d nis ſuſpẽderit, que durauere uſq; in tempora excidij

occidentem uerſus in extremis ōrbis finibus habitaſſe cōſtans eſt authōrum ſententia. Aduerſus has Perſeus eximia fortitudine præſtans non paruo diſcrimine bellum geſſit. Meminerunt Gorgonũ Heſiodus in Theogonia. Ouidius quarto Meta. Lucanus in nono. Diodo. Siculus libro quarto. Tarręas in prouerbiorũ Collectaneis prouerbio ἄιδος κυνὴ, Plutonis galea. Itẽ puerbio. γοργόνα περσεὺς ἐχειρώσατο, Gorgona Perſeus apprehendit. Fuerunt autem Phorci filiæ numero tres. Vnde & Phorcydes à patre cognominatæ ſunt. Earum nomina, ut canit Heſiodus ſunt.

Euriale, Sthenoq; potens, multiſq; Meduſa Nota malis, mortem ſola eſt hæc paſſa ſororum.

Meduſæ caput habuiſſe in pectore Mineruam icc irco fictum eſt, quoniam in pectore prudentia omnis ſit. Prudentia autem confundit ſe carentes alios, & imperitos, ac ſaxeos comprobat. Gorgones, cum ſæpe uicinis Athlantibus bellum intuliſſent, ad poſtremũ tandem à Myrina Amazonum regina Athlantidum gratia precibuſq; impulſa uictæ, ac penitus deletæ narrantur. Author Diod. Siculus libro quarto. a *Heſperionceras.*) Quaſi occidentale cornu dicas. Vel, ut capite ſexto quarti Ptolemæus ait, Heſperi cornu. ἀπὸ τοῦ ἑσπερίου occidentali, καὶ κέρατος cornu. Plinius cap. 31. libri ſexti. Ab ea (inquit) quinque dierum nauigatione ſolitudines ad Aethiopas Heſperios, & promontorium, quod uocamus Heſperionceras. Inde primũ circumagente ſe terrarum fronte, in occaſum. ac mare Athlanticũ contra hoc quoq; promontoriũ Gorgones inſulæ narrantur, Gorgonum quondam domus bidui nauigatione diſtantes à continenti, ut tradit Xenophon Lampſacenus. Penetrauit in eas Hanno Pœnorum imperator, prodidit hirta fœminarum corpora uiros pernicitate euaſiſſe. Duarũ quę Gorgonum cutes argumenti, & miraculi gratia in Iunonis templo poſuit ſpectatas uſq; ad Carthaginem captã. b *Heſperidum inſulæ.*) Plinius cap. triceſimoprimo lib. ſexti. Vltra Gorgonas (inquit) etiamnũ duæ Heſperides inſulæ narrantur. Adeoq; omnia circa hæc incerta ſunt, ut Statius Seboſus à Gorgonũ inſulis prænauigatione Athlãtis dierũ quadraginta ad Heſperidũ inſulas curſum prodiderit, ab ijs Heſperiõceras unius. Meminit & Mela Pompo. in fine operis. De Heſperidibus ca. 37. ſuprà abunde diximus. c *Fortunatas contra læuam Mauritaniæ.*) Ex eo quidam nomen accepiſſe tradunt qđ cũ ſint aëre ſalubri, ſolo uberi, fructibus optimis abundãtes, uentis quoq; ſalubribus agitatæ, ſuos incolas felices, ac beatos aſsiduè reddant. Vnde nõ immeritò Fortunatæ appellatæ crædun tur. Fortunatæ inſulæ (inquit Mela Pomponius libro tertio) abundant ſua ſponte genitis, & ſubinde alijs ſuper alijs innaſcentibus, nihil ſollicitos alunt, beatius q̃ aliæ urbes excultæ. Harum inſularũ fertilitatẽ, rerumq; copiam eleganter cecinit

Flaccus Horatius.

Hos manet oceanus circumuagus arua beata
Petamus aura diuites & inſulas,
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret uſq; uinea,
Germinat & nunquam fallentes termes oliuæ,
Suamq; pulla ficus ornat arborem,
Mella caua manant ex ilice montibus altis
Leuis crepante Lympha deſilit pede,
Illic iniuſſæ ueniunt ad mulctra capellæ
Refertq; tenta grex amicus ubera,
Nec ueſpertinus circumgemit urſus ouile,
Nec intumeſcit alta uiperis humus &c.

Sextadecima Epodon. Mira de quadam inſula, & ſeptem alijs ſibi adiacentibus ſcribit Diodōrus Siculus in fine tertij. Apud has inſulas credũt Homerũ, & Heſiodũ, & poſt eos poëtas alios, Elyſios poſuiſſe campos, lege Strabonẽ primo. & tertio Geographiæ libro. Plautus in Trinũmo. Sicut Fortunatorũ memorant inſulas, quo cuncti, qui ætatẽ egerunt, caſtè conueniant. Contra iſtoc detrudi maleficos æquũ uidetur, qui quidem iſtius ſint modi, hoſpitium eſt calamitatis. Quæ de Fortunatis inſulis

Carthaginenſis. Vltra Gorgonas [b] Heſperidum a
inſulæ ſicut Seboſus affirmat, dierum xl. nauiga-
tione in intimos maris ſinus receſſerunt. Fortuna-
tas contra læuam Mauritaniæ [c] tradunt iacere, quas
Iuba ſub meridie quidem ſitas, ſed proximas oc- b
caſui dicit. De harum nominibus expectari magnũ
mirum reor, [a] ſed infra famam uocabuli res eſt. In
prima earum, cui nomen eſt Ombrion, [b] ædificia
nec ſunt, nec fuerunt. Iuga montium ſtagnis ma- c
deſcunt. Ferulæ ibi ſurgunt [c] ad arboris magnitu-
dinem. Earum, quæ nigræ ſunt, expreſſæ liquo-
rem reddunt amariſsimum. Quæ candidæ aquas
reuomunt etiam potui accommodatas. Alteram in- d
ſulam Iunoniam [d] appellari ferunt, in qua pauxillę
ædes ignobiliter ad culmen faſtigiatæ. Tertia huic
proximat eodem nomine, [e] nuda omnia. Quarto
loco Capraria [f] appellatur enormibus lacertis plus e
quàm referta. Sequitur Niuaria [g] aëre nebuloſo, &
coacto, ac propterea ſemper niualis. Deinde Cana-
ria repleta canibus, forma etiam eminentiſsimis,
inde etiam duo exhibiti [h] Iubæ regi. In ea ædifi- f
ciorum durant ueſtigia. Auium magna copia, [i]
nemora pomifera, palmeta [K] Caryotas ferentia,
multa nux pinea, larga melle, amnes ſiluris [l] piſci-
bus abundantes. Perhibent etiam expui in eam un- g
doſo mari belluas, deinde cum monſtra illa putredi-
ne tabefacta ſunt, omnia illic infici tetro odore. Ideo-
que nõ penitus ad nuncupationẽ [m] ſuã congruere in-
ſularum qualitatem.

Solinus hac parte copioſius cap. 32. ſexti reperies apud Plinium. a *Expectari magnum mirum reor.*) Quippiam tanto nomini non indignum. Fortunatum enim id eſſe conſtat, cui fortunæ bona abunde ſuppetant. Hinc Prouerbio datum initium. Fortunæ filij. De his, quibus ad uota, cuncta ſuccedant. A natura ſiquidem gratæ parenti inſitum conſtat, *Conferat ut natis quanta habet ipſa bona.* Vtitur eo Hora. Satyra. 6. ſecundi Sermonum, & Iuuenalis Satyra rurſus ſexta. b *Cui nomen eſt Ombrion.*) Græci ὄμβριον pluuialem dicunt. Credibile enim eſt in hac inſula frequenter pluere, quod eius iuga montium ſtagnis madeſcant. Vbi enim ſtagnorum copia, ibidem nubes frequẽter cauſari uidemus. Pluuiam autẽ fieri Stoici autumãt, cum nubes in aquã conuertuntur, cumque ſiue ex terra, ſiue ex mari, ſiue ex aquis alijs ui ſolis ſurſum elatus humor, effectu caruerit. Similia prodidit Ariſtoteles in Meteoris. c *Ferulæ ibi ſurgunt.*) Plinius ait, arbores ſimiles ferulæ, ex quibus aqua (inquit) exprimitur. Ex nigris amara, ex cãdidioribus potui iucunda. De Ferulis Plinius capite 22. libri 13. d *Iunoniam.*) Nomen à Iunone, quam deam præ alijs uenerantur. e *Tertia huic proximat eodem nomine.*) Plinius, Ab ea in uicino eodem nomine minorem. Martianus hanc Fortunatarum tertiam Theodẽnominat. Niſi binomiam hanc eſſe dicamus. f *Capraria.*) A caprarum multitudine nomẽ putant inditũ. Sicut altera à canum copia, Canaria nuncupatur. De Lacertis plura expetens, adeas quæ notauimus apud Pliniũ. Lacertis Arabiæ cubitales. In India uerò in Nyſa monte, xxiiij. in longitudine pedum, colore fului, aut punicei, aut cærulæi. g *Niuaria.*) Pliniani codices plerumque, Ninguariam habent, Martianus, ut Solinus Niuariam, à niue ſcilicet, cuius ſit in ea ingẽs copia, denominatã. Sunt qui Ningariã nuncupent à ningendo. h *Duo exhibiti.*) Pli. ait. Ex quibus perducti ſunt à Iuba duo. Quin apparẽt ibi faſtigia ædificiorum. i *Auium magna copia.*) Plinius hæc, & ſequentia ijs uerbis explicat. Cum autem (inquit) copia omnes pomorum, & auium omnis generis abundent, hanc & palmetis Caryotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Eſſe copiam quoque mellis. Papyrum quoque, & Siluros in amnibus gigni. Infeſtari eas beluis, quæ expellantur aſsiduè putreſcentibus. K *Palmaria Caryotas ferentia.*) Hæc, & ſequentia Canariæ Plinius tribuit, ante dicta uerò huic, & alijs. Martianus Solino omnino conformis. Omnes (inquit) auibus plenæ, nemoroſæ, palmiferæ, nuce pinea, mellis copia, amnibus, ac Siluris piſcibus, abundantes. l *Siluris piſcibus.*) Sic enĩ legendum eſt, ut ex Plinio, & Martiano retulimus, & ſi Solini exemplaria omnia ferme ſic habeant. Amnes ſalubres, piſcibus abundantes. m *Ad nuncupationem ſuam congruere inſularum qualitatem.*) Suprà dixerat. De harum nominibus expectari magnum mirum reor, ſed infra famam uocabuli res eſt.

FINIS.

Typogra-

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Ne quid hic deſideres, amice lector, adiecimus præter Ioannis Cãmertis in Solinum hunc noſtrum Commentarios locupletiſsimos, Viri cuiuſdã docti doctiſsima Scholia, in ſeptẽ prima ſeſe mutuò ſequentia capita. Plura nacti, conſulere enim commoditati tuæ ſtudemus, plura dabimus. Nunc uale & fruere.

SCHOLIA In Authoris Epiſtolam.

VT de ipſo authore aliquid in mediũ proferamus, locus planè uidetur exigere, in ipſo adeò operis ipſius limine. Itaqꝫ quo tempore Solinus uixerit, incertum eſt. Quidam autumant eum ante Plinium uixiſſe, Pliniumqꝫ ſua, præſertim de animalibus, ex Solino ſumpſiſſe, quod tamẽ Hermolaus Barb. negat, eundẽ cum Martiano Capella ingratitudinis in Plinium accuſans, quod eidem non referant accepta, quæ ab ipſo uterqꝫ didicerit. Certum eſt autem uixiſſe Plinium temporibus Veſpaſiani, cui opus ſuũ naturalis Hiſtoriæ dicauit. Sequitur ergo ex Hermolai ſententia, Solinum poſt Veſpaſianũ & Plinium uixiſſe. Verba Hermolai Barbari require lib. 5. cap. 7. Plinij. Sed non alienum quoqꝫ fuerit Ioachimi Vadiani uiri doctiſſimi de Solino ſententiam hoc loco ſubiungere. Is igitur in Commentarijs ſuis in Pomp. Melam, in dictione Taurus: Nemo, inquit, de Tauro copioſius, elegantiusqꝫ Plinio, quem legito, & ſimiam eius Solinũ, in Ciliciæ deſcriptione, nam & hic author lectu digniſſimus eſt, non tam quòd rerum illuſtrium breue traxit è Plinio compendium, ꝙ quòd emunctę phraſis & appoſitæ in hoc ſcribendi genere dictionis author eſt. Nam res pleræqꝫ omnes quas tractat, Plinij laboribus debentur. Hæc ille. *Quoniam.*) Immaturã libelli editionem excuſat, quo à ſui perperã ſtudioſis quibuſdã, ſe ignorãte, nec dum editione cogitãte (extrema ſcilicet manu nondũ illi addita) interceptus in publicũ prodierit, unde & retractandum ſibi illũ, & emendatiorẽ fuiſſe edẽdum ait, ne rude & indigeſtum adhuc opus pro ſpectato ſeſe & abſoluto paſſim uenditaret. *Impatientiusqꝫ quã ſtudioſius.*) Formula loquendi Curtio familiaris. *Informitatis.*) Vetuſta aliquot exemplaria habent. Informationis, ſed melior uidetur hæc lectio. *Polyhiſtor.*) quaſi dicas, multarum rerum memorabilium commentarius. *Quæ improbauimus.*) Alibi legitur, Quæ probauimus, quod magis placet.

SCHOLIA In Cap. I.

HIc admonendum uidetur, exemplaria multùm uariare in Præfationis huius inſcriptione, alijs quidem Autij nomen, cui librum nuncupauit præferẽtibus: alijs planè omittentibus, ſolo Præfationis titulo appoſito. Rurſum in alijs pro Autio, Aduentum, & Auentinum legimus, q̃ ideò hic cõmemoranda duximus, ut quanta in reliquis, quod ad diligentẽ ueterũ exemplarium collationem attinet, induſtria uſi ſimus. Lectori cõſtaret. Alioqui de inſcriptione, cũ nihil uel de ipſo etiã authore certi extet, nimis curioſum eſſe, ridiculum fuerit. Cæterũ in Præfatione hac inſtitutũ ſuũ ac totius operis argumentũ exponit. *Cum & aurium.*) Beneuolentiam captat. *Liber eſt.*) Attentio cum docilitate. *Bracteas.*) Metaphora ab auri bracteis, unde bracteatum opus, & brachtearij, & ars bractearia dicitur, ſic autem uocat uerborum ornatum, & fucum orationis. *Fermentum cog.*) materiam, ſeu mixturam, quà rerum cognitio augeatur. translatio alienior paulò. *Ei ineſſe.*) Aliàs, eum eſſe. *Exquiſitis.*) id eſt ſelectis. Sic Plin. Exquiſitis authoribus centum, incluſimus triginta ſex uoluminibus. *Varietas.*) Hæc enim rerum omnium condimentum etiam prouerbio dicitur. *Exoticis.*) peregrinis. Sic Plautus exotica unguenta dixit. *De ſcriptoribus.*) Al. à ſcriptoribus. *Antiquitatis diligen.*) Idem Plin. lib. 23. C. 6. Non eſt ſatis mirari curam diligentiamqꝫ priſcorum, qui omnia ſcrutati, nihil intentatum reliquere, & lib. 25. cap. 1. Nihil ergo intentatum inexpertumqꝫ illis fuit, nihil deinde occultatum, quod non prodeſſe poſteris uellent. *Libret.*) expendas, eadem metaphora dixit, qua prius Examen. *Veſtig. uet. monetæ.*) id eſt, priſcorum autoritati innitentes. metaph. *Sicut ergo.*) Ratio, quare ab urbe Roma, quã aliunde incipere maluerit. *A cap. orbis.*) Ouid. Faſtor. 5.

Hic ubi nunc Roma eſt, orbis caput, &c.

Et Plin. terrarum caput uocat Romam. lib. 3. cap. 5. *In nouum præconium.*) Al. in nõuum uel ignotũ præconium. *Releg. tram. dec.*) hoc eſt, repetere quæ de urbe Roma omnibus paſſim authoribus celebrata ſunt. Verg. *Littoraqꝫ Epiri legimus.* De annalibus quid ab hiſtoria differant, uide apud Gell 5. ca. 18.

SCHOLIA In Cap. II.

V*Rbis Romæ uocab.*) Multa de urbis Romę nomine Plutarch. in Romuli uita, & Dionyſ. Halicarnaſſæus lib. 1. *Ab Euandro.*) De hoc antiquiſſimo Arcadiæ primùm pòſt uerò Italiæ rege, uide Verg. Aen. 8. Ouid. Faſt. 1. Iuſtin. lib. 45. Liuium Decad. 1. lib. 1. *Extructum antea.*) Halycarnaſſæus, Dio-

nyſius Euandrum ait primum extruxiſſe. *Romen*) robur ac potentiam Græcis ſignificat. *Quam Arcades.*) M. Varro de Ling. lat. lib. 1. ab arcendo dictam eſſe arcem inquit, eo quod hoſtes ab impetu arceat ac deterreat. *Quoniam.*) Quum legendum ex uetuſtis exemplaribus, non Quoniam. *Romæ nobiliſ.*) De hoc Fab. Pictor & C. Sempronius cap. 6. Vide etiam Plutarch. de uirtutibus mulierum. *Proprium Romæ nomen.*) Plin. lib. 3. C. 5. & lib. 28. C. 2. Plutarch. Problemat. 60. Macrob. Satur. 3. C. 9 Sempronius de diuiſione Italiæ. *Veruntamen uetitum.*) Veteres aliquot codices melius habent: Romæ nomen, uerũ magis, quod nunquam in uulgum uenit, ſed uetitum publicari, quandoquidem quo minus enunciaretur, &c. *Sacellum colitur.*) in templo Volupiæ. *Angeronæ.*) De hac dea Plin. lib. 3. ca. 5. Macrob. Satur. 1. C. 10. Dictam uolunt, quod angores & animi curas. Propitiata depellat, ſiue quia anginæ morbo mederi inuocata credebatur. *Obſignatoq; ore.*) Obſignationis huius cauſam aſſignat Macrob. loco iam citato. Vide & Prouerb. apud Eraſ. Digito compeſce labellum Pro eo autem quod hic legimus, Silentij ipſius, uetuſti codices habent, Silentij iſtius, ut ad ſilendum urbis nomen referri poſſit, quaſi ei arcano celando præeſſe hæc dea credita ſit. *Condita.*) aliàs legitur culta ſint, &, Quippe ante aram, &c. *Punito Caco.*) De hoc Ouid. Faſtor. 1. Verg. Aeneid. 8. Liu. dec. 1. lib. 1. Strabo li 5. licet fabuloſa eſſe dicat. De ara etiã Herculis, quæ Maxima dicta eſt, Macrob. Satur. ca. 6. *Salinæ.*) Locus fuit Romæ, ad portã Trigeminam. *Patri inuentori.*) hoc eſt Ioui, qui inuentor dictus, de quo Dionyſ. Halicarnaſſ. lege. *Tergemina nunc port.*) Ab Horatijs tergeminis, qui hac, cũ Curiatijs pugnaturi, agreſſi ſunt. Vide Liu. lib. 1. ab urb. cond. *Cælius.*) Vet. cod Gellius habent, & citatur ſane à Plinio ſæpiſſimè Cn. Gellius. *Tarchone.*) Tarchonte alij. *Venerat Marſ.*) alij miſſu Marſiæ regis. Alij, iuſſu. Et, ſocio Megalo Phrygi. *Vnde uenerat redijt.*) V. cod. Et unde uenerat redux, præſidijs &c. Cæterum hic Marſias dux Lydorum fuit. Plin. lib. 3. cap 12. Seruius ſcribit eum aulicũ, & familiarẽ Euãdro fuiſſe: Megalum autem Caco, ut patet. *Carmentis dicta.*) quod Carmine futura prædiceret. Ouid. Faſtor. 1.

Ipſa mone, quæ nomen habes à carmine dictum, &c.

Ab hac Carmentalia ſacra, & Carmentalis porta Romæ appellata. multa de hac Diodor. li. 5. & Dionyſ. lib. 1. *Auderet*) Alij, audet. *Bouicidijs*) A bouicida bouicidium dicitur, ut à parricida parricidium, meminit huius & Liu. lib. 1. & Feneſtella cap. 2. ubi multa de Potitijs & Pinarijs, erãt enim familiæ, quibus ab Hercule eius ſacrificia commiſſa fuerant, quarum tamen altera ob negligentiã reiecta eſt. Pro Potitios, ueteres aliquot codices Potitius legunt, & ſubiũgunt. Hoc ſacellum Herculis in Boario foro eſt, in quo argumenta & conuiuij, & maieſtatis ipſius remanent, nam diuinitus neque muſcis illò, neq; canibus ingreſſus eſt. Idem uerò teſtatur etiam Plin lib. 10. cap. 28. *Sacrificij libaret.*) Vet. cod. Sacrificulis daret. Sic Liu. Et populo uiſceratio data eſt à M. Flauio in funere matris, &c. *Myagrum.*) quaſi dicas, muſcis capiendis præſidem, quem deũ Plin. loco iam citato Achorem, li. autem 29 ca. 6. Myodem uocat. *Saturni ærarium.*) de Saturni æde, populi Rom. ærario à Publicola conſtituta, uide Plutarch. in eiuſdem uita, & Problemat. 41. Macrob. Satur. 1. ca. 8. *Cultorem reg. ill.*) hinc & Saturniam & Latium dictam tradunt. Ouidius Faſtorum 1.

Hac ego Saturnum memini tellure receptum,
Cœlitibus regnis ab Ioue pulſus erat.
Inde diu genti manſit Saturnia nomen.
Dicta fuit Latium terra latente deo.

Item &.) Al. Iidem &. *Saturnium*) Id'q; antè Herculis in Italiam aduentum, ut teſtatur Iuſtin. lib. 43. & Dionyſ. lib. 1. *Poſt Pand. uocata.*) Alij, poſtmodum Pandana uocitata eſt. Pandana autem, ut Feſtus ait, quod ſemper pateret. *Pars autem.*) Aliàs pars etiam. *Palanteum.*) quod Pallantium, & Pallantia, Dionyſio & Liuio. plura etiam Varro lib. 4. Et Verg. 8. Aeneid.

Arcades his oris, genus à Pallante profectum.
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti,
Delegere locum, & poſuere in montibus urbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.

Aborigines.) Primi Italiæ cultores, Vmbrorum proles, quorum reges Saturnus & Faunus memorãtur, author Cato in Originibus. dicti, quod ab his qui poſt fuerũt, originẽ duxerint. multa de his Dionyſius lib 1. Antiq. Ro. *Tyberis.*) donec factis Vertumno ſacris, in alueum ſuum uerteretur, ut Fab. Pictor ſcriptũ reliquit. *Reate.*) Sabinorum urbs. *A balatibus.*) Hinc Næuius Balatiũ appellauit, teſte Varrone. *Pale*) cuius ſacra Palilia dicebãtur. Verg. in Georg. *Te quoq; magna Pales.* *Palante.*) Feſt. Põp. Palanto eam uocat. *Augurio*) xij. uulturum ſcilicet quorũ augurio ſuperato Remo fratre Romulus urbi nomen impoſuit, ut Dionyſ. Liu. & Ouid. in Faſtis. *Rea Syl*) Eadem alijs etiam Ilia dicta eſt, de qua multa Eutrop. & Oroſius, præter cæteros. *Ro. quadrata*) τετράγωνος Plutarcho. uide Fab. Pictorem lib. 1. item Sempron. & Catonem in Originibus P. Victor quadratam Rom. in 10. urbis regione ponit. *Area Apollinis.*) de hac Beroald in 1. Eleg. Propert. lib. 4. *Tugur Fauſt.*) de hoc, & Romuli caſa, Dionyſ. & Sempron. xi. *Calend.*) Vide Ouid. Faſtor. 4. Dionyſ & Sempron. & Plutarch. in Rom. ubi &

de Tarun-

de Taruntio. *Hora poſt ſec.*) V.C. Horam poſt ſecundam. *Ioue in piſcib.*) Locum hũc Solini falſum eſſe ſatis indicat, quod fieri nulla ratione poteſt, ut Sole in Tauro exiſtente, Mercurius aut Venus in Scorpione ſint. Cauſa eſt, quod Plinius authoritate cap. 17. lib. 2. Veneris ſtella nunquam longius 47. partibus, Mercurius autem nunquam longius 20. partibus à Sole abſcedāt. Dato igitur, quod in Scorpione tamen fuerint, conſequens erit, ut Soli poſſint opponi, quod nulla prorſus ratione poſſe contingere, uerba Plinij & Aſtronomorum authoritas abunde confirmat. Quantũ autem ad habitudinem attinet Planetarum, Iupiter in piſcibus propria domo ſtatutus, loco ſummam in rerbus ſpiritualibus authoritatem, & ſacrorũ ceremoniárumq́ peculiarem diligentiā indidit. Plura uide in cõmentarijs Vadiani ſuper Pomp. Melæ lib. 2. *Parilib.*) Plutarchus & Feſtus dicta Parilia (quæ & Palilia) tradunt, quod pro partu pecoris à paſtoribus celebrari ſolerent. de his Ouid. Faſt. 4. *A ſanguine purus.*) Idem Varro. *vij & xxx.*) Plutarch. 4 & 50. annos natum, 38. ſui regni anno è uita migraſſe ait. *Cenienſibus.*) Fuere hi ex Sabinis, Latio finitimi, qui unà cum Cruſtuminis & Antennatib. ob raptarum contumeliā primi contra Rom. arma ſumpſerunt. *Io. Feretrio.*) de hoc Iouis cognomine Plutarch. in Marcello & Romulo, & Propert. lib. 4. *Opima.*) ſic dicebantur propriè, quæ dux duci detraxiſſet. uide Varronem, & Alexand. ab Alex. lib. Genial. dierum 1. *De Veientibus poſtremo.*) Vet. cod. pro poſtremo habent Tertio.

Capreæ palud.) Ouid. Faſt. 2.

Eſt locus, antiqui Capreæ dixere paludem.

quo loco & Romuli apotheoſi, & lib. Metamorph. 14. *Nonis Quintilib.*) eum diem Plutarch. in Romuli uita, uulgi fugā, & Nonas Capratinas appellari tradit, idḗq; in Numa repetit. De morte aũt Romuli diſſentiunt authores, lege Liu. Dionyſ. Plutarch. D. Auguſt. de Ciuit. dei lib. 3. cap. 15. *Tatius.*) Sabinorũ rex. *Iun. Monetæ.*) à monendo dictæ, ut Cic. de diuin. li. 1. *A Laurent. interempt.*) De hoc Liu. Dionyſ. Plutarch. *vij. & xx. Olymp.*) Corruptus eſt hic locus, quem ex Dionyſio reſtituas licet. Obijt enim Tacius regni Romuli anno 28. Olympiadis autem tertiæ decimæ anno 4. *Numa.*) de hoc Plutarch. in eius uita, Dionyſ. lib. 2. Flor. lib. 1. cap. 2. *Aedem Veſtæ.*) Ouid. Faſt. 6.

Hic locus exiguus, qui ſuſtinet atria Veſtæ,
Tunc erat intonſi regia magna Numæ.)

Sub Ianiculo.) Idem Dionyſ. de Ianiculo autem Ouid. Faſt. 1. ſub Iani perſona,

Arx mea collis erat, quem uulgus nomine noſtro
Nuncupat, hæc ætas Ianiculumq́; uocat.

Tull. Hoſt.) 3. Rom. rex. de quo Liu. lib. 1. Dionyſ. 3. Plutarch. in Numa. Flor. 1. ca. 3. *Velia.*) Cato de Originibus. Velliam uocat, alteram Palatini partem, à uellenda lana. idem Varr. li. 4. & Fab. Pictor li. 2. Verũ ex Liuio, In Cœlio fortè legendum eſt. *V & XXX.*) V.C. v. & xl. *Anc Mart.* 4. Rom. rex, Numæ nepos, Flor. ca. 4. primi. *Sacra uia.*) à ſacro fœdere inter Rom. & Tatium in ea icto, ut Dionyſ. & Feſt. *Olymp. L. & xl.*) Vet. cod. 1. & L. *Tarquin. Priſc.*) 5. Rom. rex. de quo Plutarch. in Publicola. Flor. 5. 1. & alij. *Mugonid.*) Mugioniam uocat Feſtus alio nomine Trigonia. *Ser. Tull.*) Dionyſ. lib. 4. Plin. 36. cap. 27. Flor. 6. 1. *Aeſquilijs.*) Idem Liu. dictus eſt hic mons alius Septiceps, & Ceſpius. *Vrbicum.*) Olbium alij. *Duas quadrag.*) V.C. duas & triginta. Liu. uerò & Dionyſ. annos 44. habent. *Tarq. Superb.*) Superbus ex factis, ut Liu. ait, dictus. ult. fuit Rom. rex. de quo Plutarch. in Public. Liu. 1. & 2. ab urb. cond. Flor. ca. 7. 1. Ouid. Faſt. 2. *Pullium.*) Alij Publium, & Fagutalem lucum. Fagutal autem, fagis conſitus locus, unde Iouis Fagutalis ſacellum. *Cincio Rom.*) De urbis natiuitate Sempron. eadem quæ hic Solin. ut inde trāſcripta uideantur. *Cert. Olympicum.*) Iphitus Braxonidis, ut ait Euſebius, & Hemonis filius fuit, quē Iphiclum alij uocant, is primā Olympiada inſtituit, ac Olympicum certamen inſtaurauit. de quo Diodor. lib. 6. Strab. lib. 8. Stat. Thebaid. 6. & eodem loco Lactant. *C. Pomp. Gallus.*) Horum conſulum meminit Tacit. lib. 12. *In qua regnatum.*) Annos regum & conſulum aduſq; tempora Cæſaris ſupputat Florus quoque in Epit. Ruff. Feſtus de Rom. Imperij acceſſione, & præter cæteros diligentiſſ. Euſebius. Porrò pro eo quod in alijs legebatur, annis ducentis quadraginta uno, expreſſè in ueteribus codicibus legimus quadraginta tribus, itaq; ita corrigendum hunc locum etiam ex Liuio & Dionyſio ſatis apparet.

Decemuiri.) Liu. lib. 3. anno urbis conditæ trecenteſimo altero creatos Decemuiros tradit. *Primũ Punicum.*) De hoc præter alios Gell. lib. 17. ca. ult. ubi annum 490. numerat. Veteres aliquot codices ccc. tantum, non cccc. habent. *Secundum.*) apud Liuium reperies annum 536. qui de hoc bello ſcribit tota Decade tertia. *Tertium.*) Florus ſexcenteſimum alterum habet. Epit. 49. Liuius tamen huic loco conſentit. plura Flor. lib. 2. cap. 15. *Sociale.*) aduerſus ſocios geſtum, uidelicet Hetruſcos, Latinos, Sabinos, atq; alios Latini nominis populos, id ceptum eſſe tradit Oroſius, anno 659. alij 663. aſſignāt. Codex uetuſtus habebat Dclxxij. Plura de hoc bello Appian. Flor. Eutrop. alij. *Hircium & Panſ.*) de his Sueton. in Auguſto, qui Auguſtum etiam 18. ætatis ſuæ annò principatum, & annò deinde ſecũdo, ætatis uerò ſuæ uiceſimo conſulatum inijſſe, author eſt, id quod hoc loco Solinus confundit. *Vigilantia.*) Idem Florus lib. 4. cap. 3. & plura de eo Tacitus, Sueton. Appian. Plinius 7. cap. 45.

SCHOLIA In Cap. III.

T*Vnc ergo primum.*) Hæc magna parte deſumpta ſunt ex Suetonio, Plutarch. in Cæſ. uita, & de placitis. Macrobio Som. lib. 2. ca. 11, & Satur. 1. cap. 12. & ſequenti. Plinio lib. 7. cap. 48. & lib. 18. cap. 25. Alexand Genial. dierum lib. 3. cap. 24. *Apud Aegypti.*) Plin. loco iam citato, Aegyptios ait annum habuiſſe triginta dierum, ad modum lunæ. Idem teſtatur Xenophon in Aequiuocis, & diuerſitatē illam totam explicat ex Varrone. Lactant. li. 2. Diuin. inſtit. ca. 13. *Acarnanas.*) qui & Curetes & Abantes dicti ſunt. uide Strab. li. 10. *A Martio.*) ex inſtituto Romuli, in Martis ſcilicet genitoris ſui honorē. Oui. Faſt. 1.

Tempora digereret cum conditor urbis, in anno
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo. &c.

Quintilis.) q̄a à Martio quintus eſſet, hic in honorē Iulij Cæſ. poſtea Iulius eſt appellatus. Idē Macrob. *Solennem circum.*) V. co. circuitum, non circū. *Sex menſes.*) nempe Aprilis, Iunius, Sextilis, Septēber Nouēber, Decēber. *Quatuor reliqui.*) Martius, Maius, Quintilis, October. Idē Cenſorinus ca. 15. *Explicarentur.*) V. C. expedirētur. *Vno die adiectis.*) V. C. auctis, non adiectis. *De ſex menſibus.*) In ueteri cod. deeſt præpoſitio De. *Et uni annexerunt.*) V. C. Et uno diebus adiunxerunt. *Temere annum diuiſum.*) V. C. Temere annum clauſum. *Trecenteſ. ſexageſ. diem.*) Vet. cod. cccxlv. diem. Macrob. Satur. 1. cap. 14. & Strabo idē de Aegyptijs libro 17. & Herod. 2. *Zodiacum.*) de Zodiaco in 12 partes diuiſo Macrob. Som. lib. 1. cap. 21. Latini Signiferum appellant. Vide Plin. 2. cap. 4. & 16. *Ianuarius dicatur propter pares.*) Vet. cod. & Ianuarius dicatur, & Martius propter pares. *Quem Pythagoras.*) de hoc Plin. lib. 28. ca. 4. Macrobius Som. 1. ca. 6. & lib. 2. cap. 2. *Quaſi abominoſus.*) V. C. quaſi omine odioſus. *Intercalabatur.*) hoc eſt, quaſi interuocabatur, ἀπὸ τ̃ καλεῖν, unde & Calendæ. hinc Intercalaris menſis dictus Februarius, cuius authorem fuiſſe Numam Plutarch. in eius uita teſtatur, eumq́ꝫ Romanis Mercedonium uocatum ait. *Nec unquam.*) V. C. nec uſquam. *Adæquatio.*) V. C. Peræquatio. *Græci ergo.*) Græci eos dies, quos annis ſingulis adimebant, & in nono anno interiectos intercalabant, exhæreſimos dixerunt, hoc eſt, ut Budæus interpretatur, exemptiles, quod eximi de certo anni mēſe ſolerent. *Quos emboliſmus.*) Macrob. Satur. 1. cap. 13. Hos dies inquit hyperbænontas, menſes uerò emboliſmus appellabant. *Publicanorum.*) ſic uocabātur, qui publica pop. Roman. uectigalia redimebant. *Cum hæc ſic forent.*) Quod in ſpacio 36. annorum 12. dies intercalauerint, cum nouem tantùm interſeri debuiſſent, ex eo prouenit, quod non rectè numerarunt. Nam annum poſtremum prioris quaternarij, quo intercalatio fiebat, adnumerarunt priori quaternario, quo factum eſt, ut in annū quenq́ꝫ tertium intercalatio interciderit, duodecim diebus inſertis, cum nouem ſuffeciſſent. *Pari modo.*) Plin. cap. 8. lib. 2. annum intercalarem quinario numero complectitur, priorem intercalarem ſequenti quaternario adnumerans: ſed male. nam à quarto in quartū exacta numeratio eſt. *Itaq; C. Cæſar.*) Satur. 1. cap. 14. *Quod deprehenſum.*) Vet. cod. Quod reprehēſum. Ergo à Cæſ. Dictatore ordinatum primo annum, poſteaq́ꝫ negligentia cōturbatum. Auguſtus ad priſtinam rationem redegit, ut Sueton. quoq; teſtatur, & Plutarch. in Cæſare. *Quid ultra nouenarios.*) Vet. Co. qui ultra nouem neceſſarios. *Verum & hoc.*) Ad calamitoſam Auguſti ſortem deflectit, ſumptū autem ex Plin. 7. cap. 45. Vide etiam Senec. in Conſol. ad Martiam cap. 15. *Philippenſis inde.*) V. C. Philippenſis habet, ut referri poſſit ad Antonij. quanq́ꝫ apud Plinium Philippenſi prælio legimus, de quo etiam Flor. lib. 4. cap. 6. Verùm de Antonio Philippenſi Sueton. in 2. tit. 13. Oroſ. cap. 16. *Proſcript. inuid.*) Flor. cap. 73. Sueton. tit. 28. 2. *Abdicat. Poſthumi.*) Suet. tit. 66. 2. Flor. ca. 4. *Naufrag. Sicula.*) Appian. lib. 4. & 5. Flor. 4. cap. 8. *Peruſina cura.*) Flor. 4. cap. 7. Appian. 5. de reliquis abunde Sueton. *Fames Italiæ.*) De hac & Horat. lib. 1. Carm. od. 21. de Apolline ſcribens:

Hic bellum lachrymoſum, hic miſeram famem,
Peſtemq́ꝫ à populo, & principe Cæſare
In Perſas atq; Britannos
Veſtra motus aget prece.

Illyrico.) Flor. 4. ca. 12. & Appia. in Illyrico. *Et Tyberij.*) V. co. copulā Et nō habet. quēadmodū etiā paulò antea, ꝓ eo qđ eſt De morte fil. in V. co. mortes filiorū legimus. *Penuria inſecuta.*) circa annū 49 impꝫij ſui, teſte Euſ. *Fauſta quædā.*) Idē Plin. 7. ca. 3. *Nilus.*) de huius fœcūditate etiā Strab. li. 5. & Pli. 5. ca. 9. & li. 9. ca. 58. *Hominum arua.*) mulierum uteros dicit, non intelligenti metaphora. *Cn. Pomp.*) Idē Plin. 7. ca. 3.

SCHOLIA In Cap. IIII.

DE hominis partu quædam traditurus, non ineptè etiā de menſtruo muliebri præmittit, de quo multa Plin. 7. cap. 38. & 28. ca. 7. ubi & de incommodis & remedijs menſtrui. *Mulier ſolū.*) Ariſtot. de Natura animalium 7. & Albert. de animal. 15. in ea quoq; ſunt ſentētia, ut exiſtimēt omni animal, quod ſibi gignit ſimile perfecta generatione, mēſtruale eſſe, cum fœtus intra uterum augeatur, qa ſi augeatur, neceſſario etiam nutritur, &c. *Lymphaticos.*) furioſos, quos νυμφόληπτος Græci uocant, hoc eſt, nympharum numine correptos. *Aſphaltites.*) de hoc infra cap. 48. *Sponte diſcerpitur.*) Vet. C. diſpergitur. *Id ſolum.*) V. Co. Illud in ſe ſolum. *Sidus Helenæ.*) Plin. diram ac minacem Helenam dici appellatam. lib. 2. cap. 37. *Quibus munus.*) Alij malunt, Quibus nimis eſt, ſed priorem lectionem conſtanter defendūt uetuſtiſſ. aliquot exēplaria. *In ſua lege.*) Eſt em̄ huius neceſſitas mulierib. omnib. q̄ſi lex iniūcta, ut ſingulis mēſib. ꝓfluuio purgētur, unde & mēſtruū latinis dictū, quemadmodum Græcis καταμήνιον

In æter-

In æternum ſteriles.) Ex Plin 7.cap.13. Sterilitatis autem uarias cauſas enumerat Plutarch. de Placit.5.ca. 9.& 13. *Poſt annum quinquageſ.*) Plin. eodem li. cap.14. *Maſinyſſa rex.*) De huius filij nomine, quodnam fuẽrit, authores uariant. Valerius quippe lib.8. cap.14. Methium, uel ut alij Cod. habent, Methymnum appellat, alij Methimathnum: Vet. aliquot codices, Mathumatimanum, uide Hermol. in ſecunda edit. Plin. ad finem ferè Gloſſematum. *LXXX. & ſextum.*) Vet.cod. habet lxx. & quintum. *Cato.*) Vide Plut. in eius uita. *Compertum & illud.*) Ex Plin.cap.11.lib.7. Ariſtot.lib. 7.cap.4.de natur. animal. Plauti Amphitryone, Diodoro initio 5. *Iphiclo.*) de hoc paulò ſupra, & mox ca.10. in Vet. C. Iphite legitur, & paulò poſt, Hic Iphites. *E duplici adulterio.*) eiuſdem aũt diei coitu. Plin. *Vtrunq; patri.*) alterum domino, alterum procuratori eius ſimilem. *Qui Sardin.*) lege Diodor. lib. 5. *Palantes.*) errantes. *Olbiam.*) de hac Strabo lib. 4. & 14. Stephanus huius nominis plures numerat. *Patrui.*) Herculis, fratris Iphicli. *Sternutatio.*) Plin. 7.cap. 6. Oſcitatio quidem, inquit, in enixu lethalis eſt, ſicut ſternuiſſe à coitu, abortiuum. Idem Hippocrat.5. Aphor.42. *Decimus à concep.*) Idem Plin. & Gell.3.cap.10.& 16. *Inter omnes.*) Medicos potiſſ. Aliter enim philoſophi, ut ex Plutarch. de Placit.5.ca.17. uidere eſt. *Corda primũ.*) Plin. 11. cap.37.& Lactant. de opif. dei cap.12. Ariſt. de nat. animal.17.& de part. animal.cap.3.& 4. Cic.2 de nat. d. *Deinde minui.*) Vet.cod. Dein minutas ex oſſibus ſpinas. *Pars alterutra.*) Alij malunt legere, parti alterutri, hoc eſt, aut cordi, aut ſpinæ. Idem Plin. loco iam citato. *Melior color.*) Ex Plin.7.cap 6. ferè ad uerbum. *Paritudo.*) Vet.cod. partitudo. *Motus eſt.*) Vet.c. mouetur. *Cum ſalſiores.*) Quia ſal inciſiuus eſt, & flegmaticam illam glutinoſamq́; materiam, unde ungues alimentum ſuum deberent ſuſcipere, abſumit. *Contra naturam.*) Ex Plin 7.cap.8. Ariſtot. item & Gell.16.cap.16. *Aegre parti.*) Gell. ex Varrone ab ægritudine & pedibus. *M. Agrippa.*) de hoc Verg. in fine 8. Aen. Horat. 1. Car. od.6. Eutrop.7. cap.2. *Retrouerſi ortus*) Vet. c. Præpoſteri ortus. Plin. Præpoſteri natalis augurium. *Corneliæ.*) Idem Plin. 7. cap.16. *Siniſtro.*) exitu. de hoc Plutarch. in Tib. & C. Gracchorum uita, & Flor. li.3. *Rurſus necatis.*) Plin. 7.ca.9. *Qui defuncta matre.*) uidetur hic deeſſe & copula, ut legatur. Et qui def parente. Quis autem hic fuerit, non nominat. Aliqui ad Africanum referunt, ſed malè, ut corrigit etiam Hermolaus in cap. 9. lib.7. Plinij. De ortu tamen Scipionis, cæſoq́; matris Pomponiæ utero, lege Silium lib.13. Sed & huc faciunt, quæ leguntur in Cõmentarijs Perſij Sat.1. ad locum, *Ne mihi Polydamas,* &c. Niſi fortè copulam transferre malis ad uerbum Primus, quod ſequitur, ut legas: Primusq́; Romanorum Cæſar, &c. *Cæſar dictus.*) alij à cæſarie malunt deducere, alij ad elephantem à C. Cæſaris auo occiſum referunt. *E geminis*) Plin.7.cap.10. *Abortiuo fluxu.*) Differt eiectio ab abortu, ſiquidem hic intra quadrageſimũ diem contingit, illa uerò non niſi grandioris fœtus eſt. *Vopiſcus.*) Plin.7.cap 10. *Quidam & cum dentibus.*) ex Plin.7.cap.16 *Rex Pruſias.*) Idem de miraculis Valer. lib.1.cap 6. *In uiris plures.* Idem ad uerbum Plin. *Kynodontas.*) hoc eſt, caninos dentes. Locus autem hic ex Plinio uidetur ita legendus: Quos Kynodontas uocant, quibus gemini prodeunt: &c. ita enim Plin. Quibus in dextra parte gemini ſupernè, à canibus cognominati, &c. Idem lib.11.cap.37. *Vagitus*) Ex Prologo libri.7, Plin. Lege etiam Alex. Aphrodiſ. problem.64. *Vnum nouimus.*) Plin.7.cap.19. Aug. de ciui. dei li.21. *Zoroaſtrem.*) Beroſus Noe filium facit, in ſacris literis Cham appellatum. Iuſtinus Bactrianorum regem fuiſſe ait, traditq́; de eo, quod primas artes magicas inuenerit, & mundi principia ſiderumq́; motus ſpectarit. de eodẽ Plin. quoq; plura lib.30. cap.1. *Auus eius.*) de utroq; Appian. in Parthico. *Agelaſtos.*) Alij ſemel tantùm riſiſſe tradũt, cum aſinum uidiſſet carduos comedentem, unde Prouerb. Similes habent labra lactucas. de hoc Cic. Tuſcul.6.lib.3.& de Finib.5. *Socratis.*) Idem de eo tradunt Laërtius quoq; & Plato, & pleriq; alij. *Heraclit. & Diog.*) de utroq; Laërtium uide *Concretis oſſibus.*) Idem Plin.7.cap.18 eos corneos appellans. *Antoniam Druſi.*) ſcilicet coniugem. *Lygdamus.*) Fortaſſis illum Syracuſanum intelligit, quem Valer. li.9. ca. 12. Polydamanta appellat. Et fuit ſanè facilis ex Polydamas in Lygdamus conuerſio. Lygdami tamen cuiuſdam mentio fit apud Herod. lib.1. Lucan.3. Tibul. & Propertium in 3.& 4. *Pancratij coronam*) Certaminis genus erat, quod aduocatis omnibus corporis uiribus, omniumq́; neruorum contentione tranſigebatur, ut elegantiſſ. in Pandect, Budæus exponit, & Beroald. apud Propertium. *Neruos facere.*) nam in his robur ſitum eſſe, apud omnes & Philoſophos & Medicos in cõfeſſo eſt, unde & prouerbiales hæ formulæ, Omnibus neruis, Neruos intendere, Expedire neruos &c. de quibus perdoctè Eraſ. in Chiliad. *Tritanum.*) ex Plin.7. cap.20. *Natura Samniten.*) Fortè melius, armatura Samniten. Plin. Samnitium armatura celebrem, &c. *Crate pectoris.*) thorace. *Milonem quoq;.*) de hoc etiam præter Plin. & miſerando eius interitu, Pauſan. & Herodot. lib.3. Strabo 6. Valer.9.cap.12. *Non grauatus.*) V. C. non grauatim: quod magis arridet. *Elog. extat.*) nimirũ in ænea eius ſtatua in Olympijs erecta, de qua Philoſtrat lib.4. de Vit. Apollonij. *Obijt.*) Alij legunt, quæ obiuit, ut ſemper uictorem eum ex certaminib. abijſſe intelligas. *Alectorius.*) de hoc Plin ca.10. lib.37. Alectorias, inqt, uocãt in uentriculis gallinaceorũ inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ: quib. Milonẽ Crotoniẽſem uſum, in certaminib. inuictum fuiſſe uideri uolũt. Ex quo Plinij loco hic fortè legendũ eſt: Sanè alectoria uſus traditur lapide, q, &c. *In modũ fabæ.*) V.C. fabæ modo, in gallinaceorũ, &c. *Tarquinij.*) Strabo Pythagoræ diſcipulũ etiam fuiſſe Milonem tradit, qui Pythagoras ipſe quoq; Tarquinij tempore floruit.

Scholia

SCHOLIA In Cap. V.

A*D ſimilitudinum cauſas.*) De his Plin.lib 7.cap.12.unde hæc pleraq; ſunt deſumpta,& Ariſt.de nat.animal.6.cap.7.& Problem.12.& 14.ſect.10. Lactant. de Op.d.c.12.Plutarch.de Placit.5.c.12. Lucret. lib.4. Valer.9.cap.5. *Vt in Byzantio.* Sunt qui legant, uelut in Byzantino nobili poeta. Sed Vet. Cod.habebat,uelut in Byzãtio nobilis pycta,ut facillima fuerit deprauãdæ uocis pycta,in poeta,occaſio. Cæterum Plinius quoq; Niceum nobilem pyctam Byzantij genitum, hũc uocat. Ariſto: tamen in Sicilia id contigiſſe refert. *Antiochum.*) Syriæ regem.de Artemone autem Valer 9.ca.14. ubi tamen Artemonem legere eſt. *Vibium.*) Tale quid etiam de Publicio libertino quodam Valerius & Plin.tradunt. *Armentarius.*) ſic uocatur qui armentis præeſt. Verg. *Armentarius Afer agit.* *Ex fece.*) quia hiſtrio. *Vterq; quod ſinguli.*) ut neutrum diſcernere ab altero facilè fuerit,id quod de Curione & Burbuleio quoque referunt Valer. & Plinius. *Trecentis ſeſtertijs.*) Plin.ducentis. *Fidem panderet.*)Forte legend. fraudem panderet. Sic etiam Plin. detecta fraude. *Nullis taxationibus.*) nullo precio. *Degeneri ſucceſsione.*)Eleganter id per quatuor ætates tam Græci quam Latini poëtæ expreſſerunt, & Plin.7. ca.16. Iuuenal.Sat.15.

Terra malos homines nunc educat, atq; puſillos.

Precioſum comprobauit.) Vet.C. precioſius probauit. *Diuerſit. ſeparatos.*) Vet.C. ſeparata, pluſquam geminos attuliſſet. *Septempedum.*) quem Gellius ex Varrone ſummum dicit eſſe adoleſcẽdi corporis humani modum. *Hercules.*) de huius ſtatura Gellius.1.ca.1. *Salluſtianorum.*) ſcilicet hortorum. *Aeuo iſto.*) Vet.C.iam æuo iſto. *Oreſtis ſuprema.*) Suprema uocat oſſa,quæ reliquiæ alijs dicuntur. De hoc Herod.1.& Gell.3.cap.10. *Arceſſunt in fidem.*) Vet. C, accerſunt.In fidem ueri hoc etiam recepe rũt,quod, &c. *Sublimitate.* Vet. C. ſublimitatis,ſed inceſſu tardum,ſenſu hebetem,&c. *Nam quantus manibus expanſ.*) Plin.7. ca.17. *Minorem mundum.*) microcoſmum.de quo Macrob.Som.2.ca.12.Lactant.2.cap.13. *Prona fœminarum.*) uelut pudori defunctarum parcente natura.Plin.

SCHOLIA In Cap. VI.

P*Almam.*) uictoriæ laudem, ab arboris palmæ ingenio,de quo Gell.3.ca.6.Plin.16.ca.42.Eraſ. in Chiliad. *Ladas.*) de hoc curſore Catul.ad Camerium.

Næ Ladas ego,pennipeſue Perſeus.

Meminit etiam Alexander Genial.d.2. ca.21.& Iuuenal.Sat.13. *Ad caprarios.*) Vet.ca. Ad caprariorum paſtus. *Philippides.*)Plin.7.cap.20. ſtadia numerat 1160. *Aniſtius.*) Alex. Antiſtis,& Aniſtis,& apud Plin. Caniſtius. *Vno die.*) nouem diei horis.Plin.2.ca.71. *Fonteio.*) Vet.c. Pompeio. *Octo amnes.*) Plin. nouem habet,& cucurriſſe xlv.mil. paſſuum. Cæterum puerũ hunc Martial.lib.4. Addã uocat. *Strabo.*) Plin.7. ca.21. Valer.tamen lib.1.ca.6. Lynceum hũc uocat,unde quoque prouerb.Lynceo perſpicatior. *Lilybitana.*) è Lilybeo Siciliæ promontorio. *Iliada Homeri.*) de hac Martial.in Xenijs. *Callicrates.*) Plin. eodem loco,& lib.36.ca.5.ad finem. *Bithiæ.*) Plin.7.ca. 2. *Haſque.*) Vet. C. eas in oculis. *Hæ ſunt & in Sardinia.*) Exemplaria manu ſcripta,quibus uetuſtiſſimis uſi ſumus, hæc uerba non habent, ut uериſimile ſit ab aliquo ſtudioſo in marginẽ fortè,ut fit,adiecta,in contextum poſtea irrepſiſſe. *L. Sicin. Dent.*) hic ob ſingularem fortitudinem Romanus Achilles eſt dictus, teſte Gellio li.2.cap.11.plura Plin.7.ca 28. & lib.22.ca.5.Valer.3.ca.2. *A Thermo.*) in Plinianis aliquot exemplaribus legitur A. Aeternio. Vet. uerò codex habet. A. Aterio.numeratur autem hic annus quo Sp. Tarpeius Capitolinus & A. Aternius Fontinalis Coſſ.fuerunt,ab urbe condita quidem trecenteſimus,ab exactis autem regibus quinquageſimus ſextus. *Aduerſ.cicatrices.*) antrorſum exceptas, Valer. *In tergo nullam.*) quod nũquam tergo hoſti obuertiſſet fugiendo. *Spolia.*) Vet.C.& ſpolia. *Trecenta duodecim.*)Non conſtabit hic numerus,niſi à Solino poſitis torques etiam addamus ex Plinio, quibus 83.donatum eum teſtatur,haſtis autem puris 18.phaleris 25. armillis 160.coronis 26.quæ omnia collecta numerum faciunt 312. quanquam hic Valerio quoq; cum Plinio non conuenit. *M.Sergius.*)ex Plin.7.ca.28.ferè ad uerbum. *Qua de cauſa ferream.*)Vet.C. Qua de cauſa poſtea manum ſibi ferream,&c. *Ni hæres.*) Vet.C.niſi hæres. Plin.niſi pronepos Catilina gratiam nomini derogaſſet. *Adoreas.*)tantas laudes,tantam gloriam.Plin.lib.18 ca.3.Gloriam deniq; ipſam è farris honore adoream appellabant. Ador autem farris genus,edor quondam appellatum,authore Feſto. Et Priſcis quidem temporibus militaria dona, quæ militibus fortem operam in bello nauantibus à duce dabantur,hemiæ uel quartarij farris erant. *Velut (Feſtus ait.)* Adoriam laudem ſiue gloriam dicebant,quia glorioſum eum putabant eſſe,qui farris copia abundaret. *Cæſar Dictator.*) Vide Plin.7.cap.25. Sueton.& Plutarch.in Cæſare. *Centum & nonaginta duo M.*) Vet. C. habet cxxxij. M. *Quinquagies & bis.*) Quinquagies tantum habet Plin. *Nouies & tricies.*) id eſt, undequadragies, Plin. de hoc autem uide Plutarch.in eius uita. Valer.multis locis,præcipuè autem lib.4.ca.1. Liu. Decad.3.nõ uno in loco. *Nullus celerius.*(Plin.Scribere & legere ſimul,dictare & audire ſolitum accepimus: epiſtolas uerò tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare,aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas,plura eo loco,& Gel.lib.17.cap.9.

SCHOLIA In Cap. VII.

C*Yrus.*) Ex. Plin. 7. ca. 24. hæc memoriæ exempla deſumpta ſunt. de Cyri autem memoria etiam Fab. 11. cap. 2. Valer. 8. ca. 7. *L. Scipio.*) Publij frater, Aſiaticu cognominatus. *Cyneas.*) Plutarch. in Pyrrho. Cic. Tuſcul. q. lib. 1. Seneca in prologo Declamat. *Ponticus.*) Ponti regionis Aſiæ, de quo plura Plin. 25. ca. 2. & Valer. loco iam citato. Gel. 17. cap. 17. Plut. in Lucul. *Memoriam ex.*) de hoc ad Heren. lib. 3. cap. 5. Fab. 11. Cic. de orat. 2. ad finem. Trapezont. Rhet. lib. 4. *Metrodorus.*) Idem Plin. & Cicero Tuſc. q. lib. 1. *Diogenis Cynici.*) Stoici fortè legend. qui & Babylonius eſt appellatus, Metrodori coætaneus, alius à Cynico, ut conſtat ex Laërtio lib. 6. & 10. item Gellius lib. 17. cap. ult. floruit uterq; Olympiad. 96. ut Euſeb. in Chron. *Qui lapide ict.*) Valer. lib. 1. cap. 8. Athenienſem hunc fuiſſe, uirum eruditiſſimum dicit. Simile de Georg. Trapezuntio uiro doctiſſ. traditur, omninm literarum Græcarum Latinarumq; in ſenio oblitum eſſe. *Meſſal. Coruin.*) De huius eloquentia, & in Ciceronem, unà cum Pollione æmulatione Fab. lib. 10. cap. 1. & lib. 12. ad finem, de qua tamen doctiſſimè, ut omnibus alijs Ioachimus Camerarius noſter, Commentariorum in primam Tuſculan. nunc primùm in lucem editorum lib. 2. diſſerit. *Inuicem metus.*) Vet. C. In uim uocis interdum eſt timor incitamentum, &c. quæ lectio magis placet. *Victor Cyrus.*) Eadem Gell. 5. cap. 9. ex Herodoti lib. 1. & Valer. 5. cap. 4. Iuſtin. 1. De alio autem Crœſi filio ſemeſtri locuto in crepundijs, meminit Plin. 11. cap. 51. *Cato princeps.*) ex Plin. 7. cap. 27. & Gell. 13. cap. 19. *Quadrag. & quater.*) Cel. Antiq. l. 6. cap. 36. *Verum Scipionis.*) Vet. C. Vnde Scipionis &c. *Aemiliani.*) filij Paul. Aemilij, ſed à Scipione Africano ſuperiore adoptati: unde & inferior Africanus dictus eſt, ab euerſa Carthagine, ut ille ſuperior capta, multa de huius uirtutibus Valerius lib. 2. & 8. *Naſica.*) Ex Plin. lib. 7. & cap. 34. *Quippe quod.*) Vet. Cod. Quippe quo. *Cum oraculum.*) Hiſtoriam habes apud. Liu. Decad. 3. li. 9. Valer. 8. cap. 16. Ouid Faſtor. 4. Silium 17. Feneſtell. 12. *Peſsmuntica.*) à Peſſinunte Phrygiæ oppido, ubi templum Cybeles erat celeberrimum, teſte Diodor. lib. 4. & Strabone lib. 10. *In famil. Curionum.*) Ex Plin. 7. cap. 41. *Percuſſ. Archilochi.*) Plin. 7. cap. 29. fuit autem hic Iambici carminis inuentor, de quo plura Fab. 10. & Horat.

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Deo arguente.) Vet. C. deo coarguente. *Lyſander.*) Idem eodem locō Plin. *Quis obiſſet diem.*) Vet. C. quo obiſſet die. *Supremis talibus.*) tanto funeri. *Pindarum.*) Idem de Simonide Valer. lib. 1. cap. ult. Fab. 11. Cic. de orat. lib. 2. Pindari autem familiæ & penatibus Alexandrum regem parci iuſſiſſe, cum Thebas caperet, Plin. eodem loco tradit. *Poſsidonij.*) ex Plin. 7. cap. 30. Ciceronis hic fuit præceptor, ut idem teſtatur de Fato, & Plutarch. in Cicer. *Ex more.*) de hoc more Alexand. Genial. d. 1. ca. 27. *Summiſsiſq;.*) Vet. C. demiſſiſq;. *Ianuæ literarum.*) id eſt, fores etiam tanti literarum profeſſoris libens ueneratus eſt. *Quinti Ennij.*) Hoc præter Plinium teſtatur etiam Ouid. de Arte 3.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.

Vticenſis Cato.) Plin. ad uerbum, eodem cap. 30. *Philoſophum.*) Athenodorum Cordilionem Stoicum, quem Pergami offenſum perſuaſit, ut ſe in caſtra ſequeretur. Vide Plutarch. in eius uita. *Alterum ex Cypria leg.*) de qua Flor. 3. cap 9. Porrò uet. c. alium legit, non alterum. *Quamuis proauus eius.*) Cato Cenſorius. idem autem Plutarch. in Cenſorio. V. Cod. autem pro quamuis, habet quamlibet. *Dionyſ. tyran.*) Idem Plutarch. in Platonis uita, & Laërtius. *Honoratus eſt.*) Vet. C. honorauit. *Socrati.*) Plin. 7. cap. 11. & 34. cap. 6. Valer. 3. cap. 4. Plato in Apolog. Laërt. in eius uita. *Metallorum d.*) Metellus Pius cognomento, quòd patri exulanti reditum impetraſſet. Valer. 5. & lib. 1. quanquam & de reliqua eius pietate Plin. quoque cap. 43. libri 7. & Ouid. Faſtor. 6. *Effulſit.*) V. C. refulſit. *Plebeia puerpera.*) Ex Plin. 7. cap. 36. à quo tamen Valer. diſſentit lib. 5. cap. 4. *Et factum & locum.*) V. C. & locum & factum. *Suo numini.*) V. C. ſuo nomini, pietatis ſacellum eſt. *Claudiæ.*) Plinus 7. cap. 35. Ouid. Faſtor. 4.

Claudia Quinta genus Clauſo referebat ab alto.

Hiſtoriæ autem huius authores ſuprà iudicauimus in Scip. Naſica. *Electa.*) V. C. delecta. *Simul Veneris.*) uerticordiæ nuncupatæ, quo uirginum & matronarum animus à libidine ad pudicitiam conuerteretur. Valer. 8. cap. 16. & Ouid. Faſt. 4. *Qui attingat.*) V. C. Quod attinet. *Et qui felix.*) Vet. C. non habet copulam Et. *Cor Sylla.*) Plin. 7. cap. 43. Plutarchus in eius uita, Valer. 6. cap. 9. *Quam fuerit.*) V. C. quam fuit. *Aglaum.*) De Aglao Pſophidio, Plin. 7. cap. 46. Valer. 7. cap. 1. *Terminis.*) V. C. terminos.

FINIS.

Nonnulla, quæ uariè apud Solinum legi poſſunt.

Suo quoq;, alia litera, ſuo quæq; 2.b.memoratu digna a.l. digna memorantur 2. c. quod in primis a. l. quod ante omnia dimittere in pectus tuum uelim 2.d.Quid enim afferre nouū poſſumus, quod proprium noſtrū eſſe poſſit 2. d. Valentiā Latinè nominatā 4.d.inclareſceret a. l. enunciaretur 5.b.Cæl. a. l. Gellius 6. b. Hoc ſacellū 7.b.cōuiuīj,& maieſtatis 7.c.Hidem & montē 7.d.quinto poſtq; 11. b.Sic inter 15.b. Auguſtus,& cōſul factus eſt 16. b. curſus annui 17.a.quia apud a. l. qui apud Aegyptios quatuor mēſibus terminabatur 17.b.ultra nouem neceſſarios 21.e.mortes filiorū 22.d.quibus nimis.Sunt qui legant minus,uel munus neceſſitatis huius 25.d.prius Romanorū Cæſar. 30. a. conſueuiſſe 32. b. Nam in factum,uel ſic.Nam huic factum Elogium 33.b. Scripta quoq;, quæ ex antiquitate mo. acce. in fidem ueri,hoc etiā receperunt,quod bello Cretico &c.38.a.fluminū a.l.fructuum 38.a. inceſſu tardum,& ſenſu hebetem.38.c.Hæ ſunt & in Sardinia. Sunt codices, qui hanc clauſulam non habeāt 41.a.exeuntem claſſem punicam 40.c.Quod attinet ad titulū 50. b. nobilia pecuaria 52.c.Tepentes fontibus 52.c. perpetuo ſenatuſconſulto 63.e.filiumq; eius 64. b. inuidia ſcilicet a.l.inuidiæ ſcilicet 67,b. Cōgreges uolitāt 69.a.in ortū ſolis 69.d. obuerſus occaſui eſt 69.e.niſi,quod fretum 71.b.uocant aliæ 72.a, Ithaceſiā Vlyſſis,ut proditur,ſpeculā 72.a.is proximū in 74.c.aut molliunt,aut abolent 76. a.apices canicie perpetua brumalē detinent faciem 81.a. mixtis ignibus niues 80.b.aquæ proximauerit,83. d.per diuerſas officiorum,& nominū ſpecies 84.c.ſi ſacrum probatur 85.b. in triduo portendant 87.b. ſuopte incendio 88.b. inuiſus a.l.inuius 89.d.Eſt & Tænaron promon.89.d. aſperis ſurculorum 97. c. obtectu a.l.obiectu. 98. d. Meridiana Theſſali,& Epirotæ 102. c.quæ ſeptentrione tūditur 101. d. Orpheo uate inter principes iudicatur,quē &c,111.c. Tunc cōtendunt 114.a.ſunt pennæ 131.Simones nominantur 132. c. celerius hauriunt 132.terminus inferatur,ubi 136.b.obiacet Orienti 138.d.& aſtu,quantalibet fuga,&c.150.a. inundationem,& eliquia 152.b.uertant 154.c.perſequemur 155. e.pro ætate ramulos 156. e. nox degat, & denſet &c.159.a.ibi etiam natam 160. e. accōmodæ 162 a.inſula qualibet 164.c. ut niſu,& pondere attritos 187. c. Elephantis copioſior, ut aiunt, & frigidior 187. d. præpinguibus 193. a. faculis 197. c. lucus uiret.206.à ſub cœlo 210. c. glaciali algore inhorreſcat 212. a. hæc diſſoluta compendio 212. e.filīj matres 214. b. uſtiq; undiq; 224. c.miſceri ſolent 226. b. pingi 226.c. interamnia 228.a. Nigrim facit 229. c.ampliora eadem 229.c. è tenebris 229.c.quo Siris 230 c.& quo impenſius 232.a. Ita concurrente cōcordi 232. b. quem Apim 234.a.ſtatutum,cui ſpacium 234.a.incumbit 234.c.ingruētia bella nec 234.c.dat omnia manifeſta 234.c. proījciunt in Nili ſtatim,uel ſtantem gurgitem 235.b.fœtus promit 235.e.Sunt Delphines in Nilo,quorum 236.c.roſtro reſimo 237.d.Nam quæcunq; 238.b.ubi agmen 238.c. Nūc ab Aegypto a.l.Hinc ab Aegypto 241.d. ac furuo 242.d.proderet 244.c.è fruticibus 247. a. nulla uel animi 248.a.latitudine ſemipedem 251.b.qui præditi 251.c.oſſeis ſed in 253.d.quos ut animo 255.f. ortum ſupra 256.b. amnis terras contegens 257.a.remedījs bonis 259.a.quam iuxta 260.c. de naturis locorum perſcrutantur. Alias naturas locorum periclitantur 264.c.indagator 269.a .lancināt 274.d. nocere 274.f. aiunt pertēdere 277.b.ſed pro illa aut minuatur,aut creſcat 278.c.ſic enim ante 281.d.uelut qui uic.282.b.in pænalib. 284. c. faſtigījs hiſpida turgeſcat,Malum 285.a.dein ſpacia 291.a.uice hyemis,& æſtatis potitur auris 293. a. ad uiuendi rationem exactior,cura eſt 300. c. modulos tibiarumq; concentus 302.c. At qui ex ipſa 309.b.ſyluas has gignit 310. a.Cuius æquitatis.319.d.ex margaritis pōdus duarum librarū & ſemis ſextertio,&c.325.c.

ANNOTATIONUM IN LUCIUM FLORUM, IOANNIS

Camertis ordinis Minorum: Sacrarum literarum D. eximij Libellus.

Io. Camers.

Materiam libri pergis ſi noſcere paucis,
Scriptores Graios continet, & Latios.

Vadianus Lectori.

Syrmata non nulli, numeroſa dogmata uerrunt,
Si quando obſcuros diſſeruere locos.
Vndiq; conducunt libros, ſimul omnia uerſant,
Alteriuſq; ſibi nomen ab arte petunt.
Et (pudor) inſignes titulos, ac nomina mutant,
Vt furti crimen quod fateantur agant.
Manibus illa quidem eſt non parua iniuria functis
Si facis, ut iaceat uirq;, laborq; ſimul.
Non probo diſperſis tot commentaria uerbis,
Cum, quo ſuſtuleras, certior Autor erat.
Ipſe Camers uitreos hauſit qui fonte liquores
Caſtalidum, recto tramite ducit opus.
Ingenuè, quo quæq; legit, reperitq; fatetur,
Quodue alibi ſcriptum eſt, monſtrat & inſinuat.
Clara igitur qui geſta uirũ, qui tempora rerum
Noſſe uelit, paucis, hæc legat, & ſapiet.

Ioannes Camers Ordinis Minorum Sacræ paginæ D. Gulielmo Reichenbach. Legum Docto, Equiti aurato, ac Regio Conſiliario, Prætorijq; pręfecto. S. D.

FErunt Magnifice uir, ac bonarum literarum Mœcenas alter, Cadmũ Mileſium, primùm hiſtoriam reperiſſe, qui quantũ utilitatis, atq; uoluptatis ſtudioſis hominibus attulerit, nõ facilè dixerim. Pulchrum etenim eſt, ex aliorũ erratis, in melius inſtituere uitam noſtram. Et felix quem faciunt aliena pericula cautum. Id autem nõ commodius quàm ex uetuſtarum hiſtoriarum lectione, fieri certum eſt. Itaq; ut Dio. utar ſententia, ad uitæ omnium inſtitutionem, utiliſsima hiſtoria cenſenda eſt. Hæc ſiquidem rerum uariarum lectione iuniores antiquioribus æquat prudentia. Aetate maturis, rerum experimenta ſubminiſtrat. Priuatos homines, imperio dignos facit. Imperatores, ob perennem gloriam, ac immortale nomen, præclara concitat ad facinora. Milites pro cõſequẽda laude, ad ſubeũda pro patria pericula, efficit prõptiores. Improbos metu pœnę à malis facinoribus retrahit, & deterret, literarum pręterea monumentis, moti quidam ciuitates poſteris, & leges condidere. Definiunt hiſtoriam, cuſtodem eorũ quę cum uirtute acta ſunt, teſtem ſe malefactis, beneficãq; erga omne genus hominum ſe prębentẽ. Neq; eñ (ut inquit Lyricus) Si chartę ſileant quod benefeceris mercedẽ tuleris. Quid foret Iliæ, Mauortiſq; puer, ſi taciturnitas obſtaret meritis inuida Romuli? Hinc Diuum Maximilianum Cæſarem Auguſtiſsimũ meritò laudant, qui uel facit ipſe, quas poſteri legant hiſtorias, aut à priſcis editas aſsiduè lectitat. Interdum recitantes alios audit iucundiſsimè. Verum deterret ab hiſtoriarum ſtudijs interdũ nos earũ multitudo, atq; diſperſio. Sæpiſsime ab his nimia ſcriptorũ breuitate ſubducimur. Nec eñ à quouis legi poteſt pellibus exiguis arctatus Liuius ingens, Quẽ mea non totũ Bibliotheca capit. Florũ pręterea ꝓpter eius peculiarẽ, ꝗuis concinnã, breuitatem plærięq; negligunt. Suaſi igitur ab amicis, ad Flori claritatẽ, Appendicem quandã, unius menſis ocio, nomine tuo editam, publicauimus. Sit igitur hęc amoris erga noſtri patẽs inditiũ. Nec paruitas ipſa rei ſpernenda ſit. Nã Munera parua licet, ſummo ſunt grata Tonanti. Vale. No. Aug.

Lucii Flori geſtorum Romanorum epitomes Liber primus.

PROLOGVS.

1 POpulus Romanus à rege Romulo in Cæſarem Auguſtum ſeptingentos
2 per annos, tantum operum pace belloq; geſsit, ut ſi quis magnitudinem
imperij, cum annis conferat, ætatem ultrà putet, ita latè per orbem terrarũ
arma circũtulit, ut qui res eius legunt, non unius populi, ſed generis hu-
3 mani facta diſcant. Nam tot laboribus, periculiſq; iactatus eſt, ut ad conſti
tuendum eius imperium, contendiſſe uirtus, & fortuna uiderentur. Qua-
re cum præcipuè hoc quoque ſicut cętera, operæprecium ſit cognoſcere, tamen quia ipſa
ſibi obſtat magnitudo, rerũq; diuerſitas aciem intentionis abrumpit, faciã quod ſolent, qui
terrarum ſitus pingunt, in breui quaſi tabella totam eius imaginem amplectar, non nihil
ut ſpero in admirationis Principis populi collaturus, ſi pariter atq; in ſemet uniuerſam ma
4 gnitudinem eius oſtendero. Si quis ergo populum Ro. quaſi hominem cõſideret, totamq;
eius ætatem percenſeat, ut cœperit, utq; adoleuerit, ut quaſi ad quendam iuuentæ florem
5 peruenerit, ut poſtea uelut conſenuerit, quatuor gradus, proceſſuſq; eius inueniet. Prima
6 ætas ſub regibus fuit propè ccl. per annos, quibus circum ipſam matrem ſuam cum finiti-
7 mis luctatus eſt. Hęc erit eius infantia. Sequens à Bruto Collatinoq; conſulibus, in Appiũ
Claudium. Quintumq; Fuluium conſules. cc. annos habet, quibus Italiam ſubegit. Hoc
fuit tempus uiris armiſq; incitatiſsimum. Ideo quis adoleſcentiam dixerit De hinc ad Cæ-
ſarem Auguſtũ ccl. anni, quibus totum orbẽ pacauit. Hic iam ipſa iuuẽta imperij, & quaſi
quædã robuſta maturitas. A Cæſare Auguſto, in ſæculũ noſtrũ, ſunt non multò minus an
ni. cc. quibus inertia Cæſarum quaſi conſenuit, atq; decoxit, niſi quòd ſub Traiano princi-
pe mouet lacertos, & præter ſpem omnium ſenectus imperij quaſi reddita iuuentute,
reuireſcit.

1 INſtituerat florus Romanũ laudare impetiũ. Idcirco ipſum, in libri exordio, homini compa
rat. Vt.n. homo, qui animantium ſolus rationis, ac cogitationis particeps eſt, cæteris omni
bus præfertur animalibus: ita Ro. imperium, cæterarum gentiũ imperia, atq; res publicas
excelluit dignitate. Id docent paſſim omnes Liuius, Plin. Cicero, Solinus, Dionyſ. primo
antiquitatum Romanarum; Appianus in proæmio operis ſui, Strabo in 5. Trogus lib. 43.
Auguſtinus cap. 12. 5. Ciuitatis. Hinc eſt illud Marti. lib. 12. *Terrarum dea gentiumq; Rom, Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.* Plura ad idem Claudia. 3. de laudibus Stiliconis. & ibi. *Proximè dijs conſul.* &c. Ouidius 2. Faſtorum. *Gentibus eſt alijs tellus data limite certo: Romanæ ſpacium eſt urbis, & orbis idem.* Maro primo Aeneidos. *His ego nec metas. &c.* Propertius 22. tertij. *Omnia Romanæ cedent. &c.*

2 *A Romulo in Cæſarem Auguſtum. 700. per annos. &c.* Concordant ferè omnes, Iulium Cæſarem inter
fectum anno urbis conditæ. 709. uel 710. Lege Eutro. ca. 17. & Oroſium. cap. 16. 6. Eundem annorum nu
merum reddit ferè computatio Euſebij, & Dionyſij lib. 1. Ego (inquit) in Italiam traijciens, cum diſſo
lutum eſt ſub Cæſare Auguſto bellum ciuile, centeſima octogeſima ſeptima Olympiade. Hæc ille. Is
autem annus uidetur fuiſſe. 16 imperij Auguſti. Lege Oroſium. ca. 18. 6. Euſeb. lib. temporum dicit Au
guſtum Romano potitum imperio. Olym. 184.

3 *Nam tot laboribus. &c.* Vergilius primo Aeneid. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*
Hos labores, & pericula, in proceſſu Florus explicat.

4 *Siquis ergo populo. R. quaſi hominem. &c.* Seneca aliter diſtribuit per ætates, Lege apud Lactan. cap. 15.
7. Diuinarum inſtitutionum.

5 *Prima Aetas Sub Regibus. &c.* De annorum numero quibus Romæ regnatũ eſt uariæ ſunt ſcrip-
torum ſententiæ. Quidam regnatũ ibi aſſerunt annis. 240. Quidã. 241. nonnulli. 243. Alij. 244. lege Euſe.

lib.tẽporũ.Eutro ca.11.1.Oro ca.5.2.Ruffum de uita regia.Soli.c.2.Aug.ca.15.3.Ciuitatis dei. Quæ diſcor
dia fortaſsis ortum habet uel propter interregna,uel ꝑpter mẽſes qbus ſupra annos quidã ex 7.regi-
bus regnauerunt.
Prima ætas.&c.) De gradibus,ac numero ætatis humanę,nõ omnes idem ſentiunt. Varro quinq; 6
gradus æquabiliter putat eſſe diuiſos unũquẽq; ſcilicet præter extremũ in annos 15. Hippocrates me-
dicus in 7.gradus ætatum diſtribuit finem uitæ uniuſcuiuſq;. Solon aũt Philoſophus ꝑtes fecit decẽ.
Staſeas Peripateticus duos ad hos Solonis addit. Et ne cuncta recenſeam, lege hæc copioſè apud Cẽ
ſorinum cap.12.de die natali. Auguſtinum. ca.23.de Geneſi,& ca.ultimo.22.Ciuitatis dei. Faciunt quæ
ſcribit Plinius.ca.49.7. *Iam Appium Claudium.&c.)* Intelligit nõ Appiũ Claudiũ Cœcũ,de quo ca.18. 7
huius primi,ſed appium Claudium,cui cognomen Caudex de quo infra cap.2.lib.2. *Ducentos* 8
annos patet.) Dura,imò fortè nulla in his uerbis conſtructio. Idcircò legendum uidetur.cc.annis pa-
tet,uel per cc.annos patet. Aut ut quædã habẽt exẽplaria cc.annos habet,ut infra ca.6.2.in principio.
Non multò minus.cc.anni.&c.) Secundũ computationem Euſebij ab initio imperij Auguſti,uſq; ad fi- 9
nem imperij Traiani,ſunt ferè anni 178.& menſes 6. Bene igitur additur non multò minus. Quid ſi le-
gas mouit lacertos. Oro ca.7.7.Geſta Traiani lege in Panagyri.Plin.& Eutro cap 2.8.Oro ca.7.7. Sex.
Aurelius. Plura Marti. Epigram.6.7.18.10.

De Romulo primo Rom. Rege. cap. I.

PRimus ille & urbis, & imperij conditor Romulus fuit à Marte genitus,& Rhea Syl- 1
uia. Hoc de ſe Veſtæ ſacerdos grauida confeſſa eſt,nec mox fama dubitauit,cũ Amu 2
lij imperio abiectus in profluentem cum Remo fratre non potuit extingui. Siquidẽ
& Tyberinus amnem repreſsit,& relictis catulis lupa uagitum ſecuta,ubera admouit in-
fantibus,matremq; ſe geſsit. Sic repertos apud arborem Fauſtulus regis paſtor tulit in ca-
ſam,atq; educauit. Alba tunc erat Latio caput, Iuli opus,nam Lauinium patris Aeneæ cõ
tempſerat. Ab his Amulius iam ſeptima ſobole regnabat,fratre pulſo Numitore,cuius ex 3
filia Romulus. Igitur prima iuuentę face, patruum Amulium ab arce deturbat,auũ repo-
nit,ipſe fluminis amator,& montium,apud quos erat educatus,mœnia nouæ urbis agita-
bat. Gemini erant,uter auſpicaretur,& regeret adhibuere piacula. Remus montem Auẽ-
tinum,hic Palatinum occupauit. Prior ille ſex uultures,hic poſtea,ſed xij.uidit. Sic uictor 4
augurio,urbem excitat. Plenus ſpei bellatricem fore,ita illi,aſuetæ ſanguini,& prędę aues
pollicebantur. Ad tutelam nouæ urbis ſufficere uallum uidebatur, cuius dum irridet an-
guſtias Remus, idq; increpat ſaltu,dubium an iuſſu fratris occiſus eſt. Prima certè uicti- 5
ma fuit,munitionemq; urbis nouæ ſanguine ſuo conſecrauit. Imaginem urbis magis quã
urbem fecerat. Incolæ deerant. Erat in proximo lucus, hunc Aſylum facit, & ſtatim mira
uis hominum Latini, Tuſciq; paſtores,quidam & tranſmarini Phryges,qui ſub Aenea. Ar
cades, qui ſub Euandro duce influxerant. Ita ex uarijs quaſi elementis congregauit cor-
pus unum,populumq; Romanum ipſe fecit. Rex erat unius ætatis. Populus uirorũ. Itaq;
matrimonia à finitimis petita,qa nõ impetrabant,manu capta ſunt. Simulatis quippe ludis 6
equeſtribus,uirgines,quæ ad ſpectaculum uenerant prædæ fuere,& hæc ſtatim cauſa bel
lorum. Pulſi,fugatiq; Veientes. Ceninenſium captum ac dirutum eſt oppidum. Spolia in
ſuper opima de rege,Feretrio Ioui manibus ſuis rex reportauit. Sabinis proditæ portæ per 7
uirginem,nec dolo,ſed puella precium rei,quam gerebant in ſiniſtris petierat,dubium cly 8
peos,an armillas. Illi ut fidem ſoluerent, & ulciſcerentur, clypeis obruere. Ita admiſsis
intra mœnia hoſtibus, atrox in ipſo foro pugna, adeo ut Romulus Iouem oraret,ut fœ-
dam ſuorum fugam ſiſteret. Hic templum eſt (inquit) Stator Iupiter. Tandem ſæuienti- 9
bus,interuenere raptæ laceris comis. Sic pax facta cum Tatio,fœduſq; percuſſum,ſecuta-
que res mira dictu,ut relictis ſedibus ſuis nouam in urbem hoſtes demigrarent,& cum ge
neris ſuis auitas opes pro dote ſociarent. Auctis breui uiribus,hunc rex ſapientiſsimus ſta
tum reipub.impoſuit,ut iuuentus diuiſa per tribus in equis,& in armis ad ſubita bella ex-
cubaret. Cõſilium reipub,penes ſenes eſſet,qui ex authoritate patres,ob ætatem, ſenatus
uocabantur. His ita ordinatis,cum repẽte cõcionem haberet,ante urbem apud Capreæ pa
ludem,è conſpectu ablatus eſt. Diſcerptum aliqui à ſenatu putant ob aſperius ingeniũ,ſed 10
oborta tẽpeſtas,ſoliſq; defectio cõſecrationis ſpeciẽ prębuere. Cui mox Iulius Proculus
fidem

fidem fecit,uiſum à ſe Romulum affirmans,anguſtiore forma quàm fuiſſet,mandare præterea ut ſe pro numine acciperent. Quirinum in cœlo uocari placitum dijs,ita gentium imperio Roma potiretur.

Cap. I.

1 *Primus Ille. &c.* Vltra ea,quę de Romulo ſcribunt Liuius in 1. Iuſti. lib.43. Solinus in principio. Plin.minor cap.2.de uiris illuſtribus. Sex. Ruffus de uita regia. Eutro.ca.4.1. Oroſius cap.5.2. Plutar.in uita Romuli. Diony.Halicar.lib.1.& 2. Lege Val. Max.ca.2.4.& ca.3.5. Pli.ca.17.8.ca.12.14.ca.18.& 29.15.ca.45.16. cap.2.18.cap.6.34. Auguſt.cap.17.2. Ciuitatis.cap.6.13.15.tertij ciuitatis. Lactan.cap.20.& 21.1.cap.7.2. Vergil. circa finem.8. Aeneid. Plura Ouidius 3. & 4. Faſtorũ & 14. Metamor. Horatius 3.3. carminum. Propertius libro quarto.

2 *A Marte genitus, Et Rhea Syluia. &c.)* Parētes Romuli,& Remi, & ſeriem eorum quæ hic dicuntur, ponit Naſo in principio.3.Faſt.& quinta Elegia.3.amorum. Eoſdem nutritos à uera lupa, ſcribunt Pli. cap.17.8.& cap.18.15. Iuſt.lib.43. Plutar.cap.69. Paral.& proble.20. Verg.8. Aeneid.ibi. *Fecetat & uiridi* Picum etiam auem eoſdem nutriſſe ſcribit Naſo Faſtorum.3. *Lacte quis infantes neſcit creuiſſe ferino,*
Et Picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibos. Idem Scribit Plutar. Probl.21. Propertius 6.2. Alij fabuloſum putant,lege Lact.cap.20.1. Et Liuium primo ab urbe condita. Vbi autem, & quomodo expoſiti fuerint ſcribit Naſo 2. Faſtorum ibi. *Forſitan & quæras. &c.* An Roma. fuerit primo à Romulo condita,ſcripſi plura in annotationibus Solini.

3 *Ab his Amulius ſeptima ſobole regnabat. &c.)* Diony.lib.1. Eutro cap.3.1. Euſebius lib. temporum. Ouidius.14.Meta.ibi. *Inde ſub Aſcanij.* Idem 4.Faſtorum ibi. *Proximus Anchiſes.* Et breuiter quicunq; de regibus Albanis ſcribunt,enumerāt à Syluio Poſthumo Aeneæ filio,uſq; ad Amuli Romuli patruum,reges 14. Videtur ergo,non ſeptima,ſed bis ſeptima ſobole legendum eſſe. Hunc locũ ante nos aduertit nemo.

4 *Sex uultures. &c.)* De auſpicio iſto præter cæteros Oui.4.Faſt.ibi. *Nil opus eſt.* Plutarch. Probl. 91. Statius 3. Theba ibi. *Hic honor.* docet cauſas cur alitibus prædicendi futura ſit tributum. De hoc auſpicio recitantur plura Carmina Ennij uerſus finem primi De diuinatione M. Tullij.ibi. *Curantes magna cum cura.* Docet idem Cic.eodem li.Rom.optimũ augurem fuiſſe. Item Romanos nihil ſine auſpicio feciſſe. Idem dicit Vale ca.1.ſecundi.

5 *Remus increpat ſaltu. &c.)* De morte Remi uariant ſcriptores, lege præter citatos Ouidium 4. Faſt. ibi. *Neue quis.* *Prima uictima.)* Lucanus in 1. *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.* Hor.7.Epodon. De Aſylo Verg.& Ser.8. Aenei.ibi. *Hinc lucum ingentem.*

6 *Itaque matrimonia. &c.)* De raptu Sabinarum,& aliarum à Romulo lege Ouidium 3.Faſt.ibi *Iamque loco.* Quo menſe Seruius 8. Aenei.ibi. *Nec procul.* Earum numerus Diony.lib.2.antiquitatum Qua face raptæ. Plin.ca.9.16.naturalis hiſtoriæ. Plura prȩter ſupradictos. Diuus Auguſti.ca.17.2.& cap.13.1.ciuitatis dei. Et Plutar.probl.84. Plura in Romulo. De opimis ſpolijs dicam infra ca.4.2.

7 *Feretrio Ioui &c.)* De Ioue Feretrio lege præter alios Val ca.2.3. Plura Propertins Elegia.12.4. ubi Plura diſputat unde nomen ſumptum ſit. Item Plutar.& Feſtus Pom.uide ſi uis.

8 *Sed puella precium Rei. &c.)* De Tarpeia uirgine,quę Sabinis Capitolij portas aperuit copioſe Propertius 4.4. Ouidi 1.Faſto. ibi. *Vtq; leuis.* Et 14. Meta.ibi. *Proximus Auſonias.* Valeri ca.6.9. Plutar. ca. 31. Paral. Fuit autē hæc Sp. Tarpei filia,ac Veſtalis uirgo. Idem fecit Brennus rex Gallorum apud Epheſum urbem. Plutar ca.26. Paral.

9 *Hic templum eſt Stator Iupiter. &c.)* Præter ea quæ ſupradicti ſcribunt de Ioue Statore, lege Auguſt.ca.13.3.ciui. Item Ouidium in fine 6. Faſt. Seneca autē cap.7.4. de beneficijs ſic inquit Stator non ut hiſtorici tradiderunt,ex eo quod poſt uotum ſuſceptum acies Romanorum fugientium ſtetit,ſed qđ ſtant beneficio eius omnia,ſtator ſtabilitorq; eſt,hęc ille. Videtur autem legendum. Hic templum eſto ut ſit uouentis Romuli uerbum.

10 *Diſcerptum aliqui à Senatu putant. &c.)* Romuli interitus uariè ſcribitur,lege Vale. Max. cap.3.5. Cice.1. de legibus. Aug.ca.15.3 Ciuitatis. Oui.3 Faſt. *Eſt locus antiqui.* Item cæteri. Modum nouum ex Ariſtoboli ſententia ponit Plutar.cap.61. Paral. Tranſlationem Romuli in deum, narrat Ouidius in fine. 14.Meta. Cicero in principio.1.legum.

De Numa Pompilio. Cap. II.

SVcceſsit Romulo Numa Pompilius,quem Curibus Sabinis agentem ultro petiuere, ob inclytam uiri religionem. Ille ſacra,& cęrimonias,omnēq; cultum deorum immortalium docuit. Ille pontifices, Augures, Salios, cæteroſque per ſacerdotia, annum quoque in xij. menſes, faſtos dies, nefaſtoſque deſcripſit. Ille Ancilia, atque Palladium ſecreta quędam imperij pignora,Ianumq; geminum,fidem pacis ac belli, in primis focum Veſtę uirginibus colendum dedit, ut ad ſimulachrum cœleſtium ſyderum, cuſtos impe-

rij flamma uigilaret. Hęc omnia quaſi monitu deæ Aegerię, quo magis barbari acciperent eo deniq; ferocem populum redegit, ut quod ui, & iniuria occupauerat imperium, religione, atq; iuſtitia gubernaret.

Caput II.

Succeſſit Romulo Numa Pompilius.) Numæ geſta ſcribunt. Liui. in 1. Pli. cap. 3. de uiri. illu. Soli ca. 1. 1
Ruffus de uita regia. Eutro. in 1. Oroſius in 2. Gellius ca. 3. 4. Val. Max. ca. de ſeruata & ſimulata religione. Lact. cap. 22. 1. Plin. cap. 13. 13. cap. 12. 14. cap. 2. & 19. 18. Aug. cap. 16. 2. cap. 9. 11. 15. 3. Ciui. Item cap. 35. 7. ca. 24. 18. Ciuitatis. Plura. Oui. 15. Meta. Verg. 6. Aeneid. ibi. *Quis procul.* Plura Plutar. in uita Numæ, & Diony 2. antiquitatū Ro. Dictus autē Numa eſt ἀπὸ τῶν νόμων, hoc eſt à legibus, quas Romanis inſtituit author Ser. 6. Aeneid.

Ille ſacra. &c.) Numa aſſumpta omni diuini cultus inſtitutione, atq; conſcripta, in 8. diuiſit partes, 2
&c. lege Diony. ubi ſuprà. Faſti, & nefaſti dies qui, & cur ſic dicti. 1. Faſtorum Ouidij ibi. *Ille nefaſtus erit.* Gell. ca. 9. 4. De Ancylibus præter alios. Ouid. 3. Faſto. ibi. *Quis mihi.* Verg. 8. Aenei. *Hinc exultantes.* &c. ubi Ser. Plura. Lege quæ notauimus apud Feneſtellam. Idem de Palladio 6. Faſt. ibi.

Mœnia Dardanides. Et prima 3. Triſtium. *Hic locus. &c.*

Annum quoq; in. XII. Menſes. &c.) De anno. xij. menſium à Numa inſtituto, ſcribunt. Sol. ca. 3. Ma- 3
cro. 1. Satur. Ouidi. Faſtorum, 1. De annorum autem diuerſitate, plura in annotationibus Solini explicauimus. Stra. autem. 17. Coſmographiæ dicit annum dierū. 365. cum quadrante, ab Aegyptijs inuentū fuiſſe. Idem ſcribit Lucanus in 10. *Nec mens Eudoxi.*

Ianum Geminum. &c.) Cauſas huius conſuetudinis docui ex ſententia Macro. Seruij, Naſonis. in an 4
noationibus noſtris in Cladianum 2. de laudibus Stiliconis ibi. *Et Ianus pax alta ligat.* Verg. 7. Aen. ibit. *Sunt ge.* Idem ſcribit Florus infra cap. 3. & ca. 12. 4. in fine. quoties. ſ. Iani ianua fuerit clauſa. Auguſtinus cap. 9. 3. Ciuitatis.

Focum Veſtæ. &c.) Præter ſcripta de hac re à Liuio. Diony. Plut. cæteris, lege 6. Faſt. Oui. ibi. *Veſta faue*

Monitu Aegeriæ. &c.) De Aegeria præter alios Ouidius 3. Faſt. ibi. *Nympha mone. &c.* Idem 15. Meta- 6
mor. ibi. *Coniuge qui felix.* Aug. cap. ultimo. 7. Ciuita. Lact. ca. 22. 1. Cice. primo de legibus. Acron. 2. epiſtolarum Horatij.

De Tullo Hoſtilio. Cap. III.

EXcipit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius, cui in honorem uirtutis regnum ul- 1
tro datum. Hic omnem militarem diſciplinam, artemq; bellandi condidit. Itaq; mirum
in modum exercita iuuētute, prouocare auſus Albanos grauem, & diu principem popu- 2
lum. Sed cum pari robore frequentibus prælijs utrinq; comminuerentur, miſſo in compē 3
dium bello, Horatijs, Curiatijſq; trigeminis hinc, atq; inde fratribus, utriuſque populi fata commiſſa ſunt. Anceps, & pulchra contentio, exituq; ipſo mirabilis. Tribus quippe illinc uulneratis, hinc duobus occiſis, qui ſupereat Horatius, addito ad uirtutem dolo, ut diſtraheret hoſtem ſimulat fugam, ſinguloſq; prout ſequi poterant adortus exuperat. Sic (rarū aliàs decus) unius manu parta uictoria eſt: quam ille mox parricidio fœdauit. Flentē ſpolia circa ſe ſponſi quidem, ſed hoſtis ſororem uiderat hunc tam immaturum uirginis amorem ultus eſt ferro. Citauere leges nefas, ſed abſtulit uirtus parricidam, & facinus intra gloriam fuit. Nec diu in fide manſit Albanus. Nam Fidenati bello miſſi in auxilium ex fœdere, medij inter duos expectauere fortunam. Sed rex callidus ubi inclinare ſe ſocios ad hoſtem uidet, tollit animos quaſi ipſe mandaſſet: ſpes inde noſtris, metus hoſtibus. Sic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoſte uicto, ruptorem fœderis Metium Suffetium religa-
tum inter duos currus, pernicibus equis diſtrahit, Albamq; ipſam quamuis parentē, æmu 4
lam tamen diruit, cum prius omnes opes urbis, ipſumq; populum Romam tranſtuliſſet, prorſus ut conſanguinea ciuitas non perijſſe, ſed in ſuum corpus redijſſe rurſus uideretur.

Caput. III.

Excipit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius. &c.) Vitam Tulli Hoſtilij regis, ſcribunt. Liuius in 1. Diony. 1
in 3. Eutro in 1. Oro. in 2. Pli. minor cap. 4 de uir. illu. Val. Max. cap 4. 3. cap. 4. 7. cap. 12. 9. Plin. ca. 55. 2. ca. 2. 28. Aug. ca. 15. 3. Ciuitatis. Ruffus ubi ſuprà. Verg. 6. Aenei. ibi. *Ocia qui &c.*

Albanos grauem, & diu principem populum &c.) Longa Alba ab Aſcnaio condita ccc. annis cap ut reg- 2
ni fuit. Iuſti. lib. 43. ſecundū autē cōputationem Euſebij, & Eutro. longè aliter.

Miſſo in compendium bello. &c.) Hiſtoriam Horatiorum, atq; Curiatiorum tergeminorum ſcribunt 3
præter ſupradictos. Pli. ca. 3. 7. Val. c. 3. 6. & ca. 1. 8. Plut. ca. 33. Paral. Aug. ca. 14. 3. Ciui. Idem fecerunt aliquādo Tegeatæ, ac Pheneatæ, legē Plutar. ca. 32. Paral.

Inter duos currus,&c.) De Metij Suffetij interitu præter nominatos, lege Gell. ca. 2. 20. Val. Max. cap. 4. 7. Plutarch. cap. 14. Paral. Claudianum in Gildonem ibi. *Et ſi non.* Vergilium 8. Aeneid. *Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ, Diſtulerant, ac tu dictis Albane maneres. Parabatq; uiri mendacis uiſcera Tullus, Per ſyluã & ſparſi rorabant ſanguine uepres.* Id pœnæ genus ab Hercule repertum ferunt, qui florenti adhuc ætate, regem Eubœæ Pyrrechmen bellum Bœotijs inferentem, uicit, uictumq; pullis equinis ita alligauit, ut in duas diſpartiretur partes, inſepultusq; iaceret. Locus adhuc Pyrrechmus pulli uocatur. Author Plutarchus.

De Anco Martio Cap. IIII.

1 Ancus deinde Martius, nepos ex filia Pompilij, pari ingenio. Hic igitur & mœnia mu
2 ro amplexus eſt, & interfluentem urbi Tyberinum, ponte cõmiſit; Hoſtiamq; in ipſo maris, fluminisq; confinio, coloniam poſuit, iam tunc uidelicet præſagiens animo futurum, ut totius mundi opes, & cõmeatus illo ueluti maritimo urbis hoſpitio reciperentur.

Cap. IIII.

1 *Ancus deinde Martius, &c.)* Quæ compendioſè hic narrantur. Lege apud Liu. lib. 1. Dionyſ. lib. 3. Eutropium. cap. 7. 1. Oroſ. li. 2. Plin. ca. 5. de uiris illuſt. Ruffum, Solin. ca. 2. Aug. ca. 15. 3. Ciui. Euſeb. li. temporum. Plin. ca. 3. 31. Claudia. in Gildonem. Verg. 6. Aeneid. *Agmina, &c.* Dictus aute Ancus ἀπὸ τ̃ ἀγκῶνος, id eſt à cubito, quem incuruum habuit. Seruius eſt author, Aeneid. 6.

2 *Mœnia muro amplexus eſt, &c.* Videtur urbem Romam uſq; ad hunc regem ſine muris fuiſſe. Nam ad tutelam nouæ urbis ſufficere uallum uidebatur ut cap. 1. ſuprà dicit Florus. Ancus præterea Auentinum montem, & Ianiculum urbi addidit. Author Euſebius libro temporum.

De Tarquinio Priſco. Cap. V.

1 Tarquinius poſtea Priſcus quamuis trannſmarinæ originis, regnum ultro petens, accipit, ob induſtriam, atq; elegantiam. Quippe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicis artibus miſcuiſſet. Hic & ſenatus maieſtatem numero ampliauit, & Centu-
2 rijs tribus auxit, quamuis Actius Nauius numerũ augeri prohiberet, ſummus augurio, quem rex in experimentum rogauit, fieri ne poſſet, quod ipſe mente conceperat. Ille rem expertus augurio, poſſe reſpondit. Atq; hoc (inquit) agitabam, an cotem illam ſecare nõ uacula poſſem. Augur, potes ergo, (inquit) & ſecuit. Inde Romanis ſacer auguratus. Ne-
3 que pace Tarquinius, quàm bello promptior. XII. nanq; Tuſciæ populos frequentibus armis ſubegit, & inde Faſces, Trabeæ, Curules, Annuli, Phaleræ, Paludamenta, Prætexta, inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur, Togæ pictæ, tunicæq; Palmatæ, omnia deniq; decora, & inſignia, quibus imperij dignitas eminet.

Cap. V.

1 *Tarquinius poſtea Priſcus, &c.)* Hiſtoriam regis huius, ſcribunt Liuius in 1. Dionyſ. in 3. Eutrop. in 1. Oroſius in 2. cap. 6. de uiris illuſt. Valer. Max. lib. 1. cap. de auſpicijs, & cap. 4. 3. Plin. cap. 1. & 3. 33. & cap. 12. 35. Lactant. cap. 8. 2. Auguſt. cap. 15. 3. Ciuitatis. Lege Ruffum. Solinum. Euſebium.

2 *Actius Nauius.)* Hanc hiſtoriam præter ſupradictos ſcribũt Valer. lib. 1. cap. de Auſpicijs. Lactant. ca. 8. 2. ob id factum ſtatuam ſibi poni meruit. Plin. cap. 5. 34.

3 *Duodecim namque. &c.)* De his. 12. Ethuriæ populis infra. cap. 16. huius primi. Dionyſ. lib. 6. Seruius. 11. Aenei. ſuper illud. *Telaq; trunca.* Veſtium ſpecies, inuentionem, uſum apud Romanos ponit Plin. ca. 48. 8. naturalis hiſtoriæ. Extat præterea titulus apud Noniũ Marcellum. lege Aulum Gellium. cap. 12. 7. De annulis multa idem Plin. cap. primo. 33.

De Seruio Tullio. Cap. VI.

1 Seruius Tullius deinceps gubernacula urbis inuadit, nec obſcuritas inhibuit, quamuis matre ſerua creatum. Nam ob eximiam indolem, uxor Tarquinij Tanaquil liberaliter
2 educauerat, & clarum fore uiſa circa caput flamma promiſerat. Ergo inter Tarquinij mortem, admittẽte regina, ſubſtitutus in locum regis quaſi ad tempus. Regnum dolo par-
3 tum ſic egit induſtria, ut iure adeptus uideretur. Ab hoc P. R. relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, curijs, atque collegijs diſtributus, ſummaq; regis ſolertia ita eſt ordinata reſpu. ut omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorumq; diſcrimina, in tabulis referrentur, ac ſi maxima ciuitas, minimæ domus diligentia contineretur.

Cap. VI.

Seruius Tullius deinceps.&c.) De rege iſto.6.ſcribunt Liuius in 1.Diony.in 4. Val.lib.1.ca.de prodigijs.& 1
ibidē cap.de miraculis ca.4.3.ca.11.9.Aug.ca.15.3. Ciuitatis.Itē Eutro.Oro.Soli. ca.2. Plin.minor.Euſebi.
Ruffus.Sex,Plut.proble.27.105.Plura Oui.6.Faſto. ibi. *Lux eadem fortuna tua eſt.* Aduertendū hanc re-
ginā alio nomine uocatā Caiam Ceciliā ut quibuſdam placet. Aduertēdum quod cum Romani in-
certum haberent,quo menſe Seruius Tullius natus eſſet,nonis tamē natum eſſe conſtaret,omnes no-
nas,celebri noticia frequentabant. Author Macro.1.Saturnalium.
Circa caput flamma &c.) Hiſtoriam hanc ſcribunt Pli.c. 110.2.& ca.ultimo 36.Cice.1.de diui.Vale.ac 2
alij ubi ſuprà.Faciunt,quæ ſcribit Maro.2.Aenei.ibi. *Ecce leuis.* Et Claudia.de 4.conſulatu.Hono.ibi
Apparet quid ſigna. in quo loco plura dictauimus.
Relatus in cenſum.&c.) Sanè in eo cenſu,qui primus Romæ fuit,inuenta ſunt hominū. M.84.Author 3
Euſeb.cap.9.1.

De Tarquinio ſuperbo. Cap. VII.

POſtremus omnium fuit regum Tarquinius,cui cognomen Superbo ex moribus da- 1
tum.Hic regnum auitum, quod a Seruio tenebatur, rapere maluit,quàm expectare,
immiſſiſque in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem, non melius egit, quam ac-
quiſierat. Nec abhorrebat moribus uxor Tullia,quæ ut uirum regem ſalutaret,ſuper cru 2
entum patrem uecta carpento,cōſternatos equos egit. Sed ipſe in ſenatum cędibus in om-
nes,ſuperbia quàm crudelitate grauior,bonos graſſatus,cum ſęuitiam iam domi fatigaſſet 3
tandem in hoſtes conuerſus eſt: ſic ualida oppida in Latio capta ſunt,Ardea, Otriculum,
Gabij,Sueſſa,Pometia. Tum quoq; cruentus in ſuos. Neq; enim filium uerberare dubita- 4
uit, ut ſimulanti transfugam apud hoſtes hinc fides eſſet: cui Gabijs ut uoluerat recep-
to,atq; per nuncios conſulenti quid fieri uellet,eminentia fortè papauerum capita uirgu- 5
la excutiens,cum per hoc interficiendos eſſe principes intelligi uellet,quæ ſuperbia ſic re-
ſpōdit. Tamē de manubijs captarum urbium templum erexit,quod cum inaugurarétur,
cedētibus cęteris deis (mira res dictu) reſtitere Iuuenta,& Terminus. Placuit uatibus con 6
tumacia numinū. Siquidē firma omnia,& ęterna pollicebātur. Sed illud horrendum,quod
molientibus ſedem,in fundamētis humanū repertū eſt caput,nec dubitauere cuncti mon
ſtrū pulcherrimū,imperij ſedem,caputq; terrarū promittere. Tamdiu ſuperbiā regis P.R.
perpeſſus eſt,donec aberat libido:hanc ex liberis eius importunitatē tolerare non potuit,
quorū cum alter ornatiſsimæ fœminę Lucretiæ ſtuprum intuliſſet,matrona dedecus ferro 7
expiauit. Imperium tum regibus abrogatum. 8

Cap. VII.

Poſtremus omnium fuit regum Tarquinius ſuperbus &c.) Geſta Tarquinij ſuperbi ſcribunt Liuius lib.1.ca.2. 1
ab urbe condita.Diony.lib.4.& inde.Val ca.3.& 4.7.Pli.ca.3.& 8.19.ca.1.33.Plura Seruius 6.Aene.Aug.ca.
15.3.Ciui.Ruffus,Eutro.in primo.Oroſi in 2.Pli.minor ca.8.de uiris illu.Soli.ca.2.Eu.li.temporū.Verg.
6.Aenei.ibi. *Vis & Tarquinos.* Plura Ouid.2.Faſtorū ibi. *Nunc mihi dicenda.&c.*
Tullia Super cruentum patrem.) Hanc hiſtoriam præter ſupradictos, lege apud Vale.,Max.cap. 11. 2
9.& apud Ouid.6.Faſto.ibi. *Tullia coniugio.*
In omnes ſuperbia quàm crudelitate grauior eſt bonos.&c.) Videtur legendum,in ſenatū cædibus,in omnes ſu 3
perbia,in bonos grauior,crudilitate graſſatus eſt.
Neque enim Filium.&c.) Hanc hiſtoriam præter citatos ſuprà,lege in 2.Faſto. Oui.ibi. *Cœperat hic alias.* 4
Papauerum capita.&c.) Conueniunt omnes præter Ouidiū,qui dicit nō papauerū ſed liliorū capita 5
excuſsiſſe.ibi. *Hortus odoratus.* Lege Frontinū cap.1.1. *Sed res nota nimis.*
Iuuentas & Terminus &c. Legendum eſt Iuuenta. Nam iuuentas eſt ætas ipſa,Iuuenta ipſum numē 6
iuuētus adoleſcentia. Acron.ode 30.1.Diuus Aug.cap.23.4.Ci. Martem quoq; tertium enumerat con-
tumacē. Plura de hoc ſcripſi 2.Cic.Aug.ca.ul.ex ſententia Ser.in.9.Lact.ca 20.Ouid.2.Faſt. *Quid noua.*
Lucretiæ ſtuprum.&c.) Hanc hiſtoriam ſcribunt omnes. Lege Val.ca.6.Copioſius Aug.cap 19.1.Ci- 7
uitatis Plutar. ca. 14. de uirtutibus mulierum. Lucretiæ ſtuprum copioſè,& more ſuo elegantiſsimè ca
nit Ouid.2.Faſtorū uerſus finem ibi. *Cingitur interea &c.*
Imperium Abrogatum regibus. &c.) Diem,quo reges Roma pulſi ſunt,qui regifugium dicebatur,bis 8
quotannis Romani celebrabant,ſeptimo.ſ.Cal. Martias,& xi. Cal.Iulias. Author Ouid.2.& 5.Faſto-
rum. Pulſus aūt fuit reguo Tarquinius 7.Calendas Martias,hoc eſt,23.Februarij die ex ſecundo Faſto-
rum, *Nunc mihi.* Aduertendum autem ſerpentem latraſſe cū pulſus eſt regno Tarquinius. Author
Plin.cap.41.8.naturalis hiſtoriæ.

Anacephalæoſis de ſeptem Regibus. Cap. VIII.

1 HAec eſt prima ætas P. R. & quaſi infantia, quam habuit ſub regibus ſeptem, quadā
fatorum induſtria, tam uarijs ingenio, ut Reipu. ratio, & utilitas poſtulabat. Nam
quid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut inuaderet regnum. Quid Numa religioſius?
2 talem res popoſcit, ut ferox populus deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex
Tullus, bellatoribus uiris quam neceſſarius? ut acueret ratione uirtutem. Quid ædifica-
tor Ancus? ut urbem colonia extenderet, ponte iungeret, muro tueretur. Iam uerò Tar-
quinij ornamenta, & inſignia quantam principi populo addiderunt ex ipſo habitu digni-
tatem? Actus à Seruio cenſus quid effecit, niſi ut ipſa ſe noſceret reſpublica? Poſtremo Su
perbi illius importuna dominatio, nōnihil, imò uel plurimum profuit. Sic enim effectum
eſt, ut agitatus iniurijs populus, cupiditate libertatis incenderetur.

Cap. VIII.

1 *Hæc eſt prima ætas Po. Ro. &c.*) Anacephalæoſis Græcè, Latinè dici poteſt Repetitio, ſeu inſtauratiō, uel ut Auguſt. interpretatur, Recapitulatio. ἀνακεφαλαιόω em, inſtauro ſignificat. Quæ faciūt pro notitia huius capitis, dicta ſunt in antehabitis capitibus.

2 *Deorum metu mitigaretur, &c.*) Diagoras, Theodorus, Leucippus, Democritus, Epicurus, & ex Romanis Lucretius, putant terroris, ac metus gratia, religionem à ſapientibus inſtitutam, quo ſe homines imperiti à peccatis abſtinerent. Lactant. cap. 10. de ira dei. De Numæ religione ſcripſi capite ultimo 7. Ciuitatis dei. Ex quibus conſtet uera religio docet Aug. 10. Ciui. Lactan. ca. 28. 4. Sed de hoc alibi.

De mutatione Reipublicæ. Cap. IX.

1 IGitur Bruto, Collatinoq; ducibus, & authoribus, quibus ultionem ſui moriens matro-
na mandauerat, populus Romanus ad uindicandum libertatis ac pudicitię decus, quo-
dam quaſi inſtinctu deorum concitus, regem repente deſtituit, bona diripit, agrū Marti
ſuo conſecrat, imperium in eoſdem libertatis ſuæ uindices transfert. Mutato tamen & iu-
dice, & nomine. Quippe ex perpetuo, annuū placuit, ex ſingulari duplex, ne poteſtas ſo-
2 litudine, uel mora corrumperetur. Conſulesq; appellauit pro regibus, ut conſulere ſe ci-
uibus ſuis debere meminiſſent. Tantumq; libertatis nouæ gaudium inceſſerat, ut uix mu
3 tati ſtatus fidem caperent, alterumq; ex conſulibus tantùm ob nomen, & genus regium,
4 faſcibus abrogatis urbe dimitterēt. Itaq; ſubſtitutus Valerius Pulicola ſummo ſtudio an-
nixus eſt ad augendā liberi populi maieſtatē. Nam & faſces ei pro libera cōcione ſubmi
ſit, & ius prouocationis aduerſus ipſos dedit. Et ne ſpecie arcis offenderet, eminentes æ-
des ſuas in plana ſubmiſit. Brutus uerò fauori ciuiū etiam domus ſuæ clade, & parricidio
5 uellificatus eſt. Quippe cum ſtudere reuocādis in urbē regib. liberos ſuos cōperiſſet, pro-
traxit in forū, & cōcione media uirgis cęcidit, & ſecuri percuſſit, ut planè publicus parens
in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum Rom. uideretur. Liber iam hinc P. R. prima
aduerſus exteros arma pro libertate corripuit, mox pro finibus, deinde pro ſocijs, tum glo
ria & imperio, laceſſentibus aſſiduè uſquequaq; finitimis. Quippe cum patrij ſoli gleba
6 nulla eſſet, ſed ſtatim pomerium, mediusq; inter Latium & Thuſcos quaſi in quodam bi
uio collatus, omnibus portis in hoſtem incurreret, donec quaſi contagione quadam per
ſingulos itum eſt, & proximis quibuſq; correptis totam Italiam ſub ſe redigeret.

Cap. IX.

1 *Igitur Bruto Collatinoq; ducibus, &c.*) De his primis conſulibus. Liu. li. 1. & 2. Dionyſ. lib. 4. & 5. Aug. cap. 16. 3. Ciui. Plin. minor ca. 9. 10. & 15. de uiris illuſt. Eutro. in. 1. Oro. in 2. Aduertēdum annum illum primum habuiſſe 5. conſules. Author Aug. ubi ſuprà. Macrob 1. Satu. dicit primos conſules factos Calend. Iulij, quem diem, ut antea annotatum eſt, Romani celebrabant. Plut. uerò aſſerit eos creatos Cal. Ianuarij. Hinc ſeruatum ut deinceps ſemper Cal. Ianuarij conſules crearentur. Lege ipſum problem. 18. Ornamenta conſulum, atq; inſignia lege 1. Faſt. ibi *Veſtibus intactis.* Feneſt. cap. 22. Plura Flauius 3. de Rom. Triumph. Brutus autem dictus, quoniam ſtultitiam ſimulauerit. Plin. cap. 10. de uiris illuſt. Ouid. 2. Faſto. ibi *Brutus erat.* De Martio Campo ultra ea, quæ ſcribit Liuius, lege Strabonem libro 5.

2 *Conſules appellauit pro regibus ut conſulere, &c.*) Magnā cōſulis officij, & dignitatis partē, paucis uerbis Cic. 3. legum parum poſt principium complexus eſt. Conſules (inquit) regio præſumpto imperio, hiſq; præeunto, iudicādo, cōſulēdo, prætores, iudices apparēto. Militiæ ſummū ius habēto, nemini parēto. Iuſſa his populi ſuprema lex eſto. Eūdē magiſtratū interfuerint decem anni, ne quis capito, Ciuitatem

annali

annali lege ſeruanto. Duella iuſta, iuſtè gerunto. Socijs parcento. Seruos cōtinentō, populiq́ꝫ ſui glo riam augento. Domum cum laude redeunto. Hæc ille. Lege quæ notauimus titu. 22. Feneſtellæ. Cur autem duodecim lictores, faſces uirgarum ſecuribus alligatos geſtabant, docet Plutar. Proble. 81. Docet Pli. lib. 17. Magiſtratū uirgas illas terribiles, peculiariter ex Betulla arbore quæ eſt eximio candore, ac tenuitate prædita.

Alterum ex cōſulibus. &c. intelligit Collatinum Tarquinium, Lucretiæ maritum, de quo præter 3
cæteros, ſcribit Cicero, tertio officiorum, & Pli. cap. nono de uiris illu. Auguſt. cap. 17. 2. Ciuitatis dei.

Itaq́ꝫ Subſtitutus Valerius publicola. &c. De hoc Valerio Publicola præter ſuprà dictos, lege Val. cap. 1. & 4
4. 4. Pli. ca. 15. de uir. ill. Plutar. in uita eius omnia complexus eſt.

Cum ſtudere reuocandis in urbem regibus liberos ſuos comperiſſet. &c. De coniuratione filiorum 5
Bruti contra rempub. præter Liui. & Diony. Lege Vale. Max. cap. 8. 5. Item Aug. ca. 16. 3. Ciui. Plutar. ca. 20. 21. 22. Paral. Claudianus primo in Eutropium. *Iam* (inquit) *Chryſogonis tua Brute poteſtas Narcyſiſq́ꝫ datur, natos hoc dedere pœnæ Profuit, & miſero ciuem præponere patri?* Sic ēm hunc locū, ut pleroſq́ꝫ alios eiuſdem poëtæ caſtigauimus, cum antea non patri ſed fratri paſſim legeretur. Vergilius. 6. Aeneid. *Vis & Tarquinios reges animamque ſuperbam Vltoris Bruti, faſceſq́ꝫ uidere receptos? Conſulis imperium hic primus, ſæuaſq́ꝫ ſecures Accipiet natoſq́ꝫ pater noua bella mouentes, Ad pœnam pulchra pro libertate uocabit Infelix, utcunq́ꝫ ferent ea fata minores. Vincet amor patriæ, laudumq́ꝫ immenſa cupido.* Cur bellandū ſit docet Cic. primo officiorum titul. 12. & 13. ubi docet bellū ſine cauſa nullū eſſe debere.

Inter Latium & Ethruſcos. &c. Roma à principio (ut 11. Aeneid. docet Seruius ibi. *Ethruſciq́ꝫ* 6
duces) tantùm unam Tyberis ripam tenebat. Iuuenalis Saty. 8. *Et quæ imperij finem Tyberinum uirgo natauit.* Propertius prima. 4. *Et Tyberis noſtris aduena bubus erat.*

Bellum Euthruſcū Rege Porſenna. Cap. X.

PVlſis urbe regibus, prima pro libertate arma corripit. Nam Porſenna rex Ethruſco- 1
rum ingentibus copijs aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen quamuis & armis, & fame urgeret, occupatoq́ue Ianiculo ipſis urbis faucibus incubaret, ſuſtinuit, repulit, nouiſſimè etiā tanta admiratione perculit, ut ſuperior ultro cū penè uictis
amicitię fœdera feriret. Tunc illa Romana pericula, atq́ꝫ miracula, Horatius, Mutius, Clœ 2
lia, quæ niſi in annalibus forent, hodie fabulæ uiderentur. Quippe Horatius Cocles poſt 3
quam hoſtes undiq́ꝫ inſtantes ſolus ſubmouere non poterat, ponte reciſo tranſnatat Tyberim nec arma dimittit. Mutius Scæuola regem per inſidias in caſtris eius aggreditur, ſed u- 4
bi fruſtratum circa purpuratum eius ictum tuetur, ardentibus focis inijcit manum, terroremq́ꝫ geminat dolo. Vt ſcias inquit, quē uirū effugeris, idē trecēti iurauimus. Cū interim (immane dictu) hic interritus, ille trepidaret, tanq̄ꝫ manus regis arderet. Sic quidē uiri. Sed
ne quis ſexus à laude ceſſaret ecce & uirginū uirtus. Vna ex obſidibus regi data eluſa cu- 5
ſtodia, Clœlia per patriū flumen equitabat: & rex quidem tot, tantiſq́ꝫ uirtutū territus mo 6
nitis, ualere liberoſq́ꝫ eſſe iuſſit. Tarquinij tamdiu dimicauerūt, donec Aruntem filiū regis 7
manu ſua Brutus occidit, ſuperq́ꝫ ipſo, mutuo uulnere expirauit. Planè quaſi adulterū ad inferos uſq́ꝫ ſequeretur.

Cap. X.

Pulſis ex urbe Regibus. &c. Quæ hoc 10. capite ſcribūtur, habentur à Liuio li. 2. Diony. li. 6. Pli. ca. 11. & 1
12. de uiris illu. Eutro. cap. 11. 1. Plutar. cap. 16. Paral. Aug. ca. 18. 2. Ciui. Syllio lib. 10. ibi. *Auribus* Vergil. 8. Aeneid. ibi. *Nec non.*

Amicitiæ fœdera feriret. &c. In fœdere: quod ex pulſis regibus populo Romano dedit Porſenna, no- 2
minatim comprehenſum inuenimus, ne ferro niſi in agricultura uterentur. Author Plinius. ca. 14. 34.

Horatius cocles. &c. Præter ſupradictos, hanc hiſtoriam ſcribunt Val. Max. cap. 2. 3. Plutar. cap. 16. 3
Paral. Frontinus. cap. 13. 2. Verg. circa. finem. 8. Aenei. ibi. *Aſpiceres.* Huic Horatio ob inſignem eius uirtutem, ſtatuam in Comitio Romani poſuerunt, quæ poſtea de cœlo iacta eſt. Author Plin. ca. 5. & 6 34. Et Gellius. ca 5. 4. In quo ponte pugnauerit præter cæteros docet Pli. ca. 15. 36. Cocles autē dicitur, qui altero lumine cœcus naſcitur. Author Plinius.

Mutius Scæuola. &c. Hanc Hiſtoriam præter citatos, lege apud Val. ca. 3. 3. Plutar. cap. 2. Paral. Aug. 4
cap. 10. 4. Ciui. Lactan. ca. 1. 5. diui. inſtitutionū. Extat nobile Epigramma Martialis libro primo. *Dum peteret regem &c.* Syllius in 8. ibi. *Scæuola cui. &c.*

Clœlia per patrium flumen. &c. Habes hiſtoriam hanc à Val. ca. 2. 3. Plin. ca. 13. de uiris illuſt. Plutarc. 5
cap. 14 de laudibus mulierum. Verg. 8. Aeneid ibi. *fluuium.* Copioſius Syllius uerſus finem. 10.
Neſcia proh ſuper. Plura dictauimus in annot. Claudiani de laudibus Serenæ uxoris Stiliconis.

Vna

6 *Vna ex obſidibus regi data, elapſa cuſtodiam, &c.*) Quot & quales fuerint obſides Porſennæ dati, & quæ fuerint condi:iones pacis, docet Plutarch. ubi ſuprà. Legendum autem eſt, eluſa cuſtodia.

7 *Donec Aruntem, &c.*) De Aruntis Tarquinij Superbi filij, & Iunij Bruti morte præter ſupradictos, lege Val. Max. ca. 6. 5. Id autem accidit, authore Plutarch. in Publicola pridie Calend. Martias.

Bellum Latinum. Cap. XI.

1 LAtini quoqꝫ Tarquinios aſſerebãt æmulatione, & inuidia, ut populus qui foris dominabatur, ſaltem domi ſeruiret. Igitur omne Latium Manilio Tuſculano duce, quaſi in regis ultionem tollit animos. Apud Regilli lacũ dimicatur, diu Marte uario, donec Poſthumius ipſe Dictator ſignum in hoſtes iaculatus eſt. Nouum, & inſigne commentum, uti peteretur curſu. Coſſus equitum magiſter exuere frenos imperauit, & hoc nouum, quo acrius incurrerent. Ea demum atrocitas fuit prælij, ut interfuiſſe ſpectaculo deos fa-
2 ma tradiderit. Duos in candidis equis Caſtorem atqꝫ Pollucem nemo dubitauit. Itaque & Imperator ueneratus eſt, nactuſqꝫ uictoriam, templa promiſit, & reddidit ſanè quaſi commilitonibus deis ſtipẽdium. Hactenus pro libertate. Mox de finibus cum eiſdem Latinis aſſiduè, & ſine intermiſſione pugnatũ eſt. Sora (quis credat?) & Algidum terrori fuerũt. Satricum, atqꝫ Corniculũ prouinciæ. De Veijs, & Bouillis pudet, ſed triumphauimus. Tibur nunc ſuburbanũ, & æſtiuæ Preneſte delitiæ, nuncupatis in Capitolio uotis petebãtur. Idem tũc Feſulæ quod Taphrę. Nuper idẽ nemus Aricinũ, quod Hercinius ſaltus. Fregellæ, quod Geſoriacũ, quod Tigris, quod Euphrates. Coriolos quoqꝫ (proh pudor) uictos adeo gloriæ fuiſſe, ut captũ oppidũ CN. Martius Coriolanus quaſi Numantiam, aut Africam nomini indueret. Extant & parta de Antio ſpolia, quæ mœnibus in ſuggeſtu fori capta hoſtiũ claſſe ſuffixit, ſi tamẽ illa claſſis, nã ſex fuere roſtratæ. Sed hic numerus, illis ini-
3 tijs, nauale bellum fuit. Peruicaciſſimi tamen Latinorum equi & Volſci fuere, & quotidiani, ut ſic dixerim, hoſtes. Sed hos præcipuè Lucius Quintius domuit, ille dictator ab aratro, qui obſeſſa, ac penè iam capta Marci Minutij Conſulis caſtra, egregia uirtute ſeruauit. Medium erat fortè tempus ſementis cum patricium uirum innixum aratro ſuo, lictor in ipſo opere deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid à ruſtici operis imitatione ceſſaret, uictos more pecudum ſub iugum miſit. Sic expeditione finita, redijt ad boues, rurſus triumphalis agricola. Fides numinũ, qua uelocitate, intra XV. dies cœptũ, peractũqꝫ bellum, prorſus ut feſtinaſſe dictator ad relictum opus uideretur.

Cap. XI.

1 *Latini quoqꝫ Tarquinios aſſerebant, &c.*) Hiſtoriæ huius authores ſunt Liu. 2. ab urb. cond. Dionyſ. lib. 6. Plutarch. in uita Coriolani. Val. Max. lib. 1. ca. de mira. Feneſt. tit. 13. Plin. cap. 16. de uiris illuſt. Lactant. ca. 8. 2. Eutrop. cap. 11. 1. Oro cap. 5. 2.

2 *Duos in candidis equis, &c.*) Hanc hiſtoriam ſcribunt ferè omnes qui modò citati ſunt. Frontinus autem cap. 11. 1. Dicit hoc excogitatum à Poſthumio ut exercitum ſuum animaret ad bellum. Idem ſentit Cic. ubi ſuprà. Simile uiſum eſt in ea nauali uictoria, qua duce Lyſandro Athenienſes conciderũt. Cic. eodem loco. De Caſtore, & Polluce fratribus plena ſunt omnia, lege, quæ ſcribit Naſ. 5. Faſt. *At mihi pande precor.* ubi Antonius Fanenſis præceptor quondam meus, plura congeſſit. Hyginius cap. 23. 2. narrat fabulam. Plin. cap. 37. 2. Seru. 2. Aen. ibi *Tyndarida.* Item. 6. Aen. *Si fratrem Pollux.* De his Latij oppidis Plin. ca. 5. 3. & Strabo lib. 5. Sylius in 8. ibi *Faunigenæ ſocio.* Plura Verg. 7. & 10. Aeneid: Solin. ca. 8. Pactuſqꝫ. legendum eſt, nactuſqꝫ. De Algido ad hoc propoſitum 6. Faſt. ibi *Scilicet hic olim.*

3 *Peruicaciſſimi tamen Latinorum, &c.*) Authores hiſtoriæ huius Liuius li. 3. & 4. Dionyſ. 10. Val. ca. 4. 4. Auguſt. cap. 18. 5. Ciui. Plin. cap. 17. de uiris illuſt. Eutro. cap. 11. 1. Oro. cap. 13. 2. Plin. ca. 3. 18. naturalis hiſtoriæ. De Lutio Quintio lege, quæ notaui de 4. conſula. Hono. ibi. *Luſtratæ lictore caſæ, faſceſqꝫ ſaligni.* Sic enim legendum eſt, nõ faces, ut paſſim legitur. De Dictatoris dignitate, origine, atqꝫ officio, lege quæ notauimus tit. 21. Feneſtellæ ubi malè citatur Eutrop. cap. 2. 1. pro capite 11.

Bellum cum Ethruſcis, Faliſcis, & Fidenatibus. Cap. XII.

1 ASſidui uerò, & anniuerſarij hoſtes ab Ethruria fuere Veientes, adeo ut extra ordinariam manum aduerſus eos promiſerit, priuatumqꝫ geſſerit bellum gens una Fabiorum ſatis ſuperqꝫ idonea clades. Cæſi apud Cremeram trecenti & ſex, patricius exerci-
2 tus, & ſcelerato ſignatur nomine, quæ proficiſcentes in prælium porta dimiſit. Sed ea cla-
3 des ingentibus expiata uictorijs, poſtqꝫ per alios atqꝫ alios duces, robuſtiſſima capta ſunt oppida, uario quidẽ euẽtu. Faliſci ſe ſpõte dediderunt. Cremati ſuo igne Fidenates. Rapti

ſunditus,deletiq; Veientes.Faliſci cum obſiderentur,mira uiſa eſt fides Imperatoris,nec
immeritò,ꝙ ludimagiſtrū urbis proditorē,cū his quos adduxerat pueris,uinctū ſibi ultro 4
remiſiſſet. Eam namq;,Furius Cāmillus uir ſanctus,& ſapiens,ſciebat uerā eſſe uictoriā,
quæ ſalua fide,& integra dignitate pararetur.Fidenæ quia pares non erāt ferro,ad terrorē
mouendum facib.armatæ,& diſcoloribus ſerpentum in modū uittis furiali more proceſſe
rant,ſed habitus ille feralis euerſionis omen fuit.Veientium quanta res fuerit, indicat de-
cennis obſidio.Tunc primū hyematū ſub pellibus. Taxata ſtipendio hyberna. Adactus
miles ſua ſponte iureiurando,niſi capta urbe non remeare.Spolia de Laërte Tolūnio rege
ad Feretriū reportata.Deniq; non ſcalis,nec irruptione,ſed cuniculo, & ſubterraneis do-
lis peractum urbis excidium.Ea deniq; uiſa eſt prædæ magnitudo,ut eius decimæ Apol-
lini Pythio mitterentur.Vniuerſusq; pop. Rom. ad direptionem urbis uocaretur. Hoc
tunc Veientes fuere,nunc fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quodúe ueſtigium? Labo-
rat annalium fides,ut Veios fuiſſe credamus.

Cap. XII.

Aſsidui uerò anniuerſarij hoſtes ab Ethruria fuere Veiētes,&c.)Hiſtoriam ſex & centorū Fabiorum ſcribunt Liu. 1
lib.2. Dionyſ.lib.9. Eutr. cap.11.1. Oroſ.cap.6.2. Plin.ca.14.de uir.illuſt.Gell.ca.21.17.Euſeb.li.temporum.
Ser.6.Aen.ſuper illud. *Quo feſſum.* Syllius lib.2.& 7.Ouid.2.Faſt.ibi, *Idibus agreſtis.*
Et ſcelerato ſignatur nomine,&c.)De porta,quæ antea Carmentalis dicebatur.Lege Ouid.2. Faſt.ibi. 2
Carmentis portæ. Fuit etiam Romæ ſceleratus uicus propè uicinum Cypriū, ut author eſt Varro, cau-
ſam ponit Ouid.6.Faſt.ibi *Certa fides.*
Sed ea clad &c.)Bellū cōtra Veios geſtū ſcribit Liu.li.4. & 5. Aug.c.17.2.& c.17.3.Ci.& ꝗ mox citabūtur. 3
Ludimagiſtrum,&c.)Scribunt hanc hiſtoriā Liu.in 5. Val.ca.5.6.Plutarch.in uita Camilli.Pli.ca.23.de ui- 4
ris illuſt.Claudianus in Gildonē. *Ductosq; Camillus* *Trans murum pueros,obſeſſæ reddidit urbi.* Hinc
fortaſſis non ſibi,ſed urbi in Floro legendū eſt,uel ſubito pro ſibi ultro Nā teſte Valerio,ſenatus cen-
ſuit,ut pueri,in patriā remitterētur.De Fidenatibus, Faliſcis, ac ſpolijs Laërtis Tolūnij,latè Liu.4.ab
urbe cōdita.De decimis Pithyo à Romanis miſſis præter alios.Val.ca.1.1.& ca.6.5.Plura.Liu.lib.5.

Bellum Gallicum, Cap. XIII.

HInc ſiue inuidia Deū, ſiue fato rapidiſſimus procurrentis imperij curſus,parumper 1
Gallorum Senonum incurſione ſupprimitur.Quod tempus P. R.neſcio utrum cla
de funeſtius fuerit, an uirtutis experimentis ſpecioſius. Ea certè fuit uis calamitatis, ut
in experimentum illatam putem diuinitus,ſcire uolentibus immortalibus dijs,an Roma-
na uirtus,imperium orbis mereretur.Galli Senones,gens natura ferox, moribus incōdi-
ta, ad hoc ipſa corporū mole,perinde ac armis ingentibus adeò omni genere terribilis fuit,
ut planè nata ad hominū interitum,urbiū ſtragē uiderēt. Hi quondā ab ultimis terrarum
oris cum cingerentur omnia Oceano,ingēti agmine profecti,cū iam media uaſtaſſent,po
ſitis inter Alpes,& Padum ſedibus,ne his quidem cōtenti,per Italiā uagabātur. Tum Clu
ſium oppidum obſidebāt.Pro ſocijs,ac fœderis.P.R.interuenit.Miſſi ex more legati. Sed
quod ius apud Barbaros? Ferocius agunt. Mouent exinde certamen. Conuerſis igitur
à Cluſio, Romamq; uenientibus, ad Alliam flumen cum exercitu Fabius conſul occur-
rit. Non Cremeræ fœdior clades. Itaque hunc diem,faſtis Roma mandauit.Fuſo exer- 2
citu,iam mœnibus urbis appropinquabant. Erant nulla præſidia. Tum igitur,aut nun-
quam aliàs apparuit uera illa Romana uirtus. Iampridem maiores natu ampliſſimis u-
ſi honoribus in forum coëunt, ibi deuouente pontifice,dijs ſe manibus conſecrant, ſta-
timq; in ſuas quiſque ædes regreſſi ſicut in trabeis erant, & ampliſſimo cultu, in curuli-
bus ſellis ſeſe poſuerunt, ut cum ueniſſet hoſtis, in ſua dignitate morerentur. Pontifi-
ces, & Flamines quicquid religioſiſſimi in templis erat partim in dolijs defoſſa terra re-
condunt,partim impoſita paluſtris ſecum auferunt. Virgines ſimul ex ſacerdotio Ve-
ſtæ nudo pede fugientia ſacra comitantur, tamen excepiſſe fugientes unus è plebe
fertur L. Albinus, qui depoſitis uxore & filijs, uirgines in plauſtrum recepit. Adeo 3
tum quoque in ultimis religio publica, priuatis affectibus antecellebat. Iuuentus ue-
rò,quam ſatis conſtat uix mille hominum fuiſſe, duce Manlio arcem capitolini mōtis inſe
dit,obteſtata ipſum,quaſi pręſentem Iouem,ut quemadmodū ipſi ad defendēdū templum

eius concurriſſent, ita ille uirtutem eorum numine ſuo tueretur. Aderãt interim Galli, a-
pertamq́ urbem primo trepidarunt, qui ſubeſſet dolus: mox ubi ſolitudinem uident, pari
clamore & impetu inuadunt. Patentes paſſim domos adeunt: ubi ſedentes in curulibus ſel
lis prætextatos ſenes, uelut Deos, Geniosq́ uenerati, mox eoſdem poſtquam eſſe homi-
nes liquebat, alioquin nihil reſpondere dignantes, pari uecordia mactant, facesq́ tectis in-
ijciunt, & totam urbem igne, ferro, manibus ſolo exæquant. Sex mẽſibus barbari (quis cre
deret?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modò, ſed noctibus omnia experti.
4 Cum tamen Manlius nocte ſubeuntes, clangore anſeris excitatus, à ſumma rupe deiecit, et
5 ut ſpem hoſtibus demeret, quanquam in ſumma fame, tamen ad ſpem fiduciæ, panes ab ar-
ce iaculatus eſt. Et ſtato quodam die per medias hoſtiũ cuſtodias, Fabium Pontificem ab
arce dimiſit, qui ſolenne ſacrum in Quirinali monte conficeret. Atq́ ille per media hoſtiũ
tela incolumis religionis auxilio redijt, propitiosq́ deos renunciauit. Nouiſſimè cum iam
obſidione ſua Barbaros fatigaſſet, mille pondo auri receſſum ſuum uendicantes, idq́ ip-
ſum per inſolentiam cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, ſuperbè uictos increpa-
rent, ſubitò aggreſſus à tergo Camillus adeo cecidit, ut omnia incendiorum ueſtigia Gal
lici ſanguinis inundatione deleret. Agere gratias dijs immortalibus pro ipſo tãtæ cladis no
mine libet. Paſtorum caſas ignis ille, & flamma paupertatem Romuli abſcondit. Incendiũ
illud quod egit aliud niſi ut deſtinata hominum, ac deorum domicilio ciuitas non deleta,
non obruta, ſed expiata potius, & illuſtra uideatur? Igitur poſt aſſertam à Manlio, reſtitu-
tam à Camillo urbem, acrius etiam, uehementiusq́, in finitimos reſurrexit. Ac primũ om-
niũ illam ipſam Gallicam gentem non contentus mœnibus expuliſſe, cum per Italiam nau-
fragia ſua latius traheret, ſic perſecutus eſt duce Camillo, ut hodie nulla Senonum ueſti-
gia ſuperſint. Semel apud Anienem trucidati, cum ſingulari certamine Manlius aureum
6 torquem Barbaro inter ſpolia detraxit. Inde Torquati. Iterũ Pontino agro, cũ in ſimili pug-
7 na L. Val. inſidente galeę ſatyria alite adiutus retulit ſpolia. Et inde Coruini. Nec non ta-
men poſt aliquot annos, omnes reliquias eorum in Ethruria ad lacum Vadimonis, Dolo-
bella deleuit, ne quis extaret in ea gente, qui incenſam à ſe Romam urbem gloriaretur.

Bellum Gallicum. Cap. XIII.

1 *Hinc ſiue Inuidia deorum. &c.* Hiſtorici ferè omnes, huius belli meminerunt. Liuius lib. 5. Vale. c. de Ominibus. lib. 1. Plut. in Camillo. Et Prob. 24. Plin. ca. 23. de uiris illu. Gell. ca. 17. 5. Aug. ca. 22. 2. & c. 17. 3. Ciui. Vegetius. cap. 28. 4. de re militari. Ver. 8. Aene. ibi. *Atq́ hic.* Martia. in Diſtichis. *Hæc ſeruauit*. Oui. 6. Faſt. ibi.

2 *Cincta premebantur.* Ser. 8. Anei. *Itaque Hunc Diem Faſtis Ro. madauit. &c.* Pro huius rei noticia, lege Plutar. problemat. 24. Plura notaui in commenta. Claudia. in Gildonem ibi. *Tarquinios.*

3 *L. Albinus. &c.* Val. cap. 1. 1. uocat hunc. L. Aluanium: ut in alterutro manifeſtus error ſit. De Manlio Capitone dicam c. 26. huius primi. De Fabij pontificis ſacro præter ſupradictos Val. c. 1. 1. De Genio deo.

4 Plura Cenſorinus. cap. 2. de die natali. *Clangore Anſeris. &c.* Scribunt hoc idem omnes, quos citauimus. Plin. cap. 22. 10. & cap. 3. 29. ponit huius rei cauſam. *Panes ab Arce iaculatus. &c.* Hiſtoriam ijdem qui ſu-

5 prà. Ob id factum Romani poſt Gallorum receſſum in Tarpeio monte Ioui Piſtori aram conſtruxerunt, rem & rei cauſam, lege ſexto Faſto. ibi. *Quem tu. &c.*

6 *Inde Torquati. &c.* De Torquati cognomine. Plin cap. 28. de uiris illu. Liuius lib. 7. Gel. cap. 13. 9. Val. cap. 2. 3. Meminit Verg. circa finem. 6.

7 *Inde Coruini. &c.* Lege apud Liuium. 7. ab ur. con. Val. cap. 2. 3. Plin. cap. 29. de uir. ill. Alij ferè omnes, nòn Satyriam auem, ſed coruum fuiſſe dicunt. Vel Satyria genus corui eſt. Ob id factum Valerius hic annorum trium & uiginti conſul factus eſt. Hiſtoriam de Dolobella, qui Gallos deleuit, Eutro. capi. 1. 2

Bellum Latinum. Cap. XIIII.

COnuerſus à Gallis in Latinos, Manlio Torquato, Decio Murena conſulibus, ſemper quidem æmulatione imperij & magiſtratuum infeſtos, tum uerò contẽptu urbis incenſæ, cum ius ciuitatis, partem imperij, ac magiſtratuum poſcerent, pari imperio, atque iam amplius quàm congredi auderent: quo tempore quis ceſſiſſe hoſtem mirabitur? Cum alter conſulum filium ſuum, quia contra imperium pugnauerat, quamuis uictorem occiderit, quaſi plus in imperio eſſet, quàm in uictoria. Alter quaſi monitu deorum capite uelato primum ante aciem, dijs manibus ſe deuouerit, ut in confertiſſima ſe hoſtium tela iaculatus, nouum ad uictoriam iter ſanguinis ſui ſemita aperiret.

Bellum Latinum. Cap. XIIII.

Converſ.s à Gallis &c.).De hoc bello lege Liuiũ lib.8.Val.ca.2.2.cap.9.6 & ca.3.9 Gel.cap.13 9.Plut.ca.27.Paral. 1
Eutro. cap.1.3.ſic inquit.Latini qui noluerunt milites dare, hoc quoq; à Romanis exigere cœperunt,
ut unus conſul ex eorum,alter ex Ro.populo crearetur. Quod cum eſſet negatum,bellum contra eos
ſuſceptum eſt.Oro.cap.9.3.dicit hoc bellum Latinis rebellantibus illatum anno.ccccix. ab urbe condi-
ta.Lege Plinium cap.26.&.28.de uiris illuſtribus.
Cum alter conſulum filium ſuum. &c.)Hiſtoriam hanc ſcribunt omnes,qui ſuprà.Plutar.autem dicit ubi ſuprà 2
hoc accidiſſe bello Samnitico.Pulchrè hanc hiſtoriam ſcribit Gel.cap.13.9. ex ſententia Clau. Quadriga
rij.Meminit Euſeb. lib.temporum. Idem prius fecerat Epaminundas Thebanorum dux, cum aduer-
ſus Lacedæmonios belligerabat.Plutar.cap.21.Paral.
Alter quaſi monitu Deorum.&c.) Authores hiſtoriæ.Plutar.ca.37. Paral.dicit hoc accidiſſe in bello contra Al 3
banos.Val.c.6.5Pli.ca.5.22.&.c.2.28. naturalis hiſtoriæ.Plin.minor.c.26.de uiris illu.Augu.cap.20.4.& c.18
5.Ciui.Iuue.Saty.ibi.*Plebeiæ Deciorum.&c*. Meminerunt Verg,6.Aenei.& Claudia. de quarto conſulatu
Hono.ubi plura annotauimus.Deuouendi formulam ponit Liuius ubi ſuprà.Plin.cap.2.28. dicit extra-
re deuotionis carmen.

Bellum Sabinum. Cap. XV.

A Latinis aggreſſus eſt gentem Sabinorum,qui immemores factæ ſub Tito Tatio affini 1
tatis quodam contagio belli ſe Latinis adiunxerunt. Sed Curio Dentato conſule,
omnem eum tractum,qua Nar ambit,fonteſq; Velini Adriatico tenus mari, igne,fer
roq; uaſtauit,qua uictoria tantum hominum, tantum agrorum redactum in poteſtatem,
ut in utro plus eſſet,ne ipſe poſſet exiſtimare qui uicerat.

Bellum Sabinum. Cap. XV.

A Latinis aggreſſus eſt gentem Sabinorum &c.)Huius belli tanquam parui momẽti pauci meminerunt, lege Pli 1
nium cap.33.de uiris illu.& Oro.cap.20.3.Dentati nomen unde ſumptum ſit,docet Plin.ca.16.7. Plura
annotauimus ſuprà cap.4.Iulij Solini.De Sabinis populis,lege Plin.cap.12.3.Et Syllium.lib.8.ibi.b*ibant*.
De Sabinorum enim nomine,non omnes idem ſentiunt.

Bellum Samniticum. Cap. XVI.

PRecibus deinde Campaniæ motus non pro ſe,ſed quod eſt ſpecioſius, pro ſocijs Sam 1
nitas inuadit. Erat fœdus cum utriſq; percuſſum,ſed hoc Campani ſanctius,& prius
omnium ſuorum deditione fecerunt. Sic ergo Romanus, bellum Samniticum tan
quam ſibi geſſit.Omnium non modò Italia, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campa- 2
niæ plaga eſt.Nihil mollius cœlo,deniq; bis floribus uernat,nihil uberius ſolo, ideo Libe-
ri,Cereriſq; certamen dicitur.Nihil hoſpitalius mari.Hic illi nobiles portus: Caieta,Miſe-
nus,& tepentes fontibus Baiæ.Lucrinus,& Auernus,quædam maris ocia. Hic amicti ui-
tibus montes,Gaurus, Falernus,Maſſicus,& pulcherrimus omnium Veſuuius Aetnei i-
mitator.Vrbes ad mare,Formiæ,Cumæ,Puteoli,Neapolis,Herculaneum,Pompeij, & ip-
ſa caput urbium Capua,quondam inter tres maximas Romam Carthaginemq; numerata.
Pro hac urbe,ijs regionibus P. R.Samnitas inuaſit,gentem ſi opulentiam quæras aureis &
argenteis armis,diſcolori ueſte,uſq; ad ambitum armatam.Si inſidiarum fallaciam,ſaltibus
ferè,& montium fraude graſſantem.Si rabiem,ac furorem,ſacratis legibus, humaniſq; ho
ſtijs in exitium urbis agitatam.Si pertinaciam,ſexies rupto fœdere cladibuſq; ipſis animo
ſiorem.Hos tamen quinquaginta annis per Fabios,& Papirios patres,eorumq; liberos ita 3
ſubegit,ac domuit,ita ruinas ipſas urbium diruit,ut hodie Samnium in ipſo Sãnio requi-
ratur,nec facilè appareat materia quatuor & uiginti triumphorum. Maximè tamen nota,
& illuſtris ex hac gente clades apud Caudinas furcas,Veturio, Poſthumioq; conſulibus 4
accepta eſt.Clauſo enim per inſidias intra eum ſaltum exercitu, unde non poſſet euadere,
ſtupens occaſione tanta dux hoſtium Pontius,Herennium patrem conſuluit,& ille,Mitte
ret omnes, uel occideret,ſapiẽter ut ſenior ſuaſerat. His armis exutos mittere ſub iugum
maluit ut nec amici forent beneficio,& poſt flagitium hoſtes magis.Itaq; & conſules mag-
nificè uoluntaria deditione turpitudinem fœderis dirimunt,& ultionẽ flagitans miles Pa-
pirio duce (horribile dictu) ſubiectis enſibus per ipſam uiam ante pugnam furit,& in con
greſſu arſiſſe omnium oculos, hoſtis author fuit,nec prius finis cædibus datus,quam iu-
gum & hoſtibus,& duci capto,repoſuerunt.

Bellum

Cap. XVI.

1 *Precibus deinde Campaniæ motus &c.)* Prima pars capitis huius de precibus ſcilicet,& deditione Campanorũ habetur à Liuio lib.7.Reliquum habetur lib.9.ab urbe condita.

2 *Terrarum pulcherrima Cãpania.&c.)* Campaniæ laus,ſumpta eſt ex ca.5.3.Plin.Solino.cap.8.Strab,lib.5.Eutro. cap.1.2.Eleganter Syllius Campaniæ laudes cecinit lib.8. *Iam uero quos diues opum,quos diues auorum. Et toto dabat ad bellum Campania tractu.&c.* De his populis Plura. plin.cap.5.& 12.3.

3 *Hos tamen quinquaginta annis &c.)* Aliter multo Appianus.Vltimi,inquit,Sãnites erãt, qui Ionium incolũt & magno difficiliq; bello per annos octuaginta conflictati ſunt.&c. Sententia Appiani uidetur uerior propter quatuor & uiginti triumphos de Samnitibus habitos.

4 *Apud Caudinas furcas &c.)* Hiſtoria habetur à Liuio lib.9.Val.cap.1.5.ca.2.7.Plutar.cap.6.Paral.Plin.cap.30. de uiris illu. Aug.17.3.Ciui.Lucanus.in.2.Nota ſunt quæ Eutro: & Oro.de hac ipſa clade ſcribunt.Lege quæ ſcribit Cice.3.officiorum Geſta ſunt autem hæc anno.413.ab urbe condita authore Oroſio.

Bellum Ethruſcum,& Samniticum. Cap. XVII.

1 HActenus.P.R.cum ſingulis gentium,mox aceruatim,tamen ſic quoq; par omnibus. Ethruſcorum xij.populi in id tempus incitati,antiquiſſimus Italiæ populus Samnitium,reliqui in excidium Romani nominis repente coniurant. Erat terror ingens tot
2 ſimul,tantorumq; populorum. A latere,Ethruria infeſta quatuor agminum ſigna uolitabant. Ciminius interim ſaltus in medio,ante inuius planè quaſi Calydonius, uel Hercinius,adeo tunc terrori erat ut ſenatus conſuli denunciaret,ne tantum periculi ingredi auderet. Sed nihil horum terruit ducẽ,quin fratre præmiſſo exploraret acceſſus. Ille per noctẽ paſtorio habitu ſpeculatus, omnia refert. Tum ſic Fabius Maximus periculoſiſsimum bellum,periculo explicauit. Nam ſubito inconditos atq; palantes aggreſſus eſt,captisq; ſuperioribus iugis in ſubiectos ſuo more detonuit. Ea namq; ſpecies fuit illius belli,quaſi in terrigenas è cœlo,ac nubibus tela mitterentur,nec incruenta tamen illa uictoria, nam oppreſſus in ſinu uallis alter conſulum,Decius more patrio deuotum dijs manibus obtulit caput,ſolennemq; familiæ ſuæ conſecrarionem in uictoriæ precium redegit.

Cap. XVII.

1 *Hactenus.P.R.&c.)* Quæ hoc cap. continentur ſcribit Liuius.9 &.10.ab ur.con.Oro.cap.20.3.Eutro.cap.1. 2.Geſtum autem eſt bellum hoc, anno.450.ab ur.con.Oro. Euſeb.autem dicit geſtum Olym 117. Meminit Aug.cap.17.1.Ciui.De duodecim Ethruriæ populis ſuprà cap.5.De Calydonio,& Hercinio ſaltu infra.cap.10.&.13.4.

2 *Quatuor agminum ſigna &c.)* In hoc enim bello quatuor florentiſſimi populi cõtra Roma.fuerunt Ethruſci Vmbri,Samnites,Galli.Oro.ubi ſuprà.De hoc Fabio,qui primus Max.in ea familia dictus eſt,Plin.ca. 22.de uiris illu.Val.cap.1.2.De Ciminio monte,plura Liui.lib.9.Frontinus.cap.2.1.&.cap.1.2. Fabulam quandam de hac re narrat Ser.7.Aenei.ibi *Et Cimini cum monte lacum.*

Decius more patrio &c.) De huius Decij deuotione præter ſupradictos,Lege Plin.cap.27.de uiris illu.Pluta. cap.33.Paral.Valer.cap.6.5.Aug.cap.18.5.Ciui.lege notata.cap.14.ſuprà.Lege quæ ſcribit Cice.1.de diui. ante medium.

1 ## Bellum Tarentinum,& cum Pyrrho rege. Cap. XVIII.

SEquitur bellum Tarentinum,unum quidem titulo,& nomine,ſed uictoria multiplex. Hoc enim Campanos,Apulos,atq; Lucanos,& caput belli Tarentinos, idem totam Italiam,& cum iſtis omnibus Pyrrhum clariſsimum Greciæ regem,una ueluti ruina pariter inuoluit,ut eodem tempore & Italiam conſummaret,et trãſmarinos triumphos auſpicaretur. Tarentum etiam Lacedæmoniorum opus,Calabriæ quondam, & Apuliæ,totiusq; Lucaniæ caput,tum magnitudine,& muris,portuq; nobili,tum mirabili ſitu.Quippe in ipſis Adriatici maris faucibus poſita in oras noſtras Hiſtriam, Illyricum,Epyrum,Achaiam, Aphricam,Siciliam uela dimittit.Imminet portui ad proſpectũ maris poſitum urbis Theatrum,quod quidem cauſa miſeræ ciuitati fuit omnium ſuarum calamitatum. Ludos fortè celebrabant cum remigantes littori Romanas claſſes inde uident,atq; hoſtem rati,emicant, ſine diſcrimine inſultant,qui autem, aut unde Romani nec ſatis norant. Aderat ſine mora
2 querelam ferens legatio,hanc quoq; fœdius per obſcœnam, turpemq; dictu cõtumeliam uiolant.Ex hinc bellum,ſed apparatus horribilis,cum tot ſimul populi pro Tarentinis con ſurgerent,omnibusq; uehemẽtior Pyrrhus qui ſemigrẹcã ex Lacedæmonijs conditoribus

ciuitatem uindicaturus,cum totius uiribus Epyri,Theſſaliæ,Macedoniæ,incognitisꝗ in id
tempus elephantis,mari,terra,uiris,equis,armis,addito inſuper ferarum terrore,ueniebat.
Apud Heracleam, & Campaniæ fluuium Lyrim Leuino conſule,prima pugna,quæ tam
atrox fuit, ut Ferentaneæ turmę præfectus inuectus in regem turbauerit, coëgeritꝗ proie
ctis inſignibus prælio excedere. Factum erat,niſi elephanti conuerſi in ſpectaculum belli
procurriſſent,quorũ tum magnitudine,tum deformitate,& nouo colore ſimul,ac ſtridore
cõſternati equi incognitas ſibi belluas amplius quã erant ſuſpicarentur,fugam, ſtragemꝗ
latè dederunt.In Apulia deinde apud Aſculum melius dimicatum eſt, Curio, Fabricioꝗ
conſ.Iam quippe belluarum terror exoleuerat, & Caius Minutius quartæ legionis haſta-
tus,unius proboſcide abſciſſa mori poſſe belluas oſtenderat. Itaꝗ & in ipſas,pila congeſta
ſunt, & in turres uibratæ faces,tota hoſtium agmina ardentibus ruinis operuerunt,nec a-
lius cladi finis fuit,quàm nox dirimeret,poſtremusꝗ fugientium ipſe rex à ſatellitibus hu
mero ſaucius in armis ſuis referretur.Lucaniæ ſuprema pugna ſub Aruſinis (quos uocãt)
campis,ducibus ijſdem,qui ſuperius. Et tunc tota uictoria exitũ, quem datura uirtus fuit
caſus dedit.Nam productis in primam aciem rurſus Elephantis, unum ex his pullum ada-
cti in caput teli grauis ictus auertit,qui cum per ſtragem ſuorum percurrens ſtridore que
reretur,mater agnouit, & quaſi uindicatura exiluit,tum omnia circa quaſi hoſtilia graui
timore permiſcuit,ac ſi cædem feræ, quæ primam uictoriam abſtulerant,ſecundam parem
facerent tertiã ſine controuerſia tradidere.Nec uerò tantùm armis,& in campis,ſed conſi-
lijs quoꝗ,& domi,& intra urbem cum rege Pyrrho dimicatum eſt. Quippe poſt primam
uictoriã rex callidus intellecta uirtute Romana,ſtatim deſperauit armis,ſeꝗ ad dolos con-
tulit. Nam interemptos cremauit,captiuosꝗ indulgenter habuit,& ſine precio reſtituit.
Miſſisꝗ deinde legatis in urbem, omni modo adnixus eſt,ut in amicitiã reciperetur. Sed
bello,& pace,foris,& domi,omnẽ in partem Romana uirtus tũ ſe probauit,nec aliàs magis
quam Tarentina uictoria oſtendit populi Romani fortitudinem,ſenatus ſapientiã,ducum
magnanimitatẽ. Qui nam illi fuerunt uiri,quos ab Elephantis primo prælio obrutos acci-
pimus? omniũ uulnera in pectore,quidam hoſtibus ſuis immortui,omniũ in manibus en-
ſes,& relictæ in uultibus minæ,& in ipſa morte ira uiuebat. Quod adeo Pyrrhus miratus
eſt,ut diceret:O quam facilè erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, 5
aut me rege Romanis. Quæ autem eorũ,qui ſuperfuerunt in reparando exercitu feſtina-
tio? cum Pyrrhus,uideo me,inquit,planè Herculis ſydere procreatum,cui quaſi ab angue
Lernæo tot cæſa hoſtium capita de ſanguine ſuo renaſcuntur.Qui autẽ ille ſenatus fuit? cũ
perorante Appio Cœco pulſi cum muneribus ſuis ab urbe legati. Interrogati à rege ſuo 6
quid de hoſtiũ ſede ſentirent.Vrbem templũ ſibi uiſum,Senatum regnum eſſe confiteren- 7
tur.Quales porrò ipſi duces uel in caſtris,cum medicum uenale regis Pyrrhi caput afferẽ 8
tem Curius remiſit: Fabricius oblatã ſibi à rege imperij partem,repudiauit. Vel in pace?
cum Curius fictilia ſua Sãnitico præferret auro? Fabricius decẽ pondo argenti,circa Ruf- 9
finum conſularem uirum, quaſi luxuriam cenſoria grauitate damnaret? Quis ergo mire- 10
tur his moribus,uirtute militum,uictorem S.R.fuiſſe? unoꝗ bello Tarentino intra qua-
driennum maximam partem Italiæ, fortiſſimas gentes,opulentiſſimas urbes,uberrimasꝗ
regiones in deditionem redegiſſe? Aut quid adeo fidem ſuperet? quoniã ſi principia belli
cũ exercitu cõferantur uictor primo pręlio Pyrrhus totã trementẽ Italiã, Cãpaniã,Lyrim
Fregellasꝗ populatus,propè captã urbẽ à præneſtina arce,ꝓſpexit, & à uigeſimo lapide o- 11
culos trepidę ciuitatis fumo,ac puluere impleuit.Eodẽ poſtea bis exuto caſtris,bis ſaucio,
& in Græciã ſuã trans mare, ac terras fugato,pax,& quies,et tãta adeo de opulẽtiſſimis tot
gentibus ſpolia,ut uictoriã ſuã Roma nõ caperet.Nec.n. ullus pulchrior in urbẽ, aut ſpe- 12
cioſior triumphus intrauit,cũ ante hũc diẽ nihil niſi pecora Volſcorũ, greges Sabinorũ,car
pẽta Gallorũ,fracta Sãnitũ arma uidiſſet.Tũ ſi captiuos aſpiceres, Moloſſi,Theſſali,Mace
dones,Brutius,Apulus,atꝗ Lucanus.Si põpas,aurũ,purpura, ſigna,tabulæ, Tarẽtinæꝗ
delitię.Sed nihil libentius P.R.aſpexit,quàm illas,quas timuerat cum turribus ſuis belluas, quæ non ſine ſenſu captiuitatis ſummiſſis ceruicibus,uictores equos ſequebantur.

Cap. XVIII.

1 *Sequitur bellum Tarentinum &c.)* De bello Tarentino ſcribit Flo.abbreuiator Liuij,lib.12,13.14.Val.ca. 1.2.Plin.de uiris illu.cap.35.Plutar.in uita Pyrrhi Aug.cap.17.3.Ciui.Oro.cap.2.4.Eutr.cap.1.2.Tarenti originem,ſitum,potentiam &c.Lege apud Strab.lib.6.Et Plin.cap.10.3.Syl.lib.12.ibi . *Veterat*. Quando, & à quibus conditum.Euſeb.lib,temporum.Quo autem tempore hoc bellum geſtum eſt, docent Gel. cap.ult.17.& Plin.cap.6.8.

2 *Hanc quoq; per obſcœnam contumeliam &c.)* Hanc contumeliam ponit Val.ubi ſuprà.Vnus enim Ro.legatorũ urina inter cæteras contumelias,aſperſus eſt.Nec de his,quæ paſſi ſunt conqueſti ſunt,ne quid ultra,ac mandatum eſſet loquerentur.

3 *Incognitis in id tempus Elephantis &c.)* De Elephantis plura Plin.in principio.8.Soli,cap.28.Ambro.ca.5.6.Hexameri.Plin.cap.6.8.aſſerit Italiam primum uidiſſe Elephantos Pyrrhi regis bello , & boues Lucas appellaſſe,quoniam in Lucanis primo uiſi ſunt anno urbis conditæ.472.Plin.13.3.Aſculum nõ in Apulia, ſed Piceno collocat.Idem dicit Florus cap.19.huius . Videtur igitur ſuperfluum eſſe,In Apulia.Plutar. dicit tertiam cum Pyrrho pugnam,fuiſſe apud Beneuentum,nullam de Aruſinis campis faciens mentionem.Hæc monendi cauſa uolumus. Idem Plutar.non Leuinum,ſed Albinum conſulem nominat Idem præfectum Ferentanæ turmæ (ſic enim legendum) Eplacum uocatum dicit,ac dum pugnat confoſſum à Græcis.

4 *Miſsiſq; legatis &c.)* Huius legationis præter cæteros meminerunt.Plin.ca.24.7.Soli.ca.7. Cice.1.Tuſcula.q.

5 *O quàm facile &c.)*Deeſt dato,ut legatur ſic,aut mihi Romanis militibus,aut me regeRomanis dato,ex uetuſto exemplari.Clarius Eutro.& Plin.minor ubi ſuprà,

6 *Cum per orante Ap.Clau.Cæco &c.* Sic enim legendum.Hiſtoriam hanc præter ſupradictos,lege apud Val.ca. 14.8.Plin.cap.34.de uiris illu.Plut.in Pyrrho recitat huius Appij . orationẽ,quã ad Senatũ habuit.Lege Cic.in Catone maiore.Ouid.6.Faſto.*Appius eſt author Pyrrho qui pace negata,Multũ animo uidit,lumine captus erat.*

7 *Senatum regnum eſſe cõfiterentur &c.)*De hac reſpõſione ſic ait Plut.Cyneas Pyrrho retulit cũ multa alia, tũ Senatum Romanum,multorum regũ ſibi conſeſſum uideri.Videtur igitur non regnũ,ſed regũ legẽdum.

8 *Venale caput &c.)* Hãc hiſtoriã præter cæteros lege apd' Val.c.5.6.&latius apd' Gel.c.8.3.Dictus aũt eſt medicus, hic Timochares.Multa Cic.officiorũ.3. De Curio,& Fabritio plura apd' Claudianũ pimo in Ruff. & de quarto conſulatu Honorij.

9 *Fictilia ſua Samnitico præferret auro &c.)* Hanc hiſtoriã ſcribũt paſſim omnes,Lege Val.ca.3.4.Gel.cap.14.primi Plin cap.12.33.Aug.cap.18.5.Ciui.Plura in annotationibus Claudiani ex Iuuenale,Vergilio, cæteris.

10 *Circa Ruffinum con.VI.&c.)* Hiſtoria habetur à Floro.14.abbre.Liuianarũ.Val.cap.4.2.Gel.cap.8.4.Dicit autem idem Gel.cap.ultimo 17.hunc Ruffi.fuiſſe bis conſulem,atq; antea dictatorem.Florus lib.14.abbreuiationum.Flumen Lyrim ,nominat Plutar.Sirien.Sed tam in Floro quàm in Plutar. Sirin legendum eſt.Plinius cap.11.3.

11 *A Viceſimo lapide &c.)* Plutar.ait.Tantum enim proceſſit,ut non amplius trecentis ſtadijs Roma abeſſet, hoc enim factum eſt mox poſtquam Leuinus uictus fuerat.

12 *Nec ullus triumphus &c.)* De ritu triumphãtum ſcripſi in annota.6.conſula.Hono.in Claudia.Lege Syl.lib. ultimo.Item Ber.16.1.&.4.Proper.Multa Philel.epiſtola.12.29.epiſtolarum.& Conuiui.2. De ſenſu,& de docilitate Elephantorum.Plin.cap.1.&.5.8.Lege Ariſt.9.naturæ animalium,& Strabonem lib.15.Nugas multas de his garrit Albertus.

Bellum Picente. Cap. XIX.

1 OMnis mox Italia pacem habuit. Quid.n.poſt Tarentum auderet? niſi quod ultro proſequi ſocios hoſtium placuit . Domiti hinc Picẽtes, ſed caput gentis Aſculum

2 Sẽpronio duce,qui tremente inter præliũ campo Tellurẽ deã, promiſſa æde placauit

Cap. XIX.

1 *Omnis mox Italia &c)* Quæ hoc capite ſcribit Flo.habentur 15.abbr.Liuia.Item Eutro.cap.2.2. Signanter Oro.cap.5.4.Vide Frontinum cap 12.primi.

2 *Tellurem deam promiſſa æde pla.&c.)* Vetuſtiſſimus Græcorum Meliſſeus,Iouis nutritor,Tellurem Vrani uxorem colere inſtituit.Lege Lactantium cap 22.1.De eius in urbe Ro æde Plin.cap.6.34.Val cap.3.6.Multa Aug.4.Ciui.Pt Ouid.4.Faſto.Plura Macrob.1 Satur.

Bellum Salentinum. Cap. XX.

1 SAlentini Picentibus additi, caputq; regionis Brunduſiũ inclyto portu.M.Attilio duce.Et in hoc certamine uictoriæ precium templum ſibi paſtoria Pales ultro popoſcit.

Cap. XX.

1 *Salentini &c.)* Hoc bellũ ſcribũt Flo.15.abbr.Plin.c.4.de uir.ill.Putr.c.2.2.De pale dea abũdè oẽs,lege tamẽ

Ouid.4.Faſt.ibi.*Nox abijt.*Plura Ser.3.Geor.& Soli.circa principium.De Salentinis, & Picentibus.Plin.
cap.12.&.13.3.

Bellum Volſinenſe. Cap. XXI.

POſtremi Italicorum in fide manſere Volſini,opulentiſſimi Ethruſcorum,implorantes 1
opem aduerſus ſeruos quondam ſuos,qui libertatem à dominis datam,in ipſos erexe-
rāt trāslataq́ in ſe rep.dominabātur.Sed hi quoq; duce Fabio Gurgite,pœnas dederūt

Cap. VXI

Quod hic ſcribit Flo.lege apud Val.cap.1.9.Plin de uir.illu ca.36.Oro.cap.6.4. Ser. 1
Poſtremi Italicorum &c.) Quod hic ſcribit Flo.lege apud Val.cap.1.9.Plin de uir.illu ca.36.Oro.cap.6.4. Ser. ... Ad præſens propoſitum lege quæ ſcripſi-
uorum tractatus habetur 1.Satur. Macro.&.ca.8.6.Val.Max.
mus 1.in Eutro.apud Claudia.circa finem.

De ſeditionibus. Cap. XXII.

HAec eſt ſecunda ætas P.R.& quaſi adoleſcentia,qua maximè uiruit,& quodam flore 1
uirtutis exarſit,ac fremuit. Itaq; quædam adhuc ex paſtoribus feritas,quiddam ſpira
bat indomitum.Inde eſt quod exercitus Poſthumium Imperatorem,inficiātem quas
promiſerat prędas,facta in caſtris ſeditione lapidauit.Quòd ſub Appio Claudio noluit uin
cere hoſtem,cum poſſet.Quòd duce Valerone detrectantibus pleriſq; militiam,fracti cō- 2
ſulis faſces.Inde quòd clariſſimos principes quòd aduerſarentur uoluntati ſuæ, exulatio-
ne mulctauit. Vt Coriolanum colere agros iubentem: nec minus ille ferociter iniuriam 3
armis uindicaſſet,niſi quòd iam inferentem ſigna filium,mater Veturia,lachrymis ſuis ex-
armauit.Vt ipſum Camillum quòd iniquè inter plebem,& exercitū diuiſiſſe Veientē præ
dam uideretur.Sed hic melior obſeſſis in capta urbe conſuluit, & mox ſupplices de hoſte
Gallo uindicauit.Cum ſenatu quoq; de æquo,bonoq; certatum eſt, adeo ut relictis ſedi-
bus ſolitudinem,& interitum patriæ ſuæ minarentur.

Cap. XXII.

Hæc eſt ſecunda ætas P.R.&c.) De ſeditionibus extat.cap 7 9.Val Max. De Poſthumio Impera.lapidato in 1
caſtris,latè Liui.4 ab ur.con.De Ap.Clau.Idem Liui.lib.2.Et Valer.cap.3.9. Diony.Halicar.lib.9.anti-
quitatum.Ro.
Valerio Nerone &c.) Fuiſſe lethale odium inter Clau.Neronem & Liuium Salinatorem,docent Val.4.2. 2
cap.2.4.cap.3 9.Liui lib 28.Plin.cap.50.de uir.illu.Item cæteri. Sed quoniam Clau Nero,nō Valerius
Nero dictus eſt.Præterea,nō legitur inter Clau. Neronis acta quando & quomō faſces fracti fuerint,
idcirco Valerone legendum eſt,ex paucarum enim literarum adiectione facilè locus hic potuit depra-
uari,quem locum antea ut plæraq; alia,noſter Cuſpinianus reſtituit.Hanc Valeronis hiſtoriam abun-
dè Liuius in ſecundo.
Vt Coriolanum &c.) Pro hac hiſtoria lege Liui.lib.2.Diony.lib.7.&.8.Plutar.in Coriolano. Plin.cap.19.de 3
uir.illu Gel.cap.ultimo.1.cap.3.4.ca.2.&.4.5.Appia.in principio primi bellorum ciuilium.
Cum Senatu quoque &c.). Hanc hiſtoriam ſcribunt Liuius in fine.5.& Plin.ca.23.de uiris illu. Trita ſunt quæ 4
ſcribunt Eutropius & Oroſius.

Prima urbis diſcordia. Cap. XXIII.

PRima diſcordia ob impotentiam fœneratorum, quibus in terga quoq; ſeruiliter ſæui- 1
entibus, in Sacrum montem plebs armata ſeceſſit,ægreq́,nec niſi tribunos impetraſ-
ſet.Menenij Agrippæ,facundi & ſapiētis uiri authoritate reuocata eſt. Extat orationis
antiquæ ſatis efficax ad concordiam fabula, qua diſſenſiſſe inter ſe quondam humanos ar-
tus dicitur, quod omnibus opere fungentibus ſolus uenter immunis ageret,deinde mori-
bundos à ſeiunctione rediſſe in gratiam,quando ſenſiſſent,quod eius opera,redactis in ſan
guinem cibis irrigarentur.

Cap. XXIII.

Prima diſcordia &c.) Hæc diſcordia accidit Olym.71.Author.Euſeb.lib.temporum.De qua Liui.lib.2.Dio
nyſ.lib.6.Val.cap.9 8.Plin.cap.18.de uir.illu.Eutro.ca 11.1 Oro.cap.6.2.Aug.cap.18.2.Ciui.&c.17.3.eiuſdem
Appi.lib.1,bellorum ciuilium.Plura Pomp.tit.2.primi Digeſtorum.Feneſt.tit.10.Lege Ouid.3.Faſt ibi.
Plebs uetus.Sacer mōs trans Anienem fluuium fuit,ultra tertium miliarium. Sacer autem appellatus
quoniam Ioui fuerat conſecratus.Authores Feſtus.Appi.Aug.cap.18.2. Ciu.ubi plura.
Efficax fabula &c) Hanc fabulam narrant Val.cap.9.8.Et Plin.cap.18 de uir.illu.Liui.ubi ſuprà. Val.autē 2
Max.uocat hunc Valerium,non Menenium Agrippam.Meminit Gel,cap.21,17.

ecunda

1 Secunda Vrbis diſcordia Cap. XXIIII.

SEcundam in urbe decemuiratus libido conflauit. Allatas à Græcia leges decem prin-
cipes lecti iubente populo conſcripſerant, ordinataq; erat in. xii. tabulis tota iuſtitia.
Cum tamen traditos faſces regio quodam furore retinebant. Ante ceteros Appius
Cla. eò inſolentię elatus eſt, ut ingenuam uirginem ſtupro deſtinaret, oblitus & Lucre-
tię, & regum, & iuris, quod ipſe compoſuerat. Itaq; cum oppreſſam iudicio filiā trahi in ſer
uitutem uideret Virginins pater, nihil cūctatus in medio foro manu ſua interfecit, admo
tisq; ſignis cōmilitonum, totam eam dominationem obſeſſam armis in carcerem, & cate-
nas ab Auentino monte detraxit

Cap. XXIIII.

1 *Secundam in urbem. &c.*) Id factum eſt anno. 302. ab ur. con. Lege Sol. cap. 2. Euſeb lib. temporum. Eutro. cap. 12. 1. Diony. dicit Olymp. 82. hoc eſt annis ab ur. con. trecentis expletis, lege ipſum lib. 10. Liui. libr. 5. Val. c. 1. 6. Plin. cap. 21. de uir. illu. Oro. c. 13. 2. Aug. c. 17. 3. Ciui. De duodecim tabulis, quādo, & à quo editæ Diony. ubi ſupra. Gel. ca. ult. 17. & ca. 1. 20. Sæpiſsime habetur earum mētio in libris Digeſtorum ſignāter tit. 2. 1. Plura Feneſt titu. 14. Scriptæ autem ferunt ab Hermodoro Epheſio, cuius ſtatua fuit Ro. in comitio, author Plin. ca. 5. 34.

Tertia Vrbis diſcordia. Cap. XXV.

TErtiam ſeditionem excitauit matrimoniorum indignitas ut plebei cum patriciis iun
gerentur, qui tumultus in monte Ianiculo duce Canuleio Tribunoplebis, exarſit.

Cap. XXV.

1 *Tertiam ſeditionem. &c.*) De hac tertia diſcordia late Liui. lib. 4. Memihit Aug. cap. 17. 3. Ciui. ubi plura annotauimus.

1 Quarta Vrbis diſcordia. Cap. XXVI.

2 QVartam honorū cupido ut plebei quoq; magiſtratus crearētur. Fabius Ambuſtus
duarum pater, alteram Sulpitio patricii ſanguinis dederat, alteram plebeio Stoloni
3 Hæc quodam tempore, quod lictoriæ uirgæ ſonum ignotum penatibus ſuis expauerat,
a ſorore ſatis inſolenter irriſa iniuriam non tulit. Itaq; nactus tribunatum honorum & ma
gi ſtratuū conſortium, quāuis inuito ſenatui extorſit. Verùm in his ipſis ſeditiōibus, prin-
4 cipem populū nō immeritò ſuſpexeris. Siquidē nūc libertatē, nūc pudicitiā, tū nataliū dig
5 nitatē, honorū decora, & inſignia uindicauit. Inter omnia hęc nullius acrior cuſtos, quā li-
6 bertatis fuit. Nullaq; in preciū eius potuit largitiōe corrūpi, cū ut in magno, et in dies ma-
7 iore populo interim pernitioſi ciues exiſterēt. Sp. Caſsiū agraria lege, Meliū largitiōe ſuſ-
8 pectū regię dominationis, præſenti morte mulctauit. Ac de ſpurio quidē ſuppliciū pater
ipſius ſumpſit. Hunc Quintii dictatoris imperio in medio foro magiſter equitum Seruili
us Hala confodit. Manliū uerò capitolii uindicem, quia plęroſq; debitorū liberauerat, al-
9 tius ſe, et inciuilius efferentem, ab illa, quā defenderat, arce deiecit, talis domi ac foris, talis
10 pace, belloq;. P. R. fretum illud adoleſcentię, id eſt, ſecundā imperii ętatem habuit, in qua
11 totam inter Alpes fretumq; Italiam, armis ſubegit.

Cap. XXVI.

1 *Quartam honorum cupido. &c.*) Hanc quartam diſcordiam. Lege apud Liuium uerſus finem. 6. Et Val. Max. cap. 6. 8. Plin. cap. 20. de uiris illuſt.

Lictoriæ Virgæ ſonum. &c. Mos fuit ut lictor uirga fores percuteret, quas Conſul fuerat intraturus, quem morem tangit Plin. cap. 30. 7.

3 *SP. Caſsium. &c.*) Authores hiſtoriæ ſunt Liui. lib. 2. Diony. lib. 8. Val. cap. 8. 5. & ca. 3. 6. Romæ ſimulachrum ex ære factum Cereris ex peculio Sp. Caſsii, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat. Plin. cap. 4. 34.

4 *Alteram plebeio. &c.*) Sic hunc locum corrigimus. Alteram plebeio Stoloni, qui quodam tempore, quod uxor eius lictoriæ uirgæ. &c. Ex uetuſto codice.

5 *Cum ut in Magno. &c.*) Legendum eſt cum iam in magno.

6 *Nunc pudicitiam. &c.*) Hoc dicit propter uirgines Veſtales. Per id enim tempus, Romæ Veſtalis uirgo Sunia, in ſtupro deprehenſa uiua defoſſa eſt. Item una uirgo Romæ in corruptione deprehēſa percutitur. Rurſus, Romæ, uirgines Veſtales, ob ſtupri reatum in terra obrutæ. Author Euſebius in temporibus, poteſt quoq; de Virginia intelligi, ut cap. 24. habet Florus.

SP. Caſsium agraria lege, Melium largitione regiæ dominationis ſuſpectum.&c.) Sic.n.hunc locum primi correximus,cum antea legeretur.Caſsium agraria lege ſuſpectum regiæ dominationis.&c.
Tum Natalium dignitatem.&c.) Id ait,quoniam diu Romani reſtiterunt,ne plæbei cum patricijs matrimonio,aut magiſtratibus iugerentur,ut hoc ca.& præcedenti Florus ait.
Manlium uerò capit uin. &c) Hanc hiſtoriam lege apud Liui.lib.6.Val.cap.3.6.Plin.cap.24.de uir.ill.Plin.cap.28.7.naturalis hiſtoriæ.Flo.cap.13.ſuprà.Verg.in.8.*In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis Stabat pro templo,& Capitolia celſa tenebat.Romuleoq; recens horrebat regia culmo* Lege quos citauimus ca.13.ſuprà.
Ab Illa arce.&c.) Damnati enim,de Tarpeio monte præcipitabantur.Acron.6.1.Sermo.Horatij. 10
Fretum Illud adoleſcentiæ.&c.) Adoleſcentes concito mari comparat, quorum (ut ait Lactan.)cum ſit ætas lubrica, frenari,ac regi debet.Tempus enim à Bruto,Collatinoque conſulibus in Ap.Clau.Quintum Fuluium conſules uiris,armiſq; incitatiſsimum,in lib.exordio,adoleſcētiæ comparauit. 11

Lucii Flori geſtorum Romanorum epitomes liber ſecundus.

Caput primum.

DOmita,ſubactaq; Italia. P. R. prope quingenteſimū annū agens,cū bona fide adoleuiſset,ſi quod eſt robur ſi quę iuuētas,tum ille uerè robuſtus & iuuenis,& par orbi terrarū eſſe cœpit.Itaq; mirū,& incredibile dictu,quippe quingentis annis domi luctatus eſt, adeo difficile fuerat dare Italiæ caput,his cc.annis,qui ſequuntur,Africā,Europā, Aſiam,totum deniq; orbem terrarum bellis,uictorijſq; peragrauit.

Cap. I.

Domita,Subactaq; Italia.&c.) Pro notitia huius primi capitis,quod locum procemij obtinet,lege Appi.in o
peris prologo,qui poſt enumerationē terrarum, quas Ro.ſubegerunt ſic inquit,Harum tantarū, innu
merarūq; nationū,cū tanta ſit magnitudo,Italiā tamen magno labore,a c uix quingentis annis, ſtabi-
lem ſibi reddidere,&c.Ibidem præterea enumerat ferè nationes omnes,quæ Romanis paruerunt. Le
ge Dionyſ.in principio 1.antiquitatis Rom.
Dare Italiæ caput,&c.) Syl. in principio. *Quæſitumq; diu,qua tandem poneret arce Terrarum fortuna caput.*
Quæ hic ſecundus liber contineat,docet Flo.cap.19.ſecundi.

Primum bellum Punicum. Cap. II.

IGitur uictor Italiæ populus,cum à terra fretum uſq; ueniſſet,more ignis,qui obuias po
pulatus incendio ſyluas,interueniente flumine abrumpitur, pauliſper ſubſtitit. Mox
cum uideret opulentiſsimam in proximo prædam, quodam modo Italiæ ſuæ abſciſſam,
& quaſi reuulſam,adeo cupiditate eius exarſit,ut quatenus nec mare iungi,nec pontibus
poſſet,armis belloq; iungenda,& ad continentem ſuam reuocāda bello uideretur.Sed ec
ce ſe ultro ipſis uiam pandentibus fatis,nec occaſio defuit,cū de Pœnorū impotētia,fœde
rata Siciliæ ciuitas Meſſana quereretur.Affectabat enim ut Romanus, ita Pœnus Siciliā,
& eodem tempore parib.uterq; uotis,ac uiribus imperiū orbis agitabat.Igit̄ ſpecie quidē
ſocios iuuādi,re autem ſollicitante præda(quanquā territaret nouitas rei , tanta tamen in
uirtute fiducia eſt)ille rudis,ille paſtorius populus,uereq; terreſtris oſtendit nihil intereſ-
ſe uirtutis,equis an nauibus,terra an mari dimicaretur.Appio Claudio conſule primū fre
tum tum ingreſſus eſt,fabuloſis infame monſtris,æſtuq; uiolentum,ſed adeo nō eſt exter
ritus,ut ipſam ruentis æſtus uiolentiā pro munere amplecteret̄,ſtatimq;,ac ſine mora Hie
ronem Syracuſanū regem tanta celeritate uicit,ut ipſe ille ſe prius uictū, quā hoſtē uide-
ret,fateretur.Duillio,Cornelioq; cōſulib.etiam mari congredi auſus eſt.Tū quidē ipſa ue
locitas claſſis cōparatę uictorię auſpiciū fuit.Intra em̄ ſexageſimū diē,quā cęſa ſylua fuerat
clx.nauium claſsis in ancoris ſtetit, ut non arte factæ,ſed quodā munere deorum conuer
ſę naues,atq; mutatę arbores uiderētur. Pręlij uerò fama mirabilis,cum illas celeres,uolu
creſq; hoſtium naues,hę graues,tardęq; cōprehēderet.Longè illis nauticę artes,detorque
re remos,& ludificari fuga roſtra. Iniectę.n. ferreę manus, machinæque aliæ, ante cer-
tamē multum ab hoſte deriſę,coactiq; hoſtes quaſi in ſolido decernere. Victor ergo apud
Liparas, merſa et fugata hoſtium claſſe,primum illum maritimum egit triumphum,cuius
quod

5 quod gaudium fuit? cum Duillius imperator non contentus unius diei triumpho, per uitã oẽm ubi à cęna rediret prelucere funalia, pręcinere ſibi tibias iuſsit, quaſi quotidie triũpharet, pro tãta uictoria leue huius prælij damnũ fuit. Alter conſulũ interceptus Gneus Cornelius Aſina, qui ſimulato colloquio, euocatus, atq; oppreſſus fuit, perfidiæ Punicæ
6 documentũ. Calatino dictatore, ferè omnia præſidia Pœnorũ Agrigẽto, Drepano, Panormo, Eryce, Lilybæo detraxit. Trepidatum eſt ſemel circa Camerinenſiũ ſaltum, ſed eximia uirtute Calfurnij Flãmæ tribuni militũ euaſimus, qui lecta ccc. manu infeſtũ, & infeſſum ab hoſtibus tumulũ occupauit, adeoq; moratus hoſtes, dũ exercitus omnis euaderet, ac ſic pulcherrimo exitu, Termopylarũ, & Leonidæ famã adæquauit. Hoc illuſtrior noſter
7 quòd expeditioni tantæ ſuperfuit, & ſuperuixit licet nihil ſcripſerit ſanguine. Lucio Cor-
8 nelio Scipione cum iam Sicilia ſuburbana eſſet, populi Ro. prouincia, ſerpẽte latius bello in Sardiniã, annexãq; ei Corſicã trãſit, ubi & hic Caralæ urbis excidio incolas terruit, adeò q; omnis terra, mariq; Pœnos expugnauit, ut iam uictoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret.
9 M. Attilio Regulo duce, iã in Africã nauigabat bellũ. Nec deerant, qui ipſo Punici maris nomine, ac terrore deficerẽt. Augẽte inſuper Tribuno Mãnio metũ, in quẽ, niſi paruiſſet, ſecuri diſtricta Imperator metu mortis, nauigãdi fecit audaciã, mox de uẽtis, remiſq; properatum eſt, tãtuſq; terror hoſtici aduẽtus Pœnis fuit, ut apertis penè portis Carthago caperetur. Belli prima prẽmiũ fuit ciuitas Clypea. Prima enim à Punico littore q̃ſi arx, et ſpecula procurrit, et hęc et ccc. amplius caſtella uaſtata ſunt. Nec cum hominib. modò, ſed cũ monſtris quoq; dimicatum eſt. Cum quaſi in uindictam Africæ, nata miræ magnitudinis ſerpens, poſita apud Bragadam caſtra uexaret. Sed omniũ uictor Regulus cũ terrorẽ no
10 minis ſui latè circũtuliſſet, cũq; magnã uim iuuẽtutis, duceſq; ipſos aut cœpiſſet, aut haberet in uinculis, claſſemq; ingẽti præda onuſtã, & triũpho grauem, in urbẽ præmiſiſſet, etiã ipſam caput belli Carthaginem urgebat obſidione, ipſiſq; portis inhærebat. Hic paulum circumacta fortuna eſt, tantum ut plura deeſſent Romanæ urbis inſignia, cuius ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conuerſis ad extrema auxilia hoſtibus, cum Xantippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet, à uiro militiæ peritiſsimo uincimur, cum fœda clade, Romaniſq; uſu incognita. Viuus in manus hoſtiũ uenit fortiſsimus Imperator. Sed ille quidẽ par tantæ calamitati fuit. Nam nec Punico carcere fractus eſt, nec legatione ſuſcepta. Quippe diuerſa quã hoſtes mandauerãt cenſuit. Ne pax fieret, ne cõmutatio captiuorum reciperet. Sed nec illo uoluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec ultimo ſiue carceris, ſeu crucis ſupplicio deformata maieſtas. Imò his omnibus admirabilior, q̃d aliud q̃ uictus de uictorib. (quia Carthago non ceſſerat) de fortuna triũphauit. Populus autẽ Ro. multo acrior, infeſtiorq; pro ultiõe Reguli quã pro uictoria fuit. Metello igitur cõſule ſpirãtib. altius Pœnis, & reuerſo in Siciliam bello, apud Panormũ ſic hoſtes cęcidit, ut ne amplius eã in inſula cõcitaretur. Argumẽtũ ingentis uictorię, cẽtũ circiter elephãtorũ captiuitas. Sic
11 quoq; magna præda ſi gregem illum non bello, ſed uenatione cepiſſet. P. Claudio cõſule nõ ab hoſtib. ſed à dijs ipſis ſuperatus eſt, quorũ auſpicia contempſerat, ibi ſtatim claſſe demerſa, ubi ille pręcipitari pullos iuſſerat, quod pugnare ab his uetaretur. M. Fab. Buteone conſule, claſſem hoſtiũ in Africo mari apud Egimurũ iam in Italiã ultro nauigantẽ cęcidit. Quamuis Octauio triũphus tẽmpeſtate intercidit, cũ opulẽta p̃da claſsis aduerſis acta uẽtis, naufragio ſuo Africam, et Syrtes omnium imperia gentium, inſularũ, littora impleuit. Magna clades, ſed non ſine aliqua principis populi dignitate intercepta tempeſtate uictoria, & triumphũ periſſe naufragio. Et tamẽ, cum Punicæ prædę amnib. inſuliſq; fluitarent P. R. triũphauit luctatio. Catulo conſule, tandem bello finis impoſitus apud inſulas, quibus nomẽ Egates, nec maior alia in mari pugna quippe cõmeatib. exercitu, propugnaculis, armis, grauis hoſtiũ claſsis, & in eis quaſi tota Carthago, quod ipſum exitio fuit. Romana claſsis prõpta, leuis, expedita, & quodã genere Caſtrenſis, ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris, ſic remis quaſi habenis agebatur, & in hos, uel in illos mobilia roſtra ſpeciem uiuentium præferebat. Itaq; momento temporis laceratæ hoſtiũ rates, totũ inter Siciliã, Sar-

diniamq;

diniamque pelagus naufragio ſuo operuerunt. Tanta denique fuit illa uictoria, ut de excidendis hoſtium mœnibus non quæreretur. Superuacuum uiſum eſt in arcem, muroſq; ſæuire, cum iam in mari eſſet deleta Carthago.

Cap. II.

Igitur Victor Italiæ populus. &c.) Punicum bellum primum inceptum eſt anno tertio.128. Olympiadis. Dio 1
nyſ.lib.1. Manifeſtus error, in omnibus Soli. codicibus impreſsis hucuſq;, quibus aſſeritur Punicũ bel
lũ primũ fuiſſe anno.389. ab ur.con. Melius Gel.cap.ult.17. Anno inquit poſt Ro.cõditã.400. ferme &.90.
Conſulibus Ap. Clau. cui cognomẽtũ Caudex, Appij illius Cœci fratre, & M. Fuluio Flacco, bellum
aduerſus Pœnos primum cœptum. Oro.ca.8.4. Liui. in principio.31. dicit primũ bellũ cœptum, anno
478. ab urbe con. Plin.ca.3.33. Argentum inquit, ſignatum eſt anno urbis.584. Q. Fabio conſule, quinque
annis ante primum bellum Punicum. De hoc primo bello Punico. Flo.lib.16. & ſequẽtibus Abbre. Eu
tr.cap.12. Oro.cap.8.4, Aug.cap.18.3. Ciui. Plin.cap.37. & quatuor ſequentibus. Appia. in Libyco. Me-
minit ſæpe Val. ut ſuis locis citabitur.
Imperũ orbis agitabta. &c.) Claudi. in bello Getico. *Commouit atrox iniuria patres Vrgerẽt maiora licet, grauiterq; tulere* 2
Vrbibus inter ſe claris de culmine rerum Congreſsis, aliquid gentes audere minores. Secundum bellum Punicum ele-
ganter, & compendioſe canit Syllius libro ſexto per totum.
Fabuloſis monſtris) Syllam, & Charybdim intelligit. Lege Verg.3. Aenei. ibi. *Tũ procul.* Plura Ouid.13. Meta 3
ibi. *Scylla latus dextrũ. &c.* Sumpta ex.12. Odiſſeæ Home. Luca. in.1. ibi.
Ignis in heſperium Aeſtu uiolentum. Ruffus Auienus de Sicilia. *Hic iter infidum pelagi miſerandaq; fata Inuoluere ſalo, flu* 4
ctuq; hauſere uoraci. Sæpe rates ſurgunt anguſtæ marmore fauces, Arctaq; præcipitant properũ confinia pontũ. Sic enim locus le
gendus uidetur. Lege Diodo. in.6. Iuſtinum in.4. Syllium lib.14.
Duillius Imp. &c.) Plura de Duillio iſto Val. cap.6.3. cap.3.7. Fronti. cap.5.1. Ei Romani in ſignum uirtutis, 5
ſtatuam poſuerunt. Pli. cap.5.13. De claſſe 60. diebus parata. Plin. cap.40.16. Syl. circa finem 6. ibi. *Iuſtum Sar*
rana. Plin. ca.38. de uiris il.
Calatino Dicta. &c.) Quod hic de Calatino & Calphurnio, ſcribunt præter ſupradictos Plin. ca.39. de uir. 6
Front. c.5.1. Cuius inquit uarie tradidere nomen. Alij Laberiũ, nõnulli Quintum, plurimi Calpurniũ
Flammam uocitatum ſcripſerunt
Leonidæ famam adæquauit. &c.) Quæ de Leonida hic habentur ſcribunt Iuſti. in.2. Val.2.3. Herod. autem ua 7
rie hanc narrat hiſtoriam. Dicit.n. duos, uel tres ſuperfuiſſe. Ibidem etiam recitat Epigrammata horũ
interfectorum, lege ſi uis. Item Fronti. cap.2.2.
Licet Nihil ſcripſerit ſanguine. &c.) Non legi quantum memoriæ nunc occurrit, Leonidam, uel aliquem ex 8
eius ſocijs ſanguine aliquid ſcripſiſſe. Idcirco intelligendum uidetur de Othryade Lacedæmonio,
de qua re in annnotationibus Solinianis ex Val. Max. Plutar. Ouidio compluſcula congeſsimus.
M. Attilio duce. &c.) Vltra ea, quæ ſupradicti ſcribunt, Lege Gel. ca.3. & .4.6. Plin. cap.40. de uir. ill. Aug ca.
15.1. Ciui. Val cap.1.1. cap 4.2. ca.2.9. Fronti cap.3.2. lege Syllium lib.6 Et Hor.3.3. Carminum. Cice.1. Offi-
ciorum. Et in Paradoxis. Plura congeſsimus cap.15. & .24 primi ciuitatis.
Duceſq; ipſos a ut cepiſſet.) Legendum eſt cæcidiſſet.
Circiter Centum Elephantorum captiuitas. &c) præter citatos, de hac re, lege Fronti. ca.7.1. Plin. ca.43.7. naturalis 9
hiſtoriæ De numero horum captorum Elephantorum uarie ſcribunt. Plin. ca.6.8. dicit fuiſſe.142. Oro. c.
8.4.104. Hoc autem factum eſt anno.502. ab ur. con. Plin cap.6.8 De Clau. pullos ſubmergente præter a-
lios Val. c. de Ominibus. Cic.2. de natura deorum Florus.19 Abbreuationum. Fronti. ca.53.2.

Bellum Liguſticum. Cap. III.

PEracto Punico bello ſecuta eſt breuis ſane; & quaſi ad recipiendum ſpiritum re- 1
quies, argumentumque pacis, & bona fide ceſſantium armorũ. Tunc primum poſt Numam clauſa fuit porta Iani, ſed ſtatim, ac ſine mora patuit. Quippe iam Ligures, iam Inſubres Galli, necnon & Illyrici laceſſebant Sic de Alpibus, ideſt, de ſub ipſis Italiæ faucibus gentes, deo quodam aſsidue incitante, ne rubiginem, ac ſitum, arma ſentirent. De niq; ita quotidiani, & quaſi domeſtici hoſtes tyrocinia militũ imbuebãt, nec aliter utraque gente quaſi cote quadam. P.R. ferrum ſuæ uirtutis acuebat. Ligures imis Alpium iugis adhærentes, inter Varum, & Macrũ flumen, implicitos dumis ſilueſtribus, maior aliquanto labor erat inuenire, quàm uincere. Tutum locis, & fuga. Durũ, atq; uelox genus ex occaſione magis latrocinia, quã bella faciebat. Itaq; cũ diu, multũq; eluderẽt Salij, Deceates, Oxybij, Euburiates, incognitas tandem Fuluius latebras eorum ignibus ſepſit. Bebius in plana ſeduxit, Poſthumius ita exarmauit, ut uix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.

Bellum Liguſticum. Cap. III.

1 *Peracto Primo Punico bello.&c.*) Quæ hoc capite continentur, ſcribunt Flo.20.abbre. Eutro.capite 1.3. Oro.cap.11.&12.4. Aug.ca.9.3. Ciui. Quoties Iani porta clauſa fuerit dixi.cap.2.1. De his populis præter alios Plin.cap.4.5.17.quarti naturalis hiſtoriæ.

Bellum Gallicum. Cap. IIII

1 GAllis Inſubribus,& his accolis Alpium, animi ferarum, corpora pluſquàm humana
2 erant. Sed experimento deprehenſum eſt: quippe ſicut primus impetus eis maior
3 quàm uirorum eſt, ita ſequens minor quàm fœminarum. Alpina corpora humenti cœlo
educata, habẽt quiddam ſimile niuibus ſuis, quæ, ut mox caluere pugna, ſtatim in ſudorẽ
4 eunt, & leui motu, quaſi ſole laxantur. Hi ſæpe, & aliás, ſed Britomaro duce nõ prius ſolu
turos ſe baltea, quã Capitolium aſcendiſſent iurauerant. Factũ eſt. Victos.n. Aemilius in
5 Capitolio diſcinxit. Mox Aſtrionico duce, uouere de noſtrorũ militũ prẹda Marti ſuo tor
6 quem. Intercepit Iupiter uotum, nam de torquibus eorum aureum trophæum Ioui Fla
minius erexit. Viridomaro rege Romana arma Vulcano promiſerant, aliorſum uota ceci
7 derũt. Occiſo enim rege Marcellus tertia poſt Romulũ patrẽ Feretrio Ioui arma ſuſpẽdit

Bellum Gallicum. Cap. IIII.

1 *Gallis Inſubribus.&c.*)De hoc bellõ, ſcribunt Flo 20. Abbre. Eutr. ca.1.3. Oroſ.13.4. Pli.ca.45.de uir.ill. Euſeb.li. temporum. Plura Plutar.in Marcello. Sanè in hoc bello Po Ro. ſociorum, latiniq; nominis trecenta milia armatorum habuiſſe dicitur. Flo. ubi ſuprà. Plin.cap.20.3.dicit equitum.80.milia, peditum.70.milia, ſine externis ullis auxilis, atq; etiam tunc ſine Tranſpadanis.

2 *Quippe ſicut.&c.*) Videtur legendum, experimento deprehenſum eſt, quod ſicut primus.&c. Liui.in.10. Eutro.in.3.

3 *Alpina corpora.&c.*)Docent philoſophi locatũ conſequi locorum cõditiones. Hinc ait Porph. locum eſſe generationis principium quemadmodum & patrem. Lege Cic. libr. de Fato. Pli.cap.58.8. Ser.9. Aene. *Pricipio cœlum.* Prop.3.2. Verg.1. Georg. *India &c.*

4 *Hi ſæpe & alias.&c.* Hanc hiſtoriam præter ſupradictos, ponit Val.cap.2.3. Plin.cap.20.3.naturalis hiſtoriæ. Plutar. uocat regem hunc Briomarum. Rurſus Eutro. dicit uocatum Ariobiſtonem. Nam Ariobiſtonicus alter fuit, de quo cap.20.huius.2.

5 *Marti ſuo.*) Docet Cæſar 6. Commenta de bello Gallico circa mediũ. Gallos quinq; Deos potiſsimũ coluiſſe. Mercurium, Apollinem, Iouem, Martem, atq; Mineruam, cauſam lege ibi.

6 *Opima Spolia.*)De ſpolijs opimis Val.tit.2.3.ca 3.4.5. Propter.10.4. Varro,& Plutar. docent unde dicta ſint.

7 *Tertia poſt Romulũ.)&c.* De qua re ſic Verg.6. Aene. *Aſpice ut inſignis ſpolijs Marcellus opimis Ingreditur uictorq; uiros ſupereminet omneis. Hic rem Romanã magno turbante tumultu Siſtet eques, ſternet Pœnos, Gallumq; rebellem. Tertiaq; arma patri ſuſpendet capta* Quirino. Lege Seruium annotantem plura de Opimis ſpolijs.

Bellum Illyricum Cap. V.

1 ILlyrij ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arſiam, Tytiumque
flumen, longiſsimè per totum Adriatici maris littus effuſi. Hi regnante Teuca mulie-
2 re populationibus non contenti, licentiæ ſcelus addiderunt. Legatos quippe noſtros ob
ea quæ deliquerant iure agentes, nec gladio quidem, ſed ut uictimas ſecuri percutiunt,
præfectos nauium igne comburunt, idq; quo indignius foret mulier imperabat. Itaque
Cneo Fuluio Centimalo duce, latè domantur. Strictę in principum colla ſecures, legato-
rum manibus litauere.

Bellum Illyricum. Cap. V.

1 *Illyrij, ſeu Liburni.&c.*)De hoc bello,& alijs cum Illyrijs geſtis extat lib. Appiani, qui Illyrius inſcribitur. Lege Flo.20. Abbre. Eutro.cap.1.3. Oroſi cap.13.4.

2 *Legatos quippe noſtros.&c.*) Legati hi fuerunt. P. Iunius,& T. Coruncanius, quibus in roſtris tripedaneæ ſtatuæ à R.P. poſitæ ſunt, huius genus ſtatuæ tribui ſolebant iniuria cæſis. Author Plin.cap.6.14.ubi Teucæ huius reginæ, mentionẽ facit. De Illyrijs & Liburnis idẽ Plin.ca.21.&.22.li.3. Plura Appi. ubi ſuprà. Videtur iſtud bellum præceſsiſſe bellum antedictum lege quos citauimus.

Bellum Punicum ſecundum. Cap. VI.

POſt Primum Punicum bellum uix quadriennis requies. Ecce alterum bellum minus quidem ſpatio: nec enim amplius quàm .xviii. annos habet, ſed adeo cladium atroci-

tate

tate terribilius,ut ſi quis conferat damna utriuſq; populi, ſimilior uicto ſit populus, qui uicit. At pudebat nobilem populum, ablatum mare,raptæ inſulæ,dare tributa,quæ iubere conſueuerat.Hinc in ultionem puer Hannibal ad aram patri iurauerat, nec remorabatur. Igitur in cauſa belli Sanguntus deleta eſt, Hiſpaniæ ciuitas opulenta, fideiq; erga Romanos magnũ quidem,ſed triſte monumentum, quam in libertate communi fœdere exceptam Hannibal cauſas nouorum motuum quærens,& ſuis, & ipſorum manibus euertit,ut Italiam ſibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio eſt.Itaq; ad auditũ ſociæ ciuitatis obſidium, memores icti cum Pœnis quoque fœderis, non ſtatim ad arma procurrunt,dum prius more legitimo quæri malunt. Interim iam nouem menſibus feſsi, fame,machinis,ferro,& igne.Verſa denique in rabiem fide,immanem in foro excitant rogum,tum deſuper ſe,ſuoſq; cum omnibus opibus ſuis ferro,& igne corrumpunt. Huius tantæ cladis author Hannibal poſcitur. Tergiuerſantibus Pœnis, dux legationis Romanorum: Quæ inquit mora eſt? Fabius.In hoc ego ſinu bellum affero,& pacem, utrum eligitis? utrum placet ſummite. Cumq; ſucclamatum eſſet,utrum uellet daret.Bellum igitur inquit,accipite, & excuſſo in media curia togæ gremio,non ſine horrore, quaſi planè ſinu bellum ferret,effudit.Similis exitus belli initio fuit.Nam quaſi has inferias ſibi Saguntinorum ultimæ diræ in illo publico parricidio,incendioq; mandaſſent, ita manibus eorum uaſtatione Italiæ,captiuitate Africæ,ducum, & regum,qui id geſſere bellum,exitio parentatum eſt.Igitur ubi ſemel ſe in Hiſpania mouit illa grauis,& luctuoſa Punici belli uis,atque tempeſtas,deſtinatumq; Romanis iam diu fulmen, Sanguntino igne conflauit,ſtatim quodam impetu rapta, medias perfregit Alpes,& in Italiam ab illis fabuloſæ altitudinis niuibus,uelut cœlo miſſa deſcendit: ac primi quidem impetus turbo, inter Padum,& Ticinum ualido ſtatim fragore detonuit.Tunc Scipione duce fuſus exercitus, ſaucius & ipſe ueniſſet in hoſtium manus Imperator,niſi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipſa morte rapuiſſet. Et hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit,nomen ex malis eius habiturus.Ticino Trebeia ſuccedit.Hic ſecunda belli Punici procella deſæuit Sempronio conſule,tunc callidiſſimi hoſtes,frigidum,& niualem nacti diem,cum ſe ignibus prius, oleoq; fouiſſent (horribile dictu) homines à meridie,& ſole uenientes, noſtra nos hyeme uicerunt. Tranſimenus lacus tertium fulmẽ Hannibalis,Imperatore Flaminio.Ibi quoq; ars noua Punicæ fraudis.Quippe nebula lacus,paluſtribusq; uirgultis tectus,equitum terga ſubitò pugnantium inuaſit.Nec de Dijs poſſumus queri. Imminentem temerario duci cladem prædixerant inſidentia ſignis agmina,& aquilæ prodire nolentes, & commiſſam aciẽ ſecutus ingens terræ tremor,niſi illum horrorem ſoli,equitum,uirorumq; diſcurſus,& mota uehementius arma fecerint. Quartum id eſt penè ultimum uulnus imperij Cannæ ignobilis Apuliæ uicus,ſed magnitudine cladis emerſit,& xl.milium cæde parta nobilitas. Ibi in exitium infelicis exercitus,dux,terra,cœlum,dies, tota deniq; rerum natura conſenſit. Siquidem non contentus ſimulatis transfugis Hannibal,qui mox terga pugnantium ceciderant:inſuper callidiſſimus Imperator, patentibus in campis obſeruato loci ingenio, quod & Sol ibi acerrimus,& plurimus puluis,et Eurus ab Oriente ſemper quaſi ad cõſtitutum,ita inſtruxit aciem,ut Romanis aduerſus hæc omnia aduerſis, quaſi ſecum cœlum tenens,uento,puluere,ſole,pugnaret.Itaq; duo maximi exercitus cæſi ad hoſtium ſatietatem donec Hannibal diceret militi ſuo,Parce ferro.Ducum effugit alter, alter occiſus eſt: dubium uter maiore animo. Paulum puduit, Varro non deſperauit.Documenta cladis cruentus aliquãdiu Aufidus.Põs de cadaueribus iuſſu ducis factus in terrorem Vergilij.Modij duo annulorum Carthaginem miſſi,dignitaſq; equeſtris taxata menſura. Dubium deinde non erat quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma,quintũq; intra diẽ epulari Hãnibal in Capitolio potuerit, ſi (quod Pœnũ illũ dixiſſe Maharbalem Bomilcaris ferũt) Hãnibal quemadmodũ ſciret uincere, ſic uti uictoria ſciſſet.Tũ quidẽ illũ (ut dici uulgò ſolet) aut fatũ urbis imperaturæ, aut ipſius mens mala, & uerſi à Carthagine dij, in diuerſum abſtulerũt,cũ uictoria poſſet uti,frui maluit.Relictaq; Roma Campaniã, Tarentũq; peragrare,ubi mox & ipſe,& exercitus ardor elãguit, adeò ut uerũ dictũ ſit,Capuã Hanniba

bali Cannas fuiſſe. Siquidem inuictum Alpibus, indomitum armis, Campanię (quis crede
ret) ſolæ, & tepentes fontibus Baiæ ſubegerunt. Interim reſpirare Romanus, & quaſi ab
inferis emergere. Arma non erant, detracta ſunt templis. Deerat iuuentus, in ſacramentū
militiæ liberata ſeruitia. Egebant ærario, opes ſuas libens ſenatus in medium protulit, nec
præter quod in bullis, ſingulisꝗ annulis erat, quicqꝗ ſibi auri reliquere. Eques ſecutus
exemplum, imitatæꝗ equitem tribus, deniꝗ uix ſuffecere tabulæ, uix ſcribarum manus.
Leuino, Marcelloꝗ Conſulibus, cum priuatę opes in publicum deferrentur. Quid agūt in
eligendis magiſtratibus? Quæ centuriarum ſapientia? cum iuniores à ſenioribus conſi-
lium de creandis Conſulibus petiuere. Quippe aduerſus hoſtem toties uictorem, tam cal-
lidum, non uirtute tantùm, ſed ſuis etiā pugnare conſilijs oportebat. Prima redeuntis, ſed
13 (ut ſic dixerim) reuiuiſcentis imperij ſpes Fabius fuit, qui nouam de Hannibale uictoriam
14 commentus eſt, non uelle pugnare. Hinc illi cognomen nouū, & reipublicæ ſalutare Cun
ctator. Hinc illud ex populo, ut imperij ſcutum uocaretur. Itaꝗ per Samnium totum, per
Falernos Gauranosꝗ ſaltus, ſic macerauit Hannibalem, ut qui frangi uirtute non poterat,
15 mora comminueretur. Inde Claudio Marcello duce etiam cōgredi auſus eſt, cominus ue-
nit, & pepulit, & Campania ſua, & ab obſidione Nolæ urbis excuſsit. Auſus & Sempro-
nio Gracco duce, per Lucaniam ſequi, & premere terga cedentis, quāuis tunc (ô pudor)
manu ſeruili pugnaret. Nam hucuſꝗ tot mala compulerant, ſed libertate donati, fecerant
de ſeruirute Romanos. O`horribilem in tot aduerſis fiduciam, ô ſingularem animum, ac
ſpiritum populi Romani, tam arctis, afflictisꝗ rebus, cum de Italia ſua dubitaret, auſus eſt
tamen in diuerſa reſpicere, dumꝗ hoſtes in iugulo per Campaniam Apuliamꝗ uolita-
rent, mediamꝗ iam de Italia Africam facerent, eodē tempore & hunc ſuſtinebat, & in Sici
16 liam Sardiniam, Hiſpaniam, diuerſa per terrarum orbem arma mittebat. Sicilia mandata
Marcello, nec diu reſtitit. Tota enim Inſula in una urbe ſuperata eſt, grande illud, & ante
id tempus inuictum caput, Syracuſæ, quamuis Archimedis ingenio defenderentur, ali-
quando ceſſerunt. Longè illi triplex murus, totidemꝗ arces, portus ille marmoreus, &
fons celebratus. Arethuſæ, niſi quod hactenus profuere, ut pulchritudini uictæ urbis par
17 ceretur. Sardiniam Graccus arripuit, nihil illi gentium feritas, inſanorumꝗ (nam ſic
uocantur) immanitas montium profuere. Sæuitum in urbes, urbemꝗ urbium Caralim,
18 ut gens contumax uilisꝗ, mortis ſaltem deſiderio patrij ſoli domaretur. In Hiſpaniam miſ-
ſi Gneus & Publius Scipiones ſpem totam Pœnis eripuerant, ſed inſidijs Punicæ fraudis
oppreſſi rurſus amiſerant. Magnis quidem illi prælijs cum Punicas opes cecidiſſent, ſed
Punicæ inſidiæ alterum ferro caſtrametantem, alterum cum euaſiſſet in turrim, cinctum
19 facibus oppreſſerunt. Igitur in ultionem patris, ac patrui miſſus cum exercitu Scipio, cui
tam grande de Africa nomen fata decreuerant, bellatricem illam uiris armisꝗ nobilem
20 Hiſpaniam, illam ſeminariam hoſtis exercitus, illam Hannibalis eruditricem (incredibile
dictu) totam à Pyrenæis montibus, in Herculis columnas, & Oceanum recuperauit, ne-
ſcias citius, an facilius ꝗ uelociter quatuor anni fatentur, ꝗ facilè uel una ciuitas probat.
Eodem quippe quo obſeſſa eſt die capta eſt, omenꝗ Africanę uictoriæ fuit, quod tam fa-
cilè capta eſt Hiſpanica Carthago. Certum eſt tamen ad profligandam prouinciam ma-
21 ximè profeciſſe ſingularem ducis ſanctitatem. Quippe, qui captiuos pueros, puellaſqúe
præcipuæ pulchritudinis Barbaris reſtituerit, ne in conſpectum quidem ſuum paſſus ad-
duci, ne quid de uirginitatis integritate delibaſſe ſaltem uel oculis uideretur. Hæc inter
diuerſa terrarum populus Romanus, nec ideo tamen Italiæ uiſceribus inhærentem ſum-
22 mouere poterat Hannibalem Carthaginenſem. Plæraꝗ ad hoſtem defecerant, & dux a-
cerrimus contra Romanos Italicis quoꝗ uiribus utebatur. Iam tamen eum plæriſꝗ op-
23 pidis, & regionibus excuſſeramus. Tarentinus ad nos redierat. Iam & Capua ſedes & do-
mus, & patria altera Hannibalis tenebatur, cuius amiſſio tantum Pœno duci dolorem de-
dit, ut ille totis uiribus in Romam conuerteretur. O`populum dignum orbis imperio, di-
gnum omnium fauore, & adminiſtratione hominum, ac deorum. Compulſus ad ultimos

metus ab incœpto non deſtitit, & de ſua urbe ſollicitus, Capuam tamen non omi-
ſit, ſed parte exercitus ſub Appio Conſule relicta, parte Flaccum in urbem ſecuta, abſens 24
ſimul præſensq; pugnabat. Quid ergo miramur? Mouenti caſtra à tertio lapide Hanni-
bali iterum ipſos deos, deos inquam (nec fateri pudebit) reſtitiſſe, tanta enim ad ſingulos
illius motus uis imbrium effuſa eſt, tanta uentorum uiolentia coorta eſt, ut diuinitus ho- 25
ſtem ſummoueri, non à cœlo, ſed ab urbis ipſius mœnibus, & Capitolio uideretur. Ita-
que fugit & ceſſit, & in ultimum ſe Italiæ recipit ſinum, cum urbem tantũ non adortam re-
liquiſſet. Parua res dictu, ſed ad magnanimitatem P.R. probandam ſatis efficax, quod illis
ipſis, quibus obſidebatur diebus, ager quem Hannibal caſtris inſiderat, uenalis Romæ fuit, 26
haſtæq; ſubiectus, inuenit emptorem. Voluit Hannibal contra fiduciam imitari, ſubiecitq;
argentarias urbis tabernas, nec emptor inuentus eſt. Vt ſcias etiam præſagia fatis fuiſſe. Ni
hil actum erat tanta uirtute, ſine tanto fauore deorum. Siquidẽ ab Hiſpania Haſdrubal fra- 27
ter Hannibalis cum exercitu nouo, nouis uiribus, noua belli mole ueniebat. Actum erat
proculdubio, ſi uir ille ſe cum fratre iunxiſſet, ſed hunc quoq; caſtrametantẽ, Claudius Ne
ro, cum Liuio Salinatore debellat. Nero in ultimo Italiæ angulo ſummouebat Hannibalẽ.
Liuius in diuerſiſſimam partem, & in ipſas naſcentis Italiæ fauces ſigna conuerterat, tanto,
qua omnis longiſſima Italia, ſolo interiacet. Quo conſilio, qua celeritate Conſules caſtra
coniunxerint? inopinanterq; hoſtem collatis ſignis compreſſerint? Neq; id fieri Hannibal
ſenſerit, difficile dictu eſt. Certè Hannibal re cognita, cum proiectum fratris caput ad ſua 28.
caſtra uidiſſet. Agnoſco (inquit) infelicitatem Carthaginis. Hæc fuit illius uiri non ſine præ
ſagio quodam fati imminentis prima confeſſio. Iam certum erat Hannibalem etiam ipſius
confeſſione poſſe uinci, ſed tot rerum proſperarum fiducia plenus populus Romanus, ma
gni exiſttimabat aſperrimũ hoſtem in ſua Africa debellare. Duce igitur Scipione in ipſam
Africam tota mole conuerſus, imitari cœpit Hannibalẽ, & Italiæ ſuæ clades in Africa uin-
dicare. Quas ille (dij boni) Haſdrubalis copias? quos Syphacis exercitus fudit? Quæ quan-
taq; utriuſque caſtra facibus illatis una nocte deleuit? Deniq; iam non à tertio lapide, ſed 29
ipſas Carthaginis portas obſidione quatiebat, ſic factum eſt, ut inhærentem atq; incuban-
tem Italiæ extorqueret Hannibalem. Non fuit maior ſub imperio Romano dies, quam ille 30
cum duo omnium, & antea & poſtea ducum maximi, ille Italiæ, hic Hiſpaniæ uictor, colla-
tis cominus ſignis direxere aciem. Sed & colloquiũ fuit inter ipſos de legibus pacis. Stete-
runt diu mutua adminiſtratione defixi, ubi de pace non conuenit, ſigna cecinere. Conſtat
utriuſq; confeſſione, nec melius inſtrui aciem, nec acrius potuiſſe pugnari. Hoc Scipio de
Hannibalis, Hannibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. Sed tamen Hannibal ceſſit,
præmiumq; uictoriæ Africa fuit, & ſecutus Africam terrarum orbis.

Cap. VI.

Poſt primum Punicum bellum, &c.) Bellum ſecundum Punicum ſcribunt ferè omnes tam Latini q̃ Græ- 1
ci. Liuius tota Decade 3. Plutarch. in uita Fabij Maximi Scipionis ſuperioris, M. Marcellini Hannib. Q.
Flaminij. Appian. in Libyco. Plin. cap. 42. 43. 45. 48. 49. 50. de Viris illuſt. Polybius per totum. Eutr. in 3.
Oroſ. in 4. Aug. ſæpe, maximè tamen cap. 19. tertij Ciuit. Syl. Italicus per totum. Quæ ſparſim ſcribun-
tur ab alijs, ſuis locis adducentur. Inceptum autem eſt bellum Punicum ſecundum anno 535. Sol. cap.
2. Idem ferè ſentit Oroſ. cap. 14. lib. 4. Videntur plures q̃ quatuor anni intercepti inter finem primi bel
li Punici, & initium ſecundi. Primum enim bellum Punicum per 22. annos contractum eſt. Eutr. cap. 1.
tertij. Quid ſi legas, uix quatuor & uiginti annorum requies. Hæc tantum monendi cauſa dicta uelim.
Hoc bellum ut hic dicitur 18. annos habet. Infrà autem cap. 5. 3. & Oroſ. cap. 20. quarti dicit 17. Eutr. in fi-
ne tertij, ait hoc bellum finem accepiſſe poſt annum nonumdecimũ q̃ cœperat. Appianus dicit 16. ferè.
Similior uicto ſit populus, qui uicit, &c.) Idem dicit Liuius in principio tertij Decadis, Syllius in primo. 2
Propiusq; (inquit) *fuere periclo.* *Quis ſuperare datum.* Auguſt. cap. 19. tertij Ciuit.
At pudebat nobilem populum, &c.) Carthaginenſes uicti primo Punico bello, pacem à Romanis orant, quã 3
conditionibus antepoſitis, illico conſecuntur. Conditiones autem erant ut Sicilia, Sardiniaq; decede-
rent. Proq; impenſis bellicis puri argenti tria millia talentorum Euboicorum æquis penſionibus, per
annos 26. penderent. Lege Eutr. Oroſ. Polybium. Syl. in 1. *Gens rediuiua.* Ibidem quoq; narrat iu-

ramentum

ramentum Hannibalis contra Romanos. Idem Verg. in 10. ibi. *Cum fera Carthago.*

4 *Saguntus deleta, &c.*) Saguntinorum cladem præter citatos, ſcribit Auguſt. cap. 20. tertij Ciuit. Valer. cap. 6. ſexti. Signanter Syl. in 1. ibi. *Prima Saguntinas, &c.*

5 *More legitimo.*) Hunc morem lege apud Feneſt. tit. 10. ubi plures citauimus.

6 *Dux legationis Romanorum.*) Hi autem legati fuerunt Fabius Pamphilus & Valerius Publicola, lege Liuium 21. lib. ab urbe cond. Eleganter hanc legationem canit Syl. in principio 2.

7 *Medias perfregit Alpes.*) Tranſitum Hannibalis per Alpes deſcribit Syl. lib. 3. ibi. *Sed iam prateritos.* Ver. 10. Aeneid. *Cum fera Carthago Romanis arcibus olim, Exitium magnum, atq; alpes immittet apertas.* Iuuen Satyr. 10. de Hannibale, *Pyrenæum . Tranſilit oppoſuit natura alpemq́; niuemq́; Deduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.* Lege Auguſtinum, Ser. Liu. Plut. in uita Hannibalis.

8 *Fabuloſæ altitudinis.*) Fingunt Græci, Herculem primum tranſiſſe Alpes, eundemq́; frangentem montis ſaxa, ſuperos aſpexiſſe. Syl. in 3. *Primus inexpertas adijt Tyrinthius arces, Scindentem nubes, frangentemq́; ardua montis, Spectarunt ſuperi, &c.* Meminit Plin. cap. 17. tertij.

9 *Inter Padum & Ticinum.*) Hanc hiſtoriam recitant Liu. lib. 21. Valer. cap. 4. quinti, Plut in uita Scipionis, & Hannibalis. Plin cap. 49. de uir. ill. Syl. lib. 4. ibi. *Cæruleas Ticinus aquas, &c.* Item cæteri. De clade apud Trebiam accepta. Liu. in 1. tertij Dec. Syl. lib. 4. ibi. *At Conſul triſtis, &c.* Lege citatos antea.

10 *Traſimenus lacus.*) Hiſtoriam ſcribunt Liu. 22. ab urbe cond. Latè Syl. lib. 5. per totum. Plin. cap. 42. de uir. ill. lege præter citatos ſuprà, Cic. 1. Diuin. Val. lib. 1. cap. de prodigijs. Aduertendum quidem Flaminium ab Hannibale ſuperatum ix. Cal. Iulias. Ouid. 6. Faſt. ibi. *Non ego te.* Plin. cap. 85. huius terræmotus meminit. Creberrimus (inquit) Punico bello, intra eundẽ annũ ſepties atq; quinquagies nũciatus Romã. Quo quidẽ anno ad Traſimenũ lacũ dimicantes, maximũ motum, neq; Pœni ſenſerunt neq; Romani.

11 *Quartum, id eſt, penè ultimum.*) Cannenſem cladem ſcribunt latè, Liu. lib. 22. Polyb. l. 5. Val. cap. 1. & 2. lib 1. c. 4. ſecundi, cap. 4. tertij, cap. 5. quarti. cap. 4. & 6. ſeptimi. Plin. cap. 18. lib. 15. Lactant. cap 17. ſecundi. Plura Auguſtinus ubi ſuprà. Syl. in toto nono. Fron. cap. 3. ſecundi, lege alios, quos citauimus. De numero Rom. interfectorum, nõ omnes idem ſentiunt, lege Plut. in Hannibale. Diſſentiunt quoq; in annulorum mẽſura. Valer. cap. 2. ſeptimi. Auguſtinus cap. 19. tertij Ciuit. Plin. cap. 1. lib. 33. aſſerunt fuiſſe modios tres. Liuius in principio 23. ab urbe cond. recenſet uarias ſcripturarum ſententias.

12 *Parce ferro.*) Idem recitat Auguſtin. ubi ſuprà.

13 *In terrore Vergelij*) Quid Vergelij uerbo intelligat Florus, nondum capio. Nec enim uiri, aut loci, ſiue fluuij nomen eſſe comperi. Quid ſi legas, in terrorem Varronis, uel in terrorem Seruilij, cui teſte Liuio, media pugna tuenda data eſt. Meminit & Plutarchus. Vel in terrorem Vergentis, id eſt, ſeſe inclinantis exercitus.

14 *Adherbalem.*) Legendum eſt ex Liuio ubi ſuprà, Maherbalem.

15 *Arma non erant. Deerat iuuentus.*) Præter ſupradictos, lege Valerium. cap. 6. quinti, & cap. 6. ſeptimi. Plura Aug. cap. 19. tertij Ciuit. Seru. aũt 9. Aen ſuper illud *Suſtulerat.* ponit legem, qua ſerui à militia arcebantur, aſſerens tantũ poſt bellũ Cãnenſe, hoc Rom. permiſſũ. Mulieres caſtra ſequi, ingenti turpitudine apud maiores fuit, unde bellaturus Pomp. in Lesbo reliquit uxorẽ, lege Seru. 8. Aen. Quæ hic dicuntur de ſeruis, & templorũ armis ſignãter Syl. lib. 10. ibi. *At patres, &c.* De triplici militiæ genere Seru. 8. Aen.

16 *Imperij ſpes Fabiu fuit.*) Quæ hic de Fabio Maximo dicuntur, lege copiosè apud Plut. in uita eius. Item Liu. lib. 22. ab urbe cond.

17 *Cognomen nouum.*) Fabio huic quatuor fuere nomina, Maximus, Ouicula, Verrucoſus, Cunctator. Plin. cap. 43. de uiris illuſt. Plut. ubi ſuprà. Syl lib. 6. *Pulcherrima quorum Cunctando Fabius ſuperauit facta, &c.* Idem in 7. *Ac ni ſacra ſeni uis, impreſſumq́; fuiſſet Siſtere cunctando fortunã aduerſa fouentem Vltima Dardanij tranſiſſet nominis ætas &c.* Verg. 6. Aen. *Vnus, qui nobis cunctando reſtituis rem.* Quod ex Ennio ſumptum eſt. Originem Fabiorum ſcribit idem Syl. circa finem 6. ibi. *Stirpe genus.* Ouid. 1. Faſt. *Nec gradus eſt.* Geſta hæc à Fabio, lege apud Liu. lib. 21. & Syl. lib. 12.

18 *Inde Claudio Marcello.*) Quæ hic ſcribit Florus, habentur à Liuio circa finem 3. & deinceps Decadis 3 & à Syl. lib. 12. ibi. *Campo nola, &c.* Et infrà. *Ille dies.* Et longè poſt. *At Libyæ ductor.* De hoc Marcello, Val. cap. 1 primi, cap. 3 ſecũdi, cap. 2. tertij, cap. 1. quarti, cap. 1. quinti. cap 7. octaui. Plura Plut. in uita eius. Plin. cap. 25. ſeptimi, dicit hunc Marcellum undequadragies dimicaſſe, quẽ ſolus Iulius Cæſar tranſgreſſus eſt. Lege quæ annotauimus 4. huius ſecundi. Geſta à Sempronio Graccho lege ex 24. & 25. Titi Liuij. Et 12. Syl. *Nuncius interea.*

19 *Nam hucuſq;.*) Habentur hæc abundè cap 6. ſeptimi Val. Max. Aug. cap. 19. tertij Ciuit. Liu. 21.

20 *O horribilem in tot.*) Claudianus, *Hæc obuia uotis Innumeras uno gereret cum tempore pugnas. Hiſpanas caperet, Siculas ſubmitteret urbes. Et Gallum terris proſterneret, æquore Pœnum. Nunquam ſuccubuit damnis, & territa nullo Vulnere. poſt Cannas maior Trebiamq́; fremebat. Et cum iam tremerent flãmæ, murumq́; teneret Hoſtis, in extremos aciẽ mittebat Hiberos.*

21 *Sicilia mandata Mar*) Scribuntur hæc à Liuio 25. ab urbe cond. Syl. lib. 14. in principio. De Archimede, notaui plura in Claudiano, ſuper illud *Iupiter in paruo.* Ex Valerio Maximo, Plinio, Lactan. Ouid.

Syl.Strab. Fabulam Arethuſæ, libro 5. Metamorphoſeos Ouidius Item Egl. 10. Verg. & 3. Aeneid. ibi.
Ortygiam Alphæum. Plin. cap. 106. ſecundi, cap. 5. lib. 31. De Syracuſis plura notaui cap. 6. primi Ciuit. Aug.

Sardiniam Gracchus arripuit.) Hiſtoriam hanc copioſè ſcribit Liuius libro 23. Item Syl. lib. 12. ibi. *Interea* 22
aſſuetis. De hac inſula Plinius cap. 7. tertij, Sol. cap. 10. Diod. lib. 6. Plura in annotationibus noſtris Clau
diani in Gildonem. *Humanæ ſpeciem plantæ.*

In Hiſpaniam miſsi Gn. & P. Scipiones.) Hiſtoriam hanc ſcribunt Liuius 23. 24. 25. ab urbe cond. Appian. in 23
Libyco, Plutarchus in uita Scipionis, Valerius cap. de Ominibus, cap. 2. ſecundi, cap. 7. tertij, Syl. lib. 13.
Interea geminos terra crudelis Hibera *Fortuna abſtulerat permiſcens triſtia lætis.* *Scipiadas, magnumq; decus magnumq; dolorem.* Et lib. 15. *Attritis rebus geminus iacet hoſte ſuperbo* *Scipio, belligeri Mauortia pectora ferens.*
Seruius 6. Aeneid. ibi. *Quis Gracchi genus?* &c Eutr. cap. 5. tertij, Oroſ. cap. 17. quarti.

Igitur in ultionem patris, & patrui miſſus Scipio.) Quæ hic ſcribuntur de Scipione ſuperiori habentur latè à Li 24
uio libro 26. & ſequentibus, Plutarchus in uita Scioionis, Valerius Max. cap. 7. tertij, cap. 3. quarti, cap.
8. noni, & ſæpe alibi. Plura Gel. cap. 8. ſexti, cap. 18. 19. & 20. quarti, cap. 4. tertij, cap. 20. ſecundi, cap. 8. duode
cimi, cap. 8. lib. 16. Plinius cap. 9. 24. 27. 30. ſeptimi, cap 45. lib. 16, cap 3. lib. 21. cap. 6. lib. 22. cap. 6. lib. 34. Augu
ſtinus cap. 21. tertij Ciuit. Syl. 13. uſq; ad finem operis. Verg. 6. Aeneid. *Quis Gracchi genus?* &c Clau
dianus, *Ergo ſeu patrijs primæuus manibus ultor* *Subderet Hiſpanum regibus Oceanum.*

Hannibalis eruditricem.) Hoc dicit quoniam Hamilcar Hannibalis pater in Hiſpaniã cum imperio miſ- 25
ſus, Hannibalem puerum ſecum duxiſſe traditur, lege Plut. in uita Hannibalis.

Qui captiuos pueros puellasq;.) Hiſtoriam hanc habet Liuius circa medium 27. ab urbe cond. Eutr. cap. 5. 26
tertij, Plutarchus in uita eius, Plinius cap. 49. de uiris illuſt. Notãter Syl. lib. 15. ibi. *Quin etiam accitus,* &c.
Similem feciſſe Scipionem Aemyl. cap. 1. quinti, Valerius aſſerit.

Pleraq; ad hoſtem defecerant.) Populos qui poſt Cannenſem cladẽ à Romanis ad Hannibalẽ defecerunt, 27
ſcribit Liuius in fine 2. tertiæ Decadis. Et Syl. lib. 11. per totum.

Tarentinus ad nos redierat.) Tarentum poſt Cannenſem cladem, à Romanis ad Hannibalem defecerat. 28
Syl. in 11. *Inde Phalantæo leuitas animoſa Tarentum* *Auſonium laxare iugum.* Qua arte Tarentum à Fabio re
cuperatum, docet Liuius lib. 27. Auguſtinus capite ſexto primi Ciuitatis Dei. Eleganter Syll. lib. 15. ibi.
Tunc & Tydarij, &c.

Parte exercitus.) Prô hac hiſtoria, lege Liuium libro 26. Plin cap. 18. lib. 15. Syl. lib. 12. ibi. *Hic ut ſigna ferox.* 29
&c. per totum. Lege quos ſuprà citauimus.

Tanta uis imbrium.) Hanc hiſtoriam lege apud Liuium libro 26. Et apud Syl. lib. 11. *Iupiter Aethiopum,* &c. 30
per totum. Claudianus in bello Gethico. ibi. *Hanc urbem inſano,* &c. Auguſtinus capite uigeſimo li
bri ſeptimi Ciuitatis Dei.

Venalis Romæ fuit.) Idem ſcribunt Plutarchus in uita Hannibalis. Et Frontinns capite 18. tertij. 31

Haſdrubal frater Hannibalis.) Authores hiſtoriæ ſunt Liu. 27. Valer. cap. 7. tertij, cap. 4. ſeptimi. Frontinus 32
cap. 1. ſecundi. Eleganter Syl. lib. 15. ibi. *Terrore interea,* &c. per totum. Idem ſcribunt citati ſuperius
in hoc capite.

Fratris caput uidiſſet.) Syl. lib. 15. *Tum Nero procera ſublimia cuſpide portans* *Ora ducis cæſi. Cannas penſauimus inquit* 33
Hannibal, & Trebiam, & Traſimeni littora tecum *Fraterno capite. I duplica nunc perfide bella,* *Et geminas arceſſe acies, hæc præmia reſtant* *Qui tua tranſmiſsis optarit Alpibus arma.* Lege præcitatos. Tranſitum Scipionis in Afri
cam, lege apud Liu. lib. 29. Syl. lib. 17. ibi. *Ipſe alacer,* &c.

Quas ille Haſdrubalis copias, quos Syphacis.) Copioſè hanc hiſtoriam ſcribit Liuius libro 29. & 30. Lege Fron 34
tinum cap. 1. primi. Syl. ib. 17. libi. *Speſq; Syphax.* Aduertendum ſanè Syphacem à Scipione uictum 8.
Cal. Iulij. Ouidius 6. Faſt. ibi. *Poſtea lux,* &c.

Non fuit maior ſub imperio Romano dies.) Quæ hic ſcribuntur, lege apud Liuium lib. 30. Plutarchus in Sci- 35
pione. Syl. lib. 17. ibi. *Dum ſtetit,* &c. Pugnam autem hanc, & acierum inſtructionem præter Liu. Plut.
Syl. lege Front. cap. 3. ſecundi. Latius Appianus in libro qui Libycus inſcribitur. Triumphum Scipio
nis de Aphris uictis eleganter canit Syl. in fine 17. De tempore quo Punicum bellum ſecundum ge
ſtum eſt, præter citatos in principio huius capitis. Lege Liuium in Procœmio 4. Decadis.

Bellum Macedonicum primum. Cap. VII.

POſt Carthaginem uinci neminem puduit. Secutæ ſunt ſtatim Africam, gentes Macedonia, Græcia. Syria, cæteraq; omnia quodam quaſi æſtu, & torrente fortunæ. Sic primi omnium Macedones, affectator quondã imperij populus. Itaq; quamuis tunc Philippus regno præſideret, Romani tamen dimicare ſibi cum rege Alexandro uidebantur. Macedonicum bellum nomine amplius, q̃ ſpectatione gentis fuit. Cauſa cœpit à fœdere Philippi, quo rex iam pridem dominantem in Italia Hannibalem, ſibi ſociauerat, poſtea creuit,

2 creuit, implorantibus Athenis auxilium contra regis iniurias, cum ille ultra ius uictoriæ,
3 in templa, aras, & ſepulchra ipſa ſæuiret. Placuit ſenatui opem tantis ferre ſupplicibus.
Quippe iam gentium reges, duces populi, nationes præſidia ſibi ab hac urbe petebant.
4 Primò igitur Leuino Conſule, populus Romanus Ionium mare ingreſſus, tota Greciæ lit-
tora ueluti triumphanti claſſe peragrauit. Spolia quippe Siciliæ, Hiſpaniæ, Sardiniæ, Afri-
cæ præferebat. Et manifeſtam uictoriam, nata in prætoria puppe laurus pollicebatur. Ade
5 rat ſponte in auxilium Attalus rex Pergamorum. Aderant Rhodij nauticus populus, qui
bus à mari conſul, à terris omnia equis, uiriſq; quatiebat. Bis uictus rex, bis fugatus, bis
exutus caſtris, cum tamen terribilius Macedonibus fuit ipſo uulnerum aſpectu, quæ non
ſpiculis, neq; ſagittis, nec Græculo ferro, ſed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gla-
dijs ultra mortem petebant. Enimuerò Flaminio duce inuios antea Chaonum montes. Pin
dumq; amnem per abrupta uadentem, & ipſa Macedoniæ clauſtra penetrauimus. Introiſſe
uictoriæ fuit. Nam poſtea nunquam auſus congredi rex ad tumulos, quos Cynocephalas
uocant, uno, ac ne hoc quidem iuſto prælio opprimitur. Et illi quidem Conſul pacem de-
dit, regnumq; conceſſit. Mox ne quid eſſet hoſtile, Thebas, & Eubœam, & graſſantem ſub
6 Nabide ſuo Lacedæmona compeſcuit. Græciæ uerò ueterem ſtatum reddidit, ut legibus
7 uiueret ſuis, & auita libertate frueretur. Quæ gaudia, quæ uociferationes fuerunt? Cum
8 hoc forte Nemeæ in Theatro, quinquennalibus ludis à præcone caneretur. Quo certaue-
re plauſu, quid florum in Conſulem profuderunt? Et iterum, iterumq; præconem repete
re illam uocem iubebant, qua libertas Achaiæ pronunciabatur, nec aliter illa conſulari ſen-
tentia, quàm modulatiſſimo aliquo tibiarum, aut fidium cantu fruebantur.

Cap. VII.

1 *Poſt Carthaginem uinci neminem puduit.*) Ea quæ hoc capite cõtinentur ſcribunt Liu. lib. 31. 32. 33. 34. Val. cap. 8. quarti, cap. 2. quinti, Iuſtin. lib. 29. & 30. Eutr. cap. 1. quarti, Oroſ. cap. 20. quarti, Plut. in Paulo Aemil. Syl. lib. 15. ibi. *Aemathio interea.* Geſtum autẽ eſt bellum hoc, anno 551. ab urbe cond. ſecundũ Eutr. cap. 1. quarti, Oroſ. dicit anno. 556.

2 *Implorantibus Athenis auxilium.*) Tempore initiorũ, duo iuuenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas uenerunt, & in ſacrarium Cereris cum alijs pluribus ſuis intrauerunt, ob hoc tanq; nefas ſummum cõmiſiſſent, ab Athenienſibus cæſi ſunt. Acarnanes mortibus ſuorũ cõmoti ad uindicandũ illos, auxilium à Philippo petierunt.

3 *Ille autem ultra ius uictoriæ.*) Author Liu. lib. 31. Faciunt huc quæ ſcribit Aug. cap. 4. 5. 6. primi Ciuit.

4 *Primò igitur Leuino Conſule.* Legendum uidetur Leuino Prætore, ex 31. Liuij, 29. Iuſtini. Itẽ ex Floro hoc ipſo capite. Manifeſtam (inquit) uictoriam, nata in prætoria puppe, laurus pollicebatur. Huius hiſtoriæ meminit Claud. in bello Gethico, ibi. *Nec pœnam.* De lauro in puppe nata, Lege Liu. lib. 32.

5 *Rhodij nauticus populus.*) Scribit Euſeb. lib. temporum, Rhodios ſæpe maris imperium obtinuiſſe. Faciunt ad hoc, quæ ſcribit Gell. cap. 3. ſeptimi.

6 *Sub Nabide ſuo.*) Hiſtoriã hanc habes ex 34. T. Liuij, Iuſt. lib. 31. Eutr. & Oroſ. ubi ſuprà.

7 *Quæ gaudia?*) Præterea, q̃ de hac hiſtoria ſcribit Liu. & citati hoc ipſo cap. Lege Val. cap. 8. quarti.

8 *Nemeæ in theatro.*) De quatuòr ludorum generibus apud Græcos Lact. 6. Theb. in principio. Item cap. 20. ſexti Diuin. inſtit. & cap. 4. Epitomes. Sic enim liber ille inſcribi debet, non Nephithomon, ut paſſim legitur. Plura de ludis ſcribit Aug. cap. 32. primi Ciuil. Item lib. 2. & 4. Ibidem, lege cap. 1. ſecundi.

Bellum Syriacum regis Antiochi. Cap. VIII.

1 MAcedoniam ſtatim, & regem Philippum, Antiochus excepit quodam caſu, quaſi in-
duſtria ſic gubernante fortuna, ut quemadmodum ab Africa in Europam, ſic ab Eu
ropa in Aſiam ultro ſe ſuggerentibus cauſis, imperiũ procederet, & cum terrarum
2 orbis ſitu ipſe ordo uictoriarum nauigaret. Non aliud formidoloſius fama bellũ fuit. Quip
3 pe cum Perſas, & orientem Xerxem, atq; Darium cogitarent, quando perfoſſi inuij mon-
4 tes, quando uelis opertum mare nunciaretur, ut hos cœleſtes minę territabant, cum humo
re continuo Cumanus Apollo ſudaret. Sed hic fauentis Aſiæ ſuæ numinis timor erat. Sed
nec ſanè uiris, opibus, armiſq; quicq; copioſius Syria, ſed in manibus tam ignaui regis inci-
5 derat, ut nihil fuerit in Antiocho ſpecioſius, quàm quod à Romanis uictus eſt. Impulere regẽ
in id bellum, illinc Thoas Etholiæ princeps, inhonoratam apud Romanos quærens adu er-
ſus Macedones militiæ ſuæ ſocietatẽ, hinc Hannibal qui in Africa uictus profugus, & pacis

impatiens hoſtem populo Romano, toto orbe quærebat. Et quid illud fuiſſet periculum,
ſi ſe conſilijs eius rex tradidiſſet, ſi Aſiæ uiribus uſus fuiſſet miſer Hannibal? Sed rex ſuis
opibus & nomine regio fretus, ſatis habuit bellum mouere. Europa iam, dubio procul, iure
ad Romanos pertinebat. Hic Lyſimachiam urbem in littore Thracio poſitam à maioribus
ſuis Antiochus, ut hęreditario iure repetebat. Hoc uelut ſydere Aſiatici belli mota tempe-
ſtas & maximus regum conuentus, fortiter indicto bello cum ingenti ſtrepitu ac tumultu
mouiſſet ex Aſia, occupatis ſtatim inſulis Græciſq́ littoribus, otia & luxus tanq̃ uictor a-
gitabat. Eubœam inſulam continenti adhærentem tenui freto, reciprocantibus aquis Euri
pus abſcidit. Hic ille poſitis aureis ſericiſq́ tentorijs, ſub ipſo freti murmure, cum inter flu- 6
enta tibijs fidibuſq́ concineret, collatis undiq́ quamuis per hyemem roſis, ne cum aliquo
ducum genere agere uideretur, uirginum puerorumq́ delectus habebat. Talem ergo
regem iam ſua luxuria debellatum, populus Romanus Attilio Glabrione conſule, in inſu- 7
la aggreſſus, ipſo ſtatim aduentus ſui initio, coëgit ab inſula fugere. Tam præcipitem apud
Thermopylas aſſecutus locum ccc. Laconum ſpecioſa cæde memorandum, ne ibi quidem
fiducia loci reſiſtentem mari, ac terra cedere coëgit. Statim & e ueſtigio itur in Syriã. Claſſis
regia Polixenidi, Hannibaliq́ commiſſa. Nam rex prælium nec ſpectare poterat. Igitur du- 8
ce Aemilio Regillo à remigantibus Rhodijs tota laceratur, ne ſibi placeant Athenę. In An-
tiocho uicimus Xerxem, in Aemilio Alcibiadem æquauimus, Epheſiis Salamina penſaui-
mus. Conſule Scipione, cui frater ille modò uictor Carthaginis Africanus uoluntaria lega
tione aderat, debellari regem placet, & iam toto ceſſerat mari, ſed nos imus ulterius. Mean-
drum ad amnem montemq́ Sypilum caſtra ponuntur. Hic rex (incredibile dictu) quibus
auxilijs, quibus copijs conſederat. Trecenta millia peditum, equitũ, falcatorumq́ curruũ,
non minor numerus. Elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis, auro, purpura, argento, &
ſuo ebore fulgentibus, aciem utriuſq́ uallauerat. Sed hæc omnia præpedita magnitudine
ſua. Ad hoc imbre, qui ſubito ſuperfuſus mira felicitate Perſicos arcus corruperat. Primũ
trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt. Victo, & ſupplici pacem atq́ partem re-
gni dari placuit, eò libentius quod tam facilè ceſſiſſet.

Cap. VIII.

Macedoniam ſtatim.) Bellum aduerſum Antiochum regem, à Romanis geſtum, ſcribunt Liu. lib. 3. 4. & ſe 1
quentibus. Iuſt. lib. 31. App. in Syrio, Val. cap. 1. & 5. ſecundi. cap. 5. tertij, cap. 1. quarti, cap. 3. ſeptimi, cap. 1.
octaui, cap. 1. noni, Gell. cap. 5. quinti, Plut. in uita Scip. Plin. cap. 34. de uiris illuſt. Eutr. cap. 1 quarti, Oroſ.
cap. 20. quarti, Front. cap. 7. quarti. Quo geſtum ſit tempore docet Euſebius libro temporum.
Quippe cum Perſas.) Quæ hic dicuntur lege apud Herod. lib. 3. & 7. Item Iuſt. lib. 2. & 3. 2
Perfoſſi inuij montes.) Authores hiſtoriæ ſunt Solin. cap. 14. Mela lib. 2. Herod. lib. 7. Cic. 2. de finibus, Ver 3
gil. in Culice, ibi. *Non perfoſſus Athos.* Iuu. Sat. 10. *Velificatus Athos.* Xerxes ante experimentum belli fidu
cia uirum ueluti naturæ ipſius dominus, & montes in planum deducebat, & cõuexa uallium æquabat,
& quædam maria pontibus ſternebat, quædam ad nauigationem commoda per compendium duce-
bat. Author Iuſtin. lib. 3. Plura Herod. ubi ſuprà.
Cum humore continuo.) Quod hic ſcribit Florus, lege apud D. Aug. cap. 11. tertij Ciuit. Cicero autem 2. di 4
uin. docet huius rei cauſam, ſed locum aſſignaſſe ſufficiat. Aduertendum ſimile prodigium ſæpe uiſum
ut ibidem Aug. annotat, lege Euſeb. 5. præpar. Euang.
Impulere regem.) Offenſi Aetoli quia non ex arbitrio eorum Macedonia quoq́ adempta regi ut data ſi 5
bi in præmium belli eſſet, legatos ad Antiochum mittunt, qui cum adulationis magnitudinis in Ro-
mana bella ſpe ſocietatis uniuerſæ Græciæ impellerẽt. Iuſtin. lib. 30. Latius Liuius lib. 35. Societatẽ Han
nibalis cum Antioc. habet. Iuſtin. lib. 31. Liu. 35. ab urbe cond. Facetiſſima cauillatio Hannibalis apud re
gem Antiochum ſcribitur cap. 5. quinti noctium Atticarum Gellij.
Hic ille poſitis.) Antiochus cum perueniſſet in Chalcidem, formoſæ uirgunculæ amore correptus, quin 6
quageſimum iam excedens annum, cum tanta mole bellorum premeretur, nuptias tamen ſolenni mo-
re celebrauit, &c. Lege App. ubi ſuprà.
Attilio Glabrione.) Hunc Appian. Acinium Manium uocari dicit Oroſius Acilium. Thermopylæ un- 7
de dictæ, & earum deſcriptio præter Plinium & Strabonem, habetur ab Appiano ibidem. Plura Hero
dotus in 7. De trecentis Laconibus apud Thermopylas interfectis, notaui ſuprà pauca capite 2. huius

ſecundi

ſecundi. Item Appian. uocat præfectum claſſis Antiochi Poiyzenem. De Syria ubi hoc bellum geſtum eſt, & à qua nomen habet ſcribunt Mela in 1. & Strabo lib. 16. Plin. 12. & circa lib. 5. Solin. cap. 58.

8 *Duce Aemilio Regillo.*) Hunc L. Neuium uocat Iuſtin. Appian. Liuium nominatum dicit. Cui poſteà (inquit) L. Aemilius Regulus ad curam claſſis ſucceſſerat, hæc non niſi monendi cauſa.

Bellum Etholicum. Cap. IX.

1 SYriaco bello ſucceſſit ut debebat Etholicum. Victo quippe Antiocho, Romanus faces Aſiatici belli perſequebatur. Ergo Fuluio Nobiliori mandata ultio eſt. Hic protinus caput gentis Ambraicam, regiam Pyrrhi machinis quatit. Secuta deditio. Aderant Etholorum precibus Attici, Rhodij, & memineramus auxilij, ſic placuit ignoſcere. Serpit tamen latius in proximos bellum omnemq́ latè Cephaloniã, Zacynton, & quicquid inſularum in eo mari inter Ceraunios montes, iugumq́ Maleum Etholici belli acceſſio fuerunt.

Cap. IX.

1 *Syriaco bello ſucceſsit.*) Hoc bellum deſcribunt Liuius lib. 38. ab urbe cond. Iuſt. lib. 32. Appian. in eo lib. qui Syrus inſcribitur. Eutr. cap. 1. quarti, Plin. cap. 52. de uiris illuſt. De Aetholia Plin. in principio 4. Strabo lib. 10. Legendum autem eſt Cephaleniam. Victoriam Fuluij de Aetholicis Quintus Ennius amicus eius, inſigni laude celebrauit. Liuius ubi ſuprà ſcribit preces Athenienſium atq́ Rhodiorum pro Aetholis &c. Cauſa huius belli, parum antè ex Iuſtini ſententia poſita eſt.

Bellum Hiſtricum. Cap. X.

1 HIſtri ſequuntur Etholos. Quippe bellantes eos nuper adiuuerant, & initia pugnæ proſpera hoſti fuerunt, eademq́ exitij cauſa. Nam cum Cnei Manlij caſtra cepiſſent opimæ prædę incubarent, epulantes ac ludibundos pleroſq́, aut ubi eſſent prę poculis neſcientes, Appius pulcher inuaſit, ſic cum ſanguine, & ſpiritu malè partam reuomuere uictoriam. Ipſe ex Apulo equo impoſitus, cum ſubinde crapula & capitis errore lapſaret, captum ſeſe uix, & ægrè poſtq́ experrectus eſt didicit.

Cap. X.

1 *Hiſtri ſequuntur Aetholos.*) Inter geſta huius Manlij, nõ lego ipſum cum Hiſtris populis geſſiſſe bellum. Liuius lib. 38. ſcribens quos populos Romanis ſubegerit, nullam de Hiſtris mentionem facit. Plinius præterea cap. 19. tertij, dicit Hiſtros ſubactos non à Cneo Manlio, ſed Tuditano quodam. Sextus Rufus dicit Hiſtros domitos, ſed à quo & quando non meminit. Appianus dicit Hiſtros Illyriorum nationem eſſe. Sed uidetur intelligendum de Hiſtris Thraciæ populis ab Iſtro, uel Iſtria op. dictis. In oratione enim qua ſe Manlius contra legatos defendit dicit ſe bis præliatum in Thracia, lege Liu. lib. 38. Et hæc quoq́ inueſtigandi cauſa dicta ſint. De Iſtro oppido Plin. cap. 11. quarti, & Strabo lib. 7. lege Herm.

Bellum Gallogræcum. Cap. XI.

1 GAllogræciam quoq́ Syriaci belli ruina conuoluit, fuerant inter auxilia regis Antiochi. An fuiſſet cupidus triumphi Manlius, an eos inuiſos ſimulauerit, dubium certè,
2 negatus eſt uictori triumphus, quia cauſam belli non approbauit ſenatus. Cæterum gens Gallogræcorum, ſicut ipſum nomen inditio eſt, mixta & adulterina eſt. Reliquiæ Gallorum, quibus etiam Brenno duce uaſtauerant Græciam, mox orientem ſecuti, in media Aſiæ parte etiam ſedere. Itaq́ ut frugum ſemina mutato ſolo degenerant, ſic illa genuina feritas eorum Aſiatica amœnitate mollita eſt. Duobus itaq́ pręlijs fuſi fugatiq́ ſunt, quamuis ſub aduentu hoſtis relictis ſedibus, in altiſſimos ſe montes recepiſſent, quos Toloſtobogi, Tectoſagiq́ inſederant. Vtrinq́ fundis, ſagittiſq́ acti, in perpetuam ſe pacem dediderunt. Sed alligari, miraculo quodam fuere, cum catenas morſibus & ore tentaſſent,
3 cum offocandas inuicem fauces præbuiſſent. Nam Orgiaguntis regis uxor, à Centurione ſtuprum paſſa, memorabili exemplo cuſtodiam euaſit. Reuulſumq́ militis caput, ad maritum ſuum retulit.

Cap. XI.

1 *Gallogræciam quoq́.*) Hoc bellum latè ſcribit Liu. lib. 38. ab urbe cond. Meminit Iuſtin. lib. 32. Plin. cap. 55. de uiris illuſt. Valer. Max. cap. 1. ſexti, Oroſ. cap. 20. quarti. Pauca Euſeb. lib. temp. De origine, moribus, &c. Gallogræcorum lege Dionyſ. in 6. Faciunt quæ ſcribit Iuſtin. lib. 24. & 25. Valerius. cap. 2. primi. De degeneratione ſeminũ mutato ſolo, notanter Liu. longè poſt principium 38. Lege dictum Cyri Perſarum regis apud Plut. in Apopht. Lege, quæ poſui cap 4. huius ſecund. Fuerunt autem in hoc bello centum M. Gallogræcorum quorum xl. capta uel cæſa ſunt. Liu. ubi ſuprà.

Orgiagontis regis uxor.) Huius hiſtoriæ meminerunt Val.cap.6. Plin.cap.55. De uir. illuſt. Liu.autē dicit non euaſiſſe cuſtodiam,ſed à Centurione eductam ad duos neceſſarios mulieris,qui ad flumen eam ſpectabant,à quibus duobus Centurio aurum penſans interfectus eſt. Idem ſentit Valer. Hæc ex Galatia oriunda fuit, Chiomara nomine, author Plutarchus.

Negatus eſt uictori triumphus.) Diſcrepat à Liuio Florus,aſſerente Gn. Manilium de Gallogræcis triumphaſſe. Maior pars(inquit)decem legatorum,qui cum Manilio fuerant & ante alios L.Furius purpurio. Et L. Aemilius Paulus contradixerunt ne Manilio triumphus decerneretur, poſt tamen longam diſcrepationem dicit Manilio triumphum decretum cognatorum,ac amicorū Manilij opibus. De his populis,Liuius,Iuſtinus,ubi ſuprà.Plinius capite 32.quinti,Strab.lib.12.uocāt Toliſtobogos, ubi plura de eorum origine.

Bellum Macedonicum ſecundum. Cap. XII.

CVm aliæ aliæq; gētes,Syriaci belli ſequūtur ruinā, Macedonia ſe rurſus erexit,fortiſſimum populum memoria, & recordatio ſuæ nobilitatis agitabat, & ſucceſſerat Philippo filius Perſes, qui ſemel in perpetuum uictam eſſe Macedoniam non putabat ex gentis dignitate, multò uehementius ſub hoc Macedones q̄ ſub patre conſurgunt. Quippe Thraces, in uires ſuas traxerant. Atq; ita induſtria Macedonum, uiribus Thracum,diſciplinam Macedonicam tentauere. Acceſſit his conſilium ducis, qui ſitum regionum ſuarum ſummo ſpeculatus Hemo, poſitis per abrupta caſtris,ita Macedoniam ſuam armis ferroq; uallauerat, ut non reliquiſſe aditū,niſi à cœlo uenturis hoſtibus,uideretur. Nam Marcio Philippo conſule,eam prouinciam ingreſſus,populus Romanus exploratis diligenter acceſſibus, per Aſtrudem paludem, per acerbos, dubioſq; tumulos, illa quæ uolucribus quoq; uidebantur inuia acceſſit, regemq; ſecurum & nihil tale metuentē, ſubita belli eruptione terruit,cuius tanta trepidatio fuit,ut pecuniam omnem in mare iuſſerit mergi ne periret,claſſem cremari ne incenderetur. Paulo conſule,cum maiora & crebra eſſent impoſita præſidia,per alias uias Macedonia depreſſa eſt. Summa quidem arte & induſtria ducis, cum aliàs minatus,aliàs irrepſiſſet. Cuius aduentus ipſe eò terribilis regi fuit,ut intereſſe nō auderet,ſed gerenda ducibus bella mandauerit. Abſens ergo uictus fugit in maria,Inſulāque Samothracem fretus celebri religione,quaſi templa & aræ poſſent defendere,quē nec montes ſui,nec arma potuiſſent. Nemo regum diutius amiſſæ fortunæ conſcientiam retinuit. Supplex cum ſcriberet ad Imperatorem,ab illo quo confugerat templo,nomenq; epiſtolæ notaret ſuū, regem addidit. Sed nec reuerentior captæ maieſtatis alius Paulo fuit, cū in conuiuijs adhibuit,liberoſq; admonuit ſuos,ut fortunam,cui tantum liceret,reuererentur. Inter pulcherrimos,hunc quoq; populus Romanus de Macedonia duxit,atq; uidit triumphū. Quippe cuius ſpectaculo triduū impleuerit: Primus dies ſigna tabulaſq;,ſequens arma pecuniaſq; tranſuexit, tertius, captiuos ipſumq; regem attonitum, adhuc tanq; ſubito malo ſtupentem. Sed multò prius gaudium uictoriæ populus Romanus,q̄ epiſtolis uictoris perceperat. Quippe eodem die quo uictus eſt Perſes in Macedonia, Romæ cognitum eſt. Duo iuuenes candidis equis apud Iuturnæ lacum, puluerem & cruorem abluebant. Hi nunciauere Caſtorē,& Pollucem fuiſſe,creditum uulgò,quod gemini fuiſſent. Interfuiſſe bello, quod ſanguine maderent. A' Macedonia uenire,quod adhuc anhelarent.

Cap. XII.

Cum aliæ, aliæq; gentes.) Bellum Macedonicum ſecundum ſcribunt paſſim omnes. Liuius libro 40.& 5. ſequentibus. Iuſtin. lib. 33. Plut. in Paulo Aemilio, Plinius capite 56. de Viris illuſtribus, Appianus in eo libro quem Mithridaticum inſcripſit. Euſebius libro temporum, Valerius capite primo, & ſecundo,libri ſecundi, capite tertio libri quarti, capite primo libri quinti. Eutr. capite primo libri tertij. Oroſius cap.20.quarti. Meminit Plinius cap.3. lib.33.& Gellius capite 3.ſeptimi.

Recordatio ſuæ nobilitatis.) De uetuſtate & nobilitate Macedonum, Solinus capite 14. Iuſtinus libro ſeptimo, Euſebius libro temporum,Dionyſius libro 1. Gentes quæ in hoc bello Perſæ adheſerunt, lege apud Oroſium ubi ſuprà.

Celebri

3 *Celebri religione.*) Samothraciæ multa ueſtigia in ſacris ad noſtram uſq; ætatem perdurant. Diodorus libro 6. Et parum infrà, multa ad hoc. In Samo, quæ poſtea Samothracia eſt dicta, Iuno nata eſt. Author Seruius 1. Aeneid. In ea præterea adoleuit, & Ioui fratri nupta eſt, idcirco nobiliſſimum & antiquiſſimum templum eius eſt Sami, ſimulachrum in habitu nubẽtis figuratum, & ſacra eius anniuerſaria, nuptiarum ritu celebrantur. Author Varro, quod Lactantius capite 17. primi, Auguſtinus capite 7. ſexti Ciuit. retulerunt.

4 *Vt fortunam cui tantum liceret, reuerterentur.*) Fortunam quidam deam quandam eſſe opinati ſunt, res humanas ueris caſibus illudentem, ſecundum quorum ſententiam eſt illud Auſonij, *Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu. Semper mouetur, uariat & mutat uices, Et ſumma in altum uertit, ac uerſa erigit.* Quem errorem reprobat Lactantius capite 28. & 29. tertij Diuin. Inſtit. Multa Auguſtinus cap. 19. quarti Ciuit. Lege quæ ſcribit Plinius capite. 7. ſecundi. Triumphi formam ultra ea quæ dixi, cap. 18. primi huius. Lege apud Appian. inter principium & medium libri eius, qui Libycus inſcribitur.

5 *Duo iuuenes candidis equis.*) Huius dæmoniaci miraculi meminerunt Lactantius cap. 8. ſecundi, Valerius cap. ult. primi, Plutarchus in Paulo Aemilio. Lege quæ notaui cap. 11. primi huius.

Bellum Illyricum. Cap. XIII.

1 MAcedonici belli contagio traxit Illyricos. Ipſi quidem ut Romanum à tergo diſtringerent, à Perſe rege conducti pecunia, militauere. Sine mora ab Anitio prætore ſubiguntur. Loſcordam caput gentis deleſſe ſuffecit. Statim ſecuta deditio eſt. Deni-
2 q; hoc bellum, antè finitum eſt, quàm geri Romæ nunciaretur.

Cap. XIII.

Macedonici belli contagio, traxit Illyricos.) Bellum hoc & eius cauſam deſcribit Appianus in eodem lib. qui
1 Illyrius inſcribitur. Item Plutarchus in Paulo Aemilio. Meminit Florus 43. & 44. Abbre. Eutr. capite 14. quarti. Valerius Maximus cap. 5. tertij. Aduertendum Genthium Illyricorũ regem contra quem hoc bellum geſtum eſt, Gentianam herbam inueniſſe, & ex ſuo nomine Gentianam dixit. Author Plinius capite 7. libri 25.

Loſcordam caput gentis.) Non legi apud aliquẽ Geographũ Laſcordam Illyrici ciuitatem, ideo uidetur le-
2 gendum Scardonem ex 7. Strabon. Scardo (inquit) oppidum Liburnicum. Plinius capite 21. tertij, Conuentum Scardonitarum petunt Iapyges. Et Liburnorum ciuitates 14. Legendum etiam Anitio, non Antio ex Eutr. Appian. cæteris.

Bellum Macedonicum tertium. Cap. XIIII.

1 QVodam fato, quaſi ita conueniſſet inter Pœnos, & Macedonas, ut tertio quoq; uincerentur. Eodem tempore utriq; arma mouere, ſed prior excutit Macedo, aliquanto quàm antè grauior, dum contemnitur. Cauſa belli propè erubeſcenda. Quippe regnum pariter & bellum uir ultimæ ſortis Andriſcus inuaſerat, dubium, liber an ſeruus, mercenarius certè, ſed quia uulgò Philippus, & ſimilitudine Pſeudophilippus uocabatur, regiam formam, regium nomen, animo quoq; regio impleuit. Igitur dum hæc ipſa contemnit. P. R. Iuuentio Prætore contentus, uirum non Macedonicis modò, ſed Thraciæ quoq; auxilijs ingentibus ualidum, temere tentauit. Inuictus quoq;, non à ueris regibus, ſed ab illo imaginario, & ſcenico rege ſuperatus. Sed conſule Metello, amiſſum cum legione prætorem, pleniſſimè ultus eſt. Nam & Macedoniam ſeruitute mulctauit, & ducem belli deditum ab eo, ad quem confugerat Thraciæ Regulo, in urbem in catenis reduxit. Hoc quoq; illi in malis ſuis indulgente fortuna, ut de eo populus Romanus, quaſi de rege uero triumpharet.

Cap. XIIII.

1 *Quodam fato.*) De hoc bello ſcribunt Florus 50. Abbr. Valerius Maximus capite 5. ſeptimi, Plinius minor capite 61. Eutr. capite tertio, quarti, Euſebius libro temporum. Dictus autem Pſeudophilippus quoniam eſſet ex concubina natus ſe filium Philippi regis aſſeuerabat. Vel ut Liu. Perſei. ψευδω enim Græcè falſo ſignificat. Eutr. capite tertio, quarti, nominat prætorem, non Iuuentium, ſed Publium Panetium.

Bellum

Bellum Punicum tertium. Cap. XV.

TErtium cum Africa bellum, & tempore exiguum fuit. Nam quadriennio patratum
eſt, & in comparatione priorum, minimum labore. Non enim tam cum uiris, quàm cum
ipſa urbe pugnatum eſt, ſed planè maximo euentu. Quippe eo tandem Carthago
finita eſt. Atque ſi quis trium temporum momenta conſideret, primò commiſſum eſt
bellum, profligatum ſecundò, tertiò uerò confectum eſt. Sed huius cauſa belli, quod con- 2
tra fœderis legem, aduerſus Numidas quidē ſemel paraſſet claſſem, & exercitum, frequens
autem Maſiniſſæ fines territaret. Sed huic bono ſocio'que regi fauebatur. Cum bellum
ſederet, de belli fine tractatum eſt. Cato inexpiabili odio delendam eſſe Carthaginem, &
cum de alio conſuleretur, pronunciabat Scipio Naſica ſeruandam, ne metu ablato æmu-
læ urbis, luxuriari felicitas urbis inciperet. Medium ſenatus elegit, ut urbs tantùm loco
moueretur. Nihil enim ſpecioſius uidebatur, quàm eſſe Carthaginem, quæ non timeretur. I-
gitur Manilio Cenſorinoque Conſulibus, populus Romanus aggreſſus Carthaginem, ſpe 3
pacis iniecta, traditam à uolentibus claſſem, ſub ipſo ore urbis incendit. Tum euocatis prin
cipibus, ſi ſalui eſſe uellent ut migrarent finibus imperatum, quod pro rei atrocitate adeo
mouit iras, ut extrema mallent. Comploratum igitur publicè ſtatim, & pari uoce clama-
tum eſt, ad arma, ſeditque ſententia quoquo modo rebellandum. Non quia ſpes ulla iam ſu
pereſſet, ſed quia patriam ſuam mallent hoſtium, quàm ſuis manibus euerti. Qui rebellantium
fuerit furor, uel hinc intelligi poteſt, quod in uſum nouæ claſſis tecta, domuſque reſcide-
runt, & in armorum officinis, aurum & argentum pro ære ferroque conflatum eſt, in tormen
torum uincula matronę crines ſuos contulerunt. Mancino deinde Conſule, terra mari'que
feruebat obſidio. Operis portus nudatus, & primus & ſequens iam murus, cum tantùm 4
Byrſa, quod nomen arci fuit, quaſi altera ciuitas reſiſtebat. Quamuis profligato urbis ex-
cidio, tamen fatale Aphricæ nomen Scipionum uidebatur. Igitur in alium Scipionem con
uerſa reſpublica finem belli repoſcebat. Hunc Paulo Macedonico procreatum, Africani 5
illius magni filius in decus gentis aſſumpſerat. Hoc ſcilicet fato, ut quam urbem concuſ- 6
ſerat auus, nepos euerteret. Sed quàm maximè mortiferi eſſe morſus ſolent morientium beſti-
arum, ſic plus negotij fuit cum ſemiruta ciuitate Carthagine, quàm integra. Compulſis
in unam arcem hoſtibus, portum quoque maris Romanus obſederat. Illi alterum ibi por-
tum ab alia urbis parte foderunt, nec ut fugerent, ſed quia nemo illos nec euadere poſſe
credebat. Inde quaſi enata ſubito claſſis erupit. Tum interim iam diebus, iam noctibus,
noua aliqua moles, noua machina, noua perditorum hominum manus, quaſi ex obruto in
cendio, ſubita de cineribus flamma prodibat. Deploratis nouiſſimè rebus xl. ſe millia ui-
rorum dediderunt, quod minus credas, duce Haſdrubale. Quanto fortius fœmina, 7
& uxor ducis? quæ comprehenſis duobus liberis, à culmine ſe domus in medium miſit in-
cendium, imitata reginam, quæ Carthaginem condidit. Quanta urbs deleta ſit, ut de cæ-
teris taceam, uel ignium mora probari poteſt. Quippe per continuos decem & ſeptem
dies uix potuit incendium extingui, quod domibus, ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſe-
rant, ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat triumphis, arderet.

Cap. XV.

Tertium cum Aphrica bellum, &c.) Bellum Punicum tertium, ſcribunt ferè omnes Florus 48. & 49. Abbr. 1
Appianus in Libyco. Auguſtinus capite uigeſimoprimo, & circa tertium Ciuitatis Dei. Plutarchus
in uita Catonis Cenſorij. Eutrop. capite tertio, quarti. Oroſius capite uigeſimoſecundo, & uigeſimo
tertio, libri quarti. Plinius capite quinquageſimooctauo de Viris Illuſtribus. Originem, ſitum &c.
Cartha. habet. Iuſtin. libro decimooctauo, & decimonono. Non præteribo quod de delenda Car-
thagine Plinius capite decimooctauo, libri 15. Naturalis hiſtoriæ retulit. Cato (inquit) pernitiali o-
dio Carthaginis flagrans nepotumque ſecuritatis anxius, cum clamaret in omni ſenatu Carthaginē de-
lendā, attulit quodā die in curiā præcocem ex ea porouincia ficū, oſtendenſque patribus. Interrogo uos,
(inquit)

(inquit)quando hoc pomum demptum putatis ex arbore? Cum inter omnes recens eſſe conſtaret. Atqui tertium(inquit)ante diem ſcitote decerptum Carthagine. Tam prope à muris habemus hoſtem. Statimq́ ſumptum eſt Punicum tertium bellum,quo Carthago deleta eſt. Lege cætera,quæ ſequūtur. Idem ſcribit Plutar.in Catone. Et Aug.cap.30.lib.1.Ciuit.Inceptum eſt autem hoc bellum altero & ſexcenteſimo anno ab urbe cond.Liu.lib.49.

2 *Sed huius cauſa belli,quod contra fœderis legem*, &c.) Poſt finem ſecundi belli Punici,Carthaginenſibus conditionibus pax à Romanis data eſt. Si naues(inquit Scipio)longas decem duntaxat exceptis,Romanis tradideritis. Si elephantos quos habetis,&cætera prius per uos ſublata reſtitueritis,uel eorũ preciũ me iudice ſi qua incerta erunt,perſoluetis. Captiuos præterea omnes ac transfugas, & quoſcunq́ ex Italia eduxit Hannibal,tradideritis & hæc intra triceſimam diem ex quo pacem ſuſceperitis à uobis fieri poſcimus. Intra ſexageſimam uerò Magonem Liguria excedet: præſidiaq́ ueſtra, ex urbibus educere, q̃ extra Phœnicum foſſam ſitæ ſunt. Obſides uniuerſos reddere. Quotannis etiam talenta Euboica ducẽta in annos quinquaginta,Romanis pendere. Neque Celtas,aut Ligures ſtipendio conducere ulterius. Neq́ Maſiniſſæ,alijs ue Romanorum socijs inferre bellum,aut Carthaginenſium quempiam ad id mittere. Hęc & plura Appianus in Libyco. Bellum inter Carthaginẽſes & Maſiniſſam,propter quod tertiũ Punicum bellum ortum eſt,habetur ab Appiano & Liuio ubi ſuprà.

3 *Igitur Manilio Cenſorinoq́ Conſulibus*, &c.) De nominibus horum Conſulum non omnes conueniunt. Eutrop. habet L.Mallio Cenſorino,Marco Mallio Conſulibus. Oro.L.Cenſorino,M.Mãlio Conſulibus. Liu.49.L.Martio,M.Manlio Conſulibus.

4 *In tormentorum uincula matronæ crines ſuos contulerunt.*) Carthaginenſium duces inſtructuri claſſem,quia ſparto deficiebant,crinibus tonſarum mulierũ,ad funes efficiendos uſi ſunt. Idem Maſſilienſes,& Rhodij fecerunt. Front.cap.7.primi.

5 *Hunc Paulo Macedonico procreatum*,&c.) Paulus Aemylius,ex quatuor filijs formæ inſignis, egregiæ indolis,duos iure adoptionis in Corneliã Fabiamq́ gentem translatos,ſibi ipſe denegauit, duos ei fortuna abſtulit,&c. Val.cap.10.quinti. Lege Plut. In fœdũ errorẽ Appian. ꝓlapſus eſt, q hunc Scipionẽ Aemylianum eum fuiſſe opinatus eſt,qui ab Antiocho puer captus fuit,& P.Scipioni patri reſtitutus. Antiochi(inquit)legatio,priuatim.P.Scipioni ab Antiocho pecunias & oblationẽs afferebat. Filij præterea libertatem,quẽ ex Demetriade,in Chalcydem adnauigantẽ, Antiochus in Hellàda ceperat, pollicebatur. Erat is puer Scipio,qui deinde Carthaginẽ cepit & euertit, & ſecundus à Scipione Africanus cognominatus eſt,Pauli filius,qui Macedoniã Perſeo eripuit,Scipionis genere ex filia nepos,adoptione filius. Sed huius oppoſitum Latini omnes aſſerunt,lege Valerium cap.5.tertij.

6 *Concuſſerat auus,&c.*) P.Scipio,Scipionis Aemyliani auus fuit genere,licet adoptione pater,ut uerba Appian.nũc adſcripta patefaciunt. Plut.aliter, Vxor(inquit)Paulo Aemylio fuit Papiria Mnaſonis uiri cõſularis filia,quam poſt longũ cõiugij tẽpus repudiauit,licet pulcherrimã ſobolẽ ex ea ſuſcepiſſet. Hæc enĩ glorioſiſſimũ Scipionẽ & maximũ pepererat. Sententia Plut. uidetur uerior. Cõſtat enĩ Aphricano ſuperiori Aemyliã fuiſſe uxorẽ L.Pauli,qui Cõſul ꝓ repub. ad Cãnas occubuit. Ex ea genuit filias duas quarũ maiorẽ natu P.Cornelio Naſicæ,minorẽ ſeu in uita,ſeu poſt mortẽ patris certè Graccho nuptam cõſtat. Aliorũ opinio eſt,quã & Florus ſequitur,Scipionẽ minorẽ,à filio Publij Scipionis adoptatũ fuiſſe. Hanc ſecundã ſententiã ſequitur Cic. & in Catone Mai. & 6.de Rep.lib. Quã fuit imbecillis (inquit) P.Aphricani filius is,qui te adoptauit. In 6.de Rep.li.pater Aemylius Scipionẽ filium hortatur,ut ſicut Aphricanus auus,colat iuſtitiã & pietatẽ. Primã opinionẽ ſequitur Liu.li.49. Scip. Amylian9(inquit) L. Pauli filius,Africani nepos,& adoptiuus filius,&c. Res nõ bene nota fecit,ut præter inſtitutũ,plura uerba de hoc facerẽ.

7 *Quanto fortius fœmina*,&c.) Hanc hiſtoriã ut alios ſileã,lege apud Val.tit.2.1.cap.36. App. circa finẽ Libyci recitat huius mulieris ad Scip. & Haſdrubalẽ uerba. Deleta aũt Carthago eſt ſeptingẽteſimo anno q̃ erat cõdita. Liu.lib.51. Sol cap.40.dicit anno 737. Euſeb.anno 668.uel anno 748. Cõdita uerò fuit 72.annis anteq̃ Roma. Iuſt.lib.19. Carthag.excidiũ,lege Appian. Neſcire ſe dicebat Q.Metellus illa uictoria,qua Carthago deleta eſt,boni ne plus an mali reipub.attuliſſet. Vale.cap.2.7. Faciunt ad hoc quæ ſcribit Cicero 1.Offic.tit.12.Plin.cap.9.lib.7.

Bellum Achaicum. Cap. XVI.

1 QVaſi ſęculum illud euerſionibus urbiũ curreret, ita Carthaginis ruinam, ſtatim Corinthos excepit, Achaiæ caput, Græciæ decus, inter duo maria, Ioniũ & Aegeũ quaſi ſpectaculo expoſita. Hęc(facinus indignũ) antè oppreſſa eſt, q̃ in numero certorũ hoſtiũ referret. Critolaus cauſa belli, q libertate à Romanis data, aduerſus ipſos uſus eſt. Legatos Romanos dubiũ an & manu, certè oratione uiolauit. Igiť Metello ordinãti, cui tũ maximè Macedonię mãdata eſt ultio, & hinc Achaicũ bellũ: ad primã Critolai manũ Metellus cõſul per patẽtis Elidis cãpos, toto cæcidit Alphęo, & uno ꝑlio peractũ erat bellũ, iã & urbẽ

ipſam

ipſam terrebat obſidio: ſed fato rerum, cum Metellus dimicaſſet ad uictoriā Mumius ue-
nit. Hic alterius ducis dignitate exercitum ſub ipſis Iſthmi faucibus fudit, geminosq́ por-
tus ſanguine infecit. Tandem ab incolis deſerta ciuitas, direpta primùm, deinde tuba præ-
cinente deleta eſt. Quid ſignorum? quid ueſtium? quidúe tabularum raptum, incenſum 1
atq́ proiectum eſt? Quantas opes & abſtulerit, & cremauerit, hinc ſcias, quod quicquid
Corinthi æris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe cōperimus. Nam & æris notam prę-
cioſiorē ipſa opulentiſſimæ urbis fecit iniuria, quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis, atq́
ſimulachris, æris, auri, argentiq́ uenæ in commune fluxere.

Cap. XVI.

Quaſi ſæculum illud. &c.) Hoc bellum ſcribunt Florus 51. & 52. Abbr. Iuſt. lib. 34. Val. cap. 5. 7. Plin. 60. de 1
Viris illuſt. Eutro. cap. 6. 4. Oro. cap. 3. 5. Cicero in oratione pro lege Manilia, & 1. Officiorū Plin. cap. 12.
51. Capta autem Corynths eſt, Olimpiade 156. anno tertio, urbis Romæ anno 608. Plin. cap. 2. 34.

Quid ſignorum, &c.) De ære Corynthio, cuius tria fuerunt genera, candidum, argento nitore, q̃ proxi 2
mè accedens, in quo illa mixtura præualuit. Alterum in quo auri fulua natura. Tertium in quo æqua
lis omnium temporum fuit. Hæc & plura Plin. cap. 2. & 7. 34. naturalis hiſtoriæ. Notum prouerbium
de Corintho, *Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.* Horatius epiſtola 17. primi. Gellius. cap. 8.
primi. Signat enim non omnium eſſe aggredi magna. Nota ſunt, quæ de Corintho ſcribunt Plinius,
Strabo, Ouidius, & cæteri.

Res in Hiſpania geſtæ. Cap. XVII.

VT Carthaginem Corinthos, ita Corinthū Numantia ſecuta eſt. Nec deinde toto or- 1
be quicquam tantum in armis fuit. Poſt illa duo clariſſima urbium incendia, la-
tè atq́ paſſim, nec per uices, ſed ſimul, pariter, quaſi unum undiq́ bellum fuit, pror-
ſus ut inde, quaſi agitantibus uentis diffudiſſe quædam belli incendia toto orbe uideretur.
Hiſpaniæ nunq́ animus fuit aduerſus nos uniuerſæ conſurgere, nunq́ conferre uires ſuas
libuit, neq́ aut imperare, aut libertatem tueri ſuam publicè. Alioquin ita undiq́ mari,
Pyrenæóque uallata eſt, ut ingenio ſitus, nec adiri quidem potuerit, ſed antea à Romanis
obſeſſa eſt, q̃ ſeipſa cognoſceret, & ſola omnium prouinciarum uires ſuas, poſtq̃ uicta eſt,
intellexit. In hac propè ducentos per annos dimicatum eſt, à primis Scipionibus in pri-
mum Cęſarem Auguſtum, non continuè, nec cohærenter, ſed prout laceſſierant. Nec cum
Hiſpanis initio, ſed cum Pœnis in Hiſpania. Inde contagio & ſeries, cauſaq́ bellorum. Pri
ma per Pyrenæum iugum ſigna P. & Cn. Scipiones intulerunt, prælijsq́ ingentibus Han 2
nonem, & Haſdrubalem fratrem Hannibalis cęciderunt, raptaq́ erat impetu Hiſpania, ni-
ſi fortiſſimi uiri in ipſa ſua uictoria oppreſſi Punica fraude cecidiſſent, terra mariq́ uicto-
res. Igitur quaſi nouam integramq́ prouinciam, ultor patris & patrui Scipio ille Africa- 3
nus inuaſit. Isq́ ſtatim capta Carthagine & alijs urbibus non contentus Pœnos expuliſ-
ſe, ſtipendiariam nobis prouinciam fecit, omnem citra ultraq́ Hiberum, ſubiecit impe-
rio. Primus Romanorum ducum uictor ad Gades, & oceani oram peruenit. Plus etiam
prouinciam retinere, q̃ facere ſtuduit. Itaq́ per partes iam huc, iam illuc miſſi duces, qui
ferociſſimas, & ad id temporis Hiberas gentes adeo impatientes iugi, multo labore, nec in-
cruentis certaminibus ſeruire docuerunt. Cato ille Cenſorius, Celtiberos, id eſt, robur 4
Hiſpaniæ, aliquot prælijs fregit. Gracchus pater ille Gracchorum, eoſdem c. & l. urbium
euerſione mulctauit. Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen meruerat, & Celtiberi-
cus fieri, cum & Contrebiam memorabili cepiſſet exemplo, & Verſobrigis maiori gloria
pepercit. Lucullus, Turdulos, atq́ Vaceos, de quibus Scipio ille poſterior ſingulari cer-
tamine, cum à rege fuiſſet prouocatus, optima retulerat. Decius Brutus aliquando latius
Gallecos, Luſitanosq́, omnis Galatiæ populos, formidatumq́ militibus flumen obliuio- 5
nis, peractoq́ uictor oceani littore, non prius ſigna conuertit, q̃ cadentem in maria ſolem,
obrutumq́ aquis ignem, non ſine quodam ſacrilegij metu & horrore deprehendit. Sed to
ta certaminum moles cum Luſitanis fuit & Numantinis, nec immeritò, quippe ſolis gen-
tium duces contigerunt. Fuiſſet & cum omnibus Celtibris, niſi dux illius motus, initio bel-
li oppreſſus eſſet ſummæ uir aſtutiæ, & audaciæ ſi receſſiſſet Salōdicus, qui haſtam argenteā
quatiens

quatiens uelut cœlo miſſam,uaticinanti ſimilis omnium in ſe mentes conuerterat. Sed cũ pari temeritate ſub nocte caſtra conſulis adiſſet,iuxta tentorium ipſum,pilo uigilis excep-
6 tus eſt. Cæterum Luſitanos Viriatus erexit,uir calliditatis acerrimę,qui ex uenatore latro ex latrone ſubitò dux,atq; imperator,& ſi fortuna ceſsiſſet,Hiſpanię Romulus,non contẽtus libertatem ſuorum defendere per xiiij,annos omnia citra ultraq; Hyberum, & Tagũ, igni,ferroq; populatus. Caſtra etiam prætorum, & præſidum aggreſſus, Claudiũ Vnimanum penè ad internitionem exercitus cæcidiſſet, inſignia trabeis, & faſcibus noſtris, quæ cœperat, in montibus ſuis trophæa fixiſſet. Tandem eum Fabius Maximus conſul oppreſſerat,ſed à ſucceſſore Seruilio uiolata uictoria eſt. Quippe qui cõficiendæ rei cupidus fractum ducem,& extrema deditionis agitantem,per fraudem,& inſidias,& domeſticos percuſſores aggreſſus,hanc hoſti gloriam dedit, ut uideretur aliter uinci non potuiſſe.

Cap. XVII.

1 *Vt Carthaginem Corinthos.&c.)* Bella, quæ poſt deletam Corinthum orta ſunt. Lege apud Flo. 51. & 52. Abbr. Iuſt lib. 34. & inde. Eutro. cap. 3. 4. Oro. cap. 3. 5. Cæteri, locis ſuis citabuntur. Hiſpaniæ ſitus laus,&c. habetur ab omnibus. Lege Strabonem in 3. Plin. 3. naturalis hiſtoriæ. Iuſti. lib. ultimo. Soli. ca. 36. Plura Syl. lib. 3. Claudi, de laude Serenæ. *Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris? &c.* Auienus. ibi. *Hic Hiſpanus ager.&c.* Et parum infra locum deprauatum ſic caſtigauimus. *Gens agitat rupis ueſtigia Pyrenææ.*

2 *Prima per Pyrenæum iugum.&c.)* Geſta duorũ Scipionum, qui primi per Pyrenæũ iugũ ſigna Romana intulerunt ex parte tacta ſunt ca. 6 huius ſecundi.

3 *Vltor patris & patrui Scipio.&c.)* Pro his, quæ hic de Scipione ſuperiote narrantur. Lege quæ ca. 6. huius 2. ſunt annotata, quibus adde quæ ſcribit Plutar. in Apophthegmatis.

4 *Cato ille Cenſorinus. &c.)* Geſta huius Catonis contra Celtiberos ſcribit Plutar. in uita eius. Et in Apophthe. Val. cap. 3. 4. Plin. 47. de uir. ill. Front. cap. 1. 1. & cap. 7. 4. Multa Cice. in Catone maiore. Pli. ca. 13. 14. Cato (inquit) cum in Hiſpaniam nauigaret, unde cum triumpho rediјt, non aliud inquit uinum bibi, q̃ remigés. Idẽ Front. ca. 1. 4 lege quæ ſcribit Gellius ca. 18. 13. Quod hic dicitur de Graccho patre, habetur ca. 57. Pli. de uir. ill. De iſto Graccho Val. ca. 6. 4. Pli. cap. 13. 7. Cic de diui. Metelli geſta in Hiſpania Lege apud Flo. 53. Abbr. Val. cap. 2. 2. ca. 4. 7. & Plin. ca. 61. de uir. ill. Front. ca. 1. 1. Luculli geſta in Hiſpania Val. cap. 2. 3. Flo. lib. 48. Abbr. Pli. cap. 58. de uir. illu. Ab his eiſdem habetur, quod hic de Scipi. Aemiliano dicitur Quod de Decio Bruto dicit Flo. ſumpta ſunt ex 55. & 56. Liuij. Meminit Val. ca. 15. 8. Si tamen non eſt alius.&c.

5 *Flumen obliuionis.&c.)* Idẽ habetur. 55. Abbre. Liuianarũ. Intelligit enim Lethen fluuium, qui circa Syrtes delabitur. Λήθη enim Græcè, obliuionem ſignificat, de quo flumine. Luca in 9. *Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis Inferni ut fama, trahens obliuia uenis.*

6 *Cæterum Luſitanos Viriatus erexit. &c.)* Hiſtoriæ huius Autho. ſunt Flo. 52. & 54. Abbr. Cic. 2. Officiorũ Val. cap 4. 6. & ca. 6. 9. Plin. cap. 71 de uir. ill. Oro. ca. 5. 4. Eutro. cap. 3. 6. Syl. lib. 3. ibi. *Hos Viriatus agit.* Victi autem ſunt à Viriato. M. Vetilius prætor. C. Plancius prætor. Claudius Vnimanus. Authores qui ſuprà. De Claudio. Vnimano Liuius nullam facit mentionem, ſed Pli. Oro. Eutro. idem cum Floro dicunt. Q. Fabij ſucceſſorem ferè omnes Seruilium Cepionem nominant. Corruptè in Eutro. legitur Scipione conſule, pro Cepione.

Bellum Numantinum. Cap. XVIII.

1 NVmantia, quantum Carthaginis, Capuæ. Corinthi opibus inferior, ita uirtutis nomine,& honore par omnibus, ſummũq; ſi uiros æſtimes Hiſpaniæ decus, quippe quæ ſine muro, ſine turribus, modicè edito in tumulo apud flumen Duriũ ſituata quatuor mi-
2 libus Celtiberorũ. xl. Miliũ exercitũ, per annos xiiij. ſola ſuſtinuit. Nec ſuſtinuit modò ſed ſæuius aliquãto ptulit, pudẽdis fœderib. affecit. Nouiſſimè cũ inuictã eſſe cõſtaret, opus quoq; eo fuit, qui Carthaginẽ euerterat. Non temere, ſi fateri licet, ullius cauſa belli iniuſtior. Segidenſes ſocios & conſanguineos Romanorũ manibus elapſos exceperãt, habita pro eis deprecatio nihil ualuit, cũ ſe ab omni bellorũ contagione remouerent, in legitimi fœderis preciũ iuſsi arma deponere. Hoc ſic à Barbaris acceptũ, quaſi manus abſcinderentur. Itaq; ſtatim Megara uiro fortiſsimo duce ad arma conuerſi, Põpeiũ prælio aggreſsi, fœdus tamen maluerũt, cũ debellare potuiſſent. Hoſtiliũ deinde Mãcinũ, hunc quoq; aſsiduis ce-

dibus ita ſubegerunt ut ne oculos quidem, aut uocem Numantini uiri quiſquã ſuſtineret
tamen cum hoc quoq; fœdus maluere, contenti armorum manubijs, cum ad internitio-
nem ſęuire potuiſſent. Sed non minus Numãtini, quã Caudini illius fœderis flagrans igno
minia, ac pudore populus Romanus. Dedecus quidem præſentis flagitij, deditione Man-
cini expiauit. Cæterũ duce Scipione Carthaginis incendijs ad excidia urbium imbuto, tan
dem etiã in ultionem excanduit, ſed tunc acrius, in caſtris quã in campo, noſtro cum mili-
te, quã cũ Numantino pręliandũ fuit. Quippe, aſsiduis, & iniuſtis, & ſeruilibus maximè o- 3
peribus attriti, ferre plenius uallũ, qui arma neſcirent, luto inquinari, qui ſanguine nollẽt
iubebant. Ad hoc ſcorta, & calones, ſarcinæ niſi ad uſum neceſſariæ amputantur. Tanti
eſſe exercitum, quanti Imperatorem uerè proditum eſt. Sic redacto in diſciplinam milite,
commiſſa acies, quodq; nemo uiſurũ ſe unquam ſperauerat, factum eſt, ut fugientes Nu-
mantinos quiſquã uideret. Dedere etiam ſeſe uolebant, ſi tolleranda uiris imperarent. Sed
cum Scipio ueram uellet, & ſine exceptione uictoriam, eo neceſsitatum cõpulſi, primum,
ut deſtinata morte in præliũ ruerent cũ ſeſe prius epulis, quaſi inferijs impleuiſſent, carnis
ſemicrudæ, & Celiæ, ſic uocant indigenę ex frumento potionem, intellectum ab imperato
re conſilium, itaq; non eſt permiſſa pugna morituris. Cum foſſa, atq; lorica, quatuorq; ca-
ſtris circundatos fame premeret ab duce orantes præliũ, ut tanquam uiros occideret, ſed
ubi non impetrabant, placuit eruptio, ſic conſerta manu plurimi occiſi, & cum urgeret fa
mes aliquantiſper inde uixere. Nouiſsimè conſiliũ fugæ ſedit, ſed hoc quoq; eruptis equo
rum cingulis uxores ademere ſummo ſcelere per amorem. Itaq; etiam exitu deplorato in
ultimam rabiem, furorẽq; cõuerſi poſtremo mori hoc genere deſtinarũt. Duces ſuos, ſeq;,
patriamq; ferro, & ueneno, ſubiectoq; undiq; igne peremerunt. Macte eſſe fortiſsimam,
& meo iudicio beatiſsimam in ipſis malis ciuitatem aſſeruit, cum, fide ſocios, populum or-
bis terrarum uiribus fultum, ſua manu, ætate tã longa ſuſtinuit. Nouiſsimè maximo duce
oppreſſa ciuitas nullum de ſe gaudium hoſti reliquit. Vnus enim uir Numantinus nõ fuit,
qui in catenis duceretur. præda ut de pauperibus nulla: arma cremauerunt. Triumphus
fuit tantùm de nomine.

Cap. XVIII.

Numantia quantum Cartha. Capuæ. &c.) Bellum Numãtinum ſcribunt Flo. 55. & quatuor ſequenti-
bus Abbr. Liuianarum. Pli ca. 58. & 59. de uir. ill. Val. ca. 2. 1. c. 2. 3. ca. 6. 7. Aug. ca. 21. 3. Ciui. Eutro. ca. 3 4. O-
ro cap. 6 5.

Per annos. 14. &c.) Strabo lib. 3. dicit Numãtinum bellum uiceſimum perduraſſe ad annum
Sedigenſes. Legendum eſt Segedenſes à Segeda oppido Numantiæ uicino, ex Pli cap. 1. 3. & Strabone
lib. 3. Quatuor milibus Celtiberorum. xl. M. exer. Liuius aliter. Triginta (inquit) milia Romanorum
à Numantinorum milibus quatuor uicta erant. Cum Floro concordant Eutr. Oro. Prodigia tria Mã
cino uiſa præter ſupradictos Lege apud Val. lib. 1. cap. de Prodigijs. Lege Cice. Officiorũ. 1.

Seruilibus operis attriti. &c.) Quæ de hac re hic ſcribit Flo. Lege apud Front. ca. 1. 4. & Val. in princi
pio capi. 2. lib. 2. Idem fecit Q. Metellus in Aphrica Iugurthino bello. Fronti. & Valer. ubi ſuprà Me-
gara duce. Legi in quibuſdam Theogene, uide Valerium ca. 2. tertij.

Anacephaleoſis. Cap. XIX.

HActenus P. R. pulcher, egregius, pius, ſanctus, atq; magnificus, reliqua ſæculi ut
grandia æquè, ita uel magis turbida, & fœda, creſcentibus cum ipſa magnitudine
imperij uitijs. Adeò ut ſiquis hanc tertiam eius ætatem tranſmarinã, quam ducento-
rum annorum fecimus diuidat, centum hos priores, quibus Africam, Macedoniam, Siciliã
Hiſpaniam, domuit aureos (ſicut Poetæ canũt) iure, meritoq; fateatur. Centũ ſequẽtes fer
reos plane, & cruẽtos, & ſiquid immanius. Quippe Iugurthinis, Cymbricis, Mithridaticis,
Parthicis bellis, Gallicis, atq; Germanicis, quib. cœlũ ipſum gloria aſcẽdit, Graccanas, Dru
ſianaſq; cædes, ad hęc ſeruilia bella miſcuerũt, & ne quid turpitudini deſit, gladiatoria de-
niq;, in ſe conuerſis Marianis, atq; Syllanis, nouiſſimè Põpei, & Cæſaris manibus quaſi per
rabiem, & furorem, & nefas ſemetipſe lacerauit. Quæ ſi inuoluta inter ſe ſunt omnia, atq;
confuſa,

cõfuſa,tamẽ quo melius appareãt, ſimul & ne ſcelera uirtutibus obſtrepãt, ſeparatim proferentur. Priuſquam cœpimus, iuxta illa memorabimus, ut & pia cũ exteris gentibus bella, & magnitudo creſcentis in dies imperij appareat. Tum ad illa ciuium ſcelera, turpeſq; & impias pugnas reuertemur.

Cap. XIX.

1 *Hactenus Po.Ro.&c.)* Quæ hoc.xix.capite continentur, patent ex antehabitis, & poſthabendis capitibus. Vnde Romã uitia irrepſerunt, docet Aug.ca.21.2.Ciui.& ca.21.3.ſic ad idẽ. Tunc primũ(inquit) per Gneum Manlium proconſulem de Gallogræcis triumphantem, Aſiatica luxuria Romam omni hoſte peior irrepſit. Tunc enim primũ lecti ærati, & precioſa ſtragula uiſa, perhibentur. Tunc inductæ in conuiuia pſaltriæ, & alia licentioſa nequitia. Plura Liuius lib.9.quartæ Decadis. Pli.ca.11.33. Notã ter Iuſtinus in fine 36. Lege Iuuenalem Satyra tertia.ibi. *Quæ nunc diuitibus.&c.* Et Satyra ſexta. *Prima peregrinos obſcœna pecunia mores Intulit, & turpi fregerunt ſæcula luxu Diuitiæ molles.&c.* De aurea ætate & alijs, & cur ſic dicta, notaui multa primo in Ruffinũ, in annota.Claudiani.

Bellum Aſiaticum. Cap. XX.

1 VIcta ad occaſum Hiſpania. Populus Romanus, ad orientem pacem agebat, nec pacem modò, ſed inuſitata & incognita quadam felicitate, relictæ regijs hæreditatibus opes, & tota inſimul regna ueniebãt. Attalus rex Pergamenorum regis Eumenis filius, ſocij quondam, commilitoniſq; noſtri teſtamentum reliquit. P. R. bonorũ meorũ hæres eſto. In bonis regis hæc fuerunt, Adita igitur hæreditate, prouinciam P. R. nõ quidem bello, nec armis ſed (q; eſt æquius) teſtamenti iure retinebat. Sed hanc (difficile dictu eſt)
2 utrũ facilius amiſerit populus Romanus, an recuperauerit. Ariſtonicus regij ſanguinis ferox iuuenis, urbes regibus parere cõſuetas partim facile ſollicitat, paucas reſiſtentes Min
3 dũ, Samon, Colophonẽ ui recepit. Craſsi quoq; prætoris cæcidit exercitũ, ipſum quoq; cepit. Sed ille memor, & familiæ, & Romani nominis, cuſtodem ſui barbarum uirgula excœcat in exitiũ ſui quod uolebat ita concitat. Mox à Perpenna domitus, & captus, & per deditionem in uinculis habitus Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit, mixtis (nefas) ueneno fontibus ad deditionem quarundã urbiũ, quæ res ut maturam, ita infamẽ fecit uictoriã. Quippe cũ contra fas deũ, moreſq; maiorũ medicaminibus impuris in id tẽpus, ſacroſancta Romana arma uiolaſſet.

Cap. XX.

1 *Victa ad occaſum Hiſpania.&c.)* Quæ hic de Attali regis teſtamẽto dicuntur, habẽtur à Pli.ca.11.33. Val.ca.2.5. Flo.59. Abbr.Iuſt.li.36. Strabo lib.14. Euſeb.li.tẽporũ. Aug.cap.1.13. Ciui. Appia.in Mithrida. Eutro.ca.3.4. Oro.ca.7.5. Aduertendum Aſiam bello captam, Attalo regi muneris loco poſsidendam, populum Romanum tribuiſſe.&c. Lege Val.8.4. Attalus enim contra Philippum Macedoniæ regem, & contra Antiochum pro Romanis pugnauerat. Acron ode 18.2. Car. uult ex Hora.ſententia, Romanos nõ iure
2 factos Attali hæredes. *Ariſtonicus regij ſanguinis.)* Erat ex Eumene Ariſtonicus, non iuſto matrimonio, ſed ex pellice Epheſia Cythariſtæ cuiuſdam filia genitus, qui poſt mortẽ Attali uelut paternũ regnũ inuaſit Aſiã.&c. Author Iuſt.ubi ſuprà. De Mindo, Samo, Colophon.urb. Stra.ubi ſuprà. Pli.28.5
3 *Craſsi quoq; prætoris.&c.)* Hanc hiſtoriam latè habes à Val. Max.tit.2.3.cap.11. Strabo ubi ſupra. Dicit hunc Craſſum non captũ, ſed in prælio fortiter pugnando occubuiſſe.

Lucii Flori geſtorum Romanorum epitomes Liber Tertius.

Bellum Iugurthinum. Cap. I.

1 HAec ad orientem. Sed non ad meridionalem plagam eadem quies. Quis ſperaret poſt Carthaginem aliquod in Africa bellum? Atqui non leuiter, ſe Numidia concuſsit, & fuit in Iugurtha, quod poſt Hannibalẽ timeretur. Quippe rex callidiſsimus populum Romanum armis inclytum, & inuictum opibus aggreſſus eſt, & citra ſpem omnium fortuna ceſsit, ut rex fraude præcipuus, fraude caperet.

Hic auo Maſiniſſa,& Micypſa patre per adoptionem,cum interficere fratres ſtatuiſſet agi tatus regni cupiditate,nec illos magis,quā ſenatum,populūq; Romanum,quorum in fide & clientela regnum erat, metueret, primum ſcelus mandat inſidijs, potituſq; Hiempſalis capite,cum ſe in Adherbalem conuertiſſet,iſque Romā profugiſſet, miſſa per legatos pe- 2
cunia,traxit in ſententiam ſuam ſenatū.Et hæc fuit de nobis eius prima uictoria. Miſſos deinde,qui regnum inter illum,Adherbalemq; diuiderent,ſimiliter aggreſſus,cum in Scauro ipſos Romani imperij mores expugnaſſet,inchoatum nefas perfecit audacius. Sed diu non latent ſcelera. Corruptę nefas legationis erupit,placuitq; bello perſequi parricidam. Primus in Numidiam Calfurnius Beſtia Conſul immittitur. Sed rex præmonitus fortius aduerſus Romanos aurum eſſe,quàm ferrum,pacem emit.Cuius flagitij reus cum interueniente publica fide à ſenatu accerſiretur,pari audacia & uenit,& competitorem imperij Maſiniſſæ,Maſiniſſam immiſſo percuſſore confecit.Hęc altera contra regem fuit cauſa bellandi.Igitur ſequens ultio mādatur Albino.Sed huius quoq; (proh dedecus) ita corrupit exercitum,ut uoluntaria noſtrorum fuga uinceret Numida,caſtriſque potiretur, addito etiam turpi fœdere,in precium ſalutis,quem quod prius emerat dimiſit exercitum. Eodē tempore in ultionem non tam imperij Romani,quàm pudoris,Metellus aſſurgit, qui callidiſsimè hoſtem nunc precibus,nunc minis, iam quaſi ſimulata fuga eludentem, artibus ſuis aggreſſus eſt.Agrorum,atque uicorum populatione non cōtentus, in ipſa Numidiæ capita impetum fecit,& Zamam quidem fruſtra diu uoluit. Cæterum Thalam, grauem armis,theſaurosq; regis diripuit.Tunc urbibus exutum regem,etiam finium ſuorum,regnique fugitiuum per Mauros atq; Getuliam ſequebatur.Poſtremo Marius auctis admodum copijs, cum pro obſcuritate generis ſui,capite cenſos ſacramento adegiſſet, iam fu- 3
ſum, & ſaucium regem adortus, non facilius tum uicit,quàm ſi integrum, & recentem. Hic & urbem Herculi conditam Capſam in media Africa ſitam,anguibus,areniſque uallatam mira quadam felicitate ſuperauit.Et ſaxeo inditam monti Mulucham urbem per Li- 4
gurem aditu arduo,inacceſſoq; penetrauit.mox non ipſum modò, ſed Bocchum Mauritaniæ regem iure ſanguinis Numidiam uindicantem,apud oppidum Cirtham grauiter cecidit. Qui ubi diffiſus rebus ſuis alienæ cladis acceſsionem fieri timet, precium fœderis,atq; amicitiæ regem facit.Sic fraudulentiſsimus regum, fraude ſoceri ſui in inſidias deductus eſt, & Syllæ in manū traditus.Tandēq; opertū catenis Iugurthā in triūpho populus Roma
nus aſpexit, ſed ille quoq; quāuis uictus,& uinctus uidit urbem,quam uenalem,& quam 5
doq; peritură,ſi habuiſſet emptorē,fruſtra cecinerat.Tamen ut uenalis fuiſſet, habuit emptorem,& cū ille non euaſerit,certū erit eam non eſſe perituram.

Cap. I.

Hæc ad orientem.&c.) De bello contra Iugurtham geſto,extat lib. integer Saluſtij. Abbreuiator Liuij lib. 62. & 5. ſequentibus.Pli.ca.52.& 72.75.de uiris illu. Plutar. in uitis Marij & Syllæ. Val.ca.1.2.ca.11.
6.Fronti.ca 8.1 ca.1.2.Eutro.cap.8.4.Oro.ca.15.5.Meminit Euſebi.lib.temporum.
Cum Adherbal Ro. profugiſſet.&c.) Claudianus. *Si mœſtas ſqualore comas, lachrymiſq; Senatum In Numidas* 2
pulſus ſolio,commouit Adherbal.
Capite cenſos &c.) Pro hac hiſtoria.Lege Val.tit.1.2.c.26.& 27 Sunt autē capite cenſi,qui nullo,aut per 3
quā paruo ære cenſebātur.Auth. Gel.ca.10 16.*Mulucham urbem.)* Pli.in principio.5.& Saluſtius in Iugurthi 4
no,dicūt Mulucham amnem eſſe.Sed eſſe poteſt,ut ſit urbis quoq; nomen ab amne dictæ.De Boccho
in Annota Solini. *Venalem cecinerat.&c.)* Iugurtha poſtq; Roma egreſſus eſt,fertur ſæpe tacitus reſpi 5
ciens,poſtremo dixiſſe,Vrbem uenalem,& maturè perituram ſi emptorem inuenerit. Saluſtius author.
Idem Liui.lib.64.

Bellum Allobrogicum. Cap. II.

Sic ad meridiem populus Ro. Multo atrocius,& multipliciter, & magis à ſeptentrione 1
ſæuitum,nihil hac plaga infeſtius, atrox cœlum,peruicaci ingenio. Omni igitur tractu

ctu uiolentus hoſtis à dextris,atq; lęuis,& medio ſeptentrionis erupit. Prima trãs Alpes ar
ma noſtra ſenſere Salyi,quum de incurſionibus eorum fidiſsima, atq; amiciſsima ciuitas
Maſsilia quereretur,Allobroges deinde,et Auerni,cum aduerſus eos ſimiles Heduorum
querelę opem,& auxilium noſtrum flagitarent. Variuſq; uictorię teſtis Yſara, & Vindeli
2 cus amnis.& impiger fluminum Rhodanus.Maximus Barbaris terror elephanti fuere,im
manitate gentium pares.Nil tam conſpicuum in triumpho quàm rex ipſe bis uiſus diſco-
loribus in armis,argenteoq; carpento,qualis pugnauerat. Vtriuſq; uictoriæ quod quan-
tumq; gaudium fuerit, uel hinc extimari poteſt quòd & Domitius Enobarbus & Fabius
Maximus ipſis,quibus dimicauerãt locis ſaxeas erexere turres,& deſuper exornata armis
3 hoſtilibus trophęa fixere, cũ hic mos inuſitatus fuerit noſtris.Nunq; ẽm populus Roma-
nus hoſtibus domitis,uictoriam ſuam exprobauit.

Cap. II.

1 *Sic ad meridiem. &c.)* De hoc bello Flo.61. Abbreui.Iuſt.li.17.Eutro.ca.1.5.Oro.ca.16. . Melius Appia.
2 in Celtico. *Impiger fluminum Rhodanus.)* Luca.1.Pharſaliæ. *Qua Rhodanus raptum uelocibus undis In mare fert Ararim.* Plin.ca.4.& 20.3.Srrabo lib.4.Cæſar .1. commenta. Varro in tribus primis Euro-
3 pæ fluminibus Rhodanum ponit.Gel.ca.7.10. *Nunquam enim populus Ro.)* De Ro. populo ſic Clau
dia. *Matris,non dominæ ritu, ciueſq; uocauit, Quos domuit, nexuq; pio longinqua reuinxit.*

Bellum Cymbricum, Teutonicum, ac Tigurinum. Cap. III.

Cymbri, Theutoni,atq; Tigurini, ab extremis Galliæ profugi cum eorum inundaſſet
oceanus,nouas ſedes toto orbe quærebant, excluſiſq; ex Gallia & Hiſpania, cum
in Italiam remigrarent,miſerunt legatos in caſtra Syllani,inde ad ſenatum,petentes ut Mar
tius populus aliquid ſibi terræ daret,quaſi ſtipendium,cæterum ut uellet manibus, atq; ar
mis ſuis uteretur.Sed quas daret terras P.R. agrarijs legibus intra ſe dimicaturus? Repul
ſi igitur quod nequiuerant precibus,armis petere conſtituunt.Sed nec primum impetum
2 Barbarorum Syllanus,nec ſecundum Manilius, nec tertium Cepio ſuſtinere potuerunt.
Omnes fugati,exuti caſtris,actum erat niſi Marius illo ſæculo contigiſſet. Ille quoq; non
auſus congredi,ſtatim militem tenuit in caſtris,donec inuicta illa rabies,& impetus,quem
pro uirtute Barbari habent, conſeneſceret. Receſſere igitur increpantes & (tanta erat ca-
piendæ urbis fiducia) conſulentes ſi quid ad uxores ſuas mandarent. Nec ſegnius, quàm
minati fuerant tripartito agmine per Alpes, id eſt clauſtra Italiæ ferebantur. Marius mira
ſtatim uelocitate occupatis cõpendijs pręuenit hoſtem.Prioreſq; Theutonas ſub ipſis Al-
pium radicibus aſſecutus,in locum quem aquas Sextias uocant, qua fide numinum præ-
lio oppreſsit. Vallem,fluuiumq; hoſtes tenebant, noſtris aquarum nulla copia, cõſulto ne
id egerit Imperator,an errorem in conſilium uerterit, dubium.Certè neceſsitate acta uir-
3 tus cauſa uictoriæ fuit.Nam flagitante aquam exercitu, Viri inquit eſtis, en illic habetis.
Itaq; tanto ardore pugnatum eſt,eaq; cædes hoſtium fuit,ut uictor Romanus de cruento
flumine non plus aquæ biberit,quam ſanguinis.Barbarorũ certè rex ipſe Theutobochus,
quaternos, ſenoſq; equos tranſilire ſolitus, uix unum cum fugeret aſcendit,proximoq;
in ſaltu comprehenſus, inſigne ſpectaculum fuit. Quippe uir proceritatis eximiæ ſuper
trophęa ipſa eminebat. Sublatis funditus Theutonis,in Cymbros conuertitur. Hic iam
(quis crederet) per hyemem,quæ altius Alpes leuat,Tridentinis iugis in Italiam prouo-
luti ruina deſcenderant. Atheſim flumen non ponte, nec nauibus, ſed quadam ſtoliditate
barbarica, primum corporibus aggreſsi, poſtquam retinere amnem manibus,& clypeis
fruſtra tentauerãt,ingeſta obrutũ ſylua pertranſiluere, & ſi ſtatim infeſto agmine urbem
petiſſent,grãde diſcrimen eſſet.Sed in Venetia quo ferè tractu Italia molliſsima eſt ipſa ſo-
li,cœliq; clementia robur elanguit.Ad hoc panis uſu,carnis coctæ,& dulcedine uini miti-
gatos Marius in tempore aggreſſus eſt, iam diem pugnæ à Mario Imperatore petierunt,

 & ſic

& ſic proximum dedit. In patentiſsimo, quem Claudium uocant, campo procurrêre, milia 4
deinde ad xl. ceciderunt. Hinc campus tertio, per omnem diem conciditur barbaris. Iſti q̃-
que Imperator addiderat uirtuti dolum, ſecutus Hannibalem, artemꝗ Cannarum. Primũ
nebuloſum nactus diem, ut hoſti inopinatus occurreret, tum uentoſum quoꝗ, ut puluis 5
in oculos & ora ferretur. Tum acie conuerſa in orientem, ut quod ex captiuis mox cogni-
tum eſt, ex ſplendore galearum, ac repercuſſu, quaſi ardere cœlum uideretur. Nec minor
cum uxoribus eorum pugna, quam cum ipſis fuit, cùm obiectis undiꝗ plauſtris, atꝗ car-
pentis, altè deſuper quaſi è turribus lanceis, cõtiſꝗ pugnarent, perinde plus ſpecioſa mors
earum fuit q̃ pugna. Nam cum miſſa ad Marium legatione, libertatẽ, ac ſacerdotium nõ im 6
petraſſent, nec fas erat, ſuffocatis, eliſisꝗ paſsim infantibus ſuis, aut mutuis concidere uul-
neribus, aut uinculo è crinibus ſuis facto, ab arboribus, iugiſꝗ plauſtrorum pependerunt
Beleus rex in acie dimicãs impigrè, nec inultus occubuit. Tertia Tigurinorũ manus, quæ
quaſi ſubſidio Noricos inſederat Alpium tumulos in diuerſa lapſi fuga ignobili, & latroci
nijs euanuit. Hunc tam lætum, tamꝗ felicem libertatis Italiæ, aſſertiꝗ imperij nuncium,
non per homines,, ut ſolebat, populus accepit, ſed per ipſos (ſi credere fas eſt) deos. Quip
pe eodem die quo geſta res eſt uiſi pro æde Caſtoris & Pollucis iuuenes laureati prætori
litteras dare frequensꝗ in ſpectaculo rumor uictoriæ Cymbricæ feliciter dixit. Quo quid
admirabilius, quidꝗ inſignius fieri poteſt? Quippe ut uelut elata montibus ſuis Roma,
ſpectaculo belli intereſſet, quod in gladiatorio munere fieri ſolet. Vno eodemꝗ momen-
to cum in acie Cymbri occumberent, populus in urbe plaudebat.

Cap. III.

Cymbri Teutoni. &c.) De bello Cymbrico Flo. 67. & 68. Abbre. Plutar in Mario, & ca. 37. Paral. Ap- 1
pia. in Celtico. Val. ca. 8. 5. Pli ca. 67. de uir. illu. Plin cap. 22. 7. c. 33. 16. ca. 1. 17. ca 1. 36. Front. ca. 5. 1. c. 2. 2. Eutro. ca.
3. 5. Oro. ca. 6. 2. Euſeb. lib. temporum. *Impetum barbarorum Syllanus. &c.)* Habetur hoc à Liuio li. 65. 2
& 67. ubi non Manilius ſed Mãlius nominatur. De Alpibus, lege, quæ poſui. ca. 6. 2. ſupra Marius
Cymbrico bello profligatus in ſomnis præmonitus eſt, uictoriam conſectaturum, ſi prius dijs, uicti-
mam filiam Calphurniam nomine faceret. Patriæ igitur charitati natura poſtpoſita, eo facto uictoriã
comparauit. Plutar. ca. 37. Paral. *Flagitante aquam exercitu. &c.)* Idem ſcribit Frontinus capite ſep- 3
timo libro. 2.

Claudium campum. &c.) de uiris ill. aliter nominat. Luc. in 2. uidetur ſentire id factum non longè ab 4
Arimino. *Nos primi Senonum motus, Cymbrumꝗ furentem Vidimus.* Claudia. dicit, in eodem loco
Cymbros à Mario, & Gethas à Stilicone ſuperatos, ubi huiuſmodi fuerat affixus titulus. *Hic Cymbros,
forteſꝗ Gethas, Stilicone peremptos. Et Mario claris ducibus, tegit Itala tellus. Diſcite ueſani Romam non temne
re gentes.* Scribit Feſtus, lingua Gallica Cymbros latrones dici.

Nebuloſum nactus diem &c.) Idem dicit Fronti. ca. 2. 2. Cymbricis bellis &c. Nuceriæ in luco Iunonis 5
ulmus poſtquam etiam cacumen amputatum erat, qui in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte,
ita ut protinus floreret. Author. Pli. ca. 33. 16. naturalis hiſtoriæ. Primus Cymbrorum mos erat ut in a-
cie gaudio exultent, tanquam glorioſe, & feliciter uita exceſſuri. Lamentantur in morbo, quaſi turpi-
ter, & miſerabiliter perituri. Val. cap. 1. 2. Numerus in hac pugna interfectorum uariè narratur. Euſe.
dicit ducenta milia Cymbrorum cæſa, octuaginta milia capta. Liui. centum quadraginta milia cæſa,
capta, uero. 60. milia. Oro. multò aliter, lege ipſum, Item Euſeb. uocat regem Cymbrorum, Teutomo-
dum, non Theutobochum. Oro. Teutobechum.

Nam cum miſſa. &c.) Præter citatos in hoc capite lege hanc hiſtoriam apud Val. Max. ca. 1. 6. Quod 6
de Caſto. & Pol. hic dicitur, habet Plin. ca. 22. 7. Lege aliud mirum in hac pugna apud Liui. ubi ſuprà.
Quo aſtu in hoc bello Marius uſus ſit, docet Front. ca. 9. 2.

Bellum Thracium. Cap. IIII.

POſt Macedonas (ſic dijs placet) Thraces rebellabant, ipſi quondam tributarij Macedo- 1
num, nec in proximas modò prouincias cõtenti incurrere, Theſſaliam, atꝗ Dalmaciam
in Adriaticum mare uſꝗ uenerunt, eoꝗ fine contenti, quaſi interueniente natura contor-
ta in ipſas aquas tela miſerunt. Nihil interim per id omne tempus reſiduum crudelitatis
fuit in captiuos ſæuientibus. Litare dijs ſanguine humano, bibere in oſsibus capitum, & 2
huiuſcemodi ludibrio fœdare mortem tam igni, quàm fumo. Partus quoque graui-
darum

darum extorquere tormentis ſæuiſſimi omnium Thracum Scordiſci fuere. Sed calliditas
quoq; ad robur acceſſerat, ſyluarũ & montiũ ſitus, cũ ingenio cõſentiebãt. Itaq; non fuſus
modò ab his, aut fugatus, ſed ſimili prodigio omnino totius interceptus exercitus, quem
duxerat Cato. Didius uagos, & libera populatione diffuſos intra ſuam repulit Thraciam.
Druſus ulterius egit, & uetuit tranſire Danubium. Minutius tota uaſtauit Hebro, multis
quidem amiſſis, dum per frigidũ glacie flumẽ equitat. Piſo Rhodopẽ caucaſumq; pene-
trauit. Curio Daciã tenus uenit, ſed tenebras ſaltuũ expauit. Appius in Sarmatas uſq; per
uenit. Lucullus ad terminũ gentiũ Tanain, lacũq; Meotin. Nec aliter cruẽtiſſimi hoſtium
q̃ ſuis moribus domiti. Quippe in captiuos igne, ferroq; ſęuitũ. eſt. Sed nihil Barbaris atro
cius uiſum eſt, q̃ quòd abſciſſis manibus relicti uiuere ſuperſtites pœnæ ſuæ uidebantur.

Cap. IIII.

1 *Poſt Macedonas, &c.*) Huius belli meminerunt Flo. 63. Abbre. Eutrop. ca. 3. 6. notanter. Plura Sex. Ruf-
fus de regia poteſtate. Meminit Euſeb. lib. temporum. Aliqua Appian. in eo lib. qui Illyrius inſcribi-
tur. Geſtum eſt autem hoc bellum, ſi Eutropio credimus, ab ur. con. anno 635. Aduertendum hoc bel
lum geſtum ante, & Iugurthinum, & Cymbrum bellum; id ex proceſſu citatorum intelliges. Videtur
ergo facta capitum tranſpoſitio.

2 *Litare dijs ſanguine hu. &c.*) De his Thracum moribus Solin. ca. 15. & 25. Plin. cap. 2. 7. Pomp. Mela in prin
cipio 2. Ruffus ubi ſuprà. Val. cap. 1. 2. Sed plura in Annotationibus Solini.

Bellum Mithridaticum. Cap. V.

1 POnticæ gentes ad ſeptentrionem in mare ſiniſtrũ iacent à Pontico cògnominatæ ma-
ri. Harum gẽtium, atq; regionum rex antiquiſſimus Atheas. Poſt Artabazes, à ſeptẽ
Perſis oriundus. Inde Mithridates omnium longè maximus, quippe cum quatuor Pyr-
rho xvij. anni Hannibali ſuffecerunt, ille per quadraginta annos reſtitit donec tribus in-
2 gentibus bellis ſubactus felicitate Syllæ, uirtute Luculli, magnitudine Pompei conſu-
meretur. Cauſam quidem illius belli prætenderat apud Caſſium legatum attrectari ter-
minos ſuos à Nicomede Bithynio. Cæterum elatus animus, ingentibus Aſiæ totius, & ſi
poſſet, Europæ cupiditate flagrabat. Spem, ac fiduciam dabant noſtra uitia. Quippe cum
ciuilibus bellis diſiungeremur, inuitabat occaſio. Nudumq; imperij latus, oſtendebant
procul Marius, Sylla, Sertorius. Inter hæc Reipub. uulnera, & hoc tumultus repente qua-
ſi captato tempore, in laſſos ſimul atque diſtrictos, ſubitus turbo Pontici belli, ab ultima
ueluti ſpecula ſeptentrionis erupit. Primus ſtatim impetus belli Bithyniam rapuit.
Aſia inde pari terrore correpta eſt. Nec cunctanter ad regem ab urbibus noſtris, popu-
3 liſq; deſcitum eſt. Aderat, inſtabat, ſæuitia quaſi uirtute utebatur. Nam quid atrocius uno
eius edicto? cum omnes, qui in Aſia forent Romanæ ciuitatis homines interfici iuſſit?
Tum quidem domus, templa & aræ humana omnia, atq; diuina iura, uiolata ſunt. Sed hic
terror Aſiæ, Europam quoque regi aperiebat. Itaque miſſis Archelao Neoptolemoq; prę
fectis, excepta Rhodo, quæ pro nobis firmius ſtetit, cæteris Ciclades, Delos, Eubœa, & ip
ſum Græciæ decus Athenæ tenebantur. Italiam iam, ipſamq; urbem Romam regius ter-
ror afflabat. Ita. L. Sylla feſtinat, uir armis optimus, pariq; uiolentia ruentem ulterius ho-
ſtem, manu quadam quaſi ipſius repulit. Primumq; Athenas urbem (quis crederet) fru-
gum parentem, obſidione, ac fame ad humanos cibos compulit, ſic illos quoque antè,
mox ſubrupto Pyrei portu, ſex quoque, & amplius muris, poſtquam domuerat ingratiſ-
ſimos hominum, ut ipſe dixit, in honorem tamen mortuorum ſacris ſuis, famæq; donauit.
Mox cum Eubœa, atq; Bœotia prę́ſidia regis diſpuliſſet, omneis copias, uno apud Chero-
neam, apud Orchomenon altero bello diſſipauit. Statimq; in Aſiam trãſgreſſus ipſum op-
primit, & debellatũ etiam foret, niſi de Mithridate triumphare citò, quàm uerè maluiſſet.
Ac tum quidem hunc Aſiæ ſtatum Sylla dederat. Ictum cum Ponticis fœdus, rècepit By-
thyniam à rege Nicomede, ab Ariobarzane Cappadociam, ac ſic ut erat Aſia rurſus no-
ſtra, ut cœperat. Mithridates tantum repulſus. Itaq; non fregit ea res Ponticos, ſed incẽdit.
Quippe rex Aſia & Europa quodãmodo ineſcatus, nõ iam quaſi alienã, ſed quia amiſerat,

quaſi captā, belli iure repetebat. Igitur ut extincta parum fideliter incendia, maiore flam-
ma reuiuiſcunt. Ita ille de integro auctis maiorem in modum copijs, tota deniꝙ regni ſui
mole, in Aſiam rurſus mari, terra, fluminibusꝙ ueniebat. Cyzicum nobilis ciuitas, arce, 5
mœnibus, portu, turribusꝙ marmoreis, Aſiaticæ plagæ littora illuſtrat. Hanc ille qua-
ſi alteram Romam toto inuaſerat bello. Sed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuncius fecit
docens, aduentare Lucullum, qui (horribile dictu) per medias hoſtium naues utre ſuſpen
ſus, & pedibus iter adgubernans, uidentibus procul, quaſi marina piſtrix euaſerat. Mox
clade conuerſa, cum ex mora obſidentem regem, & ex fame, peſtilentia urgeret, receden-
tem Lucullus aſſequitur, adeoꝙ cęcidit ut Granicus, & Aſopus amnes cruenti redderen
tur. Rex callidus, Romanęꝙ auaritiæ peritus, ſpargi à fugientibus ſarcinas, & pecuniam 6
iuſſit, qua ſequentes moraretur. Nec infelicior in mari quàm in terra fuga. Quippe centū
amplius nauium claſſem, apparatumꝙ belli grauem, in Pontico mari aggreſſa tempeſtas,
tam fœda ſtrage lacerauit, ut naualis belli inſtar efficeret. Planè quaſi Lucullus quodā cū
fluctibus, procellisꝙ commertio, debellandum tradidiſſe regem uentis uideretur. Attri-
tę iā omnes ualidiſſimi regni uires erāt, ſed animus malis angebatur. Itaꝙ cōuerſus ad pro-
ximas gentes, totum penè orientem, ac ſeptentrionem ruina ſua inuoluit. Hiberi, Caſpij:
Albani, utræꝙ ſollicitabantur Armeniæ. Perꝙ omnia & decus, & nomē, & titulos Pom-
peio ſua fortuna quærebat. Qui ubi nouis motibus ardere Aſiam uidet, aliosꝙ ex alijs pro
dire reges, nihil cunctandum ratus priuſquam inter ſe gentium robora coirēt, ſtatim pon-
te nauibus facto, omnium ante ſe primus tranſit Euphratem, regemꝙ fugientē media na-
ctus Armenia (quanta felicitas uiri) uno prælio cōfecit. Nocturna ea dimicatio fuit, & lu-
na in partibus. Quippe quaſi commilitans cum à tergo hoſtibus, à facie Romanis ſe præ-
buiſſet: Pontici per errorem longius cadentes umbras ſuas, quaſi hoſtium corpora pete-
bant. Mithridates quidē nocte illa debellatus eſt. Nihil enim poſtea ualuit, quanꝙ omnia
expertus more anguium, qui obtrito capite, poſtremum cauda minātur. Quippe cum ef-
fugiſſet hoſtem, Colchos, Ciliciæ quoꝙ littora, & Campaniam noſtrā ſubito aduentu ter-
rere uoluit. Mox ſubruto Pyrei portu, Colchis tenus iungere Coſphoron. Inde per Thra
ciam, Macedoniamꝙ Græciam tranſilire. Sic Italiam nec opinatus inuadere tantum co-
gitauit. Nam per defectionem ciuium Pharmacisꝙ filij ſcelere præuentus, malè tentatum
ueneno ſpiritum ferro expulit. Cneus interim Magnus, rebelles Aſiæ reliquias ſequens,
per diuerſa gentium, terrarumꝙ uolitabat. Nunc ſub Orientē ſecutus Armenios, captis
in ipſo capite gentis Artaxatis, ſupplicem iuſſit regnare Tigranem. At in Septentrionem
Schyticum iter tanquam in mari ſtellas ſecutus Colchos cæcidit. Ignouit Hiberiæ, peper-
cit Albanis, regem Colchorū Orodē poſitis etiā ſub ipſo Caucaſo caſtris, iuſſit in plana de-
ſcendere. Arthocen, qui Hiberis imperabat, & obſides liberos dare. Orodem etiam remu
neratus eſt ultro ab Albania ſua lectulum aureum, & alia dona mittentem, nec non & in
meridiem uerſo agmine, Libanū Syriæ, Damaſcumꝙ tranſgreſſus, per nemora illa odora-
ta, per thuris, & balſami ſyluas Romana ſigna circuntulit. Arabes ſiquid imperaret præſto
fuere. Hieroſolyma defendere tētauere Iudæi. Verū hæc quoꝙ intrauit, & uidit illud grā- 7
de impiæ gentis archanum patēs aureo uti cœlo. Diſſidentibus de regno fratribus, arbiter
factus, regnare iuſſit Hircanū. Ariſtobolo quia renuebat eam rem, catenas dedit, Sic Pom
peio duce. Pop. Rom. totam quà latiſſima eſt Aſiam peruagatus, quā extremā imperij ha-
bebant prouinciam, mediam fecit. Exceptis quippe Parthis, qui fœdus maluerunt. Et In-
dis, qui adhuc nos non nouerant, omnis Aſia inter Rubrum, & Caſpium, & Oceanū Pom
peianis domita, uel oppreſſa ſignis tenebatur.

Cap. V.

Ponticæ gentes ad ſeptentrionem, &c.) Hoc bellum ſcripſit Liu. à 76. lib. ab urb. con. uſꝙ ad lib. 101. ſed tem-
poris iniuria non extant niſi eorum argumēta, quæ L. Florus ſcripta reliquit. Latè de hoc bello Ap-
pian. Alex. in eo libro, qui Mythridaticus inſcribitur. Plura Plutarch. in uitis Syllæ. Lucij Luculli.
Gn. Pom. Multa Plin. quatuor ultimis ca. de uir. ill. Val. ca. 6. 4. ca. 7. 8. ca. 2. 9. Front. ca. 1. & 2. ſecundi Aug.
cap.

cap.12.3.Ciuſ.Plin.cap.97.2.cap.24.7.ca.2.25.ca.3.& 12.33. Plura Cic. in oratione pro lege Manilia,quæ in
ordine prima eſt.Iuſti.libro 37.& 38. Cœptum autem eſt bellum hoc,anno 662. ab urb.cond. Eutrop.
cap.2.5. Oroſ.cap.19.5.& inde per totum. Durauit autem teſte Appian. annis 42. Florus dicit.40.nec mi
2 rum quidem,nam 56. annis regnauit. Author Plin. cap.2.25. *Tribus bellis,&c.*) Hæc tria bella,di-
ſtincte Appian. exponit.Eodem anno primũ bellum ciuile,& Mythridaticum incepta ſunt,cũ non-
dum Sociale bellum finitum eſſet. Lege Oroſium ubi ſupra.
3 *Quid atrocius,&c.*) Edictũ Mythri datis,huiuſmodi erat ut triceſimã diẽ obſeruationis,oẽs pariter Ro
manos,qui apud eos eſſent,& Italos,eorumq; mulieres cum pueris & liberis,qui Romani ſanguinis
eſſe cẽſerentur, interficerent.Author Appian.Interfecta autem ſunt hominũ 150.milia.Authore Plu-
tarch.in Sylla.Val.autem cap.2.9.dicit milia 80. ciuium Romanorum. Aug.ubi ſupra.
4 *Cyzicum nobilis ciuitas,&c.*) Quæ hic dicũtur præter alios,Lege apud Frõt.ca.1.2.& ca.5.4.Cic.ubi ſupra.
Plin.cap.32.5.& cap.15.36. Plura ad hanc hiſtoriam ſcribit Strabo lib.12.
5 *Spargi à fugientibus,&c.*)Idem Tryphon Syriæ rex feciſſe dicitur,qui uictus per totũ iter fugiens pecu
niã ſparſit,eiq; inſectandæ Antiochi equites moratus,effugit.Front. cap.13.2.Idem facit Alaricus Go
thorum rex à Stilicone uictus,lege Claud.de ſexto cõſulatu Honorij.Item de bello Gethico ubi plu-
6 ra dictauimus.ibi. *Præda.* *Sed animus malis angebatur.*) Legendum eſt augebatur. *Vt grande doloris In-
genium eſt,miſeriſq; uenit ſolertia rebus.* De dimicatione hac nocturna Fronti.cap.1.2.
7 *Grande Arcanum,*&c) Multa (inq̃t Hecatæus) caſtella,oppidaq; Iudæis ſunt,una uerò urbs munitiſſi-
ma 50 penè ſtadiorum habens circuitum,plures q̃ centum & uiginti milia homines habitant,quæ uo-
catur Hieroſolyma,in medio cuius ædes lapidea eſt quinq; iugerum longitudinis,latitudinis cubito
rum centum. Hæc & plura Euſeb.9. Præpa.Euangelicæ. Hãc ædem uocat Flo.impiæ gentis arcanum,
cũ ipſe reuera alienus à fide,ſit impijſſimus.Iudæos enim præ cæteris Romani odio habuerunt,ut ali-
bi notauimus. Liu.lib.102.Geſta Pomp.compendioſè habes à Plin.cap.26.7.& cap.2.37.Val. Max.ca.16.
8.ultimo de uir.illuſt.Geſta Pomp.eleganter ſcribit Lucan.2. Pharſaliæ. ibi *Heu demens.*

Bellum Piraticum, Cap. VI.

1 INterim dum populus Romanus per diuerſa terrarum diſtractus eſt, Cilices inuaſerãt
maria,ſublatiſq; commertijs,rupto fœdere generis humani, ſic maria bello,quaſi tem-
peſtate præcluſerant. Audaciam perditis, furioſiſq; latronibus dabat inquieta Mithrida-
tis prælijs Aſia. Dum ſub alieni belli tumultu, exteri regis inuidia impunè graſſantur, ac
primum duce Iſidoro contenti proximo mari, Cretam inter, atque Cyrenas, Pyreum,
& Achaiam ſinumq; Maleum,quem à ſpolijs aureum ipſi uocauere,latrocinabãtur. Miſ-
2 ſuſq; in eos Publius Seruilius,quamuis leues & fugaces Myoparonas graui, & Martia
claſſe turbaret,non incruenta uictoria ſuperat. Sed nec mari ſubmouiſſe contentus,ua
lidiſſimas urbes eorum,& diutina præda abundantes,Phaſalim,& Olimpon euertit,Iſau-
ronque ipſam arcem Ciliciæ, unde conſcius ſibi magni laboris, Iſauri cognomen ada-
3 mauit. Non ideò tamen tot cladibus domiti, terra ſe continere potuerunt: ſed ut quæ-
dam animalia,quibus aquã terramq; incolendi gemina natura eſt,ſub ipſo hoſtis receſſu
impatientes ſoli,in aquas ſuas reſiluerunt,& aliquãtò latius quã prius. Sic felix ille & di-
gnus uictoria Pompeius uiſus eſt,& Mithridaticæ prouinciæ facta acceſſio.Ille diſperſam
totò mari peſtem ſemel,& in perpetuum uolens extinguere diuino quodam apparatu ag
greſſus eſt.Quippe cum claſſibus ſuis,& ſocialibus Rhodiorum abundaret, pluribus le-
gatis,atq; præfectis utraq; Põti & Oceani ora complexus eſt.Gellius Thuſco mari impo
ſitus, Plotius Siculo. Gratillus Liguſticum ſinum,Pompeius Gallicum obſedit. Tor-
quatus Balearicum. Tiberius Nero Gaditanum fretum,qua primum maris noſtri limen
aperitur.Lentulus Lybicum: Marcellinus Aegyptium: Pompei iuuenes Adriaticũ. Var-
ro Terentius Aegeum,& Ponticum,& Pamphyliũ,Metellus Aſiaticũ. Cœpio ipſas Pro-
pontidis fauces.Portius Cato ſic obditis nauibus,quaſi portum,obſeruauit,ſic per omnis
equoris portua,ſinus,latebras,receſſus,promontoria,freta,peninſulas, quicquid piratarũ
fuit,quadã indagine incluſum,& oppreſſum eſt.Ipſe Pompeius in originem fontemq; bel
li Ciliciam uerſus eſt.Nec hoſtes detractauere certamen,nõ ex fiducia, ſed quia oppreſſi
erant,auſi uidebãtur,ſed nihil tamen amplius,quã ut primum ictũ concurrerent.Mox ubi
circũfuſa undiq; roſtra uiderũt abiectis ſtatim telis,remiſq;, plauſu undiq; pari,quod ſup-
plicantibus ſignum fuit,uitã petiuerunt.Non alia tam incruenta uictoria uſi unq; ſumus,
ſed nec

ſed nec fidelior in poſterum reperta gens ulla eſt. Idq; proſpectum ſingulari conſilio ducis
qui maritimum genus à conſpectu longè remouit maris, & mediterraneis quaſi obliga-
uit. Eodemq; tempore, & uſum maris nauibus recuperauit, & terræ homines ſuos reddi-
dit. Quid prius in hac mirere uictoriæ? uelocitatem? quod quadrageſimo die parta eſt. An
felicitatem? quod ne una quidem nauis amiſſa eſt. An perpetuitatem? quòd amplius Pi-
ratæ non fuerunt.

Cap. VI.

Interim dum populus Rom.&c.) De Piratico bello multa Cic. in oratione, quā habuit de laudibus magni 1
Pomp. Abbre. Liuij lib. 99. Plura Plut. in uita Pom. Plin. ca. ult. uirorū illuſtriū. Valer. cap. 16. octaui.
Seruilius,&c.) Hiſtoriam præter ſupradictos habent Sex. Ruffus, Val. ca. 5. 8. Front. ca. 7. 3. Pub. Seruili 2
us, Iſauram oppidum flumine eo, quo hoſtes aquabātur auerſo, ad deditionem ſiti compulit. Claud.
primo in Eutrò. *Indomitos curru, Seruilius egit Iſauros.* Eutrop. plura. cap. 1. 6.
Quædam animalia,&c.) Facit ad hoc quod ſcribit Plin. ca. 57. lib. 9. Item in lib. qui de admirandis in natu 3
ra inſcribitur, & Ariſtot. falſò adſcribitur. Eſt enim nō Ariſtotelis, ſed Theophraſti opus, ut ex citatio-
ne Plin. deprehendimus. Plin. cap. 57. 9. citat Theophraſtum in his quæ habentur cap. 61. & ſequenti-
bus in eo lib. De legatis ad diuerſa maria à Pompon. miſſis, ſcribit Plutarch. ubi ſuprà. Item dicit Pira
ticum bellum quadrageſimo die completum. Plin. autem cap. 25. & 26. 7. dicit captas eſſe naues Pirata
rum 846. Qualem duxit de his Pomp. triumphum. Plin. cap. 2. 37. Eutrop. cap. 4. 6.

Bellum Creticum, Cap. VII.

CReticum bellum, ſi uera uolumus noſcere, nos fecimus, ſola uincēdi nobilē inſulam 1
cupiditate. Fauiſſe Mithridati uidebatur, hoc placuit armis uindicare. Primus inua-
ſit inſulam Marcus Antonius, cum ingenti quidem uictoriæ ſpe atq; fiducia, adeo ut plu-
reis catenas in nauibus, quàm arma portaret. Dedit itaq; pœnas uecordiæ, nam plerasq; na
ues intercepere hoſtes, captiuaq; corpora religata uelis, ac funibus pependere, ac ſic ueli-
ficantes triumphantium in modum Cretes portubus ſuis adremigauerūt. Metellus dein-
de totam inſulam igni, ferroq; populatus, intra caſtella & urbes redegit, & Gnoſon, & Eri
tream, & (ut Græci dicere ſolent) urbium matrem Cydonam, adeoq; ſæuè in captiuos
conſulebatur, ut ueneno ſe pleriq; conficerent. Alij deditionem ſuam ad Pompeiū abſen-
tem mitterent, & cum ille res in Aſia gerens, eo quoque præfectum miſiſſet Antonium, in
illa prouincia irritus fuit, eoq; infeſtior Metellus in hoſtes ius uictoris exercuit, uictisq;
Iaſthene & Panare Cydonæ ducibus, uictor redijt, nec quicquam amplius tamen de tam
famoſa uictoria, quam cognomen Creticum reportauit.

Cap. VII.

Creticum bellum,&c.) De hoc bello. Flo. 99. Abbreuia. Liu. Euſeb. lib. temporū. Eutrop. 4. 6. Cretenſes in 1
obſidione Metelli ad ultimam uſq; penuriam compulſi, ſua iumentorumq; ſuorum urina ſitim tor-
ſerunt, iuſtius dixerim, quàm ſuſtentauerunt, quia dum uinci timēt, id paſſi ſunt, quod eos nec uictor
quidem pati coëgiſſet. Valer. cap. 67. Lege quæ de Creta inſula ſcribunt Solinus. cap. 16. Plin. cap. 12. 4.
Diodorus lib. 6. Plura Strabo lib. 10. Verg. 3. Aeneid. ibi. *Creta Iouis magni,&c.* Auienus. *Nutrix
hinc Creta tonantis Multa latus, glebæq; ferax,&c.* Sic enim legendum eſt, non glebam.

Bellum Balearicum, Cap. VIII.

QVatenus Metelli Macedonici domus bellicis nominib. aſſueuerat, altero ex libe- 1
ris eius Cretico facto, mora non fuit, quin alter quoq; Balearicus uocaretur. Ba-
leares per idem tempus inſulæ Piratica rabie corruperant maria, homineſq; feros, atq; ſyl
ueſtres, mireris auſos à ſcopolis ſuis ſaltem maria proſpicere. Aſcendere etiam inconditas
rates, & prænauigantes ſubinde inopinato impetu terruere. Sed cum uenientem ab alto
Romanam claſſem proſpexiſſent, prædam putantes, auſi etiam occurrere, & primo impe
tu ingenti lapidum, ſaxorumq; nimbo claſſem operuere. Tribus quiſq; fundis prælia-
tur, certos eſſe quis miretur ictus, cum hæc ſola, genti arma ſint, id unum ab infantia ſtudi-
um. Cibum puer à matre non accipit, niſi quem ipſa monſtrante percuſſit. Sed non diu la-
pidatione Romanos terruere. Poſtq; cominus uentum eſt, expertiq; roſtra, & pila ueni-
entia, pecudum in morem, clamore ſublato petierunt fuga littora, dilapſiq; in proximos
tumulos quærendi fuerunt, ut uincerentur.

Cap.

Cap. VIII.

1 *Quatenus Metelli,&c.*) De hoc bello, Florus lib. 60. Abbreuia. De his ſingulis lege, quæ ſcribunt. Plin.
cap. 5.3. & Strabo li. 3. à Græcis enim Baleares dicuntur à fundarum iactu, quibus homines ipſi maxi-
mè utebantur. Author Dionyſ poëta. Alio nomine Gymneſiæ dicuntur, quoniam earum incolæ nu-
di ſint, γυμνὸς enim nudus appellatur. Plura ſcribit Diodorus Siculus tit. 6.6. Fundam præterea qua ma
ximè utuntur harum inſularum incolæ, inuenerunt Phœnices. Author Plin. cap. 56.7. naturalis hiſto-
riæ. Verg. primo Geor. *Stupea &c.* Luca. in 3. *Stantem ſublimi Tyrrhenum culmine proræ. &c.*

Expeditio in Cypron. Cap. IX.

1 ADerat fatum inſularum. Igitur & Cypros recepta ſine bello, inſulam ueteribus diui
tijs abundantem, & ob hoc Veneri ſacram, Ptolemæus regebat, & diuitiarum tanta
erat fama, nec falsò, ut uictor gentium populus, & donare regna cōſuetus, Publio Clodio
Tribuno duce, ſocij, uiuiq; regis cōfiſcationem mandauerit, & ille quidem ad rei famam,
ueneno fata præcepit. Cæterum Portius Cato Cyprias opes Liburnis per Tyberinum o-
2 ſtium inuexit: quæ res latius ærarium populi Rom. quā ullus triumphus impleuit.

Cap. IX.

1 *Aderat fatum inſularum, &c.*) Quod hoc capite cōtinetur, habetur abunde à Plutarch. in uita Catonis Iu
nioris. Meminit Abbr. Liuij li. 104. Veneri ſacra idcirco dicitur, quoniā mos erat Cyprijs, uirgines an-
te nuptias, ſtatutis dieb. dotalē pecuniā quæſituras in quæſtū ad littus maris mittere ꝓ reliqua pu-
dicitia libamenta ueneri ſoluturas, Iuſt. lib. 18. Lege, quæ ſcribit Val. ca. 1.9. Plin. ca. 31.3.5. Nota ſunt, quæ
ſcribit Strabo in fine 14.

2 *Quæ res latius ærarium populi Rom. &c.*) Iam Cyprus deuicta Aſia. pōdo 14. milia inuenerat, prӕter uaſa au
rea, aurumq; factum, & in eo folia, ac platanum, uitemq;. Quia uictoria argenti quingenta milia talen
torum reportauit, &c. Plin. ca. 3.33. Luca. in tertio loquens de copioſo auro Romani ærarij ſic inquit.
Quod Cato longinqua uixit ſuper æquora Cypro. Valerius cap. 14. octaui.

Bellum Gallicum. Cap. X.

1 ASia Pompeij manibus ſubacta, reliqua, quæ reſtabant in Europa, fortuna in Cæſarem
tranſtulit. Reſtabant autē immaniſſimi gentium Galli, atq; Germani, & quāuis toto
2 orbe diuiſa tamen qui uinceret habuit, Britannia. Primus Galliæ motus, ab Heluetijs cœ-
pit, qui Rhodanum inter, & Rhenum ſiti non ſufficientibus terris, uenere ſedes petitū in-
cenſis mœnibus ſuis. Hoc ſacramentum fuit, ne redirent, ſed petito tempore ad deliberan
dum, cū inter moras Cæſar Rhodani pōte reſciſſo, abſtuliſſet fugam, ſtatim bellicoſiſſimā
gentem ſic in ſedes ſuas, quaſi greges in ſtabula paſtorū deduxit. Sequēs, lōgeq; cruētior
3 pugna Belgarū, quippe pro libertate pugnantiū. Hic cū multa Romanorū militū inſignia,
tum illud egregiū ipſius ducis, quòd nutante in fuga exercitu, rapto fugientis è manu ſcu
to, in primā uolitans aciem, manu prælium reſtituit. Inde cum Venetis etiam nauale bel-
lum, ſed maior cum Oceano, quā cum ipſis nauibus rixa. Quippe ille rudes, & informes,
& ſtatim naufragæ, roſtra ſenſiſſent, ſed hærebat in uadis pugna, cum ęſtibus ſolitis, cum i-
pſo certamine ſubductus Oceanus intercedere bello uideretur. Illę quoque acceſſere di-
uerſitates, pro gentium, locorumq; natura. Aquitani callidum genus in ſpeluncas ſe reci-
piebant, iuſſit includi, mora dilabebātur in ſyluas, iuſſit incendi. Nemo tantum feroces di-
xerit Gallos, fraudibus agunt. Indutiomarus, Treuiros. Ambiotrix conuocauit Eburo-
nes, utriq; abſente Cæſare coniuratione facta inuaſere legatos, ſed ille fortiter à Dolobella
ſummotus eſt, relatūq; regis caput. Hic inſidijs in ualle diſpoſitis dolo perculit, itaq; & ca-
ſtra direpta ſunt, & aurum ablatū. Cottam cum Titurio Sabino legato amiſimus. Nec ulla
de rege mox ultio. Quippe perpetua trās Rhehnum fuga latuit, nec Rhenus ergo immu
nis, nec etiam fas erat, ut liber eſſet receptator hoſtium, atq; defenſor. Sed prima cōtra Ger
4 manos illius pugna iuſtiſſimis quidē ex cauſis. Hedui enim de incurſionib. eorum quere-
bantur. Quæ Ariouiſti regis ſuperbia? cum legati dicerent. Veni ad Cæſarē. Quis eſt au-
tem Cæſar? & ſi uult ueniat inquit, & quid ad illum, quid agat noſtra Germania, num ego
me interpono Romanis? Itaq; tantus gentis nouæ terror in caſtris, ut teſtamenta paſſim,
& in principijs ſcriberentur. Sed illa immania corpora, quo erant maiora, eo magis
5 gladijs, ferroq; patuerunt. Qui calor in pręliando militum fuerit, nullo magis exprimi
poteſt

poteſt,quam quod elatis ſuper caput ſcutis,cum ſe teſtudine Barbarus tegeret ſuper ipſa Romani ſcuta ſalierũt,& inde in iugulos gladijs deſcendebãt.Iterũ ubi de Germanis Tenchateri querebãtur.Hic uerò iam Cæſar ultro Moſulã nauali ponte trãſgreditur,ipſumq; 6
Rhenum,& Hercinijs hoſtem quærit in ſyluis. Sed in ſaltus & paludes genus omne diffugerat,tantum pauoris incuſſit intra ripam ſubito Romana uis,nec ſemel Rhenus,& iterũ quoq;,& quidem ponte facto,penetratus eſt,ſed maior aliquãto trepidatio. Quippe cum Rhenum ſuum ſic ponte,quaſi iugo captum uideret,fuga rurſus in ſyluas,& paludes,ſed quod acerbiſſimum Cæſari fuit non fuere,qui uincerentur, omnibus terra,mariq; captis, reſpexit Oceanum,& quaſi hic Romanus orbis non ſufficeret,alterũ cogitauit.Claſſe igitur comparata,Britanniam petit.In Britanniã tranſit mira celeritate.Quippe qui tertia uigilia Morino ſoluiſſet à portu minus quã medio die,inſulã ingreſſus eſt.Plena erãt tumultu hoſtico littora,& trepidantia ad conſpectum rei nouæ carpenta uolitabãt.Itaq; trepidatio pro uictoria fuit,arma,& obſides accepit à trepidis,& ulterius iſſet,niſi improbam claſſem naufragio caſtigaſſet Oceanus.Reuerſus igitur ad Galliam claſſe maiore, auctiſq; copijs, in eundem rurſus Oceanum eoſdemq; rurſus Britannos, Calydonias ſecutus in ſyluas. Vnum quoq; è regibus Cauelanis in uincula dedit,contentus his,non enim prouinciæ,ſed nomini ſtudebatur,cum maiore,quã prius præda reuectus eſt. Ipſo quoq; Oceano tranquillo magis,& propitio,quaſi imparem ſe fateretur.Sed maxima omniũ,eademq; nouiſſima coniuratio fuit Galliarũ,cum omnes pariter Auernos, atq; Biturigas, Carnutas ſimul Sequanoſq; contraheret.Ille corpore,armis,ſpirituq; terribilis, nomine & quaſi terrore cõpoſita Vercingentorix,ille feſtis diebus,& comitialibus, cum frequentiſſimos in lucis haberet,ferocibus dictis,ad ius priſtinum libertatis erexit.Aberat tunc Cæſar Rauennæ delectum agens,& hyeme creuerant alpes,ſic interclusũ putabant iter. Sed ille qualis erat,ad nuncium rei feliciſſimæ temeritatis? Per inuios ad id tempus montiũ tumulos, per intactas uias & niues,expedita manu emenſus,occupat Galliam,ex diſtãtibus hibernis caſtra cõtraxit,& antè in media Gallia fuit,quàm ab ultima timeretur. Tum ipſa capita belli aggreſſus urbes,Auaricũ cum quadraginta milib.propugnantiũ ſuſtulit.Alexiã ducentorum quinquaginta miliũ iuuentute ſubnixã flammis adæquauit.Circa Gergoniã tota belli moles fuit.Quippe quam cum lxxx.milia muro & arce,& abruptis defenderẽt, maximam ciuitatem, uallo, ſudibus & foſſa,inductoq; foſſæ flumine,ad hoc xviij. caſtellis,ingentiq; quaſi lorica circundatã,primũ fame domuit.Mox audentẽ eruptiones, in uallo gladijs ſudibusq; concidit,nouiſsimè in deditionem redegit.Ipſe ille rex,maximum uictoriæ decus,ſupplex cũ in caſtra ueniſſet,tũ & phaleras, & ſua arma ante Cæſaris genua proiecit.Habes inquit fortem,uir fortiſſime,uiciſti.

Cap. X.

Aſia Pom.manibus,&c.)Quæ hoc capite continentur.Scribit Flor.103.& ſequentibus abbr. Plutarch. in Cæſare Sueton.lib.1.tit.22.& ſequentibus Appia.in Celtico.Luca.in primo.Et latius Cæſar ipſe in ſeptem libris ſuorum Comment.de bello Gallico. De populis,de quibus in hoc cap.fit mentio,Plura Luca.1. Pharſaliæ,ibi *Deſeruere cauo.* Item Cæſar in Comment.Geſta Cæſaris compendioſe more ſuo,lege ex cap.25 7.Plinij. Non obſcura ſunt,quæ Eutrop. Oroſ. cæteri ſcribunt.

Toto orbe diuiſa Britannia,&c.) Finis erat orbis ora Gallici littoris,niſi Btitannia inſula,qualibet amplitudine nomen penè alterius orbis mereretur.Solinus cap.35.. Vergil. in Bucolicis. *Et penitus toto diuiſo orbe Britannos.* Claudianus de laudibus Stiliconis. *Vincendos alio quæſiuit orbe Britannos.* Bellum cum Heluetijs ſcribit Cæſar primo ſuorum commentariorum.Fuerunt enim Heluetiorũ fuſorum à Cæſare, Milia trecenta ſexaginta octo.

Sequens longeq; cruentior pugna Belgarum,&c.)Ex uerbis Flõ. hic poſitis.Item 2.Comen.Cæſaris. Rurſus ex Maximo Val.Item cæteris, deprehendimus hunc locũ inſigniter deprauatum,ut non Belgarũ legendũ ſit,ſed Neruiorũ. Ait enim hic Florus.In hac pugna, inquit, multa Romanorũ inſignia fuiſſe,tum illud egregiũ ipſius ducis,quod nutãte in fuga exercitu,&c. Hoc aũt nõ in pugna cũ Belgis, ſed cum Neruijs accidiſſe in 2.Com. ſcribit Cæſar.Val.ca.2.3.Iulius Cæſ. (inquit) cum innumerabili multitudine,feroci impetu Neruiorũ,inclinare aciẽ ſuã uideret,timidius pugnanti militi ſcutũ detraxit,atq; tectus acerrimè præliari cœpit,quo facto,fortitudinem per totũ diffudit,labentemq; belli fortunam,diuino animi ardore reſtituit. Accedit ad hoc, quoniam Belgæ facili pugna à Cæſare ſuperati ſunt.

Lege

Lege Cæſarem in 1.commentariorum,& Liui.lib.104. Plutar.in Cæſare.Bellum Cæſaris cum Venetis, deſcribit ipſe.3 ſuorum commen.lib.Interitus Cottæ,& Sabini habetur.5.commen Cæſaris.

4 *Hedui de incurſionibus &c.*) Bello Heluetiorum confecto totius fere Galliæ legati,principes ciuitatũ,ad Cæſarem congratulatum conuenerant, petierunt uti ſibi conſilium totius Galliæ die certa indicerent idqꝫ Cæſaris uoluntate facere liceret: ſeſe habere quaſdam res, quas è communi conſenſu ab eo petere uellent.Ea re permiſſa,diem conſilio ſtatuerunt,& iureiurando,nequis enuntiaret,niſi quibus communi conſilio mandatum eſſet,inter ſe ſanxerunt. Eo conſilio dimiſſo, ijdem principes ciuitatum qui ante fuerant,ad Cæſarem reuertuntur,petieruntqꝫ ut ſibi ſecreto,et occulto de ſua,omniũqꝫ ſalute cum eo agere liceret. Ea re impetrata,ſeſe omnes flectẽtes Cæſari ad pedes proiecerunt.Locutus eſt pro his Ditiacus Heduus qui de incurſionibus Germanorum aſperè conqueſtus eſt, lõga querimoniarum ſerie, lege apud Cæſarem.1.commenta.Et hunc quoqꝫ locum,noſter Cuſpinianus reſtituit. Ariouiſti ſuperbam reſponſionem,lege apud eundem Cæſarem ubi ſuprà.

5 *Qui calor &c.*) Quod hic dicitur lege latius circa finem primi commen.Cæſaris. Aduertendum quod cũ Cæſar in Gallia comperiſſet Ariouiſto Germanorum regi inſtitutum, & talem legem eſſe militibus non pugnandi decreſcente luna,tum potiſſimum acie commiſſa,impeditos religione hoſtes uicit.Frõt. cap.1.2. Cæſar dicit apud Germanos eam fuiſſe conſuetudinem,ut matresfamilias eorum ſortibus,& uaticinationibus declarent,utrum prælium committi ex uſu eſſet,nec ne.Eas ita dicere,nõ eſſe fas Germanos ſuperare,ſi ante nouam lunam prælio contendiſſent.

6 *Centenari &c.*) Hos populos Appia.in Celtico uidetur appellare Tancheros,Cæſar Tenchateros,de quibus neqꝫ apud Plin.neqꝫ apud Strab.reperio fieri mentionem,niſi fortè hi ſint,quos Tennanios Strabo nominat,uel Ceretos,qui Rheni lacum magnum (inquit) propius attingunt.C.Cæſaris in Britãniam tranſitus docent qui ſuprà,potiſſimè Cæſar.5.commen.lib.Meminit Val.Flaccus.1.Argonauticon. De Calydonia ſylua Britanniæ Plin.cap.16.4.Eſt etiam ciuitas in Aetholia,ſed cum ſyluam ſignat producit ſecundam.Luca.*Vnde Calydonios fallit turbata Britannos.*Et Mart.*Nuda Calydonio ſic pectora præbuit urſo.* Pro ciuitate corripit ſecundam.Verg.in 7.*Quod ſcelus,aut Lapithis tantum,aut Calydone merente.*

Bellum Parthicum. Cap. XI.

1 CVm Gallos per Cæſarem in ſeptentrione debellat, interim ad oriẽtem graue uulnus
à Parthis populus Romanus accepit.Nec de fortuna queri poſſumus, caret ſolatio
clades.Aduerſa & dijs,& hominibus cupiditas cõſulis Craſſi,dum Parthico inhiat au
2 ro,ſtrage xi.legionum,& ipſius capite mulctata eſt,quod tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hoſtilibus diris deuouerat, & cum Zeugma traſiſſet exercitus,rapta ſubitis ſigna turbinibus hauſit Euphrates,& cum apud Niceforum caſtra poſuiſſet miſſi ab Orode rege legati denunciauere percuſſorum cum Pompeio fœderum,cum Syllaqꝫ, quæ meminiſſet.Regijs inhians ille theſauris,nihil ne imaginario quidem iure, ſed Seleuciæ ſe reſponſurum eſſe reſpondit. Itaqꝫ dij fœderum ultores, nec inſidijs, nec uirtuti hoſtium defuerũt. Iam primum, qui ſolus,& ſubuehere commeatus,& munire poterat,à tergo relictus Euphrates, dum ſimulato transfugæ cuidam Mezeræ Syro creditur,cum in media camporum uaſtitatem eodem duce ductus exercitus,undiqꝫ hoſti exponeretur.Itaque uix dum uenerat Carras,cum undiqꝫ præfecti regis Sylaces,& Surenas oſtendere ſigna auro,ſericiſqꝫ uexillis uibrantia.Tum ſine mora circumfuſi undiqꝫ equitatus, in modũ grandinis,atqꝫ nimborum,denſa tela pariter fuderunt.Sic miſerabili ſtrage deletus exercitus,ipſe in colloquium ſollicitus ſigno dato,uiuus in hoſtium manus incidiſſet, niſi tribunis reluctantibus fugam ducis, barbari ferro occupaſſent. Sic quoqꝫ relatum caput,ludibrio hoſti fuit. Filium ducis penè in conſpectu patris eiſdem telis operuere.Reliquiæ infelicis exercitus,quo quemqꝫ rapuit fuga,in Armeniam,Ciliciam, Syriamqꝫ diſtractæ uix
3 nuncium cladis rettulerunt.Caput eius reciſum cum dextra manu, ad regem reportatum ludibrio fuit,neqꝫ indigno. Aurum.n.liquidũ in rictum oris infuſum eſt,ut cuius animus arſerat auri cupiditate,eius etiam mortuum,& exangue corpus,auro uteretur.

Cap. XI.

1 *Dum Gallos per Cæſarem &c.*) De hoc bello ſcribunt ferè omnes. Abbre.Liuij lib.106.Appia.latè libro qui Parthicus inſcribitur.Plut.in M.Craſſi uita Iuſtinus li.41.&.42.Eutro.c.6.6.Oroſ.11.6.Val.li.1.titu. de prodigijs.cap.11.& cap.4.9.Geſtum eſt autem (ſi Eutro.& Oroſio credimus) anno.697.uel 699.ab.ur.con

2 *Dum Parthico inhiat auro &c.*) M.Craſſus negabat ullam ſatis magnam pecuniam eſſe ei, qui in republ.

princeps uellet eſſe,cuius fructibus exercitũ alere nõ poſſet. Cice.1.Officiorum. Docet ibidem Cic.cur
expetendæ ſint diuitiæ. M.Craſſus (inquit cap.10.33.noſter Plin.) negabat diuitem eſſe,niſi qui reddítu
annuo legionem tueri poſſet.In agris ſuis ſextertiũ xx. milia poſſedit, Quiritium poſt Syllam ditiſsi
mus. Lege Valer.cap.4.9.Item Cicero in fine 3.de finibus bo.& malo. Victus autem Craſſus eſt.vi.Idus
Iunias,teſte Ouidio 6.Faſtorum.

Scilicet interdum miſcẽtur triſtia lætis,
Nec populum toto pectore feſta iuuant.
Craſſus ad Euphraten aquilas,natumq;,ſuoſq;.
Perdidit,& letho eſt ultimus ipſe datus.
Parthe quid exultas? dixit dea,regna remittes,
Quiq; necem Craſſi uindicet,ultor erit.

Seleutia urbs nobiliſsima eſt,cuius amplitudo circuitu 70.ſtadijs.In hanc Orodes,Romanos Craſſiana
clade captos deduxit. Authores Plin.cap.16.6. Solinus cap.61.
Caput eius reciſum &c.) Tomyris Scytharum regina compoſitis in montibus inſidijs,ducenta milia Perſa- 3
rum cum ipſo rege Cyro,trucidauit. In qua uictõria etiam illud memorabile fuit,quod neq; nuncius
tantæ cladis quidem ſuperfuit.Caput Cyri amputatum,in utrem humano ſanguine repletum reijci re
gina iubet cum hac exprobratione crudelitatis. Satia te ſanguine,inquit,quem ſitiſti,cuiusq; inſatiabi
lis ſemper fuiſti. Author Iuſti.lib.1.Sed heu quot reperiuntur Craſſi hodie.

Qui cum deſertis ceſſent ſacraria lucis.
Aurum omnes uicta iam pietate colunt,
Auro pulſa fides,auro uenalia iura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.
Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum.
Dum petit intonſi Pythia regna Dei.
At mons laurigero concuſsus uertice duras.
Gallica Parnaſi ſparſit in arma niues.
Et (ſcelus) accepto Thracis Polymneſtoris auro.
Nutrit in hoſpicio non Polydore pio.
Tu quoq; ut auratos gereres Eriphyla lacertos,
Dilapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis.

Anacephalęoſis. Cap. XII.

HAec eſt illa tertia ætas populi Romani tranſmarina, qua Italia progredi auſus,orbe to 1
to arma circumtulit. Cuius ætatis ſuperiores c.anni, ſancti,pij,& ut diximus aurei,ſi-
ne flagitio,ſine ſcelere,dum ſyncera adhuc,& innoxia paſtoriæ illius ſectæ integritas
dumq; Pœnorum hoſtium imminens metus,diſciplinam ueterem cõtinebat. Poſtremi c. 2
quos à Carrhaginis,Corynthi,Numantiæq; excidijs,& Attali regis in Aſiatica hæreditate,
deduximus in Cæſarem,& Pompeium,ſecutumq; hos de quo dicemus Auguſtũ,ut clari
tate rerum bellicarum magnifici,ita domeſticis cladibus miſeri,& erubeſcendi. Quippe ſi-
cut Galliam, Thraciam,Ciliciam,uberrimas , ualidiſsimasq; prouincias. Armenios etiam,
et Britannos,ut non in uſum,ita ad imperij ſpeciẽ magna nomina acquiſiſſe pulchrum,at-
que decorũ.Ita eodẽ tẽpore dimicaſſe domi cũ ciuibus,ſocijs,mãcipijs, gladiatorib. totoq;
inter ſe ſenatu,turpe,atq; miſerãdũ. Ac neſcio an ſatius fuerit populo Ro.Sicilia, & Africa
contentũ fuiſſe,aut his etiam ipſis carere,dominanti Italia ſua,quã eò magnitudinis creſce-
re,ut uiribus ſuis conficeretur. Quæ enim res alia furores ciuiles peperit, quam nimia feli- 3
citas? Syria prima nos uicta corrupit. Mox Aſiatica Pergameni regis hæreditas. Illæ opes,
atque diuitiæ afflixere ſæculi mores, merſamq; uitijs ſuis, quaſi ſentina rempublicam peſ-
ſum dedere. Vnde enim populus Romanus agros,& cibaria flagitaret niſi per famem,quã
luxus fecerat? Hinc ergo Gracchana,& prima,& ſecunda, & illa tertia Apuleiana ſeditio.
Vnde ut regnaret de iudiciarijs legibus diuulſus à ſenatu eques,niſi ex auaritia? ut uecti-
galia reipublicæ,atque ipſa iudicia in quæſtu haberentur? Hinc rurſus & promiſſa ciuitas
latio,& per hoc arma ſociorum. Quid autem bella ſeruilia? Vnde nobis, niſi ex abundan-
tia familiarium? Vnde gladiatorij aduerſus dominos ſuos exercitus, niſi ad conciliandum

plebis

fauorem effuſa largitio? Cum ſpectaculis indulget, ſupplicia quondam hoſtium artem facit. Iam ut ſpecioſiora uitia tangamus. Nonne ambitus honorum ab hiſdem diuitijs incitatus? Atqui inde Mariana, inde Syllana poteſtas. Aut magnificus apparatus conuiuiorum, & ſumptuoſa largitio, nonne ab opulentia paritura mox ægeſtatem? Hæc Catilinã hoſtem patriæ ſuæ impegit. Deniq; illa ipſa principatus, & dominandi cupido, unde niſi ex nimijs opibus uenit? Hæc Cæſarem, atque Pompeium furialibus in exitium reipublicæ facibus armauit. Hos igitur populi Romani omneis domeſticos motus ſeparatos ab externis, iuſtisq; bellis, ex ordine proſequemur.

Cap. XII.

1 *Hæc eſt illa tertia ætas P.R. &c.*) Peruerterat Florus antea hiſtoriarum, & temporum ordinem, cuius facti ca. 19.2. & in hac Cephalæoſi rationem aſsignat, ut ſcilicet hos populi Romani omneis motus domeſticos ſeparatos ab externis, iuſtisq; bellis, ex ordine proſequatur. Continet autem hoc caput compendioſe materiã 17. capitum immeditate præcedentium, & 13. immeditate ſequentium. Faciunt pro his, quæ hic ſcribuntur citata cap. 20. ſecundi ſupra. Plura ex his, quæ hoc cap. continentur, Lege apud Diuum Augu. cap. 26.3. Ciui.

2 *Dumq; Pœnorum hoſtium imminens metus &c.*) Dicit mala ſequentia, ex ocio accidiſſe Romanis. Appium Clau. crebro ſolitum dicere accepimus, negociũ populo Romano melius, quàm ocium committi, non quòd ignoraret quam iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quod animaduerteret præpotentia imperia, agitatione rerũ ad uirtutẽ capeſſandã excitari, nimia quiete in deſidiã reſolui. Et ſubdit, Sanè negociũ nomine horridum, ciuitatis noſtræ mores, in ſuo ſtatu continuit, blandæ appellationis quies, plurimis uitijs reſperſit, Val. 17. Extãt de ocio Ennij uerſus aurei. Ocio (inquit) qui neſcit uti, plus negocij habet, quam cũ eſt negocium in negocio &c. Lege Gellium cap. 10. deciminonr Noctium Atticarum.

Vt uiribus ſuis conficeretur &c.) *Suis & ipſa uiribus Roma ruit*

Quam neq; finitimi ualuerunt perdere Marſi,
Minacis aut Ethruſca Porſenæ manus.
Aemula nec uirtus Capuæ, nec Spartacus Acer.
Nouiſq; rebus infidelis Allobrox.
Nec fera cærulea domuit Germania pube.
Parentibus abominatus Hannibal.

Hæc & plura Horatius in Epodo.

De Legibus Gracchanis. Cap. XIII.

1 SEditionum omnium cauſam Tribunitia poteſtas excitauit, quæ ſpecie quidem plebis tuendę, cuius in auxilium comparata eſt, re autem dominationem ſibi acquirens, ſtudium populi, ac fauorem agrarijs, frumentarijs, iudiciarijs legibus aucupatur. Inerat omnibus ſpes æquitatis. Quid enim tam iuſtum, quàm recipere plebem ius ſuum à patribus? ne populus gentium uictor, orbisq; poſſeſsor, extorris aris, ac focis ageret? Quid tam ęquum quàm inopem populum uiuere ex ærario ſuo? Quid ad ius libertatis æquandæ magis efficax, quàm ut ſenatu regente prouincias, ordinis equeſtris authoritas ſaltem iudiciorum regno niteretur? Sed hæc ipſa in perniciem redibant, & miſera reſpublica in exitium ſuum marceſſerat, & à ſenatu in equitẽ translata iudiciorũ poteſtas, uectigalia id eſt, imperij patrimonium ſupprimebat, & emptio frumenti, ipſos reipublicæ neruos exhauriebat ærarium, reduci plebs in agros, unde poterat ſine poſſidentium euerſione, qui ſibi pars populi erant, & tamen relictas ſibi à maioribus ſedes ętate quaſi iure hęreditario poſſidebant.

Cap. XIII.

1 *Seditionum omnium cauſam &c.*) De Tribunitia poteſtate, lege Feneſt. tit 10. & quos ibi citauimus. Huc faciũt quæ cap. 23.1. annotata ſunt. Gracchanas leges tres fuiſſe conſtat. Frumentaria ut ſcilicet ſemis & triente frumentum plebi daretur. Agraria, ut nemini liceret ultra quinquaginta telluris iugera poſſidere. Tertia ut equeſter ordo bis tãtũ uiriũ in ſenatu haberet, quã ſenatores ipſi. Statuerat eñ ut trecẽti ſenatores eſſent, eqtes ſexẽti. Sic eñ equeſtrẽ ordinẽ cũ ſenatu conſentientẽ, corrũpere nitebatur. Authores ſunt Liuius lib. 58. & 60. & Ap. primo bellorũ ciuiliũ. Agraria lex quãdo & à quo primũ lata, docet Liuius libro 2. ab ur. con. quam tandem M. Tullius penitus ſuſtulit. Extant plures Cic. orationes. Quæ mala ex agraria lege ſequantur, docet idem Cicero 2. Officiorum.

Seditio Tyberij Gracchi. Cap. XIIII.

1 PRimã certaminũ facẽ Tyberius Gracchus accẽdit, genere, forma, eloquẽtia facilè princeps, ſed hic ſiue Mãcinianę deditionis, quia ſpõſor fœderis fuerat, cõtagiũ timẽs, et in-

popularis,ſiue æque,& bono ductus quia depulſam agris ſuis plebem miſeratus eſt, ne P. R. gentium uictor,orbiſq; poſſeſsor,laribus,ac focis ſuis exularet. aut quacunq; mente, rem auſus ingentem. Poſtquam rogationis dies aderat ingenti ſtipatus agmine roſtra conſcendit,nec deerat obuia manu tota inde nobilitas,& tribuni in partibus,ſed ut intercedentem legibus ſuis,Cneum Octauium uidet Gracchus cōtra fas collegij,ius poteſtatis, iniecta manu depulit roſtris adeoq; præſenti metu mortis exterruit,ut abdicare ſe magiſtratu cogeretur. Sic triumuir creatus diuidendis agris,cum ad perpetranda cœpta,die comitiorum prorogari ſibi uellet imperium,obuia nobiliū manu,eorumq;,quos agris mouerat cædes à foro cœpit. Inde cum in Capitolium profugiſſet, plebemq; ad defenſionem ſalutis ſuæ manu caput tangens,hortaretur,præbuit ſpeciem regnum ſibi, & diadema poſcentis, atq; ita duce Scipione Naſica concitato in arma populo, quaſi iure oppreſſus eſt.

Cap. XIIII.

Primam certaminum faciem &c.) Seditionem Tiberij Gracchi ſcribunt Flo.58. Abbre. Latius Appia.1.li.bellorum ciuilium Plin.cap.64.de uir.illu.Plura Plutar.in uita Gracchorum Auguſt.cap.24.3. Ciui. Val.li. 1. de Ominibus cap.2.3.cap.7.4.cap.2.7. Oroſius cap.7.&.8.quinti.

Eloquentia facilè princeps &c.) Scriptores ueteres. T. Caſtritius. Val. Max. Aulus Gellius. T. Liuius,cæteri C. Graccho,non Tiberio Graccho tribuunt eloquentiæ principatum. Caius Gracchus inquit 60.lib. Liuius Tiberij frater, Trib.pleb.eloquentior quàm frater &c. Et Val.cap.10.8. Gel.cap.13.11.noctium Atticarum. Oroſius dicit. Gracchum tribunum plebis iratum nobilitati, quod inter authores Numantini fœderis notatus eſſet.

Aderat ingenti ſtipatus agmine &c.) Gel. c 1.23.recitans uerba Sempronij Aſellionis de Tib. Graccho trib.pleb. quo in tempore interfectus in Capitolio eſt Gracchus (inquit) domo cum proficiſceretur, nunquam minus terna,aut quaterna milia hominum ſequebantur. Orare cœpit ut ſe defenderent, liberoſq; ſuos eum quem uirilis ſexus tum in eodem tempore habebat,produci iuſſit, populoq; commendauit propè flens. Eius concionem ad populum,lege apud Appia.ubi ſuprà. Triumuir creatus. Ad agros diuidēdos tres in primis uiri. Gracchus ipſe legislator,& frater eiuſdem nominis,nec non App. Clau. Tiberij ſocer conſona totius populi uoce declarantur &c. Appia.ubi ſuprà. Item Liuij.lib.58.

Seditio Caij Gracchi. Cap. XV.

Statim & mortis, & legum fratris ſui uindex,non minore impetu incaluit Caius Gracchus qui cum pari tumultu,atq; terrore plebem in auitos agros,arceſſeret,& recentem Attali hæreditatem in alimenta populo polliceretur. Iamq; nimius,& potens, altero tribunatu ſecunda plebe uolitaret, abrogare auſo legibus ſuis Minutio tribuno fretus comitum manu,fatale familiæ ſuæ Capitolium inuaſit. Inde proximorum cæde pulſus, cū ſe in Auentinum recepiſſet, inde quoq; obuia Senatus manu,ab Opimio conſule oppreſſus eſt. Inſultatum quoque mortis reliquijs,& illud ſacroſanctum caput tribuni plebis percuſſoribus auro penſatum eſt.

Cap. XV.

Statim & mortis,& legum &c.) Quæ hic ſcribuntur,habentur latius à Liuio lib.60.&.61.ab ur.con. Appia.li.1. bel. ciuilium Plutar.in uita Gracchorum. Oro.capite duodecimo quinti Valerius Maximus libro primo cap. de Somnijs cap.7.4.cap.8.6.cap.10.8.cap.4.9. Diſtingue tu hiſtorias prudens lector,quoniam ſtuduimus breuitati. Et præcipua in citandis Autho.noſtra in præſentiarum uerſatur intentio. Item Gell cap.13.11. Meminit Plin.cap.2.33.naturalis hiſtoriæ. Plin.minor cap.65.de uir.illu. Augu cap2.4.3. Ciui. Lege,quæ notauimus.cap.11.huius tertij Val.dicit à ſeruo ſuo interfectum fuiſſe. C. Gracchus (inquit) ne in poteſtatem inimicorum deueniret, Philocrati ſeruo ſuo ceruices incidendas præbuit,quas cum celeri ictu abſcidiſſet,gladium cruore domini ſui madentem,per ſua egit præcordia. Euporum alij hunc uocitatum exiſtimant.&c. Val.cap.8.6.

Seditio Apuleiana. Cap. XVI.

Nihilominus Apuleius Saturnius Gracchanas aſſerere leges non deſtitit. Tantum animorum uiro Marius dabat, qui nobilitati inimicus conſulatu ſuo præterea confiſus, occiſo palàm comitijs Annio competitore Tribunatus,ſubrogare conatus eſt,in eius locum Caium Gracchum, hominem ſine tribu,ſine nomine,ſed ſubito titulo in familiam ipſe ſe adoptat cum tot,tantiſq; ludibrijs exultaret impune, rogādis Gracchorū legibus ita uehe-

ita uehementer incubuit ut ſenatum quoq; cogeret in uerba iurare, cum abnuentibus a qua & igni interdicturum ſe minaretur. Vnus tamen extitit, qui mallet exilium. Igit poſt Metelli fugam omni nobilitate percuſſa iam cum tertiū dominaretur, eò ueſaniæ progreſſus eſt, ut conſularia quoq; comitia noua cæde turbaret. Quippe ut ſatellitem furoris ſui Glauciam conſulem faceret, Gaium Memmium competitorem interfici iuſſit, & in eo tumultu regem ex Satellitibus ſuis appellatum lætus accepit. Tum uerò iam cōſpiratione ſenatus, ipſo quoq; iam Mario conſule, quia tueri non poterat, aduerſo, directæ in foro acies, repulſus, inde Capitolium inuaſit, ſed cum abruptis fiſtulis obſideretur, ſenatuiq; per legatos, pœnitētiæ fidem faceret, ab arce digreſſus, cum ducibus factionis, receptus in curiam eſt. Ibi in eum facta irruptione, populus fuſtibus, ſaxisq; coopertum, in ipſa quoq; morte lacerauit.

Cap. XVI.

1 *Nihilominus Apuleius etc.*) De Apuleiana ſeditione, ſcribunt Flo. 6.9. Abbreuia. Appia. primo bellorum ciuilium. Plutar. in Mario. Valeri. titu. 2.3. cap. 19. Plin. cap. 67. & 73. de uiris illuſt. Oroſius cap. 17. quinti.

2 *Marius nobilitatis inimicus etc.*) Marium ſcribunt omnes infimo loco natum. Tullius autem 2. Tuſcula. quæſtionum, dicit eum fuiſſe ruſticum hominem. De quo ſic Val. cap. 1.2. Caius Marius, inquit, capite cenſum legendo militem Ro. diuina uſurpatione firmatā cōſuetudinem abrupit, ciuis alioquin magnificus, ſed uouitatis ſuæ conſcientia, uetuſtatis non ſanè propicius &c.

2 *Subrogare conatus eſt in eius locum C. Gracchum hominem ſine trib. etc.*) Hanc hiſtoriam copioſè recitat Val. Max. tit. 8.3. cap. 7. Item Plin. cap. 73. de uiris illu. Aduertendum plurimum differre ſcriptores in nomine competitoris tribunatus Plin. ubi ſuprà uocat hunc. A. Mumium. Liuius. A. Numium. Oro. Anumium. Appi. Nonium. Cæterum (inquit) Nonius uir illuſtris in Apuleium inuectus, et Glauciam accuſans, tribunatum adeptus eſt. Veriti igitur Apuleius, & Glaucia, ne tribunus effectus in eos inſurgeret, turbam quādam ſatellitum, à concione abeunti cum tumultu immiſere, & in diuerſorium fugientē interficiunt &c. Quod hic de Metello dicitur, præter citatos ſuprà hoc ipſo cap. lege apud Valer. titu. 8.5. cap. 5. Quod de Mario hic Florus recitat, ſcribit Valerius cap. 1.3. Item cæteri.

Druſiana ſeditio. Cap. XVII.

1 POſtremo Liuius Druſus non Tribunatus modò uiribus, ſed ipſius etiam ſenatus authoritate, totiusq; Italiæ conſenſu eaſdem leges aſſerere conatus, dum aliud captat ex alio, tantum conflauit incendium, ut ne prima illius flamma poſſet ſuſtineri, & ſubita morte correptus hæreditarium in poſteros ſuos bellū prorogaret iudiciaria lege Caij Gracchi. Diuiſerant populum Romanum, & bicipitē ex una fecerant ciuitatem, equites Ro-
2 mani tanta poteſtate ſubnixi, ut qui fata, fortunasq; patrum, uitalq; principum haberent in manu, interceptis uectigalibus, peculabantur ſuo iure rempublicam. Senatus exilio Metelli, damnatione Rutilij debilitatus, omne decus maieſtatis amiſerat. In hoc ſtatu rerum pares opibus, animis, dignitate, unde & nata Liuio Druſo æmulatio acceſſerat, equitem Seruilius Cœpio, ſenatū Liuius Druſus aſſerere, ſigna, & aquilæ, & uexilla aderant. Ceterum ſic urbe in una quaſi in binis caſtris diſſidebatur. Prior Cœpio in ſenatum impetu facto, reos ambitus Scaurum, & Philippum principes nobilitatis eligit. His ut motibus reſiſteret Druſus, plebem ad ſe Gracchanis legibus eiſdem, ſocios ad plebem ſpe ciuitatis erexit. Extat uox ipſius nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum diuidere uellet, aut cœlum. Aderat promulgandi dies, cum ſubitò tanta uis hominum undiq; apparuit, ut hoſtium aduentu obſeſſa ciuitas uideretur. Auſus tamen abrogare de legibus con-
3 ſul Philippus. Sed apprehenſum faucibus uiator non antè dimiſit, quam ſanguis, & in ora, & oculos redūdaret. Sic per uim datę iuſſęq; leges. Sed precium rogationis ſtatim ſocij flagitare, cum interim imparem Druſum, ægrumq; rerum temere motarum matura, ut in tali diſcrimine, mors abſtulit, nec ideo minus ſocii promiſſa Druſi à populo Romano repoſcere armis deſierunt.

Cap. XVII.

Poſtremo Liuius Druſus &c.) Scribunt hoc idem Flo. 70. & 71. Abbr. Val. cap 5.9. Plin. cap. 66. de uir. illu. Oroſ. ca. 18.5. Appia. lib. 1. bellorum ciuilium. Scribit Gel. cap. 15.17 Liuium Druſum, qui trib. pleb. fuit, cū morbum, qui comitialis dicitur, pateretur, Anticyram nauigaſſe, & in ea inſula Elleborum ſumpſiſſe, atq; ita morbo liberatum. Item inter Cepionem, & hunc Druſum ex annulo, in auctione uenali, inimicitiæ

ſcœpere, unde ōrigo Socialis belli, & exitia rerum. Author Pli. ca. 1. 33. naturalis hiſtoriæ. Hic Druſus Ca-
tonis Vticenſis auunculus fuit, in cuius domo, idem Cato educatus eſt. Lege Valer. cap. 1. 3.

Senatus exilio Metelli, damnatione Rutilij debilitatus. &c.) Exilium Metelli Numidici ſcribunt authores, quos cap. 2
præcedenti citauimus. Lege Valer. cap. 8. 3. Plin. cap. 62. de uir. illuſt. Rutilij damnationem, ſcribunt Val.
Max. ca. 5. 2. Liuij Abbr. lib. 70. P. Rutilius, inquit, uir ſummæ innocentiæ, qui legatus C. Marij pro cōcio
ne à publicanorū iniurijs, Aſiam defenderat, inuiſus equeſtri ordini, penes quem uitia erant, repetūda-
rum damnatus, in exilium miſſus eſt. Ex uerbis Liuij apparet, fata, fortunaſq; patrum, ac princi-
pum uitas, in equitum manu fuiſſe. Lege tertiam legem, quam ca. 13. huius 3. annotauimus. Iudicia, quæ
largitiones redolere uidebantur, à ſenatoribus ad equeſtres translata ſunt, per Caium Gracchum trib.
plebis. Equeſtres autem, mediam inter ſenatum popularesq; obtinebant dign tatem, Author Appia.
primo bellorum ciuilium. Druſus autem legē quoq; iudicialem tulit, ut æqua parte iudicia penes ſena
tum & equeſtrem ordinem eſſent. Liu. lib. 71.

Sed apprehenſum faucibus, uiator non ante &c.) Diſcordat Flo. à Val. cap. 5. 9. Quæ amentia (inquit) à M. quoque 3
Druſo trib. ple. per ſummam contumeliam uexata eſt. Parum n. habuit L. Philippum conſulem, quia
ſe interpellare concionantem auſus fuerat obtorta gula, & quidem non per uiatorem, ſed per clientem
ſuum.

Mors abſtulit &c.) Druſus (inquit Oroſius) tantis malis anxius, domi ſuæ, incerto quidem authore, inter- 4
fectus eſt. Idem ſentit Liui. lib. 71. Appia. autem 1. bellorum ciuilium. Itali (inquit) metuentes, ut uideba
tur, ad conſules, in urbem deducti ſunt, re quidem ut Druſum interficerēt, uerbo autem ut in legē con-
clamarent, eoq; modo conſtitutam diem expectant. Id præſentiens Druſus raro in publicum progre-
diebatur. Verum in deambulatorio loco parum habente lucis continuè ius dicebat. Cum igitur circa
ueſperā, multitudinem emitteret ſubitò ſe percuſſum eſſe cōclamauit, uixq; finito clamore, in terrā cōci
dit. Repertus deinde ſutoris gladius fœmori eius infixus. Eoq; mō Druſus & ipſe tribunus occiditur.

Bellum quod aduerſus ſocios geſtum eſt. Cap. XVIII.

SOciale bellum uocetur licet, ut extenuemus inuidiam, ſi uerum tamen uolumus, illud 1
ciuile bellum fuit, quippe cum populus Romanus Hetruſcos, Latinos, Sabinoſq; mi-
ſcuerit, & unum ex omnibus ſanguinem ducat, corpus fecit ex membris, & ex omni-
bus unus eſt. Nec minore flagitio ſocij intra Italiam, quam intra urbem ciues rebellabant.
Itaq; cum Tuſciæ ciuitates, quas uiribus auxerant ſocij iuſtiſsimè poſtularent, ad quā ſpem
eos cupidine dominationis Druſus erexerat. Poſtquam ille domeſtico ſcelere oppreſſus
eſt, eadem fax que illum cremauit, ſocios in arma, & inexpugnationē urbis accendit. Quid 2
hac clade triſtius? quid calamitoſius? cum omne Latium, atq; Picenū, Herturia omnis, at-
que Campania. Poſtremo Italia contra matrem ac parentem ſuam urbem conſurgerent,
cum omne robur fortiſſimorum fideliſſimorumq; ſociorum ſub ſuis quiſq; ſignis haberēt
municipalia iſta prodigia. Popedius Marſos, & etiam Latinos, Afranius Vmbros. Totus
ſenatus & conſules Samnium, Lucaniamq; Theleſinus, cum regum, & gentium arbiter
populus, ipſum ſe regere non poſſet, ut uictrix Aſiæ, Europæq; à Corfinio Roma petere- 3
tur. Primum fuit belli in Albano monte conſilium, ut feſto die Latinarum Sex. Lucius Cæ
ſar & Martius Philippus conſules, inter ſacra, & aras immolarentur. Poſtquam id nephas
proditione diſcuſſum eſt, Aſculo furor omnis erupit, in ipſa quidem Ludorum frequen-
tia trucidatis, qui tum aderant ab urbe legatis. Hoc fuit impij belli ſacramentum, inde iam
paſſim ab omni parte Italiæ duce, & authore belli diſcurſante Popedio diuerſa per populos
& urbes ſigna cecinere. Nec Hannibalis, nec Pyrrhi fuit tanta uaſtatio. Ecce Otriculum, 4
ecce Grumentum, ecce Feſulæ, Carſeoli reſeratæ, Nuceriæ, & Picentij cædibus, ferro &
igne uaſtantur. Fuſę Rutilij copię, fuſæ Cœpionis. Nam ipſe Iulius Cæſar exercitu amiſſo
cum in urbem cruentus referretur, miſerabili funere, mediam etiam urbem peruiam fecit.
Sed magna populi Romani fortuna, & ſemper in malis maior, totis denuo uiribus inſurre-
xit, aggreſsiq; ſinguli populos, Cato diſcutit Hetruſcos, Gabinius Marſos, Carbo Luca-
nos, Sylla Sānites. Strabo uerò Pompeius omnia flāmis ferroq; populatus, non prius finem
cædiū fecit, quam Aſculi euerſione, manibus tot exercituū conſularium, direptarumq; ur-
bium dijs litaretur.

1 Cap. XVIII.

Sociale Bellum uocetur licet. &c.)Bellum ſociale, ſcribunt Flo. Abbre. 71. & ſequentibus. Latius Appia. 1. li. bellorum ciuilium. Plin. cap. 63. 75. de uir. ill. Val. cap. 6. 8. Aug. cap. 17. & 23 1. Ciui. Plin. cap. 1. 13. naturalis. hiſto. Eutrop. cap. 1. 5. Oro. cap. 18. 5. Euſeb. lib. temporũ. Cœptum eſt aũt bellum ſociale anno ab ur. con. 662. Soli. cap. 2. Plutar. in Sylla. Strabo. li. 5. Oro. dicit anno. 659. Aduertendum animalia ꝑmulta, quæ intra urbem fuerant exanimata fuiſſe, anno ante ſociale bellũ, quod haud ſcio, an funeſtius ipſi terræ Italiæ fuerit, quam ciuile, Author Plin. c. 85. 2. naturalis hiſtoriæ. Cauſam ſocialis belli ſcribunt Liui. & Appia. ubi ſupra. Habetur etiam ab eiſdem cur Sociale dicatur.

2 *Cum omne Latium, atq; Picenum. etc.*) Populi Italiæ, qui in hoc bello cõtra Romanos inſurrexerunt, fuerũt Marſi, Malini, Viſtini, Maruceni, & ultra hos Picẽtes, Ferentani, Hirpini, Pompeiani, Venuſini, Iapyges, Lucani, & Samnites, quæ gens prius aduerſa admodum & grauis Romanis fuerat, & quicunq; alij à Lario flumine, & quicquid ad Ionium ſinum pedeſtri, maritimoq; itinere patet, hæc & plura Appi. ubi ſupra. Dicit præterea horum exercitum fuiſſe ad centum milium numerum. Romani æqualem illis exercitũ habuerunt. Docet item, qui exercitui Romano ac alteri præfuerunt. Diſcordat non parum à Flo. Appia. in horum nominibus, & numero.

3 *A Corphinio So. peteretur. &c.*) Corphinium Pelignorum metropolis fuit omnis uniuerſis Italis ciuitas ea propter translato nomine Italicam appellarunt. Eam ciuitatem, Italię populi, qui contra Romanos coniurauerant, aduerſum po. Ro. receptaculum propugnaculũq; conſtituerunt, adunatiſq; complicib. imperatores creauere. Hæc & plura ad idem facientia, lege apud Strabonem uerſus finem lib. 5. Ex hac ciuitate oriundũ reor, Syllium Italicum, non ex Italica Hiſpaniæ ciuitate ut alibi latius oſtendimus. Hoc bellum Marſicũ dictũ eſt, quoniã à Marſis rebellandi ſuſcitatum fuerat initium. Strab. ibidem. Inter initia belli huius, mulier ſerpentem peperit. Author. Plin.. cap. 3. 7. Item hoc bellum, mures arroſis Lauini Clyppeis argenteis portendere. Plin. cap. 57. lib. 8. & Cice. 1. & 2. Diui. Legendum eſt aũt in Plin. non Lauini, ſed Lauinij ex eodem Cice. ubi ſupra. In hoc quoq; bello Libertini in ſacramentum uocati ſunt. Bello ſociali (inquit. 1. Satur. Macrobius) cohortium duodecim ex Libertinis conſcriptarum opera memorabilis uirtutis apparuit. Item in bello Sociali ueritus ſenatus, ne hoſtibus omni ex parte ingruentibus urbem minus tueri poſſet, mare omne à Cumis, ad urbem uſq; libertis communiuit, tunc primum ad militiã ob uirorum inopiam accitis. Author Appianus ubi ſupra.

4 *Nec Hannibalis, nec Pyrrhi. &c.*) Bellis Socialibus (inquit Aug.) Italia uehementer afflicta & ad uaſtitatem miſerabilem, deſertionem'q; perducta eſt.

Bellum Seruile. Cap. XIX.

1 VTcunq; & ſi cum ſocijs nephas, cum liberis tamen & ingenuis dimicatum eſt. Quis
2 ęquo animo ferat in principe gentium populo bella ſeruorum? Primum ſeruile bellum inter initia urbis Herdonio Sabino duce in ipſa urbe tentatum eſt, cum occupata Tribunitijs ſeditionibus ciuitate Capitolium obſeſſum eſt, & à conſule captum. Sed hic tumultus magis fuit quàm bellum. Mox imperio per diuerſa terrarũ occupato, quis crederet
3 Siciliam multò cruentius ſeruili, quam Punico bello eſſe uaſtatam? Terra frugũ ferax, & quodammodo ſuburbana prouincia latefundijs ciuium Latinorũ tenebat. Hic ad cultũ agri frequentia ergaſtula, catenatiq; cultores materiam bello prębuere. Syrus quidam nomine Eunus (magnitudo cladium facit ut meminerimus) fanatico furore ſimulato, dum
4 Syriæ deæ ceremonias iactat, ad libertatem & arma ſeruos quaſi numinum imperio concitauit: id ut diuinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam ſulphure, & igne ſtipauerat, leuiter inſpirans flammam inter uerba fundebat. Hoc miraculum primum duo milia ex obuijs mox iure belli refractis ergaſtulis xl. amplius milium fecit exercitum. Regijſq; nequid malis deeſſet, decoratus inſignibus, caſtella, oppida, uicos, miſerabili direptione uaſtauit. Illud quoq; in ultimum belli dedecus, capta ſunt caſtra prætorum nec nominare ipſos pudet, caſtra Manilij, Lentuli, Piſonis, Hipſei. Itaq; qui per fugitiuos diſtrahi debuiſſent, prætorios duces profugos prælio ipſi ſequebãtur. Tandem Perpenna Imperatore ſupplicium de eis ſumptum eſt. Hic enim uictos, & apud Ennam nouiſsimè obſeſſos, cum fame quaſi peſtilẽtia conſumpſiſſet, reliquias latronum compedibus, catenisq; religauit, cru
5 cibuſq; puniuit. Fuitq; de ſeruis ouatione contentus, ne dignitatem, triũphi ſeruili inſcri-
6 ptione uiolaret, Vix dum reſpirauerat inſula, cum ſtatim a ſeruis & à Syro reditur ad Ciliſsem. Athenio paſtor, interfecto domino, familiam ergaſtulo liberatam ſub ſignis

ordinat. Ipſe ueſte purpurea, argẽteoq́ baculo, et regium in morem fronte redimita, non minorem quam ille fanaticus prior conflat exercitum, acriuſq́ multum quaſi & illum uindicaret, uicos, caſtella, oppida diripiens, in dominos, in ſeruos infeſtius quàm in trãsfugas ſæuiebat. Ab hoc quoq́ prętorij exercitus cæſi, capta Seruilij caſtra, capta Luculli. Sed Aquilius Perpennæ uſus exemplo interclusum hoſtem commeatibus ad extrema compulit, communitaſq́ copias, armis, fame, facilè deleuit, dediſſentq́ ſe niſi ſuppliciorum metu uoluntariam mortem pretuliſſent. Ac ne de duce quidem ſupplicium exigi potuit quam uis in manus uenerit. Quippe dũm circa ad deprehendendum eum multitudo contendit, inter rixantium manus præda lacerata eſt.

Cap. XIX.

Vtcunque etſi cum ſocijs nefas &c.) Seruile bellum, quod in Sicilia geſtum eſt, ſcribunt Flo. 56. Abbre. Plut. in Craſſo. Oro. cap. 5. 5 Eutro. cap. 3. 4. Euſeb. lib. temporum, Aug. cap. 26. 3. Ciui. Val. cap. 2. 2. cap. 10. 6. Ad uertendũ hoc bellũ geſtum ante bellum ſociale, ut ex ꝓceſſu ſcriptorũ uidere licet. Eutro. præterea dicit geſtũ anno. 650. Seruile uerò anno. 662. ab urbe condi. Author Solinus. cap. 2. Tẽpore igitur ſociale bellum poſterius eſt, ſed dignitate prius. 1

Primum Seruile bellum inter initia urbis. &c.) Seruitia (inquit lib. 4. Liuius) urbem ut incenderent, diſtantibus locis coniurant: populoq́ ad opem paſsim ferenda tectis, intento ut arcem, Capitoliũq́ armati occuparent. Auertit nefanda conſilia Iupiter. &c. 2

Sicilia terra frugum ferax. &c.) Luca. in. 3. de Sardinia, & Sicilia loquens. *Vtraq́ (inquit) frugiferis eſt inſula nobilis aruis. Nec plus Heſperiam longinquis meſsibus ullæ, Nec Romana magis compulerunt horrea terræ. Vbere uix glebæ ſuperat ceſſantibus auſtris, Cum medium nubes Borea cogente ſub axem. Effuſis magnum Libyæ tulit imbribus annum.* Inde fingitur Cererem in Sicilia fruges inueniſſe. &c. 3

Dum Syriæ Deæ. &c.) Ne ſim promiſsis longior, ac ne aliorum reperta mihi tribuam ut nonnulli inuerecundè factitant, de dea Syria lege Dialogum Luciani, qui de dea Syria ſcriptus eſt, cuius ſententiã recitat copioſè Beroaldus. 25. annotat. & melius in commen 8. de Aſino aureo Apulei. Cui adde (ut aliquid ex noſtris inſeram) Aſſyrij deo, quem ſummum, maximumq́ uenerantur AD AD nomen dederunt Eius nominis interpretatio ſignificat unus, hunc ergo ut potentiſsimũ adorant deũ. Sed ſubiũgunt ei deam nomine Atargatim, oẽmq́ poteſtatẽ cũctarum rerũ his duobus attribuũt, Atargatis ſimulachrum ſurſum uerſum reclinantis radijs inſigne eſt, monſtrando radiorum in ſuperne miſſorum enaſci quæcunq́ terra progenerat. Hæc ex Macrobio primo Saturna. Hanc deam Græci Dercetin nominant. Quidam Rheam ut docet Diodo. in. 3. Strabo dicit uocari etiam Atharam. Fabulã de ea in piſcem uerſa narrat Ouid. 4. Meta. Quarto aũt Faſ. uocat paleſtinas deas, quoniam Paleſtina Aſſyrię regio eſt. *Et modò tolle faces* (inquit) *remoue modò uerbera clamat, Sæpe Paleſtinas iurat adeſſe deas.* Sed iam ſatis, ſupq́. 4

Crucibuſq́ puniuit. &c.) Inter cętera ſeruorum ſupplicia, crucis ſupplicium peculiare erat. Erat enim ut ait libro quarto Lactantius ignominioſum, atque infame. Romanum præterea ciuem, cruci affigi, contra omnes leges erat. Scipio ſuperior, deuicta Carthagine, ciues Romanos, qui ex Romanis exercitib, ad Pœnos tranſierant, tanquam patriæ fugitiuos, crucibus affixit. Val. cap. 2. 2. Carthaginenſes etiam duces ſuos, bella paruo conſilio gerentes, etiam ſi proſpera fortuna conſecuta eſſet, cruci affigebant. Quod enim bene geſſerant, deorum immortalium adiutorio: quod malè commiſerant, ipſorum culpæ imputabant. Val. ibidem. 5

Fuitq́ue de ſeruis ouatione contentus. &c.) Quis primus ouans ingreſſus urbem eſt, & qua corona ouans coronabatur, Lege apud Plinium cap. 29. 15. 6

Bellum Spartacum. Cap. XX.

Enimuero Seruilium armorum dedecus feras, nam & ipſi per fortunã in omnia obnoxij, tamen quaſi ſecundum hominum genus ſunt, & in bona libertatis noſtræ adoptantur. Bellum Spartaco duce concitatum quo nomine appellem neſcio. Quippe cum ſerui militauerint, gladiatores imperauerint, illi infimę fortis homines. Hi peſsimam auxere ludibrio calamitatem. Spartacus, Chryſus, & Oenomaus, effracto Lentuli ludo, cum ſeptuaginta, aut amplius eiuſdem fortunæ uiris eruperunt Capua, ſeruiſque ad uexillum, & ad auxilium uocatis, cum ſtatim decem amplius milia coiſſent hominum, non modò effugiſſe contenti, iam uindicari etiam uolebant. Prima uelut ara Iuris mons Veſuuius placuit, ibi cum etiam obſiderentur à Clodio Glabro per fauces caui mõtis uitigineis delapſi uinculis ad imas eius deſcendere radices, & exitu in uno nihil tale opinantis ducis ſubito

ſubito impetu caſtra rapuere. Inde alia caſtra. Deinceps Thoram, totamq; peruagantur Campaniam nec uillarum atq; uicorum uaſtatione contenti. Nolã, atq; Nuceriã, Turios, atq; Metapontum terribili ſtrage populantur, affluentibus in diem copijs. Cũ iam eſſet iuſtus exercitus, è uiminibus, pecudũq; tegumentis inconditos ſibi clypeos, et ferro ergaſtulorum recocto, gladios, ac tela fecerunt. Ac ne quod decus iuſto deeſſet exercitui, domitis obuijs gregibus paratur equitatus, captaq; de prætorib. inſignia, & faſces ad ducem detulere, nec abnuit ille de ſtipẽdiario. Thrace miles, de milite deſertor, inde latro, deinde in honore uirium gladiator, qui defunctorum quoque prȩlio ducum funera Imperatoris celebrauit exequijs, captiuoſque circa rogum iuſsit armis depugnare. Quaſi plane expiaturus omne præteritum dedecus, ſi de gladiatore munerator fuiſſet. Inde iam conſulares quoque aggreſſus, in Appennino Lentuli exercitum cȩcidit, apud Mutinam Caij Craſsi caſtra deleuit. Quibus elatus uictorijs de inuadenda urbe Romana quod ſatis eſt turpitudini noſtræ deliberauit, tandẽ etiam totis uiribus contra Mirmilonem conſurgitur, pudoreq; Romanum Licinius Craſſus aſſeruit, à quo pulſi, fugatiq; (pudet dicere) hoſtes in extrema Italiæ conſurrexerunt, ibi circa Brutium angulum cluſi, cum fugam in Siciliã pararẽt, neq; nauigia ſuppeterẽt, rateſq; ex cratib. & dolia connexa uirgultis in rapidiſsimo freto fruſtra experirentur, tandem eruptione facta, dignam uiris obiere mortem, & quod ſub gladiatore duce oportuit, ſine miſsione pugnatum eſt. Spartacus ipſe in primo agmine fortiſsimè dimicans quaſi Imperator occiſus eſt.

Cap. XX.

1 *Enimuero Seruilium armorum. &c.*) De bello contra Sparthacum geſto, ſcribunt Flo 95. Abbr. Oro. c. 25. 5. Eutr. cap. 2. 6. Fronti. cap. 5. & 7. primi. Augu cap. 26. 3 Ciui. Copioſè Plutar. in Craſſo. Appi. 1 lib. bellorum ciuilium. De Lentulo ſæpe habetur mentio apud Val. Max. cap. ultimo. 1. cap. 3. 5. cap. 11. 6 & alibi frequẽter. Sparthacum bellum ſic cecinit Claudia. in bello Getico. *Vilis cum Spartacus omne*
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni
Conſulibuſq; palam totiens congreſſus inertes
Exuerit caſtris dominos, & ſtrage pudenda,
Puderit imbelles aquilas ſeruilibus armis.
Meminit Luca. 2. Pharſaliæ. L. Craſſus de fugitiuis & Sparthaco laurea coronatus inceſsit, cum anteà ouantes myrtea uterentur corona, Author Plin. cap 29. 15.

Bellum Ciuile Marianum. Cap. XXI.

HOc deerat unum, populi Romani malis, iam ut ipſe intra ſe parricidiale bellum domi ſtringeret, & in urbe media ac foro, quaſi arena ciues cum ciuibus ſuis gladiatorio more concurrerent, æquiore animo utcunque ferrem ſi plæbei duces, aut ſi nobiles, mali ſaltem, ducatum ſceleri præbuiſſent. Cum uerò (proh facinus) qui uiri? qui imperatores? decora, & ornamenta ſæculi ſui, Marius, & Sylla peſsimo facinori ſuam etiã dignitatẽ prȩbuerũt. Tribus ſic dixerim, ut ſyderibus agitatũ eſt. Primo & leui, & modico tumultu, maiore quàm bello intra ipſos armorum duces ſubſiſtente ſæuitia. Mox atrocius, & cruẽtius per totius uiſcera ſenatus graſſante uictoria. Vltimũ nõ ciuicã modò, ſed hoſtilẽ quoq; rabiem ſupergreſſum eſt, cum armorũ furor totius Italiæ uiribus niteretur, eouſq; odijs ſęuientib. donec deeſſent, qui occiderentur. Initium & cauſa belli, inexplebilis honorũ Marij fames, dum decretam Syllæ prouinciã, Sulpitia lege ſollicitat. Sed impatiens iniuriæ ſtatim Sylla legiones circumegit, dilatoq; Mithridate, Exquilina, Collinaq; porta geminũ agmẽ urbi infudit. Vnde cum ſubito Sulpitius, & Albinouanus obieciſſent cateruas, ſudeſq;, & ſaxa undiq; à mœnibus ac tela iacerentur, ipſe quoq; iaculatus incendio uiam fecit, arcemque Capitolij, quæ Pœnos quoq;, Gallos etiam Senonas euaſerat, quaſi captiuam uictor inſedit. Tum ex ſenatus conſulto, aduerſarijs, hoſtibus iudicatis, in præſentem tribunum aliosque diuerſæ factionis iure ſæuitum eſt. Marium ſeruilis fuga exemit, imò fortuna alteri bello rȩſeruauit. Cornelio Cinna, Cneo Octauio conſulibus malè obrutum reſurrexit incendium, & quidem ab ipſorum diſcordia, cum de reuocandis, quos ſenatus hoſtes iudicauerat, ad populum referretur. Cincta quidem gladijs cõtione, ſed uincẽtib. quib. pax & quies potior, profugus patria ſua Cinna cõfugit ad partes, redit ab Africa Marius, clade maior

maior,ſiquidem carcer,catenæ,fuga,exilium,horrificauerant dignitatem. Itaq; ad nomen 2
tanti uiri laté concurritur,ſeruitia(proh nefas et ergaſtula armantur,& facilè inuenit exer
citũ miſer Imperator.Itaq; ui patriã repoſcens,unde ui fuerat expulſus,poterat uideri iure
agere,niſi cauſam ſuam ſæuitia corrũperet,ſed cũ dijs hominibuſq; infeſtus rediret, ſtatim
primo impetu cliẽs,& alumna urbis hoſtia, nefanda ſtrage diripitur.Mox in urbẽ quadru
plici agmine intratur,diuiſere copias Cinna,Marius,Carbo,Sertorius.Hic poſtquam ma-
nus omnis Octauij depulſa Ianiculo eſt,ſtatim ad principum cędẽ ſigno dato aliquãto ſæ- 3
uius,quàm aut in Punica,aut in Cymbrica urbe ſæuitur. Octauij cõſulis caput pro roſtris
exponitur.Antonij cõſularis,in Marij ipſius mẽſis.Cęſar & Fimbria in penatib. domorum
ſuorũ trucidãtur.Craſsi pater,& filius in mutuo alter alterius aſpectu.Bebiũ,atq; Numito
riũ per mediũ forũ unci traxęre carnificũ ,Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtiũ exemit.
Merula flamẽ Dialis in capitolio,Iouis ipſius oculos uenarum cruore reſperſit.Arquarius
ipſo uidẽte Mario confoſſus eſt,quia fatalẽ illam.ſ.manũ nõ porrexerat ſalutãti. Hæc tot ſe
natus funera intra Calendas Idus Ianuarij menſis, ſeptima illa Marij purpura dedit. Quid
futurum fuit ſi annum conſularis impleſſet?Scipione, Norbanoq; conſulibus tertius ille
turbo ciuilis inſaniæ toto furore detonuit.Quippe cum hinc vij.legiones,inde quingentæ
cohortes ſtarent in armis.Inde ab Aſia cum uictore exercitu Sylla properat,& ſanè cum tã
ferus in Syllanos Marius fuiſſet quanta ſæuitia opus erat, ut Sylla de Mario uindicaretur.
Primũ apud Capuam ſub amne Vulturno ſigna concurrunt, & ibi ſtatim Norbani fuſus
exercitus,ſtatim omnes Scipionis copiæ oſtentata ſpe pacis oppreſſæ. Tum Marius iuue-
nis,& Carbo conſules,quaſi deſperata uictoria ne multi perirẽt,ſanguine ſenatus ſibi parẽ
tabant,obſeſſaque curia,ſic de ſenatu quaſi de carcere, qui iugularentur educti. Quid
funerum in foro,in circo,in patentibus templis?Nam cũ Mutius Scæuola põtifex Veſta-
les amplexus aras,tantũ nõ eodẽ igne ſepelitur,Lamponius,atq; Theleſinus Samnitũ du-
ces atrocius Pyrrho et Hãnibale Cãpaniã,Ethruriãq; populãtur,et ſub ſpecie partiũ ſe uin
dicãt.Apud ſacriportum,Collinamq; portã debellatę omnes hoſtiũ copię.Ibi Marius, hic 4
Theleſinus oppreſsi,nec idem tamen cædium, qui bello, finis fuit.Stricti enim & in pace
gladij,animaduerſumq; in eos,qui ſe ſponte dederãt.Non minus eſt,quod apud ſacripor-
tum,apud Collinam lxx.amplius milia Sylla cõcidit.Bellum erat: quatuor milia deditorũ
inermium ciuiũ in uia pub.interfici iuſsit,iſti tot in pace non plures ſunt,quis autẽ illos po 5
teſt cõputare,quos in urbe paſsim quiſquis uoluit occidit?donec admonẽte Furfidio ui-
uere aliquos debere,ut eſſent,quibus imperarẽt,propoſita eſt ingẽs illa tabula, & ex ipſo e
queſtris ordinis flore, ac ſenatu duo milia electi qui mori iuberẽtur:noui generis edictum
piget poſt hæc referri,ludibrio abdita fata Carbonis,fata Sorani prætoris,atq; Venuleij.Be
bium ſine ferro ritu ferarũ inter manus laceratum. Marium dncis ipſius fratrẽ apud Catu
li ſepulchrum,oculis,manibus,cruribuſq;,ſeruatum aliquamdiu, ut per ſingula membra
moreretur,poſitis ſingulorum hominum ferè pœnis, municipia Italiæ ſplendidiſsima ſub
haſta uenierũt,Spoletum,Interamnum,Pręneſte, Fluentianam,Sulmonem uetus oppidũ
ſocium atq; amicum,facinus indignũ,nondum expugnatum,ut obſides iure belli,& mor
te damnati duci iubentur,ſic damnatam ciuitatem iuſsit Sylla deleri.

Cap. XXI.

Hoc deerat unum.&c.)Bellum Marianum ſcribunt ferè omnes .Florus libro .77.Abbre. & ſequentibus. 1
Plutar.in uitis Marij,& Syllæ. Auguſt.cap.27.& 28.3.Ciui. Eutro.libr.5.pertotum.Oro.cap.19.5. Plin ca.
67.&.68.&.69.75.de uiris illu.Copiosè Appia.1.bellorum ciuilium. Val.lib.1.ca.de Ominibus cap.3. &.5.
2.cap.8.&.11.6.cap.16.8.cap.2.&.7 noni. Solinus cap.40.Plura Luca.lib.2.ibi. *Atque aliquis magno.&c.*
Siquidem carcer.&c.)Pro hac hiſtoria,Lege Val.cap.5.2.& quos ſuprá citauimus. Luca.2 . Pharſaliæ ibi. 2
Exul limoſa &c. Pro his,quæ de crudelitate Marij,hic dicuntur,lege præter alios Val.cap.2.9.Et Luca.
in 2.ibi. *Quis fuit ille dies.&c.* per totum.Quæ de Sylla hic dicuntur præter alios Val.cap.3.2.cap.8.3.ca.67.
cap.2.&.7.9.Plin.cap.43.7.ca.6.22. Plura Luca.2.Pharſaliæ.ibi. *Sylla quoq; immenſis.*
Cice.2.Officiorum.Aug.cap.28.3.Ciui.Plin.cap.75.de uiris illuſt.

Ad prima

3 *Ad principum cædem.&c.*)Id eleganter canit Luca.in.2.*Nobilitas cum plebe perit,lateq; uagatur Enſis,& à nullo reuocatum eſt tempore ferrum.Stat cruor in templis.&c.* De Antonio præter alios Luca.in.2. *Aut te præſage malorum Antoni,cuius laceris pendentia canis Ora ferēs miles feſtæ rorantia menſæ Impoſuit.* De Craſsis patre &,filio Luc.ubi ſuprá *Trūcos lacerauit fimbria Craſſos. Sæua tribunitio maduerunt robora tabo.* De Bœbio idem Luc. *Vix te ſparſum per uiſcera Bœbi Innumeras inter carpentis membra coronæ Diſcerpiſſe manus.* De Scæuola Luc.ibidem. *Te quoq; neglectum uiolatæ Scæuola dextræ.&c.*

4 *Apud Sacriportum.&c.*)Luca eodem.2. *Iam quot apud ſacri cecidere cadauera portum.&c.* Late Val.cap.2.9. Item cæteri,qui ſupra.De Mario patre præter citatos,lege Iuuenalem Saty.8.ibi. *Arpinas alius.&c.* Idem Saty.10. *Exilium,& carcer,Minturnarumq; paludes.&c.*

Bellum Sertorianum. Cap. XXII.

1 BEllum Sertorianum quod aliud, quam Syllanæ proſcriptionis hæreditas fuit? hoſtile potius an ciuile dixerim neſcio,quippe quod Luſitani, Celtiberiq; Romano geſſe-
2 rint duce.Exul,& profugus feralis illius tabulæ uir ſummę quidem,ſed calamitoſæ uirtu tis,malis ſuis maria,terraſq; permiſcuit,etiam Africa iam,& Balearibus inſulis fortunam expertus,miſſusq; in Oceanum fortunatas inſulas penetrauit:tandē Hiſpaniam armauit, ubi uir cum uiris facilè cōuenit,nec aliter magis apparuit Hiſpani militis uigor,quam Ro mano duce,quanquam ille non contentus Hiſpania, ad Mithridatē quoq;,Ponticosq; reſpexit,regemq; claſſe iuuit,et quid futurum fuit,ſatis tanto hoſti? Vno imperatore reſiſtere res Romana non potuit.Additus Metello Cneus Pompeius,hi copias uiri diu,& ancipiti ſemper acie atriuere,nec tamen prius bello,quā ſuorū ſcelere,& inſidijs extinctus.Copias eius propè tota Hiſpania perſecuti,diu & ancipiti ſemper acie domitauerunt. Prima per legatos certamina habita cū hic Domitius,& cohortes,inde Herculei perluderēt,mox his apud Segoniā, illis apud Anam flumē oppreſsis ipſi duces cominus inuicē experti,apud Lauronem,atq; Sucronē ęqua uerè clades.Tum illis ad populationē agrorū,his ad urbiū excidia cōuerſis,miſera inter Romanos duces Hiſpania diſcordiæ pœnas dabat donec oppreſſo domeſtica fraude Sertorio,uicto,deditoq; Perpenna,ipſę quoq; in Romanā fidē uenere urbes Oſca,Terme,Tutia,Valentia,Auxima,& in fame nihil non experta Calagurris.Sic recepta in pacem Hiſpania,uictores duces externum id magis,quam ciuile bellum uidere uoluerunt,ut triumpharent.

Cap. XXII.

1 *Bellum Sertorianum.&c.*) Quæ hoc.xxij.capite ſcribit Florus.Lege apud Appia.1. bellorum ciuilium Abbre.Liuij lib.90.& ſequentibus.Plura Plutar.in uita Sertorij Val.lib.1.cap.de Simulata religione. Item cap.3.7.Plin.cap.36.&.77.de uir.ill.Eutro.in principio. 6. Hic Sertotius ceruam candidam inſignis formæ per Luſitaniam ducebat,& ab ea quæ agenda, aut uitanda eſſent moneri ſe aſſeuerabat,ut Barbari ad omnia tanquam diuinitus imperata obedirent.Front.ca.11.1.Idem.cap.5.&,10. primi.cap.1.2.ca.7.4. Oroſius cap.22.quinti.

2 *Exul.& profugus feralis illius tabulæ.&c.*)Tabulæ proſcriptionis Syllæ meminerunt Plin. cap.41.7.Val.cap.2.9.Aug.cap.28.3.Ciui.Iuuena.Saty.2.*In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres.* Val.dicit numerum proſcriptorum fuiſſe ad quatuor milia.

Bellum Ciuile ſub Lepido. Cap. XXIII.

1 MArco Lepido,Quinto Catulo conſulibus, ciuile bellum penè citius oppreſſum eſt quam inciperet,ſed quantum,lateq; fax illius motus ab ipſo Syllæ rogo exarſit? Cupidus namq; rerum nouarum per inſolentiam Lepidus,acta tanti uiri reſcindere parabat, nec immeritò,ſi tamē poſſet ſine magna clade Reip.Nam cum iure belli Sylla dictator proſcripſiſſet inimicos,qui ſupererant reuocāte Lepidó,quid aliud,quàm ad bellum uocabantur? Cū damnatorū ciuiū bona addicēte Sylla quāuis malè capta,iure tamē repetitio eorū procul dubio labefactabat compoſitam ciuitatem. Expediebat ergo quaſi ægre, ſauciæq; reip.requieſcere quomodocūq;,ne uulnera curatiōe ipſa reſcinderētur. Ergo cū turbidis contionib.uelut claſsico ciuitatē terruiſſet,profectus in Ethruriā,arma inde,et exercitum

urbi

urbi admouerat. Sed iam Miluium pontem, collemq; Ianiculum Luctatius Catulus, Cneus Pompeius, Syllanæ dominatiõis duces, atq; ſigniferi alio exercitu inſederāt. A quib. primo ſtatim impetu retro pulſus, hoſtiſq; à ſenatu iudicatus incruēta fuga Ethruriā, inde Sardiniam receſsit. Ibi quoq; morbo, & pœnitentia interijt. Victores, quod non tenuere alijs in ciuilibus bellis, pace contenti fuerunt.

Cap. XXIIII.

Marco Lepido, Quinto Catulo conſul. &c.) Florus 90. Abbre. Plutar. in Pomp. Appia. 1. bellorum ciuilium. Val. cap. 3. 2. Eutro in fine. 5. Oro. in fine. 5. Plin. cap. 77. de uiris illuſtribus. In Lepidorum gente ait Plin. ca. 12. 7. tres intermiſſo ordine, obducto membrana oculo genitos accepimus. Idem dicit Solin. cap. 5. Lepidus is (inquit Donatus) dicitur in quo lepó ris, id eſt uenuſtatis eſt plurimum. Hic Lepidus Catulli in conſulatu collega, primus omnium limina, ex Numidico marmore, in domo poſuit, magna reprehenſione. Is fuit Conſul anno urbis. 666. Author Plin. cap. 6. li. 36. Euſebius lib. temporum dicit Olymp. 675. hoſtem publicè iudicatum.

Lucii Flori geſtorum Romanorum epitomes Liber Quartus.

Bellum Catilinæ. Cap. I.

CAtilinam luxuria primùm, tunc hinc conflata ęgeſtas rei familiaris, ſimul occaſio, quod in extremis finibus mundi, arma Romana peregrinabantur in nefaria conſilia opprimendæ patriæ ſuæ compulere, ſenatum confodere, cõſules trucidare, diſtringere incendijs urbe, diripere ęrariū, totā deniq; rēpub. funditus tollere, & quicquid nec Hānibal uideretur optaſſe. Quib. id nefas ſocijs aggreſſus eſt? Ipſe patricius, ſed hoc minus eſt. Curij, Portij, Syllæ, Cethegi, Antonij, Varguntei, atq; Longini. Quæ familię? Quę ſenatus inſignia? Lētulus quoq; tūc maximè p̄tor, hos omnis immaniſsimi facinoris ſatellites habuit. Additum eſt pignus cõiuratiõis ſanguis humāus, quē circūlatū pateris bibêre, ſummū nephas, niſi āplius eſſet propter quod biberūt. Actū erat de pulcherrimo imperio, niſi illa coniuratio in Ciceronem, & Antonium conſules incidiſſet, quorum alter induſtria rem patefecit, alter manu oppreſsit. Tāti ſceleris indicium per Fuluiam emerſit, uiliſsimū ſcortū, ſed parricidij innocens. Conſul habito ſenatu in præſentem parricidā reum Cicero perorauit, ſed nō amplius profectū, q̄ ut hoſtis euaderet, ſeq; palā profeſſo, incendiū ſuū reſtincturū ruina minaretur. Et ille quidem ad præparatū à Manlio in Ethruria exercitū proficiſcitur, ſigna illaturus urbi. Lentulus, deſtinatū familiæ ſuæ Sibyllinis uerſibus regnū ſibi uaticinans ad prę ſtitutū à Catilina diem urbe tota, uiros, faces, tela diſponit. Nec ciuili conſpiratione contētus, legatis Allobrogum, qui tum fortè aderant, in arma ſolicitatis. Et iſſet ultra Alpes furor, niſi altera proditione, Vulturij prætoris literæ tenerētur. Statim Ciceronis imperio iniecta eſt Barbaris manus. Palàm prætor in ſenatu conuincitur. De ſupplicio agētibus Cæſar parcendum dignitati. Cato animaduertendū pro ſcelere, cenſebat, quā ſententiā ſecutis omnib. in carcere parricidæ ſtrangulātur, quāuis parte coniurationis oppreſſa, tamē ab incepto Catilina non deſtitit, ſed infeſtis ab Ethruria ſignis, patriàm petēs obuio Antonij exercitu opprimitur. Quā atrociter dimicatum ſit exitus docuit. Nemo hoſtiū bello ſuperfuit, quem quis in pugnando ceperat locum, eum amiſſa anima, corpore tegebat. Catilina longè à ſuis inter hoſtium cadauera repertus eſt, pulcherrima morte, ſi pro patria ſic concidiſſet.

Cap. I.

Catilinam Luxuria primùm. &c.) Bellum Catilinarium ſcribunt ferè omnes. Florus. 102. & 103. Abbre Item Saluſtius. Appia. libro ſecūdo bellorum ciuilium. Plutarchus in uitis Syllæ, Ciceronis, & Iulij Cæſaris.

Val.

Val.cap.8.5.& cap. 1. & 11. 1. Auguſt.cap.5.1. & 23.2. Ciuitatis. Oroſi. cap.6.6. Extant quatuor Cic. Inuectiuarum in. L. Catilinam libri, quibus rem totam ſimul, & eleganter complexus eſt. Meminit Euſeb. li. temporū. & Plin. cap. 28. 7. naturalis hiſtoriæ. Iuuenalis Satyra 10. *Hoc cruciatu Lentulus, hac pœna caruit, ceciditq; Cetegus Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.* Geſtū eſt aūt bellū hoc anno 689. ab urbe condita, Authore Eutrop. cap. 4.6. Sed uidetur legendū 669. Deprauatus eſt numerus annorū apud Oroſ. 799. pro 699. Plin. cap. 39. 9. dicit Ciceronem fuiſſe conſulem anno, urbis conditæ 700. in cuius conſul. hæc geſta ſunt. Pro Cice. geſtis, lege quæ ſcribit Plin. cap. 30. 7. Ob id factum Cicero pater patriæ à Catone Vticenſi primū appellatus eſt. Plin. cap. 30. 7. Plutarch. in uita Ciceronis. Iuuenalis Saty. 8. *Sed Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.* Lucanus in 7. *Cunctorum uoces, &c.*

2 *Luxuria primum, tum hinc conflata egeſtas rei familiaris, &c.*) Plautus in principio Trinummi fabulæ, facit Luxuriam Inopiæ matrem. hinc Claudia. 1. in Ruffi. *Et luxus populator opum, cui ſemper adherens Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.*

3 *Additum eſt pignus coniurationis ſanguis humanus, &c.*) Hunc morem Scytharum quorundam eſſe cap. 25. ſcribit Solinus. Scytharum (inquit) gentes amant prælia, interemptorum cruorē è uulneribus ipſis bibunt. Numero cædium honor creſcit, quarum expertem eſſe apud eos probrum eſt. Hauſtu mutui ſanguinis fœdus ſanciunt. Non ſuo tantùm more, ſed Medorum quoq; uſurpata diſciplina. Cætera omnia, lege apud Saluſtium, & Appian.

Bellum Cæſaris, & Pompei. Cap. II.

1 IAm penè toto orbe pacato, maius erat imperium Romanum, quàm ullis externis uiribus extingui poſſet. Itaq; inuidens fortuna principi gētium populo, ipſum illum in exitium ſuum armauit, ac Mariana quidem, Cinnanaq; rabies intra urbem præcluſerat, quaſi experiretur. Syllana tempeſtas latius intra Italiam tum detonuerat. Cæſaris furor, atque Pompei, urbem, Italiam, gentes, nationes, totum deniq; qua patebat imperium, quodam
2 quaſi diluuio, & cum inflammatione corripuit, adeo ut non rectè tantùm ciuile dicatur, ac ne ſociale quidem, ſed nec externum, ſed potius cōmune quoddā ex omnibus, & pluſquam bellum. Quippe ſi duces eius inſpicias, totus ſenatus in partibus. Si exercitus hinc xi. legiones, in xviij. Flos omnis, & robur Italici ſanguinis. Si auxilia ſociorum, hinc Gallici, Germaniq; delectus, inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarchon, Dimotus Corinthius, omne Thraciæ, Cappadociæq;, Ciliciæ, Macedoniæ, Græciæ, Italiæ, totiusq; robur Orientis. Si moram belli, quatuor annis, & pro clade rerum breue tempus. Si locum, & ſpacium ubi commiſſum eſt, intra Italiam, inde ſe in Galliam, Hiſpaniamq; deflexit. Reuerſumq; ab occaſu totis uiribus in Epyro, Theſſaliaq; conſedit, hinc in Aegyptum ſubitò tranſilijt. Inde reſpexit Aſiam, Africæ incubuit. Poſtremo in Hiſpaniam remigrauit, & ibi aliquando defecit. Sed non & odia partium finita cum bello. Non enim prius quieuere, quàm in urbe ipſa, medio ſenatu eorum, qui uicti erant odio uictoris ſeſe cæde ſaciarēt.
3 Cauſa tantæ calamitatis, eadem quæ omnium, nimia felicitas. Siquidem Quinto Metello, & Lucio Afranio conſulibus, cum Romana maieſtas toto orbe polleret, recentesq; uictorias, Ponticos & Armenios triumphos; in Pōpeianis theatris Roma cantaret, nimia Pompei potentia apud ocioſos (ut ſolet) ciues mouit inuidiam. Metellus ob imminutum Cretæ triumphum, Cato aduerſus potentes ſemper obliquus, detrectare Pompeium, actiſq; eius obſtrepere. Hunc dolor tranſuerſum egit, & ad præſidia dignitati parāda impulit. Fortè tunc Craſſus genere, diuitijs, dignitate florebat, uellet tamen auctiores opes. Caius Cæſar eloquentia, & ſpiritu & iam conſulatu alleuabatur. Pompeius tamen ſuper utrūq; eminebat. Sic igitur Cæſare dignitatem comparare, Craſſo augere, Pompeio retinere cupientibus, omnibusq; pariter potentiæ cupidis, de inuadenda rep. facilè conuenit. Ergo cum mutuis uiribus in ſuum quiſq; decus niteretur, Galliā Cæſar inuadit, Craſſus Aſiam, Pompeius Hiſpaniā. Tres maximos exercitus, et iā ſic orbis imperium, ſocietatē triū principum occupatur, decem annos traxit iſta dominatio. Exinde quoniam mutuo metu tenebantur, Craſſi morte apud Parthos & morte Iuliæ Cæſaris filiæ, quæ nupta Pompeio, generi, ſoceriq; concordiā matrimonij fœdere tenebat, ſtatim æmulatio erupit. Iam Pompeio ſuſpectæ Cæſaris opes & Cæſari Pompeiana dignitas grauis, nec hic ferebat parem, nec ille ſuperiorem (nefas) ſic de principatu laborabant, tanquā duos tanti imperij fortuna

non caperet. Ergo Lentulo. Marcelloq; conſulibus rupta prima coniurationis fide, de ſuc
ceſſione Cæſaris ſenatus, idemq; Pōpeius agitabat, nec ille abnuebat, ſi ratio ſui proximis
comitijs haberetur conſulatus, abſenti, quem decē tribus fauente Pōpeio nuper decreue
rant. Tum diſſimulāte eodē negabant, ueniret, & peteret maiorū more. Ille cōtra flagitare
decreta, ac niſi in fide permanerent, nō ſe dimiſſurū exercitū. Ergo ut in hoſtē decernitur.
His Cæſar agitatus, ſtatuit præmia armorū, armis defendere. Prima ciuilis belli arena Ita-
lia fuit, cuius arces leuibus præſidijs Pōpeius inſederat, ſed omnia ſubito Cæſaris impetu
oppreſſa ſunt. Primo Arimino ſigna cecinerūt. Tum pulſus Ethruria, Libo, Vmbria Ther
mus, Domitius Corfinio, & peractum erat bellum ſine ſanguine ſi Pompeium Brunduſii 7
opprimere, ut ceperat, potuiſſet. Sed ille per obſeſſi clauſtra portus, nocturna fuga euaſit
(turpe dictu) modo princeps patrum pacis, belliq; moderator, per triumphatum à ſe mare
lacerata, & penè inermi naui fugiebat. Nec Pompeius ab Italia, quàm ſenatus ab urbe fu- 8
gatur prior, quam penè uacuam metu Cæſar ingreſſus, conſulem ſeipſe fecit. Aerarium 9
quoq; ſanctū quod quia tardius aperiebant Tribuni, iuſſit effringi cenſumq́;, & patrimo-
monium pop. Rom, ante rapuit q̄ imperiū. Pulſo, fugatoq; Pōpeio, maluit prius ordinare
prouinciā quam ipſum ſequi. Siciliā & Sardiniā annonæ pignora, per legatos habuit. Ni- 10
hil hoſtile erat in Gallia, pacem ipſe fecerat. Sed ad Hiſpanienſes Pōpei exercitus trāſeun
ti per eam duci portas claudere auſa Maſſilia eſt. Miſera dum cupit pacem, belli metu, in
bellum incidit, ſed quia tutis muris erat, uinci eam ſibi iuſſit abſenti. Græcula ciuitas non
pro mollicia nominis, & uallū cædere, & incēdere machinas auſa, & cōgredi nauibus. Sed
Brutus, cui mandatū erat bellū, uictos terra, mariq; perdomuit, mox dedentib. ſeſe ablata
omnia, pręter q̄ potiorē omnib. habebāt libertatē. Anceps uariūq;, & cruentū in Hiſpania
bellū, cum legatis Cnei Pompei Petreio, & Afranio, quos Ilerdæ caſtra habentes, apud Sy 11
corim amnem obſidere, et ab oppido intercludere aggreditur. Interim ab undatione uerni
fluminis cōmeatibus prohibet, ſic fame caſtra tentata ſunt, obſeſſorq; ipſe quaſi obſideba
tur. Sed ubi pax fluminis redit, populationibus, & pugna campos aperuit. Iterum ferox
inſtat & cedentes ad Celtiberiā conſecutus, aggere, & uallo, & per hæc ſiti ad deditionem
compulit. Sic citerior Hiſpania recepta eſt, nec ulterior morā facit. Quid enim una poſt
quinq; legationes? Itaq; ultro cedente Varrone, Gades, fretum, Oceanus, omnia felicita-
tem Cæſaris ſequebantur. Aliquid tamen aduerſus abſentem ducē auſa fortuna eſt. Cir-
ca Illirycum, et Africam, quaſi de induſtria proſpera eius aduerſis raderētur. Quippe cum
fauces Adriatici maris iuſſi occupare Dolobella, & Antonius. Ille Illyrico, hic Corcyreo 12
littore caſtra poſuiſſent, iam maria late tenente Pompeio, repente caſtra legatus eius Octa
uius Libo ingentibus copijs claſſicorum, utrumq; circūuenit, deditionem fames extorſit
Antonio. Miſſæ quoq; à Baſilo in auxilium eius rates, quales inopia nauium fecerat, noua
Pompeianorum arte Cilicum actis ſub mare funibus captæ, quaſi per indaginē, duas tamē
æſtus explicuit, una, quæ Opiterginos ferebat, in uadis hæſit, memorandumq; poſteris
exitum dedit. Quippe uix mille iuuenū manus, circūfuſi undiq; exercitus, per totū diem
tela ſuſtinuit, & cum exitū uirtus non haberet, tamen in deditionem uenirent hortante tri-
buno Vulteio mutuis ictib. in ſe cōcurrūt. In Africa quoq; par, & uirtus, & calamitas Cu- 13
rionis fuit, qui ad recipiēdam prouinciam miſſus, pulſo, fugatoq; Varrone iam ſuperbus,
ſubitū Iubæ regis aduentum, equitatumq; Maurorum ſuſtinere non potuit. Patebat ui-
cto fuga, ſed pudor ſuaſit, ut amiſſum ſua temeritate exercitū, morte ſequeretur. Sed iam 14
debitum pari fortuna flagitante ſedem bello Pompeius Epiron elegerat. Nec Cæſar mora
tus. Quippe ordinatis à tergo omnibus, quamuis hyems media prohiberet tempeſtate, ad
bellum nauigauit, poſitiſq; ad Oricum caſtris, cum pars exercitus inopiam nauium cum
Antonio dimiſſa Brunduſii moram faceret, adeo impatiens erat, ut ad arceſſendos eos,
ardente uentis mari, nocte concubia, ſpeculatorio nauigio, ſolus ire tentauerit. Extat 15
ad trepidū tanto diſcrimine gubernatorē uox ipſius. Quid times? Cæſarem uehis. Cōtra-
ctis in unum undiq; omnibus copijs, poſitiſq; cominus caſtris, diuerſa erant ducum
conſilia

conſilia. Cæſar pro natura ferox,& conficiendę rei cupidus, oſtentare aciem,prouocare, laceſſere,nunc obſidione caſtrorum,quæ erat ſexdecim millium,uallo obducta. Sed quid his obeſſet obſidio,qui patente mari omnibus copijs abundarent? Nunc expugnatione Dyrrachij irrita, quippe quam uel ſitus inexpugnabilem faceret. Ad hoc aſſiduis in eruptionem hoſtium prælijs,quo tempore egregia uirtus Scæuę Centurionis emicuit,cuius in ſcuto centum,atq; uiginti tela ſedêre.Iam uero direptione urbium ſociarum cum Oricum & Gomphos, & alia caſtella Theſſaliæ uaſtarent, Pompeius aduerſus hæc nectere moras,tergiuerſari ſimul,ut hoſtem interclusum undiq; inopia cõmeatuum terreret,utq;
10 ardentiſsimi ducis conſeneſceret impetus.Nec diutius profuit duci ſalutare conſiliũ.Milites otium,ſocij moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic præcipitantibus fatis,
17 pręlio functa eſt Theſſalia,& Philippicis campis, urbis imperij generis humani fata commiſſa ſunt.Nunquam ullo loco tantum uirium.P.R.tantum dignitatis fortuna uidit.Trecenta amplius milia hinc,& illinc præter auxilia regum & ſenatus. Nunquam imminentis ruinæ manifeſtiora prodigia, fuga uictimarum exanima, inſignes interdiu tenebræ. Dux ipſe,& nocturna imagine,theatri ſui audiens plauſum in modum planctus circũſonare,& mane cum pullo amiculo (nefas) apud principia conſpectus eſt. Nunq̃ acrior,neq; alacrior exercitus Cæſaris fuit.Inde claſsica prius,inde tela, annotatum quoq; cõmittẽtis aciem Craſtini pilum,qui mox adacto in os gladio, ſic inter cadauera repertus,libidinẽ,ac rabiẽ, qua pugnauerat,ipſa nouitate uulneris pręferebat.Sed nec minus admirabilior illius exitus belli.Quippe cum Pompeius adeo equitum copia abundaret, ut facile circumuenturus ſibi Cæſarem uideretur,circunuẽtus ipſe eſt.Nam cum diu æquo Marte contenderet, iuſſuq; Pompei fuſus à cornu erupiſſet equitatus repente hic ſigno dato, Germanorũ cohortes tantùm in effuſos equites fecere impetum,ut illi eſſe pedites,hi uenire in equis uiderentur.Hanc ſtragem fugientis equitatus leuis armaturę ruina comitata eſt.Tunc terrore latius dato turbantibus inuicem copijs,reliqua ſtrages,quaſi una manu facta eſt. Nec ulla res magis exitio fuit,quàm ipſa exercitus magnitudo.Multus in eo prelio Cæſar fuit,mediuſq; inter Imperatorem & militem uoces quoq; obequitantis exceptæ,altera cruenta, ſed docta,& ad uictoriam efficax Miles faciem feri,altera ad iactationem compoſita: Parce ciuibus, cum ipſe ſequeretur.Felicem utcunque in malis Pompeium,ſi eadem ipſum, quæ exercitum eius fortuna traxiſſet,ſuperſtes dignitatis ſuæ uixit , ut cum maiore dedecore per Theſſalica Tempe,equo fugeret,pulſus Hearis in deſerto Ciliciæ ſcopulo,fugã in Parthos,Africam,uel Aegyptum agitaret.Vt denique in Peluſiaco littore imperio uiliſſimi regis,cõſilijs Spadonum,& ne quid malis deſit Septimij deſertoris ſui gladio truci datus,ſub oculis uxoris ſuæ,liberorumq; moreretur. Quis non peractum eſſe cum Pompeio crederet bellum?atqui acrius multò,atque uehementius Theſſalici incendij cineres recaluere,& in Aegypto quidem aduerſus Cæſarem ſine partibus bellum. Quippe cum Ptolemæus rex Alexandriæ ſummũ ciuilis belli ſcelus peregiſſet, fœduſq; amicitiæ cum Cæſare medio Pompei capite ſanxiſſet, ultionem clariſsimi uiri manibus quærente fortuna cauſa non defuit. Cleopatra regis ſoror affuſa Cæſaris genibus, partem regni repoſcebat.Aderat puellæ forma, & quæ duplicaretur ex illo ꝙ talis paſſa uidebatur iniuriã.Odiũ ipſius regis,qui Pompei cędem partiũ fato, non Cæſari dederat,haud dubiè idem in ipſum auſurus ſi expediſſet.Quam ubi Cæſar reſtitui iuſsit in regnum,ſtatim ab eiſdem percuſſoribus Pompei obſeſſus in regia,quamuis exigua manu, ingentis exercitus molẽ mira uirtute ſuſtinuit. Ac primũ ædificiorũ proximorũ,atq; naualiũ incendio,infeſtorũ hoſtiũ tela ſubmouit. Mox peninſulã Pharõ ſubitus euaſit.Inde depulſus in maria mira felicitate ad proximam claſſem enatauit, relicto quidem in fluctibus paludamẽto,ſeu fato ſeu cõſilio, ut illud ingruẽtibus hoſtiũ telis ſaxiſq; peteretᷓ.Tamẽ receptus à claſsicis ſuis undiq; ſimul hoſtes adortus de imbelli ac perfida gẽte iuſta generi manibus dedit.Quippe & Theodotus magiſter,author totius belli, & ne uirilia quidem portenta,Photinus atq; Ganymedes diuerſi per mare & transfugio & morte conſumpti.Regis ipſius corpus obrutum in limo

 repertum

repertum eſt in aureę loricæ honore. In Aſia quoqꝫ nouus rerũ motus à Ponto planè, quaſi 21
de induſtria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum, ut à Pompeio pater, à Cę
ſare filius uinceretur. Rex Pharnaces magis diſcordiæ noſtræ fiducia, quàm uirtutis
ſuæ, infeſto in Cappadociam agmine ruebat. Sed hunc Cæſar aggreſſus uno, &, ut ſic dixe
rim, non toto prælio obtriuit more fluminis, quod uno eodemqꝫ momento uenit, percuſ-
ſit, abceſsit. Nec uana de ſe prædicatio eſt Cæſaris, antè uictũ hoſtem eſſe, quã uiſum. Sic cũ
exteris. At in Africa cũ ciuibus multò atrocius, quã in Pharſalia. Huc reliquias partiũ nau- 22
fragi quidã furoris æſtus expulerat. Nec reliquias diceres, ſed integrũ bellũ. Sparſæ magis 23
ꝗ̃ oppreſſæ uires erant. Auxerat ſacramentũ ipſa clades imperatoris. Nec degenerabat du
cum ſucceſsio. Quippe ſatis amplè ſonabant in Pompeiani nominis locum, Cato & Scipio
Acceſsit copijs Mauritanius rex Iuba, uidelicet ut latius uinceret Cęſar. Nihil ergo inter
Pharſaliam, & Thapſon, niſi quod amplior, eoqꝫ acrior Cæſarianorũ impetus fuit, indignã-
tium poſt Pompeium creuiſſe bellum. Deniqꝫ quod aliter nũquam ante imperium ducis
ſua ſponte ſigna cecinerunt. Strages à Iuba cœpit. Et Elephanti bellorum rudes, & nuper
à ſylua conſternati ſubito clangore, ſtatim & exercitus in fugam, & duces fortius, quàm ut
effugerent non inconſpicua tamen morte omniũ. Iam Scipio naue fugiebat, & aſſecutis
hoſtibus, gladium per uiſcera exegit, & ubi eſſet quodam requirẽte, reſpondit hoc ipſum.
Bene ſe habet Imperator. Iuba cum ſe recepiſſet in regiam magnificè epulatus, poſtero die
cum Petreio fugæ comite, ſuperqꝫ mẽſas & pocula interficiendum ſe ei præbuit. Ille & re-
gi ſuffecit, & ſibi. Cum interim ſemeſi in medio cyphi & parentalia fercula regio ſimul,
Romanoqꝫ ſanguine madebant. Cato non interfuit bello, poſitiſqꝫ ad Bragadã caſtris, Vti
cam uelut altera Africæ clauſtra ſeruabat. Sed accepta partium clade nihil cunctatus (ut
ſapiente dignum erat) mortẽ etiam lætus acciuit. Nam poſtquam filium comitesqꝫ ab am- 24
plexu dimiſit in nocte lecto ad lucernam Platonis libro, qui immortalitatem animæ docet,
paulum quieuit, tum circa primã uigiliam ſtricto gladio reuelatum manu pectus ſemel,
iterumqꝫ percuſsit. Auſi poſt hoc uirum medici uiolare fomentis. Ille paſſus, dum abſcede
rent, reſcidit plagas, ſecutaqꝫ uis ſanguinis moribundas manus in ipſo uulnere reliquit.
Quaſi non eſſet uſquam dimicatum, ſic arma rurſus, & partes, quãtoqꝫ Africa ſupra Theſ- 25
ſaliam fuit, tanto Africam ſuperabat Hiſpania plurimumque fauoris partibus dabat
fraternitas ducum, & pro uno duos ſtare Pompeios. Itaqꝫ nuſquam atrocius, nec tam anci
piti Marte concurſum eſt. Primũ in oſtio Oceani Varus, Didiuſqꝫ legati conflixere. Sed
acrius fuit cum ipſo mari, quã inter ſe nauibus bellum. Siquidem uelut furorem ciuium
caſtigaret Oceanus, utramqꝫ claſſem naufragio cęcidit. Qui nam ille horror? cum eodem
tempore fluctus, procellæ, armamenta confligerent, adde ſitus ipſius formidinem uergen-
tia in unum hinc Hiſpaniæ, inde Mauritaniæ littora. Mare & inteſtinum, & externum, im-
minentesqꝫ Herculis ſpeculas, cum omnia undique ſimul prælio, & tempeſtate ſæuirent
mox circa obſidiones urbium utrinqꝫ diſcurſum eſt. Quæ miſerę inter hos, atqꝫ illos duces
ſocietatis Romanæ pœnas dabant. Omnium poſtrema certaminum Munda. Hic non pro
cætera felicitate, ſed anceps, & diu triſte prælium, ut planè uideretur neſcio quid delibera
re fortuna. Sanè & ipſe ante aciem mœſtior non ex more Cæſar ſiue reſpectu fragilitatis
humanę, ſiue nimiam proſperorum ſuſpectam habens continuationem, uel eadem timens
poſtquàm idem eſſe cœperat quod Pompeius. Sed in ipſo prælio, quod nemo unquam
meminerat, cum diu pari Marte acies nihil aliud quàm occiderent, in medio ardore pug-
nantium ſubito ingens inter utroſque ſilentium, quaſi conueniſſent, hic omnium ſenſus
erat, nouiſsimè illud inuſitatum Cæſaris oculis (nephas) poſt xiiij. annos probata ue-
teranorum manus gradum retro dedit, quod & ſi nondum fugerat, apparebat tamen pu-
dore magis, quàm uirtute reſiſtere. Itaque ablegato equo ſimilis furenti primam in aci-
em procurrit. Ibi prenſare fugientes, confirmare, per totum denique agmen oculis, ma-
nibus, clamore uolitare. Dicitur in illa perturbatione, & de extremis agitaſſe ſecum,
& ita manifeſto uultu fuiſſet, quaſi occupare manu mortem uellet, niſi cohortes hoſtium
quinqꝫ

quinq; per tranſuerſam aciem actę, quas Labienus periclitantibus caſtris præſidio miſerat, fugæ ſpeciem prębuiſſent. Hoc aut & ipſe credidit, aut dux callidus attribuit in occaſionē, & quaſi fugientem inuectus ſimul & ſuorum erexit animos, & hoſtes perculit. Nam ij dũ ſe putant uincere, fortius ſequi, inde Pompeiani dum fugere credunt ſuos, fugere cœperunt. Quanta fuerit hoſtium cædes, ira, rabiesq; uictoribus ſic eſtimari poteſt. Hoc à prælio profugi cum ſe Mundę recepiſſent, & Cæſar obſideri ſtatim uictos imperaſſet, congeſtis cadaueribus, agger effectus eſt, quæ pilis, iaculisq; cõfixa inter ſe tenebantur, fœdum etiam inter barbaros. Sed uidelicet uictoriam deſperantibus Pompei liberis Cneum prælio profugum, crure ſaucio, deſerta & auia petentem Cenonius apud Laur onē oppidum cõſecutus pugnantem, nondũ deſperantem, interficit. Sextũ fortuna in Celtiberia interim abſcondit, alijsq; poſt Cæſarem bellis reſeruauit. Cæſar in patriam uictor inuehitur, primũ de Gallia triumphũ trãſmiſerat Rhenus, Rhodanus, & ex auro captiuus Oceanus. Altera laurus Aegyptia tunc in ferculis Nilus, Arſinoë, & ad ſimulachrũ ignium ardens Pharus. Tertius de Pharnace currus, & Ponto. Quartus Iubam, & Mauros, & his ſubactam oſtendebat Hiſpaniam. Pharſalia, & Thapſos, & Munda nuſq;, & quanto maiora erãt de quibus non triumphabat? Hic aliquando finis armis fuit. Reliqua pax incruēta, penſatũq; clementia bellum, nemo cæſus imperio pręter Afranium ſatis ignouerat ſemel, & Fauſtũ Syllam didicerat generoſum timere, filiamq; Pompei cum patruelibus ex Sylla, hic poſteris cauebatur. Itaque non ingratis ciuibus omnes unum in principem congeſti honores circa templa imagines, in Theatro diſtincta radijs corona, ſuggeſtus in curia, faſtigium in domo, menſis in cœlo, ad hoc pater ipſe patriæ, perpetuusq; dictator. Nouiſſimè dubium an ipſo uolente, oblata pro roſtris ab Antonio conſule regni inſignia. Quæ omnia uelut inſulæ in deſtinatam morti uictimam congerebantur. Quippe clementiam principis uicit inuidia, grauisq; erat liberis ipſa beneficiorũ potentia. Nec diutius dilatio donata eſt. Sed Brutus & Caſſius, alijq; Patricij conſenſerunt in cędem principis, Quanta uis fati. Manauerat late coniuratio, libellus etiam Cæſari datus eodem die, nec perlitare centum uictimis potuerat, uenit in curiam tamen expeditionem Parthicam meditans, ibi in curuli ſedētem
11 eum ſenatus inuaſit, tribusq; & uiginti uulneribus ad terram datus eſt. Sic ille qui terrarũ orbem ciuili ſanguine impleuerat, tandem ipſe ſanguine ſuo curiam impleuit.

Cap. II.

1 *Iam penè toto orbe pacato, &c.*) Bellum ciuile inter Cæſarem, & Pomp. ſcribunt in primis Cæſar ipſe tribus libris de bello ciuili. Abbreuiator Liuij lib. 109. & 7. ſequentibus Plutarch. in Cæſare, & Põpeio. Appian. lib. 2. bellorum ciuilium, copioſè. Aug. cap. 30. 3. Ciui Plin. cap. ult. de uiris illuſt. Eutrop. & Oroſius lib. 6. Val. Max. lib. 1. cap. de Prodigijs, & cap. de Ominibus cap. 5. 6. 4. cap. 1. & 5. Gell. cap. 18 15. Lucan. in decem libris Pharſaliæ. Plin. cap. 25. & 26. 7. Dicit idem Plin. cap. 24. 2. bello Pomp. & Cæſaris, terrificum ſydus uiſum, ac non leuiter expiatum. Pompon. ante ciuile bellum cum Cæſare grauiter ægrotauit, ſed liberatus ad plurima mala reſeruatus eſt. Lege Iuuen. Saty. 10. *Prouida Pompeio dederat Campania febres Optandas, &c.*

2 *Adeo ut non, &c.*) Hoc bellũ uocat Lucan. in primo pluſq; ciuile. *Bella per Emathios pluſquã ciuilia cãpos, &c.*

3 *Cauſa tantæ calamitatis, &c.*) Has cauſas eleganter cauit Lucan. in 1. ibi. *Fert animus cauſas tantarum expromere rerum, &c.* Vnde has aſſignat Lucan. cauſas, Fatum ipſum, nimiam Romanorum potentiam, diſcordem concordiam Pom. Craſſi, & Cæſaris, Craſſi, & Iuliæ mortē, ducũ ipſorũ ſuperbiã, & tandē publica urbis Romę paſſim uitia. Lege Cæſ. Appian. Suet. Plut. *Pulchris ſtare diu Parcarum lege negatur. Magna repente ruunt, ſumma cadunt ſubito.* Claud. & Laberius. Summũ ad gradũ (inquit) cum claritatis ueneris cõſiſte ægre, ne citius q̃ deſcēdas decidas Lucan. in primo. *Summisq; negatũ ſtare diu.*

4 *Morte Iuliæ, &c.*) Præter ſupradictos ſcribunt hoc idem, Valer. cap. 6. 4. Et Luca. in 1. *Nam pignora iuncti Sanguinis, & diro ferales omine tædas Abſtulit ad manes Parcarum Iulia ſæua Intercepta manu. quod ſi tibi fata dediſſent Maiores in luce moras, tu ſola furentem Inde uirum poteras, atq; hinc retinere parentem. Armatasq; manus, excuſſo iungere ferro. Vt generos ſoceri mediæ iunxere Sabinæ. Morte tua diſcuſſa fides, bellumq; mouere Permiſſum ducibus, ſtimulos dedit æmula uirtus.*

5 *Tanquam duos tanti imperij for. non caperet, &c.*) Lucan. in 1. *Diuiditur ferro regnum, populiq; potentis, Quæ mare quæ terras, quæ totum poſſidet orbem, Non cepit fortuna duos. Nec hic ferebat parem, &c.*) Lucan in 1. *Nec quenquam iam ferre poteſt Cæſarue priorem, Pompeiuſue parem.* Primo Arimino ſi-

gna. Lucan in 1. ibi. *Vicinusq́ minax*, &c. *Peractum erat bellum, &c.*) Hoc ſcribit Cæſar 1. Commen. belli ci- 7
uilis, & Lucan. pluribus carminibus idem canit 2. Pharſaliæ lib. ibi *At nunquam patiens, &c.* Qua arte tunc Pomp. euaſerit manus Cæſaris, docet Front. cap. 5. 1. *Per triumphatum à ſe mare lacerata, &c.*) Hoc eleganter cecinit Lucan. in fine 2. *Pelagus* (inquit) *iam Magne tenebas* *Non ea fata ferens, quæ quum ſu per æquora tota* *Prædonem ſequerere maris, laſſata triumphis* *Deſtituit fortuna tuis.* *Senatus ab urbe, fugatur.*) 8
Lucan. in 1. *Nec ſolum uulgus inani* *Percuſſum terrore pauet, ſed curia & ipſi* *Sedibus exilire patres inuiſaq́ belli* *Conſulibus fugiens mandat decreta ſenatus.* *Tunc quæ tuta petant, & quæ metuenda relinquant* *Incerti, &c.*

Aerarium quoq́ ſanctum, &c.) Quod hic ſcribit Florus, canit Lucan. lib. 3. multis carminibus ibi *Proti-* 9
nus abducto patuerunt templa Metello, &c. Ibidem etiam ſcribit ingentem auri copiam quod tunc in ærario continebatur. Lege ad hoc Plin. cap. 3. 33. naturalis hiſt. C. Cæſar (inquit) primo introitu urbis in ciuili bello ſuo, ex ærario protulit laterum aureorum xxvi. milia numero, pondo ccc. Nec fuit alijs temporibus reſpublica locupletior. Aliqua ad hoc annotauimus cap. 9. 3. ſupra. *Siciliam & Sardiniam an-* 10
nonæ pigniora, &c.) Lege hæc 3. Pharſaliæ Lucan. ibi. *Curio Sicanias tranſcendere iuſſus in urbes.* &c. Lege cap. 19. tertij huius. Cæſar. 1. Comment. ciuilis belli. Quod hic de Maſſilia dicitur, Lege latè apud Lucan. in 3. ibi *Ille ubi deſeruit trepidantis mœnia Romæ, &c.* Item Cæſar 1. & 2. belli ciuilis lib. De Maſſiliæ laudibus Val. cap. 1. 2. Plin. cap. 4. 3. Plura Strabo in principio 4. Cic. ad propoſitum, Officiorum lib. 2.

Cum legatis Cnei Pompei Petreio, Afranio, &c.) Scribuntur hæc omnia à Cæſare primo Comment. de bello 11
ciuili, Longo carmine, hæc eadem canit Lucan. in principio quarti. Ad idem Fronti. cap. 1. 2. Quod de Varrone, & Gadibus hic dicitur, lege primo Comment. Cæſaris.

Circa Illyricum, &c.) Hanc hiſtoriã plurib. carminibus Lucan. 4. Pharſaliæ explicat, ibi. *Non eadem &c.* 12
Lege Liu. lib. 110. Quod de Vulteio hic dicitur, canit Lucan. lib. 4. *Vulteius tacitas ſenſit ſub gurgite fraudes, &c.* Idem Liu. lib. 10.

Calamitas Curionis, &c.) Hiſtoriam hanc Curionis eleganter more ſuo, canit Lucanus in 4. *Non ſe-* 13
gnior illo Marte fuit, qui tunc Libycis exarſit in aruis, &c. uſq; ad finem Liuius li. 110. Appian. 2. bellorum ciuilium. Cæſar lib. 2. Comment. de bello ciuili. Item cæteri omnes.

Sed iam debitum, &c.) Hæc omnia ſcribit Cæſar ipſe 3. Comment. ſuorũ lib. Item Lucan. in toto 5. Quod 14
hic de ſpeculatorio nauigio dicitur, habetur late à Lucan. 5. Phar. ibi. *Tertia iam uigiles. &c.*

Extat ad trepidum tanto diſcrimine gub. uox ipſius, &c.) Vocem Cæſaris ad gubernatorẽ, ſcribit Appian. 2. bel. 15
ciuilium. Gubernator deſperans, tãdem clauum è manibus abijcit. Tum Cæſar ſublato uelamine, ad gubernatorem conuerſus, & intonans alacri animo, & forti Aduerſum fluctus exto inquit. Cæſarem quippe, & fortunam eius tecum uehis. Hac uoce, &c. Lucan. in 5. *Viſus cuncta ſibi ceſsiſſe pericula Cæſar,* *Sperne minas, inquit pelagi, uentoq́ furenti* *Trade ſinum, Italiam ſi cœlo authore recuſas,* *Me pete, ſola tibi cauſa eſt hæc iuſta timoris* *Vectorem non noſſe tuum, quem numina nunquam* *Deſtituunt, etc.* Nauta aũt ille Amyclas dictus eſt, authore eodem Lucano, huius hiſtoriæ meminit Val. cap. 8. 9. Plura Plutarch. in Cæſare. De Dyrrachio quæ ſcribit Flor. hic, lege præter citatos. Lucan. in principio 6. De Scæua præter alios. Lucan. in 6. ibi *Scæua uiro nomen, &c.* Valer. cap. 2. tertij.

Nec diutius profuit duci, &c.) Lege hæc ex 7. Pharſaliæ Lucani. *Vicerat aſtra iubar, quum mixto murmure turba,* 16
Caſtrorum fremuit, &c. Ibidem recitat orationem M. Tullij, qui nomine omnium Pomp. ad pugnam ineundam concitat. *Hoc pro tot meritis, &c.*) Sequitur tandem, Pomp. allocutio, qua ſuadet nõ eſſe cum Cæſare pugnandum. Si placet hoc inquit, &c.

Generis humani fata commiſſa ſunt, &c.) Scribit Cæſar 3. Comment. ex Pompeiano exercitu circiter milia 17
quindecim cecidiſſe, in deditionem ueniſſe amplius milia xiiij. Ex Cæſaris autẽ exercitu non amplius ducenti milites deſiderati ſunt. Sed Centuriones fortes uiros circiter xxx. amiſit. Appian. libro 2. uarias opiniones recitat. Idem ſcribit Plutarch. Scribit Plin. cap. 25. 7. Cæſarem bellorum ciuilium ſtragem non prodidiſſe. Prodigia ante pugnam uiſa præter alios, canit Lucan. in principio 7. ibi *Nec tamen abſtinuit, &c.* Idem ſcribunt Val. lib. 1. cap. de prodigijs, & Appian. ubi ſupra. De uictimarũ fuga. Lucan. in 7. *Admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara.* *Taurus, et Emathios preceps ſe iecit in agros.* *Nullaq́ funeſtis inuenta eſt uictima ſacris.* Craſtini iſtius meminerũt omnes. Lucan. in 7. imprecatur ei æternam ſceleris conſcientiam. *Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,* *Sed ſenſum poſt fata tuæ dent Craſtine morti,* *Cuius torta manu commiſit lancea bellum,* *Primaq́ Theſſaliam Romano ſanguine tinxit.* Lege Cæſarem 3. Comment. Deprauatus locus eſt apud Appian. Craſinus pro Craſtinus. Fugam Pomp. per Theſſalica Tempe, ſcribit Lucan. in principio octaui. Latius Appianus, & Plutarchus in Pompeio.

In deſerto Ciliciæ, etc.) Appian. Ad Orientem (inquit) Pomp. conuerſus, Parthos, ueluti ab illis opem 18
peciturus, nulli patefacto interim conſilio adire ſtatuit, quod penè cum in Ciliciam ueniſſet, amicus retulit. At illi à Parthis abſtinendum ſuadebant, &c. Extat elegantiſſima in 8. Lucani oratio, qua hãc Pompei agitationem explicat eleganter. *Cilicum per littora tutus,* *Parua puppe fugit, ſequitur pars magna ſenatus,* *Ad profugum collecta ducem, paruisq́ Celendris,* *Quo portu mittitq́ rates, recipitq́ Silenus,* *In procerum cœtu tandem mœſta ora reſoluit* *Vocibus his Magnus, comitesq́ belliq́ fugæq́, etc.*

Sed

Sed Pom. ne Parthos adiret Lentulus perſuaſit, cuius uerba lege apud eundem Luca in 8. ibi, *Siccine Theſſalia mentem fregere ruinæ? &c.*

19 *Vt deniq; in Peluſio. &c.)* Idem Luc. in 8. *Tunc Celicum liquere ſolum. &c.* uſq; ad finem. Quod de Septimio hic dicitut canit Luca. ibidem. *Sceptra ſua donata manu, tranſire parantem Romanus Pharia miles de puppe ſalutat Septimius, qui (proh ſuperûm pudor) arma ſatelles. &c.* Hunc Appiũ Sempronium nominat, niſi forè ſit nominis deprauatio, Mortem Pom. canit idem Luca. uerſus finem 8. Phar. Canit idem Luca. circa finem noni quid egerit Cæſar erga Pompei caput, à Ptolomęo ſibi dono datum, dicit enim ſimulatas lachrimas emiſiſſe. *Vtq; fidem uidit ſceleris, tutumq; putauit Iam bonus eſſe ſocer lachrimas non ſponte cadentes Effudit, gemituſq; expreſſit pectore læto, &c.* Hic Theodorus Samius fuit Rhetor Ptolomei regis pueri præceptor, de quo Appia.

20 *Cleopatra Regis ſoror. &c.)* Quæ hic de Cleopatra dicuntur præter ea, quæ ſcribunt Appia. Plutar. cæteri. Lege Luca. decimo Pharſaliæ. ibi. *Iam Peluſiaci ueniens &c.* Dicit præterea Luca. Cæſarem, ex Cleopatra filios genuiſſe, ut, *Admiſit Venerem curis, & miſcuit armis, Illicitoſq; thoros, & non ex coniuge partus. &c. Obſeſſus in regia &c)* Hanc hiſtoriam, lege decimo Pharſaliæ Lucani. ibi. *Sic uelut in tuta. &c.* Itẽ parum infra. ibi. *Lucifer à Caſia proſpexit rupe. &c.* uſq; ad finem. Cæſar (inquit Appianus) Photinum, & Achillam ob ea, quę in Pompeium perpetrauerant, morte mulctauit. Theodotum demum fugientem Caſsius cum in Aſiam ueniſſet, cruce ſuſpendit. Tumultu ob hãc rem inter Alexandrinos orto, cum regium exercitum in illum concitaſſent, pluribus prælijs circa regiam & in maris littore certatũ eſt. Quo in loco cum in mare deſilijſſet, & in profundo aliquandiu enataſſet, Alexandrini ueſtem ab eo ademptam, in trophæi modum erexere. Poſtremo iuxta Nilum, cum rege certamen inijt, Lege Plutar. & Suetonium titu 15. libri primi.

21 *In Aſiam quoq; nouus rerum motus. &c.)* Hanc hiſtoriam ſcribunt Suetonius tit. 35. lib. 1. Plutar. in Cæſare, Iuſt. li. 42. Late. 4. commentariorum de bello Alexãdrino. Eutro ca. ultimo li. 6. Florus li. 113. Abbre. Meminit Pli. ca. 4. 35. & c. 12. 35. Appia. li. 2. bellorũ ciuiliũ. Frõtinus. c. 22. docet quo aſtu a Cæſare uictus eſt.

22 *At in Aphrica cum ciuibus. &c.)* Bellum in Aphrica contra ciues à Cæſare geſtum, ſcribũt A. Hircius Antodius lib. 5. commentariorum, qui de bello Aphrico inſcribitur. Liuius lib. 113. & 114. Plutar. in Cæſare, & Catone Vticenſi. Copioſè Appia. lib. 2. bellorum ciuilium.

23 *Nec reliquias diceres, ſed integrum bellum &c.)* Lucius Scipio partium Pompeianarum imperator, octo peditum legionibus inſtructus, equitum uiginti milibus, quorum maior pars Libycorum fuit. Ad hæc ſcutatis plurimis, & Elephantis circa triginta. Et cum eo Iuba rex, qui pedites alios ad triginta miliũ numerum, Numidas equitum ad uiginti milium, lanceatores quoq; multos, & Elephãtes ſexaginta alios ſecum duceret. Appia. lib. 2. bellorum ciuilium. Pompeius præterea magnus apud Luca. 8. Pharſaliæ ſic loquitur. *Non omnis in armis.*

Emathijs cecidi. nec ſic mea fata premuntur
Vt nequeam releuare caput, cladeſq; receptas
Excutere, an Libycæ Marium potuere ruinæ
Erigere in faſces, & plenis reddere faſtis?
Me pulſum leuiore manu fortuna tenebit?
Mille meæ Graio uoluuntur in æquore puppes,
Mille duces, ſparſit potius Pharſalia noſtras.
Quam ſubuertit opes.

Addit Appia. In hunc modum (inquit) L. Scipionis exercitus octoginta milibus militum ad prælium inſtructus, & iam pridem expertus, & ex prima pugna, in ſpem maximã elatus, hoc ſecundo prælio, penitus diſsipatus eſt. De huius Scipionis interitu præter alios, lege Val. tit. 2. 3. cap. 14. Et Senecam epiſtola. 24. ad Lucillium copioſe tam de Scipionis, q̃ de Catonis morte. Appia. L. Scipio, qui eo in bello imperator fuit, hyemẽ in mari agens, hoſtilib. nauibus à caſu obuius, peregregio ſe geſſit, donec ſuperata eius claſſe ſeipſum interemit, ſpõteq; in mare præcipitem dedit.

24 *Cato mortem etiam lætus acciuit. &c.)* De interiru Catonis præter ſupradictos, Lege Gel. ca. 18. 15. Lact. c. 18. 3. Plura. Aug. ca. 23. 1. Ciui. Val. ca. 2. 5. Cicero 1. Officiorũ, & primo Tuſculanarũ Qu. & alibi ſæpe. De Catone Vticenſi, ſic Lucanus in nono.

Hunc ego per Syrtes Libyeſq; extrema triumphum
Ducere maluerim, quam per Capitolia curru
Scandere Pompei, quam frangere colla Iugurthæ.
Ecce parens uerus patriæ, digniſsimus aris
Roma tuis, per quem nunquam iurare pudebit.
Et quem ſi ſteteris unquam ceruice ſoluta
Hunc olim factura deum. Horatius. 1. 2. Liuius li. 114. Plura Hircius li. 6. cõmentariõrũ de bello ciuili.

25 *Quaſi non eſſet uſquã dimicatum. etc.)* Bellum cõtra Pompeianos in Hiſpania à Cæſare geſtum, ſcribunt Plutar. in Cæſare. Appia. 2. bellorum ciuilium. Late Hircius lib. 6. cõment. de bello ciuili. Val. cap. 6. 7.

De Munda Hiſpaniæ ciuitate,& bello ibi à Cæſare geſto multa Strabo libro tertio, Meminit Lucan. in primo. *Vltima funeſta concurrant prælia Munda.* Syllius in 3. *Et Munda Emathios Italis paritura labores*

Tribus & uiginti uulneribus &c.) De Cæſaris interitu,ſcribunt præter ſupradictos. Verg. 2. Geor. *Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam, Cum caput &c.* per totum. Horatius primo Carminum ponit plurima prodigia,quæ mortem Cæſaris conſecuta ſunt. *Iam ſatis terris niuis, atq; diræ Grandinis miſit pater &c.* Spurina aruſpex Cæſari prædixerat,ut proximos xxx. dies caueret, quorum ultimus erat Idus Martias eoq; cum fortè mane uterq; in domum Clauini Domitij ad officium conueniſſet,Cæſar Spurinæ Ecquid ſcis Idus Martias iam ueniſſe? Et is, Ecquid ſcis illas nondum præteriſſe? Author Val. cap. 11. 5. Idem ſcribit Sueto. in primo. Calphurnia præterea Cæſaris uxor nocte quam is ultimam in terris egit,in quiete uidit,multis eum confectum uulneribus in ſuo ſinu iacentem,ſomnijq; atrocitate uehementer exterritam,rogare non deſtitit,ut proximo die à curia ſe abſtineret. At ille ne muliebri ſomnio motus,id feciſſe exiſtimaretur,ſenatum in quo ei parricidarum manus illatæ ſunt,adire contendit Idem Val. li. 1. ca. de Sõnijs. Eo præterea die,quo Cæſar purpurea ueſte uelatus,aurea in ſella cõſedit ne maximo ſtudio ſenatus exquiſitum,& delatum honorem,ſpreuiſſe uideretur, priuſq; exoptatum ciuiũ oculis conſpectum ſui offerret,cultui religionis,in quam mox erat tranſiturus uacaſſet, mactatoq; opimo boue,cor in extis non reperit. Ac reſponſum ſibi à Spurina aruſpice,pertinere id ſignum ad uitã,& conſiliũ ſuũ,quod utraq; hæc corde cõtinerentur. Erupit deinde eorũ parricidium,qui dum Cæſarem hominũ numero ſubtrahere uolunt,deorum concilio adiecerunt. Val. li. 1. c. de ꝓdigijs. Et Cice lib. 2. de Diuinatione. Dicit ibidem Cice. Cæſarem in curia Pompeiana,ante ipſius Pom. ſimulachrũ. tot Centurionibus ſuis inſpectantibus à nobiliſsimis ciuibus,partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis trucidatũ fuiſſe. Conſpiratorũ in cædem Cæſaris nomina, lege apud Appianũ 2. bellorum ciuiliũ Ibidem totã cædis ſeriem copioſè explicat. Oui. 3. Faſt. dicit in Cæſaris umbrã nõ in eius corpus ſacrilegos deſæuiſſe. Ait enĩ. *Præteriturus eram gladios in principe fixos Cum ſic à caſtris Veſta locuta focis. Ne dubita meminiſſe meus fuit ille ſacerdos, Sacrilegæ telis me petiere manus. Ipſa uirum rapui,ſimulacbraq; nuda reliqui. Quod cecidit ferro Cæſaris umbra fuit. Ille quidem cœlo poſitus Iouis atria uidet. Et tenet in magno templa dicata foro. &c.* Signa quæ mortẽ Cæſaris præceſſerunt eleganter canit Ouidius 15. Metamo. ibi. *Talia nequicquam toto Venus anxia cœlo. &c.* Suetonius tit. 80. lib. primi. Eiuſdem Cæſaris translationem in deũ,ſcribit idem Ouid. ibidem. *Hic ſua compleuit. &c.* Vt enim ſæpe dictum eſt nobis omnia referre non placet. Aduertendum Iulium Cæſarẽ tria ciuilia geſsiſſe bella contra Gneum Pom. in Pharſalia. contra Scipionẽ, & Catonẽ in Aphricã, contra Sextum Pom. in Hiſpania. Authores Seruius 6. Aeneid. Appia. cæteri. Lucanus in primo. *Diros Pharſalia campos Impleat, & Pœni ſaturentur ſanguine manes. Vltima funeſta concurrat prælia Munda.*

Cæſar Auguſtus. Cap. III.

POpulus Romanus Cæſare & Pompeio trucidatis, redijſſe in ſtatum priſtinæ libertatis uidebatur,& redierat,niſi aut Pompeius liberos, aut Cæſar hæredem reliquiſſet. Vel ꝙ utroq; pernicioſius fuit,ſi non,collega quondam, mox æmulus, Cæſarianæ potẽtiæ fax, & turbo ſequentis ſeculi ſuperfuiſſet Antonius. Quippe dum Sextus paterna repetit,trepidatum toto mari,dum Octauius mortem patris ulciſcitur. Iterum fuit mouenda Theſſalia dum Antonius uarius ingenio,aut ſucceſſorem Cęſaris indignatur Octauium,aut amore Cleopatrę deſciſcit in regem,nam aliter ſaluus eſſe non potuit, niſi confugiſſet ad ſeruitutem. Gratulandum tamen in tanta perturbatione eſt,quod potiſsimum ad Octauium Cæſarem Auguſtum ſumma rerum redijt, qui ſapientia ſua atq; ſolertia, perculſum undiq;, & perturbatum ordinauit imperij corpus,quod ita haud dubiè nunquam coire,& conſentire potuiſſet,niſi unius præſidis nutu,quaſi anima,& mẽte regeret. Marco Antonio & Publio Dolobella conſulibus imperium Romanum iam ad Cæſares transferẽte fortuna,uarius & multiplex motus ciuitatis fuit,quodq; in annua cœli conuerſione fieri ſolet,ut mota ſydera tonent,ac ſuo flexu tempeſtatẽ ſignificent, ſic cum Romanę dominationis, id eſt, humani generis conuerſione penitus intremuit, omniq; genere diſcriminũ ciuilibus,terreſtribus,ac naualibus bellis omne imperij corpus agitatum eſt.

Cap. III.

Populus Romanus, Cæſare, & Pom. trucidatis. &c.) Caput iſtud tertium, quaſi prœmium eſt,ad Cæſaris Auguſti res geſtas, *Cuius ſiquis in unum, Tantarum ſperes cumulos aduoluere rerum, Promptius imponet glaciali Pelion Oſſæ.* Geſta autem Octauij Auguſti ſcribunt Liuius à cxvi. libro, ad finem uſque operis. Appianus libro ſecundo,tertio,quarto,& quinto bellorum ciuilium. Sueto. li. 2. Plutar. in uitis Iulij Cæſaris, Ciceronis. M. Antonij. M. Bruti. Plura compendioſè more ſuo Plin. cap. 45. 7. naturalis

naturalis hiſtoriæ. Soli. cap. 3. Gel. cap. 24. 10. & cap 7. 15. Macro. 2. Saturna. Val. lib. 1. ca. de Somnio. Item cap 6. 7. Lactan. ca. 8. 2. Sex. Aurelius. Sex. Ruffus. Serui. 6. Aenei. ſuper illud Verg. *Hic uir, hic eſt tibi.* Eutro. lib. 7. Oro. lib. 6. Quæ de eo ſcribunt Vergil. Ouidius. Hora. ac poëtæ cæteri, locis ſuis adducentur. Aduertendum Cæſarem Auguſtum quinq; ciuilia geſsiſſe bella, Sueto. tit. 9. 2. Et Ser. 6. Aenei. Propertius prima 2. Luca in primo. ibi. *Hac mercede placent diros.*

Bellum Mutinenſe. Cap. IIII.

1 PRima ciuilium motuum cauſa teſtamentum Cæſaris fuit, cuius ſecundus hæres Anto-
2 nius prælatum ſibi Octauium furens, inexpiabile contra adoptionem acerrimi iuuenis
3 ſuſcepat bellũ. Quippe cũ intra x. & viij. annos tenerũ, obnoxiũ & oportunũ iniuriæ iuuenẽ uideret, ipſe plane, & commilito Cæſaris dignitatẽ & furtis hæreditatẽ laceraret, ipſum inſectari probris, & cunctis artibus cooptationem Iulæ gentis cum inhibere nõ deſineret. Deniq; ad deprimẽdum iuuenem, palam arma moliri, & parato exercitu in Ciſalpina Gallia reſiſtentem montibus ſuis Decium Brutum obſidebat. Octauius Cęſar ętate, & iniuria fauorabilis, & nominis maieſtate, quod ſibi induerat, reuocatis ad arma ueteranis, priuatus (quis crederet?) conſulem aggreditur, obſidione Mutinę liberat Brutum, Antonium exuit caſtris, tum quidem etiam manu pulcher apparuit. Nam cruentus, & ſaucius aquilam à moriente ſignifero traditam, ſuis humeris in caſtra referebat.

Cap. IIII.

1 *Prima Ciuilium motuum cauſa. &c.)* Bellum Mutinenſe ſcribunt Liui. lib. 117. 118. 119. Appia. lib. 3. bellorum ciuilium. Plutar. in M. Anto. Front. ca. 7. 1. ca. 11. & 14. 3. Cice. in Philip. Suet. tit. 10. & inde li. 1. Meminit Oui. 15. Meta. qui de Auguſto loquens ſic, inquit. *Illius auſpicijs obeſſæ mœnia pacem, Victa petent Mutinæ.* Idem Ouidi. dicit. 4. Faſt. Marcum Anto. uictum ab Octauio bello Mutinenſi. 15. Calen. Maias. *Luce ſecutura tutos pete nauita portus, Ventus ab occaſu grandine mixtus erit. Sit licet, & fuerit tamen hac Mutinenſia Cæſar, Grandine militia contudit arma ſua.*

2 *Cuius ſecundus hæres Antonius. &c.)* Non lego M. Antonium hæredem inſtitutum à C. Cæſare. Cæſar (inquit titu. 81. 1. Sueto.) tres inſtituit hæredes ſororum nepotes. C. Octauium ex dodrante, & L. Pinarium. & Q. Pediũ, ex quadrante, reliquos in ima cera. C. Octauium etiã in familiam, nomenq; adoptauit. Pluresq; percuſſorum in tutoribus filij, ſiquis ſibi naſceretur, nominauit. D. Brutum etiam in ſecũdis hæredibus. Appia. circa finem primi bellorum ciuilium non nominat alium primũ hęredem niſi Octauiũ ſororis ſuæ nepotem, ac filium adoptiuum, & ſubdit. Miſerandum porro, uel in primis id uiſum eſt, cũ Decium Brutũ ex eius pcuſſoribus, inter ſecundos hæredes ſcriptum cognouiſſet. Conſuetudo nempe Romanorum in teſtamẽtis fuit, primis hæredibus ſecũdos addere, ut ſi primi hęreditatem non adiſſent, nanciſcerentur ultimi.

3 *Acerrimi iuuenis. &c.)* Decreuerat ſenatus, nequis Auguſtum puerum diceret, ne maieſtas tanti imperij minueretur. Author Ser. in Bucolicis Vergilius ſæpe Octauium iuuenem nominat, ut, *Hic illum uidi iuuenem Melibæe*, &, *Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere ſeclo Ne prohibe. &c.* Lege Cice. 4. & 5. Philipp. De D. Bruto obſeſſo, Front. ca. 13. & 14. tertij.

Triumuiratus. cap. V.

1 CVm ſolus etiã grauis paci, grauis reipublicæ eſſet Antonius, quaſi ignis incendio Lepidus acceſsit, quia contra duos exercitus neceſſe fuit uenire in cruentiſsimi fœderis ſocietatem, diuerſa omnium nota incendia. Lepidum diuitiarum cupido, quarum ſpes ex turbatione reipublicæ, Antonium ultiones de his, qui ſe hoſtem uindicaſſent. Cæſarem inultus pater, & manibus eius graues Caſsius, & Brutus agitabãt. In hoc uelut fœdus, pax inter tres duces componitur, apud confluentes inter Peruſiam, & Bononiam iungunt manus, & exercitus conſalutant, nullo bono more Triumuiratus inuaditur. Oppreſſa armis republica, redit Syllana proſcriptio, cuius attrocitas nihil in ſe minus habet quàm numerum cxl. ſenatorum, exitus fœdi, truces, miſerabiles, toto terrarum orbe fugientiũ. Pro quibus quis pro indignitate rei non ingemiſcat? Cum Antonius concedente Cæſare auunculum ſuum, Lepidus Lucium Paulum ſuũ fratrem proſcripſerit. Romę capita cęſorum proponere in roſtris iam uſitatum erat. Verùm ſic quoq; ciuitas lachrymas tenere non potuit, cum reſciſsũ Ciceronis caput in illis ſuis roſtris uideretur, nec aliter ad uidendum eum, quàm ſolebat ad audiendum concurreretur. Hæc ſcelera in Antonij, Lepidique tabulis.

Cæſar

Cæſar percurſoribus patris contentus fuit. Hæc quoq; niſi ulta fuiſſet, etiam iuſta cædes haberetur.

Cap. V.

1 *Cum ſolus etiam grauis paci.&c.)* Exponunt hoc ca. contenta Liui. lib. 19. & 120. Plut. in M. Anto. in M. Bruto in M.Cicerone. Appia. li. 3. & 4. bell. ciuiliū. Suet. tit. 12. 13. & 17. li. 2. Eutr. cap. 1. 7. Oro. c. 16. 6. Meminerūt Plin. cap. 45. 7. Et Soli. ca. 3. Apud Cōfluentes inter Peruſiam, & Bononiam. Aſſerit 4. bellorum ciui. li. Appia. Octauium. Anto. & Lepidum conueniſſe, in eam peninſulam, quam circa Mutinenſem urbē Labinius fluuius efficit. De Ciceronis interitu præter ſupradictos Lege Val. lib. 1. ca. de Auſpicijs. Item. ca. 3. 5. Aug. ca. 10. 3. Ciui.

Bellum Caſsij & Bruti. Cap. VI.

1 BRrutus & Caſsius ſic Cæſarem, quaſi Tarquinium regem depuliſſe regno uidebantur. Sed libertatem quàm maximè reſtitutam uoluerunt, illo ipſo parricidio perdidere. Igitur cęde perfecta, cum ueteranos Cæſaris nec immeritò timerent, ſtatim è curia in Capitolium confugerant. Nec illis ad ultionem deerat animus, ſed ducem non habebant. Igitur cum appareret quæ ſtrages reipub. immineret, diſplicuit ultio cum conſulis abolitione decreta. Ne tamen publici doloris oculos ferrent, in prouincias ab illo ipſo, quem occiderant Cæſare datas, Syriam, & Macedoniam conceſſerant. Sic uindicta Cæſaris delata potius, quàm oppreſſa eſt. Igitur ordinata magis ut poterat, quàm ut decebat in Triumuiros republica, relicta ad urbis præſidium Lepido, Cæſar cum Antonio in Caſsium, Brutumq; ſuccingitur. Illi comparatis ingentibus copijs eandem illam, quæ fatalis Gn. Pompeio fuit, arenam
2 inſederant. Sed nec tum imminentia cladis deſtinatæ ſigna latuere. Nam & aſſuetæ cadauerum pabulo uolucres, caſtra quaſi iam ſua circumuolabant. In acie prodeuntibus obuius Aethiops, nimis apertè, ferale ſignū fuit. Ipſiq; Bruto per noctē cum illato lumine ex more aliqua ſecum agitaret, atra quædam imago ſe obtulit, & quę eſſet interrogata, tuus inquit malus Genius, hoc dixit, & ſub oculis mirantis euanuit. Pari in meliora præſagio in Cæſaris caſtris omnia, aues, uictimæq; promiſerant. Sed nihil illo præſentius, quàm Cæſaris medicus ſomnio admonitus, ut Cæſar caſtris excederet, quibus capi imminebat, ut fa- 4
ctum eſt. Acie namq; commiſſa cum pari ardore aliquandiu dimicatum foret, & quamuis duces non eſſent tunc præſentes cum alterum corporis ægritudo, illum metus, & ignauia ſubduxiſſent, ſtaret tamen pro partibus inuicta fortuna, & ultoris, & qui uindicabatur. Primum adeo anceps fuit, & par utrumqꝫ re diſcrimen, ut exitus prælij docuit. Capta ſunt hinc Cæſaris caſtra, inde Caſſij. Sed quanto efficatior eſt fortuna quàm uirtus, & quam uerum eſt, quod moriens efflauit: Non in re, ſed & in uerbo tātùm eſſe uirtutem, uictoriam illi pręlio error dedit. Caſsius inclinato cornu ſuorum cum captis Cæſaris caſtris rapido impetu recipientes ſe equites uideret, fugere arbitratus, euadit in tumulum, inde puluere & ſtrepitu etiam nocte uicina eximentibus geſtæ rei ſenſum, cùm ſpeculator quoq; in id miſſus tardius renunciaret, transactū de partibus ratus, uni ex proximis auferendum præbuit caput. Brutus cum in Caſsio etiā ſuum animum perdidiſſet, nequid ex conſtituti fide reſignaret. Ita eñ par ſupereſſe bello conuenerat. Ipſe quoq; uni comitum ſuorū confodiendum præbuit latus. Quis ſapientiſsimos uiros non miretur, ad ultimum non ſuis manibus uſos, niſi hoc quoq; ex perſuaſione nō defuit, ne uiolarent manus, ſed in abolitione ſanctiſsimarum, pientiſsimarumq; animarum iudicio ſuo ſcelere alieno uterentur.

Cap. VI.

1 *Brutus, & Caſsius, ſic Cæſarem.&c.)* Bellum Caſſij & Bruti ſcribunt Liuius li. 1. 21. 122. 123. & 124. Plutar. in M. Anto, & M. Bruto. Appia. lib. 4. bellorū ciuilium. Val. lib. 1. ca. de ominibus ca. 1. 3. ca. 6. 4. ca. 1. 5. ca. 2. & 8. 6. ca. 9. 9. Eutro. ca. 1. 7. Sueto. tit. 13. 2. Oro. ca. 16. 6. Front. ca. 2. 4 Lege quæ ſcribit Luca. lib. 2. ibi. *At non magnanimi perculſit.&c.*

2 *Nam & aſſuetæ.&c.)* Binas Aquilas ad eos aduolantes in argenteis uexillis, conſediſſe fama eſt, ſe inuicem roſtris, unguibus lacerantes, uel ut alijs placet ſe mutuo obſeruantes, ac manentes, quæ Publicis alimonijs, à prætoribus educatæ ſunt, eaq; die, quæ pugnam anteceſsit, uolantes abierunt. Author Appia. li. 4. bellorū ciuiliū. Val. li. 1. ca. de auſpicijs. Et rurſus. Alites (inqt) exercitui inſidentes, ſæpenumero mœſtū clāgorē edidere. Idē ſcribit Plutar. in Bruto. Hoc idē accidit ante pugnā Philippicā inter

Cæſarem,

Cæſarem,& Pomp.Luca.in 7. *Nec ſolum Hemonij funeſta ad pabula belli Biſtonij uenere lupi.&c.* Vultures triduo ante,aut biduo uolare ſoliti ſunt,ubi cadauera futura ſunt.Pli.ca.6.10. Herodotus Bryſonis Rhetoris pater uultures ex diuerſo orbe nobis incognito aduolare putauit, argumento quod nemo nidum uidiſſet uulturis,& qđ multi exercitum ſequentes repente appareant. Ariſtoteles ca. 5.6. naturæ animalium.

3 *Obuius Aethiops.&c.)* Ex Aſia(inquit Appi.in 4.) in Europam Bruto tranſmiſſuro cum exercitu, nocte deficiente penè lumine horrendam uigilanti aſtitiſſe imaginem, quam cum impauidè rogaret ille,quis nam hominum,aut deorū eſſet,hoc ſolùm reſpondiſſe.Tuus o Brute Dæmon malus.in Philippis me uidebis,eamq́ nouiſsima in pugna,quæ in Philippis acta eſt,iterum illi apparuiſſe. Exercitui è caſtris exeunti Aethiopem obuium factum memorant, quem ut iniquū omen auerſati interemere milites.Idem ſcribit Plutarch.in Bruto.Idem contigiſſe Caſsio Parmenſi apud Athenarū urbē, docet Val.lib.1.tit.de Som.cap.7. Faciūt huc quæ ſcribit idem Val.lib.1.tit. de Ominibus ca. 7.& 8.

4 *Cæſaris medicus ſomnio admonitus.&c.)* Somnium iſtud lege apud Val.Max.li.1.tit.de Sōnio.ca.1.De Somnio quotuplex ſit,cur accidat,quod uerum,quodue falſum, notaui plura in annotationibus Claud. de Sexto conſulatu Honorij ex Ariſtotele.Cice.Pli.Macrobio.Auguſt.cap.15.de ſpiritu,& anima:Lucretio.li.4.de rerum natura. *Et quo quiſq; ferè.&c.*

Bellum Peruſinum. Cap. VII.

1 Alterum bellum concitauit agrorum diuiſio, quos Cæſar ueteranis in caſtris precium militię perſoluebat,ſemper aliter Antonij peſsimū ingeniū Fuluia gladio cincta uirilis militiæ uxor agitabat.Ergo depulſos agris colonos incitando iterum in arma ierat.Hic uerò iam non priuatis, ſed totius ſenatus ſuffragijs iudicatum hoſtem Cæſar aggreſſus intra Peruſiæ muros redegit,cōpulitq́ ad extrema deditionis,turpi & nihil non experta fame.

Cap. VII.

1 *Alterum Bellum concitauit.&c.)* Hoc bellum ſcribunt Florus lib.116. Abbre. Sueto.tit.14.& 15. lib 2. Latius Appia.lib.5.bellorum ciuilium. Eutro.ca.1.7.Oro.ca.16.6.Plin.ca 45.7.Sol.cap.1 Bellum Peruſinum & cætera ab Auguſto geſta bella,ſic Propertius,prima.2.explicat. *Nam quotiens Mutinam,aut ciuilia buſta Philippos, Aut canerem Siculæ,Craſsica bella fugæ, Euerſoſq́ focos antiquæ gentis Ethruſcæ. Et Ptolemææ littora capta Phari. Aut canerem Aegyptum & Nilum,cum tractus in urbem. Septem captiuis debilis ibat aquis. Aut regum auratis circundata colle catenis, Actiaq́ in ſacra currere roſtra uia.* Et Luca. in primo. *His Cæſar Peruſina fames Mutinæq́ labores. Accedant fatis,& quas premit aſpera claſſes Leucas,& ardenti Seruilia bella ſub Aetna.* Lege, quæ de Auguſto ſcribit Maro.6.Aenei. *Hic uir,hic eſt tibi quem.&c.* Et uerbis Propertij, & Lucani patet,ſcriptores nō ſemper ſeruare in ſcribendo eundem ordinem, quo res geſtæ ſunt. Quare non mirum eſt in uetuſtis Flori exemplaribus poſt Mutinenſe bellum,Peruſinum bellum immediatè ſequi,niſi hoc poëticæ tribuas licentiæ.Ouidius in fine.15.Meta.enumerans ciuilia bella ab Auguſto geſta,Peruſinum prætermiſit. *Illius auſpicijs obeſſæ mœnia pacem. Victa petent Mutinæ Pharſalia ſentiet illum, Emathijq́ iterum madeſcent cæde Philippi. Et magnum Siculis nomen ſuperabitur undis. Romaniſq́ ducis coniunx Aegyptia tædæ Non bene fiſa cadet.&c.*

Bellum cum ſexto Pompeio. Cap. VIII.

Sublatis percuſsoribus Cęſaris ſupererat Pompei domus, alter iuuenū in Hiſpania occiderat,alter fuga euaſerat,contractiſq́ infelicis belli reliquijs,cum inſuper ergaſtula armaſſet,Siciliam,Sardinamq́ habebat.Iam & claſſe medium mare inſederat.O quàm diuerſus à patre,ille Cilicas extinxerat,hic ſecum piratas nauales agitarat. Tāta mole belli penitus in Siculo freto iuuenis oppreſſus eſt.Magniq́ famam ducis ad inferos ſecum tuliſſet ſi nihil tentaſſet ulterius niſi quod magnę indolis ſignum eſt ſperare ſemper.Perditis enim rebus profugit, Aſiamq́ uelis petit uenturus ibi in manus hoſtium, & catenas, & quod miſerrimum eſt fortibus uiris, ad hoſtium arbitrium ſub percuſſore moriturus. Non alia poſt Xerxē miſerabilior fuga.Quippe modò trecētarū quinquaginta nauiū dominus cū ſex ſeptēue fugiebat,extincto prætoriæ nauis lumine,annulis in mare abiectis pauēs atq́ reſpectans,& tamen non timens ne periret.

Cap. VIII.

1 *Sublatis percuſſoribus Cæſaris.&c.)* Quæ hoc cap cōtinētur,ſcribūt Liuius libri.127.128.& 129.Sueton.tit.16.2. Copioſius Appia.libro.5.bellorum ciuilium.Eutro.cap.1.7. Oro.cap.16.6. Plin. cap.45.7. Solinus ca.1.

Siculo bello,ambulante in littore Auguſto,piſcis è mari ad pedes eius exilijt. Quo argumento uates
reſpondere, Neptunum patrem adoptantem eum ſibi,Sex.Pompeio repudiato. Tanta erat naualis
rei gloria,ſub pedibus Cæſaris futuros,qui maria tẽpore illo tenerent,author Pli.cap.16 9.Lege carmi
na quæ capite præcedenti adſcripſimus. Hoc bellum canit eleganter Hora.ode nona Epodi. *Vtnu*
per actus Cumfreto Neptunius, dux fugit uſtis nauibus, Minatus urbi uincula,quæ detraxerat Seruis amicus perfidis.

Bellum Parthicum duce Ventidio. Cap. IX.

QVamuis in Caſsio,& Bruto partes ſuſtuliſſet,in Pompeio totum partium nomen abo 1
leſſet,nondum tamen ad pacis ſtabilitatem profecerat Cæſar, cum ſcopulus & no-
dus,in mora publicę ſecuritatis ſupereſſet Antonius,nec ille defuit uitijs quin periret.Imò
omnia expertus ambitu,& luxuria primum hoſtes,deinde ciues,tandem etiam terræ ſecu
lum liberauit.Parthi clade Craſsiana altius animos erexerant, ciuileſq; P.R.diſcordias lęti
acceperant.Itaq; ut prima affulſit occaſio non dubitauerunt erumpere. Vltro quidem in-
uitante Labieno,qui miſſus à Caſsio, Brutoq;(qui furor ſcelerum)ſollicitauerat hoſtes in
auxilium,& illi Pacoro duce, regio iuuene,diſsipãt Antoniana pręſidia,Caſca legatus ne
uenirent in poteſtatem à gladio ſuo impetrauit.Deniq; ab lata Syria emanabat latius malũ
hoſtibus ſub auxilij ſpecie ſibi uincentibus,niſi Ventidius,& hic legatus Antonij incredi-
bili felicitate,& Labieni copias,ipſumq; Pacorum,& omnem Parthicum equitatum toto
inter Orontem,& Euphratem ſiuu latè cæcidiſſet. Viginti amplius milium fuit. Nec ſine
conſilio ducis,qui ſimulato metu adeo paſſus eſt caſtris ſuccedere, donec aſſumpto iactus
ſpacio,adimeret uſum ſagittarum. Rex fortiſsimè dimicans cecidit. Mox circũlato eius
per urbes quæ deſciuerãt capite,Syria ſine bello recepta. Sic Craſsianã cladem Pacori cæ-
de penſauimus.

Cap. IX.

Quamuis in Caſsio,& Bruto &c.) Hoc bellum ſcribunt Liuius lib.127.& 128.Latè Plutar.in uita. M. 1
Anto. Appia.in eo lib.qui Parthicus inſcribitur,copioſè.Iuſti.lib.42.Eutro.cap.1.7.Oro.ca.16.6.Multa
Gelli.ca.4.15.Noctium Atticarum. Et Valer. Max.cap.10.6.Front.ca.1.1.& ca.1.2.docet quo aſtu Parthos
ſuperauit Ventidius hic primus Romanorum Parthos ſuperauit,author Euſeb.in tẽporibus.Addit
Appia. Ventidius de Parthis uſq; ad ætatem noſtram ſolus triumphat,uir natione ignobilis, cum in
Antonij amicitiam ſeſe inſinuaſſet, illuſtrium rerum occaſiones adeptus eſt, quibus ſtrenuè uſus,ſa-
tis approbaſſe creditur, quæ de Antonio,& Cæſare dicta ſunt, feliciores per alios, quam per ſeipſos
eſſe in bello duces. Lege Gel.& Valer.ubi ſupra.Docet idem Appia. Parthos decem & octo prælijs,à
Romanis ſuperatos.

Bellum Parthicum cum Antonio. Cap. X.

EXpertis inuicem Parthis,atq; Romanis,cum Craſſus,atq; Pacorus utrinq; uiriũ mu- 1
tuarum documenta feciſſent,pari rurſus reuerentia integrata amicitia, & quidem ab
ipſo fœdus Antonio cum rege percuſſum.Sed immenſa uanitas hominis,dum titulorum
cupidine Araxem,& Euphratem ſub imaginibus ſuis legi concupiſſet.Neq; cauſa,nec cõ
ſilio,ac ne imaginaria quidem belli conditione,quaſi hoc quoq; ex arte ducis eſſet obrepe-
re,relicta repente Syria in Parthos impetum facit. Gens præter armorum fiduciam ſimu-
lat trepidationem, & in campos fugam.Hic ſtatim quaſi uictor ſequebatur, cũ ſubito nec 2
magna hoſtium manus ex improuiſo etiam in feſſos uia, ſub ueſpere uelut nimbus eru-
pit,& miſsis undiq; ſagittis duas legiones operuerunt. Nihil acciderat in comparationem
cladis, quæ in poſterum diem imminebat,niſi interueniſſet Deũ miſeratio. Vnus ex clade
Craſsiana,Parthico habitu,caſtris adequitat,& ſalute latinè data, cum fidem ipſe feciſſet,
quid immineret edocuit,iam affuturum cum omnibus copijs regem,irent retro, peterent-
que montes, ſic quoq; hoſtem fortaſſe non defore,atq; ita ſecuta eſt minor uis hoſtium, q;
immine-

imminebat. Adfuit tamen, deletæq́ reliquæ copiæ forent niſi urgentibus telis in modum grandinis quadam ſorte quaſi docte procubuiſſent in genua milites, & elatis ſuper capita ſcutis cæſorum ſpeciē præbuiſſent. Tū Parthus arcus inhibuit. Deinde Romani cū ſe rurſus extuliſſent, adeo res miraculo fuit, ut unus ex barbaris miſerit uocem. Ite & bene ualete Romani, meritò uos uictores fama gentium loquitur, qui Parthorum tela fugiſtis.

3 Nō minor ex aqua poſtea, q̄ ab hoſtibus excepta clades. Infeſta primū ſiti regio, tū quibuſdā Salmacidis fluuius infeſtior, nouiſsimeq́ cū iam ab inualidis & auide hauriebatur, noxię etiam dulces fuere. Mox & ardores per Armeniā, & niues per Cappadociam, & utriuſq; cœli ſubita mutatio pro peſtilentia fuit. Sic uix tertia parte de xvi. legionibus reliqua cū argentū paſſim dolabris cōcideret, & ſubinde inter moras mortē à gladiatore ſuo flagitaſſet, egregius imperator, tandem profugit In Syriā, ubi incredibili quadā mentis uecordia ferocior aliquanto factus eſt, quaſi uiciſſet, qui euaſerat.

Cap. X.

1 *Expertis Inuicem Parthis, atq; Romanis. &c.*) Authores hiſtoriæ ſunt Florus. 110. li. ſuarum Abbre. Plutar. in uita M. Antonij. Appianus in Parthico. Iuſtinus lib. 42. Eutro. cap. 1. 7. Oro. cap. 16. 6. Frontinus cap. 3. & 11. ſecundi.

2 *Gens præter Armorum fiduciam ſimulat fugam. &c.*) Scribunt Appia. in, Parthico Plutar. in M. Craſſo, Parthos fugientes ſagittas à tergo emittere, qua arte nō minores, q̄ conſiſtentes calamitates hoſtibus afferre. Verg. *Fidenteſq; fuga Parthum, uerſiſq; ſagittis.* Luca. *Emiſſa Parthis poſt terga ſagitta.* Hora. 21. ode 2. carminum. Idem ſcribit Naſo primo de remedio. Et in Ibin. Primo de arte. *Quid fugis ut uincas. &c.* Claudianus. *Parthis ſagittas tendere certior.* Latius ſcripſi rem hanc in Epithalamio Honorij, & Mariæ apud Claudianum.

3 *Non minor ex aqua poſtea. &c.*) De hac re ſic Appia. in Parthico. Primi igitur (inquit) ad flumen quoddam peruenere, cuius aqua frigida admodum, ac ſplendida fuit, uerum ſalſa, ac uenenoſa, cuius cauſa adurente ſiti. præcordia à dolore uexabantur. *Quid cum à Mardo. &c.*) Idem ſcribit Plutar. in Antonio De Salmacidi Cariæ fonte, qui ingredientes in eum effœminat, ac molles reddit, lege apud Ouidium 4. Meta ibi. *Prætereo, dulciq; animos nouitate. &c.* Lege Strabonem lib. 14.

4 *De ſexdecim legionibus. &c.*) Secūdum enumerationē Appia. fuerunt in exercitu Antonij ferè treſdecim ſupra centum milia hominū, ex quibus cū Antonius numerū recenſeret xx. milia peditū, quatuor equitū milia, amiſiſſe comperit, nō tamen omnia bello (inquit) cæſa uerū ſuprà dimidiū morbis, ualetudineq; conſumpta. Plutar. dicit Antoniū habuiſſe in ſuo exercitu. ccclxx. milia hominū. In Parthorum uerò exercitu. equitum milia cccc. In numero aūt peremptorū Plutar. cū Appia. concordat.

Bellum cum Antonio, & Cleopatra. Cap. XI.

1 FVror Antonij quatenus per ambitum non interiret, & luxu, & libidine extinctus eſt. Quippe poſt Parthos cum exoſus arma, in otio ageret, captus amore Cleopatrę quaſi bene geſtis rebus in regio ſe ſinu reficiebat. Hæc mulier Aegyptia ab ebrio imperatore preciū libidinū, Romanū imperiū petit, & promiſit Antonius, quaſi facilior eſſet Partho Romanus. Igitur dominationem parare nec tacite, ſed patrię nominis, togæ, faſciū oblitus, totus in monſtrum illud, ut mente, ita animo quoq;, cultuq; deſciuerat. Aureum in manu baculum, ad latus, & in acie purpurea ueſtis ingentibus obſtricta gemmis, diadema aderat, ut regina rex ipſe frueretur. Ad primam nouorum motuum famam, Cęſar à Brundiſio traiecerat, ut uenienti bello occurreret, poſitiſq; caſtris in Epiro Leucadē inſulam, montēq; Leucadem, & Ambracij ſinus cornua infeſta claſſe ſuccinxerat. Nobis. cccc. amplius naues. cc. non minus hoſtium, ſed numerum magnitudo penſabat. Quippe à ſenis in nouenos remorum ordinibus ad hęc turribus, atq; tabulatis alleuatę caſtellorum & urbiū ſpecie, non ſine gemitu maris, & labore uentorum ferebantur, quæ quidem ipſa moles exitio fuit. Cæſaris naues à triremibus in ſenos, nec amplius ordines creuerāt. Itaq; habiles in omnia, quę uſus poſcebat, ad impetus, & recurſus, flexuſq; capiendos. Illas graueis, & omnia præpeditas, ſingulas plures adortæ, miſsilibus ſimul, tum roſtris, ad hoc ignibus iactis ad arbitrium diſsipauere. Nec ulla re magis hoſtilium copiarum apparuit magnitudo, quàm poſt uictoriam. Quippe immenſa claſsis naufragio belli facto, toto mari ferebatur. Arabumq;, & Sabeorū, & mille aliarū gentiū Aſiæ ſpolia, purpurā, aurūq;, in ripā aſsidue

mota uentis maria reuomebant. Prima dux fugę regina, cum aurea puppe, ueloꝗ purpu
reo ſe in altum dedit. Mox ſecutus Antonius, ſed inſtare ueſtigijs Cæſar. Itaꝗ nec prępara
ta in Oceanum fuga nec munita præſidijs utraꝗ Aegypti cornua Parethonium, atque Pe
luſium profuere, propè manu tenebantur. Prior ferrum occupauit Antonius, Regina ad
pedes Cæſaris prouoluta tentauit oculos ducis fruſtra. Nam pulchritudo intra pudicitiā
principis fuit. Nec illa de uita quæ offerebatur, ſed de parte regni laborabat. Quod ubi de
ſperauit à principe, ſeruariꝗ ſe triumpho uidit, incautiorem nacta cuſtodiam, in Mauſeo-
lum ſe (ſepulchra regum ſic uocant) recepit. Vbi maximo (ut ſolebat) induta cultu, in
differto odoribus ſolio iuxta ſuum ſe collocauit Antonium, admotisꝗ ad uenas ſerpenti-
bus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt.

Cap. XI.

Furor Antonij. &c.) Quæ hic ſcribuntur, habentur à Liuio. lib. 130. & tribus ſequentibus. Latè Plutar. 1
in M. Anto. Sueto. tit. 17. & 18. lib. 2. Eutro. ca. 2. 7. Oro. ca. 17. 6. Val. ca. 8. 3. Aug. ca. 10. 1. Ciui. Lactan. cap. 8. 2.
Lege quæ ſcribit Plin. ca. 37. 9. ca. 3. 21. ca. 1. 33. Marco. 1. Saturna. uerſus finem.
Romanum imperium petit. &c.) Ouid. 15. Meta. *Romaniꝗ ducis coniunx Aegyptia tædæ Non bene fiſa cadet,* 2
fruſtraꝗ erit illa minata, Seruitura ſuo Capitolia noſtra Canopo. Item in fine 1. Faſt. Idem ſcribit Ho
ra. penultima primi carminum *Dum Capitolio Regina dementes ruinas, Funus & imperio parabat.*
Contaminato cum grege turpium Morbo uirorum quodlibet impotens Sperare, fortunaꝗ dulci E-
bria, ſed minuit. &c. Propertius. 1. 2. *Aut canerem Aegyptum. &c.* Latius Elegia. 7. 4. Meminit Iuue. Saty. 2.
Plura Verg in fine. 8. Aenei. *Hæc inter tumidi late maris. &c.* *Ab ebrio imperatore.)* Scribit Pli. in 3
fine 14. hiſtoriæ naturalis. M. Anto. hominem ebriū fuiſſe, edito etiam uolumine de ſua ebrietate, quo
patrocinari ſibi auſus approbauit planè, &c. quæ ſecuntur.

Bella aduerſus gentes exteras. Cap. XII.

Hic finis armorum ciuilium, reliqua aduerſus exteras gentes. Quę diſtricto circa ma- 1
la ſua imperio, diuerſis orbis oris emicabant. Noua quippe pax, necdum aſſuetæ fre-
nis ſeruitutis tumidæ gentium, inflatęꝗ ceruices ab impoſito nuper iugo reſiliebant. Ad
ſeptētrionem cōuerſa ferme plaga ferocius agebat, Norici, Illyrij, Pannonij, Dalmatæ, My-
ſij Thraces, & Daci, Sarmatę, atꝗ Germani. Noricis animos dabāt Alpes, atꝗ niues, quod
bellum non poſſet aſcendere. Sed omnes illius cardinis populos Brennos, Senones, atꝗ
Vindelicos, per priuignū ſuū Claudiū Druſū pacauit. Quæ fuerit callidarū gentiū feritas
facile uel mulieres oſtendêre, quæ deficientibus telis infantes ipſos afflictos humo, in ora
militum aduerſa miſerunt. Illyrij quoꝗ ſub Alpibus agunt, imaſꝗ ualles earum, & quędā
quaſi clauſtra cuſtodiunt, abruptis torrētibus implicati, in hos expeditionem ipſe ſumpſit 2
fieriꝗ pontem imperauit. Hic ſe, & aquis & hoſte turbantibus, cunctanti ad aſcenſum mi-
liti ſcutum de manu rapuit, & in uia primus, tunc agmine ſecuto cum Illyricus multitudi
ne pontem ſuccidiſſet, ſaucius manibus, ac cruribus ſpecioſiore ſanguine, & ipſo pericu-
lo auguſtior, terga hoſtium præcidit. Pannonij duobus ſaltibus, ac tribus fluuijs Drauo,
Sauo, Hiſtroꝗ uallantur, populi proximos intra ripas ſe recipiebant. In hos domandos Vi
bium miſit, cęſi ſunt in utriſꝗ fluminibus, arma uictorum non ex more belli cremata, ſed
capta ſunt, & in profluentes data, ut cęteris qui reſiſtebant, uictoria ſic nunciaretur. Dalma
tę plerumꝗ ſub ſyluis agunt. Inde ad latrocinia promptiſſimi. Hos iam quidem Marius
incenſā urbe Delminio quaſi detruncauerat. Poſtea Aſinius Pollio, gregibus, armis, agris
mulctauerat, hic ſecundus orator. Sed Auguſtus perdomandos Vibio mandat, qui ef-
ferum genus fodere terras coëgit, aurumque uenis repurgare quod alioquin gens om-
nium cupidiſſima ſtudioſa diligentia acquirit, ut illud in uſus ſuos ſeruari uideatur.
Myſij quàm feri, quàm truces fuerint, quàm ipſorum etiam barbari barbarorum, horri-
bile dictu eſt. Vnus ducum ante aciem poſtulato ſilentio. Qui uos inquit eſtis? Reſpon-
ſum inuicem. Romani gentium domini, & illi, ita inquiunt fiet, ſi nos uiceritis. Accepit
omen Marcius Craſſus. Illi ſtatim ante aciē immolato equo concepere uotum, ut cæſorū
extis ducum, & litarent, & ueſcerentur. Deos audiſſe crediderim, nec tubam ſuſtinere
potuerunt. Non minimum terroris incuſſit barbaris Chonidius centurio ſatis barbaris
efficacis,

efficacis,tamen apud pares homines ſtoliditatis,qui focum gerens ſuper caſsidem,ſuſcita
tam motu corporis flammam uelut ardenti capite fundebat. Ante hos Thracũ maximus
populus deſciuerat.Ille barbarus, & ſignis militaribus, & diſciplina, armis etiam Roma-
nis aſſueuerat.Sed à Piſone perdomiti,in ipſa captiuitate rabiem oſtendêre,quippe cũ ca
tenas morſibus tentarent, feritatem ſuam ipſi puniebant .Daci montibus inhærent,Coti-
ſonis regis imperio,quotiẽs concretus in gelu Danubius iũxerat ripas,decurrere ſolebãt,
& uicina populari. Viſum eſt Cæſari Auguſto gentẽ aditu difficilimam ſubmouere.Miſ-
ſo igitur Lentulo ultra ulteriorem repulit ripam,citra pręſidia conſtituit. Sic tunc Dacia
non uicta,ſed ſummota atq; dilata eſt. Sarmatę patentibus campis inquietant, & hos per
eundem Lentulum prohibere Danubio ſatis fuit,nihil præter niues, raraſq; ſyluas habẽt,
3 tanta Barbaria eſt,ut pacẽ nõ intelligant.Germaniam quoq; utinam uincere tanti non pu
taſſent:magis turpiter amiſſa eſt quam glorioſe acquiſita,ſed quatenus ſciebat patrem ſuũ
Cæſarem bis traiecto ponte Rheno,quæſiſſe bellum. In illius honorem concupijt facere
prouinciam,& factum erat,ſi Barbari tam uitia noſtra, quàm imperia ferre potuiſſent.Miſ
ſus in eam prouinciam Druſus primos domuit Vſipetes, inde Thencateros percurrit, &
Cattos. Nam Marcomanorum ſpolijs inſignibus quendã editũ tumulũ in trophęi modũ
excoluit. Inde ualidiſsimas nationes,Cheruſcos,Sueuos, & Sicambros pariter aggreſſus
eſt.Qui.xx.centurionibus incrematis hoc uelut ſacramento ſumpſerãt bellum.Adeo cer
ta uictoriæ ſpe ut prædam in anteceſſum pactione diuiſerint.Cheruſci equos,Sueui aurũ,
& argentum.Sicambri captiuos elegerant,ſed omnia retrorſum.Victor namq; Druſus e-
quos, pecora,torques eorum,ipſosq; prędа diuiſit,& uendidit. Præterea in tutelã prouin
ciæ prępſidia,atq; prouincias ubiq; diſpoſuit.Per Moſam flumen,per Albim,per Viſurgim
per Rheni quidem ripam,quinquaginta amplius caſtella direxit, Bonnã & Geſoniam cũ
4 pontibus iũxit,claſsibuſq; firmauit: inuium, atq; inacceſſum in id tempus Hyrciniũ ſaltũ
patefecit.Ea deniq; in Germania pax erat,ut mutati homines,alia terra,cœlum ipſum mi-
tius molliuſq; ſolito uideretur.Deniq; non per adulationem, ſed ex meritis defuncto ibi
fortiſsimo iuuene, ipſi quod nunquam aliter ſenatus cognomen ex prouincia dedit. Sed
difficilius eſt prouincias obtinere,quam facere,uiribus parãtur,iure retinentur.Igitur bre
ue id gaudium fuit. Quippe Germani uicti magis quam domiti erant, moreſq; noſtros
magis quam arma ſub imperatore Druſo ſuſcipiebãt.Poſtq; ille defunctus eſt,Vari Quin
tilij libidinem ac ſuperbiam,haud ſecus, quã ſæuitiam odiſſe cœperunt.Auſus ille agere
conuentum,& in caſtris ſe direxerat,quaſi uiolentiam Barbarorum , & lictoris uirgis, &
pręconis uoce poſſet inhibere.At illi qui iam pridem rubigine oblitos enſes, inerteſq; cer
nerent equos,ut primum togas,& ſæuiora armis iura uiderunt,duce Arminio arma corri
piunt.Cum interim tanta erat Varo pacis fiducia,ut ne prædicta quidẽ & prodita per Se
geſtem unũ ducũ,cõiuratione cõmoueretur. Itaq; improuidum, & nihil tale metuentem
improuiſo adorti,cum ille (ô ſecuritas) ad tribunal citaret,undiq; inuadũt,caſtra rapiunt,
tres legiones opprimunt. Varus perditas res eodẽ ꝙ Cannenſem diẽ Paulus,& fato eſt,&
5 animo ſecutus.Nihil illa cæde per paludes,perq; ſyluas cruentius,nihil inſultatione Barba
rorũ intollerantius,præcipue tamen in cauſarum patronos,alijs oculos,alijs manus ampu
tabant,unius os ſutum,reciſa prius lingua,quam in manu tenens Barbarus tandẽ inquit.
Vipera ſibilare deſiſte.Ipſius quoq; conſulis corpus,quod militum pietas humi abdiderat
effoſſum. Signa,& aquilas duas adhuc, Barbari poſsident,tertiã ſignifer priuſq; in ma-
nus hoſtium ueniret euulſit,merſaq; intra baltei ſui latebras gerens in cruenta palude, ſic
latuit.Hac clade factum,ut imperium quod in littore Oceani non ſteterat,in ripa Rheni
6 fluminis ſtaret.Hęc ad ſeptentrionem. Sub meridiano tumultuatũ magis quã bellatũ eſt.
Muſulanios,atq; Getulos accolas Syrtiũ Boſſo duce compeſcuit,unde illi Getulici cog-
nomen. Latius uictoria patet Marmaridas, atq; Garamantas Turmio ſubigendos dedit.
7 Potuit & ille redire Marmaricus, ſed modeſtior in ęſtimanda uictoria fuit.Ad orientem
plus negotij cum Armenis:huc alterum Cęſar ex nepotibus ſuis miſit,ambo fato breues

ſed alter inglorius. Maſsiliæ quippe Lucius morbo ſoluitur. In Lycia Caius ex uulnere cũ
Armeniam ad Parthos ſe ſubtrahentem recepit. Armenios uicto rege Tigrane in hoc
unum ſeruitutis genus Pompeius aſſueuerat, ut rectores à nobis acciperent. Intermiſsũ
ergo ius per hunc recuperatum, non incruento, nec inulto tamen certamine. Quippe
Domnes, quem Artaxates præfecerat, ſimulata proditione adortus uirum intentũ libello,
quem ut theſaurorũ rationem continentem ipſe porrexerat, ſtricto ferro cruentus ex uul-
nere in tempus, cęterum barbarus undiq; infeſto exercitu oppreſſus gladio, & pyra in quã
ſe percuſſus immiſit ſuperſtiti etiam Cæiari ſatisfecit. Sub occaſu pacata ferè erat omnis 8
Hiſpania, niſi quã Pyrenæi deſinentis ſcopulis inhærentem citetior alluebat Oceanus. Hic
duæ ualidiſsimæ gẽtes Cantabri, & Aſtures immunes imperij agitabãt. Cantabrorũ, & pri
or, & altior, & magis pertinax in rebellando animus fuit, qui non contenti libertatẽ ſuã de
fẽdere, proximis etiã impitare tẽtabãt. Vacceoſq;, & Curgonios, & Aurigonas crębris in-
curſionibus fatigabant. In hos igit̃ quia uehementius agere nunciabatur, nõ mãdata expe
ditio, ſed ſumpta eſt, ipſe uenit, Sageſama caſtra poſuit, inde partito exercitu totã in diem
amplexus Cantabriam efferã gentem ritu ferarũ quaſi indagine debellabat. Nec ab Ocea
no quies, cum infeſta claſſe ipſa quoq; terga hoſtiũ cęderentur. Primũ aduerſus Cãtabros
ſub mœnibus Belgicæ pręliatus eſt. Hinc fuga in eminentiſsimum Vinnium mõtem, qua
maria prius Oceani, ꝗ arma Romana aſcenſura eſſe crediderat. Tertio Arracillum oppi-
dum magna ui repugnat, captum tamen poſtremo fuit Medulli montis obſidio, quẽ per-
petua xv. milium foſſa comprehenſum cinxit, undiq; ſimul adeunte Romano, poſtquàm
extrema barbari uident, certatim igne, ferro, inter epulas, ueneno q; quod ibi uulgo ex ar
boribus Taxis exprimitur percepere mortem, ſeq; pars maior à captiuitate, quæ uideba-
tur uindicauere. Hæc per Antiſtium, Firmium, Agrippam legatos, hibernans in Taraco-
nis maritimis Cæſar accepit. Ipſe præſens hos deduxit montibus, hos obſidibus adſtrinxit
hos ſub corona iure belli uendidit. Digna res lauro, digna curru ſenatui uiſa eſt, & Cæſar
tantus erat, ut poſſet triumphos contemnere. Aſtures per idem tempus ingenti agmine, à
montibus ſuis deſcenderant, nec temure ſubtus, ut Barbaris impares, & poſitis caſtris
apud Aſturã flumen trifariam diuiſo agmine, tria ſimùl Romanorum caſtra aggredi pa-
rant, fuiſſet & anceps, & cruentum, & utinam mutua clade certamen, tunc tam fortibus,
etiam ſubito, tam cum conſilio ueniẽtibus, niſi Trigecini prodidiſſent, à quibus præmoni
tus Cariſius cum exercitu adueniens oppreſsiſſet conſilia. Sic tamen quoq; non incruẽto
certamine reliquias fuſi exercitus ualidiſsimi, ciuitas Lancia excepit. Vbi loci adeo certa
tũ eſt, ut in captã urbẽ faces poſcerentur, ægre dux impetrauit ueniam, ut uictoriæ Ro-
manę ſtans potius eſſet quàm incenſa monumentũ. Hic finis Auguſto bellicorũ certami-
num fuit, idẽ rebellandi finis Hiſpaniæ. Certa mox fides, & ęterna pax cum ipſorum inge
nio in pacis partes prõptiore, & cũ cõſilio Cęſaris, qui fiduciã montiũ timens, in quos ſe re
cipiebant, caſtra ſua, ſed quæ in plano erant, habitare & incolere iuſſit, ingentis eſſe cõſilij
illud obſeruari cœpit. Natura regionis circa ſe omnis aurifera, minijq;, & chryſocollę, &
aliorum colorum ferax, igitur exerceri ſolum iuſsit. Sic Aſtures latentes in profundo o- 9
pes ſuas, atq; diuitias, dum alijs quærunt, noſſe cœperunt. Omnibus ad occaſum, & meri-
diem pacatis gentibus, ad ſeptentrionem, quoq; duntaxat intra Rhenum, atq; Danubiũ.
Itẽ ad oriẽtẽ intra Eurum, & Euphratẽ, Nilum quoq;. Reliqui quoq; qui immunes impe
rij erant, ſentiebant tamen magnitudinem, & uictoriã gentium populi Romani reuerebã-
tur. Nam & Scythę miſere legatos, & Sarmatę amicitiam petentes. Seres etiã, habitanteſ- 10
que ſub ipſo ſolẽ Indi, cum gemmis, & margaritis, Elephantos quoq; inter munera trahen
tes nihil magis ꝗ longinquitatẽ uiæ imputabãt, quadriẽniũ impleuerãt, & tamẽ ipſe homi 11
num color ab alio uenire ſole fatebatur. Parthi quoq; quaſi uictorię pœniteret rapta clade
Craſſiana, ultro ſigna retulere, ſic ubiq; cuncta, atq; continua totius generis humani, aut
pax fuit, aut pactio. Auſusq; tandem Caius Auguſtus ſeptingenteſimo ab urbe condita 12
anno Ianum geminum claudere, bis ante ſe clauſum, ſub Numa rege, & uicta primum

Carthagine,

Carthagine,hinc conuerſus ad pacem,pronũ in omnia mala & in luxuriam fluens ſæculũ, grauibus,ſeuerisq́ legibus multis coercuit. Ob hæc tot facta ingentia dictator perpetuus & Pater patriæ dictus. Tractatũ etiã in ſenatu,an quia cõdidiſſet imperiũ, Romulus uocaretur. Sed ſanctius,& reuerentius uiſum eſt nomen Auguſti,ut ſcilicet iam tũ dũ colit terras,ipſo nomine,& titulo conſecraretur,

Cap. XII.

1 *Hic finis Armorum Ciuilium &c.*) Quæ hoc ultimo cap.ſcribit Flo.habentur compendioſe à Sueto.tit. 20.& 21.li.2.Liuio lib.112.& ſequentibus. Eutro c.2.& ſequentibus lib.7.Oro.ca.17.ac deinceps li.6.Quas gentes Auguſtus deuicit,enumerat.Verg.in fine 7.Aenei.Item Oui.lib.15.Meta: ibi. *Quid tibi Barbariam.&c.* Lege quæ ſcribit 2.triſtiũ.Hora.14:& 15.4.Carminum.Appia,in eo lib. qui Illyrius inſcribitur circa medium,enumerat gentes quas Auguſtus ſubegit.Hi aũt ſunt Oxyei, Perthenetæ, Bithiates, Thaulatij, Cambei,Merromeni,Pariſſei,Docleatæ,Carinij.&c.Lege Sextum Ruffum.

2 *In hos expeditionem ipſe ſumpſit.&c.*) Hanc Illyricam expeditionem ſcribunt Liui.lib.132.Appia.in Illyrico.Octauianus externa bella,duo omnino per ſe geſsit.Dalmaticum adoleſcens adhuc, & Antonio deuicto Cantabricum.Dalmatico etiam uulnera excepit,una acie dextrũ genu lapide ictus, altera aũt & crus.& utrunq́ brachium,ruina pontis conſauciatus.Author Sueto.tit.20.lib.2.Appia. dicit hoc accidiſſe non Dalmatico ſed Iapodum bello.Item non in acie,ſed in urbis expugnatione,hanc urbẽ Metuliũ nominatã dicit,quã rem Lege ibidem copioſe.De Illyrio.Pli.ca 21.3. Et Strabo lib.3. Illyriorum ſitus,& eorum originem,affatim Appia. ubi ſupra. Bellum contra Pannonios ab Auguſto geſtum ſignant magis hiſtorici, q̃ explicent.Appia. in Illyrico abunde ſcribit Pœonum ab Auguſto expugnationem.Quos enim Latini Pannonios dicunt,Græci eos Pœones nominant.Appia. meminit cuiuſdam Elbij,per quẽ Poſſenos,qui ab Auguſto defecerunt domuit.Nõ lego Vibiũ aliquẽ quo ſint ſubacti Pannonij.Et hoc monendi gratia. Bellum contra Dalmatas ab Auguſto geſtum dicunt omnes,qui Auguſti geſta ſcribũt,ſed copioſe ut cætera,Appia.in li. quẽ Illyricũ inſcripſit.Lege Suet. tit.20.2.Strabonem li.7.Delminium urbẽ incenſam à Marco Figulo dicit Appia. ubi ſupra. Credo ob hoc legendum nõ Marius ſed Marcus,hoc ca.in Floro.Quod de Myſijs hic ſcribitur,ſumptũ eſt ex li. 134.& 135. T.Liuij.Appia.in fine Illyrij.Marcus eñ(inquit) Lucullus Lucij Luculli frater, qui Mithridatem debellauit,Myſiorum regionem excurrit omnem,& uſq́ ad fluuium curſum tenuit,nec ulterius quicq́ à Romanis rempub.regentibus contra Myſios actum fuiſſe,aut ad tributa redactos eſſe,aut ab Auguſto geſtum fuiſſe memini. Sueto.Eutro.Oro.inter gentes ſubactas ab Auguſto,non numerant Myſos.Liuius cum Floro ſentit.Idem Liuius li.135.ſcribit quod de Thracibus hic Florus habet. Pauci etiam meminerunt belli Thracij ab Auguſto geſti.Sed Liuiũ ſequitur Florus lib.135. Dacos ſubactos ab Auguſto dicunt omnes.Verg.in fine.8.

3 *Germaniam quoq́ utinam.&c.*) Bella in Germania auſpicijs Auguſti à Druſo geſta,ſcribit Liuius li. quatuor ultimis ab ur.con.Strabo in principio.7.Eutro.& Oroſius.ubi ſupra. Val.ca.3.4. & ca. 5.5. De iſto Druſo ad Cæſarem Auguſtum loquens ſic.2.Triſtium canit Naſo. *Auſoniumq́ ducem,ſolitis circunuolet alis, Ponat & in nitida laurea ſerta coma. Per quem bella geris.&c.* Plura Vergilius in fine. 8. Aenei. Laudes Druſi huius Lyrico carmine decantat Hora. ode.4.4.Carminũ, eum Aquilæ & Leoni comparans. *Qualem miniſtrum fulminis alitem, Cui rex deorũ regnũ in aues uagas Permiſit* Et ſubdit *Videre Rheti bella ſub Alpibus Druſum gerentem.Vindelici,quibus Mos unde deductus per omne Tempus, Amazonia ſecuri Dextras obarmet.&c.* Scribunt Porphyrio,& Acron,Flaccum Horatium quartum Carminũ librum contra inſtitutũ feciſſe,in laudem Druſi Neronis priuigni Auguſti,filij Neronis. Druſi mortem longo ſimul, & eleganti carmine deplorat Ouidius ad Liuiã matrẽ ſcribens.Scribit Liuius Druſum in Germania , ex fractura cruris perijſſe.Tranquillus autẽ Druſum, morbo perijſſe tradit. Bellũ Germanicũ ſimul cũ ſupra dictis ſic exprimit ſecundo Triſtium noſter Naſo. *Nunc tibi Pannonia eſt,nunc Illyris ora domanda , Rhetica nunc prebent,Traciaq́ arma metum. Nunc petit Armenius pacem,nunc porrigit arcus Parthus eques,timida captaq́ ſigna manu. Nunc te prole tua iuuentem Germania ſentit Bellaq́ pro magno Cæſare,Cæſar habet.* Hoc idem lege apud eundem Oui.in Conſolatoria ad Liuia.ibi, *Quod ſemper domito redijt tibi Cæſar ab orbe, Geſtat & inuicta proſpera bella manu. Quod ſpes implerunt.&c.*

4 *Hercynium ſaltum.&c.*) Hercyniæ ſyluæ roborũ uaſtitas intacta,& congenita mũdo, prope immortali ſorte miracula excedit,ut alia omittantur fide caritura.Conſtat attolli colles occurſantium inter ſe radicum repercuſſu.Aut ubi ſecuta tellus non ſit,arcus ad ramos uſq́,& ipſe inter ſe rixantes curuari portarum patentiũ modo,ut turmas equitũ tranſmittant.Pli.ca.3.16.Videtur autem nomẽ ſumptũ ex Græco.ἕρκος enim Græcè, Latinè circuitum ſeptũq́ ſignificat.Hercynia ſylua(inq̃t Strabo in 7.)p̃ceris frequens eſt arboribus,& munitiſsimis in locis admittens ambitũ,in cuius medio ſita eſt ora ad habitãdũ accõmoda.Sua eñ magnitudine,qua dierũ ſexaginta iter occupat uarias regiones,ac gẽtes,

ſepire uidetur. Difficilius eſt prouinciam obtinere, quam facere. Claudi. *Plus eſt ſeruaſſe repertum quam quæſiſſe nouum.* Et Ouidius primo de arte amandi. *Non minor eſt uirtus, quàm quærere parta tueri. Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.* De cognomine ex prouincia Druſo, à ſenatu dato, Ouidius primo Faſt. *Et mortem, & nomen Druſo Germania fecit.*

Nihil illa cæde per paludes. &c.) Quæ hic ſcribit Florus, lege copioſè apud Strab. in principio. 7. Qui bus (inquit) fides adhibita fuerat, ij magnas clades intulerunt, ſicuti Cheruſci, & eorum ditioni ſubiecti. In quibus tres Romanorũ ordines militum, cum Imperatore Quintilio Varo fœderibus fractis per inſidias obtruncati ſunt. Pœnas uero luerunt uniuerſi, & Germanico iuniori, clariſsimũ præbuere triumphũ, in quo illuſtriũ uirorum ducta ſunt corpora, ſimul & fœminarũ, Semiguntus Segeſti filius, Cheruſcorum ductor, & ſoror eius. &c.

Sub meridiano. &c.) Adduntur hæc à Floro in Auguſti laudem, ut ſcilicet oſtendat eũ ex quatuor mundi partibus, id eſt, orbe toto, uictoriam reportaſſe. Sic Hora. ode. 14. 4. carminum. *Te Cantaber non ante domabilis, Meduſq́ue, & Indus, te profugus Scytas Miratur, ô tutela præſens Italiæ, dominæq́ue Romæ. Te fontium qui cælat origines, Niluſq́ue & Iſter, te rapidus Tygris. Te bellicoſus, qui remotis Obſtrepit oceanus Britannis. Te non pauentis funera Galliæ, Duræq́ue tellus audit Hiberiæ. Te cæde gaudentes Sicambri Compoſitis uenerantur armis* Idem ode. 15. eiuſdem. 4. Solus Flo. & Oro. cap. 20. lib. 4. quantum memoriæ nunc occurrit, hos ſub meridiano tumultus, inter Auguſti geſta enumerant. Sueto titul. 21. 2. dicit Auguſtum alias itẽ nationes malè quietas, ad obſequiũ redegiſse: Ptolomæus & antiqua Pli. lectio cap. 4. 5. nominant Muſulanos. Caſtigandus Oro. ubi Vſulanos legitur.

Ad orientem plus negotij. &c.) Scribit Suet. tit. 64. 2. Auguſtum ex Agrippa, & Iulia tres habuiſſe nepotes Caium & Lucium, & Agrippã. Caium, & Lucium adoptauit domi, per aſſem, & libram emptos à patre Agrippa. Subdit Sueto. ſequenti titu. Caium, & Lucium in duodeuiginti menſium ſpacio amiſit ambos. Caio in Lycia, Lucio Maſsyliæ defunctis. Adde tu ad hæc, quæ ſcribunt Eutro. ca. 1. 7. & Oro. ultimo 6.

Sub occaſu pacata ferè erat. &c.) Geſta ab Auguſto in Hiſpania ſcribit Liui. li. 135. Iuſt. lib. 44. Sueto. titu. 10. & 21. lib. 21 Eutro. cap. 1. 7. Cantabrico bello per quinq; annos acto, totaq; Hiſpania in æternã pacem, cum quadam reſpiratione laſsitudinis reclinata, ac repoſita, Cæſar Ro. rediit. Quibus etiam diebus & author Oro. ca. 20. 6. Lege Hor. ode. 5. & 14. & 15. 4. Carminum. De his populis latè Pli. & Stra. lib. 3. Scribit Pli. ca. 69. 2, Auſpicijs Auguſti totum oceanum nauigatum fuiſſe.

Natura regionis circa ſe omnis auri. &c.) Poſsidonius author eſt M. Marcellum, tributũ ex Celtiberia exegiſſe talentũ DC. Ex quo coniecturã facere licet, quod Celtiberorum natio frequẽtiſsima fuerit, & auri atq; argenti copia excellens, tametſi agrũ incolentes ſterilẽ. Strab. li. 3. Pli. multa de Hiſpaniæ fertilitate cap. 3. 3. ca. 4. 31. ca. ultimo lib. ult. Soli. ca. 36. Claudia. De lau. Serenæ de Hiſpania ſic inquit, *Diues equis, frugum facilis, precioſa metallis. &c.* Chryſocolla (inquit ca. 5. 33. Pli.) largiſsima in Hiſpania. De Minio Pli. ca. 7. 33. De coloribus ca. 8. 21. ca. 6. 15. 9

Nam & Scythæ miſere legatos. &c.) Sueto. tit. 21. 2. Qua uirtutis, moderationiſq; fama, Indos etiam, ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam ſuam, populiq; Romani, per legatos petẽdam. Parthi quoq;, & Armeniam uendicanti, facilè ceſſerunt, & ſigna militaria, quæ M. Craſſo, & M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt. &c, Idem ſcribunt Liui. li. 119. Eutr. & Oro. ubi ſupra. Hos legatos apud Tarraconẽ citerioris Hiſpaniæ urbem, Auguſtum Cæſarem inueniſſe ſcribit Oro. Lege ipſum in fine 6 quoniam hanc, cæteris copioſius narrat hiſtoriam. *Nihil magis. &c.)* Diſtantiam à Gaditano freto, quo legati ad Auguſtum uenerunt, ad orientem, Indos, Scythas, atq; Seres, ponit Pli. ca. 33. li. 6. Ab ortu ad occaſum, hoc eſt, ab ipſius Indiæ extremitate, uſq; ad Herculis columnas, Gadibus ſacratas, octuagies quinquies centena ſeptuaginta octo milia ſunt. lege Martianum Capellam ca. 5. & duobus ſequentibus libri ſexti. 10

Septingenteſimo ab ur. con. anno. &c.) Legendum uidetur ſeptingenteſimo quinquageſimo, uel 751. ut ca. ultimo 6. habet Oro. Nam ut etiam ſuprà tetigimus, anno. 709. uel. 710. ab urbe con. Octauianus Ro. imperio potitus eſt. Pax aũt de qua hic agitur, uidetur accidiſſe circa annum 38. imperij eiuſdem. Anno enim. 15 imperij Tyberij, Chriſtus dominus paſſus eſt, ut ſcribunt Tertullianus, Euſeb. Lactan. c. 10. 4. Aug. ca. ultimo. 18. Ciui. Itẽ cæteri. Tyberius aũt anno 767. ab. urb. coñ. Ro. imperiũ adeptus eſt. Præterea anno. 700. ab urb. con. Cicero conſul fuit, adhuc Iulio Cæſare ſuperſtite, ut c. 1. quarti huius, annotatum eſt. Lege quæ in principio 4. huius, ſcripſimus.

Tractatum etiam in ſenatu. &c.) Quæ hic ſcribunt, lege latè ex tit. 7. 2. Suetonij. Annotandum autem eſt, Idibus Ianuarijs quo die flamẽ Dialis, in æde Iouis Capitolini ueruecẽ mactare cõſueuerat, Octauianũ Auguſtũ cognominatũ fuiſſe, author Ouid. 1. Faſt. *Quo cognomine, Sãcta uocãt Auguſta patres. Auguſta uocãtur Tẽpla ſacerdotũ ritè dicata manu. Huius & augurium dependet origine uerbi, Et quodcunq; ſua Iupiter auget ope.* Huius Auguſti tãta fuit animi uirtus, atq; morum ſanctimonia, ut diuinos honores, uiuus meruerit. Hora. 2. epiſtolarũ. *Præſenti tibi maturos largimur honores, Iurandaſq́ue tuum per nomen ponimus aras.* Sed id excellentius multo, ut, *Principe quo ſummo deſcendens Chriſtus Olympo Virginis ingreſſus uiſcera, factus homo eſt.*

Reuerem-

REVERENDISSIMO in Chriſto patri, & Domino D. Theodorico CANNER, NOVÆ CIVITATIS EPIſcopo quàm optimè merito IOANNES Camers ordinis Minorum Sacræ Theologiæ Doctor. S. P. D.

SVPERIORibus diebus, Pręſul reuerendiſſime, uiſendi amici cuiuſdam gratia, Vienna digreſſus ſum, ratus poſt biduum, aut triduum illuc, unde diſceſſeram, rediturum me. Verùm multo aliter euenit, quā putarā. Nam menſe ferè medio abeſſe ſum coactus. Quęrebam ſubinde ab ijs, quibuſcum eram, torporis ſaltem, tædijꝗ uitandi cauſa, boni cuiuſuis authoris copiam mihi fieri. Fuerunt, qui loco magni muneris quatuor Alexandri Grammatici partes in medium attulerint. Alij Chryſippæan eorum congeriem, quos ſermociniſtas uocitant, præmiſſa longa ſatis logorum ſerie, & apportarunt ſimul, & ijſdē uti uelim, rem gratam ſe mihi facturos exiſtimantes, quodammodo compulerunt. Eorum ipſe affectum reputās, egi uerbis, uultu ac geſtu corporis, pares gratias. Cauſabar interim uaria, ut horum ſcriptorum poſſem ſine præbentium offenſa, fugere lectionem. Siſcitabar poſt hoc anxiè, adeſſet'ne eccleſiaſticus aliquis ſcriptor nobilis. Vel gentilium ſaltem Philoſophus aliquis, uel Orator. An rurſus poëtarum quiſquis Argolicus, uel Latinus. Mouit (ueluti malè ſanus, aquam è pumice poſtulaſſem) nō parum eorum ſtomachum inaudita ijs forſan aliàs, mea iſthæc percontatio. Dum hæc haud placita gererentur, Scholaris quiſpiam ex eorum numero, qui ex more oſtiatim uictum quærunt, eum locum ingreditur. Data prius à me ſtipe quapiam. Ecquid inquam ego ſacculo geſtitas iſthoc tuo? Protulit actutum ante me ſarcinulam omnem ſuam. Aderat cum ſcrutis reliquis, peruncta ſimul, ac lacera ferme tota Cebetis Philoſophi πίναξ. Eā nummis pauculis ante mercatus, relicto cœtu comitum, ſolus horis ferme tribus auidiſſimè pęrlegi. Vix eius legendo finem attigeram, quum ueniſſet in mentem mihi eo libello, tūc feriato penitus, pauca nō paſſim nota, ad fugam ſaltem ocij, ſubnotare. Malui enim eo tunc loco hæc ſcribere, quā nihil ſcribere. Affuit & alia commentarioli huius ſcribendi cauſa, ne ſcilicet corpuſculum hoc aptiſſimis lineamentis, gratiſſimisꝗ coloribus decoratum, tam lacero, pannoſo, deformiꝗ amictu, conſpectum inuiſeret peritorum. Cōcinnauimus etiā nominatim ex primæ claſſis authoribus Cebeticum hoc Commentariolum, quod mos ſit plerūꝗ noſter ex limpidis, fertilibusꝗ fontibus, dulces haurire liquores. Nec enim eos debita laude fraudare ſolemus, per quos proficimus in ſcribendo. Quis, per deum immortalem, nòn aſpernetur eos qui tranſcriptis ad uerbum penè aliorum repertis, pręteritis etiamnum reperientium nominibus, plusꝗ impudenter ex ſurreptis floſculis, multiflòriam, uel ſi malis dicere, multifurtiam ſibi coronam contexunt? Hi ſi ſaperent, uel eſſent conſcientię ſuę memores, hoc digna eis diademate coronati, Lauernę in foro Furino noctu frequenter ſacra perſoluerent. Opinor cœcū genus hoc hominū, cœcos cunctos alios reputare. Si quis fuerit moris huius, amicè monendus eſt, ut hanc tandem erubeſcendam deſerat cōſuetudinem, nè ſi fortè ſuas repetitum uenerit olim grex auiū plumas, moueat cornicula riſum, Furtiuis nudata coloribus. Tritiſſimus uulgo hodie hic ſenarius. Indutis alienis mox exuitur. Huius farinæ libros uel Philonide rudiores effutirent etiam citra puluerem. Has igitur qualeſcunꝗ paucarū noctiū uigilias paternitati ueſtræ Reuerendiſſimæ, quę largietis non minus reputas, ſed affectū, dicare tunc libuit, ut ſcilicet inualidā, forſan ouiculā, etſi nō domini, boni ſaltē paſtoris, ab infeſtantibus lupis, aut feris alijs, uigil ſolertia, tutaretur. Vale.

Cebetis uita per Ioannem Camertem.

CEBES Thebanus Philoſophiæ profeſſor, ac Socratis quondam auditor, magiſtri ſui mores, ac diſciplinam ſectatus, ad excolendos mortalium animos, nouo ſcribendi genere à ſe reperto, ſeſe penitus mancipauit. Hic idem Cebes (ut cap. 18. ſecundi Noctium atticarum Gellius author eſt) Phœdonem ſeruum, forma atq; ingenio liberali, & ut quidam ſcripſerunt, à Lenone domino ad merẽdum coactum, hortante Socrate, emiſſe dicitur, habuiſſeq; eum in Philoſophiæ diſciplinis. Scripſiſſe Cebetẽ ingenij ſui monumenta dialogos treis, qui inſcribitur πίναξ, ἑβδόμη, φρύνιχος. authores ſunt Laërtius in ſecundo, & poſt eum Suidas in Collectaneis. Iniuria temporis, aut hominũ incuria potius, factum eſt, ut præter πίνακα perierint duo reliqui. Floruit autem circa Socratis ætatem ultimam, hoc eſt, circa Olympiadem 93. Hanc ipſam tabulam Lodouicus Odaxius Patauinus Latinam fecit. Vir ingenio, moribus, ac multiuga eruditione pręcellens, & ob hoc Guidonis Vrbinatis Ducis gratiſſimus quondam præceptor. Hunc ipſum Odaxium, cum iuuenis Vrbini literis operam darem, noui, cumq; eo, prout ętas tunc ipſa mea patiebatur, ſum ſæpenumero conuerſatus. Fuerunt alij, qui τὸν Cebetis πίνακα Latinitate donarunt. Sed Odaxij noſtri tralatio quòd fidelior, elegantiorq; ſit, arridet magis.

Libelli argumentum per eundem Camertem.

RAtionalis anima abſq; ullis uitiorũ maculis, in cœlo à parẽte deo progenita, corpusq; corruptibile inhabitare iuſſa, tum corporis eiuſdem bonis, tum caducis mundi huius illecebris perſuaſa, ſuæq; ſalutis facta immemor, contra Genij ſui præceptum, uarijs ac inutilibus negocijs ſe deuouit. Verũ factorum pœnitentia ad cor tandem rediens, ac purgatorijs uirtutibus emundata, hincq; uerę diſciplinæ contemplatione collecta, ſupremæ felicitatis amore flagrans ad ſummum rerum omnium bonũ, totis uiribus conatur aſcendere. Sicq; de immanibus hoſtibus ſuis, id eſt, ſæuiſſimis animi ſceleribus, parta uictoria, beatitudinis diademate, ab optimo, ſummoq; cœli principe, meruit coronari. Quod ſicui mortalium torpẽti ocio delectato conatus is defuerit quouis modo, hic ipſe infauſtam felicitatis paſſus repulſam, iure tandem mercede negata, abſq; uictrice corona, propriam miſeriam deplorans, chaos repetit conſuetum. Circa libelli finem, ad ſupra dictorum notitiam clariorem, natu ſenior explicat, quid hanc labentem uitam colere incipientibus, Genius ſeruandum imperet. Demum docet, quonam pacto Mathematicas, ac nõnullas diſciplinas alias abſq; inſigni iactura ſui diſcere quiſque poſſit. Poſtremo diſſerit corporis aut fortunę cõmoda, utputa uitam, ſanitatem, opes, honores, & huius generis, extera, nec ueluti ſuapte natura bona expetenda eſſe, nec tanquam ex ſe mala penitus fugienda. Identidem de corporis, fortunæq; incommodis tenendum tradit, non eſſe ſcilicet malum mortem, aut diuitiarum carentiam, uel honorum. In uniuerſum, hac tabula Cebes, humanę naturæ curſum mira quadam inſinuatione adamuſſim (quod dicitur) exprimit ferme totũ.

Sunt qui tradant hunc humanæ naturæ curſum, non primũ à Cebete excogitatum, ſed eum ex ſacris literis deſumpſiſſe. Id quod ex diui Ambroſij cap. 4. primi de Cain, Abel patere dicunt.

Ioannis Camertis ordinis Minorum, Sacrę Theologiæ Doctoris eximij, in tabulam Cebetis Thebani Philoſophi Commentariolum.

Aſu eueneràt.) Explicat unde ſcribendi opuſculi huius fuerit occaſio ſibi data. Ea caſu eueni-re philoſophi dicunt, quæ præter agentium propoſitum cõtingere ſolent. Qua de re multa ex Alexandri Aphrodiſei ſententia ſcribunt. Euſebius cap. 7. 6. præparationis, & Plutarchus in fine primi lib. eius operis, quod de placitis Philoſophorum inſcripſit M. Cicero de Diuinatione. Quid eſt aliud (inquit) fors, quid fortuna, quid caſus, quid euentus, niſi cum ſic aliquid cecidit, ſic euenit, ut uel nõ cadere, atq; euenire, uel aliter cadere, atque euenire potuerit?

CEBETIS THEBANI TABVla è Græco in Latinum conuerſa per Lodouicum Odaxium Patauinum.

CAſu euenerat, ut in [b] Saturni ſacello deambularemus, Vbi cũ pleraſq; alias oblationes, [c] tum

b *In Saturni ſacello.*) Veri Dei, piorumq; ſanctorum ædes contemplationis, orationisq; præaptus locus. Saturnus quẽ Græci κρόνον appellãt, nihil aliud eſt (inquit 2. de natura deorum M. Cicero) quàm ſpacium temporis. Dictus autem Saturnus (ut idẽ Cicero author eſt) quod Saturetur annis. Ex ſe enim natos comediſſe fingitur, quia conſumit ætas temporũ ſpatia, annisq; præteritis inſaturabiliter expletur. Alij Saturnũ à ſatu dictum uolunt, cuius cauſa de cœlo eſt. Veteres Saturno, ut ex Philonis Biblij ſcriptis cap. ultimo primi præparationis refert Euſebius, quatuor oculos tribuebãt, quorũ duos in anterioribus, duos in poſterioribus partibus corporis collocabant, qui uiciſſim contracti quieſcebant. Alas quoq; in humeris quatuor fecerũt, duas pertẽſas, quaſi uolaret, duas remiſſas quaſi ſtaret. Significabant aũt ipſum dormientem uigilare, & uigilantem dormire. Pariter per alas quieſcentem uolare, & uolantem quieſcere. Hinc introductum, ut nonnulli autumant, ut in Saturni æde, utputa oculatiſſimi dei, theſauri, resq; pretioſæ aliæ reponerẽtur. Alij cauſas alias aſſignãt, quoniã tempore, quo Saturnus Italiam incoluit, fertur in eius finibus nullum eſſe furtum cõmiſſum. Aut quia ſub illo nihil erat cuiusq; priuatum. Veteres Saturnũ Deorum principẽ dictitabant, eiq; fana extra pomeriũ, Aegyptij præſertim, ponebant, ne ſcilicet urbana templa pecudũ morte polluerẽtur. Author Macrobius Saturnaliorũ lib. primo. Propter miras Saturni, dum in terris ageret, res geſtas, maximo in honore habitus eſt apud omnes, ideo uſq; ad poſteriora tempora & à Romanis, Carthaginenſibusq;, ac alijs proximis gentibus ceremoniæ, ſacraq; præcipua fiebant. Author Diod. Siculus lib. 6. Non deſunt qui ſcribunt Solymos Licyorum uicinos. Saturnum maximè ueneratos fuiſſe. Vide Euſebiũ cap. 4. lib. 5. præparationis Euangelicæ. Et ſi in orbe ferme toto ſtulta gentilitas Saturnũ ſummo honore coluerit, eũ tamen uulgi maximè ad Occidẽtem colunt, author 3. de natura deorũ M. Cicero. Philochorus, Saturno primũ in Attica ſtatuiſſe aram Cecropem dicit, eumq; deum pro Ioue coluiſſe &c. lege Macrob. eodem li. 1. Plura Lactant. lib. 1. de Saturno refert. Libuit ex plurimis hæc pauca in hunc locũ congerere, quoniã ad rem præſentẽ aliquantiſper facere uiſa ſunt. *Sacello.*) De Sacellis M. Varro librum edidit, temporis iniuria amiſſum penitus. De eo lib. lege Aureliũ Auguſtinũ cap. 3. ſexti de Ciuitate dei. Non approbat Aulus Gell. omnia quæ de Sacelli nomine à Caio Trebatio 2. de Religionib. libro tradita ſunt. Feſtus Pomp. de uerborũ ueterum ſignificatione lib. 17. Sacella (inquit) dicuntur loca Dijs ſacrata ſine tecto. Hinc conſequẽs eſt, ut non idem ſit Sacellum & ædicula, quam hodie uulgò Capellam uocitamus, quod non ſit de huius ædiculæ ratione, aut forma, ſine tecto eſſe. Auguſtinus, ac theologi ſecum plures, in ijs, quæ ad religionem, ac ueri dei, ſanctorumq; cultũ maximè pertinent, non ſolũ in rebus, ſed nec in rerũ earundem nominibus, quantũ fieri potuit, cum gentilibus ipſis conuenire uoluerũt. Qui noſtro ſæculo Capellam pro ædicula, ſacellóue uſurpant, nedũ non inepte, ſed ne friuole quidem loqui exiſtimãdi ſunt, quod ea uoce præter cæteros, Clemens doctrina, & ſanctitate præcipuus, qui ſcilicet ſecundus poſt Petrum Romanæ eccleſiæ epiſcopus præfuit, quemúe Paulus Apoſtolus cap. 4. ad Philippenſes adiutorẽ ſuũ nominat, uſus fuerit. Clementis huius uerba referũtur 3. Decretaliũ li. de Iure patronatus L. Non fuit. Gregorius præterea papa nonus in prologo Decretaliũ, Raymundũ, per quem Decretales in unũ redegit uolumen, Capellanum ſuum nuncupat. De Capellis præterea totã fermè cauſam 16. Decretorũ ſcriptam conſtat. Titulus item 37. tertij Decretaliũ, de Capellis monachorum, & aliorum religioſorum, inſcriptus eſt. Præterea ueterum plures, qui Capellæ nomen in hac ſignificatione, uſurparunt.

Eſt ne

tabulam quandã pro tẽplo poſitam intuebamur, in qua pictura quædã erat peregrina, & quæ [a] peculiares fabulas contineret. Quas conijcere non poteramus, quænam & quales eſſent. [b] Neque enim

Eſt ne pudendum eos, aut ijdem ipſi frigide, ineptec͂ loqui credendi ſunt, totamq́ erroris Odyſſeam ſyncerę latinitati inferre, aut craſſæ Mineruæ homines extimandi, qui iuris pontificij authorib. pluſquam familares uoces uſurpant? Cui præterea Chriſtianorum principum non familiariſſimum Capellæ, Capellaniq́ uocabulum? dicent forſan, Canonica hæc iura, ueluti ſcriptis ſacris contraria, exurenda penitus. Sed igne digni dictitantes talia, Præſertim cum non Philopluti ſolum, ſed Dioſphili, imò Peniaphili, imò Aretaphili, imò uero Theophiles, Capellæ uocabulo in hac ſignificatione utãtur hodie, uſiq́ fuerint à primitiuà catholicæ eccleſiæ inſtitutione, ad quorũ certe farinas pertinẽt hæc maximè. Non puto turpius totam erroris Odyſſeam ſyncerę Latinitati intuliſſe eos, qui capellæ uocabulo uſi ſunt, quã intulerint ij, qui Canthus Afra, uel Hiſpana uoce, Ploxenũ circa Padũ nata, Caſnar; Rheda, Petoritum, Gallica, Maſtruga, Sarda, Mappa, Gurdi, quæ pœni ſibi uendicant. Barbaris tamen ijs uocibus, ac ſexcentis alijs generis eiuſdẽ uſi ſunt, Perſius, Catullus, Labienus, Cornelius Gallus, Flaccus Horatius, Marcus Cicero. Lege M. Fabiũ lib. 1. Sunt, quib. ueriſimilis eà interpretatio uideatur, quæ aſſerit à capio Latino uerbo, & λαός, id eſt populo, Græca uoce Capellã appellatam fuiſſe, quod populũ ſcilicet capiat illuc fluentem. Nunquid M. Tullius noue, ac præter uſum penitus, Capſis pro cape ſi uis, uſus eſt? Author eodem lib. etiam M. Fabius, Extant hodie tum Romæ, tũ locis inclytis multis alijs, ueteres ualuæ, parietes, colũnæ, arcus, ſacraria, in quibus fabrefactis literis etiã nominatim, proprie Capellarũ inſcriptiones prænotantur. Quot ſunt in arte qualibet noua nunc uocabula, quæ nec ſomniaſſe quidem latinos ueteres, uel mediocriter eruditis plus, quàm notum? Innumeræ præterea ſunt exteræ uoces, quas conſuetudo, lõgusq́ uſus latinitate donauit. Cõſuetudo uerò, ut Quintilianus author eſt, certiſſima loquendi magiſtra eſt. Quis inſuper Neotericorum medicorum (ut artifices interim reliquos miſſos faciam) Anthonij Muſæ, Corn. Celſi, C. Plinij, ſeſe unquam rerum uocabulis alligauit? Flac. Horat. ne aſpernentur noua uerba, comparatione nouorum filiorum docet inquiens,

Vt ſyluæ folijs pronos mutantur in annos,
Prima cadunt, ita uerborum uetus interit ætas.
Et iuuenum ritu florent modo nata, uigentq́.

Multo prudentius eſt in re, quã non exactè callemus aut ignorantiã noſtrã fateri, aut ſatius diſſimulare, quã temere, non probandam forſan peritioribus ferre ſententiã. Scribunt nimirum primæ claſſis authores quidam, in ſacris præſertim literis, orantis mentẽ potius, q̃ facundiã requirendã eſſe. Quid? quod M. Tull. Romanæ facundiæ parens unicus, eloquentiã neutiq́ in Philoſopho requirit, ſed qđ is rectè ſentiat, & cõplectatur uerbis, quod uult, & dicat planè quod intelligatur. Huc accedit tritiſſimum prouerbium apud Græcos, ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος. Hoc eſt, Agreſtẽ nec contemnas oratorem. Præterea, quæ à communi eccleſiæ uſu capiũtur, à Grãmaticis coargui non oportuit. Scitu dignum Apellis illud. Ne ſupra crepidam ſutor. Et Horatianum alterum epiſt. 2. *Abrotanum ægro*

Non audet, niſi qui didicit dare, quod medicorum eſt
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Sunt & ſexcenta dicta alia ijs affinia. Quid rurſus de Phylocidis quibuſdam cenſendum eſt? qui nedum Capellæ nomen ridicule cachinantur, ſed inſignes doctores, ſanctosq́ ipſos ſacris capellis religioſe ab eccleſia ex more coli ſolitos, Theonino, imò uiperino dente potius, frigide, inepte, ac impie ſubſannent paſſim. Hæc non aliam ob cauſam libuit ſubnotare, niſi, ut communem, ueteremq́ eccleſiæ catholicæ uſum ab ineptis frigidisq́ calumnijs uerè ſimul, ac pie uindicaremus. Iura, principumq́ ſanctiones uel præcipiunt, uel ſuadent ſaltem, ſeruata tamen regula, odioſis conuitijs, ac maledictis hominum, reſpõdere. Quod niſi fiat, quem hic fraternę charitatis hoſtis auſus reciperet unq̃ finem? In prouerbium abijt Laberianum illud. Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.

c *Oblationes.*) Id eſt, munera, quæ tum principes, tũ præpotentes urbes in ſacris ædibus offerre conſueuerint Cõſtat præterea, nobiles artifices, in artis ſuæ euidens teſtimoniũ, præcellẽs opus aliquod, in deorum delubris dicare fuiſſe ſolitos. Inſuper qui ab artificijs ſuis ceſſare iam decreuerant, artis ſuæ inſtrumenta templorum parietibus ſuffigebant. Conſuetudinis huius meminit inter cæteros Horatius Ode 26. 3. carminum, & epiſtola prima primi epiſtolarum ſuarum.

Nunc has oblationes, dicataq́ *Deo munera, è templis ſurripere, nullus timor.*

a *Peculiares.*) Hoc eſt, non paſſim notas, ſed à communi uſu abhorrentes penitus. b *Neq́ enim ciuitas.*) Scribit Gellius cap. 7. lib. 18. Noct. Attica. ciuitatem interdum accipi pro loco, & oppido, nonnunq̃ pro iure omium, aliquando pro hominum multitudine. Ciuitas cum à ciuibus nomen habeat,

uerissime

uerisſimè ciuitas illa dicitur, quæ unanimes ciues continere monſtratur. Lege Caſſiodorum in commentarijs pſalmi 121. Cicero. 1. lib. de ſomnio Scipionis. Concilia, cœtusꝗ hominum iure ſociatorū, ciuitates eleganter appellat. Sunt qui ciuitatem ab urbe ſeparent, quòd ciuitas propriè ciues ſint, urbs uerò mœnia, atque ædificia ijs contenta. a *Neque uallum, pictura.*) Medium quiddam (inquit) inter ciuitatem, uallumꝗ præſeferebat, quod ea nobis pictura monſtrabatur. Ex eo ciuitatem à uallo diſcerni dicunt, quod ciuitatem muro tum lapideo, tum lateritio, tum ſolidis lignis, Vallū uerò, id eſt, caſtrorum munitionem, ex palis, qui & ualli dicuntur, cingere moris erat. Ambitus, quo uita hæc mortalis continetur, quoniā nec conſtans ſit, nec mox ex ea egreſſuri ꝙ eā ingreſſi ſemel fuerint, neꝗ ciuitas, neꝗ uallū dici iure poteſt. Paulus ad Heb. cap. ult. Non enim (inquit) habemus hic manentem ciuitatem, ſed futurā inquirimus. Et 2. ad Corint. cap. 5. Dū ſumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. b *Cæterum muri ambitus.*) Tres ambitus iccirco eſſe dicit, quoniam poſt primum hominum in uitam hanc ingreſſum, alij uitiorum, alij uirtutum ambitu continentur. Horum exiguus numerus, illorum ingens. Multi enim ſunt uocati, pauci uerò electi Matthæi cap. 20. Et Eccleſiaſtes cap. 1. Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. Heſiodus 1. Georg.

Quàm facile innumeras uitiorum amplectimur artes,
Haud procul illa habitant, breuis eſt uia, qua ſit eundum,
Eſt uia uirtutis contraria, ſudor anhelus
Hanc ſequitur, quæ ſe ſcopuloſis ardua cliuis
In longum prorumpit iter, riget aſpera primo
Ingreſſu, leuis eſt poſtquam alta cacumina tanget.

Huc tendit Maronianum illud Aeneid. lib. 6.

Facilis deſcenſus Auerni,
Noctes atꝗ dies patet atri ianua ditis,
Sed reuocare gradum, ſuperasꝗ euadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt, pauci quos æquus amauit
Iupiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus.

Horrendum Dauidicum aſſertum illud. Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſꝗ ad unum. Pſalmo. 13. c *Porta etiam erat.*) Per portam, primi ambitus in hanc, quam degimus uitam, deſignatur ingreſſus. Per inſiſtentem portæ ingentem turbam, naſcentium primo innocentiam. Per multitudinem mulierum, quæ intra ambitum uiſebatur morum corruptelam debemus accipere. Conſtat enim à fœmina initium ſumpſiſſe peccatum. Geneſis cap. 3. d *Primum ueſtibulum.*) Longa diſputatio apud Gelliū cap. 5. decimiſexti, ſuarum noctium. Rurſus apud Macrobium 7. Satural. quidnam ueſtibulum ſignificet. Sunt qui ueſtibulum ab eo quod ianuam ueſtiat, dictum uelint. Alij à Veſta per imitationem dictū putant. Nam Veſtæ limen conſecratum eſt. Sunt, qui ex eo dictum extiment, quod nullus illic ſtet. In limine enim ſolus eſt tranſitus, ſed quomodo Veſanus dicitur non ſanus, Sic Veſtibulum, non ſtabulum. Lege Ouidium 6. Faſtorum lib. *At focus à flammis, &c.* Et Seruium 6. Aeneid. ſuper illud. *Veſtibulum ante ipſum.* Varro autumat Veſtibulū non habere Etymologiæ proprietatē, ſed fieri pro captu ingenij. e *Senex quidam.*) Id eſt Genius uitam hanc mortalē ingredientiū (ut ſtulta gentilitas credidit) author. Sed de Genio parū infra locus aptior diſputandi. f *Qui de pictura.*) Ingenij morbus eſt de nullo dubitare, aut de ſingulis. Eos tantum ratione præditos credi par eſt, qui de ijs tantummodo addubitare ſolent, qui nō paſſim notā ſortiuntur naturam. Quando, de quibus & quā ob rem fuerit dubitandum, docet Ariſt. 3. Metha. uolumine. Quærentem enim ſcire, (inquit) ſine dubitatione, ſimiles ijs ſunt, qui ignorant, quorſum pergere oporteat. Ignari ergo ſint neceſſe eſt, qui eos rident, qui dubitando ſcire ſatagūt ueritatem. Eſt enim operæpretium (inquit idem Ariſtot.) bene eos dubitare, qui conſequi cupiunt facultatē. Poſterior enim facultas, ſolutio eſt eorū, ꝗ̃ prius dubitātur.

ciuitas, [a] neque uallum, pictura illa nobis eſſe uidebatur. [b] Cæterum muri ambitus erat, qui duos alios ambitus complectabatur, alterum maiorem, minorem alterum. Porta [c] etiam erat in primo ambitu, ubi nobis turba ingens inſiſtere uidebatur. Intra uerò ambitum multitudo quædam mulierum uiſebatur. Primum autem [d] ueſtibuli, & ambitus ingreſſum ſenex [e] quidam occupabat, qui turbæ ingredienti quaſi imperare aliquid uidebatur, cuius fabulę rationē nobis inuicem addubitātibus, quidā natu grandior aſſiſtens. Nequaquā (inquit) hoſpites abſurdè facitis, [f] qui de pictura hac addubitetis. Non

multi enim indigenæ [a] quid huius fabulæ ratio uatio ualeat intelligũt. Quippe [b] quã non ciuis, ſed peregrinus quidam dedicarit, qui huc iam pridẽ aduenerat, uir & magna prudentia, & ſapientia prẹditus, qui cum ſermone, tum opere quandam Pythagorẹ, aut Parmenidis uitã fuerat ẹmulatus. Is uticꝫ ſacellũ, & picturã hanc Saturno conſecrauit. Vtrum igitur inquam ego, noſti etiã uirũ ipſum quem uidiſti? Imò (inquit) eum multo tempore ſum admiratus. Siquidem adoleſcens adhuc, & complura ſtudioſè diſputabat. Et ego huiuſce fabulæ rationem ex hoc diſſerente ſæpius audieram. [c] Per Iouẽ inquã ego niſi

a *Quid huius fabulæ ratio.*) Epicuræi, quorum tota factio æquo ſemper errore à uero deuiat, exiſtimant, indignũ eſſe grauem philoſophum ſcriptis ſuis fabulã immiſcere, quod ſcilicet falſi profeſſionem indicet nomen fabulæ. Ergo relictis fabulis, inquiunt, par eſt, quoties aut de cœleſtibus, aut animorum qualitate, aut huius genus alijs Philoſophus cõmentatur, ſimplici, abſolutaꝗ́ insinuatione uti eũ debuiſſe contendũt. Euſeb. cap. 7. ſexti præparationis, dicit turpiſſimũ eſſe philoſophis poëtarũ uti teſtimonio, magis quã ratione. Mutaſſent iſti (credo) ſententiam ſi uariũ eſſe fabularũ, poëtarũꝗ́ genus, animaduertiſſent. Qui ueterum, prudentũmꝗ́ authorum ſcripta diligẽter rimantur, diſcũt à quibus debeat philoſophus fabulis abſtinere, quibuſue prudenter ſimul, ac commodè uti poſſit. Eorundẽ præterea lectionib. palã fit, Pythagoram, Empedoclem, Parmenidẽ, Heraclitũ, Platonẽ, Timæũ, Numenium, ac claſſis primæ philoſophos centũ alios, ſcriptis ſuis fabulas inſeruiſſe frequenter. Qui hac de re plura noſſe cupiunt, adeant Strabonẽ in 1. Quintilianum in 5. Aphthonij ſophiſtæ exercitamenta, Seruium in commentarijs 6. Vergilianæ Eclogæ, Philoſtratum de imaginibus, Macrobium 1. de ſomnio Scipionis uolumine, & Euſebium cap. ultimo 2. præpar. Euang. Non ergo mirum ſit, Cebetem noſtrum inſignem philoſophum huius picturæ fabulã tam accuratè poſteris tradidiſſe. b *Quippe, quam non.*) Laudat picturæ authorem uel eius dedicatorẽ potius, ut ſit exponẽdæ fabulæ fides maior. Color Rhetoricus benignos, attẽtoſoꝗ́ præparans auditores. Simul admonẽs rem præſentem, excellentem licet, uſu, & frequẽtia, uilem reddi. Vnde eſt. *Minuit præſentia famam.* Rurſus admonet, quibus ſciendi cupidus uti debeat ꝑceptoribus, ne diſcendo operã cum oleo pariter amittamus. Quàm prudenter, apteꝗ́ ſibi conſulũt, qui Pythagoræ, aut Parmenidis uitã fuerint æmulati. Eorũ incꝫ uitã, qui tum ſingulari doctrina, tum moribus inculpatis animũ bene inſtitutũ, reddere ſatagunt cultiorẽ. Nec caret myſterio, quòd tabulam, temporalẽ humanæ uitæ huius curſum graphicè continentẽ, tẽporis deo Saturno dicatã dicit. Fuiſſe Pythagoras ſermonis abſtinentiſſimus ex eo maximè deprehenditur, quod (ut ca. 9. primi refert Gell.) ijs, qui eius eſſe cuperent ſectatores, quinquennale ſilentiũ, indicebat. Necꝫ uerò pauciores ſexcẽtis erãt, qui noctu ad illũ audiendũ cõfluebãt. Ac ſiqui præſentia illius frui meruiſſent, ſcribebant ſuis tancꝫ magnũ quiddã, ac præclarũ ſe adeptos. Præterea ſermone plerunqꝫ ſymbolico, id eſt, per ſimilitudinẽ, utebatur. Pythagoras tantæ abſtinẽtiæ fuiſſe narratur, ut ſolo plerunqꝫ melle, ſiue fauo, aut pane tantũ cõtentus uixerit, Solitus præterea eſt neuticꝫ uinum guſtare. Obſoniũ illi erat ut plurimũ cruda olera, uel elixa. Marinis q̃ rariſſimè utebatur. Ob hæc aliaꝗ́ quàm plurima admiratione digna, Metapontini uel (ut placet alijs) Crotoniatæ, illius domum Cereris delubrum uocabant, uicumꝗ́ ſacratum Muſis, incꝫ ea domo & dea in hominis memoria, & homo in Deæ religione cultus eſt. Authores Laërtius, & Valerius Maximus, utercꝫ libro octauo. Parmenidis philoſophi patriã refert Strabo in principio lib. 6. Itẽ Suid. in Collectaneis. Fuit aũt Xenophanis, atcꝫ Anaximandri (ut Laërtius refert lib. 9.) auditor. Hic cum & genere, & opibus illuſtris eſſet, quietam tamen uitam nobilitati, atcꝫ diuitijs præpoſuit. Parmenides (ut epiſtola 85. ſcribit Seneca) opinatus eſt ex ijs quæ uidentur, nihil eſſe in uniuerſo. Hic ſi philoſophus fuerit, de Dijs tamẽ (ut 1. de ſom. Scip. ſcribit Macrob.) fabulatus eſt. Scribit M. Cic. 1. de nat. deorũ, Parmenidẽ, diſcordiam, cupiditatem, cæteraꝗ́ generis eiuſdem, ad deum reuocare, quæ uel morbo, uel ſomno, uel obliuione, uel uetuſtate, delentur. Tam Pythagoras, quã Parmenides noua quædam, atcꝫ inaudita prius excogitaſſe dicuntur. Non ab re igitur picturæ huius interpretem utriuſcꝫ ueluti ſummorũ philoſophorũ tam uitã q̃ mores æmulatum fuiſſe, Cebes refert. Plurimũ enim refert quales ſibi ſtudioſus quiſcꝫ præceptores elegerit à principio. c *Per Iouem inquam.*) Quanto res per quam iuramus maior fuerit, atcꝫ dignior, tanto debet eſſe efficacius iuramentum. Nullũ ergo ueteribus iurandi genus maius, quàm cum per Iouem maximum iurabatur. Iouem lapidem iurare quid ſit, abunde oſtendit Philelphus epiſtola 1. decimiſeptimi, & epiſt. 5. 33. epiſtolarum ſuarum lib. Extat apud Aulum Gelliũ cap. 6. undecimi Noct. Att. lib. quo docet, per quos deos tam uiris, quã mulierib. iurare licebat.

Quam

Quam inuiolatè,ſanctèq; apud Romanos iusiurandum habitum,ſeruatumq́; fuerit, docet idem Gell. cap.18.ſeptimi earundem Noct. Sed de ijs plenius locis alijs. a *Audire magnopere concupiſ.*) Audiendi,ſciẽdiq; ueri cupiditas à natura cuiq; inſerta eſt. Nullus enim ſuauior animo cibus eſt, inquit Lactantius cap.1.primi.,quàm cognitio ueritatis. Omnes enim (ut 1.officiorum ait Cicero) trahimur, & ducimur ad cognitionis ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus. Labi autem

quædam maior occupatio te detinet, expone nobis,[a] Audire enim magnopere concupiſcimus, quidnam hoc fabulę ſit. Perlibenter ô hoſpites inquit. Atqui hoc prius admonendi eſtis periculi quippiam ineſſe huic expoſitioni. Quodnam inquam ego? Quoniã (inquit) ſi quæ dicuntur, attendetis, intelligetisq;, prudentes, atque felices euadetis, ſin minus inſipientiam, infortuniũ, calamitatem, atq; ignorantiã cõſecuti, male uitam degetis. Hæc enim expoſitio [b] Sphingis ænigmati, qđ illa hominibus ꝓponebat, perſimilis eſt. Nã quicunq; ipſum intellexerat, ſalutem, qui non intellexerat, exitium conſequebatur. Eadem eſt huius enarrationis conditio.[c] Sphinx eſt enim hominibus ipſa inſipientia. Hæc autem proponit,[d] quid bonum, quid malum, quid neque bonum, quid neque malum in

& errare, neſcire, decipi, & malum, & turpe ducimus. Turpe nimirum eſt, ab alijs nolle doceri, quæ per nos ipſos ſcire non poſſumus. Huc tendunt Heſiodici uerſus primo Georgi.

Optimus hic, ſeſe qui nouit cuncta magiſtro. &c.

Philoſophi tradunt non minus differre ab erudito ſcientiarum ignarum, quam morboſum corpus à ualido, atque ſalubri, à pulchro turpe, lucem à tenebris, à cœcitate uiſum. Cleantes dicere ſolitus eſt, ineruditos ſola forma à beſtijs differre. Circa finem opuſculi, tam Ariſtippi, quam Ariſtotelis de hac re ſententiam referemus. Quæ mala ſequuntur ignorantiam, ſubnectit author mox dicens. Sin minus, inſipientiam, infortunium, calamitatem, atque ignorantiam conſecuti, malè uitam degetis. Per hæc monemur omnes, ut honeſtis artibus incumbentes debere nos totos earundem artium ſtudio mancipare. Melius enim eſt nõ incipere opus bonum, quàm ab eo uel turpiter deficere, uel idipſum opus frigidè, ac ſegniter exercere b *Sphingis ænigmati.*) Aiunt fabulæ Sphinga Thebano Oedipodæ huiuſmodi ænigma propoſuiſſe. Quod eſſet id animal, quod prius quatuor pedibus, mox duobus, poſtremo tribus, incederet? Homo, inquit Oedipus, quod is poſt ortum manibus duabus, ac duobus pedibus incedat, poſtea pedibus tantùm, in ſenecta autem duobus pedibus, ac ſcipione tertio. De hac re non pauca congeſſimus capite 40. apud Solinum. Rurſus in Hecatoſtichis noſtris, in prouerbio Oedipo opus eſt coniectore, quo loco prouerbium retulimus uerbis Græcis ſcilicet. τετράπος δύπος, καὶ πάλιν τρίπος, id eſt, quadrupes bipes & iterum tripes. c *Sphinx eſt ho.i.in.*) Non ſecus (inquit) perpeſſum reddit hominẽ inſipientia, quàm ſuis quæſtionibus olim Sphinx Thebana. (circumfertur paſſim Ariſtotelicũ illđ, Ignorantis uinculũ non eſt ſoluere.3. Meta. Cic.3. Tuſc. Neq; inſipiẽtia (inqt) ullũ maius malũ. Socr. dicebat, & unicũ eſſe bonũ ſcientiã, malũ econtrario unicũ inſcitiã. Idẽ duo eſſe ſtulticiæ genera affirmabat, alterũ dementiã, & furorẽ, alterũ uerò imperitiã, ac ruditatẽ. Peregrini, & aduenæ in uijs, indocti, & rudes in rebus errãt. Idẽ Socr. cõſpecto diuite, & inerudito. Ecce, inquit, aureũ mãcipiũ. Dementiã felicitatis impedimentũ Bion eſſe dicebat. Interrogatus Stilpon quid eſſet ſtatua fortius? Homo animo ſtupidus, inquit. Inter cætera mala, authore Seneca epiſt.13. Hoc quoq; habet ſtulcitia ꝓpriũ, qđ ſemꝑ incipit uiuere. Quã grãde malũ ſit ſtultitia, paucis epiſt. prima primi inſinuat Fla. Hora. dicens. *Sapientia prima, Stultitia caruiſſe.* Extat apud M. Tulliũ nobilis παράδοξος, ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πάντες οἱ μωροὶ δοῦλοι. Solus, inquit, ſapiens liber eſt, ſtulti aũt ſerui omnes. Quẽ locũ latè exequitur Diuus Ambroſius prima, ſecũdi uoluminis epiſt. Idẽ Cic.4. Tuſc.q. lib. aſſerit nunquam lætitia affici inſipientẽ poſſe. Solius inſipientis eſt, negare Deũ eſſe. d *Quid bonum, quid malum.*) Tangit tria rerũ genera, bonarum, malarum, indifferentium, de quibus ex Epicteti Stoici ſententia differit Gellius ca.2. primi uoluminis ſuarũ Noct. Idem cap.7. ſecundi. tria rerum genera eſſe dicit, honeſtarum, turpium, indifferentium. Et. M.C.3. de finibus bonorum & malorum. Eorum quæ ſunt, inquit Plato, quædam dicimus mala, bona alia, alia neutra. Ex ijs mala eſſe, quæ ſemper nocere poſſunt, ut iudicij, rationisq́; priuatio, dementia, iniquitas, & huiuſmodi cætera. Bona, quæ ijs contraria ſunt. Media quæ neutram partem tuentur, deambulatio, ſeſſio, cibiq; perceptio. Idem Plato quatuor dicit eſſe bonorũ genera. Sic ediuerſo quatuor genera malorum eſſe dicit. Vide Laërtiũ. libro tertio & 7. & Apuleiũ in lib. de philoſophia Aduertendum ſanè ex uſu res medias, fieri bonas, aut malas. Quorum enim uſus malus eſt, ipſa quoq;

mala eſſe neceſſe eſt. Vide Apuleiũ ante mediũ lib. de philoſophia. Simili modò de malo uſu dicẽdũ eſt. Et ut ſecũdo triſtiũ canit naſo. *Nil prodeſt quod non lædere poſſit* Idẽ *Igne quid utilius? ſi quis tamẽ urere tecta* Cõparat, an *daces inſtruit igne manus.* *Eripit interdum modò dat medicina ſalutem,* *Quæque iuuet monſtrat, quæque ſit herba nocens.*

Et latro, & cautus præcingitur enſe uiator,
Ille ſed inſidias, hic ſibi portat opem,
Diſcitur innocuas, ut agat facundia cauſas,
Protegit hæc ſontes, immeritoſque premit

uita ſit. Quæ ſi quis minus intellexerit, ab eo interimitur. [a] Neque id ſemel, ſicut is qui depaſtus à Sphinge moriebatur, ſed per omnem uitam paulatim abſumetur; quemadmodum hi, qui perpetuis ſupplicijs addicti ſunt. Contrà uerò ſi quis agnouerit, [b] occiſa demum inſipientia, ſalutem ipſe conſequitur. Et beatus, felixque per omnem uitam euadit. Quamobrem uos attẽdite ac diligenter audite. [c] O Hercules [d] quam magnum nos in deſiderium conieciſti, ſi hæc ita ſe habẽt. Atqui ita habẽt inquit. Nequaq̃ igitur nos oratio tua præueniet, ſiquidẽ nobis [e] attẽte audituris nõ ab re preciũ huiuſmodi prẹponitur. Sumpta [f] itaque uirga quadã, & ad picturam ducta. Videtis [g] ne, inqt, ambitũ hũc? Videmus. Hoc in primis animaduertere uos

a *Neque id ſemel.*) Quanto res nobilior eſt, tanto grauior eius læſio. Quæ corpus ad mortem lædunt duntaxat ſemel obſunt. At uitia peſtes animi ſæpiſsime mentem perimunt. Monet Chriſtus Lucæ cap. 12. non multum timendos eos, qui corpus occidunt, ſed timendum eum maxime qui habet poteſtatẽ mittendi animam in gehennam, quod ſine grauibus uitijs fieri nequit. b *Occiſa demum inſipientia, ſa. i. c.*) Sic inſipientia mors animæ eſt, ut ſapientia uita. Harũ una inexiſtente, altera ineſſe non poteſt. Rurſus, cũ una non inerit, conſequẽs eſt, ut altera inſit, quoniã inſipiẽtia uel eſt ſapientiæ priuatio, aut contrarius, & immediatus habitus. Huc accedit Auguſtini ſententia. Non potuit (inquit) mors mori, niſi in uita. Non moritur amaritudo niſi in dulcedine. Non moritur frigus niſi in calore. Non eſt mortua mors niſi in uita. Hucuſque ille. Hoſtis interitus, ſalus eſt eius, cui peremptus hoſtis infeſtus fuerat. De duplici morte, ac cõtraria uita duplici, lege Lact. c. 15. 2. & c. 10. 7. Diu. inſt. Annotat. idẽ Lact. c. 10. mox citato, uitia cõmotiones, & perturbationes eſſe animi. Virtutẽ ecõtrariò, lenitudinẽ ac trãqllitatẽ eiuſdẽ. Is aũt, cui ineſt animi lenitudo, atque trãqllitas, euadat p̃ omnẽ uitã beat9, felixque neceſſe eſt. Hæc aũt de huius præſentis uitæ beatitudine intelligẽda ſunt, non de ea felicitate, quæ recte, ſancteque uiuẽtibus poſt mortem ꝓmittitur. Qua de re lege cap. 4. 19. Ciuitatis Dei Aug. Lactan. c. 7. 3. Diui. inſtit. diuerſas refert philoſophorũ ſententias de ſuprema beatitudine. Seneca epiſt. 16. ſcribit neminẽ poſſe beatè, ne tollerabiliter quidẽ, ſine ſapientiæ ſtudio. Et beatam uitã perfecta ſapientia dicit effici. Theologi de beatitudine ſequũtur definitionẽ Boẽtij ꝓſa. 2. tertij de Conſo. philoſophiæ. Aduertendũ philoſophiæ munus eſſe nedũ inſipiẽtiã ſed uitia quæque alia fulgẽti enſe funditus iugulare. Nedũ eñ inſipiẽtiæ, ſed cæterorũ uitiorũ, peccatorũque noſtrorũ omnis à philoſophia petẽda correctio eſt: Hoc animaduertẽs M. Cicero. 5. Tuſcu. q. inquit. O uitæ philoſophia dux, o uirtutis indagatrix, expultrixque uitiorum. Quid non modò nos, ſed omnino uita hominũ ſine te eſſe potuiſſet? Tu urbes peperiſti, tu diſſipatos homines in ſocietatem uitæ conuocaſti. Tu eos inter ſe primo domicilijs, deinde coniugijs. Tum literarum, & uocum communione iunxiſti. Tu inuentrix legum. Tu magiſtra morum, & diſciplinæ fuiſti. c *O Hercules.*) Grandiorẽ natu, qui ſe picturã expoſiturũ placidè pollicetur, Herculẽ uocat, qđ ſcilicet rẽ cognitu difficilimã exponere ſit aggreſſus. Herculi eñ peculiare, ac ꝓprium fuit, ardua, atque factu difficillima, tum ingenio, tũ immanibus uiribus animoſè aggredi, ac feliciter ſuperare. Herculis audacia, ſtrenuitasque (ut Tarræas ex Clearcho citat) abijt ueteribus in prouerbiũ, quoties ſcilicet intrepidũ hominem ac ſummis uiribus prẹditum ſignificare libuerit, eum ἄτον ἄλλον ἡρακλέα, id eſt, hunc aliũ Herculem prouerbio uocitemus. d *Quam magnum nos in deſy. con.*) Si omnes homines authore Ariſtotele, natura ſcire deſyderant, conſequens eſt, ut maximè ſcibilia maximè deſyderemus cognoſcere, quoniam maximarũ rerum cognitio, maximè cognoſcentis perficiat rationem. Riſu certe digni, qui ſpreto nobilium rerum ſtudio, ſummum conatum adhibent, in diſcendis uilibus, atque iacentibus. Sed bene cum ijs actum, quod uno inaníque labore, operam diſſipant, atque oleum. e *Nobis attente audituris.*) Spondet Cebes ſummam curam abhibiturum ſe, ut attentus docentis dictata diligenter ediſcat. Tepidus nimirum doctor redditur, quoties aut inaccuratos, aut deſides conſpexerit auditores. f *Sumpta uirga.*) Mos eſt eorum, qui picturarum aut quarũmuis Geometricarum figurarũ notitiam tradũt uir-

gã,

ga,quam Radium Latini uocitant,ad ſenſum eas oſtendere. Vergilius Ecloga.3. deſcripſit. *Radio totum qui gentibus orbem.* g *Videtis ne ambitum hunc.*) Incipit natu ſenior picturam ut promiſerat explanare. a *Locum iſtum uitam uocari.*) Vita,ſi Seruio credimus,nihil aliud eſt,niſi reciprocus ſpiritus. Vnde Iupiter,inquit,quo cõſtant omnia, uocatur ζὴν,ἀπὸ τοῦ ζῆν,id eſt,uita. Ariſtoteles uitam definit.manſionem uegetatiuæ animæ in calido. Author de cauſis, quiſquis is fuerit,ſic finit uitam. Vita eſt proceſſio quædam procedens ex ente primo,quieto,ſempiterno. Sunt qui uitam eſſe dicant, corporis animæq; cõiunctionem,qđ contraria uitæ mors ſit, corporis, animæq; ſeductio. Lege Ambroſium ca.2.de bono mortis. Ariſtonem dicere ſolitum accepimus, uitã ſimilem thtatro eſſe,in quo peſſimi commodiſsimum locum ſæpe obtinent, optimi contrà omnino incommodum. Hinc exit Horatianum illud Satyra. 6.primi Serm. *Notantæ Iudice,quo noſti,populo, qui ſtultus honores Sæpe dat indignis,& famæ ſeruit ineptus.*

oportet [a] locum ſcilicet iſtum uitã uocari. Turba porrò illa ingens, quæ portæ inſiſtit, hi ſunt omnes in uitã aliquãdo ingreſſuri. Senex [b] aũt ille ſuperior, q manu altera [c] paginam quandã tenet,altera neſcio [d] quid demonſtrat, Genius appellatur. Hic imperat [e] introeuntibus, [f] quid eos agere oporteat,ut ad uitã ingrediantur, & qualẽ uiam perrecturi ſint, oſtendit, [g] ut ſalutem in uita conſequantur. Qualem igitur eos iubet uitam capere,aut quo pacto inquam ego? Vides ne(inquit)

Pythagoras,ut Laërtius etiam annotauit,præſentem uitam celebritate ſimillimã eſſe dicebat. Quemadmodum enim (inquit) alij certaturi,alij negociaturi, alij optimi futuri ſpectatores ueniunt. Ita & in uitam alij quidem gloriæ mancipia naſci,& cupiditatis aucupes,alios uerò ueritatis ſtudioſos. Vitam uocari,propterea dicit,quoniã,ut de Sõnio Scipionis,inqt Tullius,ij uiuũt qui è corporũ uinculis, tanquam è carcere euolauerunt,noſtra uerò,quæ dicitur uita,mors eſt. Ciceronis aſſerto ſubſcribit Gregorius Homelia 37. Temporalis uita æterna uitæ cõparata,mors eſt(inquit) potius dicenda,quã uita.ipſe enim cotidianus defectus corruptionis quid eſt aliud,quam quædam prolixitas mortis? Seruius Honoratus exponens Vergilianum illud.4.Aeneid.

Vixi,& quem dederat curſum fortuna peregi.

Scribit tribus humanam uitam contineri. Natura, cui ultra centum & uiginti ſolſtitiales annos cõceſſum non eſt. Fato,cui nonaginta anni hoc eſt,tres Saturni curſus,exitium creant, niſi fortè aliarum ſtellarum benignitas etiam tertium eius ſuperet curſum. Fortuna,id eſt,caſu,qui ad omnia pertinet,quæ extrinſexus ſunt,ut ad ruinam,incendia,naufragia,nenena. Non aliena ab ijs,quæ refert cap. 1.13. ſuarũ Noct. Aul. Gel. Extat.cap.48. ſeptimi C. Plinij de ſpatijs uitæ longiſſimis. Iureperiti hoc uitæ ſpatium ſtatuunt centũ annorum tit.1. ſeptimi Digeſtorũ lege.62. Aduertendum ambitũ primũ ex eo maiorem dici,quoniam uitam hominis continet qualemcunq;,utputa ætatem omnem,ſexum quẽlibet,ac morum omnium diuerſitatem. Appoſitè igitur huius primi ambitus portæ,ingentẽ turbã inſiſtere,id eſt aſtare atq; urgere,dicit. b *Senex ille ſuperior.*) Geniũ intelligit,cui ueluti ſuperiori præſidi uitæ huius tribuitur ingreſſus. Genius (ut ad Q. Cereliũ Cenſorinus ſcribit) à gignendo dictus eſt,qđ mox ut generamur curã noſtri ſuſcipiat,tueaturq;,ſiue quod unà nobiſcum gigni dicatur. Auguſt.cap.13. ſeptimi Ciuit. ex Varronis ſententia. Genius eſt Deus (inquit) qui præpoſitus eſt, ac uim habet omniũ rerũ gignendarũ. Libuit hoc loco Seruij Honorati referre ſentẽtiã. Cũ naſcimur,inquit,duos Genios ſortimur, quorum unus hortator ad bona,alter, qui deprauat ad mala. Dicuntur aũt Genij,quia cum unuſquiſque genitus fuerit,ei ſtatim obſeruatores deputãtur. Quibus aſſiſtentibus poſt mortem aut aſſerimur in meliorem uitam,aut condemnamur in deteriorem. Genij alio nomine manes dicuntur. Vnde à Vergilio dictum eſt. *Quiſque ſuos patimur manes.* In Collectaneis noſtris Poëtarum ferme in unum redegimus,quicquid de Genijs à ueteribus proditũ eſt. c *Manu altera paginam quandam tenet.*) Genius natorũ,naſcentium naſcendorumq; omnium pagina quadam nomina continere putatur. Sumptũ uideri poteſt à militiæ duce,quo militũ ſuorũ omnium,quibus imperat,libro inſcripta nomina habere cõſueuit. Non penitus diſſimilia ſunt,quæ de libro uitæ Theologi ꝓdiderunt. Lege Auguſt.cap.14. uigeſimi Ciuitatis Dei. d *Neſcio quid demonſtrat.*) Conſtat picturam non ita, ut uocem aut ſcripturam pictoris intentionem apertè monſtrare. e *Imperat.*) Quid Genius introëuntibus imperet, circa finem deſcriptionis tabulæ à Cebete latius explicatur. f *Introëuntibus.*) Maiorem ſcilicet uitæ ambitum,id eſt,uiuere incipientibus. Sic aũt Genius imperat, ut nequaquam eos compellat penitus,aut cogat. Similem imperandi modũ Theologi Deo tribuũt. Quod humana uoluntas ui cogi nõ poſſit. g *Vt ſalutem in uita conſequantur.*) Philoſophi quibus futuræ uitæ nulla fuit,aut exigua omnino cognitio plærũq; in hac præſenti,quã de

gimus uitam,humanam ſalutem,poſuerunt,Hanc ipſam præſentem ſalutem,ſine perfecta uirtute haberi non poſſe,pluribus adſtruere ſunt conati.Theologi uitam hanc mortalẽ,quod inſtabilis ac pluribus,maximisq́; referta malis ſit,ſecuram homini ſalutem,præſtare non poſſe conſtanter affirmant.Laudatur,nec iniuria,Solonis illud. *Dico tunc* (inquit) *beatam uitam cum perfecta facta ſint.* Qua de re in ꝓuerbio. *Vltima ſemper Expectanda dies homini eſt,* ex uarijs nõ pauca cõgeſſimus authorib. a *Solium.)*

iuxta portam ſolium[a] quoddam eo loco conſtitutum ubi turba ingreditur, in quo ſedet ſuauibus moribus, & formoſa indole mulier,quæ poculum manu tenet? Video,ſed quænam hęc eſt? Suadela[b] (inquit) uocatur,quę[c] mortales omnes ſeducit.Quid tũ poſtea hęc agit? Ingredientes ad uitam quoad per eam fieri poteſt, bibere [d] compellit. Quæ nam uerò hæc eſt

Sedem regiam.Inſinuat latenter non eſſe omniũ, quod libuerit, alijs ſuadere. Nam (ut inquit Ennius) cum opulenti loquuntur pariter,atq; ignobiles.Eadem dicta,eademq́; oratio,non æque ualet.Cicero primo Tuſcu.q. Vt enim (inquit) rationem nullam Plato afferet (uide quantũ homini tribuam) ipſa authoritate me frangeret. Res ardua (inquit in procœmio operis ſui C. Plini.) uetuſtis nouitatem dare,nouis authoritatẽ,obſoletis nitorẽ, obſcuratis lucẽ,faſtiditis gratiã,dubijs fidẽ, omnibus uerò naturam,& naturæ ſuæ omnia. b *Suadela uocatur.)* Suadela eſt oratio,qua uerbis aptis,& accõmodis quẽpiã in noſtrã ſententiã conamur inducere. Vnde à ſuadẽdo dicta eſt. Græci eã πειθὼ,nũcupant.Per Suadelã autem intelligit mundi uanitatẽ, quæ ſuis illecebris,hominum partem maximam ad ſe allicit. Sappho πειθὼ,id eſt,ſuadelam Veneris filiam eſſe tradidit. Nihil enim tam ad perſuadendũ efficax,quam oratio,Venus,atq; pecunia. Hinc exit Horatianum illud epiſtola.6.primi. *Bene nummatum decorat Suadela,Venuſq;.* De blandæ orationis uiribus idem Horatius in arte poëtica. *Syluestres homines facer &c.* Veneris potentia paſſim nota. Quam Græci πειθὼ nuncupant,id eſt,deã dicendi præſidem,Ennius Suadam,Quintilianus perſuadendi deã,Suadelam Horatius.Cic.leporem uocat.Sunt qui eam Flexanimẽ quod hominis animum flectat,nominauerint. Græcis quibuſdã pſychagogos appellatur,quaſi ductrix & oblectatrix animæ.Doctè plurima de Suadela cõgeſſit Budæus. L.prima de ſeruo corrupto, hoc eſt,titulo.3.decimo Digeſt.Ad hunc locũ faciunt,quæ ſcribit Cælius Rhodiginus cap.48.ſexti Antiquarũ lectionũ.Quo loco refert,interpretaturq́; Grecũ ꝓuerbium οὐκ ἐστὶ πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος,id eſt, non eſt ſuaſionis templum aliud præter orationẽ. Non pauca recolligit Beroaldus ſuper nonũ de Aſino aureo L.Apu.Et.10.Cataneus epiſt.20.primi epiſtolarum Plinij Iunioris. Quàm facilè id perſuadere hominibus,ad quod uel natura,uel malitia,uel longa cõſuetudine,proni ſunt. Nullus labor impijs Dei aut ſanctorum,ſuadere contemptum. Auaris ſpolia,aut depoſiti abnegationem. Luxuriam præ dulce malum,addictis Veneri. Tyrannis ſæuitiam. Opipara conuiuia uẽtri natis. Sunt & huius genus homines mille alij. Hinc factum eſt,ut Epicuri diſciplina (quod & Lactantius retulit cap.17.libri tertij) multo celebrior ſemper fuerit,quàm cæterorum, non quia ueri aliquid afferat, ſed quia multos ad populare nomen uoluptatis inuitat. Nemo enim non in uitia pronus eſt.Præterea ut ad ſe multitudinem contrahat,appoſita ſingulis quibusq́; moribus loquitur.Deſidioſum uetat literas diſcere. Auarum populari largitione liberat.Ignauum prohibet accedere ad rempublicã.Pigrum exercere. Timidum militare.Irreligioſus audit deos nil curare.Inhumanus,& ſuis cõmodis ſeruiens, iubetur nihil unquam tribuere.Omnia enim ſui cauſa facere ſapientem.Fugienti turbam,ſolitudo laudatur. Qui nimiũ parcus eſt,diſcit aqua & polenta uitam poſſe tollerare.Qui odit uxorem, huic enumerantur cœlibatus bona. Habenti malos liberos,orbitas prædicatur. Aduerſus impios parentes nullũ eſſe uinculũ naturæ. Impatienti,ac delicato, dolorem eſſe omnium malorum maximum dicitur. Forti etiam in tormentis beatum eſſe ſapientem.Qui claritati,ac potentiæ ſtudet,huic præcipitur reges colere. Qui moleſtum ferre non poteſt,huic regiam fugere.Ita homo aſtutus ex uarijs diuerſisq́; modis circulum cogit,& dum ſtudet placere omnibus,maiore diſcordia ſecum ipſe pugnauit,quàm inter ſe uniuerſi. Sunt nebulones interdum,qui Epicuri hunc aſtum,ab cœcam multitudinem ſeducendã penitus æmulentur. Hac una ratione infimæ fæcis homines tot ad ſe trahunt,*Quot littus arenas Quotque fretum piſcis,ouaq; piſces habet.* c *Quæ mortales omnes ſeducit.)* Cum Suadela ex ijs ſit,quæ ἀδιάφορα nuncupantur a Græcis,non uidetur ea mortales omnes ſeducere, præſertim cum Suadela frequenter, admoneat ad honeſta. Verum Cebes ad conſuetos mores hominũ reſpexiſſe uidetur,quòd ſenſus,& cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.Geneſis ca.8.Et Naſonis illud. *Nitimur in uetitum ſemper,cupimuſq; negata* Rurſus & illud *In uitium credula turba ſumus.* Item. *Quod licet ingratum eſt,quod non licet, acrius urit.* Cauendum nobis maximè ne contortis ſuaſionibus credulam turbam, præſertim adoleſcentium,ad turpia deflectamus. d *Bibere compellit.)* Metaphora à Medicis ſumpta,qui ad ſalubrem potionem ſumendam,ægrotos interdum cogunt. Poteſt & à magnatibus ſimilitudo tranſumpta eſſe,qui uene-

nata pocula porrigentes,eadem præbentes compellunt tandem bibere. Aut,quod placet magis,ab ijs accepta,qui frequẽtibus potionibus eos inebriant,imponere quibus aſtutè cupiũt.Suadelæ iſthæc potio, lethali ueneno cõfecta,quotquot biberint,ad mortem ducit. a *Error atq; ignorantia.*) Duæ ſunt præcipuæ interioris hominis diræ peſtes.Error & huius genitrix ignorãtia.Ille à recto tramite proficiſcentes ſubmouet, hæc ne quis rectum iter ingrediatur, repagula obijcit prærobuſta. Tam hæc,quam

potio? Error[a],inquit, atq; ignorãtia.Quid tum poſtea? Vbi[b] hanc ebiberunt,uitam ingrediuntur.Nũquid omnes eũ errorẽ bibũt,nec ne? Omnes,inquit,[c] bibunt,ſed plus alij,alij minus. Non uides præterea intra portam mulierum[d] meretricum multitudinem quandã diuerſos aſpectus,multifarioſq; preferentiũ?

ille ad præfixũ nobis finem, obſtaculum,plus quam efficax. Error eſt uel alterius pro alio, falſi pro uero exiſtimatio.Errare, unde error deducitur, ſi Cloatio Verrio credimus,dictum eſt ἀπὸ τοῦ ἐῤῥεῖν,hoc eſt,à pereũdo. Tam erroris,quam ignorantiæ, & horum ferè germanæ ſtultitiæ, cauſæ præſertim ſunt. Primo quia non fortiter hęc repellimus,nec toto ad ſalutem impetu nitimur.Deinde quia illa,quæ à ſapientibus uiris reperta ſunt,non ſatis credimus,nec apertis pectoribus haurimus,leuiterq; tam magnæ rei inſiſtimus. Quemadmodum autẽ aliquis quantum ſatis ſit aduerſus uitia diſcere,qui quantum à uitijs uacat,non diſcit? Nemo noſtrum in altum deſcendit,ſumma tantum decerpimus, exiguumq; temporis impendiſſe philoſophiæ ſatis, abũdeq; occupatis fuit.Hæc & huius generis plura reperies apud Senecam epiſt 3.uoluminis 8.Annotat idẽ Seneca epiſtola penultima lib.ultimi.Frequentius nos ſequi,& recti apud nos errorem locum tenere,ubi publicus factus eſt.Admonet idem de beneficijs lib.4.errori non eſſe,fidem præſtandã.Demens (inquit) eſt, qui errori fidem præſtat.Error,ac ignorantia,alia demum uitia ex ſeſe generant. Putandũ eſt igitur (inquit de philoſophia.L.Apuleius) eum, qui ſit ignarus bonorũ,cupidum quoq; eiuſmodi rebus eſſe.Hæc duo uitia tam latè radices ſuas exerunt,ut uix reperias non conſitum iſtis locum.Radices has è mentibus extirpare,opus diuinum potius quam humanum. Quam ueriſſimum Innocentij illud.Error(inquit) cui non reſiſtitur,approbatur,& ueritas cum minime defenditur, opprimitur,deſtinct.83.c.Error.Tam diuinum,quam humanũ ius abundè,erroris, ac ignorantiæ explicant rationes. b *Vbi hanc ebiberunt.*) Cognoſcibiliũ ignorantiam ſcilicet.Vnde autẽ homines in uitã hanc ingreſſuri,errorẽ,ignorantiamq; cõtrahant,diuerſa ueteres philoſophi tradiderunt. Plato cauſatur corpus carceri cuipiã non abſimile.Anima eñ,inquit,ante eius in corpus ingreſſum,ſcibilia ferme omnia cognoſcebat,ſed corpus ingrediens, eorũ omnium obliuionẽ contrahit.Ad hæc enim terrena corpora anima ipſa deducta,mori creditur,quod in caducã regionem,& in ſedem mortalitatis includatur. Lege Macrobium de Som.Scip.lib 1.Quo loco docet ex Platonis ſententia, quid ex planetis,qui'due ex cæteris corporibus è cœlo deſcendens anima contrahat.Cum uerò anima corpus ingreſſa eſt,ſucceſſu tẽporis,ſenſuum corporeorũ miniſterio,rurſus reminiſcitur oblitorũ. Ariſtoteles,& Themiſtius.3.de anima uolumine,aſſerunt hominis intellectũ in ſuæ creationis principio ceu nudam tabulam eſſe.id eſt, tam habituum,quam actuũ cognoſcendi penitus expertem eſſe. Vſu autem,ac doctorum beneficio, corporũ diſpoſitione plurimum conferente,ex frequentatis actibus,ſcientias uarias adipiſci.Theologi tradunt hanc ignorantiã,mentiſq; errorẽ,ex primorũ parentũ peccato,originẽ habuiſſe. Idẽ ipſi Theologi docent quæ,quot,quantaq; hominũ mala idipſum peccatũ fuerint conſecuta. Verũ locus hic non patitur ꝓ rei amplitudine cuncta ꝓſequi. c *Omnes bibunt,ſed plus alij,alij minus.*) A potatoribus ſumpta tranſlatio,quorũ quidã modicè,plures multũ,intra modũ tamẽ, nonnulli crateratim,amphoratimq; in uentrem uinũ fundunt,id eſt,qui nec ſoleant ueteris pocula Maſſici, nec partem ſolido demere de die, hoc eſt,qui ad pocula ſe extimant tantũ natos.Plus alij.alij minus iccirco dicit,quoniã nec error,nec inſcitia pari modo cunctis hominibus inſunt. Sunt enim,qui ex ijs,quæ ſcire poſſunt,pauca ignorent. Sunt qui plurima.Sunt tandem,qui non plus ſapiunt,quam lapis. Et (ut inquit Terentius) tota errant uia. Non diſcrepant ab ijs penitus,quę de tribus hominum generibus,de operis, et diebus Heſiodus refert cuius uerſus retulimus locis alijs.Plurimũ refert,quales à principio nacti educatores fuerimus, qua de re in prouerbio.Pollice mores ducere,in Hecatoſtichis noſtris,diximus ſatis multa. Fuerunt qui putauerint ab homine omnia ſciri poſſe.Fuerũt qui nihil ſciri poſſe crediderint.Illi plus q̃ par eſt homini tribuerunt,ij minus.Scire omnia,non hominis,ſed Dei eſt.Nihil ſcire pecudis potius,quã hominis ꝓpriũ Eſt ergo aliquid medium, quod ſit hominis,hoc eſt ſcientia,cum ignoratione adiuncta, temperata. Scientia in nobis ab anima eſt,quæ oritur è cœlo,ignoratio à corpore,quod eſt è terra. Vnde nobis & cum Deo, & cum animantibus eſt aliqua communitas.Hæc ultima ex capite ſexto tertij Lactantij decerpſimus. d *Meretricum multitudinem.*)Refert Aulus Gellius ca.5.noni lib.Taurum philoſophum, quoties facta mentio Epicuri eſſet, in ore,atq; in lingua habuiſſe uerba hæc Hieroclis Stoici uiri ſancti,&

grauis ἡδονῆς τέλος πόρνης δόγμα, ἄπεστω πορνεία οὐδ' ἔν πόρνης δόγμα, id eſt, Voluptatis finis meretricis decretum eſt, tolle Venerem, nullum meretricis erit decretum. Mali animi affectus, aptiſſimè meretricibus comparantur, qua de re ampliſſimè diximus locis alijs. a *Opiniones.*) Boëtius philoſophiæ ueſtē graphicè depingens, hunc Cebetis locum imitatus uideri poteſt. Eſt autem opinio circa uerum, uel falſum habitus contingens aliter ſe habere. Vel ſic. Opinio eſt acceptio, exiſtiſtimatióque immediatæ propoſitionis

Video. Iſtæ igitur [a] opiniones, & [b] concupiſcentiæ, & [c] uoluptates uocantur, quæ turba [d] ingrediente

non neceſſariæ. Vel aliter. Opinio eſt quod, incertum eſt, & natura huiuſmodi eſt. Lege Ariſtotelem circa finem primi Poſteriorum. Primo Magnorum moralium dicit opinionem eſſe, qua ad utramque partem declinamus, puta ad hoc ita eſſe, & non eſſe. Tertio autem Ethicorum ait. Opinio circa omnia uidetur eſſe, nec minus circa æterna, & impoſſibilia, quā circa ea, quæ in nobis ſunt. Ibidem ait opinari quoſdam melius, propter prauitatem tamen, deteriora ſequi. Secundum Ciceronem. 2. Tuſcu. q. opinio eſt quædam effœminata, leuiſq; turbatio, nec in dolore magis, quàm eadē in uoluptate, quam cum liqueſcimus, fluimuſq; mollicie, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Et lib. 4. dicit eſſe imbecillem aſcenſionem. Primo autem de legibus exponens opinionis naturam. Ipſum em̄ bonū (inquit) nō eſt in opinionibus, ſed natura. Nam ni ita eſſet, beati quoq; opinione eſſent. Quo quid dici poteſt ſtultius? Lactan. cap. 3. lib. tertij oſtendit opinionē in philoſophia, ſolā eſſe. Nam unde, inquit, abeſt ſcientia, id totū poſſidet opinio. Id aūt opinatur quiſq;, qđ neſcit. Illi aūt, qui de rebus naturalibus diſputant opinãtur ita eſſe, ut diſputãt. Neſciūt igitur ueritatē, q̄nīā ſciētia certi eſt, opinio incerti. Si quis diligēter philoſophorū dogmata cæterorūq; rimetur ſentētias, nihil uel certe pauca præter opiniones reperiet. b *Concupiſcentiæ.*) Stoici cōcupiſcentiā irrationalē appetitū eſſe dicūt, cui & iſta ſubincidunt. Indigētia, odiū, cōtentio, ira, amor, iracūdia, excãdeſcentia. Ex Laërtio l. 7. Epicurus diuerſas dicit cōcupiſcentiæ ſpecies, partim ſcilicet naturales, partim inanes. Atque naturalium alias quidē neceſſarias, alias uerò tantū eſſe naturales. Neceſſariæ uerò quæ ſunt, partim ad felicitatē, partim ad corporis trãquillitatem, partim ad uitam ipſam eſſe neceſſarias. Horū quippe ſine errore ſpeculatio eſt, ut nouerimus quid eligendū, quid'ue fugiendum ſit ad bonā corporis tuendā ualetudinem, corporiſq; quietē. Hic em̄ finis eſt bene beateq; uiuendi. Hæc & plura Laërtius lib. 10. & Cic. 5. Tuſcu. q. Pythagoras eā partem animæ, quæ in corde eſt concupiſcentiam eſſe dicit. c *Voluptates.*) Voluptas (inquit. 4. Tuſcu. q. M. Cicero) eſt, quæ quid cū ratione deſiderat. Quæ aūt aduerſus rationē incitata eſt uehementius, ea libido eſt, uel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Stoici (ut Laërtius refert lib. 7.) ſic uoluptatē definiunt. Voluptas eſt irrationabilis eius rei appetitus, quæ uideatur expetenda. Eius partes ſunt, delectatio, gaudiū, in malis oblectatio, effuſio. Cic. 4. Tuſc. q. uoluptati tribuitur maleuolētia, lætans malo alieno, iactatio, & ſimilia Ariſtó. 7. Ethicorū. ſcribit uoluptates quaſdā uehementius amplectandas eſſe, ut puta illas, quæ ſunt honeſtæ, ſed non corporeæ, & circa quas intēperans eſt. Inceſſitur, nec iniuria Xerxes Perſarū rex, qui præmiū poſuit, qui inueniſſet nouā uoluptatem, qua ipſe inuenta non fuit contentus. Neq; em̄ unquā finem inueniret libido. Cic. 5. Tuſc. q. lib. Sunt qui ad uoluptatē corporis tanq̄; ad ſummum bonum, cuncta alia, etiam uirtutē ipſam ordinent. Sed q̄; miſer uirtutis famulatus (ut ij officiorum inquit Tullius) ſeruientis uoluptati? Ad omnem officij pertinet quæſtionē (ut cuiuſdā uoluminis lib. 1. ſcribit idē) ſemper in promptu habere quantū natura hominis pecudibus reliquiſq; beſtijs antecedat. Illæ em̄ nihil ſentiunt niſi uoluptatem ad eãq; feruntur toto impetu. Hominis aūt mens diſcendo alitur, & cogitando ſemꝑ aliquid aut inquirit, aut agit, uidendiq; etiā delectatione ducitur. Quis etiā ſi quis eſt paulò ad uoluptates ꝓpenſior, modò caueat, ne ſit ex pecudū genere. Sunt em̄ quidam homines non re, ſed nomine, ſed ſi quis eſt paulò erectior, q̄uis uoluptate capiatur, occultat & diſſimulat appetitum uoluptatis propter uerecundiā. Ex quo intelligitur, corporis uoluptatē, nō ſatis eſſe dignam hominis præſtantia, eãq; contēni, & rejci oportere. Sin ſit quiſpiā, qui aliquid tribuat uoluptati, diligēter ei tenendū eſſe modū eius fruendæ. Itaq; uictus cultuſq; corporis ad ualitudinē referãtur, et ad uires, nō ad uoluptatē. De ijs animi affectib. lege Seruiū 6. Aene. ſuꝑ illđ. *Hinc metuunt, cupiūt, dolentq;, gaudētq;* Seneca in lib. de uita beata ſcribit tria eſſe genera uitæ. Vnū uoluptati uacãs, alterū cōtēplationi, tertiū actioni. Si quis eū li. adeat, nō pauca de hac ipſa reperiet uoluptate. Veterū philpſophorū de uoluptate ſententias, refert Gell. c. 5. noni. Quid Platonici de uoluptate tradiderint, paucis recolligit Landinus in Commētarijs epiſtolæ ij, & vi. primi epiſtolarum Horatij. Non pauca nos de uoluptate cōgeſſimus in prouerbio. Voluptas eſt malorum eſca. Longè plura in poëtarū collectaneis. Hunc de uoluptatibus locum exornant, quæ ſcribit Ambro. ca. 4. primi de Cain & Abel. d *Turba ingrediente ſtatim proſiliunt.*) Turpium uoluptatum propriū eſt, ſuis illecebris uulgares, id eſt, uirtutū omniū expertes homines, ad ſe allicere, ineſcare allectos, & tandem funditus perdere ineſcatos. *Quippe nec ira Deū tantum, nec tela, nec hoſtes,*

Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas. *Ebrietas tibi ſola comes, tibi luxus, & atris*

Circum

ſtatim proſiliunt & unumquemque amplectuntur ac deinde abducunt a Et quonam eos abducunt, Aliæ a (inquit) ut ſaluent, aliæ ut per deceptionem interimant. O Inquam admirãde uir quàm acerbam b ac triſtem potionem dicis. Atqui omnes (inquit) optima pollicentur, ſeq; eos ad felicem, atq; conducibilem c uitam eſſe perducturas. Illi uerò per d ignorantiam, & errorem, quem ab ipſa Suadela combiberunt e quæ nam uera uia ſit, in uita non inueniunt. Sed

Circumit e ſemper uolitans, infamia pennis. Syllius bellorum Punicorum libro.xv. a *Abducunt.*) A recto uirtutum tramite ſubducunt, dimouentque longiſsimè b *Aliæ ut ſaluent, aliæ, ut per deceptionem interimant.*) Tangit duplicem, uoluptatis differentiam, uoluptatis bonæ ſcilicet, atque malæ. Zeno (ut nono libro Gellius annotauit) cenſuit uoluptatem eſſe indifferens, id eſt, neutrum neq; bonum, neq; malum, quod ipſe Græco uocabulo ἀδιάφορον appellauit. Voluptatem uerò (inquit) libro de philoſophia Apuleius) neq; bonum eſſe abſoluté, neq; ſimpliciter malũ, ſed ea quæ ſit honeſta, nec pudẽdis rebus, ſed glorioſis artib. ueniat, non eſſe fugiendam. Illam uerò quã aſpernatur natura ipſa turpi delectatione quæſitam, uitari Plato oportere cenſebat. Macrobius.vij. Saturnal. Ergo (inquit) uoluptas non mox nomine ipſo infamis eſt, ſed fit modo uel honeſta, uel arguenda. M. Cic. de legibus, mutatricem boni malorumq; omnium matrem, uoluptatẽ dicit. A re ergo circa quam eſt, uoluptas bona dicitur, aut mala. Sicut enim turpis rei uoluptas mala, ita e diuerſo, honeſtæ bona. Ita de opinione, ac concupiſcentia, uti de uoluptate, dicendum. Nec mirum opiniones concupiſcentias, uoluptatesq; id eſt, meretrices, ijs, quos amplexantur obducuntq; optima polliceri, ſeq; eos ad felicem atq; conducibilem uitam eſſe perducturas. Quandoquidem mala, atq; contemnenda aliàs, & proſint interdum, & bona, ſiniſtre quamuis, ſuadeant & honeſta. Nemo quiſquam (ut Gellianis uerbis utar) tam efferis eſt moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari non queat. Vnde hic antiquiſsimus uerſiculus uice prouerbij celebratus eſt.

Πολλάκι καὶ κήπορος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν

Hoc eſt

Sæpius eſt olitor non contemnenda locutus. Sed enim qui omni in re, atq; omni tempore, laude omni uacat, is illaudatus eſt, isq; omnium peſsimus, deterrimusq; eſt. Conſtat identidem, ſanctiſsimum illud à nebulone quopiam dictum olim. *Nil ſine magno uita labore dedit mortalibus.* Id ipſum actitant ſæpe dæmones, quò irretiant facilius malè cautos. Deteſtanda quorundam peruerſitas, qui cum quippiam ſuapte natura ἀδιάφορον ſit, imbibita quadam malicia, idipſum in peiorem partem interpretari ſolent. Eaq; tum opinari, tum concupiſcere, tum deniq; uoluptuosè expoſcere, quæ deteriora exiſtimantur, & ſunt. *Procliuior uſus* (inquit Claudianus)

In peiora datur, ſuadetq; licentia luxum,
Illecebriſq; effrena fauet.

Et Naſonis illud iiij. Faſtorum

Conſcia mens recti famæ mendacia ridet,
Sed nos in uitium credula turba ſumus.

Et Heſiodus primo Geor.

Quàm facile innumeras uitiorum amplectimur artes.
Haud procul illa habitant. &c.

Nemo enim (ut ex Lactantio ſuprà quoq; retulimus) non in uitia pronus eſt, Qui de hominis productione commentantur, tradunt, ſenſus, cæteraq; corporis membra, genitalia præſertim, ad uſus decentiſsimos, ab optimo opifice Deo fuiſſe procul dubio procreata. Summa nobis prudentia opus eſt, quoties huiuſmodi affectus animi ſeſe inſinuauerint blandè nimis. c *Quàm acerbam, triſtemq; potionem dicis.*) Non minus Stygiæ paludis aqua pernitioſa corporibus, quam imbibita ſæpe uitia animabus. d *Conducibilem uitam.*) Aptam, idoneam, utilem, & ad felicitatem ſeſe ſeruantem, recto tramite conducentem. Sed apud prudentes, Multa fidẽ promiſſa leuãt. e *Per ignorantiam & errorem.*) Explicat quid tandã mali, aut incommodi error, & ignorantia afferant poſſeſſori. f *Quænam uera uia ſit in uita, non inueniunt.*) Qui de tranſitoria hominis uita commentantur, Pythagoram ſecuti, uitę huius duas eſſe uias prodiderunt. Virtutum ſcilicet, & uitiorum. Illã regiam uocant, hanc ſeruilem, atq; brutalem. Prima ad uitam, altera ad mortem, ueluti in præfixum ijſdem uijs terminum, dirigit uiatorem. Via regia proficiſcenti iubet, non eſſe neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram penitus declinandum. At ſeruilis, brutaliſq; uia altera, medium peroſa, continuò dextera graditur, uel ſiniſtra. Prima uia incedentibus Chriſtus ducatum præſtat. Secunda proficiſcentibus, Chriſti aduerſarius Cacodæmon. Prima uia ſimplex, ſecunda uarijs illecebris complicata *Simplicis ergo uiæ dux eſt Deus, ille per unam Ire iubet mortale genus, quam dirigit ipſe Sublimẽ, dextro celſam*

inconſulto errant, ut uidere licet ex his, qui prius ingredientes eò circumuagantur, quò ipſæ commonſtrauerint. Video, inquam hoc. Sed mulier illa quænã eſt, quę ueluti cœca,[a] atq; inſana ſuper lapide quodam rotundo conſiſtere uidetur. Fortuna[b] inquit uocatur. Ea uerò non ſolum cœca, ſed[c] inſana etiam & [d] ſurda eſt. Quænã huius ſunt[e] partes? Obambulat (inquit) quocunq; gentium, & alijs quidem[f] facultates eripit, alijs tradit. Ab eiſdemque rurſus aufert illico; quæ tradiderat, atque alijs temere, inſtabiliterque concedit. Quapropter ex eo

ed faſtigia cliuo. Prima uia facies inculta, ſub horrida, triſtis, Difficilis, ſine ſui pulcherrima, & amplis Prædita diuitijs, & abundans luce pereni. Et qui præteritos poſſit penſare labores. Multiplici dæmõ ſed adeſt, qui morte ſiniſter Cẽtifidũ confundit iter, trahit inde Sophiſtas Barbatos, trahit hinc opibus uel honore potentes. De ijs duab. uijs ex Heſio. Verg. Perſio, Prudẽ. Proſpero M.T. Euſeb. Lact. Seruio ac reliquis, in noſtris Collectaneis congeſsimus haud pauca. a *Quæ ueluti cœca, atq; inſana, ſuper lapide quodam &c.*) Vix eſt gẽtiliũ Deorũ alter de quo tot, tãtaq; ſcripta ſint, quot, quãtaq; de Fortuna à ueteribus prodita ſunt. Ergo in præſentia breuitati ſtudẽs, Pacuuij poëtæ uerſiculis Fortunæ poteſtatẽ, naturãq; reliquã duximus explicãdam. Pacuuij uerſus ſunt, quos in Rhetoricis retulit M. Tullius. *Fortunam inſanam eſſe, & cæcam, brutam perhibent philoſophi, Saxiq; adinſtar globoſi prædicant eſſe uolubilem. Quia, quo ſaxum impulerit fors, eò cadere Fortunam autumant. Cœcã ob eã rem eſſe uocant, quia nihil cernat, quo ſeſe applicet. Inſanam autem aiunt, quia atrox, incerta inſtabiliſq; ſit. Brutam quia dignum, aut indignum nequeat internoſcere.* Hucuſque Pacuuius. Auſonius, *Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu. Semper mouetur, uariat & mutat uices, Et ſumma in imum uertit, ac uerſa erigit.* Ferme omnia fortunæ tributa, Vergilius eleganti Epigrammate complexus eſt.

Fortuna potens, tantum iuris atrox quæ poſsides,
Euertiſq; bonos &c.

Compendio de fortuna plurima refert cap. 7. ſecundi C. Plinius. Alia ferme omnia in Collectaneis noſtris collegimus de Fortuna. b *Fortuna uocatur.*) Fortuna à ferendo dictam uolunt, quod temere ferat, auferatq; ea bona, quæ in eius poteſtate eſſe creduntur. Alijs placet (ut Auguſt. cap. xviij. quarti de ciu. dei refert) Fortunam à fortuitis nuncupatam. Cœca Fortuna idcirco dicitur, quod nõ diſcernat, cui largitur, uel quod cœcos eos efficit, quibus bona tribuit. Quærit Ariſtoteles Sectione xxix. Problematũ. Cur diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius, quam bonis habeantur? An (inquit) quia Fortuna cœca eſt, diſcernere ſibi, atq; ſeligere, quod melius, non poteſt. Apuleius 7. de Aſino aureo Subibatque (inquit) me non de nihilo ueteris, priſcæque doctrinæ uiros finxiſſe, ac pronunciaſſe, cœcam, & prorſus exoculatam eſſe Fortunam, quæ ſemper ſuas opes ad malos, & indignos conferat &c. c *Inſana.*) Sine ratione, ſua diſtribuens, ac ſine ratione repetens diſtributa. d *Surda.*) Surda ex eo dicitur, quod non audiat uota ſe inuocantium. e *Partes.*) Officia. Magnum nimirum Fortunæ imperium, uelocitq; inceſſus, quocunq; gentium obambulantis. Ouidius 9. 5. Triſtium.

Paſsibus ambiguus fortuna uolubilis errat, Et manet in nullo certa, tenaxq; loco. Sed modò læta manet, uultus modò ſumit acerbos, Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt. Marcellinus li. ultimo, Quiuis beatus uerſa rota Fortunæ ante ueſperum poteſt eſſe miſerrimus. f *Alijs facultates eripit, alijs tradit.*) Quid? quod tam uitæ, quàm mortis, tam breuis, quàm longi æui Fortunæ tribuũt poteſtatem. Ouid. ad Liuiam.

Fortuna arbitrijs tempus diſpenſat ubiq;,
Illa rapit iuuenes, ſuſtulit illa ſenes.
Quaq; ruit, furibunda ruit, totumq; per orbem
Fulminat, & cœcis cœca triumphat equis.

Plura de fortunæ natura circa finem tabulæ refert tandem Cebes. Id leuium hominum excogitauit inſania. Stulta gentilitas ſimulacrũ fortunæ cum copia, & gubernaculo iungit, tanquam hæc opes tribuat, & humanarum rerum regimen obtineat. Cui opinioni & Vergilius aſſenſit, qui. 8. Aene. Fortunam omnipotentem uocat. Verius Seneca epiſtola. 98. Errant (inquit) qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere Fortunam &c. Veriſsima Iuuenalis fortunam alloquentis ſententia.

Nullum numen habes, ſi ſit prudentia, ſed nos
Te facimus fortuna deam, cœloq; locamus.

Valentior omniũ fortuna (inquit ibidẽ Seneca) animus eſt. In utranq; partẽ ipſe res ſuas ducit, beatæq;, ac miſeræ uitæ ſibi cauſa eſt. Malus animus omnia in malũ uertit, etiã quę cũ ſpecie optimi uenerãt. Rectus, ac integer corrigit praua Fortunæ, & dura, atq; aſpera ferendi ſcientia mollit. Ideõq; & ſecũnda gratè excipit, modeſteq;, & aduerſa, conſtanter, atq; fortiter. Hucuſque Seneca. Natus pauper ſemper

pauper

pauper ſit neceſſe eſt,qui ſegni otio torpens,ut ſe ditet. *Fortunam precibus prouocat uſq; ſuis.* Flaccus Hora. Saty.2. ſecundi Serm. eleganter ut cætera indicat cui rerum datio,aut ablatio earundem tribuenda ſit.

Nam proprie telluris hærum natura neq; illum,
Nec me,nec quenquam ſtatuit.Nos expulit ille,

argumento,ipſius a ingenium facilè indicatur. Quale nam hoc eſt inquam ego? Quoniam in rotundo b lapide conſiſtit. Quid tunc ex re ſignificatur? Quod parum certa atq; inſtabilia ſunt eius munera. Calamitates enim c magnæ,ac difficiles oriuntur,ubi quis in ea fidem collocarit. Turba hæc ingens, quæ eam circunſtat, quid ſibi uult, & quinam? Vocantur hi quidem d inconſulti, quorum nemo

Illum aut nequitiet, aut uafri inſcitia iuris,
Poſtremum expellet cero uiuacior hæres.
Nunc ager Vmbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus,erit nulli propius,ſed cedet in uſum
Nunc mihi, nunc alijs. Quocirca uiuite fortes,
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus. Idē epiſtola.ij. ſecūdi refelit eorum ſententiam,qui dijudicent tanquam
Si proprium quicquam, puncto quod mobilis horæ
Nunc prece,nunc precio,nunc ui,nunc morte ſuprema *Permutat dominos,& cedat in altera iura.*
Sic quia perpetuus nulli datur uſus,& hæres
Hæredem alterius,uelut unda ſuperuenit undam.

a *Ingenium.*) Natura,quæ eſt,ut ſit tantum conſtans in leuitate ſua. Boëtius proſa prima ſecundi de Cōſo. philoſophiæ. Tu ſi fortunā putas erga te mutatā,erras. Hi ſemper eius mores ſunt,iſta natura. Seruauit circa te propriā potius,in ipſa ſua mutabilitate conſtantiā. Talis erat cū blandiebatur, cū tibi falſæ illecebris felicitatis alluderet. Deprǣhendiſti cœci numinis ambiguos uultus,quæ ſe adhuc uelut alijs tota tibi prorſus innotuit. b *In rotundo lapide conſiſtit.*) Variè fortunæ ſimulachrū ueteres effinxerunt. Xenophō & Calliſtonicus(ut in Beotia Pauſanias autor eſt) Fortunæ ſimulachrum ſic effinxerunt, ut Pluton,id eſt, Diuitiarum deum puerum ferret,quod fortunam ipſam aut matrem , aut nutricem eſſe innuere uidetur. Bupalus,qui primus omnium fortunæ Simulachrum ſculpſiſſe dicitur, fortunam in capite polum geſtantem,manuumq; altera Àmaltheæ cornu ſuſtinentem fecit. Vnde Pindarus eam φερέπολιν nuncupauit, Lactantius cap.xix.tertij ut parum antè retulimus, Fortunæ ſimulacrum cum copia,& gubernaculo ueteres iunxiſſe dicit. Prudentius lib.1.contra Symmachum,

Fortunatum fortunæ habitum cum diuitte cornu, *Sacratumq; domi lapidem &c.*

Apelles pictor interrogatus,quare fortunam ſedentem pinxiſſet, reſpondit quia nōn ſtat. c *Calamitates magnæ,ac difficiles oriuntur.*) Qui rerum geſtarum monumenta lectitant,abunde diſcunt,quàm magnæ q; ue difficiles calamitates oriuntur, ubi quis nimiam in fortunà fidem collocarit,quòtue hæc è uulgari fæce a d ſummū euexerit uſq; cœlum. Rem hanc compendio retulit Marcellinus rerum geſtarum uolumine.14. Eius uerba quod elegantia ſunt,atq; concinna,libuit ſubſcribere hoc loco. Hæc Fortuna mutabilis(inquit)atq; inconſtans,fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem,& Dionyſium quondā gētium terrorem Corinthi literario ludo præfecit. Hæc Adramitenum Andriſcum in fullonia natum ad Pſeudophilippi nomen euexit, Perſei legitimum filium, artem ferrariam ob quærendum docuit uictū. Eadē Mancinū populi imperio Numātinis emiſſum, ſumma atrocitate Veturiū & Claudiū Corſis ſubſtrauit. Quid feritati Carthaginis Regulum iſtius iniquitate. Pompeius poſt quæſitum ex rerum geſtarum amplitudine cognomētum ad Spadonum libidinem in Aegypto trucidatur. Et Eunus quidam Ergaſtularius ſeruus ductauit in Sicilia fugitiuos. Quàm ſplendido loco multi nati,eadem rerum domina conniuente, Viriathi genua ſunt amplexi,uel Spartaci. Quot capita,quæ horruere gentes,funeſti carnifices abſciderunt? Alter in uincula ducitur, alter inſperatæ præficitur poteſtati. Alius à ſummo culmine dignitatis excutitur. Quæ omnia,ſi ſcire quiſquam uelit,quàm uaria ſint,& aſsidua, arenarum numerum idem iam deſipiens,& montiū pondera,ſcrutari poterit. Hactenus Marcellinus. Huic ſententiæ ſubſcribit Iuuenalis Satyra ſecunda ad generum.

Cereris ſine cæde,& uulnere pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.

d *Inconſulti.*) Iure inconſulti dicuntur,& ſunt,qui neglectis animi conſtantibus bonis,fluxa actutūq; pereuntia,ſitiunt neruis omnibus. Celebratur Ariſtotelicum iure illud. Multi (inquit) perierunt propter diuitias. Idem Ariſtoteles,& eius cæteri ſectatores dicunt fortunæ bona,utputa diuitias, neminem lædere,ut(inquiunt) ſua nocet cuiq; ſtultitia,aut aliena nequitia. Quemadmodum enim gladius neminem occidit, & occidentis telum eſt, ſimili modo non diuitiæ tibi nocent,quamuis propter diuitias

tibi

non petit,quæ proijciat,ac [a] dilapidet. Cur uerò aſpectu haud quaquam ſimili ſunt, ſed eorum, alij gaudere,alij ſublatis manibus triſtari uidentur? Quicũq;(inquit)eorũ [b] gaudere,ac ridere uidẽtur, hi ſunt, qui à Fortuna quippiam acceperunt, à quibus [c] eſſe bona Fortuna nuncupatur. Qui uerò flere, ac manus protendere uidentur, hi ſunt,à quibus abſtulit, quæ tradiderat antea,à quibus Fortuna [d] mala nominatur. Et quænam ſunt,quæ illis elargitur,per quæ tãtopere cum accipiunt,lætantur,quum amittũt, lugẽt? Hæc(inquit)ea ſunt,quæ à pleriſq; hominibus bona exiſtimãtur. Et quænã ſunt ea? Diuitiæ ſcilicet,& gloria,& nobilitas, & liberi, & tyrannides, & regna, &

tibi nocetur. Poſsidonius ait diuitias eſſe cauſam malorum, non quia ipſæ faciunt aliquid,ſed quia facturos irritant. Alia eſt enim cauſa efficiens,quæ protinus neceſſe eſt,noceat,alia præcedẽs. Hanc præcedentem cauſam diuitiæ habent. Inflammant enim animos,ſuperbiam pariunt,inuidiam contrahũt, & uſq; eò mentem alienant,ut fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. Bona autem omnia culpa carere decet,pura ſunt,non corrumpunt animos,non ſollicitant,extollunt quidem,& dilatant. Sed ſine timore quæ bona ſunt fiduciam faciunt,diuitiæ audaciam. Quæ bona ſunt magnitudinẽ animi dant, diuitiæ inſolentiã. Hæc & plura ijs cognata leges apud Senecam epiſtola ſecunda xiij. epiſtol. uolumine a *Dilapidet.*) Mira quorũdã hominũ imprudẽtia, qui ſummo labore, uitæq; diſcrimine diuitias quærunt, ſed cum ex ſentẽtia cumulauerint eas breui mora tẽporis diſsipant,dilapidant,redigũtq; in nihilũ partas opes. Ea res nõ omnino Cenſore digna, modò adſit regula, ac decens uſus. Conſtantis hominis eſt, adeptum cum ſudore finem placitum, eum ipſum finem quoad fieri poterit,uel mordicus retinere diutius, Dilapidet,diſsipet,ac inſtar lapidũ abijciat à ſe procul. Ab ijs ſumptũ forſan,qui ſterilibus lapidibus agrũ purgant b *Gaudere,ac ridere uidentur.*) Sicut diuitiarũ quæuis adeptio, cupidis affert gaudiũ,ſic earũdẽ amiſsio inſperata luctũ atq; mœrorẽ. Cõtrariarũ eñ cauſarũ, cõtrarij ſint effectus neceſſe eſt. Quot ſunt,qui ob amiſſas opes uel præcipites ſe dederunt ,uel ferro ſe peremerunt,aut laqueis uoluntarijs finiuerunt uitam. Sunt,quibus attulerit,mortem gaudium. Digni laude ſunt, qui tam ſuperfluum rerum adeptionem,quàm tollerabilem amiſsionem earum,ſuſq; deq; ferunt. Diuitias, & paupertatem(inquit ſapiens)ne dederis mihi,ſed uictui tantum meo tribue neceſſaria. Refert Tarræas in proverbiorum Collectaneis, Riſum cõcutiẽtẽ,i inelegantẽ,atq; ineptũ,abijſſe ueterib in prouerbiũ, qđ nõ pauci ſic ridere ſoleant,ut manus tunc concuciant,atq; pedes. c *A quibus eſſe bona Fortuna nuncupatur.*) Fortuna ſuapte natura nec bona nec mala putanda eſt, cum nullum numen habeat quo proſpera tribuat aut aduerſa. Iure ergo ab ijs bona dicitur,quibus ea ſummo fauore putatur. E diuerſo mala ab ijs, quibus conceſſa bona prius,aufert quouis modo. Mathematici,qui uel noſtra omnia,in cœleſtes cauſas referunt,tradunt bonam fortunam in quinto ab Horoſcopo ſigno eſſe,quem locum ☿ eſſe uolunt. Malam in ſexto ab eodem Horoſcopo ſigno,quem aiunt ♂ eſſe. Adeas Firmicum Maternum cap.xx.libr. Matheſeos ſecundi. Qui in bonam fortunam temporalium felicitatem redigunt,diſpeream, ſi non dignifsimi ſint felicitate carere perpetua,quod deum optimum maximum execrabili afficiunt contumelia i. quæ dei ſolius ſunt,infami fortunæ,impiè tribuũt. d *Fortuna mala nominatur.*) A Romanis(ut Pli. cap.7 ſecundi author eſt) Fortunæ malæ fanum in Eſquilijs dicatum eſt. Quo loco Plin. plura de bona, & mala fortuna ex ſtulta uulgarium opinione eleganter refert. e *Quæ à pleriſq; hominibus bona exiſtimantur.*) Ingẽs inter phõs de bonorũ differentijs diſputatio,ſed pro loci anguſtia libuit ex q̃plurimis rem in arctũ redigere in præſentia. Id nõ cõmodius fieri poſſe uiſum eſt,q̃ ſi Marci Tullij .5. Tuſculanarũ. q. ſententiã referamus. Sũt(inq̃t)eæ de finib.ut opinor,retẽtæ,defenſæq; ſentẽtiæ. Primũ ſimplices quatuor. Nihil bonũ,niſi honeſtũ,ut Stoici. Nihil bonũ, niſi uoluptatẽ.ut Epicurus. Nihil bonũ,niſi uacuitatẽ doloris,ut Hieron. Nihil bonũ niſi naturæ primis bonis,aut omnib.aut maximis frui,ut Carneades cõtra Stoicos differebat. Hęc igitur ſimplicia,illa mixta,tria genera bonorũ,maxima animi,ſecũda corporis,externa tertia,ut Peripatetici. Nec multò ueteres Academici ſecus. uoluptatem cum honeſtate Clitomachus,& Callipho copulauit. Indolẽtiam aũt honeſtati Peripateticus Diod. adiunxit. Hæ ſunt ſententiæ,quæ ſtabilitatis aliquid habeant. Nam Ariſtonis,Pyrrhonis, Herilli,nonnullorũq; aliorum euanuerunt. Itidem pluribus proſequitur de finibus honorum & malorum libro quinto. Plato(in libro de philoſophia Apuleius refert)bonorum quidem ſui gratia aſſerit appetenda, ut beatitudinem, ut bonum gaudium. Alia non ſui gratia,ut medicinam. Alia ſui,& alterius, ut prouidentiam,cæteraſque uirtutes,quas in ſui cauſa expetimus,ut præſtantiam per ſe, & honeſtas,& alterius.i.,beatitudinis,quæ eſt uirtutum exoptatiſsimus fructus. Hoc pacto etiam mala quædã ſui cauſa fugienda ſunt

alia

quæcunq; id genus. Hæc [a] autem nunquid bona non ſunt? [b] De his (inquit) aliàs diſputabimus. Nunc circa fabulæ narrationem uerſemur. Ita (inquit) ſit. Vides igitur ubi portam hanc præterieris, ambitum [c] alterum ſuperiorem,

alia cæterorum,pleraq; & ſui,& aliorum ſtultitia,& huiuſmodi uitia,quæ & ſui cauſa uitanda ſunt, & eorum,quæ accidere ex ijs poſſunt,id eſt,miſeriæ,atq; infelicitates.Eorum,quæ appetenda ſunt, quædam abſolutè bona dicimus,quæ ſemper,atq; omnibus cum adſunt,inuehunt commoda, ut uirtutes, quarum beatitudinitas fructus eſt. Alia quibuſdam nec cunctis,uel perpetuo bona,ut uires,ualetudo diuitiæ,& quæcunq; corporis,ac fortunæ ſunt. Pari pacto & eorum, quæ declinanda ſunt,quædam omnibus,ac ſemper uideri mala quoniam nocent, atq; obſunt, ut ſunt,uitia,& infortunia, quædam alijs,nec ea ſemper nocere, ut ægritudinem, ægeſtatem, & ſimilia. Sed uirtutem liberam & in nobis ſitam , & nobis uoluntate appetendam. Peccata uerò eſſe non minus libera,& in nobis ſita, non tam ea ſuſcipi uoluntate.In ea quæ ſuapte natura bona ſunt fortuna nullam habet penitus poteſtatem. Libuit hoc loco ex eo libro,quo docet in Sapientem non cadere iniuriam,Senecæ uerba ſubnectere. Megaram (inquit) Demetrius ceperat, cui cognomen Polycrates fuit. Ab hoc Stilpon philoſophus interrogatus Nunquid aliquid perdidiſſet? Nihil,inquit,Omnia namq; mea mecum ſunt. Atqui & patrimonium eius in prædam ceſſerat,filios rapuerat hoſtis,& patriam uiolauerat.Ille illi uictoriam excuſſit,& ſe urbe capta,non uictum tantũ, ſed indemnem eſſe teſtatus. Habebat ergo natura ſecum bona,in quæ non eſt manus iniectio. At ea,quæ diſsipata,& direpta ferebantur,non iudicabat ſua,ſed aduentitia, & nutum fortunæ ſequentia,ideo non propria dixerat. Omnium enim extrinſecus affluentium,lubrica,& incerta poſſeſsio eſt.Idem reſpondiſſe Biantem phũm in Paradoxis memorat M.Cicero. Apuleius in lib.de philoſophia ex Platonis ſentẽtia ait.Corporũ ſanitatẽ,uires,indolentiam cæteraq; eiuſmodi bona extraria. Item diuitias,& cætera, quæ fortunæ commoda dicimus,ea non ſimpliciter bona nuncupanda eſſe.Nam ſiquis ea poſsidens uſu ſe abdicet,ea ſibi inutilia erunt.Siquis autem eorum uſum cõuerterit ad malas artes,ea illi etiam noxia uidebuntur. Vnde colligitur,bona hæc ſimpliciter dici non oportere,nec etiam ea,quæ ſunt morboſa,ut pauperiem,cæteraq; exiſtimari mala oportet.Nam qui tènuis eſt,ſi modificetur,nullam noxam ex eo ſentiet.Etiam qui recte pauperie ſua utitur,non ſolum nihil capiet incommodi,uerum ad toleranda cætera,melior , atq; præſtantior erit. Si ergo nec habere pauperiem,neq; eam ratione regere contrarium eſt,paupertas malum non eſt. a *Hæc autem, nunquid bona non ſunt?*) Euclides,unum eſſe bonum definiuit,multis nominibus celebre. Aliquando enim hoc dici prudentiam,aliquando Deum,aliàs mentem appellari. Plato tripliciter humana bona diſtribuebat: Alia quippe in anima,alia in corpore,alia extrinſecus conſtare aſſeuerans, puta iuſtitiam,prudentiam fortitudinem, frugalitatem, & cætera id genus in animo ponebat. Pulchritudinem, & habitum pæclarũ,ſanitatem,& fortitudinẽ,in corpore.Amicos aũt,& patriæ felicitatẽ, atq; diuitias,inter exteriora numerabat.Itidẽ ferme de ijs bonorũ generibus tradidit Ariſtote. Addit tamẽ Ariſtoteles felicitatem plenitudinẽ ex tribus maxime bonis conſtantẽ eſſe.Si libet adeas Laërtiũ li.5.Marcus Ci.de finibus bonorũ,& malorũ uolumine,ſcribit duo eſſe genera propter ſe expetendorũ.Vnũ,quod eſt in ijs, in quibus cõpletur,quæ ſunt aut animi,aut corporis.Hæc aũt,quæ ſunt extrinſecus.i.quæ neq; in animis ſunt,neq; in corpore,ut amici,ut parentes,ut propinqui,ut ipſa patria,ſunt illa quidem ſua ſpontè chara,ſed eodem in genere,quo illa non ſunt.Nec uero quiſq; ſummũ bonũ aſſequi unq; poſſet,ſi omnia illa,qua ſunt extra,q̃ quã expetenda ſummo bono,continerentur &c.Idem Cicero.lib.mox citato,tam corporis,quam externa bona bonorũ acceſsiones nuncupat, easq; complere quidẽ beatiſsimam uitã,ſed ita,ut ſine illis poſsit beata uita exiſtere.Ita enim (inquit) paruę & exiguæ ſunt iſtæ acceſſiones bonorum,ut quemadmodũ ſtellæ in radio ſolis,ſic iſtæ in uirtutum ſplendore ne cernantur quidẽ &c.Pythagoras animi bona ueras poſſeſsiones eſſe perſuadere nitebatur,cætera fortunæ eſſe inſtabilia,& incerta.Diuitiæ enim fortunę temeritati ſubiacent,uirtus ſtabilis,immobilisq; habetur.Theologi dicunt tam bona corporis,quàm extraria,à ſummo bono propter hominẽ facta eſſe , hominẽ aũt tantummodo propter deum. b *De ijs aliàs.*) Verſus finem libelli ſcilicet. c *Ambitum alterum.*) Incipit natu grandior,quæ in ſecundo picturæ ambitu cõtinebãtur,exponere. Tres humanæ uitæ gradus,ſapiẽtes faciũt.Ingreſsũ,Progreſsũ,Digreſsũ.Ingreſsũ ex Seruij Tullij Ro.regis inſtituto, pueritiæ tribuũt, à partu ad xviij.ſcilicet uſq; annũ.Iuuẽtuti progreſsũ,à xviij.ætatis anno,ad quadrageſimũ uſq; ſextum. Digreſsũ ſenectuti,quæ reliquã omnẽ huius amplectitur uitæ partẽ . Ingreſſus *integer uitæ,ſcelerisq; purus.* Progreſſus,ut plurimũ diffluẽs ac morib.diſſolutus.Digreſſus præteritarũ illecebrarum memor, & ex hac uita nõ multũ poſt ſibi exeũdũ cõſcius.Lõgo ſeſe accingit itineri. Et (ut inquit Horatius.)

Lenior, & melior fit accedente ſenecta.

mulieresq; extra ambitum collocatas [a] meretricio ornatu inſignes. Et ualde (inquam,) Ex his, hæc incontinentia [b] nuncupatur. Quid hic potiſsimum aſtant? Eos (inquit) [c] obſeruant, qui à fortuna quippiam acceperunt. Quid tum deinde? Exiliūt atq; amplexantur eos, & adulantur, & ut penes maneāt obteſtantur uitā iucundam, atq; labore omni, & incommodo uacuam illis affore promittētes. Si quis [d] itaq; perſuaſus earum blanditijs eò ſe contulerit, tantiſper illi ſuauis uidetur ea conuerſatio, quoad hominem titillauerit, deliniueritq;, poſtea ſecus. Vbi enim [e] reſipiſcere cœperit, tū demum ab ea ſe non tam oblectatum, quam abſumptum, & contumelijs [f] affectum intelligit. Quo fit, ut cum omnia prodegerit, quæ à fortuna fuerat conſecutus, tunc illis mulieribus [g] inſeruire, atque

Monſtro ſimile quōties in ſene cum annis augentur & uitia. Qua de re in prouerbijs. Bis pueri ſenes, diximus ſatis multa.

a *Meretricio ornatu inſignes.*) Deſcripturus fluxum, ac diſſolutum mediæ ætatis curſum hominum, à meretricibus incipit non iniuria. Hoc enim deteſtandum genus hominum, ad ſeſe, corrumpendā ingentē turbam conatur pellicere. b *Incontinentia nuncupatur.*) Incontinentia eſt rectæ rationis uiolabilis affectio. Aut ut alijs uiſum eſt, habitus uoluptatib. uiolabilis. Hæc autem incontinentia (ut. vij. Ethicorum Ariſtoteles teſtis eſt) non ſolum fugiendorum eſt, ſed uituperabilium quoq;. Lib. autem. 2. Magnorum Moralium ait. Incontinentiam eſſe bonorū ſcientiam, ea bona minimè operantem. Auguſtinus libr. 2. contra Iulianum Pelagianum. Incōtinentia (inquit) omnium uitiorum mater eſt, quæ uel licita uertit in uitiū. Ex cōtinētia cōtrario habitu Incōtinentia dinoſcitur q; ſit mala. Cōtinentia autē ſecūdū Stoicos eſt inuiolabilis rectæ rationis affectio. Vel aliter Cōtinentia eſt habitus prauis uoluptatibus inſuperabilis. Socrates ait Continentiam eſſe corporis uoluptates fugere. Lactan. capite xxiij. ſexti Diui. inſti. Continentiæ genus (inquit) quaſi faſtigium eſt, omniumq; conſummatio uirtutū, ad quam ſi quis eniti, atq; eluctari potuerit, hunc ſeruum dominus, hunc diſcipulum magiſter, agnoſcet, hic terram triumphabit, hic erit conſimilis Deo qui uirtutem dei cœperit. Tradit Ariſtoteles. vij. Ethicorum. Conſtantiam in reſiſtendo, Continētiam uerò in ſuperando conſiſtere. c *Eos obſeruant, qui à fortuna quippiam acceperunt.*) Meretricum conſuetudinis perlegans, ueriſsimaq; deſcriptio. Nam niſi huiuſmodi eius aſtus affuerint, omnes earum non ſecus ac aſpidum commertia deuitarent. Optima pauperies aduerſus meretrices antidotus. Non ſecus pauperiem fugiunt meretrices, quam feles mures, columbæ accipitrem, lupam agnæ. Nulla meretricibus iuuentæ cura, nulla pulchritudinis, uirium nulla corporis, conſtantis fortitudinis nulla, prudentem ſpernunt, rident elegantiam. His *dummodo ſit diues barbarus ipſe placet.* Palutinus Peniculus in Menechmis. Meretrix (inquit) tantiſper blanditur, dum illud, quod rapiat, uidet. Rurſus Dinarchus apud eundem Plautum in Truculento de meretricibus loquens. In melle ſunt linguæ ſitæ ueſtræ, atque orationes. Corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amara, factis amantis, ſiquid non dabunt. Elegantem meretricum deteſtationem, leges apud Salomonem prouerbiorum cap. 5. Antiſtenes dicere ſolitus eſt, ſicut meretrices bona præter mentem, & prudentiam amatoribus precantur, & optant, ſic & adulatores ijs, cum quibus uerſantur. Cynicus Diogenes ſcorta pulchra, reginas uocabat, quod non ſecus ac reginæ in ueneratione ſint, & multi quæ iubent, faciant. Idem Diogenes Cynicus (ut refert Laërtius lib. 6.) Formoſa ſcorta, lethali mulſo ſimilia eſſe dicebat. Idem Olympionicen intuens, in ſcortum frequenter intendentem. En (inquit) aries Martius à puella uulgari per collum captus abducitur. Refert Lactan. cap. xvij. lib. primi. Venerē primū artem meretriciam inſtituiſſe, authoremq; mulieribus in Cypro fuiſſe, uti uulgo corporum quæſtum facerent. Quam ſancta apud Seres ex lege nata conſuetudo, apud quos nulla mulier meretrix, nulla adultera, Lege Euſebium cap. 8. ſexti præpati. Euang. Itidem præcipitur in lege domini, Deuron. capite xxiij. d *Si quis perſuaſus.*) Meretricum perſuaſio, niſi tantillum affuerit ſapientiæ, ſummorum oratorum perſuaſionib. eſt efficacior. Nam (ut inquit Salomon) apoſtatare faciūt etiam ſapientes. Huc accedunt quæ in prouerbio. Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis, à nobis in Hecatoſtichis ſunt relata. e *Vbi reſipiſcere cœperit.*) Hæc reſipiſcentia poſt firmatam cupidineam conſuetudinem, albo coruo rarior eſſe ſolet. Ergo uel à principio reſipiſcendū, uel, q̃d tutius eſt multò, totis neruis cauendū, ne ijs Adamantinis laqueis capiamur. f *Contumelijs affectū intelligit.*) Poſt tam ingentē iacturā ſui, facilè iſthanc percipere contumeliam. *Sed* (ut inquit Satyricus) *furor eſt poſt omnia perdere naulum.* g *Inſeruire.*) Hoc mulierum genus, ab amatoribus opes expoſtulat, uel ſeruitium. Conſequens igitur, ut dilapidatis iam

inhoneſta omnia ſuſtinere, & turpia quæque, ac perniti oſa illarum gratia, cogitur admittere, Veluti furtum, ſacrilegium, periurium, proditionem, deprædationem, & quæcunque his ſimilia. Vbi [a] uerò eos defecerint, punitioni [b] addicuntur. Et quænam hæc eſt? Vides ne retro eas [c] quandam ueluti beſtiolam, locumq; pariter anguſtum & tenebroſum? Vbi etiam turpes ac ſordidę, pannoſæq; mulieres uerſari uidentur. Et ualde inquam. Ex his igitur (inquit) quæ flagellum tenet [d] Punitio nuncupatur. Quæ caput intra genua habet, [e] Triſtitia. Quæ uerò capillos [f] ſuos euellit, Dolor. Hic alius uerò qui deformitatem, macilentiam, & nuditatem præferens iuxta eas accubat, ac deinde, ſimilis illi turpis, & macilenta quædam, quinam ſunt?

tis iam cunctis opibus, ij tandem mulieribus illis inſeruire cogantur. Sed quid turpius, quã fieri meretricũ mancipiũ? Rurſus, uita turpitudinis incrementũ ſortiũtur à fine. Ergo furtũ, ſacrilegiũ, periurium, proditio, deprædatio, & quæcunq; ijs ſimilia, turpiſſima ſint neceſſe eſt, quæ meretricum cauſa facta noſcuntur. Vitiorum quædam lucri cauſa cõmittuntur, quædam lucro iacturam afferũt haud modicã. a *Vbi uerò eos defecerint.*) Legendum uidetur. Vbi igitur eis omnia defecerint. Græci enim ſic habetur ὅταν ἐν αὐτοῖς ἀπολείπῃ. Huc accedit famoſum Iuuen. carmẽ.

Vnde habeas quærit nemo, ſed oportet habere.

b *Punitioni addicuntur.*) Sũt q τῇ τιμωρίᾳ, ſupplicio interpretẽtur. Sed punitio, & ſupplicium aut nihil inter ſe differunt, aut parum. Eſt autem punitio, animaduerſio, caſtigatioq; pro præuio delicto à ſe illata, uel iudice. Hæc autem cõtumelia uacare debet. Neque ad eius, qui puniet aliquem, aut uerbis caſtigat, ſed ad reipublice utilitatem referri. Cauendum eſt etiam, ne maior pœna, quàm culpa ſit, & ne ijſdem de cauſis alij plectãtur, alij ne appellẽtur quidem. Prohibẽda autem maximè eſt ira puniendo. Nunquam enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatẽ illam tenebit, quæ eſt inter nimium, & parum, quæ placet Peripateticis. Hęc & plura ex primo officiorum M. Tullij, titulo 30. ne diſpendio diu quærites. Et Deuteronomij cap. 25. Pro menſura peccati, erit & plagarum modus. c *Quandam ueluti beſtiolam.*) Incertum legendum ne ſit θηρίον μικρόν, an θύριον μικρόν. Primũ beſtiolam, ſecundum oſtiolum ſignificat apud Græcos. Locum Philippus Beroaldus antea prænotauit. d *Quæ flagellum tenet.*) Veteres tam uirtuti, quã uitio deum quempiam præficiebant, uel deam. Præterea ſicut Ioui fulmen, Neptuno fuſcinam, Marti enſem, haſtam Palladi, ſagittas Phœbo, Dianæ Pharetram, clauam Herculi, uirgam Mercurio, Baccho thyrſum, facem Cupidini, tribuebant, ſic & Punitioni flagellum. Verũ, ſi pro ſceleſtorum meritis ſit quilibet puniendus, uix tot Punitioni flagella ſufficerent, *quot littus arenas,* *Quotq; fretum piſces, oua'q; piſcis habet.* Punitionum quædam puniendo inſiſtit, quædam ex officio, præſidi demãdatur. Hæc frequenter aut nulla penitus, aut commiſſo ſcelere multo minor. Illa reo inhærens iugiter, criminum magnitudinis comitatur ueſtigia. Primam Theologi remorſum nuncupant conſcientiæ. Tam de hac, quàm illa ſic eleganter, ac ueriſſime Saty. 13. cecinit Iuuenalis

Exemplo quodcunq; malo committitur, ipſi
Diſplicet authori. Primaq; eſt hæc ultio quod ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis
Gracia fallacis prætoris uicerit urnam.

e *Triſtitia.*) Triſtitiam, quæ ἀθυμία, nuncupatur à Græcis, dicunt eſſe ægritudinem permanentem, altius inſitam animo, atq; creſcentem. Auguſtinus cap 1. primi lib. eius operis, quod de Conſolatione mortuorum, inſcripſit, ex Diui Pauli ſententia, duas eſſe dixit triſtitias, unã bonã, & alterã malam, unã utilem, & alteram inutilẽ, unam quæ ſaluat, & altetã quæ perdit. Itidem fermè refert cap. 8. lib. 14. Ciuitatis dei. Peripatetici (ut epiſtola 85. refert Seneca) ſine triſtitia eũ dici aiunt, qui nõ eſt obnoxius triſtitiæ, nec frequẽs, nimiúſue in hoc uitio. Illud enim eſſe humanã uitam negare, alicuius animũ immunem eſſe triſtitia. Annotat Seruius 1. Aene. exponens illud. *Suppliciter triſteis,* multis de cauſis triſtitiã prouenire, utputa per iracundiã, per grauitatẽ, per religionẽ, & per dolorẽ. Scribit Apuleius 6. de Aſino aureo, Triſtitiã Veneris eſſe ancillã. Qui nimia triſtitia affecti ſunt, peroſi circunſtantes, ſolẽt intra genua caput condere. Philopides dicebat, omnis triſtitiæ tẽpus eſſe medicũ. Nam malis omnibus medetur tempus. Socrates dicebat neminẽ ſine triſtitia eſſe poſſe. Cætera in prouerbio. Ante os eſt animus, retulimus ex Manilio. f *Quæ capillos ſuos.*) Dolor eſt motus aſper in corpore à ſenſibus alienus. Vel ſic. Dolor eſt ægritudo crucians. Author Cic. 2. & 4. Tuſc. q. Stoici (ut Laërtius refert lib. 7.) dicunt

Hunc,ſanè (inquit) [a] Luctũ appellãt,illã uerò ipſius [b] ſororẽ,Mœſtitiã. His itaq; tradit, & eorũ cõtubernio [c] cruciatur. Poſt denuo in aliud infelicitatis [d] domicilium truditur atq; reliquam uitã in omni miſeria traducit,niſi fortè illi pœnitentia obuiã prodierit, Quid tum poſtea cõtingit? Si [e] Pœnitẽtia illi obuiã

dolorem eſſe irrationabilem animi contractionẽ.Eius ſpecies,Miſericordiã,Inuidiã,Aemulationem, Zelotypiã,Angorẽ,Cõturbationem,Triſtitiã,Mœrorẽ,Cõfuſionẽ.Fermè ſimilia ſcribit Cic.4.Tuſc. q.Doloris Originẽ,id eſt,efficientẽ cauſam,3.Tuſc.q.explicat M.Cic. a *Luctum appel.)* Luctum M. Cic.4.Tuſc.q.dicit eſſe ægritudinẽ ex eius,qui charus fuerit,interitu acerbo.Qđ ſi ſic eũ definias.Luctus eſt ægritudo,ex eius rei,q̃ chara fuerit,amiſſiõe acerba,erit definitio generalior,ac huic aptiſſimè quadrans locô. Sunt qui dicãt, luctũ eſſe, quandam uitiorũ ſequelã,ex pœnitẽtia ſcelerũ prouenientem.Donatus exponens Ver.illud 6.Aen. *Luctus & ultrices,* ait luctus & aliarũ Orci peſtiũ, ſordidũ,ac miſerabilẽ cultũ eſſe. Seneca cap.7.de Cõſolatione ad Martiã,elegãter oſtẽdit,luctum ex charar ũ rerum amiſſione,breuem eſſe debere.Temperandi luctus tam publici,q̃ priuati apud Romanos modũ,refert ex uarijs authoribus Petrus Crinitus cap.12. 19.de Honeſta uoluptate uolumine.In luctu præſertim hæc deteſtabilia ſunt.Pedores muliebres,lacerationes genarum,pectoris,fœminũ,capitis percuſſiones.Cic.3.Tuſc.q.lib.quo loco de turpi luctu non pauca refert ex Home.Actio.Bione.Neratius L.2.tit.2.3.Digeſtorũ.Non ſolent lugeri (inquit) hoſtes,uel perduellionis dãnati,neq; ſuſpẽdioſi,neq; qui manus ſibi intulerint nõ tædio uitæ,ſed mala conſcientia.Diuus Hieron.cap.5.ſuper Matthæũ docet magis lugendũ propter cõmiſſa peccata,q̃ ꝓpter mortuos,aut rerũ ipſarũ amiſſionẽ.Sanè aduertendũ,luctũ tanto rationabiliorẽ eſſe,quanto ꝓ re turpiore,ac dãnoſa magis,lugere cõtigerit. Luctus tempore cibis abſtinent,deturpant ſeſe cinere, aut puluere,crines dilaniãt,aut ueſtes.Quem morẽ explicuimus alibi ſatis multis. b *Ipſius ſororem.)* Mœſtitia,mœror,atq; triſtitia,ijdẽ ferme ſunt affectus animi.Hæc ob plurimã cum luctu affinitatẽ,luctus ſorores meritò dici poſſunt.Eſt aũt Mœror(ut Ciceroni placet)ægritudo flebilis.Stoici Mœrorẽ dicũt ægritudinẽ laborioſam. c *Cruciatur.)* Euripidẽ dicere ſolitũ ꝓditũ eſt,mœſtitiã aut triſtitiã hominib.parere morbũ. Socrates interrogatus,qua ratione quis ſine mœſtitia.triſtitiaq; ducere uitam poſſet.Nullo modo id(inquit)fieri poteſt.Nemo enim eſt,qui aut ciuitatẽ,aut domũ habitet,aut cũ hominibus uerſetur,qui non triſtetur interdũ.Euripides dicebat non eum oportere beatũ dicere,qui plurimas pecunias poſſideat,ſed is potius qui ſine triſtitia eſt,beatus exiſtimandus eſt. d *In aliud infelicitatis domicilium.)* Infelicitatis domicilium is locus dici poteſt,in quo nil adſit,quòd iure deſiderari queat,id eſt in quo ſit carentia omnis boni,cum omnium malorum præſentia.

Illic glomerantur in unum
Innumeræ peſtes Herebi,quaſcunq; ſiniſtro
Nox genuit fœtu,nutrix diſcordia belli,
Imperioſa fames,letho uicina ſenectus,
Impatiensq; ſui morbus liuorq; ſecundis
Anxius,& ſciſſo mœrens uelamine luctus,
Et timor,& cæco præceps audacia uultu,
Et luxus populator opum,cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.
Fœdaq; Auritiæ complexæ pectora matris
Inſomnes longo ueniunt examine curæ,
Complentur uario ferrata ſedilia cœtu.

Seneca epiſtola 39.Tunc(inquit)conſummata eſt infelicitas,ubi non ſolũ turpia delectãt,ſed etiã placent,& deſinit eſſe remedio locus,ubi q̃ fuerunt uitia,mores ſunt.Fuerunt ut (in primo de ſom.Scip. refert Macrobius)qui inferorũ pœnas in ipſis humanis corporibus,fuerint aſſignare conati. e *Si pœnitentia obuiam fuerit.)* Pœnitẽtia (ut pauca in præſentia cõtingamus)eſt cõmiſſorũ à ſe ſcelerũ ſpontanea deteſtatio,ad uitã meliorẽ præparans pœnitentẽ.Niſi enim uitiorũ nos pœnituerit,ad uirtutum decus,non datur acceſſus.Hæc aũt ſi uera fuerit,addit Pœnitenti, non peccandi in poſterum uoluntatem.Agere enim pœnitentiã,nihil aliud eſt,q̃ profiteri,& affirmare,ſe ulterius nõ peccaturũ.Lactant. cap.13.lib.6.Idẽ author ca.24 eiuſdem uoluminis.De hac materia diſſerit copioſè.Nõ grauabimur adſcribere uerba authoris eiuſdem ex cap.6.operis,cui Epitomẽ nomen indidit.Nec patitur(inquit)cõditio fragilitatis humanæ eſſe quenq; ſine macula,ultimũ remediũ illud eſt,ut cõfugiamus ad pœnitẽtiam,quæ nõ minimũ locũ inter uirtutes habet,quia ſui correctio eſt,ut cũ fortè aut re,aut uerbo lapſi fuerimus,ſtatim reſipiſcamus,aut nos deliquiſſe fateamur,Oremusq; à deo ueniam, quã pro ſua miſericor-

miſericordia,non negabit,niſi perſeuerabimus in errore. Magnũ eſt pœnitentiæ auxiliũ,magnum ſolatium. Illa eſt uulnerũ,peccatorumq́ue ſanatio,illa ſpes,illa portus ſalutis,quã qui tollit, uiã uitæ ſibi amputat. Quia nemo eſſe tam iuſtus poteſt,ut nunq̃ ſit ei pœnitentia neceſſaria. Nos uero & ſi nullũ ſit peccatorũ,cõfiteri tamẽ debemus,& ꝓ debitis noſtris identidẽ deprecari,gratias agere etiã in malis. Hoc enim ſemper obſequiũ domino referamus. Scelerum pœnitentia etiam celebris apud ethnicos. Naſo epiſt. 14.

Pœniteat ſcelerũ Danaũ, ſæuasq́ue ſorores,
Hic ſolet euentus facta nefanda ſequi.

Iuuenalis Satyra prima.

Hæc animante tuba galeatũ ſero duelli
Pœnitet.

Catholicũ Senecæ in Agamemnone aſſertum,ſic inquientis. Quẽ pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens. Ouidius epiſt. prima quarto de Ponto.

Sæpe leuant pœnas, ereptaq́ue lumina reddunt.
Cum bene peccati pœnituiſſe uidẽt.

Quo loco plura leges in eãdem ſententiam. Monendus peccator quilibet,ne procraſtinet pœnitere delicti. Proſperi in ſero agentes ſcelerum pœnitentiam uerſiculi duo ſunt.

Conuerti ad rectos mores,& uiuere ſanctè
In Chriſto meditans,quod cupit acceleret.
Cedant uirtuti uanarum obſtacula rerum,
Ne perdat uoti tempora,lenta fides.
Quid iuuat in longum cauſas producere morbi?
Cur dubium expectat cras hodierna ſalu.?
Scimus correctis ueniam non eſſe negandam,
Sed nulli noſtrum eſt ultima nota dies.

fuerit,eripit eum ex [a] infortuniјs,& alterã [b] illi opinionem,alterũq́ue illi deſideriũ imprimit,per quod ad uerã [c] diſciplinã perducit,& ad eam quę falſa diſciplina nuncupatur. Quid tũ poſtea? Si (inquit) [d] eam opinionem ſuſceperit,quæ ad uerã diſciplinã peruehat, ab ea mũdatus,[e] expiatusq́ue ſalutẽ, beatitudinẽ, felicitatem,in uniuerſa uita lucraturum. Si ſecus, denuo à falſa illa opinione [f] ſeducitur. O Hercules quã magnum eſt hoc aliud [g] diſcrimen? Hæc autem inquã ego,falſa [h] diſciplina,quænam eſt? Vides ne alterũ illum ambitum? Video inq̃ ego. At qui extra ambitũ

Locis aliјs annotauimus auricularẽ ſcelerũ cõfeſſionẽ,fuiſſe etiã apud Ethnicos. Ingens nimirũ apud quoſdã Theologos,de pœnitentia diſputatio. a *Eripit eum ex infortunijs.*) Non paruũ certè creditur infortuniũ diu eſſe mancipiũ uitiorũ. Nedũ à peccato,ſed ab ijs etiã,quæ peccatũ ſequũtur,uera pœnitẽtia eripit pœnitentẽ. b *Alteram illi opin.*) Diuerſam ab ea opinione,qua prius opinabatur frigidis opinionibus,feruidis cõcupiſcẽtijs,ferinisq́ue uoluptatibus inſeruiendũ penitus. c *Ad ueram diſcip.*) Aptis tamen medijs præcedentibus. Non eñ facili tramite,uerã attingimus diſciplinã. Signũ euidẽs,quod pauci adipiſcãtur eandẽ. Ad falſam aũt diſciplinã,nedũ procliue,ſed lubricũ certè,atq́ue per præceps iter. d *Si eam opinionem,&c.*) Explicat,q̃ ſunt eius opinionis,q̃ ad uerã diſciplinã peruehit opinantem, cõmoda,atq́ue fructus. Rurſus inſinuat,q̃ ſunt cõtrariæ opinionis incõmoda. Prudens qui hac cõtempta, illã proſequitur accuratè. e *Expiatus.*) Nulla uerior expiatio,q̃ ea,quæ expiat morbũ animi. Expiandi ritum ex uarijs tetulimus locis alijs. f *Seducitur.*) Propriũ falſæ opinionis eſt,ſeducere opinantem. g *Aliud diſcrimen.*) Primũ diſcrimen,ingensq́ue periculũ tunc ſubimus,cum acerbum, triſtemq́ue ignorantiæ potionẽ, Suadela præbente,ebibimus,& erroris. Immoderata uini potio ſenſus præpedit, hæc animum. h *Falſa diſciplina.*) Falſa diſciplina non rem, ſed nomen tantũ participat diſciplinæ. Falſa item diſciplina nõ uerius diſciplina dicenda eſt,quã homo pictus,homo. Rurſus omnis intellectualis habitus ad ueritatis inueſtigationem dicitur ordinatus. Falſa autem diſciplina nequaq̃ poteſt ueritas indagari. Præſtat multò nihil diſcere,quã falſam longo labore perdiſcere diſciplinam. Sicut ueræ diſciplinæ ſcientia,finis,ſic & falſæ diſciplinæ deformis ignorantia,aut error. Effectus uerarum diſciplinarum refert Seneca cap. 15. de Cõſolatione ad Albinam. Iacta (inquit) diſciplinarũ omnium fundamenta. Nunc ad illas reuertamur,tutã te præſtabunt,illæ cõſolabuntur,illæ delectabũt, illæ ſi bona fide animũ tuũ intrauerint,nunq̃ amplius intrabit dolor,nũq̃ ſollicitudo,nunq̃ afflictionis irritæ ſuperuacua uexatio. Et nulli horũ patebit pectus tuũ. Nam cæteris iam pridẽ clauſum eſt. Hæc qdẽ certiſſima præſidia ſunt,& quæ ſola te fortunæ eripere poſſunt. Sed qui (inquies) inter ψευδοπαιδείας amatores connumerandi ſunt? Quæſtio non lectori tantum penſitanda,ſed ei maximè,qui delegerit ſibi docendi munus. Verũ cum locus hic longam nequaq̃ patiatur Iliada, indicis officio libuit in præſentia tantum uti. Dicam paucis quænam falſa diſciplina putãda ſit. Falſa piſciplina eſt,quæ ſuadet peritiſ-

in [a] ueſtibulo mulier quædã aſſiſtit, quæ [b] mũdiciã, cõſtantiamꝗ nõ mediocrẽ prætendit. Apprime inquam. Hanc igit̃ (inquit) pleriꝗ homines, & uulgus uocant diſciplinã, cũ falſa potius diſciplina ſit. Huc ſanè [c] prius applicant, qui ſalui fiũt, ubi ad ueram diſciplinam peruenire uoluerint. Nunquid alius ad ueram diſciplinam aditus non patet? Patet [d] inqt. Hi uerò intra ambitũ declinãtes, qui nam ſunt homines? Falſæ, inquit, diſciplinæ ſunt amatores decepti, ſeꝗ opinantes ueræ diſciplinæ contubernio frui. Et qui nam uocantur hi? Alij (inquit) [e] Poëtæ,

ſimis, pueros anteponere. Quæ ſuadet diſcipulo, ut docto ſeſe præferat præceptori. Quæ Mineruam oris, pectoris Mineruæ præferendã putat. Quæ ex infantili quapiam noticia, de rebus maximis fidenter audet ferre ſententiam, id eſt, quæ altiora ſe quærere non ueretur. Quæ ex loco quopiam perperã intellecto, ſyncerã reprobat ueritatem. Quæ ſpreta ſana doctrina, ad fabulas ſeſe aniles cõuertit. Quæ habentem non in uerum finem dirigit, ſed auertit. Quæ homini tribuit, quæ ſunt Dei, id eſt, quæ ipreto fine ultimo, præfigit ſibi media tãquam finem. Hoc eſt, quæ creaturas creatori præfert. Quæ ueræ fine abutitur diſciplinæ. Quæ inflat, non ædificat. Quæ contra uniuerſalẽ ecclesiã erigit ſupercilia. Quæ præfert matrimonium cœlebatui, id eſt, Dianæ Venerem, hoc eſt ea, quæ terram replent, ijs quæ cœlũ. Quæ Lutherum nedũ ſcholaſticis doctrina & ſanctitate illuſtribus, ſed primarijs eccleſiæ doctorib. auſu prętulerit temèrario. Quæ ſolam fidem, quæ ſine operibus mortua eſt, homines ſaluare abſque ullo bono opere, conſtanter affirmat. Sunt & ijs perſimiles falſæ diſciplinæ mille aliæ. Et ut paucis plura complectar, falſæ diſciplinæ amatores cẽſendi ſunt, qui falſum, uerũ eſſe probare nituntur, aut contra, id eſt (ut Eſaiæ uerbis utar) qui dicunt malum bonum, & bonum malum. Ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras &c. Ab ijs diſciplinis Paulus doctor gentium deterrens cap. ult. ad Hebræos ſic inquit. Doctrinis uarijs, & peregrinis nolite abduci. optimum eſt enim gratia ſtabilire cor, nõ eſcis, q̃ non profuerunt ambulantibus in eis. Huc accedunt q̃ ſcribuntur Diſt. 37. Decretorũ, & tit. 2. 3. ff. Socrates, quẽ præceptorẽ Cebes ſequi uidetur, omnẽ ſpeculationẽ, quæ circa mores hominũ non uerſaretur, falſam diſciplinã eſſe dicebat. Propriè aũt Sophiſticam, falſam nuncupãt diſciplinã. Eſt aũt Sophiſtica apparens ſapientia, nõ exiſtens tamẽ. a *Extra ambitum in ueſtibulo aſ.)* Non caret ratione, quod falſam diſciplinam extra ambitũ in ueſtibulo aſſiſtere dicit. Hæc enim cuiuis homini ſeſe offert nec quæſita. b *Quæ mũditiam, &c.)* Inſinuat, quibus ſoleat falſitas ſuaderi. Deus (inquit Lactant. cap. 1. tertij) hanc uoluit eſſe naturam, ut ſimplex & nuda ueritas eſſet luculentior, quia ſatis ornata per ſe eſt. Ideoque ornamentis extrinſecus additis, fucata corrumpitur. Mendacium uerò ſpecie placet aliena, quia per ſe corruptum uaneſcit, ac defluit, niſi aliunde ornatu quæſito, circumlitum fuerit. c *Huc ſanè prius applicant.)* Diſtinctione xxxvij. Decretorum Quæritur an ſecularibus literis oporteat ſacerdotes eſſe eruditos? Quo loco plura de utilibus, ac inutilibus diſciplinis ex nobilibus authoribus referuntur. Multum diuꝗ uera diſciplina à priſcis illis ueritatis indagatoribus, quæſita eſt, nec inuenta. Docet Ariſtoteles 2. Metha. uolumine. Non ſolum habendas gratias ijs, qui ueram diſciplinam poſteris tradiderunt, ſed ijs quoꝗ, qui ueritatẽ non pentus attigerunt. Hi namꝗ & aliquid contulerũt. Habitum enim noſtrum excitauerunt, acuerũtꝗ. Præterea qui de fine rerum ultimo tractauerunt, falſam plerumꝗ ſecuti ſunt diſciplinam. Itemꝗ cum ab imperfecto ad perfectum ſit in artibus procedẽdum, par eſt, ut à falſa diſciplina ad uerã ſit hominibus procedendum. Falſæ diſciplinæ dicuntur interdum, quæ oblectãdi magis gratia quàm mores componendi, ſunt inuẽtæ. Veluti ſunt, poëtica, oratoria, & cætera, quas Cebes enumerat parum infra. Veræ enim philoſophiæ eſt ad deum finẽ omniũ, homines ordinare. Hinc Socrates non ſolùm hominum cõſenſu, uerũ etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus, cõtemptis cæteris diſciplinis, moralẽ philoſophiã deuocauit è cœlo & in urbib. collocauit, & in domos etiã introduxit. Ariſton dicere ſolitus, eorũ, q̃ à philoſophis quærũtur, quædã facere ad nos, alia nihil ad nos, nõnulla eſſe, quæ ſupra nos ſint. Ad nos faciunt, quæ de morib. ſcripta ſunt. Nihil ad nos Dialectica, & quæ diſputari ſolita ſunt. Non enim ad uitæ correctionẽ, emendationẽꝗ cõferũt. Supra nos uerò, quæ de rerũ natura tractantur, quæ neꝗ à nobis cognoſci poſſunt, neꝗ ſi cognoſcantur, utilitatem ullam præbẽt. Pindarus eos, qui de natura ratiocinantur, diſputantꝗ, imperfectum ſapientiæ fructum capere dictitabat. d *Patet inquit.)* Ad bene ſancteꝗ uiuendum, nihil aut parum faciunt diſciplinæ hic relatæ. Verendum doctis Auguſtini dictum. Surgunt indocti, & rapiũt regnũ dei, nos aũt ſapiẽtia noſtra mergimur in profundũ. e *Alij inquit Poëtæ.)* Poẽma (ut Stoici definiunt) eſt diuinarũ humanarũꝗ rerum imitationẽ cõplectens. Poſſidonius ſic, Poẽma eſt dictio numeroſa, ſeu metrica, ſiue aptiſſimè iun-

cta

cta,atq; operoſæ orationis ſpeciem excedens,ut *Maxima tellus,& Iouis æther.* Epicurus dicebat non fingenda,ſed pangenda eſſe poëmata. Flaccus Horatius in Arte poëtica, triplicem dicit eſſe poëtarum intentionem.

Aut prodeſſe uolunt,aut delectare Poëtæ,
Aut ſimul & iucunda,& idonea dicere uitæ.

aliȷ a Oratores, aliȷ b Dialectici,aliȷ c Muſici,

Eam Poëſim,quæ eſt delectationis tãtum cauſa,non iniuria forſaſſis, falſam dixeris diſciplinã. Quæ uerò humanæ uitæ prodeſſe ſolùm uult,inter ueras diſciplinas, meritò repoſueris. Agit enim tunc artifex is philoſophum uerius quàm poëtam. Hinc idẽ Horatius epiſtola 2. primi de Homero loquens

Qui quid ſit pulchrum,quid turpe,quid utile,quid non,
Planius,ac melius Chryſippo,& Crantore dicit.

Tertia poëſis ex eo forſan inter falſas diſciplinas locanda eſt,quod in ſcribendo regulam præterit aptam moribus. In uniuerſum Poëtarum peculiare eſt,mali quippiam curioſo nimis afferre lectori. Hi enim (ut Ciceronis. v. Tuſcu. q. uerbis utar) lamentãtes inducunt fortiſsimos uiros,molliunt animos noſtros. Ita ſunt deinde dulces,ut non legantur modò,ſed etiam ediſcantur. Sic ad malam domeſticam diſciplinam,uitamq; umbratilem,& delicatam cum acceſſerunt etiam poëtæ neruos omnes uirtutis elidunt. Rectè igitur à Platone expulſi dicuntur ex ea ciuitate,quam finxit ille, cum mores optimos, & optimũ reipublicæ ſtatum exquireret. At uerò nos docti ſcilicet à Græcia,hæc & à pueritia legimus & diſcimus hanc eruditionem liberalem,& doctrinam putamus. Hucuſq; Cicero. Lege Euſebium cap. 1. & 2. xiȷ. prępa. euang. & Platonẽ 2. de Repub. uolumine. Zeno Cittæus dicebat ad perceptionem diſciplinarum nihil eſſe alienius poëtica. Tam familiare poëtis mendatiũ,ut non iniuria abierit in prouerbium. Multa mentiuntur poëtæ. Refertur ab Ariſtot. 1. Metaphy. Ἀλλὰ κατὰ τὴν παροιμίαν, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. Sed multa iuxta prouerbium, mentiuntur poëtæ, Naſo Elegiarum. iȷ.

Exit in immenſum fœcunda licentia Vatum,
Obligat hiſtorica nec ſua uerba fide. Claudianus contra Alaricum,
Omnia Vates in maius celebrata ferunt.

Lege M. Tulliũ in principio primi de Legibus. Huc accedunt quæ ſcribit Boëtius proſa prima primi Conſo. philoſophiæ. a *Aliȷ Oratores.*) Et oratoriã inter falſas enumerat diſciplinas. Tãta eſt enim excellentis orationis uis,ut poſsit quoties libuerit,falſum pro uerò, uel cõtra ꝓ uerò falſum, male cautis ſuadere. Carmen ẽm cõpoſitũ,& oratio cum ſuauitate decipiens, capit mẽtes,& quò uoluerit, impellit. Lege Lactant. cap. xv. quinti, & cap. xxi. li. ſexti. Extat de hac re tit. 9. li. viȷ. apud Val. Max. ab. Quintil. ȷ. Orato. inſtitut. li. in rubrica. An utilis ſit Rhetorice. Hoc eſt cap. 17. docet q̃ mala, q̃ ſæue bona hominibus afferat eloquẽtia. Sed locos aſſignaſſe ſatis modò. b *Aliȷ Dialectici.*) Dialectica,unde dialectici dicti ſunt, eſt diſputandi, diſſerendiq; facultas, à uerbo διαλέγομαι,quod diſputo,diſſeroq; ſignificat,ſortita nomen. Plato autem ȷs uerbis diffinit dialecticam. Dialectica eſt diſputandi ars, per quam aliquid aut probamus, aut improbamus, ex interrogatione itidem, & reſponſione diſſerentium. Poſſidonius,uerorum,falſorumq;,atq; neutrorum Dialecticam ſcientiam eſſe dicit. Verſatur autem ipſa (ut Chriſippus ait) circa ſignificantia,& ſignificata. Stoici Dialecticam rectè diſſerẽdi ſcientiam, circa orationem,quæ in interrogatione,& reſponſione conſiſtit,uerſari dicunt. Dialecticam niſi certis limitibus coarctetur, garrulitatem non ueram diſciplinam,dixeris non iniuria. Hinc Epicuræi Dialecticam,ut deuios agentem,improbamq; repudiãt. Archeſilaus philoſophus Dialecticos illis ſimilis eſſe dicebat,qui calculis ludentes urbanè,& iucundè decipiunt. Facetè Ariſton Dialecticorum ſermones aranearum telis ſimiles eſſe dicebat,qui & ſiquid artificioſum indicare uideantur, attamen inutiles eſſe omnino. c *Aliȷ Muſici.*) Aegyptȷ (ut 2. bibliothecæ Diodorus refert) Muſicam non ſolum inutilem,ſed nocuam dicebant, tanq̃ uirorum animos effœminantem. Contrà (authore primo Tuſc. q. M. Tullio.) ſummam eruditionem Græci ſitam eſſe cenſebant in neruorum,uocumq; cantibus. Igitur & Epaminundas princeps meo iudicio Græcis fidib. præclare ceciniſſe dicitur. Themiſtoclesq; aliquot antè annos, quum in epulis recuſaret lyram,eſt habitus indoctior. Ergo in Græcia (inquit) Muſici floruerunt,diſcebantq; id omnes. Nec qui neſciebat,ſatis excultus doctrina putabatur. Mos præterea fuerat apud Græcos (ut Tarrhæas author eſt) ut q̃ in conuiuȷs canere nequiſſet, ignominiæ (credo cauſa) Lauri,uel Myrti ramo deſumpto,ad illum canere cogeretur. Vnde in prouerbium abȷt. ᾄδειν πρὸς μυῤῥίνην, id eſt canere ad Myrtum. Extat apud Quintilianum cap. xvȷ. li. primi de Muſice & eius laudibus. Muſicorum rurſus ineptiæ abierunt ueteribus in prouerbium, ἀγαθὸς ψάλτης ἀγαθὸς ζωμοποιός. Hoc eſt bonus muſicus,bonus obſonator. Refertur ab eodẽ Tarræa in prouerbiorũ collectaneis à principio. Plutarchus in Pericle. Cum audiſſet (inquit) Antiſthenes Iſmeniam optimũ

alij Arithmetici, alij [a] Geometræ, alij Aſtrologi, alij uoluptuarij, alij Peripatetici, alij Critici, & quicunque [b] eiuſmodi ſunt. Illæ autem mulieres, quæ uidentur circũcurrere prioribus illis ſimiles, in quib. incontinentiam & reliquas una eſſe affirmabas quænam ſunt? Illæ ipſę ſunt [c] inquit. Nunquid etiam huc ingrediuntur? Ita per Iouem, in his ſimulque inſipientia, neque ab opinione, ac reliquis malis euadent, priuſquam [d] repudiata falſa diſciplina, ueracẽ uiam ingreſſi fuerint, & [e] purgatoriam

eſſe Tibicinem, reſpondit. Malus igitur. Nam ſi probus (inquit) eſſet, Tibicen non eſſet. Muſicorũ uitium taxat Horatius Satyra tertia primi ſermo.

Omnibus hoc uitium eſt cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati, Iniuſsi nunquam deſiſtunt.

Hunc locum exornant, quæ refert Aulus Gell. cap. 17. quindecimi, & cap. 3. uigeſimi uoluminis ſuarum noctiũ. Ad ea breuitate ſtudentes, lectorem remittimus ſtudioſum. Ex ijs liquet, cur Muſicam Cebes falſam nuncupet diſciplinam. a *Alij Arithmetici, alij Geometræ, alij Aſtrologi.*) Mathematicam, cuius partes ſunt tam Arithmetica, quã Geometria, id eſt, numerandi, ac metiendi ſcientia, apud Græcos in ſummo honore fuiſſe refert primo Tuſcul. quæſt. M. Cicero. At nos Romani ſcilicet, metiendi, ratiocinandiq́ utilitate inſpecta, huius artis terminauimus modũ. Socrates (ut lib. ſecundo Laërtius annotauit) Geometriæ uſq eo dãdã operã monebat, quoad qſq poſſit terrã mẽſura accipere, & dare. Pro ijs, q̃ de falſis diſciplinis hic dicũtur, libuit Cynici Diogenis referre ſententiã. Is eñ Grãmaticos admirabatur, qđ cũ Vlyſſis mala requirerent, ſua ignorarẽt. Muſicos itidẽ in ius uocabat, quòd cum Lyræ cordas cõgruè aptarẽt, animi mores incõcinnos haberẽt. Sed & Mathematicos carpebat, quòd ſolẽ, & lunã, & ſydera intuentes, q̃ ante pedes eſſent negocia, negligerent. Oratores etiã agebat, qđ ſtuderent iuſta dicere, nõ aũt & facere. Cupidos quoq, qđ pecuniã uituperarẽt, ac ſummè diligerẽt. Hæc ex Laërtio in uita Diogenis lib. 6. Voluptuarios eos uocat, qui nimiũ uoluptatibus, ac corporis delicijs intenti ſunt. Mirũ Peripateticos primariũ philoſophorũ genus falſæ diſciplinæ amatores Cebetem dicere, niſi id reprehẽdat, quod præter modũ ſpeculationi intenti fuerint. Vel qđ relatis mox diſciplinis fuerint nimis dediti. Vel quod Cebetis, hoc eſt Pythagoricã, Parmenicã, Socraticamq́ ſectam conati ſint infirmare. Criticos nuncupat ſeueros nimis, ac ſuperciliosos aliorũ dictorũ iudices. Quid dices de ijs Criticis, qui uix prima artis ſuæ callẽt elementa, & tamẽ ſpurcũ (qđ dicitur) os in cœlum ponere non uerentur? Nihil eñ (ut Quintiliani uerbis utar) peius eſt ijs, qui paulũ aliquid ultra primas literas progreſſi, falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionẽ induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignãtur, & uelut iure quodã poteſtatis, quo ferè hoc hominũ genus intumeſcit, imperioſi, atq interim ſæuientes, ſtultitiã ſuã perdocent. Hactenus M. Fabius. Illud annotauerim in hac falſarũ diſciplinarũ cõmemoratione, neminẽ omnino dãnandũ eſſe, qui bonis plurimis mala pauca quauis immiſcuerit ratione. Ariſton dicente ſibi quodã Antiſthenis ſibi cõplura minimè placere, adducto in medium Sophoclis teſtimonio. Rogauit, nũ ſibi bona quædã habere uideretur? Ille ſe neſcire dicẽte. Nõ piget (inqt) ſi quid ab Antiſthene malè dictũ ſit hoc indagare, & memoriter tenere. Si quid uerò boni, negligere, neq meminiſſe uelle? Refertur à Laërtio lib. 7. b *Et quicunq eiuſ.*) Eos intelligit, qui non ad animũ, ſed ad corpus potius ordinãt uniuerſa. Quales fuerũt, Epicurus, Ariſtippus, Calliphon, Dynomachus, Diodorus, Hieronymus philoſophus, itẽq qui diuitias, honores, pulchritudinẽ, corporisq́ fortitudinẽ, ciborũ, Venereorũq́ ſuauitatẽ, cunctis animi bonis longo præferunt interuallo. c *Illæ ipſæ ſunt.*) Mira uitiorũ uis, ingenium, atq natura, ut loca omnia, ætates omnes, ſtatusq́ cunctorum hominum, uiolentorum fulminũ inſtar, peragrent q̃ celerrimè. e *Purgatoriam uirtutem.*) Platonici quatuor uirtutum genera eſſe dixerunt, Politicas, purgatorias, Animi iam purgati, exemplares. Purgatorias (ut interim tria reliqua genera miſſa faciã) hominis eſſe dicunt, qui diuini capax eſt, ſolumq́ animũ eius expediunt, qui decreuit ſe, à corporis contagione purgare, & quadã humanorum fuga, ſolis ſe inſerere diuinis. Hæc ſunt otioſorum, qui in rerum publicarũ actibus ſe ſequeſtrãt. Quæ aũt ſint hæ purgatoriæ uirtutes, & qđ earũ officiũ, ex Plotini ſententia, refert Macrob. 1. de ſom. Scip. uolumine. Sed ne diſpẽdio Plotini locũ reqras diutius, adeas ca. 3. & 4. ſecũdi uoluminis, Enneadis 1. d *Priuſquã repu.*) Tãgit, q̃ uerã diſciplinã præire debeãt. Ea aũt q̃tuor eſſe dicit. Falſæ diſciplinæ repudiationẽ. Veracis uiæ ingreſſum. Purgatiuæ uirtutis admiſſionẽ. A malis omnib. ſequeſtrationẽ. Oppoſitorum natura eſt, ut ſimul in eodẽ eſſe nõ poſſint. Qui ergo uerã diſciplinã nãciſci cupit, neceſſe eſt, ut falſam à ſe longo abijciat diſciplinã. Animũ philoſophi agro ingenuo ſimilẽ eſſe dicũt. Ager aũt ingenuus, niſi malis prius herbis, atq radicibus fuerit expurgatus, nobilem ſegetem procreare nequit, Sic & animus, niſi

ueras

fuerit uitijs liberatus, ueras diſciplinas nequaq̃ adipiſci poteſt. Id eleganter canit Boetius De Conſolati. philoſophiæ li. iij.

Qui ſerere ingenuum uolet agrum,
Liberat arua prius fruticibus,
Falce rubos, ſilicemq́; reſecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.

Et infra rẽ concludens, ſic inquit

Vera dehinc animum ſubierint.
Tu quoq; falſa tuens bona, prius,
Incipe colla iugo retrahere,

eorũ uirtutẽ admiſerint, & mala omnia [a] quibus inuoluuntur, & opiniones & ignorantiam, & reliquã omnem prauitatem ſequeſtrauerint, tum demum ita ſalui & incolumes erunt. Neq; [b] ullo unquã falſæ diſciplinę commertio labefactari poterunt, [c] neq; horum ſtudiorum gratia mali quippiam adipiſcentur. Et quænam [d] hæc uia eſt, quæ ad ueram diſciplinam ferat? Vides (inquit) locum illum [e] ſuperiorem, ubi nullus inhabitat, ſed ſolitudo ingẽs eſſe uidetur? Video. Pręterea ianuam quandam [f] puſillam, ante quã uia quædam eſt, quæ non multum admodum frequentatur. Quippe quã pauci admodum terunt, quod accliuis, [g] & aſpera, & ſaxoſa uideatur. Et ualde inquam. Collis præterea quidam excelſus apparet, ad eumq; anguſtus admodum aſcenſus,

a *Mala omnia.*) mala omnia inquit non unum, aut alterum. *Quid te exempta iuuat* (inquit Flaccus) *ſpinis de pluribus una?* Id eſt, inquit Porphirion, quid prodeſt uno te carere uitio, & à tam multis poſſeſſum eſſe. b *Neq; ullo unquam falſæ diſciplinæ commertio labefactari poterunt.*) Mira certè uis quatuor ueræ diſciplinæ prę uiorum. Efficaciam ſimilem Iouinianus hęreticus, in fidei Chriſti baptiſmate eſſe putabat. Ait enim eos qui ſemel fuerint baptizati, à Diabolo non poſſe tentari. Hunc errorem diuus Hieronymus ij. aduerſus eundem Iouinianum uolumine, diluit eleganter. Hæc uera diſciplina nihil eſt aliud niſi uera ueri Dei cognitio, quã uera eius dei tum dilectio, tum diuinorum præceptorum obſeruantia comitatur. His tandem omnibus felicitas illa ſumma promittitur pro mercede. c *Neq; horum ſtudiorum gratia mali quippiam adipiſcentur.*) Intelligit ea ſtudia quibus falſæ diſciplinæ ſeſe dedunt. Habentes enim ueram diſciplinam, tum demum ijſdem ſtudijs impunè uti poſſunt. Dum ſcilicet ea ipſa ſtudia, ritè in ueram redigunt diſciplinam. Nil prohibet enim ea ſtudia à fine bono, boni etiam rationem ſortiri. d *Et quænam hæc uia eſt.*) τοπογραφία, id eſt, uiæ ad ueram diſciplinam elegans deſcriptio. De hac uia, quæ ad ueram diſciplinam iter agentes ducit, ſatis multa diximus in præhabitis, dicemusq; deinceps, ubi ſeſe obtulerit aptus locus. e *Locum ſuperiorem, ubi nullus inhabitat.*) Deteſtanda hominum fermè omnium peruerſitas, qui terrenis illecebris irretiti, nullam, uel exiguuam certè ſuperiorum, id eſt, diuinarum rerum curam gerunt. Has ingens ſolitudo occupat, illæ tam frequentes, ut uix prægrandi copia ulterius capere quenquã poſsint. Superiores, ac diuinas res ſpernunt paſsim omnes, at terrenas illecebras equis atq; quadrigis cateruatim complecti feſtinant. Pro ijs uel uitam uolentes obijciunt, at illas non aſsis faciunt, aut flocci. Non mirum igitur ſi ſuperiorem illum locum nullus inhabitet, ſed ſolitudo uideatur ingens. f *Ianuam quandam puſillam.*) Ad ueram diſciplinam, hoc eſt inclytam uirtutem, difficile principium, medium arduũ, præarctus ingreſſus eſt. Ob hoc territi puſillanimes, poſtpoſita uirtute, ſuauem ſenſibus uitiorum uiam, agminatim facilè amplectuntur. Verũ ſiquis uirtutis comites, promiſſaq; præmia mente tractauerit, ſeſe conſtantiſsimè ad eã adipiſcendam accingere neutiquã dubitabit. Sunt autem uirtutis comites, ut lib. quindecimo canit Syllius.

Honor, & laudes, & læto gloria uultu,
Et decus & niueis uictoria concolor alis.
Hanc cunctis lauro perducit ad aſtra triumphus.
Caſta ſibi domus, & celſo ſtant colle penates,
Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo.
Aſpera principio (nec enim ſibi fallere mos eſt) Proſequitur labor, adnitendum intrare uolenti &c.

Quid per hanc puſillam ianuam intelligendum ſit, docet Chriſtus Mathei cap. vij. Intrate (inquit) per anguſtam portam, quia lata porta & ſpacioſa uia eſt, quæ ducit ad perditionem & multi ſunt, qui intrant per eam. g *Accliuis aſpera & ſaxoſa uideatur.*) A uiatoribus ſumpta translatio, quibus uia difficilis redditur, ſi fuerit pendula, atq; prærupta, in cliuum tendens, uepris aſpera & acutis conſita ſaxis nec multum admodum frequentata. Non diſsimili figura à Plauto cœna ſcrupoſa dicta eſt, & à Seneca lapidioſus panis, de quibus figuris non pauca in Hecatoſtichis noſtris alias annotauimus.

& qui multa profunda hinc [a] inde præcipitia offerat. Video. Hæc igitur (inquit) uia eſt, quæ ad ueram diſciplinam ducit, Aſpectu in primis formidoloſa. Porrò circa collis ſuperiorem partem, ſaxum [b] ingẽs & præaltum uſquæquaq; preruptum uides? Video inquam. Vides præterea mulieres duas ſupra ſaxum conſtitutas, pulchritudine, atq; habitudine corporis excellentes, ac manus perquam alacriter protendentes? Video, ſed quænam inquã uocantur? Altera (inquit) [c] Cõtinentia, altera [d] Conſtantia nuncupatur.

Virtutis uia (ut inquit Maro) *dexterum petit ardua callem,*
Difficilemq́; aditum primum ſpectantibus offert,
Sed requiem præbet feſsis in uertice ſummo. Heſiodus 1.Georg.
Eſt uia uirtutis contraria, ſudor anhelus
Hanc ſequitur, quæ ſe ſcrupuloſis ardua cliuis,
In longum prorumpit iter, riget aſpera primo.
Ingreſſu, leuis eſt poſtquã alta cacumina tanges.

Et Naſo ij. Transformatorum (Nã hũc authore Seneca de diuina prouidentia Phaëtontis fabula pertinet)
Ardua prima uia eſt, & qua uix mane recentes
Enitũtur equi, medio eſt altiſsima cœlo
Vnde mare & terras ipſi mihi ſæpe uidere
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.

a *Profunda hinc inde præcipitia.*) Per profunda præcipitia, utrũq; uirtutis extremum Cebes intelligit. Idipſum extremum turba incolit uitiorum. De uirtutis medio diximus locis alijs. Virtutum ac uitiorum diſcrimen, in fine. iij. naturalium quæſtionum Seneca retulit ijs quidem uerbis. Cito nequitia ſubrepit, uirtus difficilis inuentu eſt, rectorem, ducemq; deſiderat. Etiam ſine magiſtro uitia addiſcuntur. b *Saxum ingens & præaltum.*) Per ſaxum ingens, ac præaltum, tum difficultatem, tum ſtabilitatem partæ iam uirtutis debemus accipere. Super hoc ingẽs, præaltumq; ſaxum ſunt Cõſtantia, ac huius germana Continentia conſtitutæ. c *Continentia.*) Stoici Continentiam eſſe dicunt, inuiolabilem affectionem rectæ rationis, ſiue habitum uoluptatibus inſuperabilem. Socrates dicebat Continentiã eſſe corporis uoluptates fugere. Pythagoras robur maximum, & diuitias putabat Continentiam poſſidere, moriq; multo ſatius eſſe, q̃ animam incontinentia ac uitijs alijs contaminare, atq; polluere. Continentia (inquit Lactantius. cap. xxiij. li. ſexti.) quaſi faſtigium eſt omniumq; conſumatio uirtutum, ad quam ſiquis eniti atq; eluctari potuerit, hũc ſeruum dominus, hunc diſcipulum magiſter agnoſcet. Hic terram triumphabit, hic erit conſimilis Deo, qui uirtutem dei cœpit &c. De Cõtinentia, Abſtinentiaq; extat titulus. iij. lib. iiij. factorum, ac dictorum memorabilium apud Valerium. d *Conſtantia*) Dicit Continentiam à malis, & Conſtantiam in bonis præbere ad ueram diſciplinam tutum iter. Definiunt autem Conſtantiam, firmum animi propoſitum in bono conſiſtendi. Differt autem authore Ariſtotele ca. vij. ſeptimi Ethicorum, Conſtantia à Continentia. Nam Conſtantia (inquit) in reſiſtendo eſt, Continentia uerò in ſuperando. Eſt autẽ aliud reſiſtere, quàm ſuperare, quemadmodum nõ uinci, quàm uincere. Exiſtimat M. Tullius. 1. officiorũ, nihil eſſe, quod tam deceat homini, quàm in omni re gerenda, conſilioq; capiendo, ſeruare conſtantiam. Ad hoc potiſsimum (ut canit Claudianus)

Hominibus data eſt conſtantia, futile ne quid Infirmumq; gerant.

Non alienũ ab hoc tũ continentiæ, tũ cõſtantię cõſideratione illud eſt, qđ ex Epicteto refert Gellius c. 19. xvij. ſuarum noctium. Is enim Epictetus ſolitus eſt dicere, duo eſſe uitia multò omnium grauiſsima, ac teterrima, intolerantiam, & continentiam, cum aut iniurias, quæ ſunt ferendæ, non toleramus, neq; ferimus, aut à quibus rebus, uoluptatibuſq; nos tenere debemus, non tenemus. Itaq; (inquit) ſi quis hæc duo uerba cordi habeat, eaq; ſibi imperando, atq; obſeruando curet, is erit pleraq; impeccabilis, uitamq; uiuet tranquilliſsimam. Verba duo hæc dicebat ἀνέχου, καὶ ἀπέχου id eſt, Pa[illegible]re & aſtine, a *Sunt autem germanæ.*) Sunt qui tradiderunt ex parente Ioue uirtutes omnes olim fuiſſe progenitas. Sicq; germanas inter ſe, cunctas eſſe uirtutes. Hinc natus gentilitatis error qui uirtutes eſſe deas quaſdam putauerit. Verius Auguſtinus. iiij. de Ciuitate Dei libro ſcribit, non Deas eſſe uirtutes, ſed Dei dona potius. Qui de perfectis uirtutibus commentantur, tradunt eas à deo ſummo maximo, ortum ducere. In deum uerum, ueluti in finem ultimum, ſuapte natura dirigere poſſeſſores. Humanum intellectum ad recte operandum, perficere. Rurſus intima quadam, inter ſe copulatione cõnexas. Ob hæc fortaſsis Continentiam, Conſtantiamq; Cebes dicit eſſe germanas. Parum infra dicturus eſt, felicitatem matrem eſſe uirtutum. Protendunt autem manus alacriter altiora ſe cupiẽtibus adipiſci, quoniam ad hoc uirtutes mortalibus datæ ſunt, ut eorum imbecillitati opem ferant, ſimulq; hortentur,

ut

ut ſpretis terrenis, rebuſq́ iacentibus, cœleſtia tandem, atq́ ſublimia aſcendere nõn uereantur. Verũ illuc aditus nulli patet, niſi prius optimis quis uirtutibus meruerit in hac uita. Notum Gregorianũ illud. Ad magna pręmia perueniri nõ poteſt, niſi per magnos labores. Huc tendit Paulinũ oraculũ in ij. ad Timotheũ epiſtola. Non coronabitur niſi q legitimè certauerit. Delectet igitur mentem magnitudo præmiorũ, ſed non deterreat certamen laborum. Hunc locum latè exequitur M. Cicero in eo libello, quem Somnium Scipionis inſcripſit.

Nullam eo ferentem uiam animaduerto. Ipſæ a [a] pręcipitio illo deſcendunt; eoſq́ ſurſum ad ſe trahunt. Deinde [b] recreari, & quieſcere iubent, ac paulo poſt fortitudinem, audaciamq́ contribuunt, eoſq́ ad ueram diſciplinam deducere ſe profitentur, & uiã oſtendunt, quàm ſit [c] elegans, quàm plana, quã peruia, q̃ nullis malis obnoxia, ut uides. Ita per Iouem uidetur. Videsne (inquit) ante illud nemus, locum quẽdam, qui pulchritudinem, amœnitatemq́ pratorum præfert, multoq́ lumine illuſtratur? Et ualde inquã. Animaduertis igitur in prati [d] meditullio ambitum [e] alium, & portam aliã? Ita ſane, ſed quonam pacto locus hic nũcupatur? Fortunatorũ [f] (inquit) domicilium. Hic enĩ uirtutes omnes, & felicitas ipſa uerſatur. Eſto, inquam ego, eam eſſe loci pulchritudinem Quin, inquit, aſpicis, prope portam quam [g] formoſa, & conſtanti facie mulier exiſtat, mediam indiſcretam iam ætatem, habitum uerò, & ornatum

a *Ipſæ à præcipitio illo deſcendunt.*) Pietas plena uirtutũ natura, qđ ſeſe ultrò nobis offerant, aſſiſtantq́ quoties nitimur altiora conſcẽdere. Nõ ergo nobis penitus deſperãdũ ę̃ minus nos ad ea indipiſcẽda fortiter accingamus, etſi ea ipſa, uim hominis longo interuallo ſuperare uideantur. Hora. in iij. tertij carminum de uirtute loquens.

Cœlum negata tentat iter uia.

Naſo xiiij. Metamor.

Inuia uirtuti nulla eſt uia.

Et. xi. epiſtola tertij Triſtium.

Subruere eſt arces, & ſtantia mœnia uirtus.

b *Deinde recreari, & quieſcere iubent.*) Quod natura imbecillum eſt, ſolet continua, difficilique actione laſſari, cui ſi quietem tribueris poſt laborem, priſtinas uires tandem recuperat, & uigorem.

Ouidius in epiſtolis.

Quod caret alterna requie durabile non eſt,
Hæc reparat uires, feſſaq́ membra nouat.

Lege eundem primo de Ponto in ea Elegia, cuius principium eſt. *Iam mihi deterior.* Seneca in Hercule ferente. *Poſt multa uirtus opera laſſari ſolet.*

c *Quàm ſit elegans &c.*) Poſt ingentes labores, multiiugaq́ uitæ noſtræ diſcrimina ſtatutum ijs primum gratius eſſe ſolet. Nec pręteritorum laborum atq́ diſcriminum, grauis amplius recordatio. Ad bene ſacteq́ uiuendum maximè conferunt fluxarum rerum contẽptus. Summi boni cognitio. Spes firma non uacillans. Longa in bonis operibus conſuetudo. Cum probis hominibus diutina conuerſatio. Huic hominum generi ad ueram diſciplinam uia, elegãs, plana, peruia, ac nullis malis obnoxia nimirum uidetur. d *In prati meditullio.*) In prati medio. De Meditullij ſignificatu, diuerſa tradũt Feſtus Pom. Boëtius, ac Diuus Hieronymus. Hos adeat, ſi libuerit, lector cupidus, p prati Meditulliũ gẽtilium ſapientes, uulgatos illos Elyſios campos, Chriſtianæ legis cultores, futurã beatorũ uitã. i. cõſummatã dei fruitionẽ, prudenter intelligũt. De ijs Elyſijs cãpis in collectaneis noſtris, in unũ redegimus ferme omnia. e *Ambitum alium.*) Incipit picturæ poſtremũ ambitũ circunſcribere. Quam dextris auibus, quiſquis is fuerit, creditur in lucem genitus, q ambitũ hunc tertium ſit poſt corporalẽ mortẽ ꝑpetuo poſſeſſurus. f *Fortunatorum domicilium.*) Nemo fortunatior eo, quem propria uirtutũ opera, ad fortunatorum perduxerint domiciliũ. Quos gentiles fortunatos dicunt, nos honeſtiori uocabulo fẽlices dicimus, atq́ beatos. Fortunæ enim Chriſtianis penè infame nomen. Quàm optabile cunctis id domicilium, in quo uirtutes omnes, & felicitas ipſa uerſantur. Quàm longè ab hoc fortunatorum domicilio exulant, qui impiorum Gigantum more, & hoc ipſo felicium cõtubernio uerarũ uirtutũ ac optimæ diſciplinæ cultores feruidos, ſtentoreo boatu, ſiniſtra fide, maledicisq́ conuitijs, ꝓpellere palã audent. g *Quàm formoſa &c.*) Elegans ueræ diſciplinæ deſcriptio. Nam ei formoſam pulchritudinem, conſtantem uultũ, ætatem mediam, indiſcretumq́ habitũ, ornatũq́ ſimplicẽ, & tandem lapideã firmitatẽ, decẽter tribuit. Quid n. uera diſciplina, pulchritudine formoſius, conſtantia immutabilius, ætate floridius, ornatu ſimplicius, ſoliditate firmius? Hic contrariæ qualitates falſæ diſciplinæ cõue

niunt

niunt procul dubio Media rurſus ætas,cum ſit firmior,atq; robuſtior,aptiſsima ijs eſt, qui totis neruis, ſeſe applicant bonis ſtudijs. Media præterea in re qualibet,commendare,præſertim ſolent. Sene. Tragœdus in Hercue Oetheo. *Quiſquis medium defugit iter, Stabili nunquam tramite curret.* a *In quadrato lapide.*) Suprà,inconſtantem, uolubilemq́; fortunam in rotundo lapide conſiſtere dixit, hic ueræ,ſolidæq; diſciplinæ,quod ſit ſecura,atq; munita,quadratum lapidem tribuit quã prudenter.

ſimplicem præſe ferens. Eaq; non in rotundo,ſed in [a] quadrato lapide ſecura, & munita conſiſtit. Duæ præterea aliæ,quas tanquã filias una ſecum habere uidetur. Ita prorſus apparet. Harum igitur, quæ medium locũ tenet, Diſciplina eſt,eam ueritas[b] & Perſuaſio comitantur. Cur autem hæc quadrato lapidi potiſsimum inſiſtit? Ex eo (inquit) arguitur, quod ad eam peruenientes ſecuro,& certo tramite proficiſcuntur. Donationeſq; traditas [c] tuto ſuſcipiunt. Et quęnam illis ab ea dono dantur? Confidẽtia (inquit) atq; animus imperterritus. Hęc uero alia quænam ſunt? [d] Scientia inquit, per quã graue nihil in uita perpeti unquã poſſe ſe intelligunt. [e] Quàm pręclara inquam Herculem munera. Sed quãobrem extra ambitum ita moratur? Vt (inquit) aduenientes excipiat [f] accuratè, ac uim illam purgatoriam inſtillet, [g] purgatoſq;, ac prorſus emendatos, ita eos ad uirtutes introducat. Quonam pacto inquam ego, non intelligo. At intelliges inquit. Quemadmodum ſi quis grauiter ægrotans medicum accerſiuerit,

b *Veritas & perſuaſio.*) Veræ diſciplinæ peculiare eſt, aut uerè demonſtrare, aut apparẽter ſuadere, quæ docet. Aptè igitur ueritas eam diſciplinam, & perſuaſio ueluti eius filiæ, comitantur c *Donationeſq; traditas tuto ſuſcipiunt.*) Dona ueræ diſciplinæ diuerſa ſunt penitus ab ijs donis, quæ largiri cultoribus ſuis fortuna ſolet. Sunt autem (inquit) diſciplinæ dona confidentia, animus imperterritus, atq; ſcientia. Veræ eñ diſciplinæ cultores imperterriti, atq; ſuis bonis cõfiſi, comite ſcientia, alta proſequuntur, atq; ſublimia. Contrà bonorum fortuitorum poſſeſſores leporino terrore concitos, ac terrenis nebulis excœcatos, rariſsimè confidentia comitatur. Quo fit ut humi proſtrati, ferè nũq; ad ardua, id eſt, cœleſtia caput tollunt. Diuitiarum amor abijt ueteribus in prouerbium δειλὸς ὁ πλοῦτος, Timidæ diuitię. Refertur à Tarræa in prouerbiorũ collectaneis. In prouerbio. Cantabit uacuus, non pauca annotauimus de hac re. d *Scientia per quam graue nihil &c.* Magiſtra rerum ſcientia edocet põſſeſſores, quæ in uita grauia ſint perpeſſu, aut facilia. Præterea ex ignorantia prouenit, ut non uerenda, uereamur interdũ. Contrà nõ timeamus ea aliquando, quæ ſuaptè natura, uel cõſtantibus hominibus iure terrorẽ incutiũt. e *Quàm præclara munera.*) Hodie hæc munera, in bonis. ſ. confidentiam, honeſtis in rebus animũ intrepidum, dirigentẽ nos ad uirtutes ſciẽtiã, plerũq; homines, alga extimant. uiliora.

O ciues ciues quærenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt nummos. Hæc Ianus ſummus ab imo
Prædocet, hæc recinunt iuuenes dictata, ſeneſq;
Leno ſuſpenſi loculos, tabulamq́; lacerto.

f *Aduenientes excipiat accuratè.*) Diſciplinæ uirtutiſq; ueræ, eſt, in uerũ finem recto tramite dirigere poſſeſſores. Et quod mirum eſt, ſeſe ad id exhibeat non rogatæ. g *Purgatos.*) A medicis, ut mox ſubdit, ſumpta tranſlatio. Vt enim corporis morborum ſemina purgatorijs medicamentis abſumuntur ſic quoq; quarundam uirtutum ui quadam peculiari animi uitiorum radices improbæ funditus euelluntur. Cõſtat duplicem eſſe morbum, corporis unum, animi alterũ. Huic morbo duplici, duplex quoque medela reperta eſt. illa corporis morborum purgatiua, hæc animi. Tam illa, quàm hæc medela, ad intentam ſanitatem, ueluti ad finẽ ordinata eſt. Fieri aũt non poteſt, ut in paſſum ſanitas inducatur, niſi morboſa qualitas, id eſt, morbi cauſa, purgata prius fuerit, morbuſq; depulſus longius. Verbi gratia. Aquæ intercutis curari morbus nequit, niſi eius ægritudinis cauſa ſubmota prius fuerit.

Creſcit indulgens (ut inquit, Flac.) *ſibi dirus Hydrops,*
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit uenis, & aquoſus albo
Corpore languor.

purgatoriis ſtatim medicamentis, omnes ægritudi-nis a cauſas eximere conatur. Atq; ita demum à medico reparatus, in ſanitatem reſtituitur. Qui ſi medicis preceptis minus obtemperauerit, meritò repudiatus ab ea ęgritudine conficitur. Hæc intelligo in quã ego Eodem itaq; pacto, ubi quis ad diſciplinã peruenerit probè curatur, & uirtute illius irroratur, ut q̃primũ mala omnia expurget eiiciatq;, quibus adueniens implicabatur. Quænam hæc? b Ignorantiam atq; errorem, quem apud Suadelã ebiberat. c Arrogantiam Concupiſcentiam, Intemperantiam, Furorem Auaritiã, & reliq̃ omnia, q̃b. d in primo ambitu fue-

Cæcilius Sabinus ſcribit Labeõnem iiſce uerbis morbum definiſſe. Morbus eſt habitus cuiuſq; corporis contra naturam, qui uſum eius facit deteriorem. Lege Aulum Gellium. ca. 2. quarti lib. ſuarum noctium. Plura Vlpianus tit. primo xxi. Digeſtorum uoluminis. L. prima Quem locum deprauatum ex Gellianis uerbis reſtituere lector poterit. Stoici autem (ut lib. vij. Laërtius refert) iis uerbis morbum definiunt. Morbus eſt opinatio uehemens eius rei, quæ uideatur expetenda. Rurſus ſicut in corpore caſu gignuntur ægritudines (quas κατάῤῥους, καὶ διαῤῥοίας hoc eſt catarrhos, & uentris effuſiones dicunt) puta bilis, & pituita, ita in animo ſunt quædam ꝓcliuitates, ut inuidentiæ, contentiones, ac ſimilia. Plato quinque Medicinæ ſpecies eſſe ſcribit. Aliam quippe dici medicabilem, quæ morbis medicamenti potione ſubueniat. Aliam Chirurgicam, quæ ſectione, & uſtione curet. Tertiam, quæ ſola uictus ratione, & ordine arceat ægritudines, appellariq; διαιτητικήν Quartam, quæ ex celeri diſcretione morborum ſuccurrat ægris, uocariq; νοσογνωμονικήν, id eſt, morborum rationem metiẽtem. Quintam adiutricẽ dici, qđ ſtrenuo auxilio doloribus continuò liberet. Vtinã totidem Medicinarum genera ad animum curandum infinitis penè uitiorũ morbis grauiter laborantem ſufficerent. Hic mentis obtuſioni ſubiectus eſt, ille hebitudine affectus totus. Inertiæ imperium immetabile. Auarorũ turba Arithmeticam exuperat rationem. Facilius littorum numerabis arenam, q̃ libidinoſorũ hominũ explices multitudinem. Quis non inanis gloriæ morbo tumet? Apicius, & Philoxenus dinumerent gulæ milites. Curandæ mentis inſaniæ nondum repertũ Pharmacum. Coruo rarior albo eſt, qui nõ ſit alicui ſubiectus uitio. Veriſsimus Stoicorũ παράδοξος. Πάντες οἱ μωροὶ δοῦλοι Omnes ſtulti ſerui. Et quænam turpior ſeruitus q̃ deteſtandis uitiis inſeruire? De hac ſeruitute uerißima uiris regula. Seruitutẽ (Vlpianus inquit) mortalitati ferè cõparamus. Felix ter & amplius, qui hac ſeruitute liberatus, ac ſcientia purgatus, ueræ ſapientiæ cœperit inſeruire. Hæc eſt unica purgatoria medicina, quæ amiſſam ꝑ ignorantiam uel malitiam, ægroto prius animo, reſtituit ſanitatem. a *Omnes ægritudinis cauſas.*) Sicut perfecti medici eſt omnem ab ægrotanti corpore procul morbum pellere, ſic quoque purgatiuæ uirtutis eſt animum ipſum infectum uitiis natiuo candori ſuo penitus reſtituere. Qua de re in prouerbio *Quid exempta iuuat ſpinas de pluribus una?* diximus ſatis multa b *Ignorantiã atque errorem.*) De morbis iis duobus, diximus ſatis ſuprà. c *Arrogantia &c.*) Eſt aũt Arrogantia Modeſtiæ uirtuti contraria, quã dicunt ſuperbã præſumptionẽ eſſe, per quã temeritas, atq; impudẽtia uanã ſibi cõparat authoritatem. Ariſtoteles. ij. Rhetoricorum uolumiue. Multa, inquit, de ſe dicere, ac polliceri, & aliena ſua eſſe prædicare, arrogantis eſt. Lactan. cap. xxiij. tertij diui. inſti. Arrogans eſt qui ſibi audeat uendicare, quod humana conditio non recipit. Quàm graue crimen ſit arrogantia ex Sapientis dicto colligitur. Abominatio domini (inq̃t) eſt omnis arrogans. Etiam ſi manus ad manũ fuerit, non erit innocens. Prouerb. ca. xvi. Illud accuratè ſeruandũ, qđ à M. Tul. primo officiorũ li. relatũ eſt. In rebus proſeperis (inq̃t) & ad uoluptatẽ noſtrã fluentibus, ſuperbiã magnopere, faſtidiũ arrogantiãq; fugiamus. Nã ut aduerſas res, ſic ſecũdas immoderatè ferre, leuitas eſt, præclara eſt æquabilitas in omni uita, & idẽ ſemꝑ uultus, eadẽq; frons. Stoici Cõcupiſcentiã dicũt irrationabilẽ eſſe appetitũ, cui & iſta ſubincidunt. Indigentia, odiũ, cõtentio, ira, amor, iracundia, excandeſcentia. Intemperantia, eſt à tota mente etiã à recta ratione defectio, ſic auerſa à præſcriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queãt. Quemadmodum igitur Temperantia ſedat omneis appetitiones, & efficit, ut hæ recti rationi pareant, cõſeruatq; cõſiderata iudicia mẽtis, ſic huic inimica Intẽperãtia, omnẽ animi ſtatũ inflãmat, cõturbat, incitat. Omniũ aũt ꝑturbationũ fontẽ eſſe dicũt Intẽperantiã. Hæc de Intẽperãtia mutuati ex iiij. Tuſcu. q. M. Tullij. Furorẽ eſſe rati ſunt mẽtis ad omnia cœcitatẽ, qđ cũ maius eſſe uideatur q̃ inſania, tamẽ eiuſmodi eſt, ut furor in ſapiẽtẽ cadere poſſit, nõ poſsit inſania. Idẽ M. Tullius uolumine iij. mox citati operis. Cẽſorius Cato dicere ſolitus eſt, iratum hominem à furioſo ſolum tempore differre. d *Quibus in primo ambitu fuerat repletus.*) Is ſcilicet. qui cogente Suadela, uitiorum ebiberat potionem. e *Satis emundatus fuerit.*)

Tanta

rat repletus. Vbi uerò d ſatis emundatus fuerit, quonam eum mittit? Intro inquit ad Scientiam, aliaſq́ uirtutes. Quaſnam,[a] & quales? Vides ne intra portam cœtum [b] mulierum quã bonæ indolis, atq́ inſtitutionis uidentur, q̃ inculto, ac ſimplici habitu prædítæ nihil ſe aut fictum, aut accuratius more [c] aliarum prætendentes? Video inquã. Sed quænam hæ uocãtur? Prima (inquit) [d] Scientia nuncupatur. Aliæ uerò huius germanæ ſunt, [e] Fortitudo, Iuſtitia, Probitas, Temperantia, Modeſtia, Liberalitas,

Tanta eſt immaculatæ ſcientiæ, cæterarumq́ uirtutum puritas, atq́ candor, ut nihil immundum, nihilq́ infectum uitijs ſecum conuerſari patiantur, nec ſi uelint, natura repugnante, certè poſſunt.

a *Quaſnam & quales?)* Græcè habetur ποίας ταύτας, id eſt, ad quaſnã? uel, quo, ad quaſue? b *Cœtum mulierum.)* Formoſarum, pudicarumq́ mulierum ſimilitudine, demonſtrat ipſarum uirtutum decorem, atq́ præſtantiam. Aduertendum non quemuis, bonis artibus capeſcendis aptum eſſe, ſed is tantum, qui ſit bonæ indolis, bene à pueritia inſtitutus, non corporis, ſed mentis potius ſtudioſus & tandẽ qui ſit ueritatis ipſius ſolers cultor. Hæc ſi defuerint, operam is luſerit, atq́ oleum.

c *More aliarum.)* Eas intelligit, de quibus in deſcriptione primi ambitus dixerat, non uides præterea intra portam mulierum meretricum multitudinem quandã diuerſos aſpectus, multifarioſq́ præferentium.

d *Prima Scientia nuncupatur.)* Appoſitè Scientiæ tribuit partes primas. Eſt em̃ ſcientia cæterarum uirtutum dux, atq́ magiſtra. Nam hæc reliquis uirtutibus ſubiectam materiam deligit. Quæ ſint agendi media patefacit, & tandem in uerum finem dirigit ſtudioſos. Germanas eſſe uirtutes, diximus, parum antè. e *Fortitudo &c.)* Virtutes nominatim quaſdam refert, quibus recto tramite ad felicitatem cunctarum uirtutum matrem facillimè peruenitur. Harum poſt Scientiam, Fortitudo retinet locum primum. Eſt autem Fortitudo (ut iiij. Tuſcu. ex Pheri ſentẽtia finit Cicero) animi affectio, legi ſummæ in perpetiendis rebus obtemperans. Vel eſt conſeruatio ſtabilis iudicij in eis rebus, quæ formidoloſæ uidentur ſubeundis, & repellendis. Vel ſcientia rerum formidoloſarum, contrariarũq́, aut animo negligendarum, conſeruans earum rerum ſtabile iudicium. Chryſippus autem Fortitudinem ſic definit. Fortitudo eſt ſcientia perferendarum rerum. Vel affectio animi in patiendo, ac perferẽdo ſummæ legi parens ſine timore. Fortitudo (ut li. de philoſophia Apuleius ait) circũſiſtitur, hinc audacia, inde timiditate. Audacia quidẽ confidentiæ ſit abundantię, metus uerò uitium deficientis audaciæ. Eſt autem (ut Plato inquit) officiũ fortitudinis, ne inter pericula, & terrores à iuſtitiæ tenore deuiemus efficere. Rurſus fortitudinis eſt, animum ſupra periculi metum agere, nihilq́, niſi, turpia timere, tolerare fortiter uel aduerſa, uel proſpera. Fortitudo præſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem. Author, ex Plotino, primo de Som. Scipionis Macrobius. Iuſtitiam Ariſtoteles eſſe dicebat uirtutem animi, cuiq́ ſecundum merita diſtribuentem. Stoici (ut lib. vij. refert Laertius) dicunt Iuſtitiam eſſe ſcientiam eorum, quę eligenda ſunt, quæq́ fugienda, quæq́ ſunt media. Plato dicebat. Iuſtitiam inter conſortia & humanæ uitę commertia, non uiolandi iuris authorem eſſe. Huius uirtutis eſt, ſeruari unicuiq́, quod ſuum eſt. De Iuſtitia ueniunt innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus humanitas. Probitas eſt uitæ integritas, in rebuſq́ omnibus bene inculpateq́ uiuendi habitus. Vel, Probitas eſt habitus ea uitare docens, ob quæ commiſſa, ſolet iure uerecundia comitari. Qua de re lege Ariſtotelem cap. ultimo. iiij. Ethicorum. Annotat idem Ariſtoteles, ij. Rhetoricorũ, uiros probos, non pecunia, ſed exiſtimatione dignos eſſe. Interrogatus Ariſtippus quid eſſet admiratione dignũ in uita? Vir probus, inquit, & modeſtus. Inter Biantis monita refertur & hoc. Exerce probitatem. Probi natura eſt, ut nemini inuideat, author M. Cicero in eo libro quem de uniuerſitate inſcripſit. Temperantiam. 2. de finibus bono. & malo. ſic finit Tulli. Temperantia, moderatio eſt cupiditatum rationi obediens. Huius eſt nihil appetere pœnitendum, in nullo legem moderationis excedere, ſub iugo rationis cupiditatem domare. Temperantiam ſequntur, modeſtia, uerecundia, abſtinentia, caſtitas, honeſtas, moderatio, parcitas, ſobrietas, pudicitia. Plato ſcribit Temperãtiam nos ad frenandas concupiſcentias, ut à nulla uoluptate ſubigamur, honeſteq́ uiuamus, ſua nobis lege præſcribere. Cicero. v. Tuſcu. q. moderatricem omnium commotionum, uocitat temperantiam. Lege Macrobium primo de Somnio Scipio. Laertiũ lib. iij. Plotinum li. ij. primæ Enneadis Sene. epiſtolis 88 & 123. Modeſti, & temperati uiri uitã ita purã, ſincerãq́ eſſe oportet, inq̃t Aeſchines, ut ne turpitudinis quidẽ ſuſpitionem de ſe præbeat. Modeſtia. Eã uirtutem, quam Græci σωφροσύνην, appellant, M. Cicero. iij. Tuſcu. q. tum temperantiam, tum moderationem, appellat, nonnunquã etiam modeſtiam. Eſt autẽ modeſtia uirtus docẽs omnibus in rebus

tempera-

temperamentum,modumq́ꝫ ſeruare. Cicero autem circa finem 1. Officiorũ ijs uerbis mõdeſtiam finit. Modeſtia eſt ſcientia earum rerum quæ agẽtur,aut dicentur loco ſuo collocandarum. Sunt qui εὐταξίαν dici uelint. Sed id non probat Cicero. Pythagoras omne nimium reprobans dicebat,non debere quẽpiam neqꝫ laborum,neqꝫ ciborum tranſgredi modum. Liberalitas eſt munificentiæ uirtus, amore ſtudioq́ꝫ libertatis,benemerentibus,patriæ, propinquis,affinibus,amicis,pauperibusq́ꝫ honeſtis, tribuẽs facultates. Ariſtot.ſcribit 2. Ethicorum, circa dandas,capiendaſque pecunias, mediam eſſe liberalitatẽ. Exceſſus uerò,defectuſque (inquit) hinc prodigalitas, illinc auaritia. Pecunias autem appellamus (inquit idem cap. 1. 4. Ethicorũ) omnia,quorum extimatio mẽſuratur nũmo. Quo loco longus de liberalitate tractatus. Plura Tullius tit. 16. primi Offic. & titulo 14. ſecundi facit, quod annotat Vlpianus titulo 5. Digeſt. 39. Lege prima.

Continẽtia, Mãſuetudo. Heus inquã optime ego, q̃ꝫ [a] magna in ſpe ſumus. Modò (inqt) intelligatis, & q̃ audistis, ſtudioſè percipiatis. Atqui inquã ego accuratè, & diligẽter attendemus. Salui igitur, inquit, eritis. Vbi ergo eum ipſæ ſuſceperint, quonam adducuntur? Ad matrem [b] inquit. Ea uerò quænã eſt? Felicitas inquit. Cuiuſmodi autem hęc eſt? Vidéſne uiam illam ad ſublimem illum uerticem ferẽtem, [c] quem omnes ambitus

De Continentia diximus ſatis antè. Ariſtoteles ſecundo Rhetoricorum, definit Manſuetudinem depreſſionem,ſedationemq́ꝫ iræ. Extat apud hunc ipſum Ariſtoteles capite 5. lib. quarti, de Manſuetudine. Pittacus à quodam iniuria affectus habensq́ꝫ ulciſcendi ſe poteſtatem,impunè abire permiſit. Venia ſupplicio (inquit) melior eſt. Hoc enim mitis,ac manſuetæ naturæ eſt,illud uerò ferinæ & truculentæ. Ita tamen (authore Tullio 1. offic.) probanda eſt manſuetudo atqꝫ clementia, ut adhibeatur reipublicæ cauſa ſeueritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt. Caſſiodorus in expoſitione Pſalmi 24. manſuetos dici ait,quaſi manu conſueti,hoc eſt tolerantes iniurias,non reddentes malũ pro malo. Miram manſuetudinis laudem exprimit Propheta in Pſalmo 46. Suſcipiens manſuetos Dominus,humilians autẽ peccatores uſqꝫ ad terram. Manſuetudinis præconium abijt ueteribus in prouerbiũ πρᾳότερος περιστερᾶς, ἢ μίνη πελειάς. Mitior columba. Sedens columba. Meminerunt Diogenianus atqꝫ Suidas. Non eſt paſſus locus,ut de ijs cõmemoratis à Cebete uirtutibus plura in præſentia diceremus. a *Quàm magna in ſpe ſumus.*) Quis non magna ſpe detineatur qui poſt à tetris uitijs purgationem,tam nobilium uirtutum felicitatisq́ꝫ ſit cõmertio fruiturus? Spes enim præmij (inquit Seneca de moribus) ſolatium ſit laboris.

b *Ad matrem inquit.*) Eleganter felicitatem,uirtutum matrem eſſe cõmemorat. Felicitas enim, cum ſit ultimum uirtutum præmium, ad comparandas eas, ſtimulum inijcit hominibus atqꝫ calcar. Iuuenalis Dictum oraculi inſtar habendum putant. *Quis enim uirtutem amplectitur ipſam Præmia ſi tollas?* Sunt qui uirtutes ueritatis filias eſſe dixerint. Author Philoſtratus in Heroicis. De uirtutũ germanitate diximus parum antè. Theologi ſcribunt uirtutes omnes,præter eas quas Theologicas uocant, quales ſunt fides,ſpes,charitas, à Deo,potẽtia,obiecto,ac frequentatis actibus in eſſe produci. c *Omnes ambitus ueluti arcem ſuam amplectuntur.*) Sunt multò Pygmæis inferiores homunciones hodie, qui ſublimis arcis huius q̃ꝫ optimè meritos ciues, Herculeóſqꝫ cuſtodes eiuſdem, Bonaſi na proluuie fugare laborent. Sed uide candide lector,qua ij inſtructi acie quibus ue armis,inexpugnabilem hanc arcem, gigantibus inuictam olim,temerè demoliri conẽtur. His ante omnia, quotquot ſunt, nulla cruentis Martis experientia. Nulla fugandorum hoſtium diſciplina. Vecors ingenium. Infirmæ manus. Cœcutientes oculi. Non Mauortius, ſed ranis ululiſq́ꝫ peractus clamor. His pro ſapientia furor. Imprudens impetus pro conſilio. Inanis uulgi gloria pro uictoria. Damnatio perpetua pro mercede. His in bellum prodeũtibus cucurbitaceæ galeæ. Suilla colli tegmina. Dorſa ulmeis contecta maniplis. Cohors ferè tota cepeis in uolucris toracata. Rapacijs philanthropiſq́ꝫ peltata. Cætera belli,quibus pios diuerberent, inſtrumenta,non opus eis aliunde petere. Nam dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Tutantur paſſim pingues & ἀράχνια uentres, pudibundorum arma, in æmulationem Vulcani coniugis à Venere fabrefacta. Genua & ijs affinia, rigidæ ſunt irreuerentiæ partes. Lubricorum pedum dux, præceps lapſus in uetita. Agminis totius ſummus imperator, κακοδαίμων. Dum hæc agerentur, felicitas ſuorum cõmilitonum concilium mox conuocat, quid ſcilicet in tanto hoc diſcrimine, aduerſus hunc tam effœminatum hoſtem, agendum foret. Placuit huius cunctis cuſtodibus arcis, ut ueræ diſciplinæ monitũ exquireretur, idq́ꝫ exequerentur per omnia. At illa rogata, iamiam ingenuis armis ſeſe comitibus accingentibus, Sic infit. *Non eſt iaculis, haſtisúe petendus,*

Conſcia ſuccumbent audito uerbere terga,
Vt Scytha poſt multos rediens exercitus annos,
Cum ſibi ſeruilis pro finibus obuia pubes

Iret, & arceret dominos tellure reuerſos,
Armatam oſtenſis aciem fugere flagellis,
Notus ab incœptis ignobile repulit horror
Vulgus, & addictus ſub uerbere torpuit enſis.

Sicq́; ſeruilis hæc expeditio Punitioni æquitatis miniſtræ, conſenſu omnium demandata eſt.

Hæc mox diuorum iuſſis parere laborans,
Ingenus hoc hominum ſurgit ſuc cincta flagellis.
En ait ô ſuperi (nec deeſt fiducia) monſtra
Trans Styga, trans Herebum digno mandabo Baratro,
Infra Titanum tenebras, infraq́; receſſus
Tartareos, tetrumq́; chaos, quo ditis opaci
Fundamenta latent, hoſtisq́; ubi preſſus anhelet.
Dum rotat aſtra polus feriunt dũ littora uenti.

Placuit inſuper tũ Felicitati, tũ reliquis cœlitib. ut ob hanc fuſorum uiliũ ſeruorũ uictoriã, merita Punitioni decerneretur Ouatio, cũ hac rei geſtę patenti inſcriptione,

Diſcite uaniloqui cœli non ſpernere ciues.

ueluti arcem ſuam amplectũtur? Video. Mulier [a] prę cellens in ueſtibulo conſtituta ſuper ſoliũ excelſum ſedet cultu non tam curioſo q̃ liberali, corona florentiſſima eleganter admodum capiti impoſita. Ita prorſus uidetur. Hæc igitur, inquit, eſt Felicitas. Vbi igitur ad eam quiſpiam acceſſerit, quid rerũ gerit? Ipſa, inquit, Felicitas eum potentię ſuę corona circundat. Itidem reliquæ [b] omnes uirtutes, perinde ac maximorum [c] certaminum uictores coronari ſolent. Et quænã inquã ego certamina deuicit? Maxima, inquit, & maxima etiam monſtra, quę prius ipſum adſumebant, affli-

a *Mulier præcellens.*) Formoſiſſimæ potentiſſimæq́; mulieris cõparatione ac ſimilitudine, exprimit felicitatis formam atq; naturam. Dat felicitati ſublimem, præcellentem, tutiſſimumq́; locum, quoniam felicitas ſuprema, præcellens, tutaq́; hominis eſt perfectio, qua quis adeptus, nihil ultra deſideaare queat. Dat ſolium atq; coronam, quod ei potentiſſimæ reginæ inſtar, uirtutes aliæ ſeruiant uniuerſæ. Dat cultum non curioſum, ſed liberalem potius, quoniã non in corpore, ſed animo eius eſt ratio collocata. Florentiſſima, elegantiſſimaq́; corona denotat nunq̃ felicitatem ſeneſcere, ſed elegantẽ floridamq́; iuuentam aſſiduè retinere. Eos præterea coronare ſolita eſt, qui fortiter conſtanterq́; aſſiduè contra monſtroſa uitia bellum geſſerint, gerantq́; continuò. Vnde ab imperatoribus ſumpta Metaphora, qui uarijs coronarum generibus, fortes milites coronare ſolent. Vetus prudensq́; excogitatum, præmijs non uulgaribus, ad bene fortiterq́; agendum allicere, forſitan ſegnes aliàs. Hinc triumphales, Obſidionales, Ciuicas, Murales, Caſtrenſes, Nauales, Oualeſq́; coronas, originem habuiſſe conſtat. Simili ratione Trophæum, Ouatio, Triumphuſq́; honorum omnium maximus, fortibus imperatoribus hoſtes ritè uincentibus, uictoriarum præmia, mira quadam utiliq́; rebus publicis ratione, tributa ſunt. Fuiſſet eſſetq́; hodie lege ſancitum quapiã, ut uitiorum immaniſſimorũ mentis, atq; uirtutis hoſtium uictoribus, pro rei dignitate aliquod decens præmium, largiretur. Non tantam auarorum turbã per uicos omnes conſpiceres, & plateas. Non tot Veneris nepotulos. Non tam confertam uentri deditorũ cateruam. Vltra Sauromatas, rupeſq́; Caucaſeas, mendacia, atq; periuria forſitan exularent. Non centum clauibus, milleq́; repagulis munitas paſſim domos. Intemperantes Antipodum incolerent Hemiſpheriũ. Quot ſunt tempeſtate iſtac miſera, qui Xerxis exemplo moti, præmium turpium uitiorũ nec exiguũ ſtatuunt repertoribus? Dicas uelim, quibus hodie largiuntur honores, quibus amplæ opes, quibus rerum publicarum cura commiſſa, quibus mentis patefacta ſecreta, quibus uel maximarum adhibita rerum fides? & ut paucis hanc finiam querimoniam,

Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum
Si uis eſſe aliquid, probitas laudatur, & alget.
Criminibus debent hortos, prætoria, menſas,
Argentum uetus, & ſtantem extra pocula caprum.

Et illud Claud. 2. in Eutrop. lib.

Nunc, qui fœdera rumpit
Ditatur, qui ſeruat ego, &c.

Eſt & Calliæ dictum improbum κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον, id eſt, lucrum pudore fortius trabit. Philto Plautinus in Trinummo. Pol pudere, q̃ pigere præſtat totidẽ literis. b *Itidem reliquæ ommes uirtutes.*) Scribunt Theologi iuxta uirtutum meritorumq́; præponderans augmentũ, felicitatem augeri ſupremã. Rurſus uirtutibus alijs uel aliud præmiũ reſpondere, uel præmij uberius incrementũ. c *Maximorum certaminum.*) Hoſtes animi multò ſunt tetriores, q̃ corporis. Ergo illos, q̃ iſtos, id eſt, uitia q̃ infeſtas feras, grauius ſuperare,

perare. Non mirum igitur ſi illorum certaminũ, q̃ iſtorum uictores maiori præmio honeſtentur. Nul-
la eſt(inquit Seneca 3.natur.quæſt.)maior uictoria, q̃ uitia domuiſſe. Innumerabiles ſunt, qui urbes, qui
populos habuere in poteſtate, pauciſſimi qui ſe. Has uirtutũ uoratrices feras, nutriunt mali principes,
qui uitioſis ſceleſtisq; hominibus fauent, bonos ſupprimunt, parcunt impijs, bonorũ morum cultorib.
præmia nulla ferunt. Ediuerſo teterrima hæc monſtra perimunt, qui uel ſanctas leges ſanciũt, uel ſanci
tas prius, ſtudioſe ſeruari laborant. In hoc animi monſtra, perniti oſiora ſunt monſtris corporis, quòd hæc ſemel tantũ perimunt, illa q̃ diu adſunt. Hæc laqueis, catenisq; in noſtram ueniunt poteſtatẽ. At illa Adamãtinis uinculis in ſeruitutem redigunt poſſeſſores. Hæc in morte corporis ſæuire deſinunt, illorũ poſt mortẽ cruciat⁹ durior. Sed illud in hoc diſcrimine dignum quidem, quod ſicut mõſtra hæc poteſtatis noſtræ nõ ſunt, ut pe-

gebant, atq; in ſeruitutem [a] redigebant. Omnia hęc deuicit, ac longè à ſe ſequeſtrauit. Seq; ipſum adeo ſuperauit, ut huic nunc illa ſeruiant, quibus ipſe antea in ſeruitutem redactus fuerat. Qænam hæc monſtra dicis? Audire enim admodum cupio. Inprimis, inquit, ignorantiam, [b] & errorem. An tibi monſtra hæc eſſe non uidentur? Tetra, [c] & laborioſa inquam ego. Deinde triſtitiam, luctum, [d] & auaritiam, & incontinen-

nitus tollantur è medio, ſic illa ſubſint iuri noſtro, ut quoties libuerit, procul à nobis uel fugari poſſint
uel duris ſaltem chamis ſubijci, ac lupatis. Facilè enim animi monſtra ab eo ſuperantur, qui ſibi nouerit
imperare. Vis habere honorem(inquit Seneca)dabo tibi magnũ imperium, impera tibi. Scribit Plato
& refert Euſebius cap.18.12. Præp. Euang. præcipuam optimamq; uictoriã eſſe, ſeipſum uincere, ſicut cõ
tra(inquit)turpiſſimũ atq; peſſimũ à ſeipſo uinci. Idem Seneca Epiſt.72. Quæ uicerim quæris? non Per-
ſas, nec extrema Medorum, nec ſi quid ultra Dahas bellicoſum iacet, ſed auaritiã, ſed ambitionem, ſed
metum mortis, qui uictores gentiũ uicit. a *In ſeruitutem redigebant.*) Maxima uictoria ſit neceſſe eſt, qua
eos in ſeruitutẽ noſtram redigimus, qui nobis antea tyrannicè dominabantur. Vitia in ſeruitutẽ noſtrã
redigere, eſt eis non ſuccumbere, ſed eorum illecebris cõſtanter reſiſtere. Ex iure gentium ſumpta Meta
phora, quo ſancitum eſt, ut ij qui ab hoſtibus capiuntur, ſerui ſint capienti. titulo 5. primi Digeſt. L. Et
ſeruorum quidem. b *Ignorantiam & errorem.*) De ijs duobus animi defectibus non pauca retulimus in
præhabitis. c *Tetra & laborioſa.*) Fœda atq; crudelia, & quæ non niſi ſummo labore uinci poſſunt, non
memoranda uictoria, quã uel infirmos, uel non repugnantes uincimus. *Nam* (ut Martialis inquit) *nulla
eſt gloria præterire aſellum.* In pellendis aũt ignorantia & errore, labor duplex. Primus hæc duo ab animo
diuellere, alter contrariã inducere qualitatẽ. Libuit huic loco Quintiliani ex 2. Inſtit. orat. lib. uerba ſub-
nectere. Qua in re mihi(inquit)non arbitror diu fabulandũ, ut oſtendam quanto ſit melius optimis im
bui, quantaq; in eluendis quæ ſemel inſederint uitijs difficultas cõſequatur, cum geminatum onus ſuc-
cedentes premat. Et quidem dedocendi grauius, ac peius q̃ docendi. Propter quod Timotheum cla-
rum in arte tibiarum ferunt duplices ab ijs, quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, q̃ ſi rudes
erudirentur. Hactenus Quintil. uerba relata. d *Triſtitiam, luctum, auaritiam, & incontinentiam.*) De triſtitia, lu
ctu, incontinentiaq; morbis animi, abundè ſatis diximus in præhabitis. Reſtat, ut de auaritia pauca ſub
nectamus. Stoici definiunt Auaritiam opinionẽ eſſe inhærentem de pecunia, quod honeſta ſit. M. Cic.
4. Tuſc. quæſt. referens eorundẽ Stoicorũ de Auaritiæ definitione ſententiã. Eſt aũt Auaritia (inquit)
opinio uehemens de pecunia, quaſi ualde expetenda ſit. Caſſiodorus exponens uerſiculum illũ Pſalmi
148. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. Sciens(inquit)cohors illa ſanctorũ auari-
tiam capacem eſſe uitiorũ, hanc à ſe expetit amoueri, ut potuiſſet toto corde ad ſcripturas ſacratiſſimas
ſalutariter inclinari. Auaritia enim eſt temporalium rerum flagrans omnino deſiderium. &c. Idem Caſ-
ſiodorus in Cõmentario Pſalmi 38. Addit(inquit) Theſaurizat, & ignorat cui congregat ea. Hinc ſtulta
uanitas quoniam cupit peritura ſeruare, & trãſitoria cuſtodire, maximè cum poſſeſſio eorum probetur
incerta, &c. Bion ſophiſta, omniũ uitiorum Auaritiam dicebat eſſe Metropolim. Paulus Apoſtolus pri
ma ad Timotheum cap. 6. Radix (inquit) omniũ malorũ eſt cupiditas. In eandẽ ſententiam Timon di-
cere ſolitus eſt, Auaritiam & inanem gloriam malorũ omniũ eſſe elementa. Eleganter ut cætera, Cyni-
cus ille Diogenes, pecuniarum coaceruatores, magnos mendicos uocare ſolitus eſt. Qui de malo Auari
tiæ Ciceronis ſententiã expetunt, eum adeant titulo 15. ſecundi Offic. & Paradoxo ultimo. Rurſus de
Finib. bon. & mal. lib. 2. Mira Auaritiæ conditio, quæ quicquid omnibus abſtulit, ſibiipſi negat. Sene
ca in princ. prim. Nat. quæſt. Edidimus ſtudioſorum gratia tum in hunc ipſum Senecam, tum in nobi-
les reliquos Latinos authores, Indices copioſos, in quibus quicquid ij, tum de auaritia, tum rebus alijs
ſcitu dignis ſcriptũ reliquerunt, ſecundũ literarum ſeriẽ redegimus apto ordine. Poëtæ non ineptè fin-
gunt, Auaritiam ſicut reliqua uitia Tartaro patre genitam. Claud. de laude Stiliconis,

Procul importuna fugantur
Numina, monſtriferis quæ Tartarus edidit antris.
At primam ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum.
Trudis auaritiam, cuius fidiſsima nutrix
Ambitio, & quæ ueſtibulis, foribusq́ potentum
Excubat, & pretijs commertia paſcit honorum,
Pulſa ſimul.

L. Apuleus lib. de Philoſ. ſcribit Auaritiã, atq; Laſciuiã ex Luxuria naſci, quarũ (inquit) altera liberalitatem coërceat, altera immoderatius fundendo, patrimonij prodigat facultates. Hæc ex multis de Auaritia libuit huc aduocare. Nam ſi quis cũcta deformia auaritiæ monſtra conetur exprimere, is nimirum,

Promptius imponat glaciali Pelion Oſſæ

tiam, & reliquam omnem [a] improbitatem. His omnibus, non ut antea paret, ſed imperat. O præclara inquã ego facinora, & pulcherrimam uictoriam. Illud autem mihi etiam expone, cuiuſmodi ſit eius potentia, qua eum coronari dixiſti. Beatifica, inquit, ô adoleſcens. qui enim [b] ea fuerit potentia coronatus, & felix, & beatus euadit, neq; alibi, [c] q̃ in ſeipſo ſpem felicitatis reponit. Quam præclaram uictoriam dicis. Cæterum coronatus quid agit, aut quo uadit? Suſcipientes eum

a *Reliquam omnem improbitatem.*) Improbitatem dicunt liberæ uoluntatis malignũ habitũ, à nullo ſecundũ rectã rationẽ probandũ. Improbitatẽ ſcelerũ omniũ aſſerunt genus eſſe, ſub qua illa 7. capitalia crimina cõtinentur. Si horum ſpecierũ numerũ quærites, non tot caducas educat frondes Oetha, Nec uerè flores Hybla tot medio creat, Cum examẽ alto nectitur denſum globo, Fluctusq; non tot frangit Ioniũ mare. Sed in tãta improbitatis multitudine, Id probis euenit ex ſententia, Quod improba nunq; ſpes lætata diu. Eſt & illud in bonorum gratia uel à natura, uel parente Deo excogitatũ, quod prauos cõcordes eſſe impoſſibile eſt, niſi paruo in tẽpore, quemadmodũ & amicos eſſe. Ex Ariſt. hæc cap. 6. Ethic. 9. Quæ ſint improborũ ſtudia, parũ infrà Cebes ipſe relaturus eſt. b *Qui enim fuerit ea potentia.*) Corona uel in ſignũ peculiaris uictoriæ, benemerenti tribui ſolet, aut non uulgaris honoris. Antiquitus quidem (ut capite 1. ſedecimi refert Plinius) nulli niſi Deo dabatur. Ob id Homerus cœlo tantum eas, & prælio uniuerſo tribuit & cætera, quæ ſequũtur. Corona præterea, quod circularis ſit, atq; continua, iugem quandam, ac perpetuam integritatẽ denotat coronati. Theologi, ſanctis Dei quadam ſimilitudine coronas beatificas à Deo optimo maximo, tribui ſcribunt, cum laborum ſuorum in uita beata, indeflectibile præmium recipiunt & mercedem. In hoc autem uno poſitam eſſe beatam uitam dicunt, ut in nobis ratio perfecta ſit. Hæc enim ſola non ſubmittit animum. Stat cõtra fortunam, in quolibet rerum habitu ſeruitus ſeruit. Id autem unum bonum eſt, quod nunq; defrigitur. Is inquam beatus, quem nulla res minorem facit, tenet ſumma, & ne ulli quidẽ niſi ſibi innixus. Nam qui aliquo auxilio ſuſtinetur, poteſt cadere. Si aliter eſt, incipiet in nobis multum ualere nón noſtra. Hæc & alia Seneca epiſtola 4. libri 14. Plura idem in libro de uita beata. Cicero 5. Tuſc. quæſt. eos beatos dicit, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines excedunt, nullæ libidines incitant, nullæ futiles lætitiæ exultantes, languidis liquefaciũt uoluptatibus. c *Neq; alibi quàm in ſeipſo ſpem felicitatis reponit.*) Zeno & Chryſippus, ut libro ſeptimo Laërtius refert, tradunt uirtutem ſolam ſufficere ad beatam uitam, ea quoq; contemnentem, quæ moleſta uidentur. Panetius tamen, & Poſſidonius, uirtutem minimè ſufficere dicunt. Verùm opus eſſe bona ualetudine, & affluentia rerum, & robore. Qui Stoicam diſciplinam ſectantur, contendunt ex nullo, q̃ ex ſeipſa felicitatem pendere. Res tam affatim ab omnibus diſputata, ut ſuperuacaneum ſit, plura de hac ipſa re huc afferre, libuit tamen noſtrorum Poëtarum eleganter conſcriptos uerſiculos aliquot in præſentia recenſere. Syl. lib. 14. bellorum Punicorum.

Ipſa quidem uirtus ſibimet pulcherrima merces,
Dulce tamen uenit ad manes, cum gloria uitæ
Durat apud ſuperos, nec edunt obliuia laudem.

Claudian. in Conſulatu Manilij Theodori,

Ipſa quidem uirtus pretium ſibi, ſolaq́ latè
Fortuna ſecura nitet, nec faſcibus ullis
Erigitur, plauſuue petit clareſcere uulgi.
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis
Diuitijs animoſa ſuis, immotaq́ cunctis
Caſibus ex alta mortalia deſpicit arce.

Plautus in Amphitryone, Virtus eſt præmium optimum, uirtus omnibus Rebus anteit profectò, libertas, ſalus, uita,

Res, paren

Res,parentes,patria , & prognati, tutantur,ſeruantur. Virtus omnia in ſeſe habet. Omnia adſunt bona,quem peneſt uirtus.Hęc Plautus. Nil pene pulchrum de uirtute ſcriptum ueteribus,quod in Collectaneis noſtris præteritum à nobis ſit.

uirtutes ad id [a] loci ducunt, unde primùm aduenerat,eiq; commonſtrãt ſtudia [b] improborum, quam malè degant,& miſerè uiuant. Quanta in uita nau=

a *Ad id loci ducũt,unde primum aduenerat.*)Nedum Hebræorum Chriſtianorumq́; placitum,ſed etiam tum rerumpub.tum poëtarum,tum deniq; rectè philoſophantium ſententia fuit,rationales animas è cœlo, id eſt, Deo ſummo duxiſſe originem. Illincq́; eas huc ad uegetãda mortalium corpora factoris ſui iuſſu deſcẽdiſſe. Et expleto ſibi munere delegato,in natiuam tandem originis ſuæ ſedẽ,reuerſuras, illicq́; peractæ factorum ſuorũ uitæ, indeficiens præmium recepturas.Hoc ſenſit Tullius tum in lib. de uniuerſitate,tum in de Somnio Sciponis libello. Ciuitatumq́; (inquit)rectores,& conſeruatores hinc profecti,huc reuertuntur. Quem locum differens Macrobius ſic inquit. Animarum originem manare de cœlo inter rectè philoſophantium iudubitatæ conſtat eſſe ſententiæ. Et animæ,dum corpore utitur,hæc eſt perfecta ſapientia,ut unde orta ſit,de quo fonte ueuerit,recognoſcat. Et infra. Homini autem (ut diximus) una eſt agnitio ſui, ſi originis, natalisq́; principia,atq; exordia prima reſpexerit,nec ſe quæſiuerit extra. Sic enim anima uirtutes ipſas conſcientia nobilitatis induitur,quibus poſt corpus euecta eò,unde deſcenderat,reportatur,quia nec corporea ſordeſcit,uel oneratur eluuie,quæ puro, ac leui fomite uirtutum rigatur,nec deſeruiſſe unquã cœlum uidetur,quod reſpectu,& cogitationibus poſſidebat. Rurſus infra. Hæ animæ in ultimã ſphæram recipi creduntur,quæ Aplanes uocatur. Nec fruſtra hoc uſurpatum eſt. Siquidem inde profectæ ſunt. Animis enim necdum deſiderio corporis irretitis,ſydera pars mundi præſtabat habitaculum,& inde labuntur in corpora. Ideo his illò eſt reditio. Quid de animarum in corpora deſcenſu, in cœlumq́; reditu, Plato ſenſerit,refert paucis Euſebius cap.10.13.præparationis lib. Extat lib. 8. Enneadis quarto apud Plotinum, de animæ deſcenſu in corpora. Ratio exigit atq; iuſtitia,ut uirtutum cultores,ad uirtutum parentem olim redeant. Contra earundem uirtutum hoſtes illuc tandem præcipitentur,ubi ſit uirtutibus nullus locus, *Et uitia atra ſuam poſuere cubilia ſedem.*

Sed heu quam, *Facilis deſcenſus Auerni!*

Noctes, atq; dies patet atri ianua Ditis.
Sed ueuocare gradum ſuperasq́; euadere ad auras,
Hoc opus,hic labor eſt,pauci,quos æquus amauit
Iupiter,aut ardens euexit ad æthera uirtus.

Id eſt damnationis nulla extra hominem efficiens cauſa,ſed eiuſdem ſaluatio deo præcipuè tribuenda. b *Eiq; commonſtrant ſtudia improborum,&c.*) Felicitatem adeptus,multijugaq́; hominum uitia,atq; diſcrimina cernens,lætatur maxime ijs ſe immanibus uacare periculis,quemadmodum,

Suaue mari magno turbantibus æquora uentis;
E terra magnum alterius ſpectare laborem;
Non quia uexari quempiaſt iucunda uoluptas,
Sed quibus ipſe malis careas,quia cernere ſuaueſt.
Suaue etiam belli certamina magna tueri.
Per campos inſtructa, tua ſine parte pericli.
Sed nil dulcius eſt,bene quam munita tenere
Edita doctrina ſapientum templa ſerena,
Deſpicere unde queas alios,paſſimq́; uidere
Errare atq; uiam palantis quærere uitæ,
Certare ingenio,contendere nobilitate.
Noctes atq; dies niti,præſtare labore
Ad ſummas emergere opes,rerumq́; potiri.

Deteſtanda penitus improborum ſtudia,qui magni quippiam ſe feciſſe putant,quoties alios malitia uicerint,atq; dedecore. Hi teſte Sapiente prouerbiorum cap.2.relinquunt iter rectum, & ambulãt per uias tenebroſas,qui lætantur cum male fecerint,& exultant in rebus peſſimis. Apud Theologos ſcitu digna quæſtio. Cognoſcãt ne ſancti mortalium facta,bona ſcilicet aut mala? Rem hanc ambiguam diſputat Ioãnes Scotus diſtinct.51.quarti ſententiarũ lib. Soleo quoſdã in ijſce reb. penè pueros haud modicè demirari,qui hũc ipſum Ioan. Scotũ,ob ſummã ingenij ſui acrimoniã,ac in Theoreticis præſertim diſciplinis peculiarẽ quandã excellentiã, à peritiſſimis ſubtilem doctorẽ non iniuria nuncupatum, uel innata quadam peruicatia, uel digna eis imbuti Minerua, ieiunis uerbis, *Non ſecus ac crepitans reſonanti Rana Cicadæ,* laceſſere non uerentur. Vtuntur iſti nimirum eorum hominũ more, qui

fragia patiantur, quantũ aberrent, q; ueluti hoſtium a captiuitatẽ præferãt. Alij incõtinentię, alij [b] arrogãtię, alij inani glorię, alij alijs malis inſeruiẽtes, per q̃ à calamitatibus, quib. irretiti ſũt, exoluere ſe nequeũt, ut ſaluẽtur, & [c] eo ꝑueniãt, ſed in omni uita perturbant, quod huiuſmodi uiam inuenire non poſſunt. Mandatũ enim à Genio, ac [d] numine ſuo traditũ obliuioni tradiderunt. Rectè inquã dicere mihi uideris, tametſi hoc etiam inſuper ambigo. Curnam ei uirtutes locum illum commonſtrent, unde prius aduenerat? Nihil certi nouerat, neque ullum (inquit) eorum, quæ ibi agerentur, ſciẽtiam tenebat, ſed ignorantiam atq; errorem, quem ebiberat, ambiguus [e] quæ bona non erant, bona, quæ mala non fuerãt, mala exiſtimabat. Quocirca malè etiã [f] uiue-

cum munitas arces ui expugnare nequeant, minis, atq; cõuitijs eas demoliri ſatagunt. Elegans Plautini Chryſali in Bacchidib. Parœmia. Verbis urbes inermis capit. Homuntioni id onus graue nimium. Diſpeream, ſi non, *Sambucam citius Coloni aptàueris alto.* a *Quam ueluti hoſtium captiuitatem præferant.*) Quaſi dicat, grauiſſimam, & ob hoc perhorrendã. Inter miſerias, quæ poſſent homini caſu contingere, non parua eſt capi ab hoſtibus, in eorum uenire poteſtatem, & tandem iure gentium, eorũ ſeruum fieri. Tam grauis ſeruitus extimatur, ut Iureperiti eã mortalitati ferè compararẽt, in fine ultimi uoluminis Digeſtorũ. Verè philoſophantium ſententia eſt, eam eſſe maximam, turpiſſimamq; ſeruitutem, qua quis uitiorũ ſeruus efficitur atq; mancipium. Nemo uitijs ſeruiens iure poteſt liberis hominibus imperare. Refrænet primùm libidines, ſpernat uoluptates, iracundiam teneat, coërceat auaritiam, cęteras animi labes repellat, tum incipiat alijs imperare, cum ipſe improbiſſimis dominis dedecori, ac turpitudini parere deſierit. Extat de hac re penultimũ Paradoxum apud Tulliũ. Rurſus 3. Satyra Secun. Sermo. Horatij. Dictũ eſt ab eruditiſſimis uiris præter Sapientem, liberum eſſe neminẽ. Quid eſt enim libertas? Poteſtas uiuendi, ut uelis. Quis igitur uiuit ut uult, niſi qui recta ſequitur, qui gaudet officio, cui uiuendi uia cõſiderata atq; ꝓuiſa eſt, qui legib. quidẽ, non propter metũ paret, ſed eas ſequitur, atq; colit, qđ ſalutare maximè eſſe iudicat, q nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat deniq;, niſi libẽter, ac libere, cuius omnia cõſilia resq; oẽs, quas gerit, ab ipſo ꝓficiſcũtur, eodemq; ferũtur? Nec eſt ulla res, q̃ plus apud eum polleat, q̃ ipſa uolũtas, atq; iudiciũ. Cui quidẽ etiã q̃ uim habere maximã dicitur, fortuna ipſa cedit, ſicut ſapiẽs poëta dixit. *Suis quiſq; fungitur moribus.* Soli igitur hoc contingit ſapienti, ut nihil faciat inuitus, nihil dolẽs, nihil coactus. Hũc Cic. locũ eleganter effinxit Horat. Saty. 7. 2. Serm.

Quiſnam igitur liber? Sapiens ſibi qui imperioſus
Quem neq; pauperies, neq; mors, neq; uincula terrent.
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores,
Fortis, & in ſeipſo teres, atq; rotundus.
Externi nequid ualeat per læue morari,
In quem manca ruit ſemper fortuua.

b *Alij incontinentiæ.*) Mira uitiorum ad ſe trahendos homines efficacia, utpote plures

Culpari dignos, quemuis media elige turba,
Aut ob auaritiam, aut miſera ambitione laborat.
Hic nuptarum inſanit amoribus, hic puerorum.
Hunc capit argenti ſplendor, ſtupet albius ære.
Hic mutat merces ſurgente à ſole ad eum, quo
Veſpertino tepet regio, &c.

Ex eodem Horatio Saty. 4. primi ſermonum. c *Eo perueniant.*) Ad felicitatis ſolium excelſum ſcilicet, ubi uirtutum cultores beatifico diademate coronantur. d *Anumine ſuo.*) Ab hominis primæua origine, Deus, & pater ille indulgentiſſimus Angelum bonũ cuilibet hominũ tribuit, ut is ad bene, ſancteq; uiuendũ iter oſtenderet, deterreret à malis, & tandem quæ nobis ſeruanda in uita forent, mira quadã docilitate præponeret. Verũ tum congenita à principio ignorantia, tum dæmone impellente, tũ praua mortaliũ uitia uirtutib. præferente, factum eſt, ut boni angeli mandata ſalubria, penè infinita hominũ turba obliuioni tradiderit, ſeq; monſtroſis tandẽ uitijs mãcipauerit, bonis mala palãs prætulerit. e *Ambiguus quæ bona non erant, &c.*) Explicat quãta ſit tũ ignorantiæ, tum huic affinis erroris, uis atq; potentia. Sunt interdum, qui ſimplicibus ſuadeant malum eſſe bonum, & bonum malum. Huic hominum generi propheticum oraculum minitatur. Ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras &c. Eſaiæ cap. 5. f *Malè uiuebat.*) Ignorãtia ſæpiſſime eſt mali cauſa, boni autem nunquam, uel rariſſime. Quis præterea ignotum bonum expetat aut uitet malum neutiquam ante præuiſum. g *Percepta conducibilium rerum ſcientia.*) Fugata ignorantia ſemotoq; animi errore, ac præcepta tandem utilium &

conduci

conducibilium rerum ſcientia mens,hominis incipit mala fugere,& bona proſequi.

Hunc autem errorem animi tenebraſq;,neceſſe eſt
Non radij ſolis,neq; lucida tela diei
Diſcutiant,ſed naturæ ſpecies,ratioq;.

bat,ſicut alij pleriq; ibi diuerſantes. Nunc uerò percepta utilium, & conducibilium rerum ſcientia, & ipſa optimam uitam traducit, & eos qui peſsimè agunt contẽplatur. Vbi uerò omnia fuerit contẽplatus,q̃d agit,aut quo tendit? (inquit) Quo [a] ei collibitum fuerit. Vbi enim eum ſecuritas habet perinde ac antrum [b] Corycium poſsideret, & quocunq; perueneritibi tutiſsimus rectam [c] uiuendi rationẽ aſſequitur. Omnes enim eum tanquam ægroti [d] medicum libenter & gratanter excipient. Nunquid igitur illas mulieres,quæ monſtra à te dicebantur,amplius nõ ueretur,ne quid ab eis detrimenti patiatur? Nihil penitus, qui neque dolore, neque triſtitia, neq; intemperantia, neq; auaritia, neq; paupertate, neque ullo alio incommodo uexetur. Omnibus enim [e] imperat ac præeſt, à quibus antea premebatur, eorum inſtar, [f] qui à uipera morſi aliquando fuerint. [g] Feræ enim, quæ alijs omnibus perniciem, ac mortem afferunt, illis duntaxat innocuæ ſunt,

Scribit Lactantius cap. ultimo Inſti. Duplicem eſſe ſapientiæ gradum,primus eſt falſa intelligere,Secundus uera cognoſcere Idem fermè ſcribit capite.ij. de ira dei. a *Quò ei collibitum fuerit.*) Nemo liberior eſt eo,qui nullis ſceleribus ſit obnoxius. Huic enim nullis ſeruilibus uinculis irretito, tẽdere licet, q̃ ſibi fuerit collibitum. De hac purgatorum hominum eundi quò cõplacitum fuerit libertate, doctè plura Alexander de Hales,cui præter neſcio quos Flagricidas nemo peritorum eſt hactenus refragatus b *Perinde ac antrum Corycium poſſideret.*) Poſsidens Corycium antrũ ſecurus eſt quocunq; libuerit peragrare quod illic neq; nimio frigore, aut ſolis æſtu,neq; uiolentis uentis, neq; importunis imbribus, aut niuibus, neq; immanibus animalibus læditur quouis modo. Leta præterea loci amœnitate afficitur mirum inmodũ De Corycio antro non pauca retulimus cap.xi.apud Solinum. *Rectam uiuendi rationem aſſequitur.*)

Nulla eſt animi uirtus,quæ rectam uiuendi rationem non doceat. Eſt enim uirtus(ut iiij. Tuſcu.q.finit Tullius) affectio animi conſtans,conuenienſq;,laudabiles efficiens eos,in quibus eſt,& ipſa per ſe ſua ſponte,ſeparata etiam utilitate laudabilis. Ex ea proficiſcuntur honeſtæ uoluptates, ſententię actiones omniſq; recta ratio. d *Tanquàm ægroti medicum.*) Eleganter uirtutes medico comparat quod ſicut hic à morbis corporis ægrotos curat,ſic ille à malis animi affectus mentes purgant,ac priſtinæ interiori reſtituunt ſanitati. e *Omnibus enim imperat,ac præeſt.*) Ab optimo imperatore ſumpta translatio,qui quoties prudenter ſuis militibus imperat,nullus in ipſum principem apertè audet criſtam tollere. f *Eorum inſtar,qui uipera morſi aliquando fuerint.*) Senſus hic eſſe poteſt. Sicut morſus à uipera,ſi quo is caſu redditus fuerit ſanitati,ſtudioſius deinceps cauet,ne in id uitæ diſcrimen reincidat quouis modo. Sic quoq; expertus uitiorum tyrannidem,ſi uirtute ſuppetias afferente,ſeſe in gratã libertatem redegerit,Herculeo conamine nitetur,ne rurſus fiat uitiorum mancipiũ. A natura.n.uiuentibus inſertum eſt,ea timere cauereq;,à quibus fuerint grauiter antè læſi. Oui. epiſt.i.pri. Triſt. Ti

Timeo,qui nocuere Deos. Terretur minimo pennæ ſtridore columba
Vnguibus accipitri ſaucia facta tuis. Non procul è ſtabulis audet diſcedere,ſiqua
Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaëton,ſi uiueret,& quos Optauit ſtultè,tangere nollet equos.

Eſt & illud eiuſdem poëtæ.ij.ſecundi de Ponto. *Timeo naufragus omne fretum.*

Non caret imprudentiæ ſuſpitione,qui expertus ludi damna. Ebrietatis incommoda aſſentatorũ fraudes, meretricũ expilationes,ne factus quidem prudentior,in huius generis ærumnas, ter & amplius relabitur non inuitus. Alij ſic hunc locum interpretãtur. Sicut morſum à uipera, inquiunt, nulla deinceps uenenata animalia impetunt, ſic pari modo, eum à uitijs uiolari non poſſe, quem potenti manu poſſederit inclyta uirtus. Sunt qui tradiderint,nullum uenenatorũ attingere uiperino morſu percuſſos,quod uis quædam occulta,& quidem perpetua,eo morſu inhæſeirt corporibus uulneratis. De Vipera non pauca retulimus in Solino. g *Feræ enim,quæ alijs omnibus*

quæ eam uim ueneno [a] contrariam poſsident. Ita ne huic quidem quiſpiam nocet, quia uirtutem uitijs ac maculis oppoſitam, uelut antipharmacum [b] nactus eſt. Recte dicere mihi uideris. Sed hæc etiam in ſuper expone, qui nam ſunt illi, qui illic à colle aduenire uidentur, quorum alij coronati lætitiam quandam prę ſe ferunt. Alij incoronati [c] deſperatione rerum tibias, & capita lacerare uidētur. Cum alioquin à quibuſdam mulieribus detineantur. Coronati ſunt (inquit) qui ſoſpites ad diſciplinam peruenerūt eamq́; [d] conſecuti ſummopere lætantur. Incoronati [e] uerò alij deſperatione à diſciplina reuer-

perniciem, ac mortem afferunt) In hoc feræ humana ratione ſagaciores ſunt. A natura enim eis inſertū eſt, ut ea fugiant, quæ necem ſibi afferunt, uel diſcrimen. Principio (inquit officiorum primo M. Cicero) generi animantium omni eſt à natura tributum, ut ſe, uitam, corpus tueatur, declinetq́; ea, quæ & nocitura uideantur, quæq́; ſint ad uiuendum neceſſaria inquirat, & paret, ut paſtum, ut latibula, ut alia eiuſdem generis. Libuit in hac de ferarum ſagacitate commemoratione, Diui Ambro. cap. iiij ſexti Hexameron, uerba referre. Omnia (inquit) penetrat diuina ſapientia, implet omnia; idq́; locupletius ex irrationabilium ſenſibus, quàm ex rationabiliū diſputatione colligitur. Validius eſt. n. naturæ teſtimonium, q̃ doctrinæ argumentum. Cui animanti incognitum eſt quemadmodum ſuam tueatur ſalutem, ſi uirtus ſuppetit, reſiſtēdo, ſi uelocitas, fugiendo, ſi aſtucia, præcauendo? Quis eas uſum medēdi herbarumq́; docuit habere notitiam? Homines ſumus, & ſæpe ſpecie herbarum fallimur, & plerumq́;, quas ſalubres putamus, noxias reperimus. Quoties inter dulces epulas cibꝰ lethalis irrepſit, & inter ipſas aulicorū excubias miniſtrorū uitalia regū feralis eſca penetrauit? Feræ ſolo norūt odore noxia & ꝓfutura diſcernere, nullo pręguſtatore carpitur herba, nec lædit. Melior eñ magiſtra ueritatis natura eſt, Hæc ſine ullius magiſterio ſuauitatē ſanitatis noſtris infundit ſenſib. Eadē doloris acerbitatem docet eſſe fugiendā &c. a *Vim ueneno contrariam poſsident.*) Id cōſtare ſatis poteſt, tum ex gente Pſyllorum in Africa, tū Marſorū in Italia. Horum enim corpori ingenitum fuit uirus exitiale ſerpētibus, ex cuius odore ſopirent eas. Et ideo ineſſe ijs uim naturalem eam. Scribunt præterea Alexāder Aphrodiſæus, Plinius, Solinus, Diuus Ambroſius, quibus ſubſcribit medicorū cohors, eſſe quaſdā animātes, q̃bus uis contra uenenū ingenita, quibuſue uenena cōuertantur in cibū, qua de re capitibus viij. & xviij. abūde ſcripſimus in Solino. b *Virtutem uitijs, ac maculis oppoſitam &c.*) Magna uis eſt in uirtutibus, eas excita ſi fortè dormiunt. Iam tibi aderit princeps fortitudo, quæ te animo tāto eſſe coget, ut omnia quæ poſſunt homini euenire, cōtemnas, & pro nihilo putes. Aderit temperantia, quæ te turpiter, nequiter facere nihil patiatur. Hæc & plura hunc locum exornantia, reperies circa mediū. iij. Tuſcu. q. apud Tul. c *Velut Antipharmacū nactus eſt.*) φάρμακον Græcis plura ſignificat, Venenū, medicinā, pigmentumq́;. Hinc factum eſt, ut apud latinos quoq́;, Venenum fuerit nomen medium, id eſt, tam in malam, q̃ in bonā partem ſumi conſuetum. Qua de re plura ex Marcello iureperito reperies titulo. viij. xlviij. Digeſt. uoluminis. L. tertia. Hinc compoſita uox ἀντιφάρμακον, quod contra mala uenena ſalubrem ſignificat medicinam. Id enim agit uirtus contra uitia, quod antidotum, cōtra præſumptum lethale uirus ſolet efficere. Sed huius, q̃ illius uſus frequentior, id eſt, corporis maior cura, quàm animi. d *Alij incoronati deſperatione rerum &c.*) Eos intelligit, qui ueræ à principio ſe accinxerint diſciplinæ. Verùm pertæſi magnorū laborum à cœpto digno opere, rurſus in deſidiam relapſi, uitā repetunt conſuetā. Genus hoc hominum uel ignorat, uel ſcire contemnit niſi per magnos labores ad magna præmia perueniri non poſſe. His hominib. Gregorianū illud ſæpius inculcandū. Delectet ergo mentē magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamē laborū. Huc tendit. Hor. in arte poëtica. præclara ſententia.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitq́; puer, ſudauit & alſit
Abſtinuit Venere, & Baccho qui Pythia cantat,
Tibicen didicit prius, extimuitq́; magiſtrum.

Et alibi. *Nil ſine magno Vita labore dedit mortalibus*

e *Tibias & capita lacerare uidentur.*) In ſummo mœrore poſitorū geſtus exprimit conſuetos. Mœſtitiæ eñ tempore in gremiū languentes decidere manus ſolent. Ouidius in epiſtola Deianiræ Herculi,

Et iacet in gremio languida facta manus.

Eodē rurſus tempore, manibus tam pectora, q̃ crines euellere mœſti ſolent. Martialis in ij.

Et dextra pectus pulſat, & comam uellit.

Præte-

tuntur, malè ac miſerè degentes. Alij [a] metu perculſi, ac perterriti, atq; ad conſtantiam refugientes rurſus errant, & per uias inuias uagantur. Quæ uerò mulieres eum ſequuntur, quænam ſunt? Triſtitiæ [b] (inquit) & moleſtiæ, & anxietates, & ignominiæ, & ignorantiæ. Omnia igitur eos [c] mala ſequuntur. Omnia (inquit) per Iouem ſubſequũtur. Vbi uerò in primum ambitum ad uoluptatem, & incontinentiam peruenerint, nequaquam ſeipſos [d] accuſant, ſed & ſtatim diſciplinã, [e] & ſectatores illius maledictis inceſſunt. Adeo miſeri, et calamitoſi, & infelices hi ſunt, qui ab earum contubernio defecerunt. Malè enim uiuunt, & nullis earum

Pręterea cum mœrore nimio afficimur, pectinatim tunc digitis unum amboue genua cõplecti ſolemus. id quod inter infauſta reponitur auguria. Meminit Plin. cap. ſexto 18. nat. hiſt. d *Eam conſecuti ſummopere lætantur.*) Sicut adoptio optati finis optimi, lętitiæ cauſa eſt, ſic quoq; triſtitia naſcatur neceſſe eſt, ſi quis intentum finem non fuerit aſſecutus. e *Incoronati uerò alij deſperatione.*) Intentum finem nõ adipiſcimur. uel quia omni ſpe deſtituti, nullo eum pacto quærimus. Nemo enim (ut inquit Ariſtoteles) conatur ad terminum non futurũ. Vel quãuis ſpes aliqualis adſit, nõ tamẽ recto itinere accingimur ad eundem. Nunq; enim (authore Lactantio cap. 2. tertij.) reperiri poteſt, quod aut non rectè quæritur, aut omnino non quæritur. Adde ſi libet. Aut non perſeueranter, indefeſſeq; proſequimur cœptum quæri. Melius enim eſt (ut inquit ille) non incipere q̃ à bono opere turpiter deſiſtere. Elegans nimirũ illud Senecæ cap. 6. de cõſolatione ad Martiã, nec hoc loco penitus alienum. Turpis eſt (inquit) nauigij rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia uela deſeruit, permiſit tempeſtati nauem. At ille uel in naufragio laudandus, quem obruit mare nauem tenentem, & obnoxium. Non abſimile eſt illud Fabij Quintiliani uolumine ſecundo in rubrica. An Rhetorice ſit ars, id eſt, cap. 18. Nam & gubernator uult ſalua naue in portum peruenire. Si tamen tempeſtate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetq; notum illud. Dum clauum rectum teneam. Huc accedunt, quæ in prouerbio, *Non eſt in Medico ſemper releuetur ut æger.* Huc accedunt quæ in prouerbio, *Dum uiuis ſperare licet.* in noſtris Hecatoſtichis conſignauimus a *Alij mœtu perculſi, ac perterriti, atq; ad conſtantiam refugientes.* Græcè ſic habetur, *οἱ δὲ ἀποδεδειλιακότες, καὶ ἀναβεβληκότες πρὸς τὴν καρτερίαν πάλιν ἀνακάμπτουσι*, id eſt, Hi uerò intenti, ac perfecti ad conſtantiam iterum deflectunt. b *Triſtitiæ & modeſtiæ.*) Explicat quæ mala eam ſequantur, qui uel deſperatione, uel ſuapte imprudentia, uiam felicitatis deſes reliquerit. Felicitate enim uacantes, ijs plerumq; mentis ægritudinibus affecti ſunt. Dãnoſus nimirum deſidiæ hic prouentus, & ardore uirtutum ſummo conamine tollendus è medio. c *Omnia eos mala ſequuntur.*) Id eſt Felicitatis priuatio rerum omnium cumulum quoquo modo complectitur infelicium. Philoſophi quadruplicem continentiam eſſe dicunt, Potentialem, Formalem, Vnitiuam, uirtualem. Primo modo genus continet infra ſe ſpecies. Secundo modo ſpecies eam, qua conſtituitur differentiam. Tertio, Diuina eſſentia continet quicquid reale reperitur in ea. Vltimo, aurum genera reliqua omnia metallorum, uel anima potentias ipſas ſuas. d *Nequaquam ſeipſos accuſant.*) Hominum peruerſitas efficit, ut præter iuſtum, & æquum in alios reijciat culpam ſuam. Iactatur paſſim illud. Nullum præter ſcientiam ignorantiæ hoſtem eſſe. Qui eſt ignarus (inquit Apuleius in lib. de Philoſophia) oſor quoq; nec amicus uirtutum ſit neceſſe eſt. A natura inſtitutum eſt, ut contrarium odio contrarium proſequatur. e *Statim diſciplinam, & ſectatores illius maledictis inceſſunt.*) Quadrant nimirum hæc in literatores quoſdam, qui uix prima uel infimarum artium elementa probè callentes, ſumma tamen tum ingenia, tum bonarum diſciplinarum longè principes, in ius plus quàm Cenſorio ſupercilio audent prouocare. Horum ſua cornu ni foret execto frons quid faceret, cum ſic mutili minitentur? *τοὺς φιλονείκους*, aptiſſime Hippocratis uinculis alligabis. f *Luxuriam & ut breuiter.*) Luxuria (ut ex Cicerone refert Nonius) eſt contra pudorem, & ſupra modum perfuſio. Dicta autem luxuria, ut annotat idem Nonius, quod à recta uiuendi uia ſit excluſa, atq; eiecta. Luxum, unde luxuria nomen habet, dicitur uulſum, & loco motum. Eleganter Plautus in trinummo Inopiam Luxuriæ gnatam facit. Hinc Claudianus primo in Rufinum,

Et Luxus populator opum, cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.

Propertius Elegia 13. libri tertij.

Luxuriæ libera facta uia eſt.

Cicero 1. Officiorũ de officijs ſenum. Luxuria uerò (inquit) quũ omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Si aũt & libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt, & quod ipſa ſenectus concipit

dedecus,

bonis perfruuntur. Et quæ eſſe bona autumant? Luxuriam, [f] & ut breui complectar, intemperantiã, cõuiuari, & pecudum more ſcortari, maximorũ bonorum fruitionẽ eſſe arbitrantur. Aliæ uerò mulieres, quæ illic cum [a] riſu & hilaritate adueniunt, quænam uocantur? Opiniones (inquit) eos ad diſciplinam ducentes, qui uirtutes ingrediuntur. De uia enim deflectunt [b] aliquantiſper, ut alios adducãt, admoneantq́ illos eſſe felicitatem iam conſecutos, quos iampridem adduxerant. Vtrum igitur inquam ego, ipſæ intus ad uirtutes ingrediuntur? Nequaq́ inquit. Opinioni enim ad ſcientiam introire non licet. Sed diſciplinæ duntaxat eos tradunt, quibus à diſciplina ſuſceptis ipſæ poſthac denuo alios adductur**ę** reuertuntur, earũ inſtar nauiũ, quæ depoſitis oneribus denuo reuertuntur, ut alijs mercibus impleantur. Hæc ſanè inquam mihi rectè

dedecus, & facit adoleſcentium imprudentiorẽ intemperantiam. Theologi plerumq́ luxuriã accipiũt pro inordinato Venerearum uoluptatũ exceſſu. Hanc Claudianus in eo Panegyrico, cuius principiũ eſt. *Hactenus armatæ*, Eleganti Epitheto, luxuriem prædulce malum dixit. Huius currus quadriga nihilominus uoluitur uitiorum, ingluuie ſcilicet uentris, libidine coitus, mollicie ueſtium, otij, ſoporisq́ reſolutione. Trahitur equis æquè duobus, proſperitate uitæ, & rerum abundantia. Et qui ijs præſident duo, ignauiæ torpor, & infida ſecuritas, quia & opia ignauiam ſoluit, & ſecundum ſcripturam proſperitas ſtultorum perdet illos, non ſanè ob aliud, niſi quoniam malè ſecuros reddat. Hæc & plura in hanc ſententiã reperies apud D. Bernardũ Sermone 39. ſuper Cantica. Tres fuerũt potiſſimæ de ſummo bono ſentẽtiæ. Alij em̃ Sapientiã, alij amplam dominandi potentiã, poſtremi rerũ uenerearũ luxuumq́ reliquorũ uoluptatẽ, ſummũ bonum eſſe dixerunt. Huc referũt Paridis iudiciũ poëtis fermè omnibus cantatiſſimũ, de triũ Dearum pulchritudine. Iunonis regnorum dominæ, Palladis ſapiẽtiæ antiſtitis, Veneris turpis libidinis imperium obtinentis. Rurſus id ſummũ bonũ exiſtimat unuſquiſq́, cuius amore maximè diſtinetur. Ergo Veneris addicti Luxuriam, intemperantiã, conuiuari, & pecudũ more ſcortari, maximorum bonorũ fruitionẽ eſſe arbitrãtur. a *Cum riſu & hilaritate adueniunt.*) Parens natura tum oris riſum, tum frontis hilaritatem ad exprimendam cõceptam animi lætitiam, benignè hominibus largita eſt. At improborum peruerſitas ijſdem gaudij indicijs ad fraudes, conſuetosq́ dolos perficiendos inſidiosè nimirum conatur abuti. Has duas mortalium affectiones non ineptè Cebes, uel quiſquis fuerit huius primus tabellæ repertor, opinionibus tribuit, quod cum nihil opiniones ſtabilis habeant, aut ſolidi, fucatis ad ſe lenocinijs malè prouidos nituntur allicere, allectisq́ ſuadere non eſſe ullam aliam felicitatem ulterius expetendã, ſed ijs tantũ fruendum aſſiduè pro mercede. Qualis debeat eſſe riſus, Seneca in libro de formula honeſtæ uitæ explicat eleganter: Reprehenſibilis riſus eſt (inquit) ſi immodicus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter factus. Odibilẽ quoq́ hominẽ facit riſus, aut ſuperbus, aut clarus, aut malignus, aut fatuus, aut alienis malis euocatus. Tradunt prudenter ſapientes per ſigna corporis euidentia, mores animi poſſe cognoſci. Libuit eiuſdem Senecæ uerbis, epiſtola 52. quod diximus palam facere. Omnia rerum omnium (inquit) ſi obſeruentur indicia ſunt, & argumentũ morũ ex minimis quoque licet capere. Impudicum & inceſſus oſtendit, & manus mota, & unum interdũ reſponſum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorũ. Improbum interdum riſus. Inſannm uultus, habitusq́ demõſtrat, &c. Extat de riſu longum caput apud M. Fabium lib. 6. Non aliena ab hoc loco ſunt, quæ retulimus in prouerbio: Lachrymas fundis non ſponte cadentes. b *De uia deflectunt.*) Qui de intellectus habitib. cõmentantur, tradunt ueram ſcientiam, mediã quandam qualitatẽ eſſe inter opinionẽ, ac fidem, quod ſcientia ſit certa, & infallibilis notitia rei cognitæ, Opinio aſſenſus partis unius cõtradictionis cum formidine tamen partis alterius. Fidem dicunt, firmum ineuidentẽ tamen aſſenſum, unius duntaxat cõtradictionis partis. Eleganter igitur dictum eſt, opiniones de uia deflectere aliquantiſper. Rurſus, appoſitè ait non licere opinioni ad ſcientiam introire, quod ij habitus ſint conditionis oppoſitæ. Aptè præterea opiniones ijs nauibus comparat, quæ conſtantiæ, omniſq́ moræ impatientes, depoſitis oneribus denuo reuertuntur, ut alij mercibus impleantur. His nauibus perſimiles ſunt opinãtes, qui nunc hanc opinionem ſequuntur, nunc illam. Horum morem appingit eleganter Horatius 1. epiſtolarum ad Mecenatem ſcribens.

Ac ne fortè roges, quo me duce, quo lare tuter,
Nullius addictus iurare in uerba magiſtri,

Quo me

Quo me cunq; rapit tempeſtas deferor hoſpes,
Nunc agilis fio, & merſor ciuilibus undis
Virtutis ueræ cuſtos, rigiduſq; ſatelles.
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor.

[a] uideris diſſeruiſſe. Illud aũt nobis notandũ pateſeciſti. Quidnã Genius uitam ingreſſuris imperet faciendũ? Bono,[b] inquit, & cõſtanti animo eſſe, quapropter uos etiam confidite. Omnia enim ediſſertabo, nihilq; prætermittã. Rectè inquã ego, loqueris. Protenſa itaq; iterũ manu. Aſpicite (inquit) mulierẽ illam quæ cœca [c] eſt, & rotundo lapide inſiſtere uidetur, q; pauloantè nuncupari Fortunam aſſerui. Aſpicimus. Huic,[d] inquit, imperat nõ eſſe credendũ, nec quicquam aut ſtabile, aut ſecurum, aut proprium exiſtimandum, quod ab ea ſuſceperit. Nihil enim prohibet, quin omnia hæc auferat, atque alteri tribuat. Quippe quæ ſæpius id [e] agere conſueuerit. Quapropter illius etiam munera [f] parui eſſe pendenda denũciat, neq; gaudendum,[g] ubi dederit, neq; dolendum,[h] ubi abſtulerit. Eamq; poſtremò nec uituperandam,[i] neq; laudandam, Nihil

a *Rectè uideris diſſeruiſſe.*) Poſſunt hæc uel ad ea quæ ſtatim de opinionibus dicta ſunt referri. Vel ad omnia, q̃ de hac ipſa tabula ſunt hactenus diſputata. b *Bono & conſtanti animo eſſe.*) Sanctum, cunctiſq; ſalubre primũ hoc Genij præceptum, quo monet, uel imperat potius, ne quis ob fortunæ cõſuetam inconſtãtiam, animi ſui conſtantiam labefactari ſinat. Præterea æquo animo ferendũ, imò (ut inquit ille) lucro apponendũ, quidquid nobis acciderit, quouis caſu, id eſt, neq; ſubitis bonis nimiũ gaudendum, nec malis deſperandũ, ſed medium tenorem ſequendum. *Aequam memento* (inquit 2. Carm. Flac. Horat.) *rebus in arduis*

Seruare mentem, non ſecus in bonis.
Ab inſolenti temperatam
Lætitia.

Non iniuria miraculo adſcribitur q̃d de uiro ſuo Socrate Xantippe ſolita eſt prædicare, eundẽ ipſum Socratem, eodem uultu ſemper ſe uidiſſe exeuntẽ domo, & reuertentẽ. Huius Genij præcepti Palemonem Athenienſem tenaciſſimũ fuiſſe tradunt, qui tantam inter ipſa philoſophandi principia, oris, atq; habitus aſſumpſiſſe cõſtantiam dicitur, ut idem ſemper permaneret, uocemq; nunq; mutaret. Hic ipſe Palemo à cane laceſſitus dum ſuram morſu diſcerperet, ne expalluit quidẽ, tumultuq; in ciuitate excitato, percontatus quidnam contigiſſet, immobilis perſtitit. In theatris quoq; nulla miſeratione mouebatur. c *Cœca eſt.*) Demetrius Phaleræus, non modò diuitias cœcas aſſerebat, uerùm & illarum authorem Fortunam. Sed de Fortunæ cœcitate ſatis ſuprà. d *Huic imperat non eſſe credendum.*) Non caret Corœbianæ ſtultitiæ ſuſpicione, qui ſciens, cuipiam luna mutabiliori adhibet certam fidem. Qui Fortunæ inconſtantiam, ter & amplius expertus eſt, nullam, uel certè modicam adhibet huic fidem. Ad plura cõmodum Ariſtotelicum illud. Experientia artem facit (inquit) inexperientia uerò caſum. e *Sæpius id agere conſueuit.*) Quæ frequenter accidunt, nequaq; mira prudentibus eſſe ſolent. Monſtro ſimile eſſet, ſi Fortunæ inconſtantia, in ſibi cõtrariam cõſtantiam uerteretur. Qua de re diximus ſatis ſuprà. f *Illius munera parui eſſe pendenda denunciat.*) Hoc denunciatum Genij, omnis ea turba refugit, quæ pacem habens in ſubſtantijs ſuis, quæ'ue decepta cupidine falſo. Nihil ſatis eſt (inquit) quia tanti quantũ habeas, ſis. Si quis Genius, Midæ, aut multò Mida ſordidioribus id ipſum perſuadere tẽtaſſet, ij *Bibe dixiſſent purgantes pectora ſuccos, Quidquid & in tota naſcitur Anticyra.* Odioſa nimirũ uitioſis omnibus uirtutũ ipſarum prædicatio. Libuit in hac ſpernendorum fortunæ munerũ cõmemoratione, Senecæ in eo libello, quem de remedijs fortuitorum ad Galionem ſcripſit, uerba referre. Pecuniam perdidi, ſenſus inquit. Fortaſſe te illa perdidiſſet. Pecuniam perdidi. Habebis unum periculũ minus. Pecuniam perdidi. O te felicem, ſi cum illa auaritiam perdidiſti. Sed ſi manet illa apud te, es tamẽ utrumq; felicior, quoniã tanto malo materia ſubducta eſt. Perdidiſti pecuniam, & illa quidem multos. Eris nunc in uia expeditior, domi tutior. Non habebis, ſed non timebis hæredem. Exonerauit te fortuna, ſi intelligis, & tutiore loco poſuit. Damnũ putas, & remediũ eſt. Deflens genus, miſerũ te clamas, quod opibus excuſſus es. Tuo uitio iſta iactura tam triſtis eſt. Non tam moleſtè ferres, ſi tanq; perditurus habuiſſes. Perdidiſti pecuniam. Nempe quam ut tu haberes, alius perdiderat. Hactenus Seneca. g *Neque gaudendum ubi dederit.*) Quoties gaudendi materia ſeſe obtulerit, ſic tunc gaudendum eſt, ut tamen modus ſeruetur, & decor. Quod ſi modus hic abfuerit quouis modo, non gaudium illud, ſed lætitia potius geſtiens nuncupanda.

em̃ cũ ratione, ſed temere omnia facit fortuito, ut anteà uobis expoſui. Quo circa Genius ille imperat, ut nulla eius [a] facinora demiremur. Neue malos [b] numularios imitemur. Illi em̃ ubi argentũ, ab hominib. acceperint, gaudẽt et ſuũ eſſe [c] arbitrãtur. Vbi uerò repetiť, moleſtè ferũt, et peſsmè ſecũ actũ putãt. Neqꝫ meminerũt ea ſe cõditione depoſitũ ſuſcepiſſe, per quã liceret ei, q depoſuerat iterũ recipere. Eandẽ itaqꝫ in illius munerib. habendã eſſe rationẽ Genius imperat, recordandũqꝫ eiuſmodi ingeniũ eſſe Fortunę, ut q̃ dedit auferat, ſtatimqꝫ multiplicia rurſus accumulet. Aliquando autẽ non his modò quæ dederat, ſed his etiam quæ prius extabant [d] facultatibus expoliet. Quęcunqꝫ igitur dederit, ſuſcipere iubet, [e] atqꝫ ita ad ſtabilẽ [f] ſecuramqꝫ munificẽtiam diuerti. Qualem hanc [g] inquam ego. Quam à

nuncupanda. Cicerò 4. Tuſcul. q. lib. Quum (inquit) ratione animus mouetur placidè atqꝫ cõnſtanter tum illud gaudium dicitur. Quum autem inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, uel nimia dici poteſt. h *Neqꝫ dolendum ubi abſtulerit.*) Quum quippiã non noſtris meritis nobis elargitur ab aliquo, non magnopere dolendũ ſi quo caſu repetierit munus, qui id liberè tribuerat antè nobis. Huic non abſimile eſt patientis Iob dictum primo cap. poſt rerum temporalium ferme omnium amiſſionẽ ſic inquientis. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factũ eſt, ſit nomen Domini benedictum. Huc accedit Horat. uerſ. epiſt. 7. lib. 1.

Inſpice ſi poſſum donata reponere lætus.

i *Eam nec uituperandam, neqꝫ laudandam.*) Tria cauſarũ genera philoſophorum quidam eſſe dixerunt. Naturalem, Liberam, Fortuitam. Naturalem eam eſſe, in cuius poteſtate nõ ſit agere, uel non agere, ſed nec modus agẽdi. Liberam, quæ ſit naturali cõtraria, id eſt, in cuius poteſtate ſit tã agere & non agere, q̃ agẽdi modus. Fortuitã cauſam nuncupãt, quæ præter agentis opinionem atqꝫ electũ, ꝓgrediatur in actũ. Anaxagoras, & Stoici fortuitã cauſam humano captui indeprehenſam dicũt, aiũtqꝫ euẽtorũ q̃dã ex neceſſitate q̃dã è fato, quædã ex libero, & cõſtituto, q̃dã è fortuna, nonnulla è ſuæ ſpontis caſu. Peripatetici ſcribunt nihil laude aut uituperatione dignũ eſſe, niſi idipſum fuerit uoluntarium, id eſt, rationi ſubiectum. Actio enim omnis (authore Seneca de moribus) uoluntaria eſt tam honeſta q̃ turpis. Hinc infert uoluntarium eſſe omne peccatum. Tolle (inquit) excuſationẽ, nemo peccat inuitus. Diogenes Cynicus culpabat maximè ſi qui fortunã cauſarentur, dicens homines quæ ſibi bona uiderentur, non q̃ re uera bona eſſent poſtulare. a *Facinora.*) Mira facta, ſiue bona fuerint ſeu mala. Lege Nonium. b *Neue malos numularios imitemur.*) Eos qui moleſtè ferunt fortuitorũ bonorum amiſſionem, malis numularijs, id eſt, præter ius iraſcentibus, cõparat eleganter. Mos fuit ueteribus ſeruaturqꝫ hodie, ut qui pecunijs aut rebus alijs abundant, eas ut tutiores ſint, bona fide, numularijs ad tempus ſeruandas tradant. Annuunt tamen deponentes, ut ijſce rebus tamdiu numularij uti poſſint, quoad fuerint repetitæ. Ergo numularij iniurij ſint neceſſe eſt, quoties ob id ſolum iraſcũtur, quod depoſitum ipſum à uero Domino repetitur apto tempore. c *Suum eſſe arbitrantur.*) Temperare mihi nequeo hoc loco, quin Senecæ ex 6. de beneficijs libro uerba ſubnectam. Egregiè (inquit) mihi uidetur. M. Antonius apud Rapirium poẽtã, cum fortunam ſuam tranſeuntem aliò uideat, & ſibi nihil relictum præter ius mortis. Id quoqꝫ ſi cito occupauerit exclamare. Hoc habeo quodcunqꝫ dedi. O' quantũ habere potuit, ſi uoluiſſet. Hæc ſunt diuitiæ certæ, in quacunqꝫ ſortis humanæ leuitate, uno loco permanſuræ. Quæ quò maiores fuerint, hoc maiorẽ habebunt inuidiam. Quid tanqꝫ tuo parcis? Procurator es. Omnia iſta, quæ nos tumidos, ſupra humana elatos obliuiſci uolunt, & cogunt ueſtræ, quæ ferreis clauſtris cuſtoditis armari, quæ ex alieno ſanguine rapta, ueſtro defenditis. Propter quæ claſſes cruentas in maria deducitis. Propter quæ quaſſatis urbes ignari, quantum telorum in aduerſos fortuna comparet. Propter quæ ruptis toties, affinitatis, amicitiæ, collegij fœderibus inter incontinentes duos, terrarum orbis eluſus eſt. Non ſunt ueſtra, in depoſiti cauſa ſunt, iamiamqꝫ ad alium dominum ſpectãtia, aut hoſtes illa, aut hoſtis ſucceſſoris animi inuadent. Quæris quanam illa tua facias? Dona dando. Conſule ergo rebus tuis, & certam tibi earum, ac inexpugnabilem poſſeſſionem para. Honeſtiores illas non ſolum, ſed tutiores facturus. Illud quod ſuſpicis, quod te diuitem quoque, ac potentem putas, quamdiu poſſides ſub nomine ſordido iacet, Domus eſt, nũmi ſunt, cum donaſti, beneficiũ eſt. Hactenus Seneca. d *Quæ prius extabant facultatibus expoliet.*) Eas facultates intelligit, quæ uel legitima hæreditate, uel ſingulari ingenio probandaqꝫ induſtria, ſibi obtigerint, non fortuito. e *Iubet.*) Genius ſcilicet. Ergo non ſpernenda fortunæ bona, ſed nimia eorum tenacitas culpanda eſt, uel indecens uſus. f *Ad ſtabilem*

diſciplina ſuſcipient, ſi ſalutem ibi fuerint conſecuti. Hæc ergo quænam eſt? Vera inquit ſcientia, utilium rerum, ſecuraq;, & ſtabilis, & immutabilis munificentia. Quocirca [a] ſtatim ad hanc cõfugere iubet. Cum uerò ad illas mulieres acceſſerint, quas antea dixi, uoluptatem, & incontinentiam nuncupari. Illic quoq; actutum [b] eſſe diſcedendũ imperat ac ne his quidem fidem [c] eſſe adhibendam, quoad ad falſam diſciplinam peruenerint. Ibi igitur [d] aliquantiſper immorari, & quicquid libuerit, ab ea tanquam [e] uiaticum accipere iubet. Ac demum poſtea illic abſcedere, recteq; ad ueram diſciplinã per-

bilem, ſecuramq; munificentiam diuerti.) Græcus codex hic, & parũ infra, nõ munificentiã habet, ſed dationẽ ſeu donũ .i. nõ πολυδωρίαν. ſed δόσιν. Prudentis nimirũ hominis officiũ, ſuapte natura fluxa, actutũq; ni ſtabiliãtur, amittẽda, ad conſtantẽ, mãſurũq; uſum ſcire diuertere. Id autẽ fieri ratione nulla poteſt alia, niſi ijſce fortunæ bonis partim ad ingenium excolendum, partim ad parandos amicos, partim ad ferendam bonis opem, iuuandos pauperes, augendam patriã, pernitioſos tollendos è medio, & generis huius mille alia, uſi fuerimus. Quàm malè ferendi ſunt qui maximam partem ad iniuriã faciendam aggrediuntur, ut adipiſcantur ea, quæ concupierũt, in quo uitio latiſsimè patet auaritia. Expetuntur autem diuitiæ tum ad uſus uitæ neceſſarios, tum ad perfruendas uoluptates. In quibus autem maior eſt animus, in ijs pecuniæ cupiditas, ſpectat ad opes, & ad gratificandi facultatem. Viris optimis plurima uitanda ſunt, maximè autem pecuniæ fugienda cupiditas. Nihil enim eſt tam anguſti animi, tamq; parui, quã amare diuitias. Nihil honeſtius, magnificentiusq;, quam pecuniam contemnere, ſi non habeas. Si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemq; conferre. Hæc ex primo officiorum M. T. Eſt autem munificentia animi uirtus docens quando, circa quos, quibuſue in rebus liberales, munificiq; eſſe debemus. Modeſtinus Iurepèritus titulo .iiij. 34. ff. L. xviij. ſcribit, neminem in neceſſitatibus liberalem, munificumq; eſſe debere. Hunc locum exornant, quæ in prouerbio. Sinum facilem, non perforatum habere, ex Seneca, atque alijs à me ſunt relata. g *Qualem hanc inquam ego.*) Supplendũ uerbũ, dicis, uel quid ſimile ſententiæ accommodatius. Eam (inquit ſenex) dationem munificentiamq; dico, quam à diſciplina ſuſcipient &c. a *Statim ad hanc &c.*) Sic ad uirtutem confugiendum dicit, ut apud eam continuò maneamus. Verùm ſi quo caſu ad uitia deflectamus, ocyus illinc & cœli flammis, & tigride fœta, diſcedẽdum nobis. Ergo cum prima reſecentur crimina barba. Qua de re in prouerbio. Principijs obſta, congeſſimus haud pauca. b *Actutum.*) Sine mora, celeriter, confeſtim, mox quamprimum. c *Ac ne ijs quidem fidem eſſe adhibendam.*) Vitia ſuapte natura alliciunt ad ſe homines & niſi interueniat ſapientia, diutius allectos detinent, miſereq; perimunt quos detinuerint. Male igitur ſibi conſulunt, qui extimant uitijs fidem eſſe adhibendam. Stulta anima, quæ ſuis hoſtibus, id eſt, internis uitijs adhibet certam fidem. d *Ibi aliquantiſper immorari &c.*) Sunt artes nonnullæ, quæ licet habentes non efficiant meliores, plurimum tamen ad mores componendos conferunt, ueluti ſunt artes, quas liberales uocant. Itaque non has artes ſed earum abuſus damnandos putant. Non eñ culpandi ſunt qui Grammaticam, Rethoricam, Poëticam, & huius generis artis alias, diſcunt, docentq; alios, ut labore paratis ſibi neceſſarijs opibus, melioribus ipſi ſtudijs aptius ualeant indulgere. His enim opibus hoſpitium, uictus, ueſtitus, libriq; parandi ſunt. Acquiſitis enim neceſſarijs (ut inquit Ariſtoteles) ſapientes philoſophari cœperunt. Eſt & uulgare illud. Impoſſibile eſt indigentes operari bonum. Diogenianus in prouerbiorum Collectaneis. Δίζεσθαι βιοτὴν, ἀρετὴν δ᾽ ὅταν ᾖ βίος. Quære uiuendi (inquit) modum, Virtutem uerò ubi affuerit uictus. Tritiſſimum Iuuenalis dictum Saty. 3.

Haud facilè emergunt, quorum uirtutibus obſtat Res anguſta domi.

Extat de ijs artibus Diſtinctio. 37. Decretorum, quo loco Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, Bedæ, aliorumq; dicta plurima referuntur. Nec aliena ſunt, quæ titulo 2. tertij Digeſtorum relata ſunt. Rem tum eleganter, tum copioſè proſequitur Seneca epiſt. lxxxviij. ad Lucilium. e *Tanquam uiaticum.*) Quicquid iter agentibus neceſſarium eſt, id Viaticum uocant. Qui enim finem aliquem conatur attingere, huic neceſſe eſt, ea modicè præparet, ſine quibus finem eum adipiſci nequeat. Iter agentes interdum pecuniam pro Viatico comparant. Interdum mendicabulis cœptum explent. Nonnunquam, quod tutius multò eſt, arte quapiam iter perficiunt inſtitutum. Hinc elegans natum prouerbium. Sua cuiq; ars pro Viatico eſt. Antiſthenes philoſophus

uenire. Hoc illud eſt quod à Genio precipitur. Cui ſi quis aũt contrarius, aut minus obediens fuerit, miſer miſerrimè morietur. Iſtiuſmodi ſanè fabula eſt, quæ in tabula continetur. Vobis autem nihil inuideo, ſi quid ulterius interrogare, ac perſcrutare uultis, ego uobis exponam. Recte dicis inquam ego. Cęterum quid eos capere à falſa diſciplina Genius imperat? Quæ bona [a] & conducibilia eſſe uideantur. Hæc igitur quænam ſunt? Literæ (inquit) atque alia Mathematum ſtudia, quæ à Platone traduntur. Veluti uim freni cuiuſpiam in cohercendis adoleſcentibus obtinere, ut ne ad alia [b] peiora diſtrahuntur. Vtrum uerò ea capere omnino neceſſe eſt ſi quis ad ueram diſciplinam ſit peruenturus, nec ne? Nihil (inquit) neceſſe eſt, ſed alioquin utilia ſunt tametſi ad reddendos homines meliores, nihil conferunt. Nihil ergo affirmas hæc

ea dicebat paranda uiatica, quæ cum naufrago enatarent. Celebratur Biantis illud, Viaticum, inquit, tibi ab adoleſcentia ad ſenectutem, ſapientiam compara. Ea quippe ſola eſt certa, ueraq́; poſſeſsio. Theologi, & Canoniſtæ pro euchariſtia, Viaticum interdum capiunt diſt. 50. c. Is uerò.

a *Quæ bona, & conducibilia eſſe uideantur.*) Sunt quædam in Mathematicis ſcientijs, quibus commode carere non poſſumus. Ob hæc igitur cognoſcenda, utile eſt ediſcere eas artes. Si quid autem in eis inutile fuerit, id, ne fruſtra tempus conterere uideamur, uel omnino negligendum, uel non adeo exacte perquirendum nobis. Libuit hoc loco ad huius aſſerti confirmationem Xenephontis in libro de dictis Socratis uerba ſubnectere. Socrates (inquit), docebat, quantum oporteat ſingularum rerum atque artium habere peritiam. Nam tantum Geometricæ ſtudendum conſulebat, quantum ſufficeret ad menſurationem agrorũ, ac diſtributionẽ. Quod adeo facilè dicebat eſſe, ut ſi quis diligenter animaduertat, quamprimum quantitatem agri cognouerit, mẽſurationem ignorare non poſſit. Reprobat uerò tantam rei curam, ac ſtudium, ut difficile figurarum cognitioni inuigilare uelis. Nullam enim utilitatem in illa ſpeculatione uidere ſe aſſerebat. Nec erat Geometriæ imperitus, ſed à multis, atque utiliſsimis ſtudijs etiam hominis uitam ad aliarum conſiderationum ſtudia deducere non oportere putabat. Similiter Aſtronomiam quoque diſcendam conſulebat, ut dies, ac noctes, horas, & mẽſes, & annos rectius ꝑcipiamus. Quæ res ad iter agendũ, & nauigationes, atq; cuſtodias, multarũq; alia, in nocte, aut in mẽſe, aut in anno peragũtur, ꝑutilis eſt. Eouſq; aũt Aſtronomiã diſcere, quouſq; Planetarũ motus, & diſtãtias eorũ à terra cũprehendẽdas, uehemẽter improbabat. Nullã eñ utilitatẽ etiã in hac re uidere dicebat. Nec erat expers omniũ iſtorũ. Sed cũ longa tẽporũ ſpatia deſiderẽt, nõ cõferre arbitrabatur utiliora relinquere, & in ijs uitã cõterere. Omnino aũt nõ eſſe curandũ homini dicebat, ut ꝑ cœleſtia corpora, futurorũ, quæ in poteſtate diuina ſunt, cognitionẽ perquirat. Nec eñ poſſe homines illa cognoſcere, nec dijs gratũ eſſe ſi quæ illi occultarẽt, ea tu diligẽter inquiras, poſſeq; facilè ira deorũ in inſaniã uertere. Logicã quoque diſcẽdã ita cõſulebat, ut magnũ eius ſtudiũ, multãq; operã improbaret. Muſicã dicũt Socrat. aurib. ſolummõ ꝑcepiſſe, cotidie aũt de Fortitudine, de Iuſtitia, de alijs uirtutib. acerrimè diſſerebat. Hæc nãq; bona hominũ appellare ſolebat. Cætera uerò aut percipi ab hominibus nõ poſſe, aut nõ longè à fabulis diſtare, Sophiſtarũq; ludis ſimilia eſſe. Idẽ ipſe Socrates aſſerebat, omnib. patere, Diuinas res cognitione humana comprehendi non poſſe. Quare ſufficit (inquit) piè deos, & ex animo colere. Quales autem ſunt nec inuenire nobis poſſibile eſt, nec fas eſt quęrere. Nec enim ſeruis conducit, nec eius laudabile dixerim, ſi dominorum ſuorũ conſilia, niſi quantum ad miniſterium ſuum ꝑtinet, ſcrutari uoluerint. Nemo unquam Socratẽ audiuit de cœleſtibus corporibus quicquam dicere, aut ad ſubtiles linearũ ſpeculationes perdiſcendas exhortari. Huc tendit Catonianus uerſiculus.

Mitte arcana Dei, cœlumq; inquirere quid ſit.

Rurſus Salomonis illud. Altiora te ne quæſieris. Hæc fermè ex decimoquarto præparationis Euãgelicæ libro Euſebij Pamphili deſumpſimus. Non aliena ab hoc loco ſunt quæ ſcribit Quintil. c. xvi. lib. 1. b *Ne ad alia peiora diſtrahantur.*) Veluti cũ quis murorũ undiq; ambitu ne fugiat clauditur, ibi ſe in fugã præcipitat, ubi breuior mur9 ingeritur. Duo mala licet omnino cau-

eſſe utilia ad meliores uiros efficiēdos? Licet enī profecto ſine his etiam meliores fieri, illa tamen etiam [a] non inutilia ſunt. Quemadmodū enim quę aliquando pronunciantur per interpretem conijcimus, cum alioquin non inutile ſit, nos etiam ipſos ſi quid percepimus uoce, [b] ac lingua diſertiore proſequi. Ita ſine his etiam ſtudijs fieri meliores nihil prohibet. Nunquid hi qui Mathematici [c] uocantur ad meliores, quàm alij ſint homines efficiendos nihil excellunt? Et quonam pacto excellerre poterunt. qui [d] nihilominus, quàm alij, [e] in bonorum, & malorum cognitione decepti etiam

no cautiſsime ſint præcauenda, tamen ſi periculi neceſsitas unum ex ijs perpetrare cōpulerit, id debemus reſoluere, quod minori nexu noſcitur obligari. Quid aūt leuius ex ijs, quidúe grauius ſit, puræ rationis acumine inueſtigemus. Diſtinctione. xiij. Decretorum ca. Duo. Et ca. Neruis. Huc tendit Pauli conſilium primæ ad Corinth. ca. vij. Is enim, cum quoſdam in eccleſia incōtinentes aſpiceret, conceſsit minima, ut maiora declinarent dicens. Propter fornicationē unuſquiſq; ſuam habeat uxorē &c. Sic quoq; meretricia indulta urbibus, ne. ſ. adulteria perpetrentur. a *Illa tamen etiam non inutilia ſunt.*) Aegyptios & qui ad eos olim diſcendi cauſa acceſſerunt, Geometriæ, Arithmeticæ, Aſtrologiæq́; ſtudio fuiſſe intentos, ij. Bibliotecæ retulit Diodorus. Fluuius enim (inq̄t) qui ſingulis annis propter inūdationem uarias agrorum formas ſuperinducit, magnas cōtentiones inter uicinos de finibus agrorū excitat, quæ abſq; Geometriæ adminiculo, haud facilè componi poſſent. Arithmetica uerò & uitæ domeſticæ eſt utilis, & ad Geometriam, atque Aſtrologiam maximè cōfert &c. Idem referunt Herodocus in ij. & Ariſtoteles pri. Metaph. b *Voce ac lingua diſcertiore proſequi.*) Id eſt liberalia ſtudia uerius ad elegantiam faciunt, quam ad morum probitatem. Hoc eſt uocalem potius q̃ pectoris Mineruam cultiorem reddunt. Moris enim bonitas ex animi rectitudine, ſanctiſq́; operibus attenditur, non uerborum lepore, aut ornatu. Quot præterea ſunt, fuerunt, futuriq́; ſunt ſine ulla harū artium eruditione boni? Contrà ex harū ſcientiarū ꝓfeſſoribus perrarus fuerit, qui aliquid in uita fecerit laude dignum? Quis eſt tandem, qui nō uideat eos homines uirtutis qua ipſi egēt, non eſſe doctores? Nam ſiquis mores eorū diligenter inquirat, inueniet eos iracundos, cupidos, libidinoſos, arrogantes, proteruos, & ſub obtentu ſapientiæ, ſua uitia colentes, domi facientes ea quæ in ſcholis arguiſſent. Fortaſsis mentior accuſandi gratia. Non idipſum Tullius ij. Tuſculanarū. q. & fatetur, & queritur? Quotus (inquit) quiſq; philoſophorū inuenitur, qui ſit ita moratus, ita animo, & uita conſtitutus, ut ratio poſtulat, qui diſciplinam ſuam non oſtentationem ſcientiæ ſed legē uitæ putet, qui obtemperet ipſe ſibi, & decretis pareat ſuis? Qui plura cupiunt Lactantiū adeant diui. inſtitu. lib. iij. cap. xv. & ſequenti. Et Fab. Quintil. in Procemio. lib. primi. c *Qui Mathematici uocantur.*) μάθησις Græcis diſciplina dicitur, ex eo ſortita nomen qđ planius, euidentiuſq;, q̃ reliquæ ſcientię ediſcatur. Scribit Auerroys Commento. xvi. ij. Metaphy. Mathematicas demonſtrationes eſſe in primo ordine certitudinis, haſq; naturales demonſtrationes conſeq. i. in ordine ij. collocari. Mathematicos eos artifices uocamus interdum, qui Geometriæ, Arithmeticæ, Aſtronominæ, Muſicæ, ſtudiū ꝓfitentur. Nōnunq̄ Mathematici appellantur, qui ex ſyderū quorundā concurſu, exterioribuſq; hominū ſignis, euentus rerum futuros ſciri poſſe cōſtanter affirmāt. Hos quidā Chaldæos, quidā Genethliacos, quidā Planetarios, alij Aſtrologos nōnulli Diuinos in eodem ſignificatu nuncupāt. Aduerſus poſtremos hos Mathematicos, Ioannes Picus Mirandula, uir tū ſanguine, tum moribus, tū demū multituga eruditione inſignis, iuſtū ſatis uolumen paucos ædidit ante annos. Mathematici in prima ſignificatione non omnino dānandi, modò affuerit certa ratio. Romani (ut primo Tuſcu q. refert Cic.) metiendi ratiocinandiq́; utilitate inſpecta, huius artis terminauerunt modū. Socrates eas diſciplinas, quas Græci μαθήματα appellant, qđ ad bene, beateq́; uiuendū nō ꝑtinerent, nedū non attigit, ſed ne probauit quidē. d *Nihilo minus, quàm alij.*) Ad felicitatē adipiſcendā neceſſe eſt tam bona, q̃ mala cognoſcere. Bona, ut ea ſtudioſè ꝓſequamur, mala uero ne per ignorantiam in ea turpiter dilabamur. Nec eſt parui iudicij bona à malis ſeligere, quandoquidē ut inq̄t Naſo, *Et mala ſunt uicina bonis.* Maxima ad infelicitatē uia ex ꝓpoſito, mala bonis præferre. Riſu præterea digni, qui in ꝓpriam iacturā impendio didicerint artes quaſpiā. Mathematicæ rurſus artes, ſicut & quæuis aliæ, ſi qs eis malè utatur, latā feneſtrā (ut inquit Plautus) ad nequitiā patefaciunt. Scribit diuus Dio-

nyſius bonum ea ratione, qua bonum, mali cauſam eſſe non poſſe. e *In bonorum, & malorū cognitione decepti.*) Ad ueræ felicitatis adeptionem trium eſt cognitio neceſſaria, ipſius ſcilicet felicitatis, ad eam ducentium mediorum, & malorum, quibus illuc impeditur acceſſus. Nemo enim ignorans uel ueram felicitatem, uel ad ipſam ducentia apta media, aut iter illuc ſecludentia uitia unq̄ erit ueræ felicitatis poſſeſſor. *Quod latet ignotum eſt* (ait Naſo) *ignoti nulla cupido.* Eſt & noſter hic uerſiculus.

Quod latet unde queas uitium uitare nefandum?

omnibus uitijs implicati uideantur? Nihil enim prohibet [a] eum qui literis eruditus, ac diſciplinis omnibus fuerit inſtitutus, itidem ebrium, & intemperantem, & auarum, & iniuſtum, & proditorem, ac poſtremo inſipientem eſſe. Multos [b] profecto eiuſmodi uidere licet. Quare fieri [c] non poteſt (inquit), ut hi per has diſciplinas uiri meliores euadant. Nequaquam [d] apparet ex hac ratione. Sed quænam eſt cauſa inquam ego? Quia in ſecundo ambitu uerſantur, tanquam ueræ diſciplinæ appropinquantes. Et quod hoc (inquit) emolumenti affert? cum plerumque liceat animaduertere de primo ambitu [e] in tertium, ab incontinentia, & reliquis uitijs ad ueracem diſciplinam peruenientes. Qui hos mathematicos prætergrediuntur. Quare, quonam modo proficiunt? niſi fortè prorſus indociles & duri

'Huc accedūt quæ ſcribit Lactantius cap. ultimo primi diui. inſti, & cap. ij. de ira dei. Eſt ergo tam bonorū q̄ malorum lectio neceſſaria. Legimus aliqua, ne negligamus, legimus ne ignoremus, legimus, nō ut teneamus, ſed ut repudiemus. Vltima hæc ex Diuo Ambroſio referūtur. xxxvij diſtinctione. ca. Legimus. a *Nihil prohibet eum qui literis eruditus &c.*) Artes diſciplinæq́ꝫ ſuapte natura reddūt ad agendū ꝓmptiorē habentem, ſiue is elegerit bene agere, ſiue male. Eſt. n. in uoluntatis arbitrio, ꝓbè uti diſciplinis, aut improbè. Bona igitur, aut mala actio non literis, & diſciplinis, ſed bonæ, aut malę uoluntati potius tribuenda. Fuiſſe literis eruditos, ac diſciplinis omnib. inſtitutos plures ebrios, intēperātes, auaros iniuſtos, proditores, ac poſtremo inſipientes, plena ſunt nobilium ſcriptorum uolumina. Ebrius M. Antonius, qui de ſua ebrietate librum edidit. Intemperans Apicius, qui ſcientiam popinæ profeſſus eſt, quiue diſciplina ſua ſæculum infecit. Auarus Menippus Phœnix. Iniuſtus Periander. Curio patriæ proditor. Quis neget inſipientem fuiſſe Protagoram, qui corde, ore, ac ſcriptis Deum eſſe negauit? Laudantur nec immeritò ueteres Romani, quod philoſophos uelut corruptores iuuentutis ex eorum urbe abire iuſſerint. Refert Caryſtius hiſtoricus toto regno ſuo à Lyſimacho exactos fuiſſe philoſophos. Itidem legimus factitaſſe Antiochum. Anaxippus dicere ſolitus eſt, philoſophos uerbis ſapere, re uera autem ἀνοήτους eſſe, hoc eſt rudes atq; inſanos. Simili ratione motū legimus Platonem poëtis urbes interdixiſſe. Admiratione, immo miſeratione dignum potius quod fermè omnes, qui ex philoſophorum progreſsi ſcholis tyrannides arripuerint, crudelius auarius, immaniuſq́ꝫ eas exercuerunt, q̄ literarū, diſciplinarumq́ꝫ omniū ignari penitus. Non pauca in hanc ſententiam cōgeſsit Lactantius cap. xv. & xvi. lib. iij. Celebratur illud ab Eudæmonida dictum. Is enim cum philoſophū audiſſet diſſerentem, ſolum ſapientem uideri imperatorem bonum, ſic dixiſſe fertur. Dictum quidem admiratione dignum, ὁ δὲ λέγων ἐπὶ σάλπιγγος οὐδ᾽ ἀκήκοε, id eſt, qui uerò dicit, tubæ clangonem ne audiuit quidem. b *Multos eiuſmodi uidere licet.*) Ariſtonem, Critiam, Lyſiam, Athenionem, Syllam, Catilinam, Tyberium, ac Neronem Cæſares, et ſexcētos ijs tum philoſophos, tū diſciplinis alijs inſtitutos haud abſimiles. Et ſi uerū fateri cum Biante licet οἱ πλεῖστοι κακοί c *Quare fieri non poteſt, ut ij per has diſci. uiri mali. euadant.*) Mathematicæ, ſicut & quæuis aliæ ſpeculatiuæ, inſpectiuæq́ꝫ ſcientiæ, magis diſtrahunt homines quàm alliciant ad bonorum morum executionem. De ijs ſcientijs uidetur intellexiſſe Salomō Eccleſiaſt. pri. ca. Qui addit ſcientiam, addit & laborem. Hinc legimus Socratem has omnino ſciētias neglexiſſe, & morali tantum ſcientiæ applicuiſſe ſeſe. Iactatur paſsim hodie hic uerſiculus. *Pluribus intentis minor eſt ad ſingula ſenſus.* Harum præterea ſcientiarum ſtudium, totū fermè hominem deſtines, atq; perpetuò d *Nequaquā apparet &c.*) Cebetis, ſenioris rationi aſſentientis uerba ſunt. e *De primo ambitu in tertium.*) Philoſophi tradunt ab extremo ad extremum diſtans, ſine apto medio peruenire non poſſe. Verùm tam

incom pactū

oris ingenij ſunt. Cur hoc inquàm ego? Quoniam in primo ambitu hoc plus habent, quod quæ neſciunt, neſcire ſe [a] non diſsimulant. In ſecundo uerò illud certè neſciunt, quod ſcire profitentur. Cuius ſententiæ quoad fuerint, ad ueracem diſciplinam percipiendam nihil omnino promoueri neceſſe eſt. Illud præterea non ignoras, quod opiniones, etiam de primo ambitu ad eos ſimiliter ingrediuntur. Quo fit, ut iſlis hi nihilo meliores exiſtant, niſi hos itidem [b] pœnitentia ſubſequatur, ſibique perſuadeant, ſe nō diſciplinam, ſed falſam diſciplinam attigiſſe, per quam decipiuntur. Atq; ita ſalui eſſe non poſſunt. Quocirca uos etiam (inquit) hoſpites ita facite, & quæ dicuntur quoad profeceritis, [c] diligenter attendite. Quinimo de his ipſis ſæpenumero conſiderandum eſt, & nihil intermittendum, ſed reliqua præter rem exiſtimanda, alioquin nulla eorum, quæ nunc auditis, utilitas erit. Ita faciemus. Illud autem explica, cur bona [d] non ſint ea, quæ homines à fortuna percipiunt? Sicuti uita, [e] ſanitas, diuitiæ, gloria, liberi, uictoriæ, & reliqua his

incompactum interdum eſſe medium, ut id nedum non conferat ad termini conſecutionem; quin potius obſit plurimū. Rurſus inter ignorantiā, ueramq; ſcientiā, nequaq̄ falſam diſciplinā dixeris eſſe mediā. Non ergo per falſas diſciplinas aptè ad uerā ſcientiā puenitur. Præterea nil ꝓhibet ignarū Mathematicarum, Theoricarūq; artiū aliarū, morali philoſophiæ, quæ ſummi boni naturā conſiderat, ſeſe penitus applicare. Quid eṁ ad uerā felicitatem adipiſcendum confert aut terrę ſcire menſurā, aut maris arenæ cōnumeratio, uel ſyderum noſſe magnitudinem, aut tandem Muſicus cōcentus dulciter decantare? Si uis ad uitā ingredi (inquit Chriſtus) ſerua mandata. a *Quæ neſciunt neſcire ſe non diſsimulant.*) Inepti penitus ad ſcientiam ſunt, qui putant ea noſſe, quæ neſciunt. Hi enim nequaq̄ ſcientiā, quā ſe tenere exiſtimant, adipiſci conantur. Socrates, cum eſſet omniū philoſophorum ſapiētiſsimus, ut cæterorum argueret inſcitiā qui ſe aliquid tenere arbitrabātur, dicebat ſe nihil ſcire niſi unum, qđ nihil ſciret. Honeſta in re qualibet, aſſertio ueritatis b *Niſi hos itidem pœnitentia ſubſequatur.*) Tantæ efficaciæ Pœnitentia creditur, ut per eam, modò uera ſit, omnia delicta tollātur Sedulius lib. iiij. *Cedunt lachrymis delicta profuſis.* Sed de pœnitentia, quantum ſufficere uiſum eſt, diximus antè ſatis. c *Diligenter attendite.*) Admonet in rebus commodis, attentionem ſtudium, aſsiduitatemq; maximè neceſſaria. Hæc autem niſi affuerint, operam omnem perdideris, atq; oleum. Hora. in ar. po. *Qui ſtudet optatam curſu cōtingere metam, Multa tulit fecitq; puer ſudauit, & alſit, Abſtinuit Venere, & Baccho &c.*

Plautinus Toxius in Perſa. *Siquam rem accures ſobriè, aut frugaliter, Solet illa rectè ſub manus ſuccedere. Atq; Aedepol firme ut quiſq; rem accurat ſuam. Sic ei procedit. Poſt principio deniq; Si malus aut nequam eſt, male res uertunt. Sin autem frugiſt, eueniunt frugaliter.* Plura de hac diligentia, in prouerbio. Oculos quoque in occipitio habet, aliàs comportauimus.

d *Cur bona non ſunt ea, quæ homines à Fortuna percipiunt?*) dixerat ſupra. Hæc autem nunquid bona non ſunt? De ijs (inquit) aliàs diſputabimus. Differit hac poſtrema lib. parte Sintne munera tam corporis quàm Fortunæ, inter bona ſimpliciter, numeranda? e *Sicut uita, ſanitas, &c.*) Inter bona corporis, atque fortunæ maxima exiſtimantur uita, ſanitas, diuitiæ, gloria, liberi, uictoriæ, & reliqua ijs ſimilia. Hæc autem cum quis ijſdem poſſit tam bene, quàm male uti, ſuapte natura neque bona dicenda ſunt neque mala. Non ſunt (inquit Tuſculan. q. Marcus Cicero) ea bona dicenda, nec habenda, quibus abundantem licet eſſe miſerrimum. An dubitas quin præſtans ualitudine, uiribus, forma, acerrimis, integerrimiſq; ſenſibus, adde etiam ſi libet, pernicitatem, & uelocitatem. Da diuitias, honores, imperia, opes, gloriam. Si fuerit is, qui hæc habet iniuſtus, intemperans, tumidus, hebeti ingenio, atque nullo. Dubitabis ne eum miſerum dicere? Qualia igitur iſta bona ſunt, quæ qui habeat miſerrimus

eſſe poſsit, Et parum infra. Omitto diuitias, quas cum quiuis quamuis indignus habere poſsit, in bonis non numero. Omitto nobilitatem, famamq; popularem ſtultorum, improborumq; conſenſu excitatam &c. Idem in paradoxis. Nunquam Hercle ego (inquit) neq; pecunias iſtorum, neque tecta magnifica, neq; opes, neq; imperia, neq; eas, quibus maxime aſtricti ſunt, uoluptates, in bonis rebus, aut expetendis eſſe duxi. Quippe cum uiderem rebus ijs circufluentibus, eos tamen deſiderare maxime, quibus abundarent. Neque enim unquàm expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis. neque eá ſolum, quæ habent libidine augendi cruciantur, ſed etiam amittendi metu. In quo equidem continentiſsimorum hominũ maiorum noſtrum ſæpe requiro prudẽtiam, qui hęc imbecilla, & commurabilia pecuniæ membra ſolo uerbo bona putauerunt appellanda, cũ re ac factis longe aliter iudicauiſſent. Poteſtne bonum cuiq; malo eſſe? aut poteſt quiſquã in abundantia bonorum, ipſe eſſe non bonus? Atq; iſta omnia talia uidemus, ut etiam improbi habeant, & obſint probis, quam ob rẽ licet inuideat, ſiquis uelit, plus apud me tamen uera ratio ualebit, quàm uulgi opinio. Neq; egò unquàm bona perdidiſſe dicam, ſiquis pecus, aut ſupellectilem amiſerit &c. Stoici affirmant μόνον τὸ καλὸν τἀγαθόν Id eſt ſolum honeſtum bonum eſſe. De multiplici bonorum genere, non pauca retulimus in præhabitis.

ſimilia. Rurſusq; his [a] oppiſita cur mala non ſint? Valde enim abſurdum, [b] & incredibile hoc nobis uidetur. Age itaque (inquit) enitere, ut quod ſentias, de quibus interrogaris, reſpõdeas. Atque hoc inquam ego faciam facile. Vtrum igitur [c] ſi male quiſpiam uiuat, uiuere illi bonum cenſes? Non bonum, ſed malum inquã ego, mihi uidetur. Quonam igitur pacto uiuere bonum eſt inquit? Siquidem hoc per ſe malum eſt, quia male uiuentibus malum, bene autem bonum eſſe uidetur. Ipſum igitur [d] uiuere, & malum & bonum eſſe contendis? Ego inquam.

a *His oppoſita.*) Mors, morbus, paupertas, iudicium hominum male de hominibus optantium, ab hoſte uinci. Si unum oppoſitorum ſuapte natura bonum fuerit, alterum malum ſit neceſſe eſt. b *Abſurdum & incredibile.*) His ſcilicet qui non ratione utuntur, ſed ſenſu, id eſt, plebeis, ac uulgaribus tantum hominibus, &(ut inquit ſapiens) pacẽ habenti in ſubſtantijs ſuis. c *Verum igitur ſi male quiſpiam.*) Tanta eſt quorundam mortalium uitæ prauitas, ut uerbis ſimul, ac factis teſtẽtur, bonum eſſe male uiuere, & malum bene Auarus per fas, & nefas diuitias cumulans, miris preconijs rapinas laudat. Gulæ dediti ingurgitationes in cœlum tollunt, ſubſannant uero ulctus omnem temperiem. Quid ingratius Veneris nepotulis cœlibatu? Blaſphemis hominibus conuitia cordi ſunt, ſed odioſa laus uel merentium. Ignaris nil inſcitia gratum magis, ſed ediuerſo nihil certe ijs candidiſsimo cœtu execrabilius peritorum. Ergo non de ijs quæ paſsim fiunt, ſed de ijs ſolum quæ deberent iure fieri, loquitur natu grandior. d *Ipſum igitur uiuere & malum, & bonum eſſe contendis.*) Dialectici negant hãc ſequelam. Viuere male uiuentibus malum eſt, bene uiuentibus bonum. Ergo uiuere, malum ſimul eſt, atq; bonum. oppoſita enim, niſi ad idem ſimul referantur, ueram amittunt oppoſitorum rationem. Oppoſita prædicata, quæ per ſe inſunt commune ſubiecto non poſſunt nec de eodem ſubiecto, nec de contentis ſub eo affirmari, atq; negari. Rurſus oppoſita, quæ per accidens ſubiecto inſunt, de cõi ſubiecto & affirmantur ſimul atq; negantur. Conſequẽs igitur eſt, ut uita, ſanitas, diuitiæ, gloria, liberi, uictoriæ, & reliqua ijs ſimilia, non ſint ex ſe bona, cum poſsint alicui mala eſſe. Identidem de horum contrarijs dicendum eſt, non eſſe ea ſcilicet ex ſe mala ſi poſsint alicui bona eſſe. Pro ijs, quæ de uita, & morte hic referuntur, libuit Diui Auguſt. ex ca. 50. eius li. quẽ de uera innocentia inſcripſit, uerba ſubſcribere. Mala mors (inqt) putanda non eſt, q̃ bona uita pręceſſerit. Non enim facit malã mortẽ, niſi qđ ſequitur mortẽ. Non eñ curandũ eſt multum neceſſario morituris quid accidat, ut moriantur, ſed moriendo quò ire cogãtur. Quàm plures morbus à periculis liberauit, oppreſsit ſanitas. Iuuenal, Saty. x.

Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas, ſed multæ urbes, & publica uota
Vicerunt, igitur fortuna ipſius, & urbis
Seruatũ uicto caput abſtulit. Scribit Ariſtoteles pri. Aethicorũ multos perijſſe ꝓpter diuitias

Iuuenalis eadem Satyr. *Sed plures nimia congeſta pecunia cura*
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus &c. Idem eadem Saty.
Patriam tamen obluit olim *Gloria paucorum, & laudis, tituliq́ cupido.*
Et parum infra de Hannibale. *O gloria, uincitur idem,*
Nempè in exilium præceps abit, &c. Quot filij præterea parentes uel peremerunt, uel ob ſua ſcelera, euentusq́ alios, ſummo eos merore affecerũt. Victoria, niſi affuerit moderatrix ſapientia, ſæpe inſolentes ac temerarios uictores reddit. Horum, quę iam iam diximus ſexcenta ſunt nobilium ſcriptorum exempla alia.

Abſit itaq; ut tam abſurde loquaris. Neq; enim fieri poteſt, ut idem malum [b] pariter, ac bonũ ſit. Ita enim & utile, & pernitioſum, & eligendum, & fugiendum ſimul idem ſemper, quo quid abſurdius? Sed quonam pacto, ſi cui male uiuere contingat, eidem [b] uiuere quoq; malum contingat, ipſum uiuere malum non eſt? At qui uiuere, & [c] male ſub eodem non cenſetur. Nunquid non ita tibi uidetur. Itaq; uiuere non malum eſt. Nam ſi malum exiſteret, malum utiq; bene uiuentibus eſſet, quia quod per ſe malum eſt ipſum uiuere illis adeſſet. Vera mihi dicere uideris. Quoniam igitur & male, & bene uiuentibus uiuere ipſum contingit, neque bonum neq; malum eſſe ipſum uiuere, confirmatur. Sicuti ne ſecare [d] quidem, atque uiuere in ægrotãtibus morboſum, aut ſalubre dicitur nihilominus in ipſo etiam uiuere comprobatur. Ita res eſt. Tu itaq; ſic aduerte, utrum male uiuere, [e] an potius honeſte, ac generoſe mori cupias? Honeſte inquam ego, potius mori. Quocirca ne mori quidem eſt malum. Siquidem emori, quàm uiuere plerunque eſt eligibilius. Ita ſe res habet. Eadem eſt ratio de ſanitate, & infirmitate. Sepius enim [f] ſanum eſſe non confert.

a *Neq; fieri poteſt, ut idem pariter &c.*) Nil prohibet malũ uni, eſſe bonum alteri, aut cõtrà. Sic de utili, & pernitioſo, eligendo, ac fugiendo dicendum pariter. b *Ipſum uiuere malũ non eſt.*) Græcus, codex qui paſſim circũfertur, habet κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν ὄν. Sed negatio deeſſe uidetur, ut ſic legas, uidelicet, κακὸν αὐτὸ τὸ ζῆν οὐκ ὄν, id eſt malum ipſum uiuere non eſt. c *Atqui uiuere, & male uiuere ſub eodem non cenſ.*) Scotus, & ſequaces diſtinctionem aliquã in re eſſe dicũt inter cõmunem naturã, & ea quæ ſub ipſa ſunt, id quod aperte Cebes aſſerit hoc loco. d *Sicuti ne ſecare quidem, aut urere, &c.*) Periti medici, morboſum membrum ne ſanas partes inficiat, aut reſecant ferro penitus, aut exurunt igne.

Vulnera poſſeſsis alte ſuffuſa medullis
Non leuiore manu ferro ſanantur & igni,
Ne noceat fruſtra mox eruptura cicatrix,
Ad uiuum penetrãt flammæ, quis funditus humor.
Defluat & uacuis corrupto ſanguine uenis
Areſcat fons ille mali, truncãtur & artus,
Vt liceat reliquis ſecure uiuere membris.

Hac de re non pauca collegimus, in prouerbio. Immedicabile uulnus enſe recidendum eſt.
e *Honeſtè ac generoſè mori.*) Hinc exit Plautinum illud, Moriri ſe miſere mauolet quàm non perfectum reddat. Claud. de bello Gildonico. *Nonne mori ſatius uitæ quàm ferre apud orem?* Seneca 5. declamationum. Mori potius debuit frater, quam ſanari turpiter. Idem epiſtola 77. Nõ eſt (inquit) res magna uiuere, ſerui tui uiuunt, omnia animalia. Magnum eſt honeſte mori, prudenter, fortiter. Marcus Cicero primo Tuſcul. q. Profecto mors tum æquiſſimo animo apperitur, cum ſuis laudibus uita occidens conſolari poteſt. Nemo (inquit) parum diu uixit, qui uirtutis perfectæ perfecto functus eſt munere. Eodem uolumine probat idem Cicero nedum non eſſe malum mortem, ſed quippiam bonum potius. Dyogenes Cynicus interrogatus an mala eſſet mors Quonam (inquit) modo mala, quam præſentem non ſentimus? Thales Mileſius dicebat, nihil mortem à uita differre. Tu uerò ait quiſpiam, quare non moreris? Quia nihil (inquit) differt. Caius Cæſar cum inter cœnandum ortus eſſet de morte ſermo, quænam foret optima. Inopinata, reſpondit. f *Sepius enim ſanum eſſe non confert.*) Morbi ab ingentibus ſæpe periculis homines liberãt. à uitijs quamplurimis ſubmouent ægrotantes. Scitum eſt illud

Apoſtoli Pauli 2. ad Corinth. cap. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Id uerissimũ, modò affuerit diutina patientia. a *Ampliſsimis diuitijs affluentes.*) Bion Boriſthenites dicebat diuitias eſſe uitiorum neruos. Tolle diuitias, bonam magnorum uitiorum partem mox aufers. Diuitiæ (authore Iſocrate) uitiorum magis, quàm uirtutũ miniſtræ, poteſtatem ignauiæ, & uitijs ſuggerentes. Ad uoluptates iuuenes alliciunt, & excitant. Hinc à Chriſto dictum eſt, facilius eſt camelũ per foramen acus tranſire, quã diuitem intrare in regnum cœlorum. Matthei 19. Nec ob hoc diuites omnes, continuo damnandi. Fuerunt enim ditiſſimi Abraham, Ioſeph, Mardochæus, Heſter, Dauid, Salomõ, Zachæus, Centurio, & ſexcenti alij ijs aſſimiles fide, & ſanctitate præcipui, quibus quòd bene uſi ſunt, neutiquam diuitiæ obfuerunt. Sicut econtrario alijs nihil prodeſt uile palliolum, furua tunica, corporis illuuies, & ſimulata paupertas, ſi nominis dignitatem operibus deſeruiant. Huc accedunt, quæ ſcribit Hieronymus in epiſtola, cuius principium eſt. Vereor, ne officium putetur ambitio. Nõ ergo diuitiæ damnãdæ, ſed earum uſus malus. Eleganter, & uerè ſubinfert Cebes. Si quis igitur rectè ac prudenter diuitijs uti nouerit, bene ac feliciter uiuet. Si ſecus male, atque infeliciter. b *Summa uerò totius, &c.*) Hecato in 7. de fine, inter bona & mala, genus quoddam medium collocat, utputa ea, quæ ſuapte natura neque proſunt, neq; obſunt, ut eſt uita, ſanitas, pulchritudo, uoluptas, robuſtitas, opes, gloria, nobilitas, & quæ ijs oppoſita ſunt, mors, ægritudo, dolor, turpitudo, infirmitas, inopia, obſcuritas, atque ignobilitas, & ijs ſimilia. Non enim eſſe iſta bona, ſed indifferentia per ſpeciem producta. Sicut caloris proprium eſt calefacere, non refrigerare, ita & boni proprium prodeſſe eſt, & non nocere. Non autem magis proſunt, quàm noceant opes, atque ſanitas. Quo autem bene uti, & male poſſumus id bonum non eſt. Diuitijs autem, & ſanitate bene, & male uti poſſumus. Non eſt igitur bonum opulentia, & ſanitas. Hæc & plura refert Laërtius libro ſeptimo. Præterea, qui præter modum aut corporis bona, aut fortunæ extraria commoda. (Sic enim hæc eleganti uocabulo libro de philoſophia nuncupat Apuleius) tanquam ex ſe bona expetunt, deſpiciuntq́; tanquam mala, eorum amiſſio, aut miſeram perturbationem, aut pernitioſum diſpendium nimirum afferunt. Quot nimia corporis ægritudine, uel diuitijs, honoribuſque uita propria charioribus, priuati, uel ſibi ipſis mortem infeliciter attulerunt, uel ſpretis ijs tanquam malis, neceſſariorum uitæ carentia miſerè perierunt. Rurſus, qui

Verùm è regione, cum ita caſus retulerit. Vera dicis. Age uerò de diuitijs ita conſideremus. Siquidem pleróſque intueri ſæpenumero licet [a] ampliſſimis diuitijs affluentes, peſſime tamen ac miſerrime uiuentes. Pleróſque per Iouem. Quapropter ad bene uiuendum nihil illis diuitiæ proſunt. Non uidetur. Imò probi enim ſunt. Non diuitiæ igitur, ſed diſciplina probos, ac ſtudioſos efficit. Ita ſanè comprobatum eſt. Vbi autem bonæ ſunt ipſæ diuitiæ, ſi ad meliores efficiendos poſſeſſores ſuos nihil adiuuant? Ita prorſus apparet. Quibuſdam ergo diuitias habere non confert, ubi diuitijs uti neſciunt. Mihi ita uidetur? Quomodo igitur bonum eſſe id aliquis iudicabit, quod plerunque non poſſidere ſatius eſt? Nullatenus. Si quis igitur rectè, ac prudenter diuitijs uti nouerit, bene, ac feliciter uiuet. Si ſecus, male, atque infeliciter. Veriſſime dicere hoc mihi uideris. Summa uerò [b] totius eſt rei, dum hæc, aut tanquã bona expetuntur, aut tanquam mala deſpiciuntur, neque aliud eſt, quod æque hominibus aut perturbationem, aut detrimentum afferat, quàm cum honoribus afficiuntur, & in ſolis diuitijs conſiſtere felicitatem arbitrantur. Conſequenterqúe nullum earum rerum gratia quamuis impium, & flagitioſum facinus

ſus, qui nimium diuitias diligunt, uel honores, horum adipiſcendorum gratia nil tam inhumanum, iniquumq́ eſt, quod non audeant exequi neruis omnibus. Attrahunt à recto (inquit lib. de paupertate Seneca) diuitiæ, honores, potentiæ, & cætera, quæ opinione hominum chara ſunt, pretio ſuo uilia. Neſcimus extimare res, de quibus non eſt fama. Sed cauſa rerum natura deliberandum eſt. Nihil habent iſta magnificum, quod mentes noſtras in ſe trahat, præter hoc quod mirari illa conſueuimus. Non enim quia concupiſcenda illa laudantur, ſed quia laudanda ſunt concupiſcũtur. Hanc præcedentem cauſam habent diuitiæ. Inflant animos. Superbiam, & arrogantiam pariunt. Inuidiam trahunt. Eouſq́ mentem alienant, ut fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. Bona omnia culpa carere decet. Pura ſunt hæc, non corrumpunt animos, non ſollicitant. extollunt quidem animos, & delectãt, ſed ſine timore. Quæ bona ſunt, fiduciam faciunt, diuitiæ audaciam. Quæ bona ſunt, magnitudinem animi dant, diuitiæ inſolentiã. Hucuſque Seneca.

eſſe recuſandum. Hæc uerò propter ipſam a ueri boni ignorantiam patiuntur. Illud enim ignorant, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem uidere licet ad diuitiarum poſſeſſionem b ex peſſimis ac turpiſſimis facinoribus deueniſſe. Veluti proditionibus, deprædationibus, homicidijs, calumnijs, rapinis, alijſqúe compluribus & prauis operibus. Ita res eſt. Si igitur c ut par eſt, ex malo nullum bonum prouenit, diuitiæ d uerò

a *Propter ignorantiam ueri boni.*) Malorum ferme omnium cauſa eſt, tam ſui, quàm ipſius ſummi boni ignorantia. Lege Lactantium cap. primo pri. & cap. 9. 6. Diui. inſtit. Socratem dicere ſolitum accepimus, unicum eſſe bonum ſcientiam, malum econtrario unicum, inſcitiam. Is idem Socrates conſpecto diuite, & inerudito, Ecce (inquit) aureum mancipium. Euſebius 20. duodecimi præparat. Euangel. lib. Dei cognitio (inquit) ſapientia eſt, & uirtus uera, ignoratio uerò ruditas eſt, & nequitia manifeſta. Cyrenaicus Ariſtippus interrogatus quò differant docti ab indoctis? Quò (inquit) domiti equi ab indomitis. Verius Ariſtoteles. Quo (inquit) uiuentes à mortuis. Hic idem Ariſtoteles, eruditionem dicebat, inter proſpera eſſe ornamentum, inter aduerſa refugium. Superius de ignorantia retulimus haud pauca. b *In diuitiarum poſſeſsionem.*) Res lippis atque tonſoribus plus quàm nota. Iniquitatem plerumq́ eſſe magnarum opum initium, atq́ principium. Diuus Hieronymus in lib. duodecim quæſtionum ad Hedibiam quæſtione prima. Omnes (inquit) diuitiæ de iniquitate deſcendunt, & niſi alter perdiderit, alter non poteſt inuenire. Vnde & illa uulgata ſententia mihi uidetur eſſe ueriſſima. Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Et in principio 2. Commentariorum in Hieremiam prophetam. Et quibus bonus inter eos & rectus (inquit) inſtar aucupis tendat inſidias dum inuicem ſe uenantur ad mortem, & aliorum damnis, atq́ diſpendijs, ſuas complent domos, ut impleatur philoſophorum illa ſententia. Omnis diues aut iniquus, aut hæres iniqui. Atq́ utinam ab ijs tantum fiant, qui uidentur foris eſſe, & quos dominus iudicat, & non in noſtris conuenticulis impleantur, quos poſſidet radix omnium malorum auaritia, ita ut uenientium ad nos non ora contemplemur, ſed manus. Celebratur Menandri apophthegma. οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν. Hoc eſt, Nemo ſi iuſtus ſit ditatur breuiter. Et Plato 5. de legibus ὥστ' ὁ λόγος ἡμῖν ὀρθὸς ὡς οὐκ εἰσὶν οἱ παμπλούσιοι ἀγαθοί. Id eſt. Ita recta oratio, qua dicitur, diuites nequaquam bonos eſſe. Hodie tritiſſimum apud Italos. Chi non robba, non fa robba, id eſt, Qui nõ furatur, nõ ditatur. Elegans Auſonij Diſtichon.

Fortunam reuerenter habe quicunq́ repente
Diues ab exili progrediere loco.

c *Ex malo nullum bonum prouenit.*) Efficiens cauſa debet effectum ſuum eminenter continere, atque uirtute. Malum autem nequaquam continet ſic bonum. Non igitur malum boni poteſt efficiens eſſe cauſa. Hermodorus, Ariſtoteles, Hermippus, Eudoxus, Theopompus, ut Laërtius in primo refert, ſcribunt fuiſſe quorundam opinionem duo eſſe prima effectiua rerum principia, bonum Dæmonem & malum Dæmonem. Alterum ex ijs Iouem, & Horomaſden, alterum Plutonem, & Arimanium dici. Itidem fermè tradidit Manichæus. Plato ſcribit bonorum cauſam Deum eſſe, quod & Hebræi etiam tradiderunt. Vide Euſebium capite tertio, tertij decimi præparation. Euangel. Ariſtoteles capite duodecimo, primi Aethicorum ſcribit, principium, cauſamq́ bonorum, honorabile quiddam, atque diuinum eſſe. d *Diuitiæ uerò ex malis facinoribus proueniunt.*) Extat apud Flaccum Horatium Saty. 5. 1. Sermonum,

qua doceb

qua docet, quibus artibus facilè ditari poſſit quiſpiam. Huc tẽdit Iuuenalis illud Satyr. prim.

Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum.
Si uis eſſe aliquid, probitas laudatur, & alget.
Criminibus debent hortos, prætoria, menſas,
Argentum uetus, & ſtantem extra pocula caprum.

Et illud eiuſdem poëtæ Saty. 14.

Vnde habes quærit nemo, ſed oportet habere.

ex malis facinoribus proueniunt. Diuitias nequaquam bonum eſſe neceſſe eſt. Sic ex iſto ſermone contingit. Cæterum ne [a] ſapientia quidem, & iuſtitia ex malis operibus acquiriri poteſt, neque itidem iniuſtitia & inſipientia, ex bonis. Siquidem ipſa eadem ſimul conſiſtere non poſſunt. Diuitias uerò, & [b] gloriam, & uictorias, & reliqua id genus multa cum prauitate

Et Perſianum Illud Saty. 6.

Vende animam lucro &c.

Paulus primæ ad Timotheum cap. ſexto. Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergũt &c. Huc accedũt. quæ in ꝓuerbio. Lucri bonus eſt odor ex re qualibet, retulimus ex diuerſis. a *Cæterum ne ſapientia, & iuſtitia.*) Philoſophi tradunt habitum ex frequentatis actibus generari, eiſdem actibus omnino aſſimilem, ad actusq́; conſimiles eliciendos, ex quibus genitus eſt, ſuapte natura potentiam inclinantem. Monſtro certe ſimile, ſi ex frequentatis crapulis, abſtinẽtiæ, Venereis illecebris, caſtitatis, furtis ac ſpolijs, iuſtitię, terrenarum, fluxarũq́; rerum contemplatione, ſapientiæ habitus generaretur in anima. Afranius (ut cap. octauo 13. noctium Atticarũ refert Gell.) prudenter, & lepide ſcripſit, Sapientiam eſſe uſus ipſius filiam. Ex malo autem uſu dicere quis audeat Sapientiam uirtutum omnium longe principem poſſe acquiri? Plato (ut lib. de philoſophia refert Apuleius) ſapientiam diſciplinam uult uideri diuinarum, humanarumq́; rerum. Etſi non ignorem apud hunc ipſum Platonem, communiter ſapientiam dici etiam omnẽ peritiã, ut cum uerbi gratia, ſapientem uocat artificem. Cicero in princ. ij. officiorũ de ſapientia ſic inquit. Quid eſt per deos optabilius ſapientia, quid præſtantius, quid homini melius, quid homine dignius? Sapientia aũt eſt (inquit) ut à ueteribus philoſophis definitum eſt, rerum diuinarum & humanarum, cauſarumq́;, quibus hæ res continẽtur, ſcientia, cuius ſtudium, qui uituperat, haud ſanè intelligo, quidnam ſit, quod laudandum putet. Quid ſit Iuſtitia, diximus ante ſatis. b *Diuitias uerò, & gloriam, &c.*) Concludit tandẽ ex mox relatis, non eſſe Fortunæ munera, inter uera bona locanda quouis modo. Id animaduertens ingens prudentum hominum, Chriſticolarum præſertim cohors, ſpretis terrenis, caducisq́; diuitijs, inani mundanorum honorum gloria umbratili, fuſorum hoſtium in acie uictoria, ac reliquis id genus innumeris fermè alijs, ad cœli incorruptibiles diuitias, futuram, ſempiternamq́; gloriam, memoria dignam uitiorum uictoriam, equis, atq; quadrigis ſeſe penitus accinxerũt.

Hac arte (ut aliquid fabularum immiſceam) *Pollux & uagus Hercules*
Innixus arces attigit igneas
Hac te merentem Baccho pater tuæ
Vexere tigres indocili iugum
Collo trahentes. Hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit.

Hac arte, ne longam texam Iliada, Diuus Bonauentura, cui ob ingenij ſui perſpicaciam, peculiarem cœleſtis ſapientiæ acrimoniam, uitę Angelicæ imitationem, non iniuria Seraphici inditum nomen eſt, ſummo, optimo Deo fruitur pro mercede. Etſi nõ te fugiat eſſe homunciones, non huius farinæ, quoſdam, qui hunc ipſum Bonauenturam, ob morum ſanctimoniam ab uniuerſali eccleſia Catalogo ſanctorum adſcriptum, nondum orbem Lunæ attigiſſe, & impiè mente credant, & in Chriſti fidelium, peritorumq́; conſeſſu, temere audeant prædicare. At Hercule probè factum cecidit, quod nouit hos uicinia tota. Sed de re hac, zelo me tãtum ueritatis, ac fidei compellente, uberius locis alijs. Si qui uerò ſe læſos hic, uel alibi cõmunibus ijs uerbis noſtris putent, eos precor, ut æquo, benignoq́; animo perlegant hos prouerbiales ſenariolos.

Ignota certe carpere ridiculum,
Pios mordere, nihil eſt iniquius.
Lege ſancitum, reddere par paribus.
Inſulſa refricanda ſcitis ſalibus.
Iniquum, turpe parcere conuitijs.
Honeſtum doctos, ſanctosq́; defendere.
Frigide dicta temperanda feruidis.
Communitatem graue nimis, lædere.

c *Cæterum ſapientia duntaxat bonum, inſipientia uerò malum.*) Id ipſum (ut parum ante retulimus) Sõcrates de ſcientia, & inſcitia affirmabat. Sunt qui ſummum bonum in ſola poſuerunt ſapiẽtia, ſummum autem malum in ſapientiæ contraria inſipientia. Comparatione autem ſummi boni, aut

ſummi

ſummi mali, cætera nulla, uel exigua bona ſunt, aut mala. Salomon, ante cœlum, & terram, ſapiẽtiam genitam eſſe affirmat. Ariſtobolus in eo lib. quem ad regem Ptolemæũ ſcripſit, exponens principium Geneſeos. Prima res (inquit) naturaliter lux, in qua uniuerſa conſpiciuntur, dici poteſt, quam quidem lucẽ, ſapientiam quoq; appellare poſſumus. Tota nempe lux ex ſapientia eſt. Vnde quidã Peripatetici fulgorẽ ipſam appellarũt, q̃niã qui eã ſequitur, ꝑ totã uitã nũq̃ ceſpitabit. Hactenus Ariſtob. Seneca epiſtola 85. ex quorundam Stoicorum ſententia. Artes (inquit) miniſtræ ſunt, præſtare debent, quod promittunt. Sapientia domina, rectrixq; eſt. Artes ſeruiunt uitæ, ſapientia imperat. Hæc habuimus Præſul reuerendiſsime quæ peroſi otioſi otium, ter quinis tãtum diebus, totidemq; noctibus, calamo mandaremus. Ea minutula quam uis, ſub tuo nomine & edidimus à principio, & eadem tibi ueluti Patrono fauentiſsimo abſoluta nunc dicamus. Affuit & altera dicandi ratio, quod ſciam ſolitum te, meas eſſe aliquid putare nugas. Ad has, & huius genus reliqua ſcribenda quoties tardum nimis, deſidioſumq; me cnoſpexeris calcaribus, ſeu monitis paternis potius, ſcis te Camertem ſolitum commonere.

cuiquam contingere nihil perhibet, quapropter hæc neq; bona, neq; mala cenſentur. Cæterum ſapientia duntaxat bonum. Inſipientia uerò malum. Rectè inquam, & ſufficienter mihi dicere uideris.

F I N I S.

In Tabulam Cebetis Thebani Philoſophi, nuper à Camerte ſuo mire Salutaribus ſcholijs Illuſtratam, Ioannis Alexandri Braſsicani Iureconſulti Epigramma.

Quæ uitæ ambages χαλεπώτατον ἐςὶ νοῆσαι
Ni ratio aurigæ præſto ſit officio,
Proinde homine à dubio quondam conſultus Apollo
Qui certam uitæ poſſet habere uiam.
Reſpondit tripode è ſolido, Vitæ illa magriſtra eſt
Optima, Socratici regula diſcipuli.
Præcipuè à docto doctè illuſtrata Camerte,
Dum tractat ſtudio ſenſa remota graui
Ille tibi filum, ductumq; adiecit amice,
Quo tandem ſumma uiuere fruge queas
Felicem hanc tabulam felici interprete, & omnes
Felices, ſcitis quos iuuat illa ſuis.

Prouerbia Inſerta Commentariolo.

A

Abrotanum ægro non audet, niſi qui didicit dare. fol. 428 .b.
Accede ad ignem hũc, iam caleſces plus ſatis 442. d.
Albo coruo rarior ibid .e.
Ante os eſt animus. 441. c.
Arenarum numerum ſcrutari. 439.

B

Bis pueri ſenes. 441. c.
Bonus muſicus, bonus obſonator. 448.c.

C

Canere ad Myrtum. ibid.
Cantabit uacuus coram latrone uiator. 452. c
Criſtam tollere. 461. e.

D

Diues aut iniquus, aut iniq; hęres .475.b.
Dum uiuis ſperare licet. 462. e.

H

Herculeo conamine. 461. g.
Hic alius Hercules. 432. c.

I

Immedicabile uulnus enſe recidendum eſt. 473.d
Indutus alienis mox exuitur. In epiſtola.

L

Lachrymas fundis non ſponte cadentes. 454 a
Lapidoſus panis. 449. g.
Latam feneſtram ad nequitiam patefacere. 468. d.
Linguę in melle, corda in felle ſita .442.c.
Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. 476. d.

M

Minuit præſentia famam. 450. b.
Mitior columba. 455. e.
Montium pondera ſcrutari. 439. c.
Multa fidem promiſſa leuant. 437. d.
Multa mentiuntur poëtæ. 446. e.

N

Ne ſupra Crepidam ſutor. 427. b.
Non eſt in medico ſemper releuetur ut æger 463. e.

O

Ocyus cœli flammis, & tigride fœta 467 .b.
Oculos quoq; in occipitio habet. 471. c.
Operam cum oleo perdere. 430. b. 432 .c

P

Pollice mores ducere. 435. c.
Principijs obſta. 467. b.

Q

Qui Pythia cantat Tibicen didicit prius. 462. c.
Quid te exempta iuuat ſpinis de pluribus una? 453. a.
Quod medicorum eſt promittunt medici. 428. b.

S

Sambucam citius Caloni aptaueris alto. 459. b.
Scrupoſa cæna. 449. g.
Sedens columba. 455. e.
Sæpius eſt olitor non contemnenda locutus. 437. b
Sinum facilem, non perforatum habere. 467. f.
Spurcum os in cœlum ponere. 448. a.
Sua cuiq; ars pro uiatico eſt. 467. e.

T

Terretur minimo pennæ ſtridore columba. 461. g.
Timeo naufragus omne fretum. ibid.
Totis neruis. 442. e.
Tranctant fabrilia fabri. 428. b.
Timidæ diuitiæ. 452. c.

V

Verbis urbes inermis capit. 461. f.
Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam. 428. b.
Vitaret cœlum Phaëton ſi uiueret. 461. g.
Vnde habeas quærit nemo, ſed oportet habere. 443. a.
Voluptas eſt malorum eſca. 436. c.

Finis

POMPONII MELAE DE ORbis ſitu libri tres, unà cum commentariis Ioachimi Vadiani.

ΕΙΣ ἈΣΤΡΟΛΟΓΟΥΣ

Παλλαδᾶ.

εἰπὲ πόθεν σὺ μετρεῖς κόσμον, καὶ πείρατα γαίης,
ἐξ ὀλίγης γαίης σῶμα φέρων ὀλίγον;
σαυτὸν ἀρίθμησον πρότερον καὶ γνῶθι σεαυτὸν,
καὶ τότ' ἀριθμήσεις γαῖαν ἀπειρεσίην.
εἰ δ' ὀλίγον πηλὸν τοῦ σώματος οὐ καταριθμεῖς
πῶς δύνασαι γνῶναι τῶν ἀμέτρων τὰ μέτρα;

Fare age qui cœlum metiris, & ultima terræ,
Cum tibi de modica ſit breue corpus humo,
Te prius explores & noſce, hinc plurima uaſtæ
Sunt loca telluris dinumeranda tibi.
Corporis at ſi non glebam metire puſilli,
Qui potes innumeræ noſſe rei numerum?

IOACHIMI VADIANI HELVETII, IN CATECHESIM, & ſuos in Pomponium Melam commentarios præfatio.

CVM alijs illuſtrium doctrinarum profeſſoribus ętate noſtra gratiam habere ſtudioſi debent, tùm uerò maximè de illis bene ſentire, qui omni ſtudio, cura, diligentia in hoc negocium incubuerunt, ut ueterum ſcriptorum, quorum ductu, & uelut auſpicijs proximum ſeculum in linguarum cultu, & manſuetiorum literarum tractatione felix agere ſtipendium cœpit, tanquam poſtliminio reuerſa doctrinæ monumenta, à dira barbariei ſeruitute uindicarent, & innumeris abſterſis maculis, redintegrata ueritate, priſtino nitori, quoad fieri poſſet reſtituerent. Equidem ſic ſentio non multum illorum doctrinam ſine horum induſtria nobis profuturam fuiſſe: partim, quod flagitiorum alienæ culpæ contagionem, uelut ab ægris in noſtra tranſmittere, & deformem ignorantiam doctrinæ, ac eruditionis prætextu ſic imponentem, amplecti magno diſpendio nos contigiſſet: partim etiã, quod in uindicandis augendisq; literarum ſtudijs uiam illi poſteris indicaſſent, animatis qui ſequerentur, & mirabili quadam conſtantia, nec impari felicitate reiectis, & conſternatis, qui barbariæ noctem, atque infantiæ tenebras contumaciter retinentes, optimarum diſciplinarum occaſiones arripere noluere. Quorum conferta acies, cum hodieq; numero magis, quàm armorum delectu inſtructa manſuetiores literas, & ingenua ſtudia oppugnare non deſinat, ueteranorum tamen, & triariorum (hos ego illos nominibus cẽſeo) ſingulari prudentia, & fortitudine factum uidemus, ut inermem hanc turbam, ſi quis recentiorum non ulla graui armatura, ſed leui tantum calamo in fugam conuerſam ſternat, fodiatq;, ne ouare quidem uelit, nedum triumphus ut decernatur petere. Adeò ignauus eſſe hoſtis cœpit, qui fœda barbariei caſtra, infami conductus mercede, contra præſentis ſeculi lucem, & tacitum bonorum conſenſum, ſequitur, Vt interim ne dicam quid, quantum'ue doctiſsimis illis reipub. literariæ moderatoribus, eorum nomine, quos uelut in acie ciuicam coronam meriti, ſeruarunt, debeamus. Iam in T. Liuium temporum feritate ſæuitum eſſe ſcimus, & frequentibus barbariſsimorum eruptionibus mutili Curtius, Gellius, & Marcellinus, ut paucos tantum nominem, facti ſunt, nobiliſsimis interim latinorum, M. Varrone, & Trogo Pompeio in prima ſtatim acie ſacrilegis horum manibus confectis, qui Liuio ne nomen quidem, nedum uitam reſiduam eſſe uolebant, nemine, quod mireris, ſtrenuorum, qui propius pugnaſſent, non ſaucio. Nam C. Plinij uarium & ingens de hiſtoria naturæ opus, tot ulcerum mendis, tot cicatricum neuis oblitũ, interuerſum, adulteratũ fuiſſe fidem non capiebat, niſi in tenui & planè Vlyſſæo Pomponij Melæ terra mariq; iactati, & nihil non experti ſcriptoris corpuſculo, tercentum loca poſt infamem illam pugnam reperta fuiſſent, quæ partim purulenta coaluerant, partim exeſa tabo marcore in reliquum traxerant corpus, præſenti haud dubiè ueneno claſsicum authorem confectura, ſi non Hermolaum illum barbarum, quem Plinianæ ualetudinis Aeſculapium uocare ſoleo ad ulciſcendam barbariem, & Pomponium etiam ex integro curãdum, literarum miſerta demum fata deſtinaſſent. Ac de Plinio quidem, quod ad præſens inſtitutum attinet, fatentur eruditi non ſolum ineſſe ei quod Hermolao debeatur, uerum etiam ingenuo exemplo uiam quandam, & modum ab hoc doctiſsimo uiro præſcriptum eſſe, quo in alijs æſtimandis, quæ ille aut conſulto prætérijſſet,

Barbarorum acies inermis

Hermolai laus.

Quo conſilio in Melam Vadianus ſcripſerit.

aut in feſtino, ut fit, labore uidere nequierit, pari candore, grauitate, & iudicio po-
ſteritas uteretur. At mihi quidem nuper Pomponium interpretato, incomparabi-
li eruditione ſua ita præiuit, ut paucíſsimis in locis, & quos uolentē tranſiluiſſe re-
ctius quàm non aduertiſſe credas emendandi, ac reſtituendi laborem reliquerit. E-
quidem ut cōſilij noſtri rationem ſtudioſis expediam, & quid Hermolao, uel Pom-
ponij nomine debeamus, oſtendam, pręclarum illum de orbis ſitu ſcriptorem, com
mentationibus noſtris onuſtum, in lucem & ſtudioſæ iuuentutis Germanicæ ma-
nus exire hac tantum cauſa uolebam, ut ſtudio bonarum literarum, quod paucos
intra annos incredibili doctrinarum acceſsione amplecti illa cœpiſſet, locorum ter
ræ notitiam, cœli ratione adhibita, quam Coſmographiā appellant, potiſsime con-
iungeret, guſtu inde libato, quo uelut hilariori in ſympoſio delectata: mox ad ea
quibus uberior ineſſe doctrinarum hauſtus crederetur, ſine labore promoueret, &
ad uniuerſam rem literariam tractandam habilior fieret. Eſt enim, ut equidem ſen-
tio, ſecundum ſtudia illa, quæ ad religionem, & pietatē attinent, & hominem illius,
quod Græci dixere, γνῶθι σεαυτόν, commonent, quibus certe omnia debemus, regia
ad perdiſcendam Philoſophiam, & ipſas naturæ opes noſcendas uia, ſi huic diſci-
plinæ innixi, terrarum ſitum, marium flexus, amnium decurſus, montium tractus,
ciuitatum, populorum, gentium ritus, mores, ingenia, denique & animalium effi-
gies, naturam, diſcrimina, duce Geographia, quæ hæc ferè uniuerſa ſecum trahit, &
cœlum etiam ambit commoda ad uſum uitæ ratione perdiſceremus. Qua itidem
cauſa adducti ſumus, ut locis Melæ non paucis (omnibus non potuimus) ex illu-
ſtrium ſcriptorum conſenſu indicato lucem daremus. Et fatemur difficultate, ut id
ageremus rarius coactos fuiſſe: hoc magis ſpectabat animus, ut celebrium au-
thorum teſtimonijs, haud quidem omnibus, ſed præcipuis tantum (famam ex le
ctione non libebat aucupari) adductis, ipſo uelut in limine oſtenderemus, quid de
alijs auida literarum iuuentus ſperare poſſet, ſi his deuoratis ſatiari uellet. Qua occa
ſione & Melæ fidem, opinor, non ſegniter adiuuimus, & obiter in tranſcurſu, quan
tum equidem obſeruare potuerim, quæ conſona Melę ſententiæ, rurſum quæ diſſo
na forent, prodidimus, modumq; dedimus illò contendendi, quò equidem non-
dum perueni. Quibus & id acceſsit, quòd ſubobſcuri paſsim loci poëtarum expli-
cati ſunt, & interim Pliniana quædam in quæſtionem uocata, minime diſsimulato
iudicio noſtro, quod utiq; liberum, candidumq;, tantum abeſt, ut cuiuſquam no-
minis authoritati mancipare uoluerim, ut cum Philoxeno illo, cuius ad Atticum
Cic. meminit, in carcerem redire malim, quàm in ueritate perquirenda, & bonis ſtu
dijs iuuandis pręuaricatus uideri cuipiam poſsim, ea de cauſa uel à Mela diſſentire
auſi. Quanquam ne in hoc quidem ſtudio id egimus, ut uenditaſſe diligentiam, &
nomen doctrinam'ue oſtentaſſe obijcere quiſquam poſsit, adeo candidè nimirum
teſtati, ceſſuros nos meliora prodentibus: proinde & in ea nos pariter opera futu-
ros, ut captentur, traducantur, & indigna fide fiant, quæ incautius, aut pręfidentius
admiſſa, indicare natiuis argumentis non pręmoleſtus, nec odio denigratus cenſor
perrexerit. Equidem nec ſtomacho quicquam, nec odio dedi: candide præterea,
& citra oblatrandi ſtudiū quę digna annotatione uiſa ſunt, protuli. Atque utinam
mihi ad æquanimitatem (quod citra iactantiam dictū uelim) propenſo, id aliquo-
rum diligentia pręſtitiſſet, ut probare pleraque magis quàm improbare potuiſſem.
Iam illud nouum non eſt, ſentire tecum illis non poſſe, qui quod tractes argumen-
tum, aut non intelligunt, aut næ intelligendo faciunt, ut nihil intelligant, uelut eſt
apud Terent. diuerſa interim ſentientes, & præalto ſupercilio deſpicientes quę do
ces: quorum moroſiſsimam obſtinaciam, & obſtinaciſsimam moroſitatem, ne illi
quidem æquo tulerint animo, qui uerſipelli aſtutia, uerum, falſumq;, dummodo rei
interim priuatæ non deſint, iuxta æſtimare aſſolent. Comperta autem uel coràm,
uel aliorum relatione diligentiſsimè perquiſita, redditaq;, quæ priores mè non at-
tigerunt, ſicubi bona fide noſtris infulſimus, æquo uelim animo ſtudioſi accipiant,
interminam eſſe naturæ opulentiam cogitando, quæ certe non una aliqua ratione,
nec ab uno, ne dicam ab omnibus, tradi literis, & memoriæ poſsit. Etenim parerga
ad pieta-

Præfatio.

ad pietatem & religionem attinentia, quibus teſtari obiter, quàm ab Ethnicorũ ua-
nis perſuaſionibus abeſſemus, uoluimus, credo iuuentuti non tam frugifera, quàm
amœna futura. Erat enim iampridem in uotis, ut ſicubi nõ importune uideremur,
uarietati, quæ ſatietatis expultrix eſt, ſtuderemus: & ante alia (quod pauci è noſtris
ſolent) Chriſtianum negocium in Ethnicorum profitendis libris exprimeremus,
aliubi monitis lectoribus, ne quòd illi traderent, temerè ſequerẽtur: pręterea quem
in uſum omnium bonarum artium peritia poſſet, imò uero deberet accommoda-
ri, ſpectatæ indolis adoleſcentibus uno & altero in loco nobilium authorum teſti-
moniis adductis, & frugifera, ut ſic dicam, uerſura facta, innueremus. Porrò ne quis
me in his Commentariis noſtris gloriolam quęrere, & me ipſum uelut in machæra
(quod aiunt) Peleum quendam demirari exiſtimet, doctiſsimorum quorumq; lite
rarum profeſſorum cenſuræ acquieſcam, nec dubitabo ſtilũ uertere, ſi quid horum
iudicium mutandum eliminandumúe decreuerit. Didici enim eatenus literarũ ho-
nori, quo penes me nihil antiquius eſt, hunc locum cedere, ſciens ueſaniã eſſe, non
iudicium, ſi ſua retinere, & defendere quis malit, quàm alienis acquieſcere, dummo
do intelligat patrocinio ſe bonorum carere, & eſſe quod alij melius dixerint. Tu-
multuarios autem labores, quos nuper auctis pleriſq;, & emendatis pro meo iure
recognoui, in prima æditione noſtra Franciſco Abbati apud diuum Gallum, Anti- Frãciſcus Abbas.
ſtiti non temnendo adſcribendos eſſe duxi, ut ſimul & uerẽdi patroni auſpicio pro-
dirent, & alieni magis, quàm noſtri nominis authoritate ſeruarentur. Quo conſilio
meo cum male profeciſſem, ſtatui alia uia uitilitigatorib. obſiſtere, ſi iniqui eſſe de-
mum non deſierint. Porrò magnam horum partem ſurda aure tranſmittam, qui cor
rupto iudicio, & tumida iactatione non alia cauſa noſtra obtrectant, quàm quod ci
tra etiam riualem nimis impenſe ſua deamant, ad hanc nimirum operam nati, ut
caſſum, friuolumq; buccis, ut ille ait, crepitantibus deblatterent. Satis ſuperq; ope-
ræprecium reſponderit, ſi bonorum exiſtimatione hac quantulacunq; ſedulitate
noſtra iuuentuti Germanicæ aliqua ſaltem parte profuiſſe dicar. Nam cãdidus pu
rusq;, quod locis propè omnibus integritati ſuæ redditis Pomponius iamdudum
ſtudioſorum manibus uerſatus eſt, non mihi debetur, ſed eximio illi
manſuetiorum literarum redintegratori, qui nos pre-
iuit, quiq; iuuit Hermolao.

 IOACHI-

IOACHIMI VA-
diani Heluetii rudimentaria in Geo
graphiam Catecheſis.

QVID GEOGRAPHIA, COSMOGRA-
phia, Topographia, Topotheſia, Chorographia.

SVnt uocabula, quę terræ orbisq; ſitum ſcrutantibus frequẽter incidunt,
non nihil diuerſa, plerunq; tamen cõfuſa ſcriptoribus, geographum eun
dem & coſmographum alterutrũ profitentem, appellantibus. Geo-
graphia tamen, ſi Etymon uocabuli ſequimur, propriè ea eſt quæ terræ
ſitum, ut extra intraq; ad oceanũ noſtrumq; mare ſe habet, cum locorum
paſsim iacentium enumeratione deſcribit. Qua in re quia uetuſtiſsimis
authoribus multa metiendæ terræ, interq; maria & regiones, quod ad
ſpatium attinebat, diſcernendi, Plinio teſte, ſolicitudo fuit, factum eſt, ut
tota illa quæ tractat de lineis, quæq; ex lineis cõſtant, figuris cognoſcen-
di ratio, Geometriæ nomẽ obtinuerit: cum tamen in cœlo nõ minus hęc quàm in terra locum
habeat. ab illa Geographi dicuntur, quibus terræ deſcribendæ per ſingulas, ut expanſa eſt,
aut celebres magis regiones cura fuit. tales Plinius, Dionyſius, Strabo ferè, & Mela, niſi quòd
& hic quan quã pauciſsimis, à primi libri principio, de toto mentionẽ facit: uerũ nec aliter q;
Geographum decebat, nec multis, narratione tanquã intra profeſsionis & inſtituti argumen
ti limites cohibita. Coſmographia uero quanquã utriuſq;, cœli inquam & terræ rationem
habet, magis tamen id curat, ut quibus terræ extantis partibus, quod cœli ſecundum longitu
dinem latitudinemq; ſpatium adſit, oſtendat. Cumq; Geographus præter locorum enumera-
tionem, & hiſtoriam addat, & plerunq; quæ ciuitatum, quæ gentium, nationum, populorum
origo fuerit, atq; unde data rebus nomina, tum & illuſtria nonnunquam naturæ ſiue miran-
da opera indicans, in terræ ſitu multo eſſe uberior ſoleat: Coſmographus non alio fine re-
giones, oppida, amnes, maria, monteſq; enumerat, quàm ut uel terminos ſtatuat regionum,
quæq; exordia, & qui fines ſint enumeret, uel ſub qua cœleſtis ſuperficiei parte illa uniuerſa
ſint demonſtret, hoc propè unicè curans, ut ſub quo cœlo ſita loca, quæ longitudo, quæ lati-
tudo, præterea quę Gnomonis umbrarumq; pro locorum latitudine differentium (unde bre
uitatis, longitudiniſq; dierum ratio manat) diuerſitas ſit intelligatur. Ad hæc, quæ locis ſy-
dera (ut ſic dicã) uerticalia, quę in arcton, quæ in meridiẽ inclinent, non nunquã aliunde de-
prompta adiicit, ortuſq; & occaſus eorundẽ, qui locis diuerſam latitudinẽ & longitudinẽ ha-
bentibus uniformes eſſe nequeũt, cõſiderat. Interualla & climata obſeruat, idq; perſæpe cum
ingenij, loci & naturæ aëris diſpoſitionis explicatione. Vnde & illa Strabonis li. i. uerba ſunt:
Quicunq; locorum proprietates ediſſerere nituntur, propriè rem attingunt, cum cœleſtiũ ter
reſtriumq; menſurarũ figuras & magnitudines, interualla & climata, calores & frigora, & ſim
pliciter aëris naturã manifeſtant. hęc ferè Strab. Addo quod inſtrumentorũ ad illiuſmodi di-
menſiones attinentiũ, & picturarum ſimiliter terræ cum debita meridianorũ parallelorumq;
deſcriptione, tota ratio ad Coſmographiam attinet, quàm primus prope omnium, poſt mul
tiplicem ueterũ diligentiam, abſoluiſſe exiſtimatur Cl. Ptolemæus, Aegyptius natione, qui
Antonini temporibus floruit, Mathematices uniuerſę citra controuerſiam princeps. Conſtat
autem Geographię cum poëtica, cumq; hiſtoria conuenire, uel ea cauſa quod non diſsimili in
reddendis locis deſcribẽdi modo utitur, unde magna Straboni, Plinio, cęteriſq;, ſi diligentius
paulo perpenderimus, ex Poëtis & Hiſtoricis in locorũ terrę deſcriptione, auxilia fuerunt, ut
Plinius li. i. Strabo ubiq; (nam eius opus Homeri doctrina illuſtre factũ eſt) indicat. Coſmo
graphus ad Geometricã Aſtronomicamq; inclinans, aliorum, pręter ea quę retulimus, propè
ſecurus eſt. Sed coëunt tamen, ſuntq; adeo inter ſe connexę Geographia, & Coſmographia, ut
alteram ſine altera, utcunq; traditam mancam eſſe facile conſtare poſsit, periculũ facientibus.
Et mihi quidẽ dubitanti quandoq; utra pręſtantior foret, uiſum eſt acutiorem eſſe Coſmogra
phiam, talem tamen quæ intra arctiores traditionis limites clauderetur: Geographiam, mul-
ta uariorum authorum lectione nitentẽ, leuioris operę, & captus facilis, mirificè tamẽ ubere
fructu, & cuius neminem unquam pœnituerit. Illud etiam diſcrimẽ eſt, quod Coſmographia
cum certis quibuſdam axiomatibus utatur, certa ſibiq; conſtans manet. Geographia cum ſe-
culorum decurſu, tum uero multifariã illuſtriũ ſcriptorum traditione (ut omnia mortalium
opera

opera tempus mutat) nec ſemper conſona ſibi, nec certa eſt. Hanc tamen (ut dicam quod ſentio) uiro prudenti, illam ſapienti commodiorem eſſe confirmo. Non uero ſum neſcius uel à Ptolemæo lib. primo Coſmographiæ rationem, Geographiæ uocabulo intelligi, cum inquit, Geographiam imitationē eſſe picturæ. meminiſſe tamen debemus iſthęc, ut paulo ante dicebã, confundi. Nos aũt hoc loco exactiorē paulo horum nominũ rationē ſequi. Nam & Topographia hiſtoriæ eſt magis, quemadmodum & Topotheſia poëtarum, per illam hiſtoria locũ quempiã, ut eſt, effigiat, hęc ficta adeo depingit, ut ita eſſe credas. Deſiderat enim rerum geſtarum ratio, ut quo fidelius referant hiſtorici, nonnũquam ad locorũ deſcriptionem deflectere neceſſe ſit: Quemadmodum qui fabuloſam narrationem inſtituunt, cum parum à rerum geſtarum argumento illa differat, ſimilia quædam in locis effigiãdis, efficere ſolent. Sic Cyrthę ſitus in Iugurtino apud Salluſtium. Epidamni apud Apianum in ſecundo bel. ciuilium: ſic lib. decimoquarto Silius Siciliam: ſic Statius ſyluarum primo, Vopiſci Tiburtinum deſcribit. Apud Plinium lib. epiſtolarum octauo, uillam ad lacũ Larium, ubi humiliorem comœdiam, editiorem tragœdiam nominans: ſic Sardiniæ apud Claudianũ in bello Gildonico deſcriptio. Ficta aũt portuum aliquot apud Virgilium deſcriptio, & apud Statium lib. ſeptimo, domus Martis, & comitũ: apud Ouidiũ regię Solis libro trãsf. 2. & 11. libro, portus Theſſalici, in Thetyos raptu. his ſunt ſimilia apud alios innumera, quorum quidem uſurpatio nec geographo planè, nec hiſtorico, ſi modo officium uterq; ſuum ſequitur, conceſſa eſt. ſed, ut dixi, Poëtę. Chorographia eſt quæ loca ſeorſum, tanquam ſeparata à cęteris, picturę ſimilitudine obſeruata proſequitur: ut ſi quiſpiam Romam eiusq; ad proxima ſitę formulam, ut re ipſa eſt, tabella effigiet. Quod ſi uere id, & pictura loco quem exprimit reſpondēte, proſequitur, Topographo adſimilis eſt: ſin ficte, cum quadam tamē uériſimilitudine, id quod hodie propè pictorum licentia ſolet, Topotheſię accedit, quam Poëtarũ uſurpat licentia. His enim (ut bene Horatius dixit) Quidlibet audendi ſemper fuit æquapoteſtas. Chorographia à Coſmographia, ſiue ut Ptolemęus, Geographia, in hoc diuerſa eſt, quod Geographia tanquam ſummaria quadam deſignatione terram, eiusq; partes præcipuas, ut deprehenſę ſunt ac cognitæ, formula quadam & picturę imitatione proſequitur, illorum more, qui ante conſummatam corporis per picturam reprę ſentationem, potioribus lineis ipſum ambiunt, potioraq; membra deſcribunt. Chorographia ſanè non ita. Proinde, ut Ioan. Vernherus, Coſmographię doctiſsimus, in Paraphraſi primi capitis, primi libri Ptolemæi ſcribit: In pingendi arte ſic fieri ſolet, ut cum corporum ſeu rerum ſimulacra deſcribuntur, principalium imagines membrorum in primis & neceſſario compaginantur, atque ſub quadam ſimetria conſtituuntur, deinde huiuſmodi ſimulacra, quantum ad diſcretionem ſuorum membrorum attinet, uarijs colorum differentijs diſtincta, ſub ſtata ab artificis & pictoris aſpectu diſtantia collocantur, quo artifex uiſus iudicio facile diſcutiat, quid in eis ſimulacris deſit, deſyderariq; ualeat, aut quod iam fortitum ſit artis conſummationem & complementum. Haud ſecus fieri contingit Geographiæ & Chorographiæ. hęc enim partium orbis figuras & imagines in minimis etiã ſuis particulis depingit, & adamuſsim reprę ſentat. Illa autem cõſyderat & deſcribit integras prouincias cum his quæ ad generalem earum formam ſpectant, tanquam prę cipuas & primarias orbis terrarum partes, tam magnitudinibus, quàm ſimetrijs ſeu commenſurationibus rite diſpoſitas. Locorum denique ſitus, quos ex regionibus ſeu prouincijs terrarum orbis, Chorographia tractat, neutiquam congruunt ueris earum poſitionibus, quas in telluris ſuperficie poſsident. Ipſa nãque circa locorũ & locandorũ qualitatē, magis quàm quantitatem uerſatur: quia locorũ peculiares ſimilitudines omni modo nititur explicare. Simetriæ uerò poſitionis locorum omnem ferè curã, & diligentię ſtudiũ negligit. hucuſq; Vernherus. Quę quoniam ſcitu mihi non indigna uidebãtur, erudiendę gratia iuuẽtutis in hũc locũ tranſtulimus.

QVANTAM VTILITATEM IN SE GEOgraphiæ ſtudium habeat.

HAdrianus imperator, quem de eo Spartianus ſcribit, Geographię ſtudioſiſsimus, cum apud terrę menſores deſcripta loca quandoque eſſet admiratus, nihil cunctatus eſt, quantiſcunq; expenſis, quin ad ea uidenda, aut terra, aut mari pergeret. Quod ipſum antea Germanicum Cęſarē aſſolitum legimus, quem incredibili cupiditate ueteres locos & fama celebres uiſendi, Gręciam, Thraciam, oram Aſię, & ipſas demum Armenias peragraſſe Tacitus ſcribit. nec ſatis erat uidiſſe Aſiam, in Aegyptum profectus eſt, idq; ut iuſta cauſa facere uideretur, curam prouincię prętendit, cum reuera antiquitatis gratia cognoſcendę illuc tranſiſſet, quemadmodum idem author refert. Atqui teſtes illi nobis locupletiſsimi ſunt, ita natura comparatum, ut in locorũ perquiſitione ſeſe animus nõ exatiet, niſi coràm ita ſita uideat, aut dũ cernendi copia nõ eſt, picturę fide, quę rerum propè omnium ęmulatrix eſt, pręſcripta, tanquã coràm ſpectet, intueatur. Porrò hęc eſt autem animi humani, dum corpore ambitur, cognoſcendi ſors, ut niſi à

ſenſibus profecta interior intellectus capere nequeat, & quæcunq; cogitare & imaginari ſolemus, ea omnia certis figuris atq; imaginibus circumſcribamus, quo fit, ut ad ea demum cognoſcenda, quę terræ ſunt, hoc eſt ſedis hominum, maxime omnium neceſſariã eſſe Geographiam, quę omnia ceu picturæ nobis beneficio indicare ſolet, ipſa cognoſcendi ratio fatetur. Cumq; hodie, & linguarum diuerſitate, & quod magis obſtat, gentium religioni noſtræ infeſtarum immanitate datum non ſit, ut ad uetuſtæ diligentię imitationem terras peragrare, maria ingredi, inſulas uiſere, facile queamus: quid commodius, quid etiam deſidibus, & magnos labores, tum & itinerum pericula uitantibus, magis frugiferum eſſe poterit, quàm in ocio, in uno loco, eoq; tam anguſto, ut non niſi hominem cum depictæ terræ tabella capiat, eam ſequi cognoſcendi rationem, quæ minime uana cogitatione, addiſcentis animũ, ceu liberum à corpore, & in aërem elatum per totam terræ, ut habitatur, utq; deſerta eſt, extantem planitiem circumducat? An non iure quiſpiam illum pertuſæ mentis, hæbetis animi, ſenſusq; alieni eſſę dicat, qui mundum ex anguſta locorum tabella, ut re ipſa ſitus eſt, cognoſcere nolit? Strabo certe libro primo non ſemel indicat, inciuiles illos eſſe, & ad publica munia minus utiles, qui Geographiæ partem non attigerunt. Ego non inciuiles ſolum, ſed inhumanos eſſe aſſero, qui eam artem negligunt, per quã omnibus alijs ingenuis diſciplinis aliquid ornamenti accedit. Vlyſſem Homerus in primo Odyſſeę tanquam à magna ſapientiæ parte comendaturus, eum eſſe dicit, Qui mores hominũ multorũ uidit, & urbes. Nos quoq; uenerari, & cum admiratione quadam eos, qui in Alexandriã, in Aegyptũ reliquam, in Iudęam Palęſtinã, ubi Chriſti ſaluatoris ſepulchrũ eſt, aut in alia mediterranei maris litora profecti, cum reduces in patriã reuertuntur, ſuſpicere ſolemus. Quis non uidet quàm magnũ, quàm decorum hodie in ipſa uulgi æſtimatione ſit, uidiſſe Hiſpanias, limina diui Iacobi pulſaſſe, non religionis tantũ gratia, quę nunquã ſatis cõmendatur, ſed ob id quoq; quod longa illi itinera emenſi externos populos, & tanquã alium ingreſsi mundũ, alios mortaliũ mores, aliam terram referunt, quin & torquibus ex auro inſignes eſſe ſuo quodam iure ſolent, qui Syriam attigerunt, & è Palęſtina reduces ſunt, cum tamen ea nauigatio longe minus quàm putat uulgus, periculoſa ſit. Quo non torque dignus eſt, qui duce Gęographia terras non ingreditur ſolum, ſed ambit, omniaq; ceu Ciceronis ille Africanus, deſuper circumuectus contuetur? Hic enim fructus eſt Gęographiæ, ut terræ totius ſicut inhabitatur, primum partes præcipuæ, mox inſignia ut ſita ſunt loca, maria, ſinus, amnes, montes, fontes, ſpecus, lacus, aliaq; innumera, ex pictura ſcriptorũ authoritati accedente, & locis quæ proſequitur reſpondente, cognoſcantur. Quodq; pulcherrimum eſt, ordine in omnib. ſeruato, & regionum initijs finibusq; introſpectis. Addo, quod illa duce, quę ſingulis terris ſecundũ cardinum mũdi diuerſitatẽ, circumcirca confinia ſunt, illico & citra difficultatem cognoſcimus: ut ſi quis obiter de Numidia quærat ubi illa ſit, quasq; terras proximas habeat, poſtquam id ſemel ex authoribus ad picturã adhibitis, didicero (adeo memoriam pictura iuuat) facile dixero eſſe Numidiã Africę regionem, ob Maſsiniſſam illum maximum & laborum toleratiſsimum regem, maxime celebrẽ, habere uero ab occaſu Mauritaniam, ab ortu Africam, quę minor cognominatur, à ſeptentrione mare noſtrum, à meridie Atlantis iuga, & Getulos. Simile fieri & in alijs poteſt. Illud interim dixerim, nullam aut hiſtoriam aut fabulam recte ſine Gęographiæ cognitione accipi poſſe. Addo & Philoſophiam magna parte laborare, ſi Gęographiã neſcias: nam, ut Strabo libro primo ſcribit, philoſopho cũ primis illa quę de orbis ſitu eſt, tractatio ad manum eſſe debet. Dicerẽ & ſacerdotes noſtros & Theologos multa ignorare in ſuis hiſtorijs, neglecta Gęographia, ſed uereor, ne quæ ſtudio ueritatis dico, in malam illi partem accipiant. Verum, ut ſentio, dico, nec diſsidet à uerbis animus. Euangelij captus ſine Gęographię captu mancus eſt, quod ita accipias uelim, ut intelligas ne ęternam quidẽ doctrinã ab his recte tradi poſſe, qui regionũ, marium, ac inſularũ ignari ſunt, idq;, gratia exempli adductis locis aliquot, pro mea uirili oſtendam. De hiſtoria nõ eſt quod multa referã, cum rerum ſerie, ut dixi, poſtulante, nullus non locus, quo quicquam inſigniter geſtum eſt, per illam accuratiſsime reponatur. Cęterũ utcunq; illa ſuis in locis graphicè ſcribantur, niſi ad picturam primum omnium, dehinc ad illuſtriũ authorum de ſitu terræ teſtimonia referas, recte haud quaquam intelligi licet. Nam cum apud Suetonium, Florum, Virgilium, cęteros lego, M. Antonium ab Auguſto nauali pręlio ad Actium promontorium uictum eſſe, quid de Actio cogito? aut quorſum memoriæ aciem tendo, ſi Gęographia duce eum Epiri tractum non cognoui, in quo haud longe à ſinu Ambracio Actium eſt. Quid ſi ab Alexandro Darium aut ad Granicum Phrygiæ, aut ad Iſſon Ciliciæ, ſiue ad Arbela Aſſyriæ, graui clade afflictum, apud Iuſtinum, Plutarchum, Diodorum, Curtium, cęteros, legis, quid tibi Granicus, quid Iſſos, quid Arbela ſunt? At Strabonem peto, Plinium peto, Melam, Solinum, Cornucopię (ut illi ſolent qui proximis, ſibi conſulunt) Perotti, alios, & quo nam in mundo illa ſint diſquiro. Eſto, uerũ non magis ac prius intelligis, niſi hos authores ad picturę euidentiam cõtuleris, id quod Gęographia iubet. huius illud inſigne exemplũ fuerit. Tacitus libro 17. de Veſpaſiano: Igitur, inquit, oram Achaię & Aſię ac lęua maris pręteruectus Rho-

dum & Cyprum inſulas inde ſpatijs audentioribus Syriam petebat. Quo in loco illud quod ait (ſpatijs audentioribus) non niſi picturæ ratione intelliges. Simile eſt in his quæ ad naturæ hiſtoriam attinent alijs alijsq́ꝫ locis celebribus: ut cum ſcio, ab litore Indico margaritas afferri, Adamantem in India inſignem ex Eudæmone Arabia thus myrrháq́ꝫ aſportari, Citrum ex Atlante Mauritaniæ, Loton ad maiorem Syrtim, Spartũ in citeriori Hiſpania nobilem, ad Anticyram helleborum, ad Tyrum purpuram, in Paro marmor, ſed minus inſigne in Numidia, in Aegypto crocodilos hippopotamosq́ꝫ, ad Hyrcanos tygres memoratas. Huiuſmodi mille, niſi candidi lectoris faſtidium formidarem, recenſere poſſem, quorum nullum belle ſine illo Geographiæ quod cõmendamus ſtudio accipias. Poetæ qui uerbis liberiores, ad picturam locorũ propius hiſtorijs accedunt, ſiue ficta, ſeu uera ſequuntur, Geographiæ captu maxime omniũ indiget. Proponam aũt loca uulgaria ex his, ne quis de induſtria ex obſcurorum inquiſitionẽ me Geographiæ ſuffragari uelle ſuſpicetur. Virgilius: Pars Scythiã & rapidum Cretæ ueniemus Oaxem. Quid in ruſtico carmine ſine ingenua illa noſcendarum terrarũ doctrina ages? ſequeris Seruium? at lapſus eſt, ut in Geographia frequenter ſolet: nã & huius peritia nonnihil honorato alioqui grammatico defuit. ſequeris Landinũ? Ne hic quidem bene ſentit: uterq́ꝫ enim Meſopotamiæ fluuium facit falſò. adijcit ultra Lãdinus eũ intra Caſpium & Hyrcanum per regionem quandã fluere, tanquã aliud à Caſpio ſit Hyrcanum, contra omniũ ſcriptorum ſententiam, quanquam Mela lib. 3. in Caſpio ſinũ occiduũ intrantib. per eius fretum à ſeptentrione, Caſpium, meridianum uero ab accolis Hyrcanum nominat: uerũ nulla regione intermedia. niſi uero poſt Angelum Politianum peritiſsimum grammaticum, ipſe quoq́ꝫ Hermolaus apud Plin. lib. ſexto cap. decimoſexto hũc Virgilij uerſiculum explicuiſſet, errorem traxiſſet amplius opinio, illis etiam doctiſsimis interpretibus annuentibus. Alius enim eſt in Scythia Oxus, alius in Creta Oaxes, ubi & Oaxum oppi. In ægloga ſecunda, ubi ille uerſus eſt, Amphion Dyrcæus in Actæo Aracyntho. Aracynthum Seruius Thebanũ montem nominat, falſò, ut & Beroaldus, diligentiſsimus grammaticus adnotauit: nam Aracynthon capit. ſecundo lib. quarti Plinius in Acarnania ponit. Prætereo multa, ne inſtitutam in excutiendo Pomponio operam præuertam. Singulis enim locis, cũ id nobis negocium mouebitur, ſingula pro noſtra uirili afferemus. Notare tamen nobis curſim, & tanquam (ut aiunt) è Nilo canis guſtare placuit. Carthaginenſis portus in primo Aeneidos, tempeſtatis item ad Syrtes deſcriptio, atq́ꝫ (ut ſummatim aliqua referam) tota illa nauigationis Aeneæ per mediterraneum ratio, quomodo ſine excuſsis Geographiæ rudimentis ſaltem, intelligi queat? In Lucano lib. primo de Rubicone: Et Gallica certus Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis. Hunc uerſum, niſi picturæ obſeruatione habita, nemo intelligit, ſicut nec illum eiuſdẽ loci: Thetis maioribus undis Heſperium Calpen ſummũq́ꝫ impleuit Atlanta. Quid de Padi, et aliorũ amnium complurium, de Apennini, de Brunduſij deſcriptione, in ſecũdo libro. Quid de Catalogo auxiliorum Pompeij, li. tertio. In quarto de Clupea, Bragada, & Antei regno. In quinto de Phocidis, Parnaſsi, & Oraculi Delphici ſitu: & inibi, de Euboea, Chalcide & Cariſto, ipſoq́ꝫ Eurypo, tum & Rhamnunte, Aulide, alijsq́ꝫ. In ſexto, Theſſaliæ deſcriptio. quid non ſudoris ignaro terræ ſitus parit? &, ut multa prætercam, quis illum in octauo locum nõ Geographus explicet? Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum, Caſpiaq́ꝫ immenſos ſeducunt clauſtra receſſus, Et polus Aſſyrias alter noctesq́ꝫ diesq́ꝫ Vertit, et abruptum eſt noſtrum mare diſcolor unda, Oceanusq́ꝫ ſuus, regnandi ſola uolũtas. In nono de Pallade Tritonia, unicus Mela interpres eſſe poteſt, tum & ille inibi de terrarum diuiſione locus, alibi (ut cętera) à nobis explicabitur. Addo & illum ibidem: Non Aſiam breuioris aquæ diſterminat uſquam Fluctus ab Europa, quamuis Bizantion arcto Pontus & Oſtriferam dirimat Chalcedona curſu, &c. cum his quę ſequuntur. In decimo, Nili deſcriptionem pictura indicat, quamuis diuerſa, magnis authoribus ſentientibus, depingi non niſi una facie poteſt: ut ex Nuchul lacu ortus à Mauritania profluat, ut Iuba, authore Plinio ſenſit: aut à lunę montibus, & ipſo auſtro per arenoſa interioris Africæ, & ipſos Aethiopas in Aegyptum deſcẽdat, ut Ptol. & ferè alij. Cęterum de hoc in commentario, ad reliquos tranſeo. Apud Claudianũ lib. contra Rufinum primo: Inſtabilesq́ꝫ olim Symphlegades, aut freta remis inclyta Theſſalicis, celſa qua Boſphorus arce Splẽdet, & Othryſijs Aſiã diſcriminat oris. Et infra paulo: Eſt genus extremo. &c. ubi Scytharum gentes deſcribit. In ſecundo poſt principium, quid non Geographiam habet? ubi gentes à Ruf. in arma concitatas enumerat. rurſum infra paulo: Galli (inquit) quos Rhodanus uelox, Araris quos tardior ambit, Et quos naſcẽtes explorat gurgite Rhenus, Quosq́ꝫ rigat rẽtro pernicior unda Garumnæ Oceani pleno quoties impellitur ęſtu. quorũ uerſuũ ultimum nihil aperit exactius illis, quę de Garumna lib. tertio Pomp. ſcripſit. In Gildonico inter plura hoc Geographicum eſt: Priuato iure tenemur, Exigui ſpecie mundi, quod Nilus & Atlas Diſsidet, occiduis quod Gadib. arida Barce, Quodq́ꝫ Paratonio ſecedit littore Ganges. Quid alia referam? in Epigrammatis portus Zarinenſis Topographiam, Nili priuatam deſcriptionem: iam raptus Proſerp. adeo inſignibus mõtium, urbium, lacuum, amniũ locis refertus eſt,

ut piaculum mihi uideatur, ſi quis Gæographiæ expers, tam eruditũ poëma attingat, nedum euoluat, profiteatur. In Stiliconis contra Alaricum uictoria, præter Larij & Retiæ deſcriptionem, hic quoq; locus Gęographiæ eſt: Irriget Aegyptum Tanais, Mœotida Nilus, Eurus ab occaſu, Zephyrus ſe promat ab ortu, Caucaſeisq́; iugis calido nigrantibus Auſtro, Gætulas Aquilo glacie conſtringat arenas. In ſecundo uero in Eutropium, ubi Phrygiæ limites deſcribens, Thinorum Bithynorumq́; meminit, quem alium quàm Gęographum Claudianum dixeris? tranſeo Encomia in Stiliconem, uel ob hoc maxime erudita, quod locis Gæographia explicandis refertus eſt. Catalogi Poëtarum locorum enumeratione non minus quàm hiſtorijs fabulisq́; conſtant, ut ille Virgil. decimo Aeneid. qui copias Aeneæ in Turnũ proficiſcentis complectitur: & alius ſep. lib. locorũ Italiæ confertiſsimus. Valerij Flacci lib. 1. de Argonautis, & ille exercitus Thebanorum apud Statium lib. ſeptimo. apud Silium lib. tertio de populis ab Hannibale excitis, apud quem aliâs paſsim frequens admodum locorum mentio eſt, ut Carthaginis ſitus libro decimoquinto, Siciliæ, Aetnæ, lipares in decimoquarto deſcriptio: in octauo delectus gentium Italiæ & uicinarũ, ad Cannenſem pugnam, eruditiſsima percenſio. In primo, Hiſpanię, Sagũti ſitus. In tertio, fontis ſolis, oraculi Hammonis ad Cyrenaicam: In quarto Apennini, & multorum Italiæ locorum deſcriptio. Quis uero Valer. Flacco in Pontici litoris deſcriptione, quàm quarto libro proſequitur, copioſior? quis in illo catalogo, quo ſexto libro Perſæ copias enumerat, eruditior elegantiorúe eſſe poſſet? alia trecenta prętereo, quæ ſingula ſiugulis Gæographiæ præceptionẽ expoſtulant. In Statij locis percenſendis nullus eſſet modus, ſi paulo diligentius exquirerem. Horatius in terris reddendis, ut amœnus & proprius eſt, ita non niſi in loco id agit, reliquis non raro de induſtria in locorum depictionem digreſsis. Senecę difficultatem Gęographia peperit. Ouid. ut ubiq; uerborum ſententiarumq́; ubertate redundat, ſic ubi poſtulat ratio, adeo cõmodè, adeo eruditè locorũ meminit, ut nullo ſit inferior. Cęterum ut pauciſsima libemus, libro Meta. 14. Has ubi præterijt, & Parthenopeia dextra Mœnia deſeruit, læua dę parte canori Aeolidæ tumulum. Quem locum niſi Gæographicis membranis adhibeas, intelligere non poteris. Item lib. 8. & iam Iunonia læua parte Samos fuerat Delosq́; Parosq́; relictę. Dextra Lebinthos erat fœcũdaq́; melle Calydne. Et lib. 11. Dextera Sygæi, Rhœtei læua profundi, Ara panompheo uetus eſt ſacrata Tonanti. In quibus omnibus dextri & ſiniſtri reſpectus ex tabularum pictura, hoc eſt ipſo loci ſitu accipitur. Hęc ex latinis, nec his quidẽ omnibus. Quid Gręcos ſuſpicemur? quorum princeps Homerus lib. Iliados ſecundo, quanta locorum, quanta rerum copia refertus eſt? in illo pręſertim Græcorum ad Troiam nauigantium catalogo, in cæteris eadem locorum copia, ſicut Strabo teſtis eſt, in cuius toto opere tot inſignia ex Homeri poëmate tralata loca paſsim ſunt, & explicantur. Ex his per me hactenus adductis locis, quantam operam noſcendę terrę principes illi uates adhibuerint, patere poteſt. Ridiculi uero ſunt, qui imitando, ſimilia, aut eadem quæ illi retulerunt, deſcribi poſſe exiſtimant, quaſi Gæographiæ ſtudio in his noſcendis non ſit opus. Si ridere artificem ſolemus, qui nihil ſine icone, nihil ſine exẽplo ſuopte ingenio præſtare poteſt, cur illum non merito doctiores rideant, qui è riuo quàm fonte dulcem doctrinarum hauſtum facere mauult? deniq; qui id ſtudeat imitari, quod ignorat? cum ad imitandum tamen accuratiſsimo iudicio, & præcipuo eius, quod uelis imitari, intellectu ſit opus, nec planè ſtudioſis diſcendæ ex poëtis terræ locus eſt, raptim enim, & ut argumentorum ratio poſtulat, ſine ordine, tum & ſeorſum iam hæc, iam illa, quæ tamen haudquanquam abſq; Gæographię principijs intelligas, deſcribunt. Vt uero ad ea quæ ad religionem attinent noſtram, huius artis cum primis egentia, perueniamus, Deflenda mihi noſtrorum temporum, neſcio deſidiáne, an inſolentia magis laborantium, calamitas uidetur. Sequimur artes ingenuas, at eas ſequimur quæ præter uile famulitium in reliquarum doctrinarum conlegio nihil prorſus muneris habent. Et ſunt qui, ut Gellij uerbis utar, totam uitam in iſta futili ac puerili meditatione argutiarum, nihil ad uitam, neq; tuendam, neq; ordinandam promouente cõterunt, male nimirum feriati, atq; utinam non ſolo propè nomine, & pallio philoſophi, quodq́; Epictetus dicere ſolebat, ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν. Pręterea magna hodie ſtudioſorum, & cum primis ſcholaſticæ Theologiæ pars non alios magis artium peritos nominant, quàm qui Grammaticen, & quidẽ hanc quantulamcunq;: Logicen non omnem, ſed ſpinoſam illam, quę quiſquiliarum multum, frugis minimum retinet, Phyſicenq́; utcunq; proſequitur. Interim Arithmetice, ſine cuius peritia ne hominẽ quidem humanum eſſe Plato iudicauit: Rhetorica, quæ orationem condit flexanimam, ut Cicero ait: Aſtronomia, quę cœlos, & immunia naturę caducæ corpora ſolet ambire: Gęometria, unde omnis demõſtratę menſurationis origo eſt: Muſica, quę laborantium animorũ moleſtię uel unica ſuccurrit, in poſtremis apud illos ſubſellijs locum habent. Adeo proh dolor, ut ſi Muſicum aliquem dixeris, leuis & conuiualis (ita ipſi aiunt) nominetur, ſi reliquo quadruuio, ut uocant, doctum, hominem illi autument naturæ plus quàm Deo tribuentem, aut ſtellis inhęrentem magis, quàm his quę ad ſecurę rerum aliarum uitę frugem faciant. Vt lapſum uidelicet Paulum exiſtimemus, qui cap. ad Romanos

primo, ex

primò, ex creaturæ & operum Dei cognitione ad inuiſibilia Dei, ipſamq; æternam eius potentiam & diuinitatem peruidendam, conſcendi animo poſſe indicat. Eloquar an ſileam? Volũt illi cœlum, resq; cœleſtes ignorari, nolunt ut quicquam demonſtretur, & interim Academicis cõiecturis inuoluunt omnia. Quodq; ex profeſſo, nec Muſicã, nec Arithmeticã, nec Aſtronomiam planè Ariſtoteles (ut ipſi autumant) libris demandauerit, eas artes ut exoticas negligi ſine doctrinæ aut eruditionis diſpendio poſſe ſibi perſuadent. Idẽ in Geographiæ ſtudijs euenit, quæ illi ne hili quidem facientes, totam ſitus terræ rationem negligunt: credo, ne à cœleſtibus ſuſpenſi, terreſtribus immerſentur, ſi terrã ampliori ſcrutinio inquiſierint. Sed utinam non auro magis multi quàm terra delectarentur, nec illo à diuinis omnibus flexi, in terra magis theſaurizarent quàm in cœlo. Iam dixi homini ſacrarũ literarũ ſtudioſo ita Geographiam adiumento eſſe poſſe, ut ſine ea multa ignoret, plurima uero non niſi magno labore intelligere queat. Lucæ uerba ſunt (ut obiter aliquot exempla adducam) cap. Euangelij ſui ſecundo: Exijt decretum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis. &c. Illi, ut à non parũ eruditis audire ſoleo, deſcriptas omnes orbis uel magis terræ partes autumãt. Verũ ut illud omittam, quod neſciũt plerìq; omnes, eo in loco, quid deſcriptio ſit, aut quo fine Auguſtus orbem deſcribi uoluerit, quod authore Ambroſio diſcere poterãt, unicus mihi ex Geographia error annotandus eſt. Totum orbẽ exiſtimant deſcriptũ. At nec Aethiopiæ, nec Indiæ, nec Scythiæ planè Auguſtus ius habuit: addo Armenias, Sarmatiam, Germaniã, multa Galliæ, multa Hiſpaniæ, ut ea quæ in ulteriorem Arctoi oceani procurſum attinẽt, omittam. Quid igitur? non totũ orbem Auguſtus deſcribi iuſsit, ſed eũ qui ſibi ſubiugus, ſuæ ditionis frena ſuſtinuit. Qui quantus fuerit, aut quibus clauſus limitibus, hiſtoriarum mihi fides adperit. Hanc uero niſi ad Geographiæ certam demonſtrationem adhibeat quiſquam, caſſa erit cognitio. Atq;, ut de me loquar, non aliter credidi adoleſcens, quàm Romanos, & Auguſtũ ante alios orbe terrarũ fuiſſe potitos, nulli ex Floro, nulli ex Liuio, Dionyſio, Suetonio, ac fere cæteris, tanti imperij limites apparebant. Florus primus me ſeduxerat, qui in ſecundi belli Punici deſcriptione, uictam Carthaginẽ ſecutum fuiſſe terrarum orbem ait. Sed poſtquam illam habitatæ terræ uaſtitatem unica hiſtoriarũ lux Geographia mihi recluſit, cognoui quid Romani olim uiciſsẽt, quid inuaſiſſent partis uictorijs, quid retinuiſſent, quid alij ſui iuris libertate fuerint tutati. Et ratione habita, deprendi multo minus dimidio mũdi, hoc eſt terræ Romanis, eo etiãnum tempore quo florentiſsimũ eorũ imperium fuit, paruiſſe. I nunc, & totũ ex Auguſti edicto mundum deſcriptum fuiſſe tibi perſuadeto, ac nõ potius figurate dictum ab Apoſtolo puta quod dixit. Quid illa memorem, quæ de mari Tiberiadis, Galilææ, de alijs id genus, Euangelicæ traditiones referunt? Tranſeo ad Paulum, qui ad Romanos decimoquinto cap. à Hieruſalem ſe ait, & circumiacentibus terris uſq; ad Illyricũ euangelium Chriſti impleuiſſe. Quas terras intelligis? cũ inter Illyricum & Hieruſalem in meridem magis interſit mare noſtrum. At ſi dixero Syriam maritimã, Ciliciam, Pamphyliam, Aſiam, & in noſtris Macedoniã, Achaiam, Dalmatiã, uſq; in Illyricũ, Paulum intellexiſſe, æque ac prius quid referam ignoras. Picturã enim non uidiſti, ſitum terræ, & regionum, ut ſe ſequuntur, ſuisq; diſtant finibus, non obſeruaſti: et, ut uere dicam, Geographia irriſa contemptaq; nunquam didiciſti. Addo illud ex eiuſdem decimoſexto capite: Commendo autem uobis Phœben, quæ eſt miniſtra eccleſiæ Cenchreenſis. &c. Vbi Cenchreæ ſunt? Pomponius ſecundo libro, in eo inquit (Iſthmũ intelligens) eſt oppidum Cenchreæ, fanũ Neptuni. &c. Plinius quoq; quarto libro, ubi de Iſthmo: Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatus ſinus, Lecheæ hinc, id eſt ab litore Iſthmi occiduo, Cenchreæ illinc ab ortu ſcilicet anguſtiarum termini. Vbi Hermolaus ait Corinthios portus ſuos λέχαι dicere ſolere. Lecheæ enim Corintho magis uicinæ ſunt. Cenchreæ autem in ortu ſitæ in Saronico, ubi illa Paulo Ro. cõmendata Phœbe miniſtra fuit. Ptol. libro tertio de generibus indubie uocabulis, niſi uitiatus eſt codex, alterum Letheum, alterum Centrium nauale nominat, ſitum aũt indicat ex pictura tab. Europæ decima. Quin & ipſe Paulus aliubi ad Galatas quarto cap. ut eorum quæ refert apertior ſenſus eſſet, locũ ſcribens: Nam Agar, inquit, Sina mons eſt in Arabia, confinis eſt aũt ei quæ nunc uocatur Hieruſalem. Verum cum triplex Arabia ſit, dubium eſt ubi Sina ſit. Sed in Petrea eſſe ſupra Palæſtinã in meridiẽ Geographia indicat. Ptole. Melanẽ nominat, hodie eſt mons diuæ Caterinæ, memoria legis Moſi datæ inſignis, ut Raphaël ſcribit. Iam illi Actorum libri, qui uitæ apoſtolorum hiſtoriã continent, locorum mentione conferti, ſine magno terrarum cognitioni impenſo ſtudio, neutiquã intelliguntur. Sũt in promptu mihi loci, nec pauci, quos, niſi mihi ad alia accelerãti paulo maior, q̃ inſtitui, præfandi labor pareretur, perlibenter recenſerem. Verũ è mille huiuſmodi, libaſſe pauciſsima ſat ſit. Actuum ſecundo: Non'ne omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt? & quomodo nos audimus ſua quiſq; lingua qua nati ſumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & habitatores Meſopotamiæ, Iudæaq; & Cappadociæ, Ponti & Aſiæ, & Phrygiæ & Pamphyliæ, Aegypti & partium Libyæ, quæ eſt finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæiq;, & Proſelyti, Cretes & Arabes: audimus eos loquẽtes noſtris linguis magnalia Dei, etc. Nemo nõ geographus hũc locũ intelligit.

Item

Item cap. decimoquarto eiuſdem: Peragrataq́; Piſidia, uenerunt Pamphyliam, & cum locuti eſſent uerbum Pergæ, deſcenderunt in Attaliam, ut inde ſoluerent Antiochiam. &c. Et uiceſimoprimo cap. Ego ſum (dixit Paulus) Tarſenſis, Ciliciæ non obſcuræ ciuitatis ciuis. Vbi ſit Tharſus in Cilicia, Gęographorū eſt oſtendere, nam minime ſatis eſt, cuicunq; illud excutienti interpreti acquiſcere, niſi picturæ fide per terræ uaſtitatem ducaris. Idem de Damaſci intra Libanum & Antilibanum ſitu aſſero, cuius intellectum uiceſimiſecundi cap. hiſtoria deſiderat. Noctuinis uero ſunt oculis ad ſolem, qui illotis huius artis peritia manibus, & deſidē ad terræ opes ingenio ultimum ac penultimum eiuſdem hiſtoriæ caput legere audent. In his equidem non acta ſolum Apoſtolica, ſed regna, ſed maria, oppida, inſulæ, tum & ea quæ ad hiſtoriam, & quæ ad Phyſicam attinent (ut ille eſt de Caſtore & Polluce locus) litera quidem ſimplici, at uero ſenſu haudquaquam facili, nec niſi peritioribus obuio. Poſtremò Theologis noſtris hiſtoriæ ſunt de ſanctis paſsim & beatis, quas barbaro nomine Legendas appellant, in quibus cum ſint multa nec apte admodum, nec hiſtoricè relata, ſunt tamen præcipue obſcura, quæ regna, urbes, oppida, terras, utcunq; legenti offerunt. Eſtq́; in primis is anceps in Bartholomæi hiſtoria locus: Indiæ tres ab hiſtoriographis aſſeruntur. Prima eſt India, quæ ad Aethiopiam mittit. Secunda, quæ ad Medos. Tertia, quæ finem facit. Nam ex uno latere tenebrarum regionem gerit, ex alio latere mare Oceanum. Quò in loco, quid per tenebrarum regionem (ut alia taceam) intelligendum ſit, quæritur. Eſt & apud diuum Hieronymum illuſtrium in religione & fide noſtra uirorū Catalogus, cui niſi illam difficilium itinerum ducem Gæographiam adhibeas, nunquam iuxta melam, ut aiunt, intelliges. Tranſeo quod ſcholaſticis ſacrarum literarum interpretibus in libro Sententiarum ſecundo, diſtinc. decimaſeptima, ubi de Paradiſi ſitu, & commoda ſub æquinoctiali habitatione, ingens inter eos certamen eſt, multa haudquaquā ſatis excuſſa, ob Coſmographię ignorantiam, in medium afferuntur, de quibus alio in loco nobis percenſendi occaſio fortaſſe dabitur. Nunc Gæographię pro uirili oſtenſa commoditate, ad reliqua inſtituti laboris pergemus.

QVOMODO PRO SITV TERRAE, MARIS, *inſularum apprehendendo, picturæ ratione obſeruata, bene ordiamur.*

SI locorum deſcriptioni ex Plinio, Strabone, Mela, cæteris, picturā tabularum diligēti ſcrutinio habito adplicuerimus, nihil Gæographia facilius amœniusq́; eſt. Sin ſeorſum, & neglecta picturę obſeruatione, curſim quæq;, ut ſcripta ſunt, ſtrinxerimus, nihil omnium difficilius Gæographia, nec aliud propè ſtudium, quod cogitātis aciē magis obruat, uarietate & numero memoriā eludat. Teſtis mihi eſt perpetuū in hac arte multis menſibus, ac uere dixerim, annis ſtudium. Quamobrem ipſa multis remota ſeculis uetuſtas, uidens locorū ſerie terraq́; forma, quę oculis exhiberetur, ad ueram rerum experientia deprehenſarum cognitionem opus eſſe, tabulis uſa eſt, ſuis etiam parallelis utcunq; diſtinctis, ut libro tertio ſatis indicat Strabo. Sunt porrò & apud alios eiuſdē rei teſtimonia. Plutarchus in uita Theſei, interprete Lapo: Quemadmodum, inquit, in orbis terrę ſitu deſcribendo hiſtorici ſolent, ut ad quæ ipſi cognitione aſpirare non poſſunt, extremis tabularum partibus ſupprimentes, quibuſdam adijciunt locos eſſe uaſtos, arenoſos, & cœlo terraq́; penuriam aquarum, aut limum inſuperabilem, aut montem ſtiticum, aut aſtrictum frigore Pontum. &c. Vbi oſtendit priſcos, qui in locorum ſitu explorando fuiſſent occupati, tabularum picturis, quatenus per experientiam licuiſſet, omnia explicuiſſe. Herodotus uetuſtiſsimæ hiſtoriæ ſcriptor, ait in Terpſichore, Ariſtagoram tyrannum Mileſium ad Cleomenem Spartanorū regem aliquando ueniſſe, allata tabella quadam ærea, in qua totius terræ ambitus erat inciſus, cunctumq́; mare, atq; omnia flumina. Apud Propertium libro quarto, ad maritum ſuum Lycotam ſic ſcribit Arethuſa: Et diſco qua parte fluat uincendus Araxes, Quot ſine aqua Parthus millia currat equus. Cogor & è tabula pictos ediſcere mundos, Qualis & hæc docti ſit poſitura Dei, Quæ tellus ſit lenta gelu, quæ putris ab æſtu, Ventus in Italiam qui bene uela gerat. Ouidius quoque percallens ad locorum cognitionem pictura opus eſſe, hæc ad Vlyſſem Penelope uerba tribuit: Iamq́; aliquis poſita monſtrat fera prælia menſa, Pingit & exiguo Pergama tota mero. E uetuſtiſsimis autem poſt Homeri tempora, Anaximandrum Thaletis familiarem & conciuem de ſitu orbis deſcriptam edidiſſe tabulam, Hecateum autem Mileſium codicem eius rei reliquiſſe, Strabo ſcribit libro primo. Neceſſe igitur mihi uidetur, ut is, qui fidelia non Geographiæ modo, ſed & Coſmographiæ fundamenta iacturus eſt, à pictura ordiatur, & ea maxime quę terræ mariſq́; attinentem effigiem continet. Licet me non prętereat, tenuem eſſe terræ notitiam, ſi cœli ratio huic non reſpondeat. Quod ad Eratoſthenem ſcribens Hiparchus ſatis teſtatus eſt, quando terrenæ deſcriptionis notitiam capeſſere ſit impoſsibile abſque rerum cœleſtiū & eclypſium ante alia obſeruatione, ſicut Alexandria Aegypti deprendi nequit (ut ex eodem Strabo refert) utrum magis quàm Babylonia in Septentrionem, quàm in Auſtrum ſit expoſita, nec quanta

illarum

illarum diſtãtia ſit,ſine Climatum obſeruatione dinoſcitur:Simili modo urbes ad orientem, & ad occaſum magis minusq; accedentes,nullum ſane exacte cognoſcere, niſi per eclipticas ſolis & lunæ comparationes: Tamen quia prius terræ noſcendæ mortales incubuerũt,et hinc tanquam ad altiora profecti,cœli dimenſones,terræ,ut erant,applicuerunt,recte agit qui terram prius,cœlum uero loco ſecundo inueſtigat, hoc enim modo & memoria fit firmior, & celerior cogitatio,& omnium parallelorum,qui aut latitudinem diſcernũt, aut longitudinem indicant,quos illi locos ambiant,& quatenus attingant,intellectus certior exiſtit. Primo igitur,cũ terræ uiſendæ deſyderio animus rapitur, in generalis deſcriptionis tabulam introeat: nam niſi ex cohærente partiũ orbis pictura uiderit quiſpiã quomodo ſingulę regiones coẽãt, quibusq; finibus diſcretæ pandãtur,maris fluxu,introituq;, & litorũ intra extraq; forma obſeruata,nunquã ille partim aut hanc aut illã ſeorſum regionẽ inſpiciendo proficiet.Inde illud eſt, quod multi, dum totũ extantis terræ corpus non apprehendũt,ne partes quidẽ eius, quæ apud Ptolemæũ ſingulæ in ſingulas tabulas redactæ ſunt,recte unquam accipiũt. Multum aũt iudicio meo refert, qua picturę ad proſpectũ applicatione utatur,qui loca terræ demõſtraturus eſt,aut ipſe recto ordine inſpecturus:nam tabularum generalium,quas Mappas uocãt, effigies & formula,Coſmographica ratione,& eo, quo ſolet Ptolemęus, modo fere deſcribitur:ut uidelicet proportione quadam parallelorum ab æquinoctiali, & meridianorum à polis ductorũ inter ſe diſtantia,terram illam quę in arcton latitudine excurrit, ita faſtigiẽt,ut inſpicienti ſurſum uerſus eleuetur,parte altera meridiana deorſum uergẽte, quod quidem alio modo fieri nequit,maxime ſi cœli rationẽ huiuſmodi terrę ſuperficiei adhibuerimus. Porrò & hæc eius rei cauſa fuerit.Quod terra latiſsime citra ęquatorem in ſeptentrionem patẽs nuſquam habitatur frequentius,& Ptolemęi etiam ętate quę in meridiem abeunt,nõ admodum comperta explorataq; fuerunt.In illo uero terræ cognoſcẽdę ſtudio, quod ſupra Geographię proprie intellectæ tribui,cum pręter mediatoris & Tropicorum cognitionẽ,alia interim non ſit opus,tabulam inuerti,modoq; contrario aſpici fortaſſe non erit inutile,hisq; in primis qui hęc ſtudia à rudimentis ordiũtur:nec facile dixerim,quã parua in his neglecta noceant,obſeruata iuuent.Ego ſtudioſis adoleſcentibus, & prouectę ætatis uiris inſignes Geographiæ ſcriptores aliquando interpretatus,utroq; modo demonſtrandi ſum uſus.Verũ in illo ſuperiori hęſerunt plerunq; ex ſola aſpiciendi ratione,non parum eruditi:cum, tanquam ad meridiem ſtantes,proxima ſibi eſſe Africę extrema,& ipſum Indicum oceanum iudicarent,longe aut in Arcton abeũtem Europam ſuam, in qua eſſent, proſpicerent,à qua ſolicitudine prope nulla, tabulę eos inuerſio liberauit,quũ in Europa ſtare ſibi,& ex eo loco in quo eſſent,ingentes terrę partes,ipſaq; maria,ut in meridiem, ortum, occaſum, ex Europa eo modo, quo iacent,ſpectari poſſent,contueri uidebãtur.Et me hercle,fieri nequit,ut in meridiem proſpiciens, ortũ, occaſum,& omnia in meridiẽ uergentia,quiſpiã ex Europa,eo tabulę ſitu,quo eã Ptolemęus locat,hoc eſt,polo nocteo eleuato,conſpicuoq;,ſe proſpicere,uel imaginari poſsit.Cum ergo minimũ ſit,quod ab Europa in ſeptentrionẽ,preſertim in Germania ſitis,reſtat, ſi ea introſpexeris, quę minori latitudine parallelorũ in ortũ,occaſum,& Auſtrũ excurrunt.In hanc ſententiam ita uel pedibus eo,ut modum ex inuerſa tabula demonſtrandi non ſolum nõ damnem, ſed & uehementer probem.Ordinata igitur ad idoneũ aſpectũ tabula,obſeruandi ſunt communes cardines,ortus ſcilicet,occaſus,meridies,& ſeptentrio:mox demonſtrandum,quomodo terræ habitatę extrema in eos pandantur. quod quidem cõmode fieri poterit, ſi prius tres potiſsimas terrę partes curſim oſtendamus. Inde Aſiæ litora indicabimus, quomodo à Nilo per ſinũ Arabicũ,Perſicum,Gangericũ,Magnũ,uſq; ad flexuram,quę in ortũ uergit, in meridiem excurrant, inq; mare, quod Indicũ à longiſsimo tractu litoris Indię nomen habeat,hinc Eoa litora,& mare Eoum:tum & illa quę in ſeptentrionem uerſa aduſq; Ryphęos excurrũt,et ſinũ admittunt Caſpiũ. Inde Tanais mõſtrandus, ut oritur,ut in paludẽ Męotim defluit,qui Aſiam ab Europa illic ſeiungit:E regione uero Nilus,qui ab Africa eandẽ diſcernit.Hinc Mediterranei maris ortus,excurſus,& quę paſsim litora abluat, fideli demõſtratione picturę indicetur.Tunc referendũ,totũ hoc quod trans Nilũ & Mediterraneũ in occaſum & meridiem panditur,Africę nomen habere,quę à ſeptentrione interfluo mari ab Europa diſcernatur,ab occaſu Oceanũ habeat Atlanticum nominatũ,à meridie Auſtrinũ,ſiue Aethiopicũ: orientalem aũt orã partim Oceano,partim Nili defluxu terminari.Nec incõmodum fuerit inibi narrare,ea quæ in meridiem hodie explorata habeamus, recentiorũ induſtria obſeruata eſſe: Ptolemęum aũt pleraq; illic latuiſſe, quemadmodũ & in Eoa Indię parte multa hodie deprenſa, quę uetuſtiores latuerũt. Poſtremo Europam referemus,ut cęteris omnifariã mortalium frequentia magis inſignem,ita multo minorẽ,eam uerò ab ortu,dicto Tanai,Męotide, Euxino, à meridie, Propontide,Aegęo,Ionio, & in ſumma, noſtro mari ablui: ad occaſum Oceanum Atlanticũ eximię Hiſpanię litora lambentem,à Septentrione eundẽ Oceanũ uerũ alĳs,alĳsq; nominibus terminũ habere.Hinc inſigniũ montiũ mentio fieri poterit,ceu in Africa Atlãtis, in Aſia Tauri,in Europa Pyrenęi,& Alpiũ:quatenusq;, & qua facie terras dirimant oſtendendum. Poſtremò per membra harũ partiũ potiſsimas regiones, quiq; in ipſis maximi amnes,

quicꝫ crediti termini, quæ potiſsimæ ciuitates ſint, paulo diligentius referendũ eſt. Vt in Eu
ropa,ſi (gratia exempli)ab Hiſpania orſus,eam ab Gallijs, Pyrenæis montib. ſeiũgi indicem,
ipſam autem Hiſpaniam in citeriorem & ulteriorem partiri. Citeriorem Pyrenæis proximã,
& à Septentrione in occaſum uſcꝫ procurrere,in ea Iberum maximum amnẽ eſſe. Vlteriorem
prouincias habere,Bethicam,quæ in anguſtias freti,ad quod herculis ſunt columnæ, uergat,
ibícꝫ de columnis quicquam referendum. Nec oberit,aliquando aut fabellam,aut hiſtoriam,
quę conſona loco ſit,ad oblectationem,animoſcꝫ horũ,qui proſpiciunt alliciendos enarrare:
dictu enim difficile eſt,quàm exacte illa omnia ad picturam collata intelligantur. Hinc dicam
Bethim in ea maximum fluuiũ,eumćꝫ ut pictus eſt bacillo indicabo:Luſitaniam alteram eſſe
prouinciã,quę à Bethica, Ana fluuio ſeiungatur:amnẽ in ea eſſe Tagum,poëtis maxime cele-
brem:& Vlisbonẽ ciuitatem,quę hodie Liſbona dicatur,regis Portugallię ſedem,&c. Quod
de Hiſpania refero,in alijs omnibus per Europam regionib. faciendum eſt. Nec interim negli
genda maria,ut & ipſorum tantilla ſaltem notitia habeatur. Quod ſi eius rei ſtudioſo præce-
ptor defuerit,mutis (ut aiunt) magiſtris utendum eſt,& inſigni ſemper ad manum habita pi-
ctura,priuata diligentia omnia exquirenda:quanquã in hoc magnus labor,ſicut in alijs quo-
que inſignib. doctrinis,quæ ſine pręceptore diſcũtur,tum & tẽpus diſpar: quid enim capitur
citius ꝙ cuius pręuium monſtratorem habemus? Optimũ uero eſt,cum illuc peruentum fue
rit,ut per partes terra demonſtretur,præceptorem uel optimum,negociũ haudquaquã acce-
lerare:ne aut multitudine traditionis diuerſæ picturæ animus addiſcẽtis obruatur,aut(quod
ſępe fit)rudimentis raptim,& negligentius,quàm oportebat,propoſitis,reliqua,quorũ ma-
ior labor eſt,male ſubnixa dilabãtur. Proderit ergo hora una Hiſpaniam,modo quo dixi,uel,
ſi lubet,paulo exactius demonſtrari:ſubinde uero illis,qui uiderint, tempus paulo iuſtius da
ri,quo ad picturam aſtantes,attentiſsimis oculis omnia illa diſpiciant:iamćꝫ longius, iã pro-
pius intuentes picturã ita hauriant,ut cũ abierint, ea ipſa ſenſib. inhibita,eadem cogitatione
proſequi ualeãt. In hoc,ut expertus ſum,uerus profectus eſt. Pręterea plurimos ſimul erudiri
nolim,nil enim exacte ſatis niſi magno labore multitudini demonſtratur. Satius eſt igitur cer
to numero tanquã in claſſes diuiſis diuerſas horas deſtinare,ꝙ ſimul omnes admittere. Vbi
uero totã terram hac diligentia quis emenſus eſt, ut qui didicerunt, maris ut extra intraćꝫ eſt,
& potiorũ regionum ſitum,procurſum, & trium illarum partiũ ad ſe inuicẽ proportionem,
quãćꝫ effigiem quęlibet ſeorſum pręſentet,edidiciſſe plane,& memoria tenere uideantur: re-
ferre poteſt diligens magiſter,uetuſtos, cũ per longam experientiã terrę amplitudinẽ in treis
partes diuiſiſſent,in cõmunib. terminis nõ cõueniſſe:aliquos enim Mediterraneo amnib. Ni-
lo ac Tanai limites ſignaſſe:pleroſcꝫ terra potius intermedia feciſſe partiũ terminos, pręterea
duas tantũ partes multos feciſſe,nec eas quidẽ pari modo. De limitib. à terra ſumptis Diony-
ſius ſatis explicat in Periegeſi,ſiue Rufum,ſeu Palęmonẽ quis legit:meminit & Strabo. Quæ
uero ad partiũ numerũ attinent,ut mihi in pręſentia ſuccurrunt, hæc ſunt. In diuiſione orbis
(inquit in Iugurthino Salluſtius) plericꝫ in tertia parte Africã poſuerunt, pauci tantũmodo
Aſiã & Europam eſſe,ſed Africã in Europa. Quam ſententiã ſecutus Lucanus,lib.9.ſic ſcribit:
Tertia pars rerũ Libye,ſi credere famę Cũcta uelis:at ſi uentos, cœlumćꝫ ſequaris,Par erit Eu
ropę,nec enim plus litora Nili,Quàm Scythicus Tanais primis à Gadibus abſunt. Vnde Eu-
ropa fugit Libyen,& littora flexu Oceano fecere locũ,ſed maior in unã Orbis abit Aſiã: nam
cũ cõmuniter iſtę Effundant Zephyrũ,Borę latus illa ſiniſtrũ. Cõtingens, dextrũćꝫ Noti de-
ſcendit in ortus,Eurũ ſola tenens &c. quẽ locum nemo prorſus Geographię ignarus,utcuncꝫ
uel ſexcentos interpretes legat, ſine picturę fide intelligere poteſt. Idem Oroſius cap. 2. lib. 1.
aliquib. placuiſſe refert. Plin. 3. lib. cap. 1. ſcribit Europã pleroſcꝫ merito non tertiã portionem
feciſſe,uerũ ęqua,in duas partes ab amne Tanai ad fretũ Gaditanũ uniuerſo orbe diuiſo. Quo
in loco indicat Africã multorũ ſententia ad Aſiã reiectam fuiſſe,& duas tm̃ terrę partes,uerum
alio ꝙ Salluſtio et Lucano uiſum eſt,modo ſtatuiſſe. In hãc ſententiã Silius li. 1. ſic ſcribit: Aeſti
uo Libye torquetur ſubdita cãcro, Aut ingẽs Aſię latus, aut pars tertia terris. Sed receptiſsi-
ma illa eſt orbis in tres partes magnis authorib. deſcriptio, de qua illa Plinij à principio 3. lib.
uerba ſunt: Terrarũ uniuerſus orbis in tres partes diuiditur,Europã,Aſiã,& Africã:origo ab
occaſu ſolis & Gaditano freto,qua irrũpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffundi
tur,hinc intrãti dextra Africa eſt,lęua Europa. Inter has Aſia eſt,termini amnes Tanais & Ni-
lus. Cũ hęc explicata ſunt,oſtẽdẽdus circulus eſt ęquinoctialis, deinde utrincꝫ pari interuallo
diſtãtes tropici,ab illis aũt in utrũcꝫ polũ inclinãtes hinc arcticus,illinc antarcticus. Vt ex hu
iuſmodi dimẽſione cõmõſtrari poſsit,q̃ inter tropicos terrę pateãt,q̃ uetuſtis ob æſtũ inhabi-
tabiles creditę ſint,q̃ ſempiterno frigore gelidę ad polos decũbant,q̃uo intermedię terrę tẽpe-
ratę & habitabiles ſint,id q̊d ſatis ex Zonarũ deſcriptione,q̃ paſsim eſt uulgatiſsima,intellige
tur. Proinde nollẽ ita noſcẽdę terrę ſtudioſũ,& ingenui animi hominẽ operã impendere,ut nõ
interim rudimẽtis aſtronomię uacaret,multũ em̃ illius cũ hoc,ut dixi,cõmertiũ eſt. Curãdum
igitur,ut ex libello de Sphęra Iani de Sacroboſco cœli ſuperficies,& generaliũ circulorũ ratio,
ſi nõ pari ſtudio,ſaltẽ ſubciſiuis horis,attẽta diligẽtia cognoſcatur,ex horũ etem̃ coitu ſpacio-
rum

rũ terræ cœliq́; abſoluta noticia prouenit. Cũ illa ſtudioſis eo quo mihi uiſum eſt modo (quanquã neminẽ noſtra ſentẽtia coactũ uelim) propoſita ſunt, tum primũ locus eſt, ut in intima & penitiſsima queq; regionũ, ut ſibi cohæret, ingrediamur. quod fit, cũ ſcriptore interpretandũ ſuſcipimus, & pro uirili ſingula ꝑ ſingulos tractus annotata loca in pictura, uel uera omnino, uel uerisſimili, ut ſita ſunt, indicamus. Monitum uero uelim ſtudioſum adoleſcentem, ne, ſi locum à ſcriptore notatũ ipſe in pictura non cõſequitur, angi ſe, ut ſcrupulo ſinat, quis enim omnia à uetuſtis recentibusq́; poſita loca unam in tabellã cõgerat? Satis igitur ſuperq́; ſatis eſt, ſi, dũ regionis ſitũ nouit, ad unũ illuſtrẽ locum, quẽ aut Ptolemæi, aut aliorũ tabulis deprehendit, reliqua quę inſerta in pictura non ſunt, prouida conieċtura ad eius loci cõparationem, ubi ſita ſint, animo ſtatuit. Hoc enim modo, ut mihi uidetur, intra certę cogitationis limites animus ſiſtet, & in labore, quem Plinius infinitum nominat, magno ſibi ad omnium locorum certitudinem remedio conſulet.

QVO TEMPORE MELAM FLORVISSE VEriſimile ſit, & quæ eius patria.

Pomponium Melã Hiſpanũ fuiſſe ex Mellaria Bethicæ oppido è libro eius ſecundo notũ eſt, ubi hęc uerba ſunt: In eoq́; Cartheia, ut quidã putant, aliquando Tarteſſos, & quàm tranſuecti ex Africa Phœnices habitant, atq; unde nos ſumus, cingente freto, Mellaria. Melam autem cognominatũ uel à familia, uel quacunq; ratione alia, magis q̃ à patria crediderim, quanq̃ ſint qui cõtrariũ ſentientes, Mellã propterea l. litera geminata ſcribãt & pronuncient, qui pręter hoc, quod doctiſsimorũ uſu, & uetuſtorũ exemplariũ fide redarguuntur, rationem Grammaticã haud ſatis cuſtodiunt. Nã à patria Mellarius potius dicẽdus erat, ut huiuſmodi dictionis origo poſtulat. Porrò eruditorum authoritas eos, ut cum alijs ſentirent, multo magis admonere debuit. Quanquã me non præterit Annæi Mellę ex Hiſpania oriundi in decimoquinto anguſtalis hiſtoriæ Corn. Taciti mentionem factã. qui locus credo illos animauit, ut l. literam in Melę nomine geminam fecerint. Miror tamẽ putare eos poſſe, eundem ab Hermolao non uiſum, qui nuſquam Mellã, ſed ubiq́; Melàm agnoſcit. Sed de hoc contendere aliorũ eſt. Multi qui à uero nõ abeſſe uidentur, Dictatoris eum Cęſaris tẽporibus floruiſſe, & illud de ſitu orbis opus ædidiſſe, coniectura colligũt nõ obſcura ex uerbis ſuis, quæ libro tertio in Britanniæ deſcriptione ferè ſic leguntur: Britannia qualis ſit, qualesq́; progeneret, mox certiora, & magis explorata dicentur. quippe tamdiu clauſam aperit ecce principũ maximus, nec indomitarũ modo ante ſe, uerum ignotarũ quoq; gentiũ uictor, qui propriarũ rerum fidẽ, ut bello affectauit, ita triũpho declaraturus portat. &c. Ab his tamen ego pariter ut ab illis diſſentio, quod me nõ iactationis cuiuſpiam, ſed ueritatis ſtudio facere ſtudioſi ſibi uelim perſuadeãt. Suetonius in Cęſare author eſt, ante Dictatorem Britanniã pop. Rom. ignotã, aut ignotos (ut ſuis uerbis utar) Britannos fuiſſe, id quod & ipſe Cæſar de ſe Cõmentario quarto belli Gallici ſcriptũ reliquit, in hæc uerba, Cæſar magno ſibi uſui forè arbitratus, ſi Britanniam adiſſet, & genus hominũ perſpexiſſet, loca, portus, aditus, cognouiſſet, quæ ferè Gallis erant incognita, neq; enim temere præter orã maritimam, atq; eas regiones, quę ſunt cõtra Gallias, nota ſunt. &c. Quod ſi Gallis ignota Britannia, quanto magis tum Romanis fuit? ut Suetonius uoluit. Quid ergo ante Cæſaris aduentũ ex Gallijs certi Pomponius habuit, quod literis demandaſſet? Verum ſi ad Cæſarem referas, ſcripſiſſe hæc Pomponium ante Cęſaris reditum ſua uerba indicant. Porrò quorſum illa pertinent, quod Mela ait, Mox certiora & magis explorata dicentur? Nimirum ad alius principis ante ſe tempora reſpiciens, magis comperta, quàm ante fuerant, per principem ſuum allatum iri ſibi perſuaſit. Nam & Cornelius Tacitus in Agricolę uita Cęſarem Dict. qui hoſtẽ terruit, & litoribus potius eſt, uideri eam oſtendiſſe magis poſteris, quàm tradidiſſe ait. Ad cuius ſententiã & illa Melæ uerba accedunt. Cęterũ, ut adhuc habuimus, inter ſeptentrionẽ & occidentem profecta. &c. ut adhuc habuimus, id eſt, ut è rerũ à Dictatore geſtarũ hiſtoria deprehẽſum eſt, ita enim intelligo. Verum ne hoc nos moretur, illud apud me pluris æſtimatur, quòd libro primo Solos Ciliciæ oppidũ, Pompeiopolim dictũ ait, poſtquam Põpeius idipſum piratis è mari pulſis, habitandum tradidit. Quo in loco, longe antea q̃ hæc ſcriberet, hoc factum eſſe ſatis teſtatus eſt, quod recenter locis impoſita nomina tardius in tantum uſum abeunt, q̃ inſinuari cæteris, quæ nota ſunt, uſuq́; protrita, facile poſsint. Quid, quod libro tertio in litoris Hiſpanici ad Septentrionem uergentis deſcriptione, iuxta Aſtures tres aras, quę Seſtianæ uocẽtur, in peninſula ſedere, & Auguſti nomine ſacras eſſe, ſcriptũ reliquit? Nemo ergo dubitet poſt Auguſti tempora Melam ſcripſiſſe, Nam de Seſtianis aris Auguſto in hoc litore ſacris Plinius quoq; cap. uigeſimo quarti lib. meminit. Addo quod Cornelij Nepotis lib. 3. ubi de Scythico litore, & ubi de Africę interioris locis mentionem facit, tanquam recentis ſcriptoris meminit. Sunt eius libro tertio uerba hęc: Cornelius Nepos, ut recẽtior authoritate, ſic certior. &c. Nepotem aũt Ciceronis familiarem, in Auguſti tempora iuſta uitę parte incidiſſe, ea quæ ipſe de Pomponij Attici uita ſcripſit, indicant. Quid igitur? Melam aſſero, nõ Dictatoris, non

Auguſti,non Tyberij,non Caligulæ,ſed Claudij Imperatoris temporibus, hoc quicquid eſt
operis edidiſſed,iꝗ q̊d Dictatori tribuũt alij,id ego in Britãniȩ deſcriptione Claudio tribuo,
Suetonij, Taciti,& Euſebij haudquaꝗ aſpernabili autoritatȩ mot9. Suetonij in Claudio uer-
ba hȩc ſunt:Britanniã potiſsimum elegit,neꝗ tentatam ulli poſt diuũ Iuliũ. & infra: Quare à
Maſsilia Geſſoriacũ uſꝗ pedeſtri itinere cõfecto,inde tranſmiſit,ac ſine ullo prȩlio, aut ſangui
ne,intra paucíſsimos dies parte inſulæ in deditionẽ recepta, ſexto ꝗ profectus erat menſe Ro
mam rediјt,triũphauitꝗ maximo apparatu. Ad Suetonij ſententiã hȩc Melȩ uerba accedunt:
Quippe tã diu clauſam apperit ecce principũ Maximus. nec indomitarũ modo ante ſe, uerũ
ignotarũ quoꝗ gentiũ uictor, ꝓpriarum rerum fidẽ ut bello affectauit,ita triũpho declaratu-
rus portat.&c. Quod maximum principẽ Claudiũ dixit,nihil mirũ,nec ſtatim id ad Cæſ. Di-
ctatorẽ retorſeris,nam nemo nõ principẽ ſuum maximũ nominat. Quod indomitarum ante
ſe gentiũ uictorẽ ait,ex reb. geſtis fidẽ habet: nam Orchades inſulas,q̃ poſt Britanniã ſunt,Ro
mano imperio Claudiũ adieciſſe,in Chronicis Euſebius teſtatur. Tum illud q̊d ait: triumpho
declaratur9 portat, Cȩſ. Dictatori nõ cõnenit,quinquies ꝗdẽ triumphauit Cȩſar, at de Britan
nia,ut Suetonius teſtis eſt,minime. Cur enim triumpharet,q̃ nõ uicit? Oſtẽdit uero magis po
ſteris Britanniam,ꝗ tradidit. Addo his Strabonis lib.4. hæc uerba: Diuum Cȩſarẽ bis in Bri
tanniam tranſiſſe cõſtat, unde re nulla quidẽ magnificè geſta, eueſtigio reuenit, nec lõgius in-
trogreſſus inſulam, cum inter Barbaros in Gallia, militesꝗ ſuos ortȩ ſeditiones eſſent. &c. At
Claudiũ de Britannis triũphaſſe,prȩter Sueto. Euſeb. ſcribit,ubi Britannia maxime nota eſſe
cœpit. Et lib.15. Tacitus finem belli à Claudio in Britannis cœpti deſcribens: Vnde,inquit fa-
ma eius inſulȩ euecta,& proximas prouincias peruagata,per Italiam quoꝗ celebrabatur,aue
bantꝗ uiſere quis ille per tot annos opes noſtras ſpreuiſſet.&c. Caractum autem intelligit ui
ctum,& in Claudij triumpho,quẽ iam dicto loco deſcribit Tacitus,Romȩ ductum. Ideoꝗ illi
Principi,authore etiam Seneca,templum propter apertam rurſus inſulam prope Camulodu
num erectum eſt. Inde illud Melȩ eſt: Mox certiora magis & explorata dicentur. Indubium ue
ro eſt Plinio priorem fuiſſe Melam, cum eum non citarit modo, ſed & pleruncꝗ uerba eius in
ſua tranſtulerit. Scribit Tacitus (ne quid dignum ſcitu prætercam) Britanniæ ſitum inter ue
teres Liuium,qui facta Cæſ. Dictatoris ſecutus eſt,recentiores autem (ad ſua refereras tempo
ra) Fabium Ruſticum, eloquẽtiſsimos authores,deſcripſiſſe. Melam ego medium ſtatuo,ſiue
malumus,primum,ex quo & Liuius & Ruſticus, in illa ſua ingenij fœtura cladem paſsi ſunt.
Verum curſim hæc,& eo animo,ut ſi quis euidentiora adduxerit,libens ſuis ſim ceſſurus.

QVEM ORDINEM IN SINGVLIS LIBRIS *Mela ſeruauerit.*

POſtquam pelagus nauibus ingreſſum eſt audax hominum genus,maritima loca,
frequentiora, & exculta magis facta ſunt, niſi ubi aut frigus, aut calor infeſtat,his
enim multa loca deſerta fiũt. Cȩterũ maximas & potẽtiſsimas urbes, penes quas
magna rerum imperia & hodie ſunt,& olim fuerunt,maritimas eſſe,aut à mari pa
rum abeſſe uidemus. Eam ob rem Põponio cum in animo eſſet loca ſtringere ma-
gis inſignia (multa enim aliјs memorata prȩteriјt) à maritimis ordiri,& ut litora procurrunt,
ita ſequi ea calamo libuit: Oram mediterranei duobus libris,utpote frequentiorẽ,& notã ma
gis, lociſꝗ memoratu minime indignis, proſequutus: Tertiũ librũ toti illi,q̊d terrã ab extra
terminat,litori tribuit: Mira breuitate,& pleno ingenij ordine per omnia uſus. In lib.1. poſt
terrȩ partitionẽ,& partiũ ſummariã deſcriptionẽ,à Mauritania orditur,ultima maritimȩ Afri
cȩ in occaſum,& fretũ Gaditanũ regione, Inde in ortũ Aſiã uerſus egreſſus,Numidiã,Africam
minorẽ,tractũ Cyrenaicum,Aegyptũ,Palæſtinã,Phœniciam,Ciliciam, Pamphyliam,Lyciã,
Cariam,Ioniam,Aeoliam, Phrygiam,Bithyniam, Cappadociã, illaꝗ litora,q̃ à Trapezunte
iuxta Colchidẽ in Cimeriũ Boſphorũ excurrunt,tum oram mȩoticã, & Tanais decurſum ad
Ryphȩos uſꝗ montes,ubi Aſia finit,proſequitur. Secũdo lib. inde digreſſus ripam Tanais,
& oram Mȩoticã Europȩ,perꝗ illas, Scythas Europeos deſcribit, inde à Taurica Cherroneſo
Euxini litus ad Bizantiũ uſꝗ proſequitur,hinc Thraciã,Macedoniã,Theſſaliam, Helladẽ, Pe
loponneſum,Acarnaniam,Aetoliã,Epirũ reliquam, tum à faucib. Adriatici iterum Macedo
niæ,hinc Dalmatiȩ,& Illyridis oram,uſꝗ Tergeſtũ,hinc Italiȩ gemina litora, poſt Narbonen
ſem,inde Hiſpaniȩ litus ad fretũ uſꝗ, unde cœperat, deſcribit. Inde ad Tanais oſtia reuerſus,
memoratas in uniuerſo mediterraneo inſulas,ut ſitæ ſunt,enumerat. Tertio lib. noſtrũ mare
egreſſus,oram Hiſpaniȩ occiduam,hinc ſeptentrionalẽ,ut Oceano abluitur,ita ſequitur: hinc
Galliarũ ad Oceanũ,Germaniȩ,Sarmatiȩꝗ tractũ in Scythica uſꝗ litora,& Caſpij terras ingre
dietis fauces deſcribẽs,gẽtib. aliq̊t enumeratis,ꝑ Eoa litora Indiȩ ad Gangis oſtia uertitur. E-
iuſꝗ percẽſo maritimo tractu per Carmaniã,Perſas,Arabas,ut orã habitãt,in interiora Afri-
cȩ loca cõtendit. Vt ꝓpè omnibus,ut nota eſſe poterãt,deſcriptis,in occidentalẽ Libyȩ oram
uerſus Aethiopas Heſperios,ſicut ſiti ſunt in litoris decurſu,enumerat: mox in Mauritaniȩ fi
nem & promontoriũ Ampeluſiã,unde primo cœperat,terminãs,inſularũ celebriũ Oceani,ut
toto ambitu ſitæ ſunt,deſcriptione adiecta.

FINIS.

CONRADVS GREBELIVS TIGVRINVS

Heluetius, uere candido lectori.

IN tibi candide lector ſic Vadiani opera renatum Pomponium, ut multis locis auctior, nō paucis terſior, infinitis caſtigatior, atq; ut uno omnia faſce cōplectar, undecūq; conſummatior, in ora tum ſtudioſorū, tum eruditorū ſe iuferat. Priori quidem ęditioni, ſi non rumperis liuore, admirationem: poſteriori multis nominibus, niſi ſis ipſum Gallicum ſupercilium, & Gallica inuidia, uenerationē debebis. Debebis autem, ſi parentis naturæ mirificam maieſtatem intus cognoſcere uoles, & cupis ſine negocio introſpicere: quin dico? debebis, ſi immodicam ſtudij huius nobiliſsimi commoditatem aſſequi deligis. Sed non hic ſcienti inculcandam commoditatē, quod ipſum Mela ſedulo perlecto aſſequendum, & ex his commentarijs expiſcandum puto: nec puto, ſed aſſero. Et tradit Geographiam aureorum ſtudiorum, non ſegniter amplectandam ductricem: poſt hunc nemo tam feliciter, nemo tam doctè. Sed erant quædam reddenda, ut ipſe author ſua eſſe cognoſceret, quędam purganda, plurima fido interprete, nec hoc ſat fuiſſet, probe in literis arcanis uerſato, inſigniter docto indigebant. Præſtitit itaq; hæc omnia tuo nomine Vadianus meus, uel hoc merito tuus etiam: nimirum enim infatigata authorum lectione, ac ingenioſa locorū obſeruatione, hęc ſuo nitori nec temere reſtituit: illa ſic illuſtrauit, ut illata luce carere potuiſſe nulli credi debeant. Quid? quod locos quoſdam à non paucis magnæ notæ uiris intentatos ſic tractauit, ut promptius ſit, quos hic digito prouocaret fucis quibuſdam genuino mordere, quàm paria Reipub. literatorum ſtudio exhibere. Verum nec Vadianus ſua ſcripta extra communem aleam locat, locariq; autumat, ſentit, credit, in qua uel receptiſſimorum, ueterumq; authorū monumenta iactantur, quæ apud hos, hoc eſt, alienæ gloriæ inuidentes φιλαύτους, malam gratiam merentur, imò non merentur, quæ apud illos, hoc eſt, ad amuſsim doctrinarum expolitos, ſynceros iudices probantur, & annoſæ ęternitati extremo uoluminum numini ſacrantur. Scis quò tendam? eò nempe, ut uel tuæ rei gratia poſteriores imiteris. Tunc autem imitaberis, cum de eo bene non ſolum ſenties, ſed etiam loqueris, qui niſi ex animo tibi recte conſultum uoluiſſet, non tam accurata cura (licet nominis ſui famam, nec ſic non reſpexerit, atque dij boni, quàm multorum, quàm omnium exemplo) hęc quæ tibi chara & antiqua erunt commentaria, in publicum proditura conſummaſſet. Quæ equidem ea eſſe affirmare auſim (nec me fallit uel ob peritè candidorum albos additos calculos iudicium, nec ſuaſit affinitas, ſed liuidorum caninis latratibus reſpondendum fuit, aut contraueniendum certe) ea inquam eſſe, ut Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται, καὶ ὧν κλέος οὔποτε οἰχήσεται. At inquies, hodierna tempora his moribus ſunt, ut uiuentes liuor exerceat immeritus, dum ille præter ſpem ſe uinci dolet, dum alter alienigenæ inuidet. Poſteritatem uerò ἀπροσώπως iudicaturam ex merito. Hoc nos ita accipimus, ut tu eorum conciliabulo eximas te, ut nolis moroſitate huius ſeculi in uirum, è quo tantus tibi uſus demanat, uti, quin diximus abuti. Quod tu ſi facies, facis autem ſtrenuè, perſuaſum eſſe tibi cupimus, exitura olim in manus tuas opera his inferiora, nec uigilijs tuis incommodatura. Hæc autem cum per ſubciſiuas horas, reiq; medicæ ſuffuratas, imò cum per liberalius olim impetrandum ociū licebit, nominis ſui præconia non moritura ſecum trahentia conſcribet, abſoluet, diuulgabit. Admonitionem noſtram boni conſules, ſi non quis moneat, ſed quid, ſed quàm æquè moneat obſeruabis. Vale candide, & tu inuidia uale longum, macreſce, κρόμμυα ὀσφραίνου, κλαῖε, οἴμωζε. Ex Tiguro I X. Calen. Ianuarij, Anno M. D. X X.

τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς τοῦ Βαδιάνου ποιητοῦ,
καὶ ἰητῆρος μούσας.

Βίβλοι Ἐλουετίου ἴδεν ὥς, καὶ ταῦτα ποιητοῦ
Μνημοσύνη, φεῦ ἔχω μύρια τέκνα ἔφη.

καὶ ἄλλως

Ἄλλοτε δὴ Νύμφη ἡ ἐκ Διὸς ἐννέα τέκνα
γείνατο παντοίην μοῦσαν ἐπισταμένα,
Μουσουργοὺς δὲ περιπλείστους πολυφάρμακ' ἰδοῦσα
ἦ ἐτύμως ἔλεγον τοῦ τόγε, Ζεὺς ἄγονος.

TRANQVILLI PAR-
theni Raguſini.

Qui modo in obſcuris iacuit Pōponius oris,
Difficilis, durus, nec minus aſper erat:
Oedipodis quem uix aperiret cura, laborq́;,
Vix Tiburtinæ pectora ſacra Deæ:
Iam legitur clarus Vadiani munere Vatis,
Cui uirides Lauri tēpora docta premunt.
Non ſecuit tantum ſalebras, uitiataq́; uerba,
Plurima ſed multis contulit hiſtorijs.
Quid nō huic debes docto Germania Vati?
Excolit hic nomen, progeniemq́; tuam.

Chriſtophori Craſſi Heluetij ad Lectorem.

Hactenus ancipiti quicqđ monimēta priorū
Tractarunt calamo, noſcere quemq́; iuuat,
Si ſapis, hæc illis pręclari ſcripta Poëtæ
Contuleris, precium crede laboris erit.
Quicquid em̄ paſsim ſpacioſi climata mundi
Amplexa, & quo ſint æquora quęq́; loco,
Qui ritus hominum, quę ſic natura locorū,
Hoc opere illuſtri Lector amice legas.

Rudolphus Cliuanus Lucernanus Heluetius.

Quā bene nūc iterū pręſenti numine Pallas
Conſuluit ſtudijs ingenioſa bonis.
Quę docuit quōdā percurrere nauib. ęquor,
Eſſet ut extremis cognita terra plagis.
Sed ſtetit hoc magno ſtudiū diſcrimine uitæ,
Quomodo ſucceſſu proſperiore datur.
Nō eſt q̄d Syrtes metuas rapidāue Charyb-
Iā neq́; Scylleos Lector amice canes. (dim,
Non opus Eoi trepidare pericula fluctus,
Indica Taprobanes qua lauit unda ſinus.
Vt liceat tuto uaſtam cognoſcere terram,
Dat Mela cum Scholijs hoc Vadiane tuis.

Georgius Binderus Tigurinus Heluetius.

Nuper ab Elyſio Pomponius orbe regreſſus,
Corporis inuenit membra decora ſui,
Miratus formam, ualidasq́; in funere uires,
Ecquid, ait, uiuo mortuus, & ualeo?
Hermoleos quōdam, iā nūc Vadianus in illo
Vt decreta mihi mors rediuiua foret. (eſt.
Et fateor, iam uiuo magis, q̄ quū mihi dura
Vita olim fati friuola lege fuit.

Melam allocutus.

Hermoleo lucem debes, uitamq́; Secunde,
Nam naturę ingens ille poliuit opus.
Gratus eris quoq́; tu Pōponi, ſi bene noſces
Deiecto attulerit quam Vadianus opem,
Dum neglecta alijs, aut ignorata reponit,
Dum ſolita dubios excutit arte locos.

ANDREAS EGGIVS HELVE-
tius, apud diuum Gallum faciebat.

MATHIAS PAVLINVS PLV-
dentinus Rhetus Lectori.

Quę bonus Hermoleos admouit ſplenia Me
Adfecto ſcabie tabificaq́; lue, (læ
Plauſu doctorum commendat calculus illa,
Vtpote ter docto prodita ſcripta uiro.
Omnes excuſsit forulos, & penè reliquit
Nil intentatum, dum polit ille Melam.
Sed cum de Zonis contentio ualdior inſtat,
Vel quando Antipodū terra notanda fuit:
Quando de ōbſcuris q̄cqđ maturius umbris
Dicendum, uel quæ docta matheſis habet,
Obticet Hermoleos infans, taciturnior illo,
Prænexo mutum quem colit ore Pharos.
Hoc magis hoc Vates natus felicibus annis,
Stipatus Muſis tot, Vadianus agit.

Mart. Hatzius Transſyluanus ad Lectorem.

Stagna, lacus, fluuios, & apertas ęq̊ris undas,
Noſcere ſi tractus, rura, nemusq́; paras,
Quos dedit Ocean⁹ cāpos, rapuitq́; ꝓfund⁹,
Cynthia dum rapido uertitur axe madēs,
Deniq́; qua trifidi pateat tibi machina mūdi,
Circuat & gemino Delius orbe ſolum,
Sumis ab exiguo, quem cernis, cūcta libello,
Perlege, parua legis, cōmoda multa feres.
Sępi⁹ in modico magn⁹ cinere ignis habetur,
Et breuis ingenti uena redundat aqua.
Nemo leues paleas (uulgus nā paſcitur illis)
Sanus amat, fruges interiora dabunt.

Aequo Lect. Chaſp. volland incorruptū iudicium.

Si naſci primū eſt aliquid chariſsime lector,
Reſtitui haud minimū debet habere locū.
Nemo Melā potuit cognoſcere fontib. ipſis,
Tectaq́; Cimmerio diſcere ſenſa ſpecu.
Cūcta aperit fauſto Vadian⁹ Apolline doct⁹,
Io choreas tandem nemo aget in tenebris.

Conradus Brunus philoſophus.

Nil mirū Aethiopas ſi ſol facit undiq́; nigros,
Nanq́; urget calidis terq́; quaterq́; rotis.
Lumine ſenſa Melę illuſtrat Vadian⁹ aperto,
Mirus homo eſt, tenebras qui facit eſſe diē.

Philippus Gundelius, Patauienſis lectori.

Quicquid continet inquietus æther,
Et Tethys gremio fouet patenti,
Terrarum, lacuumq́;, gentiumq́;
Regnorum, nemorum, urbium, inſularum,
Seu primos Hyperionis ſub ortus
Vergat, ſeu pluuio rigetur Auſtro,
Quod uel Caucaſeos tenet Triones,
Aut Phœbi Heſperios uidet receſſus,
Zonáue uritur æquinoctiali,
Melæ cuncta breui leges libello.
Multę quem tamen eruditionis
Et frugis uarię reconditęq́;,
Cum niſu legeret graui iuuentus,
Atq́; interprete Apolline indigeret,
Succurrit Vadianus ille alumnus
Verus Pieridumq́; Apollinisq́;,
Turbę delitię peritioris,
Qui Phœbum geminam exprimēs per artē,
Ipſas carmine prouocat camœnas
Docto nec loquitur minora Tullo,
Quin huic Phillyridi nihil ſecundo
Cedat cum Podalyrio Machaon.
Et quicquid ueterum probatiorum eſt,
Hoc ergo duce nunc amice lector
Nil eſt quod te iter ingredi moretur,
Quin totum bene peruagatus orbem,
Dum Melam memori reuoluis aure,
Et pleno legis æquor omne uelo,
Securus rabidæ à furore Scyllæ
Crudelem quoq́; nil timens Charybdim,
Doctrinæ placido fruare portu.

EORVM

EORVM QVAE IN his tribus Pomponii libris, ac Vadiani Commentariis lectu ſcituque digna uidebantur, Index.

Id tamen obiter admonuerim, aliquot uocabula, idem ſignificantia, non iiſdem ſemper ſcribi literis, ad indicandam authorum, e quibus deſumpta ſunt, in ſcribendo uarietatem: nec deeſt cuique ſuæ Etymologiæ ratio.

ABdera 105.140
abrotonũ op. 30
abſyrtis inſ. 149
abſoros inſu. ib.
abydos oppidũ. 83. & 103
abyla mons 25.141
Academiæ mos in diſputando, 81
acarnania 110
acceſſus et receſſus maris cã. 157
achantos op. 105
achaiæ op. 110
acragas op. 151
aceſinus fluuius 202
achæi po. 89
achelous fluuius 120
ἀχεῶν λιμήν· 81
acheruſia ſpecus 85.119
achillea inſula 142
ἀχίλλειος δρόμος 95
acritas promon. 116
acroathon oppidum 106
acrocorinthus 115
acronij op. 168
acronius lacus 167
acronius unde dictus 278
actium op. 121
Adiabæne regio 65
adraſtia Nemeſis 81.84
adria caſtellum 128
adrimittium op. 81
adrobicum op. 163
Aeæe inſula 152
ænigma 251
æoliarũ inſularum nomina 152
æſculapij templum 116
ægathes inſula 144
æas fluuius 123
æacidarum regia 121
ægæum mare 22
ægion op. 120
ægira oppidum 120
ægina inſula 145
ægyptij po. 20
ægypti deſcriptio 46
ægyptus imbrium expers 47
ægypti fertilitas 46
ægyptiorum mores 58
ægyptiorum reges 61
ægyptiorum uetuſtas ibid.
ægypanes 46.216
ægos fluuius 103
ænos Aeneæ urbs 104
æolis regio 80
æſtria inſula 149
æſtus maris 155
æſtu maris amnes ſtagnant 245
ætnæ montis deſcriptio 152
ætolia 110
æthiopes cur nigri 201
æthiopes ubi 211.217
Agatha op. 136
agathyrſi po. 94.97
agoracritus ſculptor 226
agragas op. 151
Aiacis ſepulchrum 83
Albani po. 185
alberti Magni laus 42.159.160
albertus lapſus 277
albigaunum op. 132
albion uictus ab Hercule 135
albis fluuius 178
alemanni 173
aleria op. 153
alexandri Magni patria 106
alexander ubi Dariũ ſupauit. 69
alexander ubi cum Perſis pugnauit 84
alexander contra Tyrios 68
alexandria Aegypti op. 69
allegoria 251
allobroges po. 134
alo oppidum 140
alope oppidum 115
alopeconeſum 104
alpheus flu. 119. & ibidem op.
alpium deſcriptio 132
alpes uſque in Thraciam penetrant ibid.
altinum op. 127
Amanus mons 69
amanoides promon. 70
amardi po. 186
amazones 18.87.185
amazonici montes 88
ambracia op. 121
ambracius ſinus ibidem
ambulantes in ſomno non nominandi 42
amyclæ oppidum 118
amyſon op. 86
amiſius fluuius 177
ampeluſia promon. 24.144.220
amphiarai fanum 114
amphipolis 105
ampſa caſtellum 28
ampſaga fluuius 27
Ana fluuius 160.161
anas fluuius 139
anaximandri phyſici patria 77
anchialos op. 102
anni magni explicatio 61
antium oppidum 131
ancona op. 127
ancus fluuius 28
andanis fluuius 206
andreas Stiborius mathematicus. 277
andromeda à Perſeo ſeruata 68
androphagi po. 116
andros inſula 148
anemurium promon. 72
anhelitus mundi 156
anima entelechia corporis 37
animarum multiplex gradus 39
animarum origo 39
anima noſtra ſemp in ſomno eſt (ib.
animæ uirtutes decẽ ib.
antipodes cur negarit Aug. 184
antipodes eſſe indubiũ eſt 271
anio fluuius 131
antandrum unde dictum 81
antæus Tingi condidit 25

Index.

antæus gigas 219
anthedon oppidum 113
antipolis oppidum 135
antichthones 3.55
anticyra oppidum 120 (274
an ſub æquatore habitatio ſit.
antiquorum opinio 275
antiochia oppidum 66.69
antibarani populi 19
antipodes qui dicantur 7
antipodũ unus horizõ, & meri=
antiſſa op. 142 (dian 9.274
antœci qui ſint 7 (rus.11
antœcorũ trãſitus ad nos curra=
antronia oppidum 110
anthropophagi pop. Scythiæ 99
antros inſula 167
Apœninus mons 123
aphricæ ſumma deſcriptio 22
aphricam Græci Lybiam appel=
lauerunt ibid.
aphrica latior quàm longa eſt 23
aphricæ ſitis ib. (fert.23
aphrica ſemper aliquid noui af=
aphricæ primæ gentes quæ 24
aphricæ particularis deſcrip. ib.
aphricæ minoris deſcriptio 29
aphrorum religio 36
aphrorum feritas ib.
aphrodiſium promon. 76
aphrodiſium op. 131
apis bos 60
apollonia op. 35.122
apollonia magna 102
apollonia Thraciæ 105
apollinis promon. 29
apollo Delphicus 110
apollo Patareus 75
apollinis Branchidæ oracu. 77
apollo Clarius 79
apollo Gryneus 80
apollinis apud Hyperboreos cul
apuli populi 125 (tus.185
Aquileia oppidum 127
aquitania prouincia 166
Arabia regio 64
arabia op. 209
arabia felix 208
arabicus ſinus 209
arados inſula 144
arados op. 69
arati poëtæ monumentum 70
arauraris fluuius 136
arauſio op. 134
araxis fluuij deſcriptio 186
araxos promon. 115
arcadia 110
archeſilas academicus 81
arecomici populi 134
arbor mira apud Orchades 193
arctoũ mare nõ ſemper glacie ri
ariſtotelis incuria 96 (get.15
architas philoſophus 129
ariſtoteles indignus Theologo=
rum contubernio 160
ariſtippus philoſophus 143
ardea oppidum 131
arelate op. 134
arethuſa fons & inſula 151
argi Amphilochij 121
argyre inſula 202
argolis regio 110
argos oppidum 111
argonautæ unde ſoluerint 113
aria 17
aria inſula Marti ſacrata 142
ariane regio. 17
aryanda op. 76
arimaſpi unoculi. 393
ariminum op. 127
ariſtot. non omnia nouit 228
ariſtotelis fiducia 240
arymphæi po. iuſtiſsimi 92
armenij po. 19
armeniæ pilæ 74
armine 86
arrichi po. 90
arſenaria op. 28
arſinoë op. 35.210
artabri po. 163
arundines Indicæ 199
aruſaces flu. 205
Aſcalon op. 67
Aſcanium à Græcis captum 81
aſiæ deſcriptio 16
aſyliæ ius unde 78
aſine inſula 149
aſineus ſinus 119
aſine oppidum ib.
aſpendos op. 72
aſsius lapis 71
aſſyrij populi 20
aſson op. 81
aſta op. 160
aſtaboras Nili 49
aſtigi oppidum 139
aſtacum oppidum 85
aſticla inſula 149
aſtyra op. 81
aſtures populi 163
Atacini po. 134
atax fluuius 136
athenæ op. 111
athenopolis op. 135
athos mons 105
aternus fluuius 128
attis regio 110
atticæ claſsis naufragium 103
atyras fluuius ibid.
atlantici maris ora et inſulæ 218
atlas mons ibid.
atlantes po. 38
atlantes non ſomniant 37
Auatici po. 135
auenio op. 134
auernus lacus 131
aufidus fluuius 128
auguſta op. 166
auguſti turris 165
auguſtini modeſtia 243
auguſtudunum op. 167
augilæ 45
auicẽna ab Alberto diſſentit 12
aulis portus 113
auo fluuius 162
auſci populi 166
auſtrales cur timidi 202
auſtriæ margrafij 173
auſtro rupes ſacra 33
autololes pop. 219
automalæ po. 211
autrigones po. 164
Axenos 85
axiaces fluuius 56
axiacæ po. 98
axius fluuius 107
Azoros ibid.
azotum op. 64

B

Babylonia regio 65
Babylon op. 66
babylonij po. 20.206
bactri pop. 19
baiæ opp. 131
balſa opp. 162
baleares inſulæ 153
baptiſtæ pij incuria 8
barcbinonis litus 139
bargylos op. 76
Barium op. 128
baſilicus ſinus 76
baſilidæ po. 98
baſtuli 160
bathynis op. 102
Belgæ populi 166

bello

Index.

bello oppidum 141
berbeſul op. 140
bergion ab Hercule uictus 135
berini populi 219
beritos op. 69
beronice op. 209 210
beſippo op. 141
bæthica prouincia 138
bæthis fluuius 161
betullo op. 139
betulo amnis 139
Byblops op. 68
byſanthe op. 103
byzantium op. 102
byzia arx 103
bithynis op. 142
bithyni populi 83
bizane op. 102
Blanda op. 130 139
blemmyæ srunci po. 46
bittera op. 134
Bœotis regio 110
bœotiæ ſacri fontes 111
boion op. 113
bolbiticum op. 63
bomarci po. 19
bootij locus 126
bononia op. 125
borion promon. 32
boryſthenes fluui. & gens 95
boſphorus Thracius 16.85
boſphorus Cimmerius 16
botrys op. 68
braccata Gallia 133
braccati Scythæ 98
brachmanes 36
bragada flu. 29
brauron op. 114
braccæ quæ 98
bracmanes po. 199.200
britanniæ deſcriptio. 190
briga quid ſit 161
brutij po. 125
brutium promon. 130
brutius ager 149
brunduſium op. 128
Bunna quæ loca inhabitabilia 16
buraſtis op. 63
bubeſſus ſinus 76
bucara op. 128
bucephalos promon. 115
buda op. 219
budæi laus 229
budenſes thermæ 219
budini po. 91
buges flu. 94
butroton op. 121
buxeri po. 88
buxenum op. 130

C

Canes Indici maximi 199
caduſij po. 19
cæſarauguſta op. 139
caicus flu. 80
cayſtrus flu. 79
calabria regio 128
calabri po. 125
calaris op. 153
calarnæa turris 105
calatis op. 102
calauria inſula 146
calbis flu. 76
calydnæ inſula 147
calydon op. 120
calliaros op. 110
callipidæ po. 96
calipolis opp. 116
καλὸς λιμὴν 94
calpe mons 25 144
cambyſes flu. 186
cameracenſis incuria 10
camers Vadiano præmoleſt9 230
camers Vadiano Albertũ obtendit 232 (234
camers ab Hermolao diſſentit
camers labitur 237
camers Perſicum ſinum à rubro mari ſeparat 241
camiros op. 143
campani po. 125
campaniæ amœna litora 131
canaſtreum promon. 107
candei po. 210
candidum promon. 29
candiſtria op. 122
canopicum Nili oſtium 63
canops inſula 144
canob9 Menelai gubernator 144
canna op. 81
cantabri 164
canuſium op. 128
cappadoces po. 19
caphareum promon. 145
capraria inſula 153
capreæ inſulæ 153
caprullon portus 105
capua op. 125
carræ Arabiæ 209
carambis promon. 86
carbania inſula 153
carcinites ſinus 94
carcine op. 94
cardia op. 104
cardines mundi qui 1
caria regio 75
caria portus 102
carreni po. 209
charybdis 150
caryſtos op. 145
carmani po. 206
carni po. 124
carpathos inſula 149
carpathium mare 149
cartenna op. 28
carthago Africæ 29
carthago hiſpaniæ 140
carteia op. 141
caſpij po. 185
caſpij maris deſcriptio 185
Caſpiani po. 18
caſpiæ pilæ 74
caſpij montes 88
caſſandria op. 107
caſſiterides inſulæ 190
caſius mons 64
caſtanea op. 107
caſtrum nouum 131
cas thathmos 33
cataractes flu. 72
cataractæ duæ 50
catadupa 50
cathon inſula 146
catina op. 150
catoblepas animal 217
cauares po. 134
caucaſus mons 74
caucaſi montes 88
caulonia op. 130
caunus op. 76
cauſa incrementi amnium 242
cauſa anguſtiæ Terræ à lateribꝰ contractæ 272
Cecina op. 131
cedrium picis genus 59
celaduſe inſula 149
Celandus flu. 162
celendris op. 71
celtæ po. 166
celticum promon. 162
celerini po. 162
cenchreæ op. 115
cenchrius flu. 79

cen-

centuripinum op. 151
cephalenia inſula 146
cethis flu. 206
cepoe opp. 90
ceramicus ſinus 76
ceraunij montes 121
ceraunij Colchidis 88
ceraſus opp. 88
cercetici po. 89
cercinna inſula 144
cereris templum in Sicilia 151
cercaſorum opp. 50
ceruaria locus 137
Chalcedon op. 85
chalcis op. 149
chalcis inſula 147
chaldæi po. 206
chalybes 186
chelidoniæ inſulæ 143
chelonates promon. 116
chelonophagi 206
chemnis inſula 57
cherroneſus op. 94
cherſoneſi inſignes quatuor 103
chimæra mons 73
chios inſula 142
chryſe inſula 202
criſe inſula 149
Ciceronis locus 6
cyaneæ inſulæ 142
cianos inſula 147
cicyneton inſula 145
cyclades inſulæ 146
cyclopes 148
cicones po. 104
cydna op. 107
Cydnus flu. 70
cydon inſula 148
cygnum op. 89
cygnus Galliæ rex 127
cilicia regio. 69
cilices unde 71
cyllene op. 119
cyllenius mons 112
cyllenius Mercurius 119
cymbri po. 178
cyme op. 80
cimmerium op. 90
cimmerij po. 119
cymmerius Boſphorus 16
cymonis uirtus 72
cymolis op. 86
cinyphs flu. 31
cynos op. 110
cynoſsema Hecubæ ſepulchrum
cynotum op. 78 (104
cynnami copia 113
cios op. 84
cypariſsius ſinus 119
cypariſſus op. 119
cyprus inſula 143
cypſella op. 103
cirava inſula 142
circeij op. 131
cyrenaica prouincia. 33
cyrene op. 25
cyrrha op. 120
cirta op. 27
cyrus flu. 186
ciſtena op. 81
citariſtes promon. 135
cythera inſula 146
cythæron mons 111
cythnos inſula 147
cytoros op. 86
cyzicum op. 84
Clampetia op. 130
claterna op. 127
clazomena op. 80
cleone op. 105
cliternia op. 128
clodianum flu. 139
clupea 30
Cnemides op. 113
Coamani po. 19
cœneum promon. 145
cœcinum op. 130
codanus ſinus 178
cadanonia inſula 193
codani ſinus miræ uolucres 193
cœle, id eſt Syria 65
cœlos portus 104
colchi po. 88
colax promon. 210
colophon op. 79
colubraria inſula 154
columna regia 130
comageni po. 19
comata Gallia 164
comari po. 19
concordia ciuitas 126
conſilium op. 130
contra Lactantium 5
contra Macrobium 275
cophes flu. 202
copos portus 107
corocondama op. 89
coraxi po. 89
coraxius mons 88
corcyra inſula 146
corcyra nigra 149
cordula op. 139
corycos op. 70
corycus mons 80
corycius ſpecus 71
coryna op. 80
cordynia op. 107
corinthus op. 215
cornelius nepos 188. 215
cornelia caſtra 29
conſtantia op. 168
corios flu. 206
corſica inſula 153
corſitæ po. 19
cortyna op. 148
cos inſula 142
coſſa opp. 131
coſura inſula 152
couini currus 192
Cragus mons 75
creta inſula 148
creuſis op. 120
crya promon. 70
κριοῦ μέτωπον Cretæ 148
crocodilus animal 52
cromna op. 86
croto op. 129
crunos portus 102
Cumæ op. 131
cuneus ager 161
cupra op. 127 (dianus. 227
cur Solini lapſus indicarit Va=
cur Indũ Moſes præterierit 250
cur de Paradiſo tradere uolue=
rit Vadianus 253
cutelectos inſula 144

D

Dæmon miraculorum artifex. 116
dahæ po. 19 187
damaſcene Syriæ pars 65
damaſcena regio 250
danubius fluuius 97 177
danubij oſtia 97
dardania op. 83
daſſaretæ po. 121
daſcylos op. 84
dauni po. 125
Decipi humanum eſt 230
deſumani po. 134
delos inſula 148
delphi op. 110

delta 51
demetria op. 112
democritus philoſophus 105
derbices po. 186
derris op. 107
deua flu. 164
Dianium inſula 153
diana Pergea 72
dianæ Epheſiæ templum 78
diana Brauronia 114
dictynna op. 143
didyme inſula 152
didymus Apollo 77
diodori loci 54
diomedia inſula 149
diomedis equi. 105
dionyſſa inſula 147
dionyſiopolis 102
dioryges 210
dioſcurias op. 89
diris 50
dyrrhachium op. 122
diſcheri po. 88 (244
diuerſæ de paradiſo ſententiæ.
Dodonæi Iouis templum 112
doris regio 109
doriſcos 104
dormientes ambulantes 41
Drauſi po. 101
dantiſcum op. 179
deccatum op. 135
dromos Achilleos 95
druidæ po. 165
Dulbritrania op. 219
dulichium inſula 146
durias flu. 140
durius flu. 162

E

EAſo fluuius 164
Ebora caſtellum 160.162
ebuſos inſula 154
Echinades inſulæ 145
echinon op. 113
echidna Herculis 98
Egnatia op. 128
Elea op. 80
electrides inſu. 149
elephantis tergus durum 25
elephantes op. 50.63
elephantes nothi 219
eleuſin Cereri ſacra 111
eleus op. 104
eliberri uicus 137
elis regio 110
eluſaberris op. 197
Emerita op. 139
Enna op. 151
ennæa Ceres ib.
eniochi po. 98
eniochiæ 19
endymion. 77
eneti po. 86
encheliæ po. 122
enochraptus 246
Epheſus op. 78
epidamnos op. 122
epidauri po. 116
epidaurus op. 119
epigoni po. 79
epirus. 110.121
Equi tolutarij 163
equi ex Fauonio concipi 162
Eraſmus Roterodamus 153. &
eraſinus flu. 119 (160.170
ereſſa op. 81
ereſſos op. 142
eretria op. 145
erginus flu. 103
ericuſa inſu. 152
erymanthus mons 112
erineon op. 110
erythia inſu. 190
erythra rex 205.209
eryx mons 151
error Solini conuincitur 234
Eſis fluuius 127
eſſedones po. 93
eſſedonum mores 97
Euboea inſu. 145
eudæmō, id eſt Arabia felix 112.
eudoxus 15 (208
euenos flu. 110
euphrates flu. 207
euphrates philoſophus 185
euproſopon promon. 68
eurimedon flu. 72
euripus Euboiæ 145
europæ ſumma deſcriptio 21
europa externi imperij ſēp cupi (da. 11
europæi ſinꝰ quatuor. 22
eurotas flu. 119
euthane op. 76
euxinus pontus 16.85
exampæus fons 96
ezechiæ regis pietas 116

F

FAlſa ueterum de antipodib. opinio 255
faneſtris colonia 127
ferraria promon. 140
firmum caſtellum 128
Fleuo Rheni alueus 170
flori locus 64
florentia op. 132
fluxus Euphratis ab Etheſijs impellitur 242
Fons ſolis 34
fontes miri 214
fons riſu enecans 219
fons Paradiſi 248
formicæ Indicæ 199
formiæ op. 131
fortunatæ inſulæ 218
forum Iulij col. 135
fores cœli 198
fores anni ibid.
fœminæ hirſutæ 216
fœminarum mores uarij 45.
Fratres montes ſeptem 26
frentani po. 125
fretum 16
fructus inebrians 186
furiarum templum 122

G

GAditanæ portæ 15
galeotti error 8.14
gandamus op. 209.184
gadnamus ſinus 160
gades inſulæ 141.189
gaditanum fretum 16
galata inſu. 152
galatis 102
gallia togata 124
gallia prouincia 133
gallia comata 164
gallorum immanitas 165
galli ſuperbi & ſuperſtitioſi. 165
gallis quæ lingua tribuenda 134
gallicenæ fœminæ 190
gallipolis op. 129
gallogræci 20
gamphaſantes po. 24.46
gandari po. 18
ganges flu. 202
garamantum armenta 45
garganus mons 128
gargara op. 81
garumna flu. 166.167
gaudos inſu. 149
gaulos inſu. 152
gaza op. 67

Geben-

gebennici montes 133
gedroſis regio 18
geloni po. 91.99
gelos portus 76
gentium uarij mores circa fœminas 45
genua op. 132
georgius Trapezuntius 88
georgi po. 19.98
georgius Collimitius Mathematicus 12.61
georgij Collimitij laus 273
gereſton promon. 145
germaniæ deſcriptio 171
germani nandi peritiſſimi 175
germaniæ laus 171
germani indigenæ 171
germanorum fiducia 165
germani unde dicti 172
germaniæ fertilitas 176
germania inferior & ſuperior. 167
germani olim feri, immanes, bellicoſi, hoſpitales 175
geryonis monimentum 161
geryonis ſedes 190
gerros flu. 94
geſoriacus portus 167
geſſus flu. 78
getarum de anima opinio 180
getuli po. 24
gyaros inſu. 147
gigantes quid ſint 152
gigantum pugna 107
gildano op. 219
gynæocratumeni Scythæ 91
githius flu. 119
Gladius uerſatilis 252
gladius Cherubin quid? 252
glanon op. 135
glaſtum herba 192
Gna flu. 220
gnidus op. 76
gnomon quid 240
gnoſos op. 148
Gorgones inſulæ 217
Græcia regio 109
granicus flu. 84
grauiſcæ op. 131
græciæ laus 108
græci alieni appetentes 25
gryphi uolucres 93
gronij po. 162
Gulielmus Budæus 166

H

Hadrumentum op. 30
hæmodes mons 74
halicarnaſſus op. 76
halycidon portus 135
halis flu. 87
halonceſus inſu. 144
halmydeſſus op. 102
hamaxobitæ po. 94
hammonis oraculum 33
hannibalis portus 162
hannibalis ſcalæ 139
hannonis nauigatio 215
harpagium op. 84
Heluetij hodie ſunt Germani 174
heluetiorum laus 170
heluetiorum cum Gallis & Germanis pugna 169
heluetiorũ deliberandi mos 75
heluetiorum op. 170
heluetiorum hoſpitalitas 175
heluetij Principũ ſtipatores 174
Hebenus arbor 210
hebrus flu. 100.104
hecubæ ſepulchrum 104
hedui po. 166
helene inſu. 145
helias in cœlum raptus 246
heliutrapeza 214
hellas prouincia, id eſt, Græcia. 109
helleſpontus 16
hemiſphæria duo 3
hemodes ſeptem inſu. 193
hæmus mons 100
heraclea op. 85.129.151
hercules multi 189
herculaneum op. 131
herculis ſacer ſpecus 25
herculis columnæ ibid.
herculis in Gadibus templũ 189
hercules contra Albionem 135
herciniæ ſyluæ magnitudo 176
hermiones po. 178
hermiona op. 119
herodoti incuria 96
hermiſium op. 94
helmolai laus 24
hermolaus miles clariſſimus 277
hermonaſſa op. 89
herodoti ridenda phantaſia 56
heroopoliticum promon. 209
heſperia op. 35
heſperides inſulæ. 218
heſperuceras promon. 217
heſſeni po. 68
Heſtiæa op. 145
hetruria regio 131
hetruria op. 125
hexi op. 140
Hiberes po. 19
hybla op. 151
hydaſpes flu. 102
hieroboan impietas 116
hydria inſu. 149
hydrus mons 128
hyems & æſtas ſimul diuerſis locis 53
hymera op. 151
hymera flu. 152
hiera inſu. ib.
hieroſolyma 67
hyla op. 76
hylas flu. 84
hymantopodes po. 219
hypacyris flu. 95
hypanis flu. 96
hypatos flu. 69
hippuris inſu. 147
hyperborei po. 183
hyppis op. 77
hyaros inſu. 147
hippo op. 130
hippopodes po. 194
hippopotamus ani. 52
hippo regius op. 29
hippo Diarrhytus op. ib.
hyrcani po. 19.181
hyria inſula 146
hiſpania regio 138.155
hiſpania non ubiq; fertilis 161
hiſpaniæ diuiſio 132
hiſtonum op. 128
Holopixos op. 148
horoſcopus conditæ urbis 126
homo an in brutũ mutari queat. 99
homines longæ uitæ 211

I

Iacobus ſtapulenſis 160
iadera op. 122
ialyſos op. 143
Iamno op. 154
ianaſum 163
ianus Parrhaſius. 173
iaſius ſinus 76
iaxamathæ po. 90
iaxartes flu. 187

Iberus

Index.

Iberus flu. 140
ibides aues 211
Icaria inſu. 147
ichtys promon. 116
icoſium op. 28
Idæus Cretæ mons 148
Idæus Phrygiæ 81
ierna flu. 162
Iginium inſula 153
ignis magnus uſus 215
ignes oſsibus alti 99
Illice op. 140
ilium op. 81
ilienſes po. 153
illyrici po. 122
illuro op. 139
ilua inſula 153
Imaginum duo promptuaria 40
imbros inſu. 144
imera flu. 152
Inachus flu. 119
indi po. 17
indus flu. 202
indiæ deſcriptio 196
indiæ magnitudo, fertilitas ib.
indorum mores ibid.
indus & Nilus ijdem crediti 249
ingenia ſuis artibus non fraudantur 158
inſula op. 122
inſomnium 38
inſomnia propriè quæ ſunt 40
inſomnijs non credendum 44
ioannes Camers 196
ioannes Stabius 58
iol oppidum 27
iolcos op. 110
iolis promon. 201
ioniæ deſcriptio 77
ionium mare 22
iope uetuſtum op. 67
ios inſu. 147
iouis in Creta ſepulchrum 148
Iſauri po. 20
iſpalis op. 139
iſſa inſu. 149
iſſos op. 70
iſsicus ſinus ib.
iſthmus Corinthiacus 114
iſthmici ludi 115
iſter flu. 97
iſter Iſtriæ flu. 123
iſtria regio 122
iſtrici po. 96
iſtropolis 102
Italia 123
italiæ ſcriptores ibidem
ithaca inſula 146
ituriſſa oppidum 164
Iudæa regio 65
iudaicæ gentis caſus 67
iunonis templum in Bethica 160
iunonis promon. 143
iuno Mycenæa 111
iupiter in Creta mortuus 148
iuſtinopolis op. 122
iunxo op. 220
iuuerna inſula 192

L

Labyrinthi Aegyptij deſcriptio 58
lacedæmon op. 111
lacinium promon. 129
lacippo op. 140
lacobriga op. 162
laconice regio 110
laconum cæſorum trophæa 113
lactantij temeritas 254
lacus Lucernanus miræ naturæ. lacus Venetus 276 (34
lais nobile ſcortum 115
ladon flu. 112
lapideum litus 135
lampſacum oppidum unde 83
lambriaca urbs 162
laodicea op. 69
lariſsa op. 110
larumna op. 76
larymna op. 113
latara op. 136
latyrus rex Alb. 215
latmus mons 77
latitudo terræ deprehenſu facilis 274
laturus ſinus 28
laurentum op. 131
laus Hermolai 226
Lebedos op. 79
lebynthos inſula 147
Ledum flumen 136
legitimæ prolis indicia quomodo olim data 174
lælia caſtra 29
lemanus lacus 133
lemnos inſu. 144
leptis 30
lerne op. 116
lesbos inſu. 142
leucadia inſu. 146
leuca litus 76 & op. 80
leucas op. 120
leucata litus 137
leuce inſu. 142
leucoæthiopes 24
leucothea inſu. 153
Libethra fons 108
libyægyptij 24
libyſſa op. 84
liburni po. 122
libunca flu. 163
liberi plures 200
lycaones po. 20
lycaones feræ 214
lycaſto op. 27.148
lyctos op. 148
lichos flu. 69
lycia regio 73
lydi po. 20
lignum uitæ 246
ligures po. 125
liguria 132
lilybeum promon. 150
lymia flu. 162
limitanei milites 173
limyra fluuius & op. 75
limitem reſtituere quid ſit 174
linconienſis incuria 11
lindos op. 143
linea normalis 240
linternum op. 131
lipara inſu. 152
liris amnis 131
lyſimachus 103
lyſimachia op. 103
literarum oſores reprehenduntur 159
lixus flu. 220
Locuſtarum eſus 217
locris regio 110
locrenſes po. 110
locri po. 130
locus Pethij 270
locus Plinij 270
locus Paradiſi à cognitione hominum remotiſsimus 244
locus Plinij 232
locus Solini obſcurus explicatus 240
lotophagi po. 32
longobardi 173
Lucania regio 131

Luc. Taruſius Ciceroni familiaris 225
lucretij locus 179
lucretij error 8
lucani loci 56.195.179 & 198
lucentia op. 140
lucrinum op. 128
lucrinus lacus 131
luna æſtus maris cauſa 156
luna quando acceſſus uariet 157
luna op. 132
lupia flu. 177
lupiæ op. 128
luſitania prouincia 138

M

MAcrobij error 4
macrobij incuria 155
mares in fœminas mutari 99
marcomanni po. 173
Maßilia à Phocaenſibus condita 135
μακάρων cognominatæ inſ. 143
macar rex ibid.
macæ po. 208
macedoniæ deſcriptio 106
macidos locus 104
macrobij 12.211
macrocephali po. 88
μακρὸν τεῖχος 103
mænalus mons 112
mæotici po. 91
magi tres reges 208
Mago op. 154
magneſia regio 109
magnum promon. 161
magrada flu. 164
malaca op. 140
malea promon 115
malcus in Taprobane 262
maliacus ſinus 113
malenti mons 204
mallos op. 70
manes ubi colantur 45
manethuſa op. 148
manto Tireſiæ filia 79
mapalia 36
marathon op. 113
marathos op. 69
mare terras adimit & reſtituit 25
mare Arctoum non glacie ſemper riget 15
mariana colonia 153
mariana foſſa 135
mariandynei po. 83
maris noſtri nomina uaria 16
martiani capellæ errata 4. & 8
mare rubrum 205
mardi po. 19
maronia op. 104
mars Scytharum deus 99
maßilia op. 135
maſſagetæ po. 19
maſtuſia promon. 103
mauritania 24
mauri 24
mauryſia dea 23
mauſoleum ſepulchrum 76
mauſolus rex ibidem
Mæander flu. 77
mearus flu. 163
mecybernæus ſinus 107
medi po. 19
mediterranei in Europa ſinus quatuor 21
mediterranei maris inſulæ 141
megaris op. 150
megaris regio 111
mecyberna op. 107
mela non ubiq; bene ſentit 3
mela ſibiipſi contrarius 11
melæ laus 141
melæ loci 20. 187
menſes plures ſine noctibus 195
melanchlæni 89. 99
melas flu. 72. 104
melæ Pomponij patria 141
melibœa op. 107
melita inſu. 152
melos inſu. 146
melſiagum palus 176
melliaria op. 141
memphis op. 62
mende op. 106
mendeſium Nili oſtium 63
meninx inſu. 144
menoba op. 146
mæotis palus 16
mercurij promon. 29
mœris lacus 58
meroe inſu. 49
meroëni po. 12. 211
meros mons 200
Meſia palus 176
meßana op. 150
meſſenia regio 110
meſſenij po. 119
meſſembria op. 102
meßene op. 111
meſopotamia regio 65
meſua collis 136
metagonium promon. 29
metapontum op. 129
metaurus flu. 127
metaurum op. 130
metellus Celer proconſul 188
methone op. 111
metilis op. 51
Mycenæ op. 111
myconos inſulæ 147
miletum op. 77
mineruæ promon. 131
mindus op. 76
minius flu. 162
Minturnæ op. 131
miraculis facile credentes 116
myriandros op. 69
myrina op. 80
myrlea op. 84
myrmetion op. 94
mirtylis op. 162
myrtoum mare 109
myſia regio 80
miſius mons 84
mißenus Æneæ miles 131
miſtræ op. 130
mitylene op. 142
Mœnis flu. 177
monda flu. 162
montes cur ardeant 74
mopſus uates 79
morini po. 167
mores uarij gentium circa fœminas 45
mos ueterum ſcriptorum 239
moronenon promon. 210
moſchi montes 88
moſchi po. 185
Moſſynœci 87
Multa de ſuo Plinius edidit 230
mulucha flu. 24. 26
mundi cardines quatuor 2
mundus quid 2
muricis copia 219
murrani po. 19
muſagori inſulæ tres 149
Mutina op. 123

N

NAbar flu. 28
Nar flu. 123

narbo

Index.

narbo op. 134
narbonenſis prouincia 133
narona op. 122
natura quid 156
natidos op. 72
natiſo flu. 126
naumachos inſu. 149
naulocos inſu. 155
naupactos opp. 112
nauſtathmos 35
naxos inſu. 147
Neapolis Aphricæ op. 30
neapolis Cariæ 76
neapolis Italiæ 131
nearus flu. 163
nemauſus op. 134
nemeſis phidiaca ubi 114
neptuni ludi 115
neptuni ſanum 85 119
nerij po. 163
neritos inſu. 146
neſos op. 145
Neſua flu. 164
neſtos flu. 100 105
neuri po. 99
Nicea op. 134
nigritæ po. 24 219
nili deſcriptio, cum reliquis le=
ctu dignis, & ſequentibus 47
nymphæus ſpecus 94
nyſa op. 200
nyſij po. 201
niſyros inſu. 147
nyphates mons 74 (52
niues etiam in Aethiopia cadunt
Nœga op. 163
nomades populi 27.98.185
nonacris 112
nogardia op. 195
norma quid 240
nuchul ſons 217
numantia op. 139
numana op. 127
numidiæ deſcriptio 27
numerorũ characteres fluxæ a=
pud Plinium fidei. 234

O

OBris flu. 136
obeliſcus quid 57
obiter annotantes facile labun=
tur 227
Oceani deſcriptio 155
oceanns britannicus 21
oceani impetus 158
octauæ ſphæræ motus 61
octauianorum colonia 135
Odeſſos op. 102
Oea op. 30
Oeanthia op. 120
oechalia op. 145
oeſyma op. 105
oeſtros flu. 72
oeta mons 108
Ogyris inſu. 209
Olbia 135
olbianum fanum 85
olearos inſu. 146
oleaſter lucus 160
olympus mons. 84 107
olympici Iouis templum 112
olympiadum initium 112
olynthos op. 105
Olutos op. 120
olithingi op. 161
Omnis terra ſub undis diluuij
fuit 252
Onoba op. 161
Oonæ po. 194
Ophiogenes 83
ophiophagi po. 210
opere orare debemus 117
Opoes op. 113
opuntius ſinus 113
Orbelus mons 100
orbis ſitus cognitu dignus 2
orchades inſulæ 193
orchomenon op. 112
origeuiones po. 164
orcus flu. 107
oricum op. 122
orontes flu. 69
orpheus Thrax 104
Oſiſmij po. 167
oſſa mons 108
oſſonoba op. 162
oſteodes inſula. 152
Ouidij loci 127 147
Oxos flu. 187

P

PAchynum promon. 150
padus flu. 127
pæſici po. 186
pæſtum op. 130
pæſtanus ſinus 130
pagaſa opp. 113
pagaſeus ſinus 213 144
pagæ op. 120
pagonus portus. 119
palæpaphos op. 144
palæſtina regio 66
pallantia op. 139
pallas Tritonia 31
pallene regio 105
palibotri po. 200
palinurus promon. 130
palma op. 154
palmaria inſula. 153
paltos op. 69
Pamiſſum flu. 119
pamphyliæ deſcriptio 72
Pandataria inſu. 153
pandion Lyci pater 73
panionium regio 78
panormus op. 151
panticapeum op. 94
panes 216
Paphlagonia 86
paphos op. 143
Paradiſus 69 216
paradiſus quid 247
paradiſus terreſtris 244
paradiſus prope Hieroſolyma
244
paradiſus an ſub undis diluuij
fuerit 245
paradiſus in noua lege 246
paradiſus multiplex 246
parapiſus ubi 253
parætonius prrtus 35
paridis iudicium 82
paricani po. 18
parion op. 83
pariſiorum Lutetia 166
parnaſſus mons 110
paros inſu. 147
paropamiſus mons 74.202
parthenion op. 94
parthenius mons 112
parthenius amnis 86
parthini po. 121
parthi po. 20
parthorum in coniuges ſæueri-
tas 36
pathmiticum Nili oſtium. 63
patara op. 75
patauium op. 125
patræ op. 119
patricij antrum 193
Paulon flu. 132
pauli Veneti incuria. 14
Peccati furor rhomphea quæ=
dam eſt 253

pedalion promon. 76
pegaſus 214
Pelion mons 108
pella op. 106
peloponneſus 109
peloponneſi regiunculæ 110
Pelops 80
pelorum promon. 150
Pelorus Hannibalis gubernator 150
pe.uſium op. 63
Peneus flu. 107
peregrè uenientium lubrica fides 259
perga op. 72
pergæa Diana ibidem
periœci qui dicantur 4
periœcis quid nobiſcum commune 4
perinthos op. 102
perpendiculum 241
perſis regio 206
perſicus ſinus 206
perſeus 68
petilia op. 129
petræ Syrenum 131
peuce inſu. 142
Phaeton Ligurum rex 127
phæaces po. 122
phanagoria opp. 90
pharia turris 63
pharmæcotrophi po. 19
pharos inſu. 144.149
pharuſij po. 23.319
phaſis flu. 88
phaſelis op. 72
phœnicia 68
phœnices ibidem
phæſtos op. 148
phycus promon. 32
phicores po. 90
phytonia inſu. 153
phygela op. 78
philenorum aræ 32
philæ inſu. 50
phileæ op. 102
philippi op. 105
philippus Macedo. 106
philoctetes 107
philoterris op. 210
phinopolis op. 102
physcella op. 107
phyſicis diſputationibus parum tribuentes redarguuntur. 158
phitiuſa inſu. 145
phocis op. 80
phocis regio 110
phœnix auis 211
phœnicuſa inſu. 152
pholoe mons 112
phoriſtæ po. 39
phryges 20
phryxi templum 88
phthia op. 110
phthiotis regio 109
phthirophagi po. 89
Pieria 108
picentes 124
picentia op. 131
pictorum deteſtabilis licentia 213
pygmæi po. 210
pylos op. 119
pylij po. 119
pinaria inſu. 147
pindus mons 110
pyramides Aegyptiæ 57
pyramus flu. 70
pyrrhæus Atheni portus 114
pyrei po. 222
pyrene fons 115
pyrenæi montes 138
pyrgi op. 131
pyrrhus Epirota 121
pyrrha op. 142 145
piſaurum op. 127
piſæ Elidis op. 112
Piſæ Italiæ op. 131
piſidæ 20
piſces inoſſes 95
piſces terreſtres 137
piſces maximi 20
pythagoræi 3
pitane op. 81
pithecula inſu. 152
Placia op. 84
plinij loci. 49.161.184.203.204
Plin. à Pomponio diuerſus 232
plinius à calumnia defenſus 136
plinius excuſſus 231
Plini. Melam legit ibidem
plinius incendio periit 74
plinij cecilij locus 138
plinij error 12
Plinij lectio à Solino conturbata 227
plinius diuerſa tradit 262
Plin. in caſtigando libertas. 265
plitera op. 134
plotra op. 111
plotæ inſu. 146
Pola op. 122
polonia unde dicta 179
poliaticus ſinus 122
poli regio tenebroſa 14
polyægos inſu. 144
polentia op. 154
pompeij op. 131
pompeiopolis 70
pontiæ inſu. 153
populonia op. 131
poſideum promon. 77
potentia op. 127
potidea op. 106
Praſij op. 200
præſamarci po. 162
priapos op. 83
priene op. 78
prochyta inſu. 153
proconeſus inſu. 142
propontis 16.84
proportio ſeſquitertiæ 269
prote inſu. 146
proteſilai templum 204
Pſophis op. 112
pſylli 45
Phthelcon op. 113
ptolemais op. 15.210
Puteolanus ſinus 131
puteoli op. 131
purpuræ præſtantes 219

Q

Quadrigæ falcatæ quales 192
quatuor capita fontis 249
quatenus Theologis non refragandum 255
quomodo Olympiades ſupputandæ 237
quo conſilio Geneſin Moſes ſcripſerit 251
quid gladij nomine intelligi queat? 253
quibus in locis in die umbras nõ eſſe intelligendum ſit 261

R

Rauenna op. 127
ranæ Seriphiæ 147
rhamnus op. 114
Recentium theologorum opiniones 243
recentiorum experientia 260

reliquiarum ſuperſtitioſus cultus 79
rerum formæ non tam uigilantes quàm dormientes mouent 40
rerum formæ multiplices 43
rhegyum op. 130
rhene inſu. 147
rhenones qui 98
rhenus flu. 165
rhetæa litora 83
rhetæum op. ib.
rhetico mons 177
rhindacus flu. 84
rhion mare 120
rhoda op. 139
rhodanus flu. 136
rhodos inſu. 143
rhodope mons 100
rhœſi regnum 103
rhophanes po. 19
rhiphæus mons 92
rhiphaces po. 19
rhiphæi montes 183
roma 125
Rubreſus lacus 136
rubricatum op. 139
rudiæ op. 128
rupes mirãdæ naturæ in Cyrenaica prouincia 33
ruſicada op. 26.29
ruſcino op. 137

S

Sabatius iupiter 132
ſancti Galli op. 168.192
ſanctus Gallus 191
ſanctorũ interceßio quæ ſit 117
ſabatia op. 132
ſabæi po. 208
ſaccarum unde 199
ſacrum promon. 161
ſage 183.196
ſaguntum op. 140
ſaitani 27
ſays op. 62
ſala flu. 220
ſalacia op. 162
ſalamis op. 145
ſalamis inſu. 143
ſalduba op. 140
ſale promon. 129
ſalenos flu. 164
ſalentini campi 129
ſalentini po. 125
ſalia flu. 164
ſalomonis eruditio 66
ſalona op. 122
ſalſulæ fons 137
ſame inſula 146
ſamos inſula 142
ſamonium promont. 148
ſamothrace inſula 144
ſantones po. 167
ſars fluuius 163
ſardabale flu. 28
ſardemiſos mons 72
ſardinia inſu. 153
ſardonum ora 137
ſarmatia 179
ſaronicus portus 118
ſarpedon promon. 72
ſatarchæ po. 94
ſatyri 46.216
ſatmali po. 194
ſauromatæ po. 91.94
ſaurium flumen 164
Schœnitas portus 118
ſcamander flu. 81
ſcandille inſula 144
ſcarphia op. 113
ſchenus ſinus 76
ſchinis latro 114
ſcyllaceus ſinus 129
ſcyllaceum op. 130
ſcylla op. ibid.
ſcyllæ monſtri deſcriptio 150
ſcylace op. 84
ſcylleon promont. 115
ſcyone op. 106
ſcyros inſula 147
ſcyronia ſaxa 114
ſcythia duplex 18
ſcythiæ deſcriptio 183
ſcythicum promont. 163
ſcythicum cur dulce 188
ſcythæ po. 17.19
ſcythia Europea 93
ſcyathos inſula 144
ſcientiæ multæ, ueritatis conſciæ 159
ſcœnos flu. 104
ſcoti po. 191.192
ſcrobilus ſinus 209
Sebenniticum Nili oſtium 63
ſecundani po. 134
ſempronij error 125
ſeleucia op. 69
ſelymbria op. 102
ſemiramis 66
ſena inſula 198
ſenecæ loci 48.52.53.& 54.64
ſeneca emendatus 57
ſenſuum organa intus facile aſficiuntur 42
ſenogallia op. 128
ſepias op. 107
ſepias promon. 112
ſeptumani po. 134
ſequana flu. 166
ſeres po. 17.196
ſeriphos inſu. 147
ſerpens ad Bragadam ingens. 29
ſerpentes multi in Libya 46
ſerabis flu. 140
ſerpens 151
ſerpentum magnitudo 199
ſerpentes Aethiopici 211
ſerrium promon. 104
ſeſamus op. 86
ſeſtos op. 103
ſeſtianæ aræ 163
ſeuo mons 177
ſexſolitæ po. 89
ſetabis flu. 140
ſextani po. 134
ſiciliæ deſcriptio 149
ſicynus inſu. 147
ſicyon op. 120
ſida op. 72
ſyda portus 74
ſidon op. 68
ſyene op. 62
ſiga op. 26
ſigeum op. 81
ſigiſmundus Poloniæ rex 95
ſilarus flu. 130
ſyrocilices 20
ſimois flu. 82
ſimyra caſtellum 69
ſymplegades inſu. 142
ſyndones po. 89
ſyndos op. ib.
ſinonia inſu. 153
ſynope op. 86
ſinueſſa op. 131
ſinus magni quatuor 15
ſiphacis regia 27
ſiphnos inſu. 147
ſipyus op. 128
ſypuntum op. 128
ſiris 50

ſyracuſæ op. 150
ſyria regio 65
ſyri po. 207
ſyrtium magnitudo 31
ſyrtes 30.33
ſyttianorum colonia 27
Smyrnæus ſinus 79
Sogdiani po. 187
ſolini loci 25.27.31.35
ſolini error 81.125
ſolini laus 74.198
ſolini incuria 29.111.153.161.
ſolini ſomn9 226 (208.217
ſolinus ingratus 232
ſolinus ſimia dicitur ib.
ſolis oſtia 205
ſolis menſa 214
ſolis fons mirus 34
ſoloë op. 70
ſomnijs qui careant 43.44
ſomnus quid 38
ſomnum multa uariant ib.
ſomnium quid 38.40
ſomnium ſcenæ comparatur 38
ſomnij portæ 39
ſomniū quæ uirtutes præſtēt 40
ſomnium quomodo fiat 40.43
ſomniantss & uigilantes contrario modo ſentiunt 41
ſomnijs cur decipiamur ib.
ſomniantem phantaſma magis mouet quàm uigilantem ib.
ſomnia multis cauſis uariant. 42.43
ſomniare nunquā rarum eſt 44
ſomnia affectorum, & purgati animi ſunt diuerſa ib.
ſomnia diuiniora qb. obtingāt ib.
ſomniantes quare loquantur 42
ſomnient difficile qui 42
ſomniorum perſonæ 43
ſomnia cur interdū horrenda ib.
ſophene regio 65
Spartum 138
ſperchius flu. 113
Sphinges feræ 214
Sporades inſu. 147 (eſt.59
ſpuriū eſſe in Aegypto nil ob-
ſpiritui omni nō aſſentiendū. 118
Sthœchades inſu. 153
ſtationarij milites 173
Stymphalus lacus 112
ſtrabo poßidonium excußit leui de cauſa 257
ſtratos op. 112
ſtrymon flu. 100.105
ſtrongylæ inſu 152
ſtrophades inſu. 146
Subur op. 139
ſub polis terra non extat 275
ſucro flu. 140
ſucronenſis ſinus ibid.
ſuel op. ibid.
ſueſia palus 176
ſulchi op. 153
ſunium promon. 104.113.114
ſurrentum op. 131
ſuſiani po. 19

T

TAbereni po. 87
tabraca op. 29
tachempſo inſu. 50
taciti uanitas 116
tænaros promon. 115
tagus flu. 162
taygetus mons 111
talza inſu. 195
tamarici po. 163
tamaris flu. 162
tamos promon. 202
tamuada flu. 26
tanais flu. 16.91.93
tanicum Nili oſtium 63
taphræ op. 30.94
taprobane inſu. 11.202
tarracina op. 131
tarraco urbs 139
tarraconenſis prouin. 138
tarſus op. 70
tarentinus ſinus 129
tarichiæ inſu. 144
tartarorum immanitas 180
tartari hippophagi ib.
tarteſſos op. 141
Thaſos inſula 144
tarentns op. 129
taurus mons 74.176
tauri po. 98
taurici po. 88.94
taurianum op. 130
taurominium op. 150
Tectoſages po. 134
telamon op. 131
telmiſos op. 75
temeſa op. 130
tempe Theſſalica 108
temperamētum eſſe poteſt inter duo alternatim calidißima 10
temporum noſtrorum deſidia 12
templorū nimius ornatus reprobatur 212
templum animi exornandū 214
tenea op. 112
tenedos inſu. 142
tenos inſu. 147
teos op. 80
terapne op. 111
terina op. 130
tergeſtum op. 123
terotæ 219
terra quomodo è mari emineat 2
terræ mutantur 28
terræ diuiſio 2
terreſtria po. 89
terra Oceano clauditur 188
terræ Zonæ quinq; 3
terræ forma qualis 3.15
terræ habitatæ triplex diuerſitas 4
terræ prominentia 272
terræ mutantur ibid.
terra quæ extat, longior eſt quā ſit lata 271
terra cum aqua rotunda eſt 272
terrarum partium termini 16
terentiani locus 77
theutoni po. 178
Thabin mons 296
thales 77
tharandus Scithiæ 226
theologos ueteres qui non legant 159
theologiæ profeſſores ueretur Vadianus 253
theologi dicunt Auguſtinum lapſum, quòd antipodas negarit, ſed male 254
theologi antipodas eſſe negare non debent 255
theanum op. 128
thebæ Aegyptiæ 63
thebæ Bœotiæ 110
thebæ campus 81
thelis flu. 137
theganuſa inſu. 146
themiſcyrum op. 87
theodorus Gaza 107
θεῶν ὄχημα mons 216
thera inſu. 147
thermæ op. 151
termodon flu. 80.87
theodoſia op. 64

thermo-

Index.

thermopylæ 113
theſſalia 109
theſſalonice op. 107
thymnias ſinus 76
thinnias promon. 102
thicis flu. 137.139
timotheus muſicus 77
thynnias inſu. 142
thyrſſagetæ 91
thiſſamiſſa portus 76
thoas rex 98
tholobi op. 139
thoricos op. 114
thraciæ deſcriptio 99
thraces Muſicæ ſtudioſi 102
thraciæ ſterilitas 110
thracius Boſphorus 16
thracum mores 100
thule inſu. 184.194
thus arabicum 208
tyberis flu. 131
Tifernus flu. 128
tigris flu. 207
tigres animalia 187
timauus flu. 126
tingi op. 25
tios op. 86
typhon uentus 71
typhoneus ſpecus ibid.
typhon gigas ib.
tyra flu. 96
tyros peninſula 68
tiriſtris promon. 102
Tobolicum Tricium 164
toloſſa op. 134
tomos op. 102
toreatæ po. 90
torone op. 107
tortellij incuria 102
tortellius labitur 200
tragopanades aues 214
tragurium op. 122
tragurium inſu. 149
trapezus op. 88
treueri po. 166
tripolis 68
triton amnis 30
tritonis palus ib.
tritonia Minerua ibid.
tricium op. 164
tritonice op. 102
troas regio 80
trœzenij po. 118
troglodytæ po. 44
tropicus cancri 10
tropicus Capricorni ibidem
trucones inſu. 149
truentum op. 128
tubero flu. 205
tulcis flu. 139
turcæ po. 91
turduli po. 160.162
turium op. 129

V

Vadiani patria 168
uadiani modeſtia 231
uadianus Plinium iuuare conatur 231
uadianus tria probat 260
ualerij Maximi locus 132
uallæ incuria 116
Valetium op. 128
ualentia op. 140
uarduli po. 164
uarum flu. 132
uaſio op. 133
Vegeti po. 19
uelia op. 130
uellcircum 176
uellus aureum 88
uenaria inſu. 153
ueneti po. 124
uenetiæ deſcriptio 124
uenetus Rheni lacus 167
uenus Apaturia 90
uenus Cypria 144
uenus Erycina 151
ueneris portus 137
ueritas in quocunq; eſt, à ſpiritu ſancto eſt 256
ueſulus mons 127
ueſuuius mons 131
Via flu. 162
uienna Auſtriæ 97
uigiliæ quatuor 64
uibon op. 130
uienna Allobrogum 133
uirgi op. 140
uirgilij loci 4.12.55.204
uirgitanus ſinus 140
uirtutes animæ decem 39
uiſurgis flu. 177
uiſula flu. 179
Vlyßi po. 162
Vmbræ meridianæ 197
umbrarum uaria differentia. 197
Vocontij po. 133
uolcæ po. 136
uolſci po. 125
Vrgo inſu. 153
urias ſinus 128
urſini Velij culogium in Germanica ſtudia 172
Vthiſia op. 28
utica op. 29
utinum op. 127
uualachi unde dicti 97
uulturnus flu. 131
uulturnum op. ib.

X

Xanthus flu. 75
xanthus op. ibid.
xerſe perfoßus Atos 106

Z

Zazynthos inſula 146
zephyrion promon. 129
zephyre inſu 149
zethis flu. 206
Zonæ terræ quot 3
zona media an habitabilis 9
zone oppidum 104

FINIS.

IOACHIMI VADIANI HELUETII IN POMPONII MELÆ LIBRUM PRIMUM COMMENTARIA.

IOACHIMI VA-
diani Heluetii in Pomponii Melæ li
brum primum commentaria.

PROOEMIVM.

a Ggredior.] Signatè in re difficili uſus eſt uerbo: nam ea potiſsimum aggredi ui demur, quæ maiori conatu & uiribus magis intentis perficiũtur. b Imped. opus.] Ideo, ut Plin. libro 3. ait, infinitum id quoq; exiſtimarunt, nec temere ſine aliqua reprehenſione tractatum, haud ullo in genere uenia iuſtior eſt, ſi modo minime mirum eſt, hominem genitum non omnia humana nouiſſe. c Cõſtat enim.] Græca, Latina, Barbara, eaq́; exotica partim, partim indigena uocabula elegantem cõtextum uix admittũt: deniq; & in immenſa multitudine labor eſt, quo ordine ſingulæ coërceantur. d Perplexo.] Intricato. e Longa eſt magis.] Quę faſtidium magis, quam gratiam pariat: quæ enim breuia ſunt, modò non obſcura, gratiã merentur, longis aũt, quod multã lectionem expoſtulant, faſtidiũ ineſſe ſolet. f Benigna.] Gratioſa. g Verũ aſpici.] Geographię cõmendatio eſt, quã nulla propè ad rerum humanarũ cognitionẽ doctrina magis attinet. h Et quod.] Quod opus, inquit, ſi ſcriptoris induſtria & ingenio comptum elegãsq́; fieri nequit, nominum aſperitatẽ idipſum impediẽte, ex re tamẽ & ipſa ſui contemplatione, frugem attendentibus afferre cõſueuit. i Orantis.] Narrantis, ſcribẽtis. k Operæ.] Laboris ipſorũ attendẽtium per compẽſationẽ, ſcilicet ex emolumẽto. l Abſoluat.] Pariat, efficiat. Per hęc aũt ſumma authoris modeſtia apparet, adeo ingenij ſui opem extenuantis, cũ rebus ipſis tamẽ ſuopte ingenio claris, non minus lucis, ſumma elegãtia ſua, & mirãdo ordine, quo in hoc opere uſus eſt, adiecerit. m Dicam autem.] Hic locus indicat Pomponium aut ſcripſiſſe, quæ temporum ſæuitia interciderint, aut maiora his de ſitu orbis fuiſſe ſcripturum. Id quod libro tertio in Britannię ſitu, his quoq; uerbis innuiſſe mihi uidetur: Britannia qualis ſit, qualesq́; generet, mox certiora & magis explorata dicentur: per me ſcilicet, ampliori opere inſtituto, ut ego intelligo, quanquam ad alios quoq; referri poſsit. n Deinde.] Prius enim toto in maximas partes diuiſo, ſummatim eas deſcribit, hinc à Mauritania orſus ſingillatim per omnia digreditur. o Intra.] Ad ſinus, quos terras aperiens oceanus fecit. p Extra.] Ad extimum oceanũ. q Subit.] Hoc ad ſinus referendum eſt, quorum potiſsimi quatuor ſunt, duo à Meridie, ab Occaſu unus, & unus à Septentrione, de quibus ſuo loco mentio fiet. r Circumluit.] Ambit, & ad oceanũ refertur. s Additis.] Id enim Geographorum eſt, ut locis enumeratis, reliqua paſsim, quæ aut natura, aut hominũ ingenio, rebusue geſtis memoratu digna ſunt, nectant, ut in Catecheſi diximus.

POMPONII MELAE COSMOGRAPHI DE ORBIS SITV LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

ORbis ſitũ dicere [a] aggredior, [b] impeditum opus, & facundiæ minimè capax.[c] Conſtat enim ferè ex gentium, locorũq́; nominibus, & eorum [d] perplexo ſatis ordine, quem perſequi [e] longa eſt magis, quàm [f] benigna materia: [g] uerum aſpici tamen cognoſciq́; digniſsimum: [h] & quod, ſi nõ ope ingenij [i] orantis, at ipſa ſui contemplatione precium [k] operæ attendẽtium [l] abſoluat.[m] Dicã autem aliâs plura, & exactiùs. Nunc autem ut quæq; erunt clariſsima, & ſtrictim: ac primò quidem, quæ ſit forma totius, quæ maximæ partes, quo ſingulæ modo ſint, utq́; habitentur, expediam.[n] Deinde rurſus oras omniũ, & litora ut [o] intrà [p] extraq́; ſunt, atque ut ea [q] ſubit, ac [r] circumluit pelagus.[s] Additis, quæ in natura regionum, incolarumq́; memoranda ſunt. Id quo facilius ſciri poſsit, atq; accipi, paulò altiús ſumma repetẽt.

MVNDI IN PARTES QVATVOR DIVISIO.

QVicquid id eſt] bene Pomponius alius negocij moleſtiam ſubterfugiturus dixit, quicquid id eſt. Nam quid mundus, aut qualis eſſet, non una opinione à uetuſtis diſputatum eſt, idq; explicare non eſt Geographi magis, quàm philoſophi, cui illa curæ eſſe debent. Ad Melæ modeſtiam anxia illa differentis, hęc Plinij ex lib. ſecundo uerba pulchrè accedunt: Furor eſt (inquit) profectò furor, ęgredi ex eo (orbem intelligens elementorum) & tanquam interna eius cũcta planè iam ſint nota, ita ſcrutari extera, quaſi uerò menſuram eius rei poſsit agere, qui ſui neſciat: aut mens hominum uidere, quę mundus ipſe non capiat. hæc ille.

MVNDI IN PARTES QVATVOR DIVISIO.

OMne igitur hoc, [a] quicquid id eſt, [b] cui mundi, cœliq; nomen indidimus, unum eſt, [c] & uno ambitu ſe, cunctaq; amplectitur. [d] Partibus differt: unde ſol oritur, oriens nuncupatur, aut ortus: quò demergitur, occidẽs, uel occaſus: [e] quà decurrit, meridies: ab aduerſa parte, ſeptentrio. Huius medio [f] terra ſublimis, cingitur undique

Vnum tamẽ eſſe, philoſophorum princeps Ariſtoteles lib. de cœlo primo probat: cuius ſententiam Thales Thaletisq; ſtudioſi ante aſſeruerant. Contra Democritum, Epicurum et eorum diſcipulum Metrodorum, qui innumerabiles in infinito mundos faciebant, finitus eſt, & infinito tamẽ ob partium magnitudinem ſimilis: & cum rerum omnium certus ſit, ſimilis incerto uidetur, ut Plinius indicat, contra Seleucum, qui mundum infinibilem eſſe dixit, ut in philoſophorum Placitis Plutarchus ſcribit. b Cui mũdi.] In re ſimili iiſdem propè uerbis uſus eſt Plinius. Mundũ (inquit) & hoc, quod nomine alio cœlum appellari libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta. &c. Cicero libro de natura Deorum. ij. Neque enim (inquit) eſt quicquam aliud præter mundum, quo nihil abſit, quod undiq; aptum atq; perfectum, expletumq; ſit omnib. ſuis numeris & partibus. Mundũ uerò ob ornatum, & plenam artificij rerum ſeriem dictum Latinis, & ſimili cauſa Græcis κόσμον. Cœlum aũt à lucentium ſtellarũ quaſi in ſphęris ſuis ſculptura, notius eſt, quàm referri debeat. c Et uno ambitu.] Plinius extra intraq; cuncta complexus in ſe, idemq; rerum naturæ opus, & rerum ipſa natura. Ideoq; Vitruuius lib. 9. mundũ eſſe ait naturæ rerum conceptionem ſummã, cœlumq; ſideribus conformatum. M. C. lib. de leg. primo, Vniuerſus, inquit, hic mundus una ciuitas Deorum, atq; hominum exiſtimanda eſt, quod certe ad illud accedit, ne extra mundum quicquã eſſe credamus. d Partibus differt.] Id eſt, regionibus ſiue limitibus, ut libro ſecũdo cœli cardines Gellius nominat. Nam de partibus mundũ conſtituentibus, elementis ſcilicet, & cœlo, quod ſupra elemẽta eſt, nihil ad Melam hic. Sunt aũt limites, Ortus, Occaſus, Meridies, Septentrio, in hoc diuerſi tantũ, quod hi perſtant, ſuntq; immobiles. Illi nũquam eodem modo ſe habẽt propter ſempiternã ſolis in gradib. ſignorũ per aſcenſum, & deſcenſum mutationem. Hinc Eratoſthenes (ut Varro libro de re ruſt. primo ait) orbẽ in duas partes maximè ſecundum naturam diuiſit, ad meridiem uerſus, & ad ſeptẽtriones. A latere igitur cœli, in quo ſupra horizontem ſol aſcendit, ortum, quo ſe mergit, occaſum accipimus: qui licet eadem in parte, id eſt, in ſpatio, quod inter tropicos eſt, ſemper ſint, tamen quia nunquam contingit ſolem illinc oriri hodie, unde heri oriebatur, nec è regione pari modo occidere, nunquam unus idemq; ortus, & occaſus eſt, inſigni Auli Gellij errore, qui ortum omnem, & occaſum ex Phauorini doctrina, aut brumalem eſſe ait, aut æquinoctialem, aut ſolſtitialem, quaſi uerò inter parallelos ſolſtitiales & æquatoris, nulli intermedij ſint: niſi ita Gellianę diligentię patrocinari libet, ut ſolſtitialem intelligamus ſolſtitio uicinum, pariq; modo ęquinoctialem & brumalem: quod uerè magis tamen, quàm proprie intelligitur, & acutè hoc modo magis, quàm explanatè Gellius tradidit. Has regiones Calphurnius Siculus in Delo. his uerſibus complexus eſt. Exultet quęcunq; Notum gens ima iacentem, Erectumq; colit Boream, quęcunq; uel ortu, Vel patet occaſu, medioue ſub ęthere feruet. e Qua decurrit.] Ideo ait, decurrit, quòd nobis citra æquinoctialem ad multã latitudinem ſitis, deuexus Auſtrinus polus eſt, eleuatus Arctous, quod ſphęram rectam habentibus non contingit. E regione uero trans ęquatorem tranſgreſsis polus noſter deuexus eſſe incipit: quoq; latius diſceſſerint illuc, tanto Auſtrinus ſibi polus altior apparet. f Terra ſublimis.] Totam terrã nõ intelligit: nam illa mari non undiq; cingitur, ſed extantem illam terrę ſuperficiem, quam in hominis habitationem, & eorum animalium, quę ſpirarent, quęq; homini commoda eſſent, ſalutem, ab undis nudam eſſe uoluit in ſui gloriam Deus Optimus Maximus, cuius ineffabili potentia, iam ante ex nihilo eluxit, quicquã hodie aut ſenſu cernimus, aut animi cogitatione conſequimur. Terram

autem

autem extare ſupra undas ut pomum natans, aut leuem quempiam ex ligno globum undis innatantem, qui credunt ualde decipiuntur: hoc enim modo multa falſa forent, quorum depreñſa ueritas eſt. Terræ ergo ſuperficiem, quæ extra undas eminet, ita eminere credamus, ut ex ea & circumfluentibus undis corpus rotundum in ſeſe undiꝗ recurrens efficiatur. Inde & illud eſt, quod in tali rotundo aliud terræ centrum eſſe, aliud grauitatis, quod mundo reſpondet, deprehenditur. Strabo certe libro tertio non dubitat, rotundam una cum mari terrã eſſe,

mari,[a] eademꝗ in duo latera, quæ hemiſphæria nominãtur, ab oriente diuiſa ad occaſum,[b] zonis quinꝗ diſtinguit. Mediã æſtus infeſtat, frigus ultimas. Reliquæ habitabiles paria agunt anni tẽpora, uerũ nõ pariter. Antichthones alterã, nos alterã incolimus. Illius ſitu ob ardorẽ intercedẽtis plagæ incognito: huius dicẽdus eſt.

unamꝗ & eandem cum ęquoribus ſuperficiem habere. De hoc aliiſꝗ, ad quæ aliquando ſtudioſum lectorem remittemus, in epiſtola ad Rudolphũ Agricolã, plura diſſeruimus. Sublimis. extñs, eo modo, quo diximus. a Eademꝗ.] Dubitari poteſt, an hemiſphæria per mediatorem, an per horizontem rectum potius diuiſa intelligat? Nã & mediator totum hoc, quod ex terræ & undarum nexu rotundum eſt, in duo paria diuidit, altero in Auſtrum, in Septentriones altero ſecundum latitudinem, ſiue (ut Gellius uocat) deuergentiam expanſo. His enim per omnia paritas eſt, licet diuerſo tempore æſtatem & reliqua anni tempora ſortiantur: quanquam nõ neſciam & æquinoctialem horizontem eſſe poſſe, ſed his tantum, qui (ſi qui ſunt) ſub polis ſiti ſunt. Verior omnino ſenſus eſt, Melam uoluiſſe, totius terræ excurſum in duo hemiſphęria à limite Orientis, in limitẽ Occaſus diuidi: idꝗ potiſsimum reſpectu ſphęræ, in qua lineæ meridianæ, ſicut eſt notiſsimum, etiam horizontem faciunt, & nulla uariante eleuatione, terram, ut ſita eſt, partiuntur, quo modo & Capella Martianus lib. ſexto partitus eſt. Hoc autem demonſtrabitur commode, ſi ab Occidente habitabili ſpatium longitudinis in 180. gradus per æquinoctialem hemicycli ſpatio duxerimus. Nam illinc Ptolemæus quoque longitudinis menſurationem orſus eſt. Quod ſi communem ſententiam ſequimur, nullus horizon eſt à quocunꝗ habitatæ terræ puncto ductus, quin terram in himiſphęria duo diuidat. Cæterum quo minus priorem ſententiam deſpectui habeamus, facit, quod libro tertio Pomponius de Taprobane locutus, primam partem orbis eam alterius ex Hipparchi ſententia dicit, tanquam Auſtrino hemiſphærio hoc modo à noſtro Septentrionis ſeiuncto. Quando & Macrobius putauit inter hunc & illum, neſcio quem, oceanũ intercedere. b Zonis quinque.] Zonarum diſtributio in temperatas duas, quæ à polis duas attingunt ob frigus inhabitatas, mediam uero ad æquinoctialem ob æſtum ineuitabilem, iam inde à uetuſtiſsimorum traditione uulgatiſsima eſt. NE TAMEN HOC IN LOCO, ſtudioſis aliqua in parte defuiſſe culpari poſsimus, paulo altius nobis ſumma repetenda eſt, ut, ubi bene, & ubi non bene (nam & Pomponius cum uetuſtate lapſus eſt) Mela ſenſe- *Mela non ubiꝗ*
rit, intelligatur. Rectè enim aſſerit & uerè, mediã infeſtare æſtum, & frigus ultimas, reliquasꝗ *bene ſentit.*
habitabiles paria agere anni tempora, ſed non pariter: illam Antichthonas, nos hanc incolere: male autem & falſò ſcribit alteram temperatam nobis incognitam eſſe, idꝗ ob intercedentis plagæ ardorem: quaſi uero, quę inter tropicos eſt, plaga habitari nequeat: & maior ſit ſub æquatore, quàm ſub tropicis æſtus, quæ falſa eſſe ipſius uerbis comprobabimus. PRIMUM autem de zonis, dicemus, mox ut habitentur, & an habitari queant, relaturi. Zona- *Zonarum diſcri-*
rum diſcrimen belle Probus Grammaticus ait è manu accipi poſſe, ſi læuam contra ora *men ex Probo.*
noſtra in ortum ſolis uerſa, digitis expanſis introſpexerimus: ut ubi pollex eſt ibi zonam eſſe arcticam, quæ & ſeptentrionalis uocatur, intelligamus nimio rigore inhabitabilem: pollici proximo digito temperatam noſtram, quam ęſtiualem nominat, indicari: & medius digitus ęquinoctiali aduſtę, & inhabitabili ſecundum uetuſtos, reſpondebit: quartus alteram temperatam oſtendet, quam hyemalem Probus nominat, quòd ſol in eam inclinans nobis hyemem relinquit, ſicut in noſtram aſcendens, æſtatem aperit, dieſꝗ longiores facere ſolet: digitus minimus, quintam zonam referet, Notitiam & Auſtralem dictam ob gelu perpetuum, & ſicut Septentrionalis noſtra, inhabitabilem. Has quatuor minoribus parallelis, tropicis uidelicet duobus, & arctico antarcticoꝗ circulo ſegregari rectè mathematici aſſerunt. Libet hoc loco, Martiani de zonis uerba ex libro eius ſexto referre: quoniam elegantia ſunt, & erroribus tamen notandis, quibus lector alioqui ſeduci poſſet, aſperſa. Orbis (inquit) terræ, in quinque zonas, ſiue melius faſcias dico pro rerum diuerſitate, diſcernitur, quarum tres intemperies multa, ob contrariorum nimietatem relegauit: nam duæ axi utrinꝗ confines, algore immenſo & frigoribus, deſertionis cauſas, pruinis mergentibus pre- *Martiani de quin*
buere. Media uerò flammis & anhelis ardoribus torridata, propinquantes animantium in- *que zonis uerba.*
burit acceſſus. Aliæ autem duæ, uitalis auræ halitu temperatę, habitationem animalibus indulſerunt, quę quidem per totius rotunditatem telluris incuruę, tam ſupernum hemiſphe-

rium,quàm inferius ambierunt. Nam utiꝗ terra duas ſui partes hemicyclorum quadam di-
uerſitate deſpicit,id eſt,unam habet ſupernatem,quam nos habitamus,& ambit oceanus; &
aliam infernatem.Sed hæc ſuperior initiū habet à ſolari ortu:illa inchoat à ſolis occaſu,quem
circulum Græci horizonta perhibent.Verum quia il'æ zonæ uolubilitatem utriuſque partis
includunt,decem utrinꝗ circulo ſuo faciunt regiones,è quibus hęc,quę à nobis habitatur,eſt

Capellæ & Macrobij error.

una &c.His Capellę uerbis rem fideliſsimè tradentibus hic error ineſt, quòd hemiſphęrium
noſtrum,oceano ambiente,& uaſto interuallo diſcludente, ab inferiori ſeiungi exiſtimat. In
quo errore & Macrobius libro ſomnij ſecundo uolutus, zonas temperatas in terra, interfluo
oceano undiquaꝗ ſeiungi putauit, ita ut duæ in noſtro hemiſphærio, duæ uerò in inferiori
Periœcorum noſtrorum & Antipodum ſitæ eſſent:& totam nobis cognitam terram,quā ue-
tuſti in partes tres diuiſerunt,ad zonam noſtram & Arctoam frigidam attinere credidit, pu-
dendo mehercule errore, ut inferius oſtendemus. Illa uerò ſecutus Capella decem zonarum
regiones fecit,quinque ſcilicet noſtri hemiſphęrij,& inferioris quinque,quę tamen per uolu-
bilitatem uriuſque partis correſpondeant, & ſub conformi cœli rotatu ſubſidant. Ad quam

Locus Virg.

opinionem illud Maronis libro Geōrgi.primo facili ſenſu accederet. Et uia ſecta per ambas,
Obliquus qua ſe ſignorum uerteret ordo.Nam cū conſtet, zodiaci excurſum tropicis termi-
nari,in ambas temperatas ſigna non exeunt,ſed per ambas potius exuſtas,ea ſcilicet,quę no-
ſtri eſt hemiſphęrij & quę inferioris:nam hę duas regiones (ut Capella ſentit) faciunt. Sed ne
hęc quidem curioſa magis,quàm acuta ſentētia bene quadrat,melius Macrobio interpretan-
te,qui Virg.per prępoſitionem pro,inter familiariter poſuiſſe ait. Quanquam Probus pari
errore ueterum authoritate zodiacum per tres zonas medium ferri aſſerit:Maronem autem,
quę de zonis ſcripſerit,ex Eratoſthenis libro hexametris uerſibus ſcripto, cui titulus ſit Her-
mes,in ſua tranſtuliſſe ait. Strabo in libri ſecundi fine cœli zonas quinꝗ ponit, quibus illę

Strabonis ſententia de zonis.

quinꝗ in terris faſcię reſpondeant,& eiuſdem nominis eſſe ait,quæ in imis & quę in ſuperio-
bus ſunt. Libro uerò tertio terram cum aqua rotūdam eſſe cum tradidiſſet, totam eam per
ęquatorem, & alterum ex coluris per polos excurrentem, & arcticum atque ęquinoctialem
rectis angulis interſecantem, in quatuor quartas diuidit,in quarum duabus in Septentrio-
nem inclinantibus,locus temperatę intermedius eſt, cuius medietas Septentrionalis tanta
ſit, quantum eſt ſpatium,quod ab arctico ad polum pertinet:auſtralis uerò pars tanta, quan-
tum interuallum ſit inter ſolſtitialem & mediatorem in regione æquinoctiali, ut idem & in
alijs lateribus ad commenſurationem meridiani fiat.Quod uerum eſſe etiam ex recentiorum
traditione conſtat, qui illam coluri partem,quæ eſt inter tropicum cancri, & circulum arcti-
cum,propè duplam eſſe aiunt ad maximam ſolis declinationem: maximam autem declina-
tionem,quæ 23. graduum eſt, & 50.minutorum, ęqualem eſſe arcui,qui inter poli punctum
eſt,& circulum arcticum: unde reliquum eſt, ut temperatę zonæ alterius magnitudinis du-
plum reſpondeat. Verum,quòd Strabo ait in altero iſtorum laterum noſtram habitabilem
locatam eſſe, & tanquam inſulam mari circumallui, nimirum in eorum ſententiam abit,
qui noſtram habitatam à reliquis & pręſertim meridianis oceano ſeparari falſo aſſeruerunt.
De zonis hactenus. Nunc ut habitentur uideamus.Tota illa rotundi corporis moles,in Me-

Cleomedis de triplici habitatæ terræ diuerſitate ſententia.

ridiem,Septentrionem, ab Ortuꝗ & Occaſu habitata, quia rotunda eſt, fecit ut accolis, ex
ſitus uarietate, alia atque alia nomina eſſent. Quæ Cleomedes in libro de Cœleſtibus ordi-
nibus,ſuorum temporum placita referens,per zonarum temperatarum ambitus tantum,ita
diſtribuit, ut primam dimidiam uerſus arctoum nos homines: alteram autem dimidiam
terræ circumuerſę illi, qui nobis Periœci, id eſt, circumcolæ ſunt,inhabitent. Qui uerò è re-
gione noſtræ temperatæ, trans torridam zonam habitarent,illos nobis antœcos eſſe dixit,
quod aduerſum latus inhabitent.Qui dimidiam lateris eorum circumuerſi tenerent, eos no
bis Antipodes eſſe,illis autem Periœcos,quemadmodū Periœci noſtri illis Antipodes ſunt.
Quæ quanquam uerè Cleomedes diſſeruit,tamen,quòd temperatarum tantum meminit,&
multa hodie comperta ſunt,quę ignorauit antiquitas,quę obſeruata ſunt diligentius,& acu-
tius à recentioribus diſputata, libet hoc in loco referre.Quod ſi cui longiuſcule digreſſus ui-
debor,is mihi ueniam uel ob hoc dabit,quod ſtudioſis in re protrita admodum, ſcitu uerò di-

Qui propriè Periœci dicantur ex recentiorum traditione.

gniſsima, pro mea uirili prodeſſe uoluerim. PERIOECI itaque, hoc eſt, circumcolæ,
hi ſunt, qui ſub eodem parallelo, & meridiano per polos ducto habitant: dico autem ſub
eodem parallelo, per quod Antipodes ſecluduntur: quibus tametſi ſemper idem,qui no-
bis meridianus eſt, diuerſos tamen ſemper & æquali latitudine ab æquatore diſtantes pa-
rallelos habent.Ideo haud quanquam eſt opus eam hemiſphęrij aut latitudinem, aut longi-
tudinem inter Periœcos eſſe, quę in Antipodum ſitu deſideratur: niſi ſub ęquatore circulo,
oppoſitis lateribus unius meridiani habitantes, Periœcos dicere uellemus: quos conſtat ad
maximi paralleli menſuram,ſub qua iacerent, hemiſphęrio,id eſt, centum nonaginta gradi-
bus diſtare ad diametri oppoſitionem. Sed rectius æquatori ſectionem relinquimus totius
rotundi in hemiſphęria maxima duo,alterum Arctoum, Auſtrinum alterum,ut Strabo diui
dit in fine ſecundi.Reliquis autem à medio diſcedētibus parallelis & Periœcorum & Antœ-
corū ſitū tribuemus. Quod ſi habitātes ſub hoc parallelo, pręter id, quòd Antipodes dicūtur
(ut do-

(ut docebimus) Periœcos quoque ex diffinitione data, nominare placuerit. Concedamus oportet, dari poſſe Periœcos, qui ijdem Antipodes ſint, & è regiõe, neq; hoc niſi ſub unico æquatore: Reliqui enim paralleli ſignati minores terrã in duo paria non diſtinguunt, nec oppoſitionem ex diametro efficiunt. Eſt tamen ut Periœci quandoq; minus proprie dicantur, qui ſub parallelo uno ſiti ſunt iuſto quidem interuallo, uerũ circumuerſa meridiani latera nõ attingente. PERIOECIS nobiſcum commune eſt: primò, eiuſdem temperatæ inhabitationem futilem illam opinionẽ eſſe, quæ temperatas utrinq; in quartas duas uaſto interceptas oceano dirimit, in epiſtola ad Agricolam oſtendimus, & infra paulo oſtendemus: Secundò, quòd ſimul hyemem, ſimul æſtatem, & tempora anni reliqua nobiſcum habent, & incrementa dierum noctiumq; nobis cum illis eadem ſunt. Quibuſcunq; enim idem parallelus eſt latitudinis, ijs eadẽ eſt dierum noctiumq; uno tempore quantitas. In hoc tantũ à nobis diuerſi, quòd nec eundem ortum, nec occaſum habent: & quãdo nobis diei medium eſt, illi medium habent noctis, ſicq; è regione. VERVM ut hæc clariora fiant, ponam axiomata. Primùm, poſito conceſſo, quòd terra ultra latitudinẽ, plus minus. 67. graduum ſub eodem meridiano habitabilis ſit, dantur Periœci, qui diem uno, & eodem tempore habent, quod Raphaël uetuſtorum traditione contentus, non animaduertit. Probatio eſt, Quia, ſole in principio cancri exiſtente, illis non occidit, propter depreſsionem horizontis in latitudinem, quæ in oppoſitum latus meridiani trans polum uergit. Quæ res uel apertiſsima eſt ex cognitione circuli illuminationis ſolis, quem Andreas Stiborius, & Georgius Collimitius, digni poſteritatis præconio mathematici, nuper ad ipſum ſolis motum deprehenderunt. Recentioribus autem experimentis deprehenſa eſt talis Periœcorum ad prædictam latitudinem contra poſitio ſub eiuſdem meridiani lateribus. SECVNDVM axioma, Periœcis diem & noctem contrario modo eſſe, intelligi debet de his, quibus ſol oritur & occidit: tales ſunt propè omnes, quibus in hemiſphærio noſtro ab æquatore latitudo eſt plus minus gradibus. 60. POSSET autem quiſpiam dubitare, quonam modo id contingeret, ut noctis & diei paritas Periœcis eſſet, cum communiter dicatur ex antiquorum traditionibus nobis noctem eſſe, cum Periœcis noſtris dies ſit, & è contrario. Quia ergo ad ſolſtitium æſtiuale diem habemus longiſsimum, conſequens eſt, ut illi noctem longiſsimam habeant: cumq; nobis breuiſsima nox eſt, illis longiſsimus ſit dies. Hoc dubium hoc ipſo diſcutitur, quòd eundem nobiſcum horizonta non habent: qua re fit, ut nõ neceſſe ſit, exiſtimare ipſis oriri ſolem, cum nobis occidit: nec ſtatim oriri nobis, cum illis mergitur. alioqui diuerſitatis temporum ratio magis è diuerſa latitudinis ratione ſumitur. In ſitu igitur Periœcorum, quanquam non attente obſeruantibus hoc uideri poſſet, haud quaq; tamen ita eſt, propterea quod eundem horizontem non habent, ſed diuerſis ipſis & per ſe lato admodum interuallo tranſcurrentibus, fit, ut ſole nondum occidente nobis, illis iã exortus ſit, ipſorum horizonte iam exuperato: rurſus uero oriatur nobis manè ante, quàm ipſis occidat: id quod in globo exacto quoquam, horyzontibus contrariorum punctorum alicuius paralleli mediocris latitudinis circumductis, demõſtrari facillime poteſt. Ex quo paritas dierum & noctium intelligetur: quandoquidem euenit, ut unà ſolem cernamus ab occaſu iam nunc ipſis orientem, à noſtro uero horizonte iuſto interuallo diſtantem: pari modo & ab ortu ipſis nondum occaſum, nobis uero iam ortũ aſpiciamus. Ideo Raphaël Volaterranus, qui libro primo Vrbanorum commentariorum adeo obſcure hoc proſequitur, ut ne ipſe quidem ſatis intellexiſſe uideatur, bene ait, Non exacta ratione ſolem ipſis oriri, cum nobis occidat, cum ante, quàm occiderit nobis, ipſis fuerit ortus. Propterea ſi dicamus his uel illis diuerſos horizontes eſſe, non eſt ſtatim conſequẽs, ut credamus ijſdem diuerſam rationem eſſe quantitatis diei & noctis. Nec uerum eſt illud, quod uulgo ab huius rei profeſſoribus traditur, tunc uidelicet Periœcis diem eſſe, cum nobis nox eſt, & è regione: poſſunt enim unà diem habere, ut paulo ante docebamus. Sed uerum eſt horam mediæ noctis noſtræ, ipſis horam eſſe medij diei, licet eiuſdem denominationis fortaſſe non ſit. Item tempus meridiei noſtri, ipſis tempus eſſe mediæ noctis. Quod ideo dico, quia Periœcis Septẽtrionis, in æſtiuo ſolſtitio noctes breues admodum ſunt, quarum tamẽ umbræ ad meridianum, in æquas partes, ſicut & diei diuiduntur. Sunt autem horizontes (ut illud obiter in tranſcurſu explicem) circuli magni, quorum centrum idem eſt cum mundi centro, proſpectum noſtrum ita finientes, ut hemiſphærium cœli extet, hemiſphærium lateat, & terræ cum aqua dimidium ſemper ipſi ambiant, etiam ſi nos idipſum proſpectu citra in terra mariúe terminato, uiſu non deprehendimus: quod tamen ad cœlum attinet, non fallit contuẽtes nos. Et tanta eſt globi terræ ad cœleſtium magnitudinem paruitas, ut in ſemidiametro craſsitudinis terræ nullum ſit uariationis momentum, omnibus circunquaq; interim æque diſtantibus. Qui quidem à Græcis horizõtes, à nobis finitores recte nominari poſſunt: ὁρίζειν enim illis idem eſt, quod definire, & ὅρον definitionem atque indicationem rei uocare ſolent. Hi autem quia pro latitudinis uariatione nullis in locis certi manent, fit, ut quod M. C. lib. de diuinatione ſecundo docet, neceſſe ſit, ortus occaſus'que ſyderum non fieri pari modo, & eodem tempore apud omnes. Porrò & dierum æqualitatis, ac inæqualitatis ratio ex horizontibus eſt, ad totam ſphæram reſpicientibus nobis: ſiquidem unum tantum horizõtium genus eſt,

Quæ Periœcis nobiſcum communia ſunt.

Duæ propoſitiones pulchræ.

Andreas Stiborius.

Georgius Collimitius.

Nota.

Raphaël Volaterranus.

idq́; ſub æquatore quod rectam ſphæram, omneſq́; eius parallelos in duo æqualia, id eſt, hemicyclos pares diuidit: Ea cauſa ſub æquatore ſitis omnes dies toto anno uertente, ſimul & pares inter ſe, & cum ſuis umbris pares exiſtũt. Reliqui horizontes in alterutram partem deuergentes circulos iam dictos inæquali diuiſione ſecant: quantoq́; magis ab æquatore abeũt (modo ſol illic oriatur, & occidat) tanto magis inæqualia ſunt ſpatia, ut nox diei, quem aut pręcedit aut ſequitur, æqualis eſſe nunquam poſsit, in maiori declinatione maiori ſemper inæqualitate deprehenſa. Quod ipſum planè deprehenditur, ſi ad longiſsimum diem cuiuſque gradus ſeu paralleli latitudinis reſpexerimus. Nondum autem uideo, quomodo uerum eſſe poſsit, quod M. Cicero libro de natura ſecundo ait: Ipſa enim umbra terræ ſoli officiens, noctem efficit: nocturnorum autem ſpatiorũ eadem eſt æqualitas, quæ diurnorum, niſi, quod

Locus Ciceronis.

ipſe ſimpliciter affirmat, ad æquatorem referas, aut ad æquationem longiſsimæ noctis cum longiſsimo die, quę quidem certæ alicui latitudini, uerùm non in uno ſolis loco ac tempore, ſed diuerſis magis pari interuallo ab ęquatore hinc & illinc deuergẽtibus parallelis, ſeu gradibus declinationum fiunt.

Nota.

Quantus enim dies eſt in quouis gradu loci indicatæ latitudinis, ſole in ſignis borealibus meante, tanta nox erit inibi, ſole gradum tenente diuerſæ in Auſtrũ declinationis, ut gratia exempli: Quantus nobis quadrageſimooctauo gradui declinationis ſubditis dies fuerit, ſole .12. arietis gradum obeunte, tanta & nox erit, eodẽ duodecimum libræ gradum permeante: cum omni tempore (æquinoctij diebus exceptis) neceſſe ſit proportionem eſſe, noctis noſtræ ad diem contrapoſitæ latitudinis, & è regione, ubicunq́; ſol exiſtat. Quod ſi noſtro in latere moueatur, tanta ipſorum nox eſt, qui .48. graduum latitudinem Auſtrinam habẽt, quantus noſter fuerit dies. Rurſum ſi brumalibus in ſignis fuerit, tanta noſtra nox eſt, quantus horum dies fuerit, æterna commenſurationis lege, niſi quiſpiam ſupputatione ſcrupuloſa amplioris moræ, ſolis minutias in ſignis borealibus propter augẽ eius æſtimare uelit: Ac neſcio quidem, diuerſam hanc æquationis rationem Cicero intelligi uoluerit, necne. Porrò ut ad horizontes reuertamur, illud adnotaſſe fortaſſe non alienum fuerit, quòd, cum æquatorem circulũ omnis horizon undecunq́; incidat, modo horizon ſit, in duo æqualia diuidat. illud uſu uenit, ut æquinoctiorum diebus, id eſt ſole primũ aut arietis, aut libræ gradum tenẽte, per omnia climata, omnemq́; latitudinẽ dies nocteſq́; ſint ſimul æquales. Hic enim omnium parallelorum unus ſoluſq́; eſt, quem uel obliquiſsime incidentes horizontium circuli in duo ſemper æqualia diuidunt, omnibus horizontibus eiuſdẽ meridiani in duobus punctis ſeſe dimidiati æquinoctialis interſecantibus. In qua mira, & incredibili uarietate, quam propè tua tamen & uere diuina naturæ conſtantia inuiolatam retinet, potiſſimam cauſam præbet terræ mariſq́; demonſtrata rotunditas. Quod ut intelligas, finge terram planam eſſe, & eam ad horizontem rectum extendi, & cognoſces nocturna diurnaq́; ſpatia, & ſemper & omnibus æqualia eſſe, utcunq́; tandem zodiaci ſigna aut oriantur aut occidant. His expoſitis, ut ad inſtitutum reuertamur, dicimus, Periœcos nõ adeo diſtare, quin ad

Periœcorum ad ſe facilis tranſitus eſt.

eos, nullo prorſus uel mediterraneo mari, nedum oceano ſuperato, facillimus trãſitus eſſet, ſi uel gentium feritas, uel regionum paſsim deſerta permitterent. Conſtat enim punctum paralleli per Hiſpaniam tranſeuntis, Periœcorum punctum in ea Scythia, quæ trans Imaum eſt, habere, in quam, paucis fluminibus ſuperatis, perueniri poſſe, quis Geographię non ignarus neſcit? Tantam autem paralleli ab Hiſpania ducti longitudinem non recentiores tantum (nequis eorum fidei parum tribuat) ſed & Ptolemæus ad 180. gradus traduxit in Scythiam: Cui ut principi Mathematico & maximo huius doctrinę profeſſori fides adhibenda eſt. Nã (ut Strabo in fine ſecundi ait) terrarum ſcriptoribus, qui ex Phyſica, & Aſtronomia profecerunt, fides adhibenda eſt. Falluntur igitur, qui Periœcos intermedio mari à nobis ſeiungi exiſtimant, nobis inquam, qui notam temperatam Septentrionalem inhabitamus. Nec ue-

Extimæ terræ litore oceani dirimuntur.

ro negauerim inter extimum Indiæ in Eoum, & extimum Hiſpaniæ in Athlanticum uerſus litus, intermedium eſſe oceanum, multis & maximis inſignem inſulis, uerùm alio modo, quàm ipſi intellexerunt. Nec ille quidem tantum mortales auerſatur, quin ab altero litore ad alterum, ſecundum illam, quam cum terra facit, rotunditatem, nauigari poſſet, ſi modo expenſę non defuerint, & laborum tolerantiam, ſint, qui pręſtare queant. Quid igitur aliud dicamus, quàm uetuſtiores illos in exacta terrarum latitudine, longitudineq́; metienda defeciſſe? quod temporibus magis, quàm ingenijs perpetuę diligentię addictis, tribuerim. Quanquam (ut hodie quoq́; fieri ſolet) in acutioribus illis & ingenuis artibus magis, quid alij tradidiſſent hactenus, ſequi uoluiſſe ueriſimile eſt, quàm experientiæ penuria diuerſum ſentire: pręſertim quod inculpabile ſit errare cum ſuo ſeculo. Etiam ſi hoc modo uidemus magnis frequenter erroribus obrui ueritatem: & quæ temporum culpa admiſſa ſunt teſtimonijs ſenſim accedentibus, difficillime emendari. non etenim ſatis hoc perpendiſſe mihi uidentur, quod in Periœcorum ſitu contrapoſiti ſunt, non hemiſphærio quidem, ſed contrario paralleli puncto diſtant, quicunque ſub diuerſis eiuſdem meridiani parallelum interſecantibus punctis ſiti ſunt. Proinde, ſi ſub ęquatore, qui uerus hemiſphęrij menſor eſt, In 180. gradus, id eſt, hemicylum terra ſecundum longitudinem excurrit, quis dubitare poteſt, in contractioribus meridianis & parallelis hoc idem ad contrariam poſitionem ſuo modo in

do in terra fieri: Sed de Periœcis ſatis.

Antœci qui ſint.

ANTOECI dicuntur, qui trans ęquinoctialem ad parallelum ęqua latitudine ab eodem diſtantem, nobis in hemiſphærij ſui conformi latere ſunt ſiti, quibus noſtri Antipodes Periœci ſunt: Antœci autem dicti, quod non contrariam, ut Antipodes, ſed diuerſam Auſtrini lateris terram habitent. Quos ſi proprie accipimus, quicunq; ſub unius meridiani hemicyclo, & parallelis utrinq; ab æquinoctiali æqua latitudine diſtantibus habitant, Antœci ſunt: quanquam magis Antœci dicantur, qui paulo iuſtiori latitudine ab æquatore diſtant. Dico autē, unius meridiani hemicyclo, quòd Antipodes quanquam ſub eodem meridiano, & paris latitudinis parallelo ſiti ſunt, oppoſito tamen totius meridiani puncto habitant, ut diameter à ueſtigijs noſtris per terræ centrum traiecta, ad iſtorum ueſtigia pertingat: id quod impoſsibile eſt aut Antœcis, aut Periœcis commune eſſe; niſi, ut dixi, ſub æquatore Periœcos quoq; eſſe dicamus. Cum Antœcis autem nobis conuenit in unitate diei, imò meridiei, propter unitatem meridiani, uerùm, quum apud nos maximus eſt dies, apud illos minimus eſt, propter contrariam latitudinem. Idem & intra tropicos habitantibus Antœcis euenit. Quanquam enim illic haud adeo multa uariatio diei, noctisq; eſſe poteſt: quantum tamē ad quantitatem attinet, eam quoq;, ut nos cum noſtris Antœcis, contrario modo habent. Per hoc autem temporum uarietas emergit, ut ipſis autumnus ſit in ariete, cum nobis uer eſt: in cancro hyems, cum nobis æſtas: in primo gradu libræ ueris illis initia ſunt, cum nobis autumni: in capricorno bruma nobis, cum illis æſtas fit. Sicut enim ſe ad nos ſolſtitium cancri habet, ita ſe ad illos capricorni tropicus. In uniuerſum igitur per totam hemiſphæriorum latitudinem, quod ante diximus, intelligi debet temporum in illis contrarietas.

Antœci intra tropicos hyemem ſimul habent.

Aduertendum eſt tamen, quòd Antœci intra tropicos, licet contrario modo & hyemem & æſtatem habeant: fieri tamen poteſt, ut ijſdem ſimul ſit hyems, nunquam autem ſimul æſtas: ſi modo id uerū eſt, ut quicunq; intra tropicos habitent, illis bis æſtas fiat in anno, & bis hyems, quod Martianus libro 6. aſſerit, & in libello de ſphæra Ioannes de ſacro buſto docet, nec difficile eſt idem demonſtrare. Ad illud uero explicandum, pono (gratia exempli) Antœcos in Septentrionem ab æquatore graduum. 10. & altero à latere, eoſdē grad. 10. Tunc ſole in latus noſtrum ęquatorem tranſgrediente, cum ad 10. gradum declinationis peruenit, iam his, qui ſub eodem parallelo ſiti ſunt, uerticalis eſt, & per catheton incidit radius: facit ergo æſtatem. Rurſus, cum inde diſcedit, & ultrà in tropicū proficiſcens gradus. 13. pertranſit, hyemem eiſdem facit, eo modo, quo per tantam ſolis diſtantiam hyemē habere poſſunt. Conſtat autem Antœcis horum, qui ſuper ęquatorē in Auſtrum. 10. graduū latitudine ſiti ſunt, ſimul quoq; hyemem eſſe, cū maximam à ſe ſolis diſtantiā habeant. Inęqualis tamen huiuſmodi hyemes ſunt. Calidior enim horum eſt, à quorum uertice ſol iam primum abijt, qui maiori interuallo graduum. 13. & aliquot minutorum in Arcton inclinans abeſſe nequit: frigidior autem horum eſt, qui in Auſtrum, & trans æquatorem eandem latitudinem habēt: ab ipſis enim ſol. 33. graduū interuallo & minutorum. 50. abeſt, nec abeſſe amplius unquam poteſt. Sed certum eſt tamen has ſimul hyemes eſſe: quanquam nulla prorſus intra tropicos tam frigida eſſe hyems queat, quin illa, quantum ad ſolis abitionem, & diſtantiam pertinet, calidior ſit æſtate qualibet paralleli noſtri, hoc eſt declinationis 48. graduum. Sol uero, cum, ſolſtitio noſtro peracto in contraria zodiaci parte, eundem parallelum attingit rurſus uerticalis, alteram æſtatem facit: fit itaque, ut duas hi æſtates habeant unà cum hyeme, antequàm illi æſtatem habeant primam. Simili modo, ſole apud illos in Auſtrum uerſos mouente, euenit, ut duas æſtates, & hyemem unam habeant, quando his hyems continua eſt. Extra tropicos igitur habitantes omnia anni tempora ſemel habēt, & in Antœcis, Antipodibusq; contrario modo: intra tropicos autem omnia bis. Quod ipſum, ſicut ex inſtrumētorum fide euidentiſsimum eſt, ita quoque, niſi horum ope adiuuemur, fieri certe nequit, ut rectè intelligamus. Eſt igitur in harū rerum ediſſertatione ad tabulas, & ad illam, quā materialē ſphærā nominant, recurrendum, ut intellectus capacitatē, ſenſuū certitudine inſtruamus. NEC ILLVD quidem hoc in loco citra noxam pręterierim. Quod ſi terra ſecundū eius latitudinē cōperta foret, aut adhuc, ut euenire poteſt, in meridiē expāſa cōperiretur, cui latitudo ad. 67. graduū, aut ultra leuaretur, dari poſſent Antœci, quib. bis in anno nec dies, nec nox ſimul eſſet, contra cōmunem autorū opinionē.

Dari poſſunt Antœci, qui nec diē, nec noctem mediam ſimul habēt.

Ratio huius eſt, quod, ſole exiſtente in primo gradu cancri, dies cōtinuus eſt, minimū. 24. horarū, prædictā in Septentrionem latitudinē habentibus. Interim uero nox continua. 24. minimum horarum Antœcis, qui eandem latitudinem in polum oppoſitum haberent, propterea quòd ipſis gradus cācri primus ſub horizonte eſt, nec apparere poteſt. Sicut nec his primus capricorni gradus apparet, quibus primus gradus cancri non mergitur. Fit itaq; ut talibus Antœcis in altero hemiſphærio dies, in altero nox ſit. Nec ſanè hoc ipſum citra huiuſmodi latitudinem fieri unquam poteſt. Atq; hæc de Antœcis hactenus.

Antipodes qui dicantur.

Antipodes ſunt ex his omnibus, qui oppoſita ſibi ueſtigia controuertunt, ſiti ad puncta diametri per centrum mundi diſcurrentis, hinc nominati, quod pedes obuertant ſibi. His omnia nobiſcum contraria ſunt, illis exceptis, qui ſub æquinoctiali ſiti ſunt, ſi modo ſunt: nā omnia illis pręter diē, & noctē, quos alternatim habēt, cōmunia exiſtūt. Hinc Mela uere dixit, zonas temperatas paria quidem anni tempora agere, uerū nō pariter: nā ut

dixi con-

dixi contrario modo nobis,& illis proueniunt. Præterea cõſtat Antipodum omnium unum horizontem eſſe, ſicut & eundem meridianum, cum diametro diſtent, oppoſitis hemiſphæriorum punctis, interuallo ſemper 180. graduum interueniente, ſecundum menſurationem æquinoctialis. Iidem & Antichthones nominantur à contraria terra inhabitata. Mela tamen per Antichthones Antœcos magis intelligit, cum eorum ſitum ob ardorẽ intercedentis plagæ nobis incognitum eſſe dicat, quaſi facilis nobis ad eos in meridiem tranſitus foret, niſi ardẽs zona interciperet. Porrò Antœci & Periœci uario reſpectu Antipodes ſiue Antichthones dicuntur, ut nos Antœcorum noſtrorũ Periœcis Antipodes ſumus: noſtri Periœci Antœcis noſtris Antipodes ſunt, ita & è regione. Antipodes autem eſſe, & quonam modo ſint, contra Macrobij & aliorum multorum ſententiam, abunde in epiſtola ad Rudolphum noſtrum diſſeruimus, multa pro Auguſtino, & contra Lactantium locuti, quem Galeottus Narnienſis capite. 14. libri de incognitis uulgo, cuius mihi poſtea copia facta eſt, pari propè, quo nos, modo, inceſſens, de ſitu Antipodum ita ſentit, ut ad eos doctrinam Chriſti nunquam peruenire potuiſſe contendat, ratione tamen, qua id fieri nequierit, nuſquam reddita: niſi ſuſpicari licet in horum eum ſententia fuiſſe, qui inacceſſos noſtris Antipodas falſò crediderunt, Chriſti autem uerbum ſi in Indiam extimam, in Hiſpaniam & ſemideſertos Libyes tractus penetraſſe creditur, cur ad Antipodas idem exire potuiſſe dubitemus? At eo in tractu ad extimum occaſum collato, interuallo octoginta graduum Antipodum ſitus deprehenditur. Scimus quidem & Auguſtinum nono capite decimi ſexti libri de ciuitate Dei, Antipodum poſitioni nihil tribuiſſe: quod qua cauſa factum ſit, alibi abunde explicauimus, ſanctiſſimum antiſtitem à calumnia tutati, qui iuſtis cauſis adactus non potuit non negare, quod magno errore ſuæ ætatis uiri aliquot mathematici prodidiſſent. Galeottus autem recentiorum, & in primis Iani de regio Monte, cum quo in Mathiæ Vngariæ regis aula conuixit, authoritate excitari debebat, quò minùs, quod nulla ratione confirmare potuit, temere aſſeruiſſet. Sed Martianus Capella libro ſexto neſcio ignorantia ne an imprudentia, quæ Periœcorum ſunt, Antipodib. tribuit, & Periœcos Antipodas nominat: quo in loco quia grandia, & diligenti annotatione digna errata ſunt, ſingula, ne quis ſtudioſorũ Capellam ſecutus autorem alioqui claſsicum, noſtris diffidat, recenſere ſummatim placuit. Antipodes (inquit) unum nobiſcum tractum perferunt hyemis, & flagrantiam communis æſtatis, &c. Verum eſt hoc de Periœcis: nam Antipodibus omnia contraria ſunt. Porrò quòd Antipodes Periœcos nominat, condonari ei poſſet, niſi errorem intricaret errore. Ait enim nobis Septentrionem conſpicabilem, illos, id eſt, Periœcos latere ſine fine, &c. Si ueros intelligit Antipodes, uerum eſt. At illi reliqua tempora conformiter nobiſcum non habent, quod ipſe tamen aſſerit. Si Periœcos indicat: quomodo id fieri poteſt, ut eadem nobiſcum ſydera non intueantur, cum omnes, qui ſub eodem parallelo circumuerſæ terræ ſiti ſunt, non poſsint non eadem ſydera contueri? Licet alio, alioq́; tempore ipſis cernantur, ſicut multa diuerſo tẽpore occidunt, & oriuntur. Similis error eſt de Periœcis Antœcorum noſtrorum, quos Auſtrinũ polum penitus ignorare falſiſsime aſſerit: nullus enim trans æquatorem parallelus ſignatus eſt, qui omnia eius lateris ſidera cõtueri aliquando non poſsit. Et infra paulò, in mediam faſciã, id eſt, regionem æquinoctialis habitantib. quotidie ortus, occaſusq́; mutari ait, quaſi hoc nõ uniuerſis terræ accolis cõtingat. Nullis equidem ex eo parallelo ſol cras oritur, quo hodie ortus eſt. Tum quod ait, Super q̃s ſol eſt, his citius exoritur, tardiusq́; merſatur, &c. magis his euenit, qui longè ab æquatore diſtant, quibus circa ſolſtitia citius oriri ſol, tardiùs autem ob diei longitudinem, & Zodiaci obliquitatem mergitur. Rurſum quòd inquit meridiano die nullas illic umbras eſſe, falſum eſt. Nullus enim intra tropicos ſitus eſt, qui umbras in Arcton, uel Auſtrum proiectas non habeat. Illo ſolo tẽpore excepto, quo uerticalem parallelũ eius ſol occupat, ut ſuo loco uberius proſequemur. Quanquam illud uerum eſt, quod inquit, extimas zonas Antipodes non habere, quia propè inhabitabiles ſunt, ſed ipſi ſibi inuicem fiant habitatione Antipodes, &c. ſi ad ueros Antipodes referas, quos tamen hoc uocabulo Capella non intellexit, aut ſi intellexit, ita inuoluit, ut ſe doctore accipere horum diſcrimen nequeas. Bene uero ait, ſex menſibus fixas illic ſtellas non apparere, propter perpetuã ſolis per ſex ſigna præſentiã, cuius lumine minores ſtellæ abſcondũtur. Verùm in hoc, niſi fallor, nutat, quod mediã faſciam cum extremis inhabitabilem à principio dixit, & infra paulo de eis ut habitatis uerba facit. Baptiſta uero Pius hanc Martiani ſententiam apud Lucretium libro primo ſecutus, falſa pro ueris attulit, & errantem autorem, belle male ſentiẽtis autoris coronide adornauit: nam ne ipſe quidem Lucretius, qui terræ ſeu mundo nihil eſſe medium contendit, Antipodes recte negauit, cum falſum eſſe putat. Illi cum uideant ſolem, nos ſydera noctis cernere, & alternis nobiſcum tempora cœli diuidere, & noctes pariles agitare diebus. Sed uanus (ait) ſtolidis hæc omnia parturit error. Verum nil mirum eſt, autorem in naturæ rerum explicatione toties hallucinantem, in eo quoq́; ipſo lapſum eſſe, quod ſuis temporibus haud ſatis, nec exacte compertum, hodie non ſine magna mathematicorum perquiſitione fidem capere potuit. Poſtremò illa mihi, quæ Albertus capite decimo libri de natura locorũ in Antipodum deſcriptione refert, aut corrupta librariorum incuria, aut à ueritate, reiq́; euidentia aliena non

Galeotti error.

Martiani Capellæ grãdia errata.

Albertus nullam ſtellam ſub polis apparere ait.

Baptiſtæ Pij incuria.

Lucretij error.

Alberti Magni de ſitu Antipodũ non ſatis clara deſcriptio.

na non poſſunt non uideri. Eius uerba poſt Periœcorum & Antœcorum deſcriptionem hęc ſunt. Oppoſite autem habitant, quorum unus eſt parallelus ſecundum latitudinem, ſed non eſt eis longitudo una, ſed potius diſtant ſecundum magnam longitudinem, quæ eſt ſecundum circulum: hoc autem eſt, quando diſtant per totum ſemicirculum, tunc enim diſtãt longitudinem totam diametri, & uertunt pedes contra ſe inuicem, ita quód Diameter intellectualis paralleli circuli per Zenith capitum & per pedes, & per centrum ſemicirculi tranſit. Et iſti uocantur Antipodes, uel Antigeni, & ſunt in noſtra habitabili ſic habitantes omnes, qui ſunt in uno & eodem climate elongati à ſe inuicem per totam longitudinem orientis ab occidente noſtræ habitalis. Eſt autem habitatio talium æqualiter quidem calida & frigida, humida & ſicca, per unam & eandem latitudinem, quam habent: non tamen in una hora habent orientem & occidentem, ſed potius differt per ſex horas ortus iſtorum ab ortu illorum, & ſimiliter occaſus. Hæc Albertus, quibus Antipodes quidem deſcribit, uerum ſicut ipſe refert, à Periœcis diuerſis: quod & ipſe Martianus, ut indicaui, commiſit miranda me Hercule incuria. Nam Antipodes eſſe in uno parallelo, æquinoctiali excepto, impoſsibile eſt. Nec ad cuiuſque circuli diametrum contrapoſitio Antipodum ſequitur, ſed ad eam tantum, quæ maximo parallelo reſpondet, & hemicyclos efficit, utrinque 180. gradus commenſurationem æquatoris excurrentes interſecans. Præterea Diameter paralleli cuiuſcunque (æquinoctialem ſemper excipio) ita ſe habet, ut oppoſitis punctis eiuſdem circuli ſtantis haudquaquam per ueſtigia eorum, & Zenith capitum traijci queat, ad eam contrapoſitionem, quæ Antipodum eſt, quando Diameter Antipodes metiens, neceſſario ſui medio terrę centrum figat: quod in nullo alio pręter ęquatorem parallelo euenire poteſt. Quid igitur in his Alberto tribuendum, docti iudicent. Ego tantum uirum, cui inter omnes, qui Latinè ſcripſerint, Ariſtotelis interpretes, primus citra controuerſiam locus debetur, imitari malo, quàm in ancipiti ſententia culpare. Quod ſi eruditiorum iudicio lapſus eſt, errorem non ingenio, quod omnium artium capax erat, ſed temporibus tribuo. Nam de Antipodibus maximi ſcriptores, maxime perplexe ante eum tradiderant. Quod autem ait, alterum ortum ab altero, ſpacio non minori ſex horarum diſtare, nec Antipodibus planè, nec Periœcis conuenire uidetur. Cum enim nobis Sol oritur, fit ut Periœcis nondum occiderit, ut expoſui ſupra. Præterea cum oritur nobis Sol, nullo horarum intermedio ſpacio Antipodibus noſtris, ſi illi ſunt, occidit: cum uerò illis oritur, nobis occidit, inæquali ſemper diei noctiſq; utrorũq; quantitate. In hoc autem cum uetuſtate lapſum Albertum non dubito, quód eiuſdem libri duodecimo capite, ab inferiori noſtri lateris hemiſphęrio neminem ad nos peruenire ea cauſa confirmat, quód quãtitas maris Oceani interiacentis undique circa terram per circuitum, & propter nimiam diſtantiam (ſuis uerbis utor) locorum ſuorum tranſnauigari non poſsit. In qua ſententia Macrobius, Mela, Capella, alijq; non ſanè pauci fuerunt.

Albertus cum antiquitate labitur.

An media Zona ſit habitabilis.

NVNC ut habitari queant uideamus. Duas Zonas habitari, tres inhabitabiles eſſe iam à Thalete, Pythagora, Pythagoreis, & in uniuerſum à Græcis Latiniſq; ſcriptoribus, aduſq; tempora Ptolemæi creditum eſt: nec hodie adeò potita uictoria eſt ueritas, quin ſint qui ueteres, quàm recentiores ſequi malint, moti cum primis (à quo diſſentire piaculum ſit) Ariſtotele, qui capite. 2. tertij Meteo. mediam ęſtu, extremas frigore inhabitabiles eſſe ait. In qua ſententia Hipparchus, Artemidorus, Poſsidonius, Eratoſthenes, Strabo, Plinius, Macrobius, Capella, Mela, cęteri, ut dixi, extiterunt. Contrarium autem ſentiunt Albertus & Auicenna, magni in philoſophia uiri, & ut authoritate recentiores, ita magis certi, qui Ptolemæum ſecuti, rem, ut eſt, deprehendiſſe mihi uidentur: quoq; magis his fidem adhibeam, Ptolemæi facit authoritas. Nam cap. 5. libri Coſmographię primi, in terrarum perquiſitione, & his, quę ad uarium ſitum, uariamq; habitationem pertinent, recentioribus credendum eſſe affirmat. Si quis uerò illorum, qui diuerſę ſunt opinionis, hiſtorias reſpicit, deprehendet contraria quidem ſenſiſſe eos: cæterum non ſatis compertum habuiſſe de terra, ut in longum, latumq; expanderetur. Porrò inter Auicennam & Albertum hæc diuerſitas eſt, quód ſub ęquatore ille temperatiſsimam omnium habitationem eſſe exiſtimat, hic temperatiſsimam non ſimpliciter, ſed reſpectu tropicorum, locorumq;, quę proximè eis ſubſunt. Nec dubitat extra Zonam illam eſſe clima, quod multo ſit temperatius ex contrariorum qualitatum iugali temperie, quàm locus ſit ęquatoris. Galeottus autem Narnienſis, multę lectionis homo, & Philoſophus haud ſanè ignobilis, in eo libro, quem de incognitis uulgo ad Mathiam Coruinum Pannonum regem ſcripſit, ſub polis etiam & propè, habitationem eſſe contendit, rationibus ſuo loco referendis. Ex Alberti ergo ſententia, quam cap. 6. libri de locorum natura & cap. 19. tractatus primi, libri tertij Meteo. proſequitur, in regione illa, quam exuſtam ueteres dixerunt, ſub æquatore multo eſt tẽperatior habitatio, quam ſub tropicis aliubi eſſe poſsit. quod hoc modo non intelligendum eſt, quo hodie ſolent plerique, ſemper uidelicet ita eſſe ſibi perſuadentes, ſed ratione prǽſentię ſolis. Nemo enim dubitet, quin ſole Capricorni ſolſtitium occupante, temperatior ſit ſub Cancro habitatio, quàm ſub æquinoctiali, & è regione, temperatiora omnia ad Auſtrinum tropicũ, quum Cancri uerticem ſol premit: omnia ergo ad ſolis præſentiam referenda ſunt. Qui dum ad æquinoctij parallelum uerſatur, ſubtus habitantib. le-

Galeottus Narnienſis.

Alberti de media Zona ſententia.

nior eſſe ſolet, tametſi eius radius bis in anno illic perpendicularis fiat, & in ſe ipſum reflectatur, tamen non diu figitur in eodem loco: quoniam circulus ſolis ibi extenſus eſt, & recto ferè curſu recedit ab æquinoctiali, nec rurſum accedit ad ipſum, niſi interpoſitis quatuor minimum ſignis: & ideo caloris acceſſus non figitur circa locum unum, nec adurit facile, cũ interueniat magnum tempus inter ſolis calorem, quem accedendo, & eum, quem regrediendo facit: fitq; ut unus calor aliũ in loco non inueniat: unde fieri non poteſt, ut calor ibi uehementer multiplicetur. His recte intellectis, eorum contentio, qui radium perpendicularem his locis adurere putãt, facile eliditur: nam temperati caloris cauſa quoque eſt diei noctiſq; æqualitas, & profunda ſolis ſub horizontem merſio. Vnde fit ut calor utcunq; duodecim horarum curſu auctior factus, æquę noctis longitudine temperetur, faciatq; uolubiles radios minus uehementes. Declinatio autem quoniã ad æquinoctia citiſsime uariatur propter angulos rectiores, quos interſectus à Zodiaco facit æquator, indubie id, quod Albertus aſſerit, efficit, ut ſolis mora diuturna illis non ſit. Præterea ut ipſe (ſi modo is commentarius ſuus eſt) diſtinctione decimaſeptima libri ſententiarum ſecundi ait: ſol in æquatore dum eſt, in maximo parallelo eſt, fitq; ut citiſsimo raptu uoluatur: hinc aũt cũ in minores circulos ſecedit, tardiorẽ eum eſſe, & in moram, quam ſub tropicis facit, magis magiſq; declinare: terræ quoque, dum ad tropicum Capricorni deſcendit, propinquiorem fieri. Quod autem radius illic non adurat, res ipſa docet: cum ſecundum Ptolemæum & alios, Arim ciuitas, quæ ſub æquinoctiali eſt, frequentis habitationis ſit. Nec eſt uerum, ut idem ait Albertus, quod inter duo calidiſsima nullum ſit temperamentum, ut quidam diuerſum ſentientes obijcere ſolent: quia tropici ſimul calidiſsimi nunquam ſunt, cum ſolis pręſentiam nunquam ſimul habere poſsint. Receſſus enim ſolis efficit frigus, ex uictoria elementorum inferiorum inductum. Ideoq; licet frigus non ſit illic in ſummo, eſt tamen ibi, ut temperans extremè calorem. SVB tropicis autem moleſtiorem habitationem eſſe ſole præſente, hoc ipſo notum eſt, quod præter hoc, quod radium habent perpendicularem, & diem maiorem quàm ſub ęquatore, ſolis ibi declinatio ſecundum gradus latitudinis, non cito uariatur, cum Zodiaci illic flexus Tropicum attingens angulos admodum acutos faciat. Circulus item ſignorum arcus eſt, & chordæ eius paruæ iuxta puncta, quæ attingunt duos tropicos: uiginti enim gradus Geminorum ultimi, ait Albertus, parum diſtant à uiginti gradibus Cancri: & ſi ducentur chordæ à gradibus Geminorum ultimis, ad gradus Cancri primos ſibi inuicem per ęquidiſtantiam à puncto ſolſtitiali reſpondentes, erunt chordę breues, quę ſubtendentur arcubus paruis, eo quod circulus ſignorum aſcendit ibi ad punctum tropici, & deſcendit ab eodem. Addo quod ſol à principio Virginis per ęquatorem ad finem Librę motus, id eſt ſpatio. 60. graduum circa angulos rectiores declinationem hinc inde, plus minus duplo maiorem facit, quàm faciat à Tauri principio ad Leonis finem, id eſt, excurſu 120. graduum. Et è regione à principio Piſcium ad finem Arietis, ultro citroq; declinationem, per acceſſum ad ęquatorem, & receſſum ab eodem, duplo plus minus ſpacio mutat, quàm cum per Scorpionem, Sagittarium, Capricornum, & Aquarium mouetur. Ratio horum ex antedictis nota eſt, & inſtrumentis demonſtratur. Sol ergo quando uadit à decimo Geminorum per ſolſtitium in uigeſimum Cancri, quaſi ſtare uidetur in loco eodem, & ſtatu ſuo continuo terrę habitationem exurere. Pręterea cum accedendo haud longe à loco abeat, & reuerſus à ſolſtitiali multa morà, radijs ſuis in eandem incidat, fit, ut quaſi conduplicata radij ui, quęcunque ſubtus poſita ſunt, ſumma caloris moleſtia premantur. Cęterum ſi ſub parallelo ęſtiui ſolſtitij habitatio eſt, ut eam eſſe hodie compertiſsimum habemus, quis neget & ſub ęquinoctio eſſe, & hic quidem ex cauſis adductis temperatiorem? ſub tropico uerò Capricorni, quia pręter illa, quę hactenus retuli, hęc quoque peculiaris caloris ratio eſt, quod ſolis illic oppoſitum eſt augis, & ideo maior eius ad terram propinquitas, conſequens eſt, ut ardentior ſit ęſtus. Et ideo plerique tractum eius, Zonamque ultra illum, meridianam omnino inhabitabilem eſſe dixerunt. Quamuis Franciſcus Capuanus de Manfredonia huic ſolis uicinitati, pręter radij perpendicularem incidentiam, non multum ad caloris productionem tribuat. Qui uero meridianam illam regionem trans ęquatorem, contra fidem omnis antiquitatis, non habitari aſſerunt, ſunt hodie, quos equidem legerim, Petrus Cameracenſis, & Rubertus Linconienſis clariſsimi, ut ea ferebant tempora, theologi & philoſophi inſignes, ſecuti Ptolemęum, qui alicubi locum illum inhabitabilem dicere uidetur, quod ad illum minor pars diametri ſolis conuerſa ſit, ideoq; ob uicinitatem corporis ſolaris totus ille tractus habitatione careat. Ille quidem in duodecima quęſtionum Aſtronomicarum, multa pro ſe afferens, multa probare conatur. Verum ut mihi uidetur (ſalua tanti uiri authoritate) incaſſum, & citra efficaciam, taceo quod falſò aſſerit, ſub Capricorni tropico in hyeme illorum nimis excedens frigus eſſe, ſicut illic in æſtate nimis excedens calor exiſtat. Cum conſtet tamen, ut dixi, tunc ſolem à Capricorno non magis abeſſe, quàm à noſtro parallelo abeſt in maxima ęſtate noſtra: nec probat ratio, quam de auge ab ipſis remota propoſuit. Neque id belle quadrat, quod ait, ſub ęquatore eſto illic temperata regio ſit, neminem tamen hominem habitare, unica authoritate motus Albatheni Aſtronomi, qui id in ſuo de motu ſyderum opuſculo ſcripſerit. Rubertus autem Linco-

Inter duo alternatim calidiſſima temperamentum eſſe poteſt.

An ſub tropicis habitatio ſit, & quomodo.

De Cãcri tropico

De tropico Capricorni.

Franciſcus Capuanus.

Cameracenſis incuria.

Linconienſis,ſummi ingenij, & eruditionis minime protritæ Philoſophus,in hoc ipſo cum
Linconienſis incuria.
Macrobio,& antiquitate labi maluit,quàm ulteriori ſcrutinio in re,quæ ſibi forte incerta ui-
ſa eſt, periculum facere,in compendio ſuo de Sphæra, duo maria cingere totam terram, & il-
lud,quod terram contingat ſub polis, Amphitritem uocari,reliquum uero Oceanum dici aſ-
ſerit: atq; his terram totam in quatuor quartas diuidi,quarum una tantum inhabitetur. Po-
tiora mihi multo Alberti noſtri uerba ſunt; qui capite de natura locorum ſeptimo,illis opi-
nionibus reiectis, hoc modo ſentit. Nos autem,ſaluo meliori iudicio,dicimus aliquam par-
tem quartæ,quæ eſt ultra æquinoctialem ad meridiem,eſſe habitabilem ſecundum naturam;
& etiam habitatam,ut putamus. Nec falſus eſt Albertus,cum hodie habitari eam adeo com-
Alberti ſentẽtia.
pertum ſit,ut dubitare nemo ſine apertiſsima ignorantiæ ſuſpitione audeat. Alberto ſuffra-
gatus eſt iam olim Auerrois,qui libro de cœlo & mundo quarto ſuam,& Ariſtotelis opinio-
Auerrois.
nem eſſe ait,quod illa loca habitabilia ſint. Suffragatur & Ptolemæus,qui in libro de ſphæræ
Ptolemæus.
diſpoſitione,ſub utroque tropicorum,æſtiuo ſcilicet,& hyemali habitare æthiopes ait. Aſſe-
Sub tropico Capricorni moleſtior habitatio.
rit tamen Albertus ſibi dubium non eſſe,ſub Capricorni tropico,cum præſente ſole torretur,
laborioſam admodum habitationem relinqui ob cauſas ſupra adductas, uerum id ſpatium,
quod trans tropicum in meridiem ad latitudinem. 4°. uel 50. graduum in polum Auſtrinum
panditur,non ſolum continuæ,ſed & temperatæ habitationis autumat: & maiori etiam lati-
tudine,quàm noſtrum, quod ibi ex operis mundi natura cœlum ſurſum eſt,& iam indicata
ſolis uicinitas plus frigus regionum illarum temperat,quæ diſtent ab æquatore gradibus 50.
quàm ad aquilonem,quod nobis aux immineat,illis uero augis oppoſitum. Quod autem ra
rus illorum ad nos tranſitus eſt, non Oceanus,ut Macrobius & alij, non æſtus, ut ijdem opi-
Cur rarus Antœcorum ad nos tranſitus.
nati ſunt; intercipit: ſed magis,quemadmodũ hodie experimur,quod ſuorum terminorum
propè contenti in multa rerum copia,quieti uiuunt, paciſq;, quàm belli magis amantes,nu-
di & multis in locis armorum neſcij degunt. Adeo proculdubio non ſolliciti,an his in locis,
ubi nos ſumus,homines habitent,ac nos fuimus anxij iam olim,an, ubi illi ſunt;homines eſ-
ſent,noſtris aut armorum gloriæ cupiditate,aut quæ nihil non penetrat,auaritia duce perue-
ſtigantibus. Mirum eſt, Europam tanquam ſuarum uirium non capacem; nullam cognitæ
Europa externi imperij ſemper cupida fuit.
terræ partem armis non tentaſſe. Europęos enim Africa ſenſit,tremuit Aſia,ſe interim incolu
mi & quieta,uictrice etiam,ſiquis tentare fuiſſet auſus. Nam ex Aſiaticis pulſus Xerxes,pul-
ſus Darius,quorum tamẽ opes cœlo imperare debuiſſent. Ex Africa,inſolens Carthago,mul
tis quidem annis,ſed non ſeculo uana ſpe obijcere ſe auſa, tandem extincta eſt: nec magis un-
quam Europa alienis,quàm ſuis uiribus lancinata eſt. Hodie proh dolor uiribus noſtris ne-
ſcio qua deſidia languentibus, Turcam immanem non ſolum ex Aſia(ubi dudum potiſsima
Noſtrorum temporum deſidia.
eccleſiæ ſedes fuit)non pellimus,ſed in Europa,& ea quidem eius parte,quę fertiliſsima, & lo
corum celebritate memoratiſsima eſt, ita ſuſtinemus; ut eius libidinem,ſtipendijs etiam an-
nuis,& ultro oblatis tributis alere,& fouere non uereamur. Sanè qui interiora & auſtrina ha-
bitant,ut non petuntur, ita nec petunt ipſi alios armis,cœlo ipſorum quacunq; cauſa mitio-
re, quàm ſit noſtrum: quod urſis, quod ſerpentibus,quod telis, & anguibus, tum & Perſeo
& Hercu!e ad pugnam natis olim uiris bona pars Arctoi lateris inſignis eſt,animis noſtris pa
rem fortaſſe naturę ferociam inſpirantibus. Albertus rari tranſitus cauſam exiſtimat ſolitudi
num intra tropicos multis in locis uaſtitatem,quas ſuperare difficillimũ ſit: pręterea in Afri-
ca, quę terras habet paſsim iacentis harenę,uenti exorti in ipſa harena procellas ſuſcitare, ę-
ſtumq; ciere non minus quàm in pelago ſolent. Quidam fabulis,ut natura eſt mortaliũ, oble
ctati,temperatam alteram inacceſſam noſtris ideo crediderũt,quòd montes eſſe ad torridam
inter medios accepiſſent,ad quos Magnetis carnem humanam auidiſsime trahentis magna
uis eſſet, quę nullos prorſus homines tranſmitteret. Hodie uero ut ſe habeant omnia hęc,ex
Nauigatio ex Liſbona in Callicut.
uictrice illa nauigatione Regum Portugallię in Callicut Indię,diligenti obſeruatione depre-
henſum eſt. Non ęſtus obeſt per totam torridam nauigantibus, denique ne perpendicularis
quidem radius ad politiſsimam ſuperficiem reflexus adeo ſubeuntes infeſtat,ut minus expe
dita ſit nauigatio. Quodq; unicum omnium laborum pręmium eſſe potuit,deprehendit Ve-
ſpuccius inſignis mathematicus, terram nuſquam Oceano(ut illi crediderunt) à noſtra om-
nino interceptam,& trans torridam,& ultra Capricorni parallelum in Auſtrinum, non mi-
nori latitudine, quàm parallelus noſter à Cancri tropico abeſt, extendi: inique frequen-
tem eſſe Aethiopum habitationem. Nec eſt quod dubitet quiſquam: nihil enim tam ſub ma
nu eſt perito Mathematico, quàm locorum obſeruare latitudinem. Eſt igitur illic tempera-
ta,cui Auſtrinus polus,ut nobis arcticus eleuatur: & in eo tractu Antœci noſtri ſunt, contra
omnium, qui unam tantum quartam habitari dixerunt, ſententiam: nec eius quidem ſi-
tus ob ardorem intercedentis plagę incognitus unquam fuit, aliud referente Pomponio;
quàm ueritas habeat. Qui tamen libro tertio Taprobanen grandem inſulam eſſe ait, & ex
Hipparchi teſtimonio primam partem orbis alterius. Si orbis alterius, id eſt, lateris Auſtri-
Mela ſibiipſi contrarius.
ni temperati pars prima, cur incognitam alteram Zonam temperatam Mela negas? ſi non
eſt, unde ſcire potuiſti ita non eſſe? cum dicas tamen, quod Hipparchas ſcripſerit, pro-
Taprobanes ſitus ubi.
pè uerum eſſe. Plinius certe cap. 22. libro ſexto frequentiſsime eam uel ex recentiorum teſti-

monio, habitationis eſſe ſcribit. Ptolemæus autem ſub æquatore ſitam demõſtrat, unde con-
ſequens ſit, ſub æquatore propriè ad Auicēnæ ſententiã habitationem eſſe temperatiſsimam.
Nam Solinus incolis ætatem annoſam, & propè ultra mortalium fragilitatem extendi ait. Si
Oneſicritus. hanc igitur ſub medijs æſtibus iacentem Oneſicritus Alexandrinæ claſsis præfectus depre-
hendit, quid oberat, quo minus ſub torridam omnes ingrederentur? cum Claudij temporib.
Meroeni Macrobij. legati quatuor ex his locis duce eorũ Rachia, ut Plin. ſcribit lib. 6. egreſsi fuerint. Addo, quod
Põponius tertio libro ſcribit, ſupra Aegyptũ Meroënos eſſe, qui partim Macrobij nominen-
tur, quod ipſorum uitę ſpatium, noſtram ætatem dimidio exuperet. Meroënos aũt intra Can
cri tropicum, & æquatorem eſſe Ptolemæus author eſt. Quid quod libro tertio ait Eudoxum
auorum ſuorum temporibus, cum Lathurum Alexandriæ regem profugeret, Arabico ſinu
egreſſum, per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades uſq; peruectũ eſſe? Sicut & Hannonem
Plinius cap. 69 libri ſecundi per fretum Gaditanum egreſſum ad Arabiã uſq; ueniſſe, & ſuam
nauigationem ſcripto prodidiſſe aſſerit: mirum, nõ toſtos fuiſſe Eudoxum & Hannonem, in
duplici per torridam zonam tranſitu: cum tamen, ut idem ait, propter ſyderis incendium,
Plinij error. temperatæ inuicem peruiæ non ſint. Idem Plinius cap. 16. libri ſecundi, nihil habitari in terris,
quàm quod zodiaco ſubiacet, conſtanter aſſerit, termini autem obliquitatis zodiaci ſunt pa-
ralleli tropici: ſub ardore igitur, teſte Plinio, unica mortaliũ habitatiò erit. Cui opinioni fun-
damenta ieciſſe Stoici uideri poſſunt: qui, ut in Placitis tradit Plutarchus, ſolem ſubiecti ſibi
alimenti tractum percurrere dixere: eum autem eſſe oceanum & terram, cuius ex ſpiratibus
Locus Virgilij. paſcatur, ut hoc modo zodiacum zonis temperatis obduci falsò crediderint: Vt & Maro ex
Eratóſthenis ſententia lib. Georg. primo, qui (quod & ſupra retuli) zodiacũ per ambas tem-
peratas tendi, ſuis fortaſsis authoribus innixus credidit. Idem enim & Probus apud Virgiliũ
apertè cõfirmat, & Plinius hoc ipſo propè indicat, quod ait reliqua ſub polis ſqualere, ad quę
zodiacus non excurrat uidelicet. Qui interim tamen 72. cap. lib. ſecundi diuerſum tradit. De
Georg. Collimitius Mathematicus. his autem & centum alijs Plinianis erratis, Georgius Collimitius Medicus & Mathemati-
cus, digna eruditis, digna quibuſq; ſtudioſiſsimis propediem in lucem itura adnotauit: Vir,
qui præter ſummam integritatem, morumq; in eo modeſtiam, nullius ad rerum naturæ expli
cationem attinentis doctrinæ expers eſt. Quod ſi quis tot inſignium ſcriptorum unã ſenten-
tiam animo perſequitur, intelligit, id quod ipſa res habet, priſcos ſępe contraueniſſe ſibi, & pu
gnantia inuicem tradidiſſe, ex ſola, ut uidere uideor, longitudinis latitudiniſq; ueræ, quã Pto
lemæus alijq; deinceps rectius deprehenderũt, ignorantia, quando uetuſtiſsimorum nimis
obſeruata authoritate, non aliud interim innouante experientia, ſiue magis illis, qui experiri
poterant, aliud agentibus, prioribus poſteri ſecuri adhæſerũt, annuitq; author authori, quod
dum fit, magnis in ęſtibus agitata ueritas rarò ad certitudinis portum peruenit. Auicennę ue
Vbi Auicenna Albertus diſſentiat. rò ſententiam Alberti uerba non confirmant modo, ſed etiã explicant, in hoc tantùm diuerſi,
quod cap. 11. lib. de natura locorum, in quo de climatũ temperie diſputat, ab Auicenna diſce-
dit, exiſtimans locum medium inter ſecũdum & ſeptimum clima, multo eſſe poſſe tempera-
tiorem, quàm ſub ęquatore, ex eo quod temperies ſub ęquinoctiali non ſit inter cõtraria, ſed
potius inter duos exceſſus eiuſdẽ qualitatis: & ideo locus (inquit) medius non eſt temperatus
ſecundum calidum & frigidum, ſed potius remiſsior in calido quàm alia duo loca. Locus aũt
medius inter frigidiſsimũ & calidiſsimũ eſt temperatus ſecundum frigidũ & calidum, & ideo
temperatior & delectabilis magis. Cuius contrariũ Auicenna contendit cap. 6. de Cõplexio-
nib. ſect. primæ primi can. ubi hęc eius uerba ſunt magis fortaſſe barbare tralata, quàm in ſua
lingua legantur: Cumq; regiones attenderimus, certificatum nobis erit, quod ſi fuerit locus,
qui inhabitabitur, ſub ęquatore diei, neq; aliqua de rebus terrenis obuiãdo impedierint, mõ-
tes uidelicet aut maria, oportebit ibi habitãtes ęqualitati certę propinquiores exiſtere, quàm
alicuius regionum. Iam autem nobis affirmatum eſt, quòd opinio, quę accipit, quòd exceſſus
ab æqualitate eſt cauſa propinquitatis ſolis, eſt falſa. hęc Auicenna, qui cap. 8. doctrinæ ſecun-
dę, ſectionis 2. primi Can. in eadem eſt ſententia. In illa uerò opinione, quę ad habitationẽ at-
tinet terrę ęquatori ſubiectę, Ptolemęum eſſe lib. Almageſti ſecundo, & in libro de diſpoſitio-
Ptolemæus. ne ſphęrę, ante diximus. Albertum ſequuntur omnes illi, qui ſuę doctrinæ ſunt adiurati, nec
facile ipſe aliud ſenſerim: nã ubi in rerum naturæ perquiſitione bene aſſerit Albertus, ibi ne-
minem habet ſuperiorem, homo, ut credo, ad naturæ explicandam maieſtatem genitus: cui ſi
Petrus de Abano. quid defuit, id communem temporum ſuorum calamitatem obuijs manibus accepturo prę-
Albategni. ſtare noluiſſe credendum eſt. Auicennę partes tutantur Medici, & in primis Petrus de Abano
Hali. Patauinus, excellentiſsimus in philoſophia uir, cuius ſuper ea re quęſtio extat differentia. 67.
Nicolaus. operis ſui Miſcellanei, de diuerſis philoſophorum, & pręcipuè Medicorũ placitis conſcripti.
Iudæus. Ptolemęus, & ipſe qui ſua cõfirmarẽt, habuit: è quorũ numero potiſsimi ſunt, Albategni, Ha
Capuanus. li Rhodoan Aſtronomus & Medicus, Nicolaus, & Iudæus, interpretes ſui, addo & inclimatũ
diuiſione Alphraganũ. Capuanus tametſi nutat, & in quã eat pedibus ſententiã, dubius eſt,
tamẽ (niſi malè hominis animũ accipio) Alberto & Auicēnę palmã tribuit. Iuſtus uerò recen
tiorũ theologorũ numerus, Ariſtot. ſecutus, torridã inhabitabilẽ eſſe, cõtra recẽtis experiẽtię
fidẽ, cõtendit: qui, quod equidẽ ſciam, omnes propè una ratione nituntur, hiſq; medijs, q̃ cap.
naturę

naturæ locorum ſexto Albertus pro his, qui contrarium ſentiunt adduxit. Sed paucos nomi
nare libet. Durandus de Portiano, magni uir ingenij, & ut ſua permittebant tempora, in ſa- *Durandus.*
crarum literarum ſtudijs adprime excellens, lib. ſententiarum ſecund. diſtinctio. decima ſe-
ptima, de ſitu Paradiſi anxiè diſputans, ſub zonæ mediæ ęſtibus, in planicie habitationem
eſſe negat: ideoq́ eam montis, neſcio quo, illic uertice ſtatuit, qui radiorum reflexione aduren
tium altitudinem ſuperet, nec tamen in frigidam mediam aëris regionem omnino eleuetur.
In qua ſententia cum ſeſe tanquã Peleus (quod aiunt) in machæra miretur, quemuis montẽ
fingere maluit, quàm à Bedæ autoritate recedere, quę cõmentandi libertas utinã Theologis
noſtris paulo rarius uſui foret. Eandem opinionem Marſilius de Inguen Germanus in eiuſdẽ *Marſilius de*
loci explicatione ſecutus, illud grãde dubium mouet, an, ſi ſub ęquinoctiali ſita ſit Paradiſus, *Inguen.*
primi parentes eiecti potuerint tranſire torridam zonam, ueniendo ad climata habitabilia?
Mirum cur non & hoc dubitauerit, Cur Deus egreſsis Paradiſum, tunicas in tanto æſtu pel-
liceas fecerit, cum mediæ zonæ calorem uel nudi non potuerint ſuſtinere. Durandus ſuæ ſen *Durandi ratio.*
tentiæ hanc rationem facit. Clima maxime remotum ab æquinoctiali eſt frigidiſsimum pro-
pter maximam à uia ſolis diſtantiam: ergo clima ſub æquinoctiali eſt calidiſsimum propter
maximam approximationem ad uiam ſolis. Quam totam ratiocinationem ſi admittimus,
non ſtatim conſequens eſt, ſub ęquatore habitationem non eſſe: nam clima proximum ęqua-
tori Ptolemęus duodecimo gradu citra æquinoctialem orſus eſt: magis igitur tropicis habi-
tationem Durandus demit, quàm æquinoctiali, eo quod primum clima non multum ſupra. *Rationis confu-*
4. gradus à tropico Cancri finitur. Si uero damus, ut totum mediæ zonæ tractum intelligat, *tatio.*
neutiquam argumentum locum habet. Nam extremæ zonæ frigidiſsimæ ſunt, non ſemper
pari modo, nec ſolum propter obliquitatem radiorum, quos ſol longẽ amotus illuc ejicit, ſed
propter longiſsimam abſentiam magis: totis enim menſibus ſex, his locis, qui ſub Polis, uel
propè ſunt, ſol abeſt in anno, noctemq́ relinquit continuã: cumq́ ibi aquę natura frigidę ma
gna uis ſit, & frigidos uapores reddat, intenſiſsimum frigus eſſe, quod nulla hominum uita
toleret, propè neceſſe eſt: ſub æquatore autem illud calidiſsimum, quod aſſerit Durandus, nõ
deprehenditur: primum, experientia: deinde, & ratione: ęquæ enim ſunt ſemper cum luce
tenebræ, & ea ratio eſt motus ſolis per circulum obliquum, ut iam euidentiſsimis demonſtra
tionibus deprehenſum ſit, ſub extremis uiæ ſolis maiorem calorẽ fieri, quàm in meditullio.
Præterea non uideo, unde illa neceſsitas rationem habeat, ut ſi extrema frigidiſsima poſue-
rim, medium inter ea calidiſsimum eſſe debeat: præſertim quod inter illas frigidas zonas, &
hanc calidam temperatæ interſunt. In ſumma uero falſum eſt hoc, quod maxima ſolis præ-
ſentia ſit cauſa maximi caloris ſimpliciter: hoc enim modo ſub æquatore par eſſet calor, qui
ſub tropicis præſente ſole excitatur, ut interim diei æqualitatem, & celeriorem illic ſolis mo-
tum non memoremus. Conſimilis huic & illa obiectio eſt: Datur terræ pars inhabitabilis ꝓ- *Alia obiectio.*
pter nimiam ſolis remotionem: ergo dari poteſt terræ pars ob nimiam eius propinquitatem
inhabitabilis. Hoc ſoluturus Paulus Venetus inter Ariſtotelicos interpretes non parũ inſi- *Paulus Venetus.*
gnis, negat id ſtatim ſequi oportere, quod frigiditas uitæ maxime aduerſetur: caliditas uero
minime, cum uideamus naturam noſtram exceſſum caloris magis tolerare, quàm frigoris.
Sed certum eſt, calorem intenſum nimis, uitæ non minus aduerſum eſſe, quàm frigus: quan-
quam eius iuſta temperies uitæ ſit nutrix. Dico igitur naturam, ſiue magis naturæ artificiũ, *Obiectionis con-*
ſub tam inſigni cœli tractu, mortalibus habitationem adimere noluiſſe: quod ipſum, ſi nulla *futatio.*
ratione conuinci poſſet, demonſtrarent ſatis, quæ de his locis ęquatori ſuppoſitis hodie com
perta ſunt. Sub polis autem maria eſſe magis, quàm terram, quaſi prouidente natura, quòd
illic ob uiciſsitudinis temporum penuriam incommodum eſſet uiuere, etiam ſi terra extaret.
Nec ratio ulla eſt, quæ id præſtare poſsit, ut ſit neceſſe, mediam zonam ęſtu inhabitabilẽ eſſe:
ex quo extremæ frigore deſertæ ſint, cum multa ſint ęſtum, quem tantum illic eſſe ſibi per-
ſuadent, cohibentia, ut diximus. Quod ſi calidiſsimum locum in elementis eſſe quis neceſſe
putat, propterea quod alicubi frigidiſsimum ſit, malo illum in igne quærere, quàm in ſole.
At ignis ſphęram calidiſsimã eſſe uериſimile eſt: ne in ſolę, hoc eſt principali naturę regimine,
ac numine quodam, ſi Plinio credimus, hanc intolerabilẽ moleſtiam quærere cogamur. Tho
mas uero de Argẽtina inter Peripateticos multę lectionis Theologus, in diſtin. uigeſima lib. *Thomas Argen-*
ſenten. ſecundi, aſſerens Paradiſum ſub ęquinoctiali poſitam, ex ęqualitate diei, & noctis ma *tinenſis.*
gnam temperiem intra tropicos fieri ait. Quod Scotus nõ admittit princeps alioqui in argu *Ioannes Scotus.*
to illo diſceptandi genere Theologus, cui. q. 2. diſtinctionis. 17. li. Sen. ſecundi, ſub ęquatore
temperatam habitationem eſſe non uidetur uerum: ex ea cauſa quod quandò hyems eſt no-
bis frigidiſsima, non remouetur ab eis ſol, niſi 24. gradibus: tunc uero eis eſt propinquior,
quàm ſit nobis in maxima ęſtate, in qua à nobis (inquit) per. 52. gradus diſtat: quare plus ha
bent de calore in fortiſsima hyeme, quàm nos in maxima æſtate. Hanc rationem multi per-
quam efficacem autumant, cum reuera nõ conſequatur, quod intendebat Scotus. Quanquã
uerum eſt, nunquã tantum ab ęquatore ſolem diſtare, quin propior ſit ſubtus habitantibus,
quàm his in uniuerſum eſſe queat, qui declinationem habẽt maiorem. 25. gradibus: ex quo
ſequitur in eorum hyeme plus ipſis caloris eſſe, in maxima ſolis declinatione, q̃ nobis in ęſta

 te noſtra.

te noſtra. Hoc ſi concedimus, non ſequitur ſtatim, quòd calor æſtatis eorum, quem ſol ſupra
Zenith ueniens facit, maximus, & intolerabilis exiſtat, quod ille tamen intendit: maior enim
ſolis æſtus eſt circa extrema eius plagæ, quàm circa medium, ſole præſente: ſed circa extrema
habitationem calor admittit: ergo & circa medium, imò initiũ primi climatis temperatius
eſt, quàm initium ſecundi, & æquatori tamen propius accedit: id quod ea, quæ ante de hac
ipſa re attulimus, confirmant maxime, ſi interim æqualitatis magnæ, diei & noctis, quam
illic ſiti certa lucis, & umbrarum temperie habent, memores ſimus. Nec uerum eſt, ſolem ibi
magis calefacere, ubi citius mouetur: cum eum in certo parallelo, in quo mouetur tardius,
uehementius calefacere efficaciſsimis rationibus doceri poſsit. Præterea nemo dubitat, ca-
lorem, quem per motum ibi ſol ſuſcitat, temperatum fore, niſi luminis, & reflectionis radio-
Paulus Venetus. rum uehementia habitatio illic æſtuaret, quæ tamen omnia, ut dixi, temperantur. A' Scoto
uero, & reliquis cum Ariſtotele conniuentibus Paulus Venetus recedens: Terra (inquit)
ſuppoſita æquinoctiali debet eſſe habitabilis, & temperata: nam licet habitantes in illa ha-
beant in æſtate ſolem ſupra Zenith cap. eorum directè, tamen ſol tunc ponitur in auge ſui e-
centrici, & ideo propter magnam remotionem ſolis ab eis non multum calefacit, nec habent
Veneti incuria. hyemem multum frigidam, quia ſol tunc eſt in oppoſito ſui ecentrici, &c. Sed labitur, niſi fal-
Extremæ zonæ lor, quòd æquatori tribuit id, quod tropici eſt Cancri: nam nec in Ariete, nec in Libra ſol au
in habitabiles. gem habet, ſed in Cancro. Et hæc de torrida hactenus. ZONAS extremas damnatas frigore
perpetuo multis ſcriptoribus, Galeottus habitari poſſe cõtendens non eſſe uerum ait, quòd
cauſa frigoris ſit tantum ſolis longinquitas, ſicut nec caloris propinquitas eius. Sol enim ple
Galeotti Martij runq; ratione ſigni, in quo eſt, uel auget apud nos illa uel minuit. Præterea rigor (ait) non eſt
opinio. circumquaq; diſperſus, ut in forma circuli orbem ambiat, ſicut nec feruor quidẽ totam excur
rit in circuitu terræ plagam: nam ab alia parte adeuntur poli, ab alia nequaquàm: quoniã ſtel-
læ fixę plurimum operantur, & magis in uno loco, quàm in alio ex prima impoſitione natu-
ræ: nam ad polum arcticum uel antarcticũ una uia accedere prohibemur, alia permittimur,
ubi non eſt rigoris commixtio prohibens. Dicimus itaq; ſub polis commodam eſſe habita-
tionem: quamuis ab eiſdem polis rigor eductus intemperatam conſtituat regionem. Nam
ſicut teſtimonio Mathematicorum omnis cõiunctio per centrum eſt ſalutaris, per hoc, quod
temperata eſt, ita ſub polis quoque, licet illi cum obliquitate radiationis regiones infeſtent,
clementiam tamẽ aëris ex centro ſubiecti inducũt: perpendiculares enim radij hoc factitant:
Galeottus nil hactenus ille. Qui mira quidem aſſerit, uerum per hoc fide carentia, quod nullum ho-
probat. rum probat: quod enim ait, rigorem circuli forma iuxta polos non expandi, nec ſub torri-
da calorem, qui ambientem tamẽ ſolem ſequitur, & ab una parte polos adiri poſſe, ab alia nõ
poſſe. Præterea ſub ipſo polo temperiẽ eſſe ex perpendiculari radiatione ſtellarum fixarum
(cum nullus uſpiam locus ſit, qui uerticales, ut ſic dicam, ſtellas fixas nõ habeat) niſi indica-
uerit qua cauſa, quóue modo illa ſint, quæ ut notiſsima confirmat, ne unquam quidẽ fidem
adhibuero, præſertim quòd multò aliter ſentiunt claſsici ſcriptores, quibuſcum errare hoc
Alberti de exti- in loco malim, quàm cum Galeotto bene ſentire. Quid ni igitur cum Alberto ſentimus po-
mis zonis ſen- tius? qui cap. de natura locorum octauo, extimas terræ regiones propter frigus inhabitabi-
tentia. les eſſe ait, idq; rationibus non futilibus, nec friuolis coniecturis confirmat. Latitudo uero
commodæ habitationis iuxta polos certa, & deſcripta eſſe non poteſt, propterea quòd tem-
pore præſentiæ ſolis in ſignis borealibus, & maxime in Cãcro, loca polo propiora habitatio-
nis temperiem ſumunt, & è regione tota polo uicina regio, quæ trans circulum arcticum eſt,
tempore hyemis adeo frigore incrudeſcit, ut remotiora inhabitabilia reddat. Sic quoq; in-
fima aëris regio incertæ magnitudinis eſt, cum per alia atq; alia tẽpora maior, minorúe, prout
Qui loci uerſus caloris aut frigoris apud nos dominium fuerit, fiat. Exiſtimat autem Albertus omnibus his
polum in bruma locis, quibus dies ad menſis ſpatium extendi poteſt, ſole Cancrum tenente, in hyeme habita-
inhabitabiles. tionem ob moleſtiſsimum frigus negari, quod ita eſſe ea quoq; loca, quæ citeriora ſunt, indi-
cant: nam qui ultra latitudinem, ſeu declinationẽ 56. graduum habitant, tantum frigus in ter
ris ſuis habent, cum bruma eſt, ut ſine uitæ periculo ab igne longius abeſſe nõ audeant, atque
inibi quoq;, cũ æſtas eſt, magna frugum eſt ſterilitas. Porrò ſicut ſub æſtu ſolis aliquibus in lo
cis per eius præſentiam, aut moleſta, aut nulla tunc habitatio permittitur: eò autem abeunte,
rurſum habitatio eſt, ita & in locis multis fit, quę ſunt in latitudine iuxta polum, ut in hyeme
inhabitata, aut moleſte habitabilia, æſtate temperiẽ habitabilẽ admittãt. Cõſimile apud nos,
qb. cõtinua eſt habitatio, in mõtibus altiorib. cõtingit: hi enim per æſtiuos mẽſes lato uirore
amœni nos ſuſtinent, & pecori paſcẽti copioſum miniſtrãt pabulũ: at hyeme ob glaciẽ, niues,
nubes, ipſumq; in alto intolerabile frigus euenit, ut habitari nequeãt. Itaq; nõ dubito, qn mul
ta loca ad poli regionẽ ſemper inhabitabilia crediderit uetuſtas, q̃ tamẽ per æſtatẽ, & dierũ in
his locis longitudinẽ, habitabiles fiant, utcunq; aliqui radiorum obliquitatẽ cauſentur. Sub
Regio poli tene- ipſo autem polo perpetuũ frigus eſt, ut Alber. autumat, ſed forte nõ ita intenſum æſtate, atq;
broſa. in hyeme eſt: Regionem uero tenebroſam eſſe nõ temere exiſtimat, in qua haud unquam aut
ſtellæ appareant, aut ſol, cum per dimidium anni ſit ibi dies, & per anni dimidium continua
nox: q̊d ideo contingit, quia excellẽs frigus illius regionis frequenter ſpiſſat aërem, & ipſum
in aquam

in aquam conuertit, ideoq; effigie ſpiſſæ nebulę aër ibi ſuper aquam expanditur, uirtus enim radiorum, ſolis, & ſtellarū, quę ibi eſt, parua eſt, & quamuis illic multiplicatio ſit ex reuerberatione, tum propter aquæ politam ſuperficiem, tum etiam propter naturalem aquæ frigiditatem, aqua repercutiendo à ſe multiplicet calorem, per hæc omnia tamen radius fortis non efficitur, ſed magis uapores ex aqua eleuat, & nihil de eis conſumit: unde eius regionis aërem nubiloſum, & caliginoſum eſſe neceſſe ſit. Idem ex paribus cauſis de mari polo antarctico ſubiecto credendū putant. Huius rei fidem multi nautarum Arctoum oceanū nauigantium attulerūt, qui dum illuc, ubi illa caligo eſt, uehuntur, pauore correpti, naues auertūt, ne in illas adacti tenebras perpetuo ignoratæ lucis errore pereant. Glaciem autem non ſemper ſed hyeme ſuſtinet: calor enim æſtiuus eam frangit, & illud, quicquid eſt polo uicini frigoris, in anguſtum coercet: nā radij eſto his in locis per obliquum ferantur, fieri tamen non poteſt, quin tanta mora ſua extimis illis locis non parum caloris comparent: magno horum errore, qui ſemper premi glacie has partes exiſtimant: nec uериſimile eſt magis ſub polis terram eſſe, quàm aquam, cum illic ex cauſis narratis, perpetua ſit aquæ generatio. Pōponius lib. 3. ſcribit Metellum Celerem cum in Gallijs proconſul eſſet, Indos quoſdam à Sueuorū rege ſibi dono datos accepiſſe, qui ui tempeſtatū ex Indicis ęquorib. abrepti tandē in Germaniæ litora exierint: Illa nempe hiſtoria indicante, eſſe pelagus, quod nauigari in ultimis illis tractib. poſsit. Præterea nō negauerim locos eſſe ex aliqua accedente diſpoſitione paulo temperatiores, nō adeo longe à polo diſtantes, ut ille eſt Arymphæorum ad Rhiphæos montes: cuius Mela, & Plinius cumprimis meminerunt: nam illic eſſe capite nudos, ueſci baccis, pro domib. nemora habitare, moribus uero iuſtiſsimis, & pientiſsimis, quomodo poſſent niſi in loco paulo amœniore? Verum rarum illud eſſe, etiā ſi ſit, & omnia illic frigoribus magis infeſtari, illa demum indicant, quòd grandia, puſillaq; animalia, ut plurimum hirſuta, ad frigoris acumen tolerandum, in ea loca prouida natura deſtinauit. De his hactenus retuliſſe ſufficiat: quæ, ſi rei amplitudinem reſpicis, paucis: ſi Melę obſcuritatem perpendis, non ſatis copioſe: ſi promiſſa commentaria ſtudioſe lector expoſtulas, nō longis omnino, aut faſtidiū parituris, diſſeruiſſe nos fortaſſe tibi uidebimur.

Mare Arctoum non ſemper glacie riget.

Hiſtoria.

Hæc ergo [a] ab ortu porrecta ad occaſum, &, quia ſic iacet, aliquanto quàm ubi latiſsima eſt, lōgior, [b] ambit omnis oceano, [c] quatuorq; ex eo maria recipit: unū ab ſeptentrione, à meridie duo, quartū ab occaſu. Suis locis illa referentur. [d] Hoc primū anguſtum, [e] nec amplius decē millibus paſſuum patens, terras aperit, atq; intrat, tū lōge lateq; diffuſum [f] abigit uaſte cedentia litora, ijſdemq; ex diuerſo propè coëuntibus adeo in arctū agitur, ut [g] minus mille paſsibus pateat. Inde ſe rurſus, [h] ſed modice admodum laxat, rurſusq; etiā quàm fuit, [i] arctius exit in ſpatium. Quo cum eſt acceptum,

a Ab ortu ad oc.] Zona (inquit) noſtra ab ortu excurrens in occaſum, ex ea forma, quam habet, quia ſic iacet, paulo eſt longior, quàm ſit lata, cuius ueritatem latitudo, uel à recentioribus comperta permittit: habemus enim ſecundū æquatoris excurſum longitudinem hemiſphærio maiorē, ab æquatore autem uerſus polos, cōtinentis terræ tantam latitudinem non habemus. b Ambitur.] Zona, inquit, noſtra tēperata omnis oceano: cæterum falſum hoc eſſe demonſtrauimus, nec mirum lapſum eſſe Pomponium, tanquam nunquam labi hominis ſit, cum hęc ſui temporis maximis ſcriptorib. recepta opinio fuerit. c Quatuor maria.] Perſicum, Arabicū, Mediterraneū, & Caſpium, quę tanta uaſtitate ſeſe in terras anguſtis meatibus inſinuant, ut maria rectius, quàm ſinus quis nominet. Aliqui Caſpium ſeorſum mare fecerunt. hinc libro ſexto Plinius ait, non defuiſſe, qui uniuerſum Caſpium uigintiquinq; millibus paſſuum ab oceano diſtare aſſeruerint: quanquam falſò, quod alibi docebimus. d Hoc.] Mediterraneum. e Nec amplius.] Bene ait nec amplius, quia Plinio teſte, libro tertio, ubi plurimum habet latitudinis. 10. mil. eſt, ex Corn. Nepote, alicubi tamen minus latum: nam à Mellaria Pomponij patria, ad Albū Africæ promontorium quinq; milliū paſſuum latitudinem habet. Tam modico ore, adeo immenſa æquoris uaſtitas proditur. Strabo lib. 3. ſcribit Pindarū huius maris introitū Gaditanas portas nominaſſe, quòd Herculis illic columnæ ab utroq; freti litore eminētes portę effigiē faciant. quo ordine autem, & quomodo terras merſerit hic ſinus, Plin. cap. 92. lib. ſecundi docet, & refert in prologo libro 6. f Abigit.] Summouet undarum impetu. g Minus mil. paſſ.] Belle Pomponio cum Plinio conuenit, qui ipſas fauces ſeptem ſtadijs latas eſſe ait, quæ octingentos ſeptuaginta quinq; paſſus faciunt. h Sed modice.] Minor enim Propontis eſt Euxino, & longe illo minor pelago, quod ab Helleſponti faucibus ad Gaditanum protenditur. i Arctius.] ex Plinio libro ſexto: Alituum quippe cantus, canumq; latratus inui-

Gaditanæ portæ.

cem au-

cem audiunt, uocis etiam humanæ cõmercia, inter duos orbes manente colloquio, niſi cum id ipſum auferunt uenti. Quibus uerbis anguſtos admodũ Boſphoros eſſe indicat. Idem in fine libri quinti: Boſphorus quingentorum paſſuum Aſiam Europæ iterũ auferens, &c. Põpon. infra quinq; ſtadiorum eſſe ait. Plinio accedit lib. ſexto Martianus. Libet uerò hoc in loco ſtudioſiſsimum quenq; monere, ut & hunc Põponij, & ſimiles locos frequenter ad picturam adhibeat, unde ſibi facilem à locorũ conformi ſitu memoriam comparet. a Paludi.]

ingens iterũ, & magnum, & [a] paludi, cęterum exiguo ore, cõiungitur. Id omne, quà uenit, quaq; diſpergitur, uno uocabulo [b] noſtrũ mare dicitᷣ. Anguſtias, introitumq; uenientis, [c] nos fretũ, Græci πόρθμον appellãt. Quà diffunditur, [d] alia alijs locis cognomina acceptat, ubi primũ ſe coarctat, [e] Helleſpontus uocatur. [f] Propõtis ubi expãdit: ubi iterũ preſsit, Thracius [g] Boſphorus: ubi iterũ effundit, põtus [h] Euxinus: quà paludi cõmittitur, Cimmerius Boſphorus, palus ipſa Mœotis. [i] Hoc mari, & duob. inclytis amnib. Tanai, & Nilo, in tres partes uniuerſum diuiditur. [k] Tanais à ſeptẽtrione ad meridiẽ uergẽs in mediã ferè Mœotida defluit, & ex diuerſo Nilus in pelagus. Quod terrarũ iacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africam uocamus, ab altero Europen, ad Nilũ Africã, ad Tanain Europẽ. Vltra quicq́d eſt, Aſia eſt.

SVMMA ASIAE DESCRIPTIO.

TRibus [l] hanc è partibus tangit Oceanus ita nominibus ut locis differens. Eous ab oriente, à meridie Indicus, à ſeptentrione Scythicus. Ipſa ingenti, ac [m] perpetua fronte ad orientem uerſa, tantum

Mœoticę. Sed nullis hic uerbis opus eſt, cũ ſui ipſius ſit interpres Põponius. b Noſtrum mare. Sinus ab occaſu affluens noſtrum mare, non Hiſpanis ſolũ, nõ Gallis, Italis, & maritimis cæteris, ſed & Europæis, q paulo lõgius abſint, recte dicitur: nã nec Africæ, nec Aſię litora, quicquid illud eſt undarũ, adeo crebris ſinib. lancinat, atque Europã, quam â Septentrione ęquã, à meridie iniquiſsimam eſſe ipſe Põponius ſcribit. Gręci aũt τλὼ ἔισω θάλασσαν nominãt, Latinis Internum, ſiue mediterraneum dictum mare. c Nos fretũ.] Plinius ca. 5. tertij libri: Quá intrat, inqt, Porthmos à Gręcis, à nobis Gaditanum fretũ dicitur, πορθμὸν illi maris anguſtiam: quemadmodũ ἰσθμὸν terram exilem maria dirimentem, aut magis peninſulam cõtinenti adnectentẽ nominant. d Alia alijs locis.] Ne nobis annotandi copiam nimis pręcipites demamus, ſuis locis ſingula cognomina explicabimus. Si quis uero ſitiẽs lector eſt, qui uno illico in loco ſibi ſat fieri uelit, huic Solinus in Hiſpaniæ deſcriptione interim faciet ſatis. e Helleſpontus.] Aegeũ à Propontide ſeparans, intermedia fauce, quam ab Europa Cherſoneſus Thraciæ, ab Aſia Phrygiæ litora ſtringunt, ex Plinio, Ptolemæo, cæteris. f Propontis.] Hæc à meridie Bithynia, ab Arcto Thraciæ litoribus ferè cingitur. g Boſphorus.] Hic ad Byzantium eſt, quam hodie Conſtantinopolim dicimus. h Euxinus.] De hoc mari ſuo loco referemus. In his enim, quæ in uniuerſum Pomponius de terræ effigie, & partibus affert, unicum ex picturæ demonſtratione emolumentum eſt. faciant ſtudioſi periculum meo periculo, & quod affero, uerum eſſe deprehendent. i Hoc.] Hoc uniuerſum inquit, tribus partibus abſumitur. k Tanais.] De Tanai, & Nilo maximis amnibus ſuis in locis, quod ſcitu dignum eſt, referemus, quod ad limites pertinet trium terræ partium, in Cathecheſi noſtra, quod ad rem facere uidebatur, retulimus.

SVMMA ASIAE DESCRIPTIO.

IRibus hãc.] Plin. lib. 6: tribus hic (Oceanus ſcilicet) è partib. cœli alluens Aſiã: Scythicus à ſeptentrione, ab oriente Eous, à meridie Indicus uocatur: uariéque per ſinus, & incolas in plura nomina diuiditur, &c. Aſiam autem dictam uolunt, ab Aſia Iapeti coniuge, quæ Oceani & Tethyos filia fuit. Hæc quanquam eſt pars tertia terræ, magnitudine tamen Europã, & Africam æquat, quæ duob. tantũ lateribus Oceano abluuntur, Europa à ſeptentrione, & occaſu, Africa ab occaſu, & meridie, ut Mela ait, ſed cõſtat partẽ Africę hodie quoq; ab ortu pelago terminari. m Perpetua fronte.] Continua, nec multis curua ſinibus, id euidẽs eſt ad finẽ uetuſtarũ tabularum

bularũ quæ extremæ Indiæ frontẽ admodũ ęquam ſtatuerũt. Hodie aũt nonnullis per Veſpuccium Mathematicũ cõpertis, nõ adeo plana eius ora eſt. a Quorũ Europa, & Africa.] Hoc ſi ad Melæ, & Ptol. tẽpora referimus, uerũ eſt. Hodie aũt ut deprehẽſus eſt Africę circuitus, maioris latitudinis Europa cum Africa, & mediterraneo mari exiſtit, pręſertim ſi ab extimis utrinq; terminis metiamur. b Solida.] Non admodũ ſolida, quia inter magnum ſinũ, & eum qui Gangeticus dicitur, ingenti peninſula procurrit in oceanũ, quę aureæ Cherſoneſi nomen habet Ptol. Verũ illic oceanus magis curuare litora, q̃ ſinus facere uidetur, cum amplo illapſu latè ea diſtendat, nec anguſtis intret faucibus, ut per ſinus ſolet ſupra nominatos. c Anguſtior.] Magis ſtricta, contractiorq; : quia in noſtrum mare inclinans latera cõtrahit. d Tam lata.] Hoc ad uetuſtæ picturæ fidẽ retulit Pompo. Hodie falſum eſſe nemo neſcit. e Cõfinia.] Europę à ſeptẽtrione, Africę à meridie, ideo ait altero cornu ad Tanain eam, altero ad Nilum pergere: nam mediã æſtus maris noſtri cohibent. f Ora eius.] Ora inqt, Africæ ſecundũ Nili alueum, ripis in pelagus deſcẽdit: nã in ortum porrecta Lybia ad Nilum ripas facit, ſicut à ſeptentrione, & occaſu, mari terminata, litus. Notũ enim diſcrimen eſt ripæ, & litoris, quod amniũ illa; hoc maris eſt. Hinc parum infra: inde eã (inquit) paludem ſcilicet ad Tanain uſq; complexa, fit ripa, qua Tanais eſt. g Incedit.] In ſinũ uſq; Iſsicum, & Amanum montem inclinãs, ſecundum excurſum maritimę Syriæ. Niſi uero illa ad picturam refers ô Lector quiſquis es, nec Melã, nec interpretem Vadianum intelliges. h Obuiam.] Tanquã amplius pelagus noſtrũ non admiſſura.

ibi ſe in latitudinẽ,[a] quantũ Europa, & Africa, & pelagus, q̊d inter ambas immiſſum eſt, effundit. Inde cũ aliquatenus [b] ſolida proceſsit, ex illo oceano, quẽ Indicũ diximus, Arabicũ mare & Perſicum, ex Scythico Caſpiũ recipit: & ideo qua recipit, [c] anguſtior. Rurſus expandit, & fit [d] tam lata, q̃ fuerat. Deinde cum iam in ſuum finẽ, aliarũq; terrarũ [e] cõfinia deuenit, media noſtris ęquorib. excipit: reliqua altero cornu pergit ad Nilũ, altero ad Tanain. [f] Ora eius cũ alueo Nili amnis, ripis deſcẽdit in pelagus, & diu ſicut illud [g] incedit, ita ſua litora porrigit, deinde fit uenienti [h] obuiã, & primũ ſe ingẽti [i] ambitu incuruat, poſt ſe ingenti [k] fronte ad Helleſponticũ fretũ extendit, ab eo iterũ [l] obliquat ad Boſphorũ, iterũq; ad [m] Põticum latus curua, [n] aditũ Mæotidos [o] trãſuerſo margine tangit. Inde eam gremio ad Tanain uſq; cõplexa, fit ripa, qua Tanais eſt. In ea primos hominũ accipimus ab oriente Indos, [p] Seres, & Scythas. Seres media [q] fermè Eoæ partis incolunt, Indi & Scythę [r] ultima: ambo late patẽtes, neq; in hoc tãtum pelagus effuſi: ſpectant enim etiam meridiẽ Indi, orãq; Indici maris [s] (niſi ubi ęſtus inhabitabilẽ efficiunt) diu cõtinuis gẽtibus occupãt: ſpectãt & ſeptentrionẽ Scythæ, ac litus Scythicũ, niſi unde frigorib. arcentur, uſq; ad Caſpiũ ſinum poſsident. Indis p̃xima eſt [t] Ariane, deinde Aria,

i Ambitu.] Qui ab Iſſo aduſque Cariæ peninſulam pari litoris effigie reflectitur. k Fronte.] In qua Caria, Ionia, Aeolia, & Phrygia, celebres multarum rerum memoria regiones ſitæ ſunt. l Obliquat.] Litoribus uidelicet Propontidi dantibus locum. m Ponticum latus.] Ibi enim ſinum facit Iſsico per omnia, niſi quod paulo minor eſt, ſimilẽ. n Aditum.] Fauces, introitũ, anguſtias. o Tranſuerſo.] Leniter reflexo litore ab eo angulo, qui infra Colchidem eſt, aduſq; Cimerium. p Seres & Scythas.] Seres à Scythis ſeiungit, tanquam ipſi Scythæ nõ ſint: ſed ideo fecit, ut qui extrema, & qui media orientalis Aſiæ habitarent, paulo fidelius indicaret. q Fermè.] Bene, nam trans Taurum in Boream ultra medium Aſiæ ſiti ſunt. Hodie experientia recentiori; ultra Seres in ortum frequentiſsima regna deprehenſa ſunt. Eſt igitur opus, ut Melæ temporum hęc legentes reminiſcamur. r Vltima.] Eoi oceani litora, nam ſequitur, eos non in hoc litus tantum, ſed & in meridianum, & Arctoum expanſos. s Niſi ubi æſtus inhabitabilem efficiunt.] Seneca libro naturaliũ quęſtionum primo, magnã inquit terrę partem extantẽ, ſquallidã, uſtam, aut rigentem eſſe. Quod ſupra nos explicuimus. t Ariane, deinde Aria.] Plin. libri ſexti cap. 23. Ariana inquit regio ambuſta feruoribus, deſertiſq; circundata, multa tamen interfuſa opacitate, cultores congregat circa duos maxime fluuios, Tonderon & Aroſapen, op- Ariane.

pidum Artacaena, Arius amnis, qui præfluit Alexandriã ab Alexandro conditam. Quibus
uerbis Arianen ab Aria nihil ſeparaſſe uidetur. Conſtat enim Ariam fertiliſsimam eſſe, Aria-
nen autem ea maxime parte, quæ in Auſtrum uergit, ambuſtã feruoribus. Strabo certe, ſicut
Pomponius lib.15. omnino ſeparat, nomenq; Arianes aduſq; partem quandam Perſarũ ſe-
cundum oram Auſtrini Oceani, ad Medos & Bactrianos, tum & Sogdianos ſeptentrionales
extendi aſſerit. Gentes uero eius eſſe Paropamiſadas in Indum uerſos, poſt, Arachotas in Au
ſtrũ & ſimiliter Gedroſinos,
aliosq;, ꝗ orã illic habitant. I-
deo idẽ li.11. Arachoſiã ad In-
dũ uſq;, in ortũ excurrẽtẽ, A-
rianæ partẽ eſſe ſcripſit. Hinc
Mela hoc loco Gedroſin ſeor
ſum nominat, q̊d ea nõ tota
Aria. ad Arianen ꝑtinet. ARIAM
aũt idẽ li.11. Bactrianæ cõter-
minã & mõti ſubiectã, ꝗ Ba-
ctrianã habet, quę ad occidẽ
tẽ Paropamiſadis adiacet, ut

& Gedroſis & Perſis ad ſinum Perſicũ. hunc populi Perſarum ambiunt, illum alterũ Arabes: ab his, quod in Africam reſtat,[a] Aethiopũ eſt. [b] Illic Caſpiani [c] Scythis proximi, ſinum [d] Caſpium cingunt, [e] ultra [f] Amazones, ultráq; eas [g] Hyperborei eſſe memorantur. Interiora terrarum multæ uariæq; gentes habitant, [h] Gandari, & [i] Paricani,

& Ptolemęus tabula Aſiæ nona indicat. Ob eius uerò regionis nobilitatẽ, in tantũ Græci, qui
per Alexãdri uictorias hęc loca occuparũt, polluerũt, ut Arianis & Indis fuerint dominati, &
plures gẽtes ſubegerint q̃ ipſe Alexãder, ut idẽ ex Apollonij Adramyttini autoritate refert:
hos aũt Arios nominat, illos Arianos. Ariorũ fluuius eſt Arius, ꝗ anteq; effluat, abſorbetur.
In Aria tanta fertilitas eſt, ut racemus duorũ cubitorũ lõgitudinẽ impleat, uites aũt multę tã-
tæ, ut duorũ uix hominũ ulnę cõplectantur, ut li.2. & li.11. Strabo ſcribit. Apud Arianos her-
ba Arianis nomine legitur Sole Leonẽ tenẽte, cuius attactu ligna oleo peruncta accendũtur.
Plinius li.24. author eſt. Addo his, q̊d pleriq; fuerũt, qui Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropa
miſadas, quatuor Satrapiarũ incolas, Indiæ tribuerũt, q̊d Plin. ca.20. ſexti libri annotauit. Po
tior tamẽ Melæ ſentẽtia eſt, Arianẽ Indis ꝓximã eſſe affirmantis. Nã & Plinius cap.17. ex Era
toſthene, Indũ finẽ Indiæ ab occaſu eſſe aſſerit. Libuit hæc afferre, q̊niam nulla amplius de his
mẽtio cõmoda fieri poteſt. a Aethiopũ eſt.] Quia Nilo Africã terminauit. Põponius recte
ait, totũ Arabicũ ſinũ ambire Arabas, q̊rum excurſus ad occiduũ litus ipſius ſinus, aduſq; fau
ces maris durat, & id ꝓmontorium, q̊d Cerauniјs ſaltibus inuiũ eſſe lib.3. ſcribit. Supra uerò
illa ꝗcquid eſt, Aethiopũ eſt. b Illic.] Ad latus ſeptẽtrionale in occaſum. c Scythis proxi
mi.] Ergo ipſi Scythi nõ ſunt? Certe ſunt: intelligẽdũ ergo Scythis eos oriẽtalibus, & ad Seras
uerſis, qui apud ſcriptores fere nõ alio q̃ Scytharũ nomine cẽſentur, ꝓximos eſſe. Scythia aũt
Scythia du- in uniuerſum duplex eſt, Europæa & Aſiatica. Europæa, ut lib.2. Mela indicat, & libr.4. Pli-
plex. nius, ſecundũ Tanais ripam & Męotidis, atq; Euxini litus aduſq; Iſtri oſtiũ expanditur. Gen-
tium omniumq; eius Plinius, Strabo, Solinus, Herodotus, Dionyſius meminerunt. Aſiatica
à limitib. oppoſitorũ litorũ in orientẽ ꝓcurrit, Oceano a ſeptẽtrione, à meridie Tauro termi
nata, quanq; ab occaſu in Cappadociã, & Armenias eius gẽtis ditio ꝓceſsit. Eius quæ in In-
diam uergit, accolas Dionyſius Auſtrales nominat, q̊d ab Arctico frigore lõgius abſunt. In to
ta uariæ ac ꝓpè innumerę gẽtes, ſęuæ, & ad bella magis q̃ ullũ humanitatis ſtudium idoneæ,
quas li.6. Plinius, & Strabo 11. multis enumerant: nos ut locus reſq; deſiderauerit, ita quæq;
adducemus. Ptolemęus.6.lib. ſecluſa Margiana, Hyrcania, Bactriana, Sogdiana, & Sacarum
ſitu, duplicẽ Scythiam facit: alteram intra Imaum montẽ, ꝗ à meridianis Tauri uerticib. per
medium ferè eius Aſię, q̊d ad ſeptẽtriones expanditur, q̊d Gręci, ut Strabo ait li.3. Aſię intra
Imaum tribuerunt, digreditur: hanc ab occaſu ea Scythia terminat, quam Sarmatiam Aſiati
cam ſupra Colchidẽ Albaniam & Iberiam ſitam cognominat, â meridie dictis trans Caſpiũ
gentibus, à ſeptẽtrione terra (ut ipſe putauit) incognita. Alteram extra Imaum, quæ ab ortu
Seras, ab Arcto terram incognitam, à meridie Indos habeat, facit. Vtraq; proprie Scytharum
eſt. Imaum accolarum lingua niuoſum dici Plinius ſcribit lib.6. Hoc uero in loco potiſsimas
gẽtes nõ Scythiæ ſolum, ſed Aſiæ quoq; reliquę Põponius enumerat. d Caſpiani.] Caſpios
ſeu Caſpianos, ad dextram Caſpij ꝑ fretum eius introeuntib. ſitos eſſe li.3. Põ. ait. e Vltra.]
Amazones. In occaſum & ſeptentrionẽ f Amazones.] Strabo li.11. ſub radicib. mõtium Caucaſiorum
uicinas eſſe Gargarẽſib. Amazonas ſcribit, & alias ꝗdẽ operari quæ ad rationẽ inſitionemq;
pertinent, ſed pręcipuam tamen paſcendorum equorum curam habere, robuſtiores uero in
Hyperborei. equis uenationis ac bella exercere. De his ſuo loco ſcribemus. g Hyperborei.] Hos Plinius.
4. lib. & alibi eius ſimia Solinus ſupra Aquilonẽ ſitos eſſe ſcribunt, gentem beatiſsimam, &
in Europa quorundam ſententia, nõnullorum in Aſia. Mela eos in Aſia ponit, Solinus in Eu
ropa. De quib. amplius li.3 referemus. h Gandari.] Plinius.6. libro Gandaros trans Mar
gianam in ortũ ponit. Sed & Gandaræ, quos Ptolemęus libro ſeptimo, in India ad ipſum In-
dum ſitos eſſe ait, legi ex ea cauſa poſſet, quod ſupra dixit Indos & Scythas extima tenere,
quaſi de citerioribus Indiæ gentibus aliquid infra nominaturus. i Paricani.] Iuxta
illi ſiti

illi ſiti ſunt à nonnullis Pariani, à Strabone certe Paſsiani librō .11. qui Bactra Græcis abſtulerint, dicuntur. a Bactri.] De his propè omnia notiora ſunt, quàm ut referri debeant, multarum rerum copia diuites, & ſmaragdi cum primis apud eos repertæ nobilitate. b Suſiani.] Hi ſupra Babyloniam ad Perſidem ſiti Coſſeos, & Myzeos ab oriente habent, liberæ feritatis, & perpetuis latrocinijs aſſuetos homines. c Pharmacotrophi.] Scythæ ſunt dicti, quòd uenenum eos nutriat. Græcis τροφὴ eſca dicitur, uel educatio; φάρμακον uenenum. *Pharmacotrophi.*

ᵃBactri, & ᵇSuſiani, ᶜPharmacotrophi, Bomarei, Coamani, Rophanes, Dahæ. Super Scythas Scytharũq; deſerta, ac ſuper Caſpium ſinũ, Comari, ᵈMaſſagetæ, ᵉCaduſij, ᶠHyrcani, Hiberi. Super Amazonas, & Hyperboreos, ᵍCimmerij, ʰScythæ, ⁱEniochie, ᵏGeorgi, Moſchi, Corſitæ, Phoriſtæ, Riphaces, atque ubi in noſtra maria tractus excedit, ˡMardi, ᵐAntibarani, & notiora iam nomina, Medi, ⁿArmenij, ᵒComageni, Murrani, Vegeti, ᵖCappadoces,

Illis Bomareos, Coamanos, qn & Rophanes Pompo. addit, & Dahas, his Maſſagetas iungit Plin. cap. 17. libri ſexti. De Sacis uero, qui alij à Dahis Scythis ſunt, infra in tertio libro. Rophanes Plinio, Straboni, & ipſi Herodoto diligentiſsimis in Scythię ſitu ſcriptoribus, minus celebres ſunt; ſicut nec Corſitæ, Phoriſtę, Riphaces, ipſiq; Murrani; & Vegeti alibi ſiti; quorum inter potiores Pomponius nomenclaturam facit. Nil mirũ, cũ nulla in parte terrę maior nominum uarietas ſit. Nec alia in parte (Plinius ait lib. 6.) maiorem authorum inconſtantiam credo propter innumeras uagasq; gentes. d Maſſagetæ.] Hi Solem pro Deo uenerantur, quibus optimum mortis genus uidetur, ſi ſenio confecti in fruſta cædantur, & cum ouillis carnibus edantur promiſcue: eos, qui morbo moriuntur, ut impios abijciunt, & dignos, qui à feris deuorentur. Strab. ait lib. 11. Chryſoſtomus in ſermone, quem de Pentecoſte habuit: Maſſagetæ, inquit, & Berbices miſeros putant, qui ægrotatione moriuntur, parentes, agnatos, & propinquos, cum ad ſenectam uenerint, iugulatos deuorant, rectius dicẽtes, ut à ſe potius, quàm à uermibus conſumantur. Ptol. eos tab. Aſiæ. 7. in Margiana, & Sacarum tractu ponit, uerum de ulterioribus rectius intelligimus. Translatitiũ ipſis eſt, ut multis alijs Scythis, in propatulo coire. Eorum uirtus contra Cyrum Cambyſis filium eximia fuit, ut Iuſtinus in ſecundo, & in fine primi libri Herodotus indicant. *Maſſagetæ.* e Caduſij.] Plinius in ſexto ab Græcis ipſos Gelas Caduſios dictos ait. Strabo ſeparat lib. 11. primos eos eſſe aſſerens, qui ſeptentrionalem partem montanorũ in Eoum à Caſpio procurrentiũ inhabitant. Ptolemęus tab. Aſiæ. 5. utroſq; inter Medicas gentes ad Caſpium locat. *Caduſij.* f Hyrcani.] De Hyrcanis, Albanis, Moſchis, maximis gẽtibus, infra libro ſecundo, & tertio. g Cimmerij.] Hos interiora aliquando Aſiæ tenuiſſe Herodot. libro quarto ſcriptum reliquit, uerum à Scythis pulſos magis occidua tandẽ petijſſe. Ptolemæus tab. Aſiæ ſecunda Cimmerios montes ab eorum nomine ſupra Albaniam locat: certum eſt illos proximos Amazonibus fuiſſe, & ad Mæotin tandem egreſſos, Boſphoro reliquiſſe cognomentum. *Cimmerij.* h Scythę] Iuxta Amazonas, quibus aliud nomen non eſt: quid ſi illi ſunt, quos Scymnitas ſub Hippicis montibus, citra Rha fluuium, Amazonibus uicinos, libro ſexto Ptolemæus ponit. i Eniochie.] Hermol. aſſerit, & Axiacæ legi poſſe, ſed quia Mela libro ſecundo in Europa Axiacas ponit, & hic de Aſiaticis Scythis mẽtio eſt, malim legere Eniochie, qui Toretis, & Satarchis, ad peninſulæ in Boſphorum excurrentis radicem finitimi ſunt, de quibus infra in primi libri fine. k Georgi.] Ab agricultura nomen ſortiti, quibus uicinos Corſitas, Phoriſtas, & Riphaces Mela facit. l Mardi.] ſic legendum, non Mari. Plin. libri ſexti ſeptimo capite ad Heracleum Colchidis, Achæos, Mardos, & Cercetas nominat. Quanquam & apud Perſas Mardi ſunt, alij tamen ab his. *Mardi.* m Antibarani.] Plin. Antiaranos libro ſexto inter potiſsimas Scytharum gentes locat, ſicut hic Pompo. iuxtaq; Pialas, & Armiaſpos nominat: ut inde coniectura ſit, Antiaranos eum nominaſſe, quos Antibaranos Mela, unica enim litera diſcrimen facit, & quędam Plinij exemplaria Antibarani habent, non Antiarani. *Antibarani.* n Armenij.] Maioris, & minoris Armenię, quę à meridie, à Cilicia, Comagene, & Meſopotamia Tauri intercurrentis iugis ſeiunguntur, ut Ptole. tab. Aſiæ quarta ſcribit. Maiori Armenię orientalis eſt Medorum regio, de qua lib. 6. Plin. & lib. 11. Strab. o Comageni.] Comagene Plinio, & Ptolemæo ſupra Ciliciam in ortum ſita eſt, trans Amanum montem, excurrit aduſq; Meſopotamiam, Euphrate intermedio, ut hic tabula Aſiæ. 4. indicat. Inde dicti Comageni, quibus hic Murranos, & Vegetos adnumerat Pomp. populos, nec Strab. nec Plin. aut Ptole. quod quidem ſciam, celebres. Ptol. quidem Muraunam, ſiue Muranam in Armenia facit, ſi forte inde Murani dicerentur: nam in Armenia eſſe illos uериſimile eſt. *Comagenis* p Cappadoces.] Horũ regio minorem Armeniam ab occaſu claudit ab Arcto, longo litore in Euxinum expanditur,

ſicut anguſto excurſu à meridie Ciliciã attingit, ab occaſu Galatia, & Paphlagonia reliqua ter
Gallogræci. minata, ut Ptol. tab. Aſię prima oſtẽdit. a Gallogræci.] Iidẽ ſunt, ꝙ Galatæ, ad q̊s Pauli epi-
ſtola extat. eorũ regio Galatia, quã Gallorũ aliquot populos inſediſſe Plinius ca. 32. quinti li-
bri teſtatur, & Ptol. li. 5. tab. aũt Aſię prima indicat. Strabo quoq; 4. lib. Tectoſages è Narbo-
nẽſi, Toliſtobogos, & Trocinos, è Celticis Galliæ profectos, Phrygiã Cappadocię & Paphla
goniæ uicinam occupaſſe ſcribit, tanto olim hominum robore Galli ualuerunt. meminit &
& Tit. Liuius pluribus quar
Lycaones. tæ Decados lib. 8. b Lycao
nes.] Phrygibus meridiani
ſunt. Iſauros Ptol. ſupra Pã-
phyliã locat in Boreã, Piſidię
uicinos, q̊s P. Ser. Iſauricus
uicit aliqnando: hinc cogno-
mẽ adeptus, ut Stra. li. 12. ſcri
bit: eorũ regio Iſauria mõto-
ſa, nec temere aut leuib. bel-
lis unquã capta, ſicut Lycao-
nũ Lycaonia. c Phryges.]
Horũ regio ampliſsima eſt,
ut Plin. 5. lib. cap. uero 32. oſtẽ
Mela emen- dit. d Piſidæ.] Omnia e-
datus. xemplaria Perſæ habent, nõ
Piſidæ: ſed nimirũ corrupte,

[a]Gallogręci, [b]Lycaões, [c]Phryges, [d]Piſidę, Iſauri, [e]Lydi, [f]Syrocilices. Rurſus [g]ex iĳs, q̃ meridiẽ ſpectãt, [h]eædẽ gẽtes interiora litora uſq; ad ſinũ [i]Perſicũ. Super [k]hũc ſunt [l]Parthi, & [m]Aſſyriĳ, ſuper illũ alterũ, [n]Babyloniĳ. Et [o]ſuper Æthiopas Ægypti, ripis Nili amnis & mari proxima iĳdẽ [p]Ægyptiĳ poſsident. Deinde [q]Arabia anguſta fronte [r]ſequẽtia litora attingit. [s]Ab ea uſque ad [t]flexum illum, quẽ ſupra retulimus, [u]Syria, & in ipſo flexu [x]Cilicia: extra autem, Lycia & Pamphylia, Caria, Ionia, Æolis, Troas uſque ad Helleſpontum.

cum hic Aſiæ, quę inter ſinũ Iſsicũ & Põti excurſum intereſt, interiores gẽtes enumeret. Quia
uero Lycaonibus, Iſauris & Lydis Piſidæ uicini ſunt, rectè hic à Mela nominãtur: nã de Perſis
hoc loco nil attinet: ſupra enim dixerat: Et Perſis uſq; ad ſinũ Perſicũ: hũc populi Perſarũ am
biunt, &c. De Piſidia aũt, quę intra Lycaoniã & Iſauriã iacet, Plin. 27. cap. li. 5. Strabo libro 12.
Ptol. 6. lib. & tab. prima Aſiæ, populi Piſidę. Rufus ex Dionyſio, ubi de Lycaonia: Tũ Piſida
ferox exercet pinguia culta. apud Plin. Piſidæ dicũtur, forte corrupte. Rufus Sextus in Epito
me rerũ Romanarũ, Pãphyliam, inqt, Piſidiã, Iſauriã Seruilius cõſul ad bellũ piratarũ miſſus
obtinuit. Qui locus in recẽter æditis exẽplaribus corrupte legitur. e Lydi.] Lydia Aeoliĳs
& Ioniĳs uicina nota eſt Crœſi fortũna, & rebus geſtis, tum & Pactôli fama aurum trahentis.
Syrocilices. f Syrocilices.] Dionyſius in Periegeſi, trãs Ciliciã, alterã Syriam facit, his uerſib. interpre
te Rufo: Alterius Syrię limes iacet uſq; Sinopẽ, Gurgitis attiguã, mediĳs hic impigra in aruis
Cappadocũ gẽs eſt, &c. In eadẽ aũt Cilicas eſſe Ptolemęus author eſt, q̊s Põponiũ Syrocilices
nominaſſe crediderim ad aliorũ differentiã: aut eos certe, ꝗ ꝑ Cilicię mõtana in Syriã uergũt:
nã duplicẽ Ciliciã Strabo fecit, Campeſtrẽ, & Tracheã, id eſt aſperã in Syriã uergentẽ. g Ex
iĳs.] Locis. h Eædẽ gẽtes.] Nã oẽs Syri ſunt: nihil ergo diuerſę ſunt, quanq;, ut Scythæ, non
uno nomine uocẽtur, nã infra li. 1. Põpon. Meſopotamiã & Babyloniã in Syria eſſe nõ obſcu
re indicat. Porrò Strabo à principio li. 16. ab ortu Syriã Suſiana & Perſia terminat. Ideo bene
li. 5. Plinius eã quondã terrarũ maximã fuiſſe ſcripſit. i Perſicũ.] Intelligendũ eſt, inhabitãt,
ut ſententia uerbo reddatur. k Hũc.] Perſicũ ſinũ. l Parthi.] His Romanæ clades gloriã
pepererunt: Parthi, id eſt, exules nominantur Scythica lingua: ex hac enim ꝓfugi in Aſſyria
cõſederunt, & eſt illis ex Medis & Scythis ſermo cõmixtus, authore li. 41. Iuſtino, ꝗ inibi mul
Aſſyriĳ. ta de Parthis memoratu digna. m Aſſyriĳ.] Strabo Syriã ab ortu trãs amnes Tygrim & Eu
phratẽ Aſſyriã dici indicat, & demõſtrat Ptol. 5. Aſiæ tabula. Intelligendũ aũt hos populos ſu
per ſinũ Perſicũ eſſe uerſus Boreã, Suſianis & Perſis intermediĳs, ut facile ex picturæ indiciĳs
dinoſcitur. n Babyloniĳ.] Per alterũ ſinũ, Arabicũ intelligit, ſupra quẽ in ortũ Babyloniĳ
ſunt ſiti, intermedia tamẽ felicis Arabię parte: nam deſertã Babyloniæ tribuere Põp. uidetur.
De Babyloniĳs ſuo loco dicemus. o Super Aethiopas.] Cũ, ſup, Põp. ait, dimenſionẽ uel ſi-
tũ in Boreã intelligit, ut ſi dicã ſuper Italię radices Alpes eſſe & Germaniã: ſitus enim rationẽ,
ꝓpter poli noſtri eleuationẽ, & frequentiſsime habitatũ latus noſtrũ, ita mẽlus eſt, ut ſurſum
uerſus abeãt, quę in ſeptẽtrionẽ uergũt, eo modo q̊ Ptol. & indubie uetuſtiores deſcripſerũt,
polo ſcilicet noſtro eleuato. Hinc & eã, q̃ Aegypto ꝓxima eſt, in meridiẽ, Aethiopiã ſub Aegy
pto Ptol. nominat. p Aegyptiĳ.] Quia à litorib. maris noſtri, utraq; Nili ripa aduſque eius
Cataractas Aegyptus tẽditur, ut infra Põp. aſſerit. bene ergo inqt Nili ripis & mari illic pro-
xima poſsidere Aegyptios, nã paulo remotius Aſiã uerſus Arabes ſunt & Palęſtini, Libyen
uerſus Cyrenaici ſiti. q Arabia.] Petrea ſcilicet, quæ ꝓpe Idumęam tenui frõte mare noſtrũ
ꝓſpicit, ut Ptol. tab. Aſiæ. 4. indicat. Verũ de Arabiĳs alibi. r Sequẽtia.] Aegypti ꝑcurſum.
s Ab ea.] Frõte, unde Palæſtinæ initiũ eſt, uide Ptol. t Flexũ.] Sinus Iſsici. u Syria.]
Ibi enim ꝓprie Syria dicitur, ut ait Strabo. x Cilicia.] Hos locos maritimos ordine, q̊ diximus,
Põp. abũde ꝓſeqtur aduſq; Tanais fontes. Singula igitur, ut deſcripta ſunt, ſuis in locis
clariſsima pro uirili reddemus. Interim hæc, ut enumerat, memoriæ gratia ad picturam ſtu-
dioſus lector conferat.

SVMMA

Ab eo Bithyni ſunt ad Thracium Boſphorum. Circa Pontum aliquot populi alio alioq́ꝫ fine, omnes uno nomine Pontici dicūtur, ad lacum Mæotici, ad Tanain Sauromatę.

SVMMA EVROPAE DESCRIPTIO.

EVropa terminos habet ab oriēte Tanain & Mæotida & Pontum, à meridie reliqua noſtri maris, ab occidente [b] Atlanticū, à ſeptētrione [c] Britannicum oceanum. [d] Ora eius, [e] forma litorum à [f] Tanai ad Helleſpontū, qua ripa eſt dicti amnis, qua flexum paludis ad [g] Boſphorum redigit: qua Ponto, Propontidi, & Helleſponto latere adiacet, [h] contrarijs litoribus Aſiæ non oppoſita modo, uerumetiam [i] ſimilis eſt. [k] Inde ad fretum nunc uaſte [l] retracta, nunc [m] prominens, [n] tres maximos ſinus efficit, totidemq́ꝫ in altum ſe magnis frontibus euehit. Extra [o] fretum ad occidentem inæqualis admodū pręcipue [p] media, qua procurrit ad ſeptentrionem, niſi ubi ſemel, iterumq́ꝫ grandi receſſu abducitur, [q] penè

SVMMA EVROPAE DESCRIPTIO.

EVropa.] Vnde huic terræ hoc nomen acceſſerit, aut quis eius extiterit author, à nemine mortalium compertum eſſe ait libro quarto Herodotus: niſi quòd dicimus ab Europa Tyria nomen accepiſſe regionem, nec ante ſicut cæteras nomen habuiſſe. Tamen illam ex Aſia fuiſſe conſtat, neque in hanc commeaſſe terrā, quę nunc à Græcis Europa uocatur, ſed è Phœnice tantum in Cretam, & è Creta in Africam. hæc ille. Sentiunt tamen pleriq́ꝫ omnes tres partes terræ à fœmellis nomina accepiſſe. Europam Plinius lib. 3. altricem uictoris omnium gētium populi, terrarumq́ꝫ pulcherrimam nominat, Aſiæ & Africæ aliquando non magnitudine, ſed uirtute comparatam. Certum eſt eam, cum habitatiſsima ſit, gentium frequentia nō multo alterutra inferiorē eſſe. Quāquam idem Plinius libri ſexti. 33. capite, neſcio quali calculo, Europam ait tertiam eſſe terræ partem & octauam, paulo amplius: Aſiam uerò quartam & quartamdecimam partem, Africam quintam, & inſuper ſexageſimam: cum Europæ continentem minimā eſſe liquido conſtet: de cuius laudibus ſi legere uoles, Strabonem legito libro tertio. b Atlanticū.] Propriè Atlanticus eſt, qui litus Libyes occiduum abluit, ab Atlante monte, ut eſt notum. ſed Pomponius eum quoq́ꝫ, qui extimæ Hiſpanię litora cohibet, Atlanticum, ob terrarū illic mariumq́ꝫ uicinitatem dixit. Ptolemæus occidentalem nominat. c Britannicum.] Plinius libri quarti. 16. ca. ſcribit omnes olim Europę in ſeptentrionali oceano inſulas Britannicas dictas fuiſſe. Id nomen poſtea inter eas omnes maximæ, quæ prius Albion dicebatur, relictum eſt. Hinc Britannicus oceanus ille à tot inſulis nomē habet, merito quidem, cū ab unico oppidulo ingens ſinus, Adriatici cognomentū acceperit. d Ora eius.] Orientalis. e Forma litorum.] Scilicet eſt: nam pręter exiguam frontem, qua in ortum Tanai iungitur, circūcirca undis clauſa eſt. Sed hoc loco orientalis oræ effigiem proſequitur tantùm, reliqua maris noſtri partitur in ſinus. f A Tanai ad Helleſpontum.] Hos primæ frontis extremos limites facit, inde, quæ media ſunt, enumerat. g Boſphorum.] Cimmerium. h Contrarijs.] Contra ſe poſitis. i Similis.] Pari enim modo mare intermediū & admittunt recedentes, & urgent imminentes Aſiæ & Europæ extimæ, ut ex pictura & tabulis facile cognoſcitur. k Inde.] In occaſum uerſus. l Retracta] Sicut ad Thraciam è regione Samothraciæ, ad Iſtriam, & Tergeſtum, ad iſthmum Pyreneum, qui Galliā tanquam in fauces coactam claudit. m Prominens.] Hellade & Peloponneſo, Italia, extima Bethica, tribus his frontib. ſe in altum, id eſt, mare noſtrum euehit. n Tres maximos ſinus.] Martianus ex Plinio & Solino quatuor facit, ſed nihil ab his Mela diuerſus eſt: id enim, quod ſinū quartū illi dicūt, Pomponius oram magis eſſe uoluit: nam unius ſinus effigiem uix habet, ut ex tabularum non temnendis picturis patet. Primum ſinum Plinius à Gaditanis anguſtijs aduſq́ꝫ Zephyriū extremę Italię promontoriū menſus eſt, lib. 3. cap. 5. Secundū à Lacinio promontorio Italię altero ad Acroceraunia Epiri, cap. 11. eiuſdem libri. Tertium ab his ad Helleſpontū uſq́ꝫ, cuius in prologo quarti libri meminit. Quartum ab Helleſponto aduſq́ꝫ Męotidis oſtiū, quod lib. quarti 12. ſcribit. Horum loca inſignia li. 2. Pompon. proſequitur. o Fretū.] Gaditanū. p Media.] Nam perquam ingentē flexum facit poſt promontoria, ut infra lib. 3. q Penè ut.] Rectè ait, penè: nā

Europa unde dicta.

Oceanus Britannicus.

Quatuor mediterranei in Europa ſinus.

quo minus æquum id litus ſit, Dacia facit peninſula longe in oceanum procurrēs, alioqui ſatis æqua illic Europa foret, niſi ſemel, iterumq́ abduceretur. a Aegæum.] Hoc magnum, & inſignium inſularum mare eſt. Plin. cap. 11. quarti, dictum autumat à ſcopulo, qui inter Tenum, & Chium extat, quam à capræ ſpecie Græci αἶγα dicunt. Sunt qui nomen ab Aegæo Theſei patre in ipſum præcipitato: quod ea confirmant, quæ in Pelei, & Thetidis nuptijs ſcripſit Catullus. Strab. lib. tertio, & nono, ab Aegis Euboiæ oppido nomen accepiſſe hoc mare admodū uerisimile exiſtimat. Romani, qua Macedoniam, & Thraciam abluit, Macedonicum: qua Græciam, Græcienſe uocant. Plin. author eſt. b Ionium.] Hoc mare Solinus ab Ionia regiuncula extremæ Italiæ dictum ait: Parrhaſius Grāmaticus, ex Didymi Græci ſcriptoris authoritate ab Ionio Dyrrhachij filio, quem Hercules ex improuiſo occiſum in mare proiecit, ut memoriam eius propagaret, cuius inter alios Appianus nobilis ſcriptor meminit. Verum in his utcūq; quis diuerſa ſentit, parua iactura eſt, dummodo res ſit in prōptu, & ferè conſtet uiolentū eſſe, uaſtum, & iactabundum, ac ſupra fauces Adriatici: intra Siciliam, & Peloponneſum, atq; Candiā expanditur. Ideo Græci partim ipſum Siculum, partim Creticū appellant ab inſulis. Plin. author. c Adriaticum.] Ab Adria ſita ad Illyricum nomē habet, ut à prin. 22. libri ſcripſit Iuſtinus. Plin. 15. capite tertij libri, Atriā Thuſcorum ad Padi oſtia nobili portu fuiſſe ait, à qua Atriaticū mare ante dictū, quod nūc Adriaticum dicatur. Euſtachio quoque ab Adria oppido, & flumine. Sed & oppidi meminit aliubi Pomponius: cæterum diuerſi, ut hoc litore non una tantū Adria fuerit. d Tyrrhenum.] A Tyrrheno Lydi fratre, qui eam Italiæ orā magno Lydorū numero adnauigans occupauit, ut Dionyſius in Periegeſi ſcribit: meminit de hoc mari libro quinto Silius Italicus. Thuſcum autem, & Ethruſcum, & Tyrrhenum dici ſolet, habet & per partes nomina, de quibus alibi. e Scythia alia.] Europæam intelligit, de qua diximus, & dicemus libro ſecundo. f Noſtris litoribus.] Mediterranei pelagi, nam in utranque oram maris procurrit. g Sarmatas.] Qui hodie Poloni dicuntur. Sed hæc ad picturam adhibita notiora fiunt, quàm ut interprete egeant.

Aegeum mare unde dictum. *Ionium mare unde*

ut directo limite extenta eſt. Mare quod primo ſinu accipit, [a] Ægæum dicitur: quod ſequēti in ore [b] Ionium, [c] Adriaticum interius: quod ultimo, nos Tuſcum, quod Graij [d] Tyrrhenū perhibent. Gentium prima eſt [e] Scythia alia, quàm dicta eſt, à Tanai medio fermè Pontici lateris. Hinc in Agæi partem continens Thraciæ ac Macedoniæ adiungitur. Tum Græcia prominet, Ægæumq́; ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus Illyris occupat. Inter ipſum Adriaticum, & Tuſcum Italia procurrit. In Tuſco intimo Gallia eſt: ultra Hiſpania eſt. Hæc in occidentem, denique etiam ad ſeptentrionem diuerſis frontibus uergit: deinde rurſus Gallia eſt longe, & [f] à noſtris litoribus huc uſq; promiſſa. Ab ea Germani ad [g] Sarmatas porriguntur: illi ad Aſiam. Hæc de Europa.

SVMMA AFRICAE DESCRIPTIO.

AFrica ab orientis parte Nilo terminata, [h] pelago à cæteris: [i] breuior eſt quidem, quàm Europa: quia [k] nec uſquā

SVMMA AFRICAE DESCRIPTIO.

Libya unde dicatur.

AFricam (inquit libro quinto Plinius) Græci Libyam appellauerunt, qua mare ante eam Libycum, incipiens, Aegypto finitur, nec alia pars terrarum pauciores recipit ſinus. Silio Italico libro primo occaſionem credo hiſtoria ſuggerente memoratiſsima. Eam Solinus ab Afro Herculis Libys filio nomen habere dixit. Certum eſt hanc, ſi reliquis terræ partibus conferas, multo maximis deſertis minime frequētem eſſe: nec uſquam magis, quàm ubi mediterraneo adproximat, agris fertilem. h Pelago.] Circumcirca ut Europa pelago ſepta eſt, præter quàm ab ortu: trans Nilum autem terra, quæ inter Peluſium Nili, & Arſinoēn rubri maris oppidum intereſt, non amplius. 125. mil. paſſuum lata, continenti Libyam annectit, alioqui in uniuerſum inſula erat magis, quàm continens. i Breuior.] Minus longa, quod uerum eſſe, experientiæ indices tabulæ docent, maximè ubi mari noſtro imminet. k Nec uſquam.] Nuſquam inquit Aſiæ etiam in Pelagus noſtrum procurrenti, ſuis litoribus opponitur, quemadmodum

Aſiæ, &[a] nō totis huius litorib. obtendit̃.[b] Longior tn̄ ipſa q̃ latior, & qua ad fluuiū attingit latiſsima. Vtq;[c] inde procedit, ita[d] media p̃cipuè in iuga exurgēs pergit incurua ad occaſum,[e] faſtigiatq; ſe molliter, & ideo ex ſpacio paulatim adductior. Vbi[f] finit̃, ibi maximè anguſta eſt. Quãtum incolit̃, eximiè fertilis, uerū ꝙ plęraq; eius inculta, & aut[g] harenis ſterilibus obducta, aut ob[h] ſitim cœli, terrarūq; deſerta ſunt, aut infeſtant̃ multo, ac[i] malefico genere animaliū, uaſta eſt magis, quàm frequēs. Mare quo cingit̃, à ſeptētrione Libycū, à meridie Æthiopicū, ab occidēte Atlãticū dicimus Ab ea parte, q̃ Libyco adiacet, ꝓxima eſt Nilo ꝓuincia, quã Cyrenas uocãt. Deinde cui totius regionis uocabulo cognomē inditū eſt, Africa. Cętera Numidæ, &[k] Mauri tenēt, ſed Mauri in Atlãticū pelagꝰ expoſiti. Vltra[l] Nigritę ſũt, & Pharuſij, uſq; ad[m] Æthiopas. Hi & reliqua huiꝰ, & totū latus, ꝗd meridiē ſpectat, uſq; in[n] Aſiæ cõfinia poſsidēt. At ſuper ea, q̃ Libyco mari abluunt̃.[o] Libyes Ægy

admodū Europa ſolet, quę ab Helleſponto aduſq; Riphæos cõtinuo tractu Aſię obuerſa eſt. Sed an illud uerū ſit dubito, cū ex Ptolemęo in tractu Cyrenaicę, qui citra Alexandriã eſt, ſecundū certum meridianum inde in latitudinem ductū, deprehendatur Cariã Cyrenaicæ opponi. Cęterū adeò exiguo ſpacio, ut inde calumniari Melæ diligentiã nemo queat. a Non totis huius.] Nec totis litorib. Europę ſuo excurſu à Gaditano freto obtēditur. Ducto enim meridiano ab Africę orientalis fine, bonam illę Europę partem reliquã traijcit, quod ſignum eſt magis in ortū excurrere Europã, quàm Libyam. b. Longior tamen. Hoc falſum eſſe ſatis conſtat: plus enim, ut hodie deprehenſa eſt, latitudinis, q̃ longitudinis habet: niſi ſecundum uetuſtorū opinionē ad latitudinē habitabilem quis referat, ſicut Plin. 33. cap. ſexti libri, latitudinē ait Africæ, qua habitatur, nuſquã. 250. mil paſſuum excedere. quod & ipſum ad eam oram, quæ in pelagus noſtrum imminet, referēdum uidetur. c Inde.] A fluuio Nilo. d Media pręcipuè.] Ad Numidiæ fines, ubi etiam altiſsimi mõtium uertices pelago magis imminent. Ptole. hæc iuga ab occaſu expãſa maioris Atlantis nomine donauit, aliūq; inibi, minorē in Mauritania facit, de quo Plin. Stra. cęteri. e Faſtigiat.] In ſpeciem cunei cõtrahit. Rufus ex Dionyſio: Caput huius ceſpitis autē Arctius anguſto contrahit litora tractu, Ocean.q; ſinum cuneo ſubit, &c. f Finitur.] Ad primum freti Herculei introitum. g Harenis.] Harenę uento in Libya concitæ nõ minus ſęuiunt, quàm in mari procellę, ut infra oſtendemus. h Sitim cœli.] Aëris imbribus carentis ſiccitatem, quãquàm Lucanus indicet, Boream ipſis tempeſtates ciere, eo modo quo nobis plerunq; Auſter aſſolet. Id autem raro, & pręcipue in interiori Africa euenit, ut bene Maro dixerit: At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros. Qui enim ſub tropicis ſunt, magnum ęſtū ſuſtinent. Diodorus lib. 4. ad Aegypti, & Troglodytarum fines, tantū Solis circa meridiem ęſtum eſſe ſcribit, ut in uas æneum cibi cum aqua poſiti, extemplo Solis ardore abſq; igne alio decoquantur, nec ullus nudo pede terram attingere queat. Quę, inquit, ignorantibus incredibilia uidentur, ijs uerò, qui experti ſunt, facilia. Credibile ergo fuerit, Androdum illum Gellio celebrem, opimiora membra prędę Leonis, quo cum in Libya triennio uictitauit, meridiano Sole torruiſſe, cum ignem non haberet. Id autem circa Capricorni tropicum frequētius obtingit. Nam Sol illic terrę, ut dixi, uicinior eſt, & omnium Planetarum ob loci ſubditi radijs propinquitatem maior uis, & maior humoris depaſtio. Hinc Homerus maximus poëtarum, Iouem cum dijs omnibus in Aethiopia apud Neptunum conuiuium agere finxit. i Malefico.] Sęuiſsima animalia habet Africa, & ea quidem plurima, cumq; aquarum magna penuria ſit, contingit ut ad amnes, quoniam pauci ſint, innumerus ferarum grex coëat, ibiq; promiſcua libidine uaria monſtrorum genera progignant, unde adagio locus: Semper aliquid Africa noui affert, Plin. authore cap. 16. libri octaui. Quin & hoc in adagium abijt, ut dicamus, ſemper affert Libya mali quippiã: Nam pręgnantiſsima ueneni terra eſt. k Mauri.] Strabo Gręcis Mauryſios appellari libro ultimò ait, multis Mauruſij dicuntur. Vitruuius lib. 8. in Mauruſia, inquit, quam noſtri Mauritaniam appellant &c. Pontanus poëta in lib. Meteororū, Mauryſiam maris & maxime mediterranei deã facit. l Nigritę.] Pharuſij tendente aliquando ad Heſperidas Hercule diuites, poſt Nomades facti ſunt, inquit lib. 3. Pomp. ubi & de Nigritis referemus. m Aethiopas.] Qui communi nomine Heſperij, qua in oceanum Atlanticū uergunt, nominantur. n Aſiæ cõfinia.] Vſq; ad Aegyptios, & Arabas, qui ad occaſum Aethiopię imminent, de quibus infra libro tertio. o Libyes.] Aegyp-

Africæ latior, quàm ſit lõga.

Sitis Africæ.

Africa ſemper aliquid noui.

Mauryſia dea.

Libyægyptij.

Primæ gentes Africæ.

Aegyptĳ.]Ptolemęus Libyægyptios nominat,ſupra Aegyptios &Cyrenaicos in occaſum ſitos. Plinĳ cap.7.libri quinti hæc uerba ſunt:Interiori autem ambitu Africæ ad meridiē uerſus ſuper Getulos interuenientibus deſertis primum omnium Libyægyptĳ, deinde Leucoæthiopes habitant. Certe Martianus ſexto libro, Aethiopas Leucas nominat,id eſt, candidos,quòd interioribus minus ſunt nigri.Et ſunt alicubi Libyphœnices compoſito uocabulo & ipſi dicti,mixtum(ut Liuius docet)Punicum Afris genus. a Getuli.] Hi & Libyes, primi omniū ex Punicorū annalium fide Africam tenuerūt,aſperi incultiq́ꝫ, quib.cibus erat caro ferina, atq́ꝫ humi pabulū, uti pecoribus.Hi neque moribus,neq́ꝫ legē, aut imperio cuiuſquā regebātur,uagi, palantes,quò nox coēgerat,ſedes habebāt, authore in Iugurthino Salluſtio. b Regio.] Supra Getulos in ortū & meridiem expanſa. c Garamantas.] Hos Plinius quoque orientales facit. Strabo lib. ult. quindecim dierum itinere ab Hammone abeſſe ſcribit, quorum terram in orientem eunti, circiter mille ſtadia,in meridiē ad 300. quatenus cognita eſt, pateſcere ait. d Vix iam homines.]De his in Africæ particulari deſcriptione Pōponius, quo in loco ſtudioſis non deerimus. e Stringere litora.] Litora, inquit, à Mauritania exorſus, ut mare noſtrū undiq́ꝫ cohibent,legā.Inde egreſſus freto,quæcūq́ꝫ cingit oceanus calamo ſequar, donec inſtituti operis curſus eò, unde initiū habuit,reuertatur. Figuratè aūt dixit legere,pro eo q̊d eſt breuiter & cōpendio deſcribere,atq́ꝫ explicare.Nautæ aūt & orā ſtringere, & litus legere dicūtur,cū cominus præter nauigant. Virg.li.3.Litoraq́ꝫ Epiri legimus, portuque ſubimus Chaonio. Figuratè quoq́ꝫ Plinius li.4.Trāſgreſsis,inquit,in Rhiphęos mōtes, litus Oceani ſeptentrionalis à læua, donec perueniatur Gades, legēdum.

ptĳ ſunt, & Leucoæthiopes, & natio frequens multiplexq́ꝫ [a] Getuli: deinde late uacat [b] regio perpetuo tractu inhabitabilis. Tū primos ab oriente [c] Garamantas, poſt Augilas & Troglodytas, & ultimos ad occaſum Atlantas audimus. Intra(ſi credere libet) [d] uix iam homines, magisq́ꝫ ſemiferi Ægypanes, & Blemmyæ, & Gamphaſantes, & Satyri, ſine tectis paſsim ac ſedib. uagi habent potius terras q̃ꝫ habitent. Hæc ſumma noſtri orbis, hæ maximæ partes, hæ formæ genteſq́ꝫ partium. Nūc exactius oras, ſituſq́ꝫ dicturo inde eſt cōmodiſsimū incipere, unde terras noſtrū pelagus ingredit̃, & ab ĳs potiſsimū, quæ influenti dextra ſunt. Deinde [e] ſtringere litora ordine, quo iacēt, peragratiſq́ꝫ omnib. quæ mare attingunt, legere etiā illa, quæ cingit oceanus, donec curſus incœpti operis intra extraq́ꝫ circūuectus orbem, illuc, unde cœperit, redeat.

PARTICVLARIS AFRICAE DESCRIPTIO.

MAVRITANIA.

DIctum eſt Atlanticū eſſe oceanū, qui terras ab occidente cōtingeret: hinc in noſtrū mare pergētib. lęua Hiſpania, Mauritania dextra eſt. Primę partes, illæ Europæ, hæ Africæ. Eius orę finis [f] Mulucha, caput, atq́ꝫ exordiū eſt promontoriū, q̊d Græcis [g] Ampeluſian, Afri [h] aliter, ſed idē ſignifi-

PARTICVLARIS AFRICAE DESCRIPTIO.

Mauri.

MAuritania dextra.]Mauros qui eam oram habitant,Indos fuiſſe,& duce Hercule cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca perueniſſe multi crediderūt,ut Strabo libro ultimo ſcribit.Salluſtius certe in Iugurthino, Mauros & Numidas,reliquosq́ꝫ, qui maritimam Africam cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Perſas. & Phœnices fuiſſe indicat. Hi Romanis bellis Punicis ante, maxime autem rebus contra Iugurtham geſtis innotuerunt. Inter reges famigeratos Bogus & Bocchus, cum Romanorum amici eſſent, Mauritaniæ præfuerunt, quibus deficientibus Auguſti munere Iuba ſucceſsit, eius Iubę filius: qui ante Scipioni iunctus, contra Cæſarem Dictatorem bellum geſſerat. Solinns Iubam Ptolemęi filium facit. Strabo lib. ultimo, Ptolemęum ex Antonĳ & Cleopatrę filia ortum, Iubę in regno ſucceſsiſſe ſcribit. f Mulucha.] Salluſtius quoque Mulucham terminum ab occaſu Numidię facit. g Ampeluſian.] Gręcis ἄμπελος uitis dicitur, & ἀμπελῶνας uineas dicunt:unde & à uitium copia promontorio nomen eſt.Plinius libro 5.Promontorium oceani extimum Ampeluſia nominatur à Gręcis. h Aliter.] Gręci (ut Strabo lib.utimo ait)popu-

Græci alieni appetentes.

cāte uocabulo appellāt. In eo eſt [a] ſpecus Herculi ſacer, & ultra ſpecū [b] Tingi oppidū peruetus, ab Antęo (ut ferūt) conditū. Extat rei ſignū parma [c] Elephātino tergore execto ingēs, & ob magnitudinem nulli nunc uſuro habilis, quā locorū accolæ ab illo geſtatā ꝓ uero habēt tradūtq́;, & inde eximiè colūt. Deinde eſt mōs pręaltus, ei quē ex aduerſo Hiſpania attollit obiect9, hūc [d] Abylam, illū Calpen uocāt, colūnas Herculis utrūq;. Addit fama nominis fabulā, Herculem ipſum iūctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles, atq; ita excluſum antea mole mōtiū [e] oceanū,

ait) populatores olim erant, & alieni appetentes. Inde illæ fuerunt inſignes propè per omnes terras Græcorum uictoriæ, & nominum grecorum multitudo locis relicta, quæ aut recenter impoſuerunt, aut ad prioris lingue conformem ſenſum adhibuerunt. Idem ſcribit Macedonas & Grecos cæteros, qui cū Alexandro in Indiā profectſſunt, multis locis illuſtria primum nomina dediſſe. a Specus ſacer Herculi.] Ob beneficium, quod indigenas liberaſſet, adeò immani gigante interempto. Ad fabulam autem alludit, quę in ſpecubus monſtrum id delituiſſe ferūt. Lucanus lib. 4. inter multa hæc habet: Hęc illi ſpelunca domus, latuiſſe ſub alta Rupe ferūt, epulas raptos habuiſſe Leones, Ad ſomnos non terga ferę prębere cubile Aſſuerunt, non ſylua torū uireſq́; reſumit, In nuda tellure iacens, periere coloni Aruorū Libyes, pereunt quos appulit ęquor. b Tingi.] Plinius li. 5. cap. primo: nunc eſt Tingi quondam ab Antęo conditū, poſtea Claudio Cęſare cū coloniam faceret, appellatū traducta Iulia. Soli. De Hiſpania excurſus inquit in Libyā: Nā Bellone progreſſos, quod Bethicæ oppidū eſt, ultra interiacens fretū triginta millia paſſuum, Tingi excipit Mauritanię, quę nunc Colonia, & cuius primus author Antęus fuit &c. Sic enim legendum eſt, omnibus quę uiderim exemplaribus hoc loco deprauatis, nec triginta trium ſed triginta reponendum, ex Plinio cuius hęc uerba: Abeſt à Bellone oppido Bethicę proximo traiectu. 30. millia paſſuum. Niſi Capellæ quem authoritas mouet, cui cum Solino conuenit. Non omiſerim Mauritaniam extimā & in Atlanticum eminentē Bogudianam, alteram autem Africę propiorem Bocchianam ab inſignibus, quos nominaui, regibus dictā eſſe, authore Plinio. Poſt autē Caij Caligulę ſęuitia in duas prouincias diuiſam, Tingitanam extimam, & interiorem Cęſarienſem: hæc à Cęſarea, illa à Tingi oppido nomen ſortita, utraque frequentis in hiſtoria nominis. Tacitus lib. 17. Ipſe Albinus dum è Tingitana prouincia Cęſarienſem Mauritaniam petit, appulſus litori trucidatur. Porrò diuerſa ratione hic Mauritanię & Numidię loca cenſeri Straboni, Plinio, Pomponio, exactius paulo iudicantibus uidere non eſt difficile. Nam Numidiam ab Ampſaga Plinius in ortum uerſus orditur. Mela ad eundem terminat. Poſt Molochat amnem, quem plerique omnes Mulucham eſſe uolunt, Strabo Maſeſyliorum regionem facit, Mela Numidarum. At diuerſa tantum nomina lectorem minime offendant: Nanq; eſt notum, quàm ſint incerti regionum limites, cum interim plagę ſitus incertus non eſt. Et teſtatur lib. 17. Strabo, Imperatoribus Romanis propè arbitrarium fuiſſe, poſt ſubactas regiones partiri eas, ac diſtribuere aſſolitis, terminis pręſcriptis pro libidine, eo modo alijs alijsq́; uictoribus ſubinde terminos uariantibus. c Elephantino tergore execto.] Hæc res cum à loco ubi plurimi ſunt Elephātes, tum à tergoris natura fidem accipit. Plinius. 10. cap. lib. 8. Elephantis tergus duriſsimum eſſe ait, ut pręmuniendę parmę utile eſſe indubium ſit. Multi exertum, id eſt, expanſum ſuper parmam legunt, ſed male: nam exectum rectius dictum, quod dorſum maxime in tota pelle duritie ſit inſigne. Id exectum & Antęi parmę obductum intelligamus. d Abylam.] Plinius. 3. lib. Proximi ait faucibus utrinq; impoſiti montes coërcent clauſtra, Abyla Africę, Europę Calpe, laborum Herculis metę, quam ob cauſam indigenę columnas eius Dei uocant, creduntq́; perfoſſas, excluſa ante admiſiſſe maria, & rerū naturę mutaſſe faciem. Diodorus quinto libro, fretum eum tam anguſtum reliquiſſe ſcribit, ne grandia cete intrarent. Strabo tertio libro, Calpen montem eſſe ait circuitu quidem non magnum admodum, altitudine autem ingentem & arrectum, ut longinquis inſulę formam pręferat: ad cuius radices oppidum eiuſdem nominis haud ignobile iaceat. Non defuerunt, qui Herculis columnas eas intellexerint, quę ex ęre fuſę cubitorum octo in Herculis templo ſteterunt, ſumptu templi ſtructi ipſis inſcripto inſignes, ut Strabo libro tertio ſcribit, quo in loco de columnis plura. Abyla, quę & Abylix dicitur Strabo cum alijs feris multis, tum Elephantis & Simijs maxime eſt frequens. e Oceanum.] Admiſſum. Quod naturę uarietate contingit, priſca fabuloſitas tribuit Herculi. Mare autem noſtrum ubi hodie eſt, aliquando non fuiſſe, cum hiſtoriarum fide, tum uirorum in Phyſicis inſignium teſtimonio, à uero neutiquam abhorret. Nam & Ariſtoteles lib. Meteo. ſecundo, in terrę mariumq́; ſitu, & circa partes uariatione, perpetuam eſſe uiciſsitudinem oſtendit:

Locus Solini.

Elephātis tergus.

Abyla.

Calpe.

Mare terras admit & reſtituit.

ad quæ nunc inundat, admiſsũ. Hinc iã mare latius fundit, ſummotaſq; uaſtius terras magno impetu inflectit. Cæterũ regio [a] ignobilis, & uix quicquam illuſtre ſortita, paruis oppidis habitat, [b] parua flumina emittit, [c] ſolo quàm uiris melior, & ſegnitie gẽtis obſcura. Ex ijs tamẽ, quæ cõmemorare non piget, [d] montes ſunt alti, qui continenter, & quaſi de induſtria in ordinẽ expoſiti, ob numerum ſeptem, ob ſimilitudinem fratres uocãtur. Tamuada fluuius, & [e] Ruſicada, & [f] Siga paruę urbes, et [g] portus, cui Magno eſt cognomen ob ſpacium, [h] Mulucha ille quem diximus, amnis eſt ingentium olim regnorum terminus Bocchi, Iugurthæq;.

ut quæ prius arentia, nudaq; fuerint, iam nunc aquis obruta deliteſcant: rurſum uerò pleraſq; hodie terras extare, quæ olim undis preſſę fuerint. Hanc quidem elementa naturæ obſeruant ſeriem, & has habent uiciſsitudinis periodos. Quemadmodum enim ex cœli influxu, & diuinis quibuſdam naturæ legibus, plantæ & animalia ſtatã ſuæ durationis rationẽ habẽt, ut adoleſcant uidelicet, ut iuuenta floreant, ut ſenecta tabeſcant: ita pari cauſa uirtutem partes terræ accipiunt differentem, & inde locum habent ſuæ manſionis incertum, ut ubi nunc undę adcreſcunt, relicturę olim ſint nudam terram: & ubi hodie nuda ea eſt, ibi aliquando undę ſint futuræ. Huiuſmodi aũt mutationes, quę nobis uel maximę uideri poſſunt, ad elementorũ magnitudinem, & terrę globũ relatæ, propè nullam habent proportionem. Quo uerò minus hæc obſeruentur, hominũ caduca mortalitas facit, & antiquarum memoriarum nõ ſatis monimentis defenſus interitus: nam & hãc, eſto quãdoq; facta ſit, remota tamẽ antiquitas, longa interueniente obliuione, delere ſolet. Ariſtotelicę ſentẽtię Põtanus accedit, cuius hi ſunt ex Meteoris uerſus: Mutantur in ęuum Singula, & inceptũ alternat natura tenorẽ, Quodque dies antiqua tulit, hoc auferet ipſa. Hoc mare, q̃d nũc ingenti duo litora tractu, Europã, Libyamq; ſecat (non fabula) quondam Tellus una fuit, medio ſtetit æquore Taurus, Inſudans ſulco, atq; attrito uomere feſſus. Nũc merſa tellure natat uẽto acta carina. Hactenus Pontanus. Diuus Ambroſius pro ſua pietate, rectius autumat diuino mãdato intra ſuos limites undas oceani cõtineri: terminũ enim illis ſtatutũ ait, quẽ præterire nõ poterunt. Vnde ſecundo ca. 3. Hexaẽmeron exiſtimat Arabici ſinus fluctus nunquã deſcenſuros in Aegyptiũ pelagus: & caſsũ fuiſſe Seſoſtris, & Darij ueterũq; quorundã metũ, obrutũ iri Aegyptũ undis exiſtimantiũ, ſi Dioryges ex rubri maris ſinu Arabico paulo altiores in Nili alueũ duxiſſent. a Ignobilis.] Nam Plinio authore bellis attenuata eſt, & ad paucas familias redacta. Celebre quondam eorũ nomen, & latam regionẽ fuiſſe Strabo ait. b Parua flumina.] Tria nauigiorũ capacia, quæ in noſtrum mare deſcendunt, Plinius nominat, haud minora ab occiduo latere in Atlanticum exeũt, ſed parua eſſe nihil prohibet, cũ tenues piſcinæ naues tolerẽt. c Solo quàm uiris melior.] Tingitana enim admodũ fertilis eſt, eoq; maxime latere, quo in Atlanticum inclinat, ob radiorũ Solis forte ex undis ad proximum litus reuerberationem: nã maritima uinetis ob id commodiſsima eſſe notũ eſt, hinc quoq; in Tingitana celebris Ampeluſia. Peculiaris aũt cauillus eſt, Terras feraces, homines gignere deſides, minimeq; omniũ utiles ad militiam. Sicut in Arabia Eudæmone molles eſſe incolas ex rerum abundantia Strab. ſcribit. Qui libro ultimo Mauros dentiũ unguiũq;, & capillorũ ſtudio deditos eſſe ait, magno mollitiei argumẽto. d Montes.] Hi in Abylam imminent Plinio. Mart. lib. 6. Nec plurimũ diſtant, inquit, ſeptẽ montes, qui paritate cacuminis fratres ſunt appellati, elephantorũ pleni. Meminit & Strabo, & Solinus. e Ruſigada.] Rectius per c Ruſicada ſcribitur: nam & Plinius Ruſicaden nominat, in Numidia, fortaſsis ab hac aliam, quam infra quoq; Mela ponit. Porrò in Africa cognomines frequenter ciuitates fuiſſe nemo ignorat. f Siga.] Hęc Syphacis eius, qui captus in fine ſecundi belli Punici, mortuuſq; publico funere Romę elatus eſt, regia fuit, authore Plinio, Strabone, cęteris. Plinius eam Cæſarienſis prouinciæ primam facit. Mela Mauritaniæ ultimam, apertiſsimo indicio, eũ tractũ litoris, quem Cęſarienſi prouincię multi tribuũt, Melam Numidię tribuiſſe, qui Mulucha Mauritaniã claudit. g Portus, cui Magno eſt cognomẽ.] Plin. 5. lib. portus, inquit, Magnus è ſpacio adpellatus. h Mulucha ille quẽ diximus.] Plinius amnis, inquit, Mulucha, Bocchi Maſeſyliorumq; finis. Strabo libro ultimo: Poſt Mauritaniã, inquit, eſt Maſeſyliorum regio, à Molochat flumine (ita Mulucham nominat) initiũ ſumẽs &c. ubi indicat trans flumen in ortũ Maſeſylios eſſe, ſicut Plinius. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuiſſe, Bocchi quidem orientalem, Iugurthæ uerò occiduum, diuerſo reſpectu: quemadmodum aliquando Rhenus Romani imperij ab ortu, & ſeptẽtrione terminus fuit, rurſum uerò Germanorum ab occaſu, & meridie limes: ut quod mihi in ortũ proſpi-

cienti dextrum eſt, id tibi in occaſum uerſo ſiniſtrũ fit. Sic Rubiconem ueteris Italiæ olim, & Togatæ Galliæ terminũ fuiſſe intelligimus. Vnde in Iugurthino Salluſtius: Haud longe, inquit, à flumine Mulucha, quod Iugurthæ, Bocchiq́ue regnum diſiungebat. Et alibi apud eundem Bocchus inquit: Ego flumen Mulucham, quod inter me, & Mycipſam fuit, nõ egrediar, neq; id Iugurtham intrare ſinam. Patet uero ex Plinio, Cæſarienſis partẽ citra Muluchã fuiſſe Boccho ſubditam, uerũ tunc cũ hic regnum adminiſtraret, Mauritaniæ tantũ nomine: longe enim poſtea Caligulæ, ut dixi, ſæuitia in duas illa prouincias diuiſa eſt. Dignum autẽ ſcitu, quod Plinius ſcribit capite primo libri quinti: Iubã Ptolemæi patrẽ primum omniũ utriq; Mauritaniæ imperaſſe. Sanè Boccho Iuba ſucceſsit, Iubæ uero Strabonis tẽporibus Ptolemæus ex Antonij, & Cleopatræ filia ſuperioris Iubæ cõiuge genit9, authore Strabon. Apud Soli. ergo Ptolemęi filius falſò legitur pro Ptolemæi pater. Reliqua de Mauritania li. 3. referemus. Locus Solini.

NVMIDIA.

AB eo [a] Numidia ad ripas expoſita fluminis [b] Ampſagæ, ſpacio quidem, quàm Mauritania [c] anguſtior eſt: Verum & culta magis, & [d] ditior. Vrbium quas babet, maximæ ſunt [e] Cirta procul mari, nunc [f] Sittianorum colonia, quondam regum domus, Iubæ, & Syphacis, cum foret opulentiſsima: [g] Iol aliquando ignobilis, nunc quia Iubæ regia fuit, & quod Cæſarea

NVMIDIA.

Nvmidia.] Appianus in hiſtoriæ ſuæ procœmio, Carthaginẽſibus, inquit, ſuperiores ſunt Nomadæ, quos Romani Numidas appellant, & regionem Numidiam. Hinc libro quinto Plinius, Numidę uero Nomades, à permutandis papilionibus, mapalia ſua, hoc eſt, domus plauſtris circumferentes. Vagabundis Nomades. enim populationibus, ut in Sarmatia Hamaxobitę, errãtes, & rei pecuarię dediti, nomen hoc indepti ſunt à Gręcis quib. νομεύω paſco ſignificat. Vnde & à pari uitę ratione Scythicis gentibus id quoque nomen frequens eſt. De Numidis libro tertio Silius: Nulla domus, plauſtris habitant, migrare per arua mos, atque errantes circumiectare penates. Et rurſus ex Dionyſio: Certi laris inſcia gens eſt, Nũc in dumoſas erumpunt denique rupes, Nunc quatiunt campos, nunc ſyluas inter oberrãt. Quod totum referendum ad illos exiſtimo, qui longius à mari habitant, nã maritima Mauritanię cultiora, uberioraq́ue ſunt, quod ipſum Ptolem. quoque tab. Africę prima indicat. Dignũ eſt memoratu, quod Liuius ſcribit libro quarto 3. Decados: Numidarum gentem ad pedeſtria bella rudem eſſe, equis tantum habilem. b Ampſagę.] Plinius ab Ampſaga orditur Numidiam, & Metagonitin à promontorio Metagonio nominat, ad quod Ptolemęus, & Mela Africę minoris initium ſtatuunt, magna diuerſitate. Sed ut dixi, Cęſarienſi prouincię Ptolemęus, & Plinius eum tractum tribuunt; quem Numidię Pomponius adſcribit: cum apud omnes interim ſitus ratione conueniat, niſi quod Cirtam illam celebrem ſupra Ampſagam in ortum Solis Plinius ponit: Mela uero citra in occaſum. Non aũt ſum neſcius trãs Ampſagam nouã Numidiam Ptolemęo nominari, & in ea Cirtã uillam. De Ampſaga fluuio illic clariſsimo nemo neſcit. c Anguſtior.] Increſcenti enim à faucibus Gaditanis pelago litora cedunt. d Ditior.] Strabo quoque libro ultimo terram, quę Carthaginem, & Maſeſylios attingeret, florentiorem, & melius compoſitam fuiſſe ſcribit, uerum Punicis bellis, & Iugurthę motibus, inſignibus oppidis dirutis, collabefactatam. e Cirta.] Hęc ex Salluſtio nota eſt. Strabo libro ultimo, minutiſsimam Cirta. fuiſſe ait; & optime ſtructam Micypſę maxime opera, qui Gręcos in eam habitatum deduxit, & tantam effecit, ut decem equitum millia, & peditum uiginti emitteret. f Sittianorum.] In mediterraneo, Plinius inquit colonia Cirta Sittianorũ cognomine. Strabo Sanaſi, Saitani. & ſucceſſorum regiam eſſe aſſerit. Fuit aliquando hęc mea ſententia, ut Saitanorum, non Sittianorum legendum eſſe contenderem, Herodoto motus, qui libro ſecundo pręfecturam in Aegypto Saitanam, & Saitanos reges potentiſsimos facit, ut inde Coloniam ductam eſſe diuinauerim. Sed ut minus quicquã aſſerã, Plinij facit authoritas. Non me pręterit, eſſe quoſdam, qui per Sittici coloniã apud Ptolemęum libro quarto Cirtã intelligant, & Sitticos Ptolemęo illos eſſe, quos Sittianos Pomponius, & Plinius nominet. g Iol.] Colonia Cęſarea, ante uocitatum Iol, Iubę regia, à diuo Claudio coloniæ iure donata eiuſdem iuſſu deductis ueteranis. Plinius libro quinto, Strabo clarius libro ultimo, in hac ora ciuitatem fuiſſe Iol. nomine Iol, quã cũ Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine Cæſariã uocauit. Cęſarea dicta eſt igitur, non ob Claudiũ, cuius iuſſu Colonia facta eſt, ſed in gratiam Augusti magis, cuius liberalitate, cũ poſt uictum patrẽ Iubã, Romę in triũpho ductus eſſet, miro in eo adpa-

rente ingenio, reſtitutus eſt in regnum. Solinus ſcribit eam Bocchi prius regiā, poſt Iubę populi Romani indulgentia donatā. Hic eſt Iuba, cuius hiſtoria de rebus Libycis alijsq́; aliquando extitit, Plinio ftequenter citata. a Citra.] Verſus occaſum. Nam inter maximas eam poſiturus, oppida citeriora interim prætерijt, nūc ut minus nota enumerat. b Cartenna.] Nota illa ſunt ex Plinio, & Strabone oppida, & Ptolemæus indicat. Quanquam Ampſæ, Laturi ſinus, & Anci amnis, quod equidem ſciam, unicè inter hos Pomponius meminit, nec mirum. Nam ut nemo unus omnia amplectitur, in illa præſertim locorum multitudine, ita nec omnes quidem eadem referunt, & obſcura ſatis hęc oppida eſſe Pomponius teſtatur. Libet aūt hoc loco rurſum monere ſtudioſos lectores, ut tabulas frequenti in uſu habeāt, & ſi quæ à Ptolemæo ſignata loca non ſint, eo modo inſerta locēt, quo in Catecheſi demōſtrauimus. Illud Solini de Icoſio non omiſerim: Hercule illac tranſeunte uiginti, qui à comitatu eius deſciuerāt, locum delegiſſe, mœnia ieciſſe, ac ne quis impoſito à ſe nomine priuatim gloriaretur, de numero cōdentium urbi nomen datū, nam ἔικοσι uiginti ſignificat.

uocitatur, illuſtris.[a] Citra hāc (nam in medio ferme litore ſita eſt)[b] Cartenna, & Arſenaria ſunt oppida, & Ampſa caſtellum, & Laturus ſinus, & Sardabale fluuius. Vltra, monumentū commune regię gentis. Deinde Icoſium, & Vthiſia urbes, effluētes inter eas Ancus, & Nabar, aliaq́; quæ taceri nullum rerum famæúe diſpendium eſt.[c] Interius & longe ſatis à litore (ſi fidem res capit) mirum admodum, ſpinę piſcium, Muricum Oſtreorumq́; fragmēta, ſaxa attrita (uti ſolent) fluctibus & non differentia, marinis infixæ cautibus anchoræ. Aliaq́; huiuſmodi ſigna atq; ueſtigia effuſi olim uſq; ad ea loca pelagi, in campis nihil alentib. eſſe, iuueniriq́; narrantur.

Terræ mutatur. c Interius.] Terras mutari acceſſu receſſúue maris perpetuo, ex Ariſtotele & Pontano docuimus. Quin & Plinius ſecundo libro, Ambraciæ portu accidiſſe ſcribit, ut mare decem millium paſſuum interuallo inde receſſerit, in Pyreo] uerò Athenienſium quinque millium paſſuum, & Epheſi quondam ędem Dianæ alluit. mare quoq;, Herodoto authore, ſupra Memphim fluxit aduſque Aethiopum montana. Ouidius libro decimoquinto: Vidi ego, quod fuerat quondam ſolidiſsima terra, Eſſe fretum, uidi factas ex ęquore terras, Et procul à pelago conchę iacuere marinæ, Et uetus inuenta eſt in montibus anchora ſummis. &c. Accedit prioribus libro ultimo Strabo, qui illam terrę portionē, quam inhabitādam animantibus, ipſiq́; in primis homini, extare natura uoluit, non ſemper eandem manere ait. Minime igitur, inquit, mirandum eſt, ſi quas terrę partes, quę nunc habitantur, olim mare occupabat: & quę nunc pelagus ſunt, prius habitabantur. Nam quemadmodum de fontibus, alios deſinere contingit, alios autem relaxari, flumina item & lacus, ſic montes & campos par eſt inuicem commutari. hęc ille. Qui primo libro quoque Stratonem & Xanthum uetuſtiſsimos Phyſicos, tum & Eratoſthenē aſſeruiſſe non obſcure indicat, multis in locis Aſię longe à mari lapidibus inhærentes conchulas, pectines, & teſtarum formas uiſas. In Libya uero circa Hammonis templum duobus tribusq́; ſtadiorum millibus à mari frequentibus in locis concharum, oſtreorum, cheradumq́;, id eſt cœni fractis oſtreorum teſtulis mixti, magnam multitudinem cerni. In litore enim id templum olim ſtetit, ut libro ultimo idem author ſcribit. Quæ mehercule faciunt, ut fidem capere debeant, quę hic de interioribus Numidiæ locis ſcripſit Pomponius.

AFRICA MINOR.

REgio quæ ſequitur.] Zeugitanam Plinius nominat, quæ proprie Africa uocetur, & Solinus, à Zeugitano, inquit, pede omnis Africa incipit, ut à loco nomen ortum uideatur. A' Tuſca fluuio Plinius eam, Pomponius ab Ampſaga orditur, quemadmodum & Ptolemæus: quanquam ipſe quoque Plinius, Neſcio quomodo conniuens, capite quarto quinti libri ad hunc finem inquit: Africa à fluuio Ampſaga populos uigintiquinq; habet, qui Romano parent imperio, &c. Hic tractus omniũ, quos habet Libya frequentiſsimus celeberrimusq; eſt agris, oppidis, populis, & magnæ olim Romanorũ atq; Carthaginenſiũ uirtutis, monimentis uel maximè inſignis. b Metagonio.] Cõiectura eſt, id eſſe, in q̃ Collops magnus ponitur Ptolemæo libro 4. & tabula Africæ ſecunda. Metagoniũ autẽ dictum, quod iuxta angulũ ſit, ab ortu nauigantibus. Inter hoc enim & Borion, quod parũ ultra Philenorum aras eſt, iniqua frequẽter, & in angulos flexa Africa eſt, duobus tamen promontorijs pręcipue extantibus, Mercurij ſcilicet ab occaſu, & Phycunte ab ortu, id quod & Solinus teſtatur, aliâs ad Cyrenaicam & Mauritanias admodum æqualis. inde Metagonitin, eam regionem quæ trans Ampſagam eſt, Plinius nominat. Solinus Africã ſcribit ſuo cingi angulo, quẽ illic facit uidelicet, ut Ptolemęus indicat. De Philenorum autẽ aris infra. *Metagonium.* c Hippo regius.] Hic Epiſcopatu inſignis eſt diui Auguſtini, qui ſe alioqui Tagaſtanũ fuiſſe, è Tagaſta Africę oppido libro Confeſsionũ ſecundo ſcripſit. *Duplex Hippo.* Strabo libro ultimo utranq; Hipponẽ regiam nominat, niſi codex uitiatus eſt. Alterum autem Diarrhyton propter aquarum irrigua, Græcis dictum Plinius ait, quod paluſtri ſolo madet. Vtranque Silius uno uerſu libro tertio reddidit: Tum uaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. *Silius.* uagam enim Diarrhytum nominat, quod paluſtri ſolo ſita ſit, quare terræmotibus frequentius infeſtatur. Nec perperam uagam dixit fœmineo, cum ſic æquè ut maſculino proferantur. Plinius cap. 34. ſexti libri, utraque inquit Hippo. Melius tamen Vagam oppidum intelligimus, quando & Vagenſem illic ciuitatem Plinius quinto libro ponit. Diarrhytus memorabilis eſt Delphini manſuetudine, ex hominis manu cibum capientis, cuius capite octauo libri noni Plinius meminit, & aliubi ſimia eius Solinus, utranq; Hipponem Græcos equites condidiſſe affirmans. d Tabraca.] Silius libro tertio Sabatram nominat: Sabatra tum Tyrium uulgus, &c. alijs Tabatra, quod minime mirum eſt. Barbara enim uocabula non modo inepta & aſpera, ſed etiam ineloquibilia, non ſemper eodem ſono utraque lingua efferri conſueuerunt, ut Hermolaus ſcribit. Vt inde credamus illa eſſe eiuſdem perſæpe gentis adeo uaria apud ſcriptores nomina. e Candidum.] Solinus promontorio, inquit, Apollinis Sardiniæ controuerſo, promontorio Mercurij procedente in frontem Sicanam, proinde extenta in duas prominentias, quarum altera promontorium Candidum dicitur, &c. *Solini incuria.* Quo in loco Candidum poſt duo reliqua uerſus ortum ſtatuere uidetur: falſò certè. Nam Plinio cum Mela conuenit: poſt Metagonium enim ſtatim candidum eſt. Hinc Apollinis Ptolemęo quoque, inter quæ Hipponenſis eſt ſinus: poſt, inter hoc & Mercurij, quem Hermeam Ptolemæus uocat, ſinus alter Carthaginem ambiens. f Caſtra Lælia.] A' Lælio haud dubie, qui Pub. Cornel. Scipioni legatus, res in Africa tempore belli Punici ſecundi magnanimiter geſsit, ut inde Caſtra Lælia dictum eſſe locum propè Carthaginẽ uerìſimile ſit, ſicut Cornelia aliubi à Pub. Cornelio Scipione Africano. g Bragada.] Vticam pręterlabens, ut ſcribit Strabo. Hic eſt Bragada, ad cuius ripam Attilius Regulus Imperator, bello Punico primo, ingentis magnitudinis ſerpentem machinis bellicis confecit, multa ſuorum militum clade, cuius poſtea corium Romam translatum 120. pedum longitudinem habuiſſe, memoriæ proditum eſt, ut Polybius libro priori de bello Punico primo ſcripſit, & libro quarto Oro. Gellius itẽ alijq;, quos prætereo. *Serpens ad Bragadam.* h Vtica.] Hęc ſecundum Carthaginem facile prima hoc litore habita eſt: Nam Carthag. diruta, metropolis illa fuit, & receptaculũ Romanorum ad res in Lybia gerendas, authore Strabone libro ultimo. i Carthago.] De qua recte Salluſtius ait, ſatius eſſe ſilere, quàm pauca dicere. Tanta *Carthago.*

AFRICA MINOR.

REgio [a] quæ ſequitur, à promontorio [b] Metagonio ad aras Philenorum propriè nomen Africæ uſurpat. In ea ſunt oppida [c] Hippo regius, & Ruſicade, & [d] Tabraca. Deinde tria promontoria [e] Candidum, Apollinis, Mercurij, uaſtè proiecta in altum duos grandes ſinus efficiũt; Hipponenſem uocant proximũ ab Hippone Diarrhyto, quod litori eius appoſitũ eſt. In altero ſunt [f] caſtra Lęlia, caſtra Cornelia, flumen [g] Bragada. [h] Vtica & [i] Carthago,

ambæ inclytæ, ambæ à Phœnicibus conditæ. Illa fato Catonis inſignis: hæc [b] ſuo, nūc populi Romani [c] colonia, olim imperij eius pertinax [d] æmula: iā quidem iterum opulenta, etiam nunc tam priorum excidio rerum, quàm ope [e] præſentium clarior. [f] Hadrumentū, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphræ, Neapolis, hinc ad Syrtim adiacent, ut inter ignobilia celeberrimæ. [g] Syrti ſinus eſt centum ferè millia paſſuum, [h] qua mare accipit patens, trecenta qua cingitur. Verum importuoſus atque [i] atrox, & ob

enim eius potētia fuit, ut authore Polybio & Strabone, tota Africa cultiore potiretur. In Hiſpania uero ab Herculis colūnis aduſq; Pyreos mōtes maximis ciuitatib. imperauerit. Variante tandē fortuna, adeò defecit, ut, ea diruta, circumiacēs regio prouincia facta fuerit, & Maſiniſſæ qui ob uirtutem & amicitiā plurimū Romanis curæ fuit, cōmiſſa à Po. Ro. Græci eam Carchedonem nominarunt. Adrianus autem imperator Adrianopolim, & ridiculè perdiciſsimus Imperator Commodus, quemadmodum ſcribit Lampridius, Alexandriam Commodianam Togatā. Meminit eius urbis multis alicubi Iuſtinus, & in floridis Apuleius. a A' Phœnicibus.] Carthaginē, inqt in Libyco Appianꝰ, in Lybia Phœnices cōdidere, annis quinquaginta ante Ilij captiuitatē, conditores fuerunt Xorus & Carchedon. Sicut autē Romani & ipſi Carthaginenſes exiſtimāt, Dido mulier è Tyro profecta, cuius uirū Pygmalion urbis Tyrānꝰ clàm intereniſſet, ſomnio monita, collectis ijs quib. Pygmalionis ſæuitia inuiſa fuerat, pecunijsq; in unum congeſtis in Lybiam enauigauit, & eò loci ubi nunc Carthago ſita eſt, conſedit. hæc ille. Hinc Carthaginenſes Cadmeos & Sidonios Silius nominat, ut libro primo: Gens Cadmea ſuper regno certamina mouit. & alibi: Sidonij fregere duces, &c. Vticam autem Catonis obitu memorabilē, ut antiquiorem idem commendat libro tertio: Priſca ſitu, ueteresq; ante arces condita Byrſæ. Notiſsimus eſt Maronis de Carthagine locus. Situm eius Polybius libro primo primi belli punici deſcripſit.

b Suo.] proprio, nam ex eo quod diruta eſt, ſempiternum nomen habet. Magnæ enim ciuitates, dum pereunt, calamitate non minus quàm fortunæ ſplendore memorabiles fiunt.

c Colonia.] Solinus ſcribit, Carthaginē à C. Graccho colonis Italicis datam, & Iunoniam appellatam. Demum (ait) in claritate ſecundæ Carthaginis, interiectis centum & duobus annis. M. Antonio, & P. Dolobella Coſs. enituit, alterum poſt urbem Romam terrarum decus. Strabo libro ultimo, inſtauratam fuiſſe à diuo Cæſare ait, eo ferè tempore quo idem & Corinthū colonis dedit. Ideoq; C. Plinius libro quinto, Colonia, inquit, Carthago magnæ in ueſtigijs Carthaginis. d Aemula.] quandoquidem ſtimulos dedit æmula uirtus. Niſi quis æmulam, id eſt inſidiatricem accipere mauult. e Præſentium.] rerum, quas denuo obtinuit. Hinc libro ſexto Martia. Carthaginem inclytam prius armis, nunc felicitate reuerendam ait. Supra Carth. tractus Byzantius in meridiem expanditur, quem Libophœnices Plinio & Ptolemæo authoribus habitant, adeò fertilis, ut cum centeſima fruge agricolæ fœnus illic terra reddat. f Hadrumentum.] De his oppidis nihil non notum, ſed aduertendum tamen eſt duplicem Leptim eſſe, minorem, quæ Sarrana cognominatur à Sarranis Phœniciæ. Silius libro tertio: Sabatra tum Tyrium uulgus, Sarranaq; Leptis. Salluſtius duæ ſunt

Leptis. Syrtes inter quas Leptis, unde Leptitani. Altera trans Syrtim minorem ſita iuxta Oeam oppidum, Magnæ cognomen habet, illam Neapolim dici exiſtimant. Niſi quis Sarranæ cognomentum etiam Magnæ eſſe credere uelit. Sed aliam in eo litore eius nomine Ptole. & Mela locant, cognominem illi, quæ trans minorem Syrtim eſt ad Cyniphem amnem Plinio. Illud non præterierim, Abrotonum & Taphram trans Syrtim minorem in ortum, à Plin. & Ptol. poni cōtra Melam, qui in minorem inclinare ait. De Clupea, quæ & Clypea dicitur, Plinius quoq; & libro tertio Ptolemæus. Hermolaus Clypeam & Aſpidem idem oppidum Græcis eſſe alicubi adnotauit, cui & Solinus accedit, & Silij uerſus ſuffragatur libro tertio: In Clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis. Ptolemæus diuerſa oppida facit, & aliā quoq; ad Syrtim maiorē Aſpida ſtatuit. g Syrti.] Plinius libro quinto eam centū mill. paſſ. aditu, 300. aūt millia paſſuum ambitu pateſcere ſcribit, cōformiter cum Pomponio h Qua mare accipit.] Hoc eſt ſecundū id ſpatiū acccipiendū, quo mare ab extimo litore in interiorem angulum admittit. i Atrox.] Hinc Sil. 2. Infidæ litora Syrtis appellat ob incertam pręnauigantiū ſalutē. & libro quinto: Infidaq; litora nautis. Item tertio libro: Nos tulit ad ſuperos perfundens ſidera Syrtis. Salluſtius in Iugurthino, Duo, inquit, ſunt ſinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamen natura, quarum proxima terris perlata ſunt, cæterum uti ſors tulit alta, alia tempeſtate uadoſa, nam ubi mare magnum eſſe, & ſęuire uentis cœpit, limum arenamq;, & ſaxa ingentia fluctus trahunt, ita facies locorum cum uentis ſimul mutatur. Plinius 100. capite ſecundi libri, ęſtum Syrtium cœlo magis quàm tempeſtatibus

tibus

cibus tribuens, diuerſimodè ſæuire eas, ob diſparem ſyderum exortum putat: quod an ita ſit, alius operæ fuerit quærere. Polybius libri primi Punici belli ſecundo, C. Seruilium, & Gn. Sempronium iuxta Meningen Lotophagorum inſulam, claſſe in uado hęſiſſe ſcribit, magno periculo, propterea quod eam maris refluxus in arido deſtituiſſet, mox ab unda redeũte ſublatam, eoq́; modo periculum euaſiſſe Sempronium. Melæ cum Plinio & Polybio conuenit. à Plinio ipſe quoque Solinus eſt, qui Syrtes inacceſſas uadoſum, & reciprocum mare efficere

uadorũ frequentiũ breuia, magisq́; etiã ob alternos motus pelagi affluẽtis, & refluentis infeſtus. Sup hũc ingẽs palus amnẽ [a] Tritona recipit, ipſa Tritonis, unde & Mineruę cognomẽ inditũ eſt, ut incolę arbitrant, ibi genitę, faciũtq́; ei fabulę aliquã fidẽ, quod quem natalẽ eius putãt, ludicris uirginum inter ſe decertantiũ celebrant. Vltra eſt [b] Oea oppidũ, & [c] Cyniphs fluuius ꝑ uberrima arua decidẽs. Tũ Leptis altera, & Syrtis nomine atq; [d] ingenio par priori, cæterum [e] altero ferè ſpa-

ait: cuius ſali defectus, uel incrementa haud promptũ ſit deprehẽdere. Ita incertis motibus nunc in breuia reſidit dorſuoſa, nunc æſtibus inundatur inquietis, &c. Quibus ſignificat, mare tam augmento, & decremento periculum afferre, quàm arenarũ cumulis, quibus æſtu ſæuiẽtis maris re ipſa fit, ut uadoſus locus fiat, qui prius altus erat. Hinc Maro: In breuia & Syrtes urget miſerabile uiſu, Illiditq́; uadis, &c. Hinc à σνϱάω, quod traho ſignificat, dictas uolunt. Rufus ex Dionyſio: Late trahit æquora Syrtis, Infidumq́; rati pelagus furit. Perquam digna ſcitu de Syrtibus ſcribit lib. ultimo Strabo. De ĳſdem doctiſsime libro nono Lucanus. a Tritona.] Amnis & lacus Plinius meminit quarto capite quinti libri. Herodotus quarto libro in palude inſulam eſſe ait, ubi ueſtigia ſint euidentia, Iaſonem aliquando in his locis fuiſſe: Amnis ipſe in Syrtim minorem egreditur Ptolemæo. Alĳ alĳs in locis paludem hanc ſtatuerunt, ut belle Plin. *Pallas Tritonia.* obſeruauit. Ad illam primum apparuiſſe Palladem uetuſtas credidit, atque inde Tritonia dicta autore ante alios Feſto. Palus autem Callimacho Pallantias poſtea, ut Plinius refert. Silius libro nono: Et pallas Libycis Tritonidis ædita lymphis. Idem tertio libro: Hinc qui ſtagna colunt Tritonidos alta paludis, Qua uirgo (ut fama eſt) bellatrix inclyta lympha, Inuento primam Libyen perfudit oliuo. Quanquam ſint qui Tritoniam à capite dictam exiſtiment, quod è Iouis nata ſit uertice, τϱιτώ enim Bœoti caput uocant. Sed id quoque fabuloſum. Melæ Luca. accinit libro nono his uerſibus. Hanc & Pallas amat, patrio quod uertice nata, Terrarũ primam Libyen (nam proxima cœlo eſt, Quod probat ipſe calor) tetigit, ſtagniq́; quieta Vultus uidit aqua, poſuitq́; in margine plantas. Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda. b Oea.] Hęc una eſt ex tribus, quę à numero tripolim illã Africanã fecerũt, Solinus *Locus Solini.* Achei inquit, tripolim lingua ſua ſignãt, de triũ urbiũ numero, Oeæ, Taphræ, Leptis magnę, &c. ſic enim legendũ eſt. Quidam Abrotonũ adnumerarunt, cõtra ueterum exemplariũ fidẽ. De Oea Ptolemęus, & Silius tertio libro: Oeaq́; Trinacrios Afris permixta colonos. Taphrã iuxta Leptim Plinius locat, & Ptolemæus qui eam degenere uocabulo Taphrurã nominat libro quarto, & tabula Africæ ſecunda. Leptin magnam nemo ignorat. Ptolemæus libro quarto eam Neapolin dici exiſtimat, ſicut libro ultimo Strabo, & pariter Euſtathius, uerum aliam omnino illic à Lepti Neapolin Plinius facit, cuius libro quinto hæc uerba ſunt: Oppida Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, quæ cognominatur magna, &c. De hac Lucanus libro nono: Nam quicquid puluere ſicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes, &c. Quo in loco Berenicidem Cyrenaicæ excurſum nominauit, à Berenice illarum una, quæ Pentapolin illic faciunt, in Borio promontorio ſita Ptolemæo: ad quam Lethon amnis inferna, ut putant, inundatione prorũpens, de quo Plin. Solinus, Strabo, & libro nono Lucanus. Diſtat autẽ à Berenice Leptis magna, Syrti intermedia. 180. millibus paſſuũ Plinio. in hæc diuertiſſe, obſecro, moleſtia ne ſit. c Cyniphs.] Per Macas fluit, *Cyniphs.* authore Herodoto libro quarto, circa eum ager paſcuus & pecoris abundans. Vnde tertio Georgicorum Virg. Cyniphĳ tondent Hirci. Et Cyniphĳ ipſa gens. Silius libro quinto. Cyniphiæq́; globos dubitarem irrumpere turmæ. & libro tertio: Tũ primum caſtris Phœnicũ tendere ritu Cyniphĳ didicere Macę, ſquallentia barba, Ora uiris humerosq́; tegũt uelamine capri Setigero, panda manus eſt armata Catera. d Ingenio.] natura. e Altero ſpatio.] hoc eſt dimidio ſpatĳ prioris Syrtis, qua mare intromittit, & qua ambitur, amplior. hic enim *Syrtium magnitudo.* loquendi modus Melæ peculiaris eſt: ut ſi minoris Syrtis ſpatium, & aditus, & ambitus, in ęqualia diuiſeris, maiorem Syrtim exuperare hãc altero ſpatio, hoc eſt altera parte ſpatĳ, utriuſq; menſuræ, minoris Syrtis intelligas. Plinius capite quarto quinti libri: Syrtis, inquit, maior circuitu centũ uiginti quinq; millium paſſuum, aditu aũt trecenta tredecim millia habet. Vbi exceſſus quidem eſt, ſed non altero ſpatio. Strabo libro ultimo longe à Plinio in ſpatĳ

menſura

tio, qua dehiſcit, quaq; flexū agit, amplior. Eius ꝓmontorium eſt [a] Borion, ab eoq; incipiēs ora, quā [b] Lotophagi tenuiſſe dicūt, uſq; ad [c] Phycūta (& id promontoriū eſt) importuoſo litore pertinax. [d] Arę ipſę nomē ex Philenis fratribus traxere, qui contra Cyrenaicos miſsi Carthagine ad derimendū [e] conditione bellū diu iam de finibus, & cum magnis amborum cladib. geſtū: poſtquā in eo [f] quod conuenerat, [g] non manebatur, ut ubi legati cōcurrerēt, certo tēpore utrinq; dimiſsi ibi termini ſtatuerent: [h] pacti de integro, ut ꝗcquid [i] citra eſſet, [k] popularib. cederet: mirū, & memoria digniſsimū facinus, hic ſe uiuos obrui pertulerunt.

menſura eſt alius: dubiū an ſcriptorū uaria ſententia, an potius incuria librariorum adeò diuerſa numerorū ratio, non hoc tantū loco, ſubſultet. Straboni tamē cū Plinio cōuenit minoris Syrtis aditū minus pandi, ambitū tractiorem eſſe, quàm in Syrti maiori. Aditus enim Syrtis minoris. 600. ſtadiorum eſt, ambitus. 1500. Eregione uero Syrtis maioris aditus. 1600. ſtadiorū, ambitus. 930. ſtadiorū tantū. Straboni pari modo, & Plinio diuerſa menſuræ ratio eſt. Cęterum quo magis Melæ accedā, Ptolemæus facit, qui Syrtim alterā omnib. modis maiorē eſſe ſcribit. a Borion.] Plin. Promontoriū, quod maiorē includit Borion appellatur, &c. Sitū eſt in acie lateris orientalis, ubi Syrtim maiorē finit, ut li. 4. Ptolemęus ait, nomen ab aqlone id litus infeſtante datū eſt. Soli. Borion, inquit, ꝓmontoriū, q̊d aquilone ceditur, Græci aduenæ ſic uocauerunt. b Lotophagi.] Plinius quinto libro Lotophagorū orā citra Boriō in intimo ſinu Syrtis maioris ſtatuit. Ptol. inter duas Syrtes ortū uerſus ad Cyniphē fluuiū. Herod. 4. libro ad minorē Syrtim ferê, & Gindanes illos, quorum uxores adeo ſe Venere iactāt, locat. Horū nulli cū Mela cōuenit, trans Borion orā eorum ſtatuētis. Strabo certe libro ultimo, ad minorem Syrtim, & inſulam eius inſignē, cui nomen eſt Meninx, Lotophagos habitaſſe, argumentū eſſe ait monimenta quædam, & Vlyſsis aram, & Loton arborem ſuauiſsimi fructus, à quo his nomen datum eſt, in ea copioſam, Quā Plinius quoq; ab Eratoſthene Lotophagiten dictam eſſe ait. Illius ſententiæ Silius illo uerſiculo ſuffragatur libro tertio: Neritia Meninge ſatus, &c. ubi de Coaſpe Afro, Neritiam inſulam cognominat, ob Vlyſsis in ea memoriam, qui Ithacam patriam habuit, in qua mons Neritos nemoroſus, & altus Homero ponitur lib. Odyſſeę nono. Hoſpitaliſsimos, & appulſis mites fuiſſe conſtat, atq; inde tanta eorum laus. Nam, ut Strabo ex Eratoſthene retulit, in his litoribus cōmunis Barbarorū mos eſt hoſpites pellendi. De his Silius libro tertio: Spectati caſtris, quos ſucco nobilis arbor, Et dulci paſcit Lotos nimis hoſpita bacca. Nimis hoſpitā dixit, quòd ueſcentes adeo eius dulcedine capiantur, ut terrā non niſi inuiti deſerant. Hinc illa Odyſſ. libro nono Homeri de ſocijs Vlyſsis fabula. De Loto arbore Plinius li. 13. permultis meminit. c Phycunta.] Plinius quinto libro: Promontoriū, inquit, Phycus per Creticū mare excurrit diſtans. 350. mill. paſſuū à Tenaro Laconiæ promontorio. Ptol. Phycis, inquit, promontoriū, & caſtellū degenere puto uocabulo. Nā Phycus phycuntis, ut Ceraſus ceraſuntis inflexio eſt: nomen à procellis, & ſpumo ęſtuantis pelagi ſortitum. Græci φυκόεντα ſpumoſum ęſtu locū nominant. Illic terræ in pelagus imminentes aquilonibus admodum obnoxiæ ſunt. Ea de re bene Pomp. importuoſo id promontoriū litore pertinax eſſe ait. Quin & Strabo: Phycuntem præter reliquam Libyæ oram in aquilonem expoſitum eſſe ſcribit libro ultimo. Solinus quoq; Cyrenas à fronte ſæuum, & importuoſum mare habere aſſerit. d Arę ipſæ.] Hiſtoriam explicat pari elegantia Valerius in quinto libro de his, qui in patriam pij fuerunt. & in belli Iugurthini hiſtoria Salluſtius. e Conditione.] Nam cum utrinque attriti eſſent, ueriti ne uictos, & uincentes alienus hoſtis opportune inuaderet, per inducias ſponſionem faciunt, ut certo die legati domo proficiſerentur, & quo in loco inter ſe obuij fuiſſent, ibi communis utriuſq; populi finis haberetur. Salluſtius. f Quod conuenerat.] Concordi pacto ſtabat, & decretum erat. g Non manebatur.] Cyrenæi enim pactum reſcindendū exiſtimabant, quod dolo rem agi intellexiſſent, ut Val. indicat. At Sal. Incertum ſibi eſſe ſcribit dolo ne, an iuſta cauſa contigerit, ut priores fuerint Carthaginenſes. Melę cum Val. conuenit. h Pacti.] Cyrenenſes qui ſe dolo pręuerſos ſuſpicabantur. i Citra.] Longe enim ultra deſtinatos Cyrenēſibus limites exceſſerant. k Popularibus.] Hoc eſt utriuſq; ciuitatis plebeis, & conciuibus. Quod ſi Carthaginēſes admiſiſſent, perennis de terminis etiamnum lis fuiſſet. Viui ergo ſepulti ſunt, & ſe, uitamq; ſuam reipublicæ condonauerunt, ut totus Carthaginēſibus ager ab apprehenſo incurſu limite cederet. Vnde eo in loco Arę fratribus à Carthaginenſibus cōſecratę, & priuati honores domi inſtituti. Apud aras autem Africę finem Ptolemęus, Strabo alij faciunt. Eum quoq; locum Aegyptum uerſus finem imperii Carthaginenſes habuerunt, authore Salluſtio.

Lotophagi.

CYRENAICA

CYRENAICA.

IAm regionem, quam Cyrenaicæ Plinius, Strabo, Pomponius, Solinus, alijq; tribuunt, Ptolemæus in Pentapolitanam & Marmaricã partitus eſt. Nihil hic quidem eſſet diuerſus iam dictis, qui Pentapolin & Marmaridas in Cyrenaica locant, ſi Marmaricam à Cyrenaica non ſeparaſſet. Ager illic fertilis: uiri, qui habitant, idonei rebus magnis, & percelebris famæ olim. Mare importuoſum, & raræ ſtationis, ut Strabo ſcribit, qui alibi Ptolemæos reges, qui Cyrenaicam tenuere, adeo quondam polluiſſe ait, ut eam ab Aegypto, Cyproq; ſeparārint: Romanos autẽ, qui poſtea ſucceſſerũt, prouinciam Aegyptũ iudicantes, in ijſdẽ eam finibus ſeruaſſe. Herodotus libro quarto Cyrenaicæ tres plagas tribuit, dignas admiratione, quod in prima, quæ maritima eſt, maturi fructus primum metuntur, uindemianturq;. Loca enim maritima maturos fructus citius alijs edere ſolere, iam notum eſt ex Phyſicis, ob radiorum uidelicet multimodam reflexionem. Secunda plaga, quæ in colles uergit, fructus ſequenti tempore mature exhibet. Tertia autem quæ in montana inclinat, poſtremam ſibi meſſem uendicat: quod tardiſsime illic terræ concredita matureſcant. Hoc autem modo fit, ut ad menſes octo recentium frugum apud illos copia exiſtat. Quod argumentum fuerit haudquaquam leue eius ſententiæ, quam Aſtronomię periti prodiderunt, quatuor anni tempora, quæ quinto capite quarti Hexaëmeron Ambroſius elegãtiſsime deſcribit, quouis anni tempore ſimul quidem eſſe, cæterum nulli loco ſimul, ſed alternis uicibus obtingere.

Cyrenaica.

CYRENAICA.

INde ad [a] Catabathmon Cyrenaica prouincia eſt, in eaq; ſunt [b] Hammonis oraculum fidei inclytæ, & fons, quem Solis appellant, & [c] rupes quędã Auſtro ſacra. Hęc cum hominum manu attingit, ille immodicus exurgit, arenaſq; quaſi maria

a Catabathmon.] Salluſtius in Iugurth. Aegyptum à Catabathmo ſecerni ſcribit. Plinius quinto capite libri quinti, oppidum illic eius nominis, & uallem repente conuexam nominat: unde uocabulo eſt origo. Gręcis κατάβασις deſcẽſus eſt, quem alio nomine καταβαθμόν nominãt. Catabathmon autem, non Catabathinon legendum Hermolaus eleganter, ut ſolet, & indubie uerè in Plinianis annotamentis docuit: nanq; eſt in Aegyptum id latus deuexum. Quare uerè Herodotus editiſsimam Africæ maritimæ regionem Cyrenaicam eſſe libro quarto ſcripſit in fine. Rurſum Ioſephus libro belli Iudaici. 2. Alexandriæ finitimam Aegyptum profundam appellauit. *Catabathmos.*

b Hammonis oraculum.] Supra Cyrenen in meridiem loca ſunt, frequenter habitata quidem, & abunde fertilia, uerum uaſtis ſolitudinibus undiq; ſecreta. Regiones huiuſmodi Abaſes ab Aegyptijs uocari Strabo ait libro ultimo. Inter has Hammonia eſt aliquot olim urbibus inſignis: & delubro Iouis maxime, quod ab Aegyptio Danao poſitum fuiſſe Diodo. ſcribit, diuerſum alicubi referente Lactantio Placido. Regio ipſa in latũ longumq; ſtadia circiter quinquaginta patet: multis amnibus, & potu ſalubribus aquis irrigatur: & arborum omnis generis, maximè, quę fructus gignãt, referta eſt. Aëris clementiam, qualis propemodum ſolet eſſe uerno tempore, habet: cumq; finitima omnia intolerandis æſtibus caleant, locus hic ſolus temperie ſua degentes ibi mirificè recreat. Ipſius Dei ſimulacrũ ex ſmaragdis alijſq; gemmis coagmentatum extitit, ab octoginta olim ſacerdotibus aurea naui, humeris circunlatum, magna uirginum & matronarum Pæanas canentium comitante turba. Author lib. 17. Diodo. Scribunt plura admodũ, inter hiſtoricos Herodotus libro quarto, Arrianus libro de uita rebuſq; Alexand. tertio. Apud Strabonem multa ſunt lectu haud quaquam indigna libro ultimo, qui ſuo tempore oraculũ hoc omnino defeciſſe ſcribit. Ex poëtis, Lucanus nono libro, Silius Italicus libro tertio. Inter anhelantes Garamantas corniger Hammon, Fatidico pandit uenientia ſecula luco. *Iupiter Hammon.*

c Rupes.] Plinius. 47. capite ſecundi: Quin & in Cyrenaica, inquit, prouincia rupes quædam Auſtro traditur ſacra, quam profanũ ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro inuoluente arenas. Salluſtius author eſt, in his locis uento exorto, & arenam humo excitante, haud ſecus atq; in mari tẽpeſtate homines retineri ſolere. Hinc Solinus inter Syrtes quamuis in terra pergentibus, iter Syrtibus deſtinari ait. Nam arenarum cumuli uento agitati faciem mutant, & quemadmodũ in mari nunc aggere ſublimia ſunt, quę prius ualle reſidebant, nunc alio in loco profunda uallibus, quę prius excelſa erant, ita, ut procellæ, arenæ agitantur, Syrtimq; faciunt terreſtrem, paris cum illis æquoreis periculi: parum enim refert, undis ne an arena quis obruatur. In terris autem huiuſce periculum flabra faciunt ſęuientiũ uentorum, in mari ſolę terræ. nam ſi reſiderent, quę illic uadoſa ſunt, nullæ eſſent Syrtes, & è medio pelago adnauigantes, citra offenſam appellerent. Illud non prætererim, Cambyſis exercitum in Aethiopia iuxta Prennam oppidum totum uento excitatis arenis obrutum, quod Strabo libro ultimo teſtatur. Herodotus quoq; libro quarto Pſyllos *Rupes mirandæ naturæ.* *Syrtes etiam in terra.*

ueterem admodum Africæ gentem, cum in Auſtrum profecti eſſent, cumulis arenarum oper
tos miſere perijſſe ſcribit. Miror aũt Gellium lib. 16. hoc inter fabuloſa ęſtimare potuiſſe, cũ hi
ſtorica fide nihil diſsimile Strabo ꝓdiderit, & multis de locis C. Pli. author cũ primis grauis,
paria memoret: uelut lib. ſecundi 47. capite de Dalmatiæ ſpecu, in quẽ deiecto leui pondere,
quamuis tranquillo die, turbini ſimilis emicet procella. Quod & apud nos in proximis Alpi
bus Abbatis cellę (ita pagus Heluetiorũ uocatur) ingẽti, & altiſsime demiſſo ſpecu fieri ob-
ſeruauimus. Verũ talium for
taſſe cauſam uериſimilẽ quis
retulerit? Maiora alibi mira-
biliora'q; extãt. Quorũ haud
aliud cauſæ poſsit afferre

agẽs ſic ſæuit, ut æquor fluctibus. [a] Fõs media nocte feruet, mox & paulatim tepeſcẽs fit luce frigi-

mortalium quiſpiam, q̃ diffuſæ (ut Plin. uerbis utar) per omne naturæ ſubinde aliter atque

Lacus Lucernanus miræ naturæ.

aliter numen erumpens. Iam in Heluetia, propè Lucernam ueterem, & percelebrem urbem,
mons eſt præaltus, quem ob fragoſam aſperitatem, & præcipitem altitudinem, etiamnũ uer-
nacula lingua Fractum cognominant, alienæ linguæ durante ueſtigio Fracmont. Infra cuius
æditiſsimum uerticem lacus eſt, Pilati cognomento, anguſtus admodum, & palus uerius q̃
lacus, in quem de induſtria iniecta maximas tempeſtates ciere, & omnia undis opplere aiunt:
quæ uerò caſu incidant, nihil irritare eum, tanquam planè humano ſenſu culpa carere, quod
caſu fit, intelligat. Capit res fidem, quod pacatum irritare auſos, mox fuiſſe capite plexos, ob
illatam accolis calamitatem, oppidani referunt. Ego anno ſuperiore cum menſe Auguſto Lu
cernam ueniſſem lacus uiſendi gratia, à doctiſsimo, & uerè ingenuis morib. prædito Ioanne

Ioannes Xilotectus.
Oſualdus Myconius.
Conradus Grebelius.
Lacus Pilati.

Xylotecto Canonico Lucernate, humaniſsime exceptus, & in ipſum poſtridie montem edu
ctus ſum, comitantibus nos Oſualdo Myconio, erudito, & pleno ingenui candoris homine,
& Conrado Grebelio Tigurino Grebeliæ meæ fratre ſpectatiſsimæ indolis adoleſcente. Ac
prima quidem luce oppidum egreſsi, in mediam ferè montis altitudinẽ, equis difficili ſanè,
nec admodum trita uia uehebamur: mox equitandi amplius cum copia non eſſet, iumentis
in proxima paſcua dimiſsis, & conducto, qui nos anteiret, paſtore, baculis nixi, reliquum alti
tudinis pedites arctiſsima ſemita, quaq; non cuiuis iter fuerit, per ingentes hinc & inde ru-
pium anfractus ſcandendo exuperauimus. Demum'q; non ſine ſudore ad paludis marginem
peruentum eſt. Mons ipſe, cætera ferè pręceps, eo in loco paſcuus eſt, & ingenti ſeſe ambitu in
ſpeciem orbis inclinans ualle profunda reſidet, ipſo in meditullio lacum ſuſtinet, tenui tantũ
iunco ueſtitum, & horrida iuxta clauſum ſylua: quod'q; ſolum adeunti religionem incutiat,
alto undique ſilentio ſeptum. Nullus in eum riuus influit, nullus exit, aqua nigricans, phle-
gethontæa, & pluſquam paluſtris immota iacet: nec uenti facile torpentem excierint. Auſtro
enim & Zephyro reliqua montis pars altiſsime aſſurgens late obducitur, ab Euro & Aqui-
lone loci profunditas, & quam dixi, denſa ſylua tuetur. Mirum autem hybernis eum niuibus
non creſcere, nec rurſum æſtiuis contrahi caloribus, deſide aqua perpetuo (ut ferunt) tenore
ſuos ſeſe intra limites continente. Illud retulerim, nos in aſcenſu, à paſtore illo, qui ducebat,
tantum non iuriſiurandi ſacramento adactos fuiſſe, ne quid importunius tentaremus uiſo
lacu, aut nequid inijceremus. Capitis ille ſui aleam ludi aiebat, iterum iterumq; modeſtiam,
atq; etiam ſilentium tanquam ad ſacra perduceret, expoſtulans. Quare ut ueteri loci famæ
quicquam tribuerem, non parum, fateor, commotus fui. Quanquã fabuloſum eſſe conſtat,
quod de Pilato quidam ſomniarunt, cerni eum quotannis in lacu, uidelicet Iudicis habitu,
nec annum ſuperuiuere poſſe, qui uiderint, magna uanitate. Hęc enim mortalium leuitas eſt,
ut locis naturæ numine aliquo inſignibus fabularum præſtigias adnectãt: & interim natura,
neſcio quomodo comparatum, ut non difficile credant, qui audiunt, religionis ui quadã ad
hoc ipſum nos alliciente, & in hanc etiam credulitatem rerum nouarum adeunte cupidita-
te. Porrò uerum ſit nec ne, quod de memorato lacus ingenio conſtans accolarũ fama circum-
fert, ne nunc quidẽ dixerim, cum experiri mihi nõ licuerit: ac ne ſi licuerit quidem, id facere ſi-
ne magno diſcrimine potuiſſem. Sed pleraq; tamen omnia ut recipiam, multorũ experientia,
& autoritate deprehenſa, cõfirmata'q; naturæ miracula omnib. propè in partib. eius inſignia
monent: ut interim nõ referam, eum mihi loci Genium uiſum eſſe, qui in loco præſertim tam
ædito, haud difficile natæ de ſe famæ reſpondere poſsit. Adeo enim excelſus mons eſt, ut a pri
ma luce ad lacum uidendum mox ad ſummum montis uerticem egreſsi, & citra morã longo
deſcenſu ad equos reuerſi, occaſu iam ſolis cum noctis principio urbẽ ingreſsi fuerimus, dua-

Fons Solis.

bus plurimùm horis ad cibum medio in monte capiendũ inſumptis. a Fons.] Solis: Solis
dictus, quod eius per cardines motu, calore & algore uariatur. Meminere Diodorus, Arria-
nus, & Herodotus ubi ſupra. Ouid. lib. transformatorum. 15. Medio tua corniger Hammon,
Vnda die gelida eſt, ortuq; obitu'q; caleſcit. Hermolaus duos fontes huiuſce ingenij illis in lo
cis eſſe credidit, Plinij authoritate motus, qui ſecundo lib. Iouis, inquit, Hãmonis fons inter-
diu frigidus, noctibus feruet. Et poulo poſt, in Troglodytis, inquit, fons Solis appellatur dul
cis, & circa meridiem maximè frigidus, mox paulatim tepeſcens, ad noctis media feruore at-
que amaritudine infeſtatur. Hoc Pomp. ad Hammonis fontẽ retulit. Cæterum ut ex Plinio
duos intel-

duos intelligamus propè neceſſe eſt. Solinus enim alterum fontem ad Debrim eſſe ait Gara- *Duo Solis fonteſ*
mantum oppidum, quos Hammonijs & Troglodytis proximos eſſe cõſtat, alterum ad Ham *ad Cyrenaicam.*
monis templum locat. Silius tertio libro: Stat fano uicina, nouum & memorabile, lympha,
Quæ naſcente die, quæ deficiẽte tepeſcit, Quæq; riget, medium cum ſol aſcendit olympum,
Atque eadem rurſus nocturnis feruet in umbris. Lucretius libro ſexto: Eſt apud Hammonis
fanum fons luce diurna Frigidus, & calidus nocturno tempore fertur. Cuius rationẽ reddit,

dus: tunc ut ſol ſurgit ita frigidior, ſubinde per meridiem maxime riget: ſumit deinde tepores iterũ, & prima nocte calidus, atque ut ille procedit, ita calidior: rurſus cum eſt media, perferuet. In litore promontoria ſunt[a] Zephyrion, & Nauſtathmos, portus[b] Paratonius. Vrbes,[c] Heſperia, Apollonia, Ptolemais, Arſinoe: atq; unde terris nomen eſt, ipſa[d] Cyrene. Catabathmos uallis deuexa in Ægyptũ, finit Africam.[e] Oræ ſic habitãtur, ad noſtrum maxime ritum[f] moratis cultoribus, niſi quòd quidam[g] linguis

quòd multa ignis ſemina terræ iuxta incluſa, noctu, ſtringẽte frigore, compingantur, fontemq; calefaciant, quæ, die exorto, per ſolis lucem iterũ terra calefacta in priſtina latibula diffundant. Inde illa de eodem in Meteoris Põta. retulit: Cauſa quidem uel certa ſubeſt: nam frigora noctis Intus alũt ignes, nocte & uapor æſtuat intus, Vnde fluunt calidi noctis per tempora riui: Luce autem cum ſol terras populatur, & ardẽs Exhalat uis, tum uenæ recreantur hiãtes, Vnde redit gelidus ſua per ueſtigia torrens. a Zephyriõ.] Strabo libro ultimo *Zephyrium.*
pręclara eſſe loca Zephyrium & Nauſtathmon ait: illud à uento, in quem proſpicit, hoc à na- *Ναύσαθμος.*
uium ſtatione nomen ſortitum eſt. Græci ναύσαθμον nauale nominant. Titus Liuius libro
quartæ Decados. 7 alterum Phoceæ in Aſia portum Nauſtathmon à re ipſa appellatum ait,
quia ingentem uim nauium capiat. Eſt & aliud Zephyrium Plinio in extima Italia, à quo Lo
cri iuxta habitãtes Epizephyrij dicti ſunt. b Parætonius.] Hic ingens eſt & ad. 40. ſtadio
rum amplitudinem expanſus, Strabone authore libro ultimo. Etymum uocabuli apud Her *Portus Parætonius.*
molaum lege cap. 5. quinti libri Plinij. Ibidem oppidum eiuſdem nominis eſt, ab alijs Ham-
monia dictum eidem Strabon. Lucanus Syrtes Parætonias uocat libro tertio: Vſque Paræ-
tonias Eoa ad littora Syrtes. Silius libro tertio: Perq; Parætoniæ celebratũ littora Syrtis. c *Heſperia.*
Heſperia.] Ideo ita dicta, quòd iuxta eam in luco ſacro Heſperidum horti fuiſſe crediti ſunt,
ut Plinius indicat: aliâs Berenice dicitur una potiſsimarum urbium Cyrenaicæ pentapolis:
Arſinoë aliquãdo Teuchira dicta Straboni & Ammiano: Ptolemais autem Barce, à qua Bar
cęi, ut libro quarto Herodotus. d Cyrene.] Hæc omniũ clariſsima eſt, & quæ regioni cir
cumiacenti nomen dare uiſa. Strabo libro ultimo à Theræis Græcis cõditam eſſe ſcribit, qui *Cyrene.*
ex Laconica profecti Theram inſulam prius coluerint, hinc in continente Cyrenen ædifica-
uerint. Idem octauo libro, ubi de Minyis, Eorum, inquit, nonnulli duce Thera Anteſionis fi
lio nauigantes, ad inſulam inter Cyrenas Cretamq; ſitam peruenerunt. Eam prius Calliſton,
hoc eſt, pulcherrimam, poſterius autem Theram uocauere, authore Callimacho: ubi poſt Cy
renen Theram metropolin ædificauerũt eiuſdem cum inſula nominis. Hactenus Strabo. Ex
horum uero numero Battus quidã fuit, qui Cyrenes condendæ fuit author: quod alibi idem
Strabo indicat. Inde Battiadas Cyrenẽſes Silius nominauit libro tertio: Necnon Cyrene Pe-
lopeij ſtirpe nepotis Battiadas paruos, fidei ſtimulauit in arma. Idem ſecũdo libro: Et iniquo
ſole calentes Battiadas. & Battiades Callimachus dictus eſt paulo ante citatus à Strabone,
Elegiorum ſcriptor: qui primi belli Punici tempore apud Ptolemæum Alexãdriæ regem cla
rus extitit, Gellio. Cyrenenſes Theræos colonos Tibullus dixit ad Meſſalam: Nec fera The-
ræo tellus poſſeſſa colono. &c. Multa Straboni conſentanea Herodotus refert in Melpome-
ne. Cyrenen equorum nutricem eſſe, & optimos fructus ferre Strabo ait. hinc ex Dionyſio
Polemon: Necnon Cyrene clarorum mater equorum, Vrbis Amycleæ Battus quam condi-
dit olim. Hoc ipſum uero Dionyſium à Pindaro mutuatũ eſſe Raphaël adnotauit libro duo
decimo. Ex Cyrene uiri clariſsimi oriundi, quorum libro ultimo meminit Strabo. Solinus
Cyrenen ab ipſo Batto Olympiade quinta & quadrageſima, rege Martio res Romanas tenẽ *Locus Solini.*
te, conditam eſſe ſcribit. At ultra Olympiaden quadrageſimam non duraſſe Martiũ Euſebius
in Chronicis indicat. Itaq; ſuſpicor, in temporum ſupputatione erratum apud alterutrum.
Quod ad Cyrenas attinet, quarta Olympiade conditam à Batto alicubi Euſebius ſcribit, Ro
mulo & Remo iam adoleſcentibus: alicubi diuerſum confirmat, ita tamen, ut nuſquam ſibi
cum Solini ſupputatione conueniat. e Oræ.] ut ab Herculeis columnis deſcriptæ ſunt, ſe
cũdum litora noſtri maris. f Moratis cultoribus.] Nam quo longius à litore illic abſunt,
eo magis inhumani & feri, adeo ut, qui ſunt intimi, non moribus tantum, ſed uoce etiam &
ipſa effigie ab hominis natura recedant g Linguis.] Nil mirum in tanta, tamq; diuerſæ

Afrorū religio. originis gentium uaſtitate. a Patrios.] Vt longa eos conſuetudo uenerabiles fecit. Herod. ſcribit in quarto libro, ſolem eos, & lunam, tum Tritonē, & Neptunum, & Mineruam paſsim uenerari. b Proximis.] Remotius paulo à mari habitātibus. c Nullæ urbes.] Tota enim Africa, ſi aut Aſiæ, aut Europæ conferas, urbiū eſt inops. d Mapalia.] Eadem & magalia dicuntur. Virgilius Aenei. primo: miratur molem Aeneas magalia quōdam. ubi Seruius, Magar, inquit, lingua Punica uillam ſignificat: cæterum magaria, ſiue magalia Pœni

differunt, & cultu deorum, quos[a] patrios ſeruant, ac patrio more uenerantur. [b] Proximis[c] nullæ quidē urbes ſtant, tamen domicilia ſunt, quæ[d] mapalia appellantur: uictus aſper, & mūdicijs carens: primores[e] ſagis uelantur: uulgus *Afrorum feritas.* beſtiarum, pecudumq́ pellibus: [f] humi quies, epulæq́ capiuntur. Vaſa ligno fiunt, aut cortice: potus eſt lac, ſuccusq́ baccarum: cibus eſt caro plurimùm ferina: nam[g] gregibus, (quia id ſolum optimum eſt) quoad poteſt, parcitur. Interiores etiam incultiùs ſequuntur[h] uagi pecora, utq́ à pabulo ducta ſunt, ita ſe ac tuguria ſua promouent, atq́ ubi dies deficit, ibi noctem agunt: quãquam in familias paſsim, & [i] ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant, tamen, quòd ſingulis aliquot [k] ſimul coniuges, & plures ob id liberi agnatiq́ ſunt, nuſquã pauci degunt. Ex his, qui ultra deſerta eſſe memorātur, [l] Atlantes [m] ſolē execrātur, & dū oritur, & dum occidit, ut ipſis agrisq́ peſtiferū: nomina ſinguli nō habent, [n] nō ueſcūtur animalibus, neq́ illis

multi caſas agreſtes, & furnorum perſimiles ſua lingua nominant, quę eædem & mapalia dicuntur, ut Maro Georgic. tertio: Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua uerſu Proſequar, & raris habitata mapalia tectis? e Sagis.] Veſtibus ex uillo craſſiore textis, qualibus ueteri in re militari frequēter uſi ſunt, & hodie utūtur ad arcendam cœli iniuriã noſtrates. Eo ueſtitu plebs Hungarica, & Sarmatica peculiariter utitur: quin & è lino aſperiore facta conſtat: qualium uſus hodie apud Germanos, Rhetos, ac non ita pridem apud Heluetios in caſtris fuit, uillo linóue intertexto, contra quoſlibet ictus, ut pro lorica, pro thorace fuerit leui armatura muniendis. Durat adhuc nomen, & uulgus Schagū, ſiue rudiùs apud nos Schaggen uocant, plane ſagum intelligētes. M. Cicero Philippi 6. Saga ſumi dixi placere, in quo omnes acrius, grauiusq́ incumberent, ad ulciſcendas reipub. iniurias. Indicat autem hoc ipſo Pomp. quãta apud feros homines cultus negligentia ſit. f Humi.] Id hodie Turcę merentes aſſolēt, cū lōgis itineribus feſsi, eos ſibi ad quietē campos deligūt, quos nox permittit. Cæterum epulas humi capere, uel Heroës olim cōſueuerunt. Vnde illud extat Vergilij: Fuſiq́ per herbã Implētur ueteris Bacchi. &c. Et Homerus odyſſeæ tertio, Telemachū ſuper mollibus ſtratis pellibus ſedentem, iuxta maris litus in Neſtoris conuiuiū receptū ſcribit. g Gregibus.] Nomades enim ſunt, & totã in grege ſubſtantiã habent, ut alij multi olim: nam & Latinis ueruſtis unicæ in bello diuitiæ fuerãt. Hinc Seruius omne patrimoniū apud maiores peculium dictū eſſe ait, à pecoribus, quibus eorum cōſtabat uniuerſa ſubſtantia: nec ſine cauſa in uetuſtiſsimis nummis ſignū ouis, ſuis, bouisq́ apparuit: niſi falſa ſunt, quæ in Valerij Publicolæ uita Plutarchus ſcribit. h Vagi.] Id graphice Maro in tertio Georg. deſcripſit. i Sine lege.] More primorū mortaliū, qui in agris paſsim beſtiarū more uagabantur, & ſibi uictu ferino uitã propagabant, ut Cic. ait libro de inuentione primo. k Simul cōiuges.] Vt & Parthis fuerunt, mira eos ad id titillante libidine, qui tamē nulla delicta grauius adulterijs uindicarint. eã ob rē non cōuiuijs tantū coniuges ſuas arcuerunt Parthi, uerumetiam omni uirorū *Parthorum in cōiuges ſeueritas.* conſpectu illis interdixerunt, ut Cœlius Rhodiginus libro antiquarū lectionum quintodecimo adnotauit, uir in tempore ætatis noſtrę doctiſsimus. l Atlantes.] Plin. capite octauo quinti libri ex Pōponio: Atlãtes inquit, degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus: nam neq́ nominū ullorū inter eos appellatio eſt, & ſolē orientē occidētemq́ dira imprecatione cōtuentur, ut exitialē hominibus agrisq́, neq́ inſomnia uiſunt, qualia reliq mortales. Propè idē referūt Solinus, & lib. 6. Capella, ut Arianū, & Herodotū prętereã. m Solē execrãtur.] Dū ipſis eſt circa uerticē: nã tūc ob morã intolerãdo æſtu afficit. n Non ueſcūtur animalibus.] Nō *Brachmanes.* gentiū tantū, ſed etiã ſapientiū ueterū hic ritus fuit, ut ab animalibus ueſcēdis abſtinerēt. Sic *Aegyptij.* Brachmanes, & Samanei Indorū gymnoſophiſtę, quos præter reliquã tēperãtiã, & ſanctimoniam animalibus abſtinere ſolitos Chæremō olim tradidit Stoicę diſciplinę ſectator, ut Porphirius adnotauit de ſacerdotibus Aegyptijs ſapiētię ſtudio deditis, in eãdē ſentētiã referēs.

Pythagoræi

Pythagoræi iniuſtum eſſe dicebant, animal occidere, à quo illud Ouidij emanauit libro Met: 15. Quid meruere boues animal ſine fraude doloq;? haud enim aliena omnino à natura noſtra hæc eſſe aiebant, propterea manſuetudinem & clementiam erga feras tanquam humanitatis & miſericordiæ ſpecimen meditati ſunt. Moſaica quoq; lex ciborum delectum, & uetitæ carnis nomenclaturam habebat, Euangelij candore & Apoſtolica traditione illa omnia reſpuente. Etiam ſi ſint hodie, qui rem in primis magnam, & quam plebs mirari debeat, præſtare ſibi carnium abſtinẽtia uidentur. Pręclarus ille gẽtium doctor Paulus. 4. capite prioris ad Timotheum epiſtolæ

Pythagoræi.

Moſaica lex.

in quiete, qualia cæteris mortalibus,[a] uiſere datũ.

Paulus.

manifeſte tradit, non admodum candidè de fide ſentire, qui à cibis abſtinere iubeant, quos Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus. Quicquid enim, inquit, creauit Deus, bonum eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione ſumitur. Omnia enim, ut idem ad Titum ſcribit, pura ſunt puris. Rurſum 14. capite ad Romanos, eos, qui quibuslibet non ueſcuntur, infirmari in fide indicans, admittendos quidem magis, quàm diſceptatione premendos pręcipit, maximè ſi id cum gratiarum actione faciant: cęterum infirmos tanquam Iudaiſmi reliquijs quibuſdam fatetur: Alius autem ait, qui infirmus eſt, holeribus ueſcitur. a Viſere datur.] Plinius ultimo cap. libri decimi: Quidam uerò nunquam ſomniant, quibus mortiferum fuiſſe ſignum contra conſuetudinem ſomniorum ait. Quod ſi non ſomniant Atlantes, conſequens eſt, ut ſpiritus in eis phãtaſticus, quo minus imagines ſeu formas rerum ſenſibilium ab exterioribus ſenſibus in apprehẽſiuas uirtutes, quę intus ſunt, delegatas ſuo modo moueat, à ſpiſsis nimijsq; uaporibus in cerebrum aſcendentibus, & ad cranei concauum repulſis, pari ſemper tenore prohibeatur: quod reuera dignũ admiratione fuerit, cum Themiſtius tamen Ariſtotelis interpretum clariſsimus, nõ dubitet corporis naturã, & temperamentũ pro ętatis, aut affectionis alicuius mutatione uariari. Si igitur in iuuentute non ſomniaſſent, ueriſimile erat propter mutatam affectionem atq; ętatem ita futurum, ut in ſenectute ſomnia uiderent: aut ſi ſenes ab inſomnijs prohiberentur, fuiſſe tamẽ, ut uel iuuenes ſomniarint. Niſi communis huius affectionis penuriam ad ſolis ęſtũ referre libet, adeo intenſum & peſtiferum illis, ut, qui perferunt, execrari eum nõ deſinant. Fieri enim poteſt, ut ex uehementi reſolutione, ſubtile, quod in corporibus eſt, diffluat, & in auram euaporet: quod uerò ſpiſſum crudumq; eſt, intus reſideat, & ad interiora reuerſo calore, pręſertim poſt paſtũ, affatim fumet: præterea digerentis uirtutis uigore propter perpetuã caloris dilatationem atque euaporationem, incocti uapores cerebrum animalis uirtutis ſedem obruant, idq; efficiant, ut formæ illę rerum externarum ſingulorum ſenſuum allatę miniſterio, manare à phantaſmate ſiue organo formarum, & placido profluere motu nequeant, quę res ſomniũ tamen conſentanea Peripateticorum traditione gignere ſolet. De quo quoniam referendi data occaſio eſt, placuit, ut paucis, carptimq;, & ut quęq; neceſſaria ſcitu incidiſſent, in medium afferremus. Principio, conſtat animam potiſsimam entelechiam eſſe, ut Ariſtoteles tradit, organici corporis, hoc eſt, pręcipuam perfectionem & uitalem formam, quę in corpore mira quadam naturæ ſolertia effigiato, non aliter quàm prudens in regno ſuo princeps, ad quęuis ordine agenda euigilat. Intus enim foriſq; circumſpecta ſola omnium & cõſiliorum, & negociorum decreta diſpenſat. Huic in omni animali ſpiritus adhęreſcit laborum ſocius, & induſtriæ comes: quem Peripatetici ferè corpus ſubtile & aërium eſſe dixerunt. Alij cũ Heraclito medium inter aërem & aquam. Albertus noſter euaporationem ait, quę ab humiditate naturalis cibi aſſurgat, ſuſcitante eam calore naturali, cuius principium & fons cor eſt; depurante uerò atq; digerente calore naturali, quem omnium ait defecatiſsimum & ſubtiliſsimum eſſe. Hic autem ſpiritus inſtrumẽtum eſt animę ad omnes operationes eius deſtinatum, uitę & omnium uirtutum animę uehiculum ab Auicenna dictus, per omnia manans à corde, ſenſuum inſtrumenta, aliterq; atq; aliter ſeſe ad proximas uires accingens, prout in aliud aliudq; organũ uirtutem detulerit. Lucidus uerò tranſparenſq;, ac planè ętherea conditione, cum bene habet, quemadmodum tradit Syneſius: ſicut hebes terrenuſq; fieri ſolet, cum habet male, & uiolentæ affectionis cuiuſpiam inuaſione deformatur. Calidus autẽ cum ſit, & cum calore uirtutes ad inſtrumenta deferat, fit, ut, ſuopte ingenio prouocante calore, à corporis meditullio ad extrema expandatur, ut operationis perfectionem in omnibus organis coadiuuet: quia uerò ſubtilis eſt, & calliditate genuina ſummos aperit corporis poros, diffluere illac, & propter ſubſtantię ſuę tenuitatem frequenter euaporare ſolet. Cuius rei euidens argumentum eſt, quod magno ſudore, & grauiori paulo corporis fatigatione laſsi debilitamur, non alia magis cauſa, quàm propter ſpirituum & caloris naturalis reſolutionem. Porrò & ſenſuum uſu ſpiritum, qui uehit, proſterni contingit, ac longo in opere ſenſationis deteri: nec rarò, quemadmodum Albertus tradit, ita conſumi, ut niſi ad interiora, ipſumq; fontem, qui cor eſt, regreſſus uices quaſdam quietis obiret, ſeq; recuperatis uiribus reficeret, periclitari animal, uitaq; deſtitui contingeret. Adeo nihil eſt in opere naturę, quod non exemplo dierum noctiumque aliquas uices feriarum uelit, ut libro decimoſeptimo Plinius ait. Debili-

Atlantes non ſomniant.

Themiſtius.

Coniecturæ.

Anima Entelechia corporis.

Spiritus animæ comes.

Nota.

Sententia.

tato igitur ſpiritu,organa infrigidantur,poris contractioribus,& abit ad interiora etiam à fri
giditate repulſus ille,quo facto languere organum,ſuaq́; deſtitui uirtute,ſimul & operatione
incipit:quanquam interim perfectum,animatumq́; eſſe nõ deſinit,mox fumis ſubortis, & au
Lucretius. geſcente frigiditate ſopor obrepit,atq; ut Lucretius libro quarto ait:Senſus abit mutatis mo
tibus alte.Et quoniã non eſt,quaſi quod ſuffulciat artus, Debile fit corpus,langueſcũt omnia
mẽbra,Brachia, palpebræq; cadũt,poplitesq́; cubanti.Hoc ipſum eſt,quod ſomnũ uocamus:
per quem ſenſibus exterioribus, quotquot ſunt,& uirtuti, quã in illis animalem Phyſici uo-
cant,tantiſper uacatio datur ab opere,donec ſpiritibus ad fontem regreſsis uires ad repeten-
dum laborem,& fatigationem ſuſtinendam auctiores fiant. In illa autem leni, & ſuaui quie-
te,præter ſpirituum confortationem,illud etiam commodum ineſt, quod uegetabilis uirtu-
Somnus. tis partes ea mirifice iuuantur.Quemadmodum enim ſomnus ligamentum eſt animalis uir-
tutis exterioris,ita naturalis eum interioris,& omnino digeſtiuę incrementum efficere dici-
Vigilia. mus. Rurſum ſicut uigilia ad extima corporis calor cum ſpiritu expanditur, ita per ſom-
Somnus quid? num in intima colligitur.Ea de re C.Plin.capite ultimo libri decimi, Somnum nil aliud eſſe
ait, quàm animi in medium ſeſe receſſum. Abeſſe enim uidetur animus,cum uacuis organis
uitalis agitatio deeſt: rurſum adeſſe, cum ſuo in organo uirtus excubans in ſtatiuis manet
Zeno. obeundarum ſenſationum. Zeno autem Stoicę ſectæ magiſter,quemadmodum libro ſecun-
do de diuinatione Cicero tradit,ipſum dormire non aliud eſſe aiebat,quàm contrahi animũ,
& quaſi labi,atque concidere.Porrò naturalem eſſe, atq; ineuitabilem affectionem hanc, ipſa
uitæ cæterorum animalium ratio probat, talem quietis, & uigiliarum uiciſsitudinem ſer-
uans,non libidine prouocatam, nec ſanè conſulto admiſſam, ſed naturæ tantum, cui illa pa-
Ariſtotelis de ſo- rent,tenore.Dignum uerò ſcitu eſt, quod Ariſtoteles libri de Generatione animalium quin-
mno pulchrum. ti,primo capite tradit: Somnum talem ſua natura uideri, ut uiuendi, & non uiuendi interli-
minium ſit:ut neque omnino ſit,qui dormit, neq; omnino nõ ſit. Viuitur enim potiſsimum
Ouidius. uigilia,ut ait,propter ſenſum. Ea de re commode Ouidius:Stulte quid eſt ſomnus,gelidæ ni-
Plinius. ſi mortis imago?Et in prȩfatione hiſtoriȩ ſuȩ Plinius: Profecto uita uigilia eſt,inquit.In homi
Somnũ multa ua ne autem principe animali multa inſunt, quȩ ſomnum mirifice uariant. Nam crapulæ uſus,
riant. quo ſæpius,quoq́; profundius dormias,efficit,ebrietate rariſsime ſomnum detrectante.Ieiu-
nium autem ſæpe admittit, ſȩpe etiam repellit. Prȩterea & repulſam pati ab homine, dum
non admittitur ſomnus,didicit:quando ipſe uiderim,qui ludendi cupidine tranſuerſum ra-
pti,tertiam uix noctem quieti dederint: adeo eſt naturæ etiam blandimentis iniqua, auri ſa-
cra fames.Interim & ſponte ſuſceptæ fatigationes,& affectuum ratio, quo minus conſtans in
homine ſomni tenor exiſtat, efficiunt. Communis autem & confeſſa diuerſitas in ȩtate, re-
gione,complexione, & conſuetudine eſt, ita ut indubium tamen eſſe debeat, dormiendum
eſſe homini,etiam in ſumma quiete animi,ſimulq́; corporis cõſtituto, ne perpetua fatigatio-
ne reſolui ſpiritum,& ut dixi,natiuum calorem conſternari contingat.Scimus enim iam ſom
num uigorem eſſe, & confortationem ſenſus ſpiritualis, hoc eſt, interioris, & uinculum ſen-
ſus corporalis:ſicut è regione uigilia corporales ſenſus in actione exiſtunt, & uigore uitali,
cum debilitate ſenſus ſpiritualis. Quod quomodo intelligi debeat, Magnus ille Albertus li-
bro de ſomno,& uigilia priore docet.Atque hucuſque quidem de ſomno breuiſsime. Nunc
Somnium quid? de ſomnio uideamus. SOMNIVM in uniuerſum uocamus,quod dormientibus nobis re-
rum ſimulacris quibuſdam apparere conſueuit,quibus noſcendis uigilare, & res ipſas coràm
Lucretius. ſentire uidemur,ut libro quarto Lucretius:In ſomnis eadem plerunq; uidemur obire, Cauſi-
dici cauſas agere,& componere leges,Induperatores pugnare,ac prælia obire,Nautȩ contra-
ctum cum uentis degere bellum. Rem plerunq; autem ſomniare nos intelligimus, non raro
ratiocinamur,& quȩ latebant,in ſomnio diſcimus:prȩterea & moneri nonnunquã uidemur,
itemq́; edoceri de futuris:rurſum coràm intueri,quæ pòſt nobis obueniunt, quæ quanquam
multifariam contingunt,& à Macrobio aliјsq; in multa genera diſtributa ſunt,ſomnia tamen
eſſe in genere conſtat:ſicut ſomniare dicuntur,quibus hæc in quiete apparent. Libuit autem
Inſomnium. hoc loco libare quȩdam de illo,quod inſomnium Macrobius uocat,ſomnium propriè Peri-
pateticis dicto,quid ſit,& quomodo fiat:cum conſtet frequentiſsime fieri, ut cætera quoque
id genus qualia ſint,& quibus animȩ in uirtutib.oboriantur,notiora eſſe queant:uideo enim
Macrobium diſcrimina,& euentus horum diligenter quidem explicuiſſe:cæterum originem
non adeo attigiſſe,rem perinde digniſsimam ſcitu,atque illa eſt,quam prodidit. Quis enim
nouiſſe nolit,quid illud ſit, unde manet,quò abeat?quod,quieſcentibus nobis,efficaciſsimo
impulſu, & admirabili commotione ſcænam quandam uerſatilem uariarum rerum edit, &
perſonatis imaginibus iucundam interim comœdiam, interim tragicam mœſtitiam exhi-
bet, ubi theatrum ſit inter orbis ſpectacula, cum uarietate, & artificio, tum copia ornatuque
Somnium ſcænæ uiſendum:ubi plerunq; prodire in proſcȩnium ſolent, quorum ne nomina quidem extent,
comparatur. quæq; fuiſſe,fieriue,aut futuræ eſſe nequeant.De quibus longo ſermone ediſſerens Albertus
Germanus uir excellentis in omni philoſophia doctrinȩ libro de ſomno, & uigilia ſecundo,
Somnium ait,nõ aliud eſſe,quàm motum phãtaſticum in organis ſentiendi factum, dictum
Somnium quid? autem,quòd in ſomno fiat.Hæc enim affectio non niſi dormientibus accidere poteſt. Quod
ut expli-

ut explicatiſsimè reddatur,paulo altius,pro noſtra uirili ſummam de uirtutibus animæ repe-
temus.Multiplex animarum gradus eſt:quędam enim uegetabilem naturam fouent, eamq́ *Multiplex animarum gradus.*
ſolam, uelut plantarum animæ. Quædam ſenſum pręſtant, atque id rurſum multiplici
differentia.Cæterum quæ minimum,ſenſum tamen tactus,quo ſine nullum animal degit,ut
proprium retinent.Nam animatū quidem dixeris corpus aliquod,quod ſenſu caret: animal
aūt eſſe ſine ſenſu impoſsibile eſt.In imperfectioribus autē imperfectiora omnia ſunt: quem-
admodum in his agilior,& promptior actio eſt,quę ad altiora natura efformauit. Hos uiuen-
tium gradus,ſiue hæc malumus animarum diſcrimina dicere,admirabilium parens operum *Origo animarū.*
natura peperit, & ille ante omnia naturæ architectator,cui, id quod ſunt,cūcta debent,cuius
conſilia ſcrutari uelle furor eſt,& ſumma impietas credere fortuitò facta, quæ is in principio
æternis conſilĳs ductus fecit.Nobis autem quoniam animalium hiſtoria incidit, de ſomnio
dicturis,de his potiſsimum intelligemus in tranſcurſu,quæ in uirtutū auctiore numero per-
fectiorem obtinent ſui generis locum,quorum cum ſupremum abſolutiſsimumq́ ſit homo,
cuius animæ & igneus uigor eſt,&,ut Maro dicit,cœleſtis origo,de hominis ſomnio,quemad- *Hominis anima.*
modū & de ſomno antea,maxime referemus. Ariſtoteles igitur libro de anima tertio, quum
intellectum in homine à principio dixiſſet eſſe tanquam tabulam deletilem, in qua nihil de-
pictū eſt,ſatis indicauit omnis cognitionis noſtræ,quam in carne agētes habere de rebus poſ-
ſumus,à ſenſibus oriri,& palimpſęſton illū deſuper artubus noſtris immiſſum, his primum
formarum modulis pingi,quos ſenſorĳs extimis à cōſpicuis corporibus deſumptis, interior *Anima recenter*
animæ uis hauſerit.Quanquā enim permulta cognita ſunt à nobis,quorum nullū in ſentien- *indita palimpſęſtos quidam eſt.*
di principĳs fuit,occaſione tamen ſenſuum illa comprehenſa eſſe indubium eſt.Proinde pre-
clarus Academię alumnus Syneſius,cuius de ſomnĳs à Marſilio Ficino Latinus factus liber *Syneſius.*
extat,modum præcipiendi per phantaſma,id eſt,formæ apparitionē ſiue ſpeciem, antiquio-
ris propriæq́ inſpectionis noſtræ munus eſſe ait.Nec temere libro de diuinatione ſecūdo M.
Cicero ſcribit,nullam ſpeciem ſine impulſu imaginis cogitari poſſe.Intelligentias nanq́ ſine
phantaſmate edere non ſolemus,niſi forte ad breue quiſpiam immaterialem(ita Syneſius uo-
cat)attigerit ſpeciem,quod uirtute eius intellectus,quē Peripatetici agentem nominant, con-
tingit.Idem,phantaſma ſupergredi,non minus arduum eſſe ait,quàm beatum.Hinc illud in-
oleuiſſe apud Platonicos arbitror,ut animam in ſomno quodam degere dicerent, etiam uigi- *Anima noſtra*
lia concitatum,id quod Porphirius non uno in loco tradit:propterea quod ſeorſum, &,quæ *ſemper in ſomno eſt.*
uerè ſibi propria eſt,uirtute cernere,atque intueri nihil queat,quàm diu intra iſtud uenefic̄ijs
delibutum carnis habitaculum deliteſcat.Ad quem locum attinere mihi uidentur portæ il- *Somnij portæ.*
læ imperſcrutabilium ſomniorum ex decimo nono Odyſſeæ Homeri, & ſexto Aeneid. Ma-
ronis,à Macrobio libro de ſomno Scipionis primo indicatæ: quarum una animalem in ho-
mine apprehenſionem ſignificet, fallacem nimirum, & ſcientię ignaram,maximè dormien-
tium,altera intellectualem referat,quæ altius quidem,cęterum haud unquā ſine ſenſibilis for-
mę,dum ſic eſt,adminiculo cognoſcere ſolent.In hauriēdis autem ſimulacris rerum, & typis,
decem pręcipuis uirtutibus anima tanquam inſtrumentis utitur: quarum exteriores quinq́
ſunt ſenſibilium corporum, ut pręſentium ſpeciminibus affectę, quas miniſtras,& oſtiarias
communis ſenſus,de quo mox dicemus,Syneſius uocat.Reliquę quinque in interioribus or-
ganis ſitę ſunt, & ſimulacris rerum non ab ipſis primum rebus, ſed ab extimis ſenſibus de-
ſumptis conſpicuę fiunt. Sunt autem hę, uirtus communis ſenſus, imaginatiua recentiori- *Virtutes animæ*
bus dicta, cui coniuncta ęſtimatiua ſit, mox phantaſia, demum memoria: quę licet diuerſis *decem.*
apud multos nominibus cenſeantur,ordine tamen,quo diximus,propè omnes ab omnibus
intelliguntur. Syneſius interiores ab extimis eo ipſo diſcernit, quod ſenſus, quia per inſtru-
menta fiat palam propoſita, maximè ſit animalis, & hominibus cum brutis non commu- *Nota.*
nis tantum,ſed longe etiam inferior. Virtutem autem interiorem, quoniam ſine medio ſe-
gregato fiat,propiorem animæ,& diuiniorem eſſe ait:Cuius hoc argumentum eſt,quòd uir-
tutes illę interiores ab Alberto apprehenſiuę dictę, quanto longius à primis ſenſibus ab-
ſunt,tanto ſunt in recipiendis,cenſendisq́ formis efficaciores, magis magisq́ aliquid de po-
teſtate,& perfectionis gradu adĳcientes,etiam ſi re ipſa non differunt, & apprehendendi mo-
do magis,quàm eſſentia ſecernuntur. Communis ergo ſenſus in anteriori capitis parte reſi- *Senſus cōmunis.*
det, & extimorum ſenſuum, quorum, teſte Alberto, origo eſt, affectiones colligit, diſcer-
nens inter eas, ac planè dinoſcens, uelut aſperum ab albo, ſonorum ab auſtero, illiuſmo-
diq́ diſtinctorum ſenſuum alia: quod ipſum nullus priuatorum poteſt. Singula enim ſin-
gulis obiecta ſunt, queis,ut proprĳs mouentur.Sunt quidem & communia,uelut numerus,
unitas,motus,quies, figura,magnitudo, in uniuerſum ferè ab his ſenſibilia, inter quę exti-
mus tamē ſenſus diſcernere,& dĳudicare nequeat.Propterea communem ſenſum uelut cen-
trum eſſe in circulo Albertus ait:à quo ſitis lineæ ad circumferentiam,ita uirtutes in extimos
ſenſus abeāt,rurſumq́ redeant ab illis, à palam expoſitis ſenſibus hauſta.Ideoq́ à Syneſio ue- *Imaginatiua.*
rè ſenſus ſenſuum appellatur.Imaginatiua,ſimulacra,& typos rerum forinſecus oblatarū re-
tinet,quibus per harum abſentiam moueri nihil minus,atque agitari ſolet. Hoc etiam ſenſu
cōmuni diuinior,quòd hic in actione eſſe nequeat,niſi pręſentib.rebus, quarū formæ ſtatim

extimis

Phantaſia unde dicta. extimis ſenſorijs apprehenſæ in eo, uehente ſpiritu conueniant. Auicennæ interpres phan-
taſiam uocat, communi nomine cum illa, quæ propriè talis eſt: nec mirũ, quando Gręci phan
taſma ἀπο τ̃ φανεῖν, quod apparere ſignificat, nominent, & in his uirtutibus non poſsint ap-
parere imagines. Nulla enim interiorum uirtutum, quæ organis claudatur ſine formis, quas
ſpecies alij uocant, natiuam actionem efficere poteſt. Geminum enim eſt, inquit, Magnus Al
bertus, animę per imagines corporales cognoſcere, quicquid cognoſcit. Nihil autem neceſſe
idem author exiſtimat, ut imaginationis organum ab eo, quod ſenſus cõmunis eſt, aliud eſſe
Aeſtimatiua. credamus, tãtum diuerſam hanc ab illa uirtute uirtutẽ eſſe intelligamus. Aeſtimatiua, quan-
quàm diuerſam tradunt ab imaginaria, non penitus tamen ab ea ſeparatur: quod æſtimare
nemo poſsit, niſi imaginetur. Hæc autẽ uirtus in apprehendẽda forma ſenſibili eximio quo-
dam delectu rationem quandam pręſcribit utilis, inutilis, noxij, ſalutaris, commodi, incom-
modi: cuius affectionis comitem eſſe amorem odiumúe neceſſe eſt: rurſum & inſectationem,
& fugam, gaudium & triſtitiam, quę ex hac apprehenſionis ratione naſcuntur. Atq; hęc pri-
ma quidem interiorum uirtutum eſt, quæ ſeipſa in forma uel ſimulacro elicit, id quod nullo
primorum ſenſuum deprehendi potuit, manifeſto maioris perfectionis indicio. Huius orga-
Phantaſia. num idem eſſe exiſtimatur cũ imaginarię organo, aut ſaltem propinquum. Phantaſia rerum
formas perinde atque à cognitione ſiue æſtimatiua receptæ ſunt, accipit: mox tanquam ra-
tiocinans confert cum intentione, ut uocant, commodi incommodiq;, noxij, ſalutaris. Decer
nit etiam, & certam in ſententiam, quod nulli priorum dabatur, pedibus uadit. Cuius orga-
Memoria. num Auicenna medium cerebri uentriculum facit. Poſtrema harum memoria eſt, earum in-
Quæ uirtutes ſomniũ præſtent. tentionum & cogitationum, quę ſenſibili ſpecie comprehendi nequeunt, ferè promptuariũ,
& ut pleriq; omnes uocant, theſaurus quidam. Ex his omnibus tres ſunt, in quibus id, quod
propriè ſomnium dicitur, locũ habet, Imaginaria ſcilicet, ęſtimatiua, & phantaſtica: quas hoc
ipſo conuenire Albertus ait, quod à formis tantum ſingularum rerum, quæ ſenſualis cogni-
tionis principia ſint, afficiuntur: hoc autem diuerſas, quod apprehẽdendi ratio in eis alia at-
que alia exiſtit. In uniuerſum autem rationali uirtuti coniunctas uelut in homine pręſtantio-
res diuinioresq; eſſe conſtat, in quo ſolo plerunq; non percepta ſenſibus, è memorię theſauro
profecta apparere in ſomno ſolent, cum rationis & iudicij ſecerniculo, & omnino omnib. his,
Quæ propriè inſomnia. quibus uigilans ad opus ſeſe uitale accingit. Cæterũ non propriè inſomnia iſta fuerint, quod
fallacia non ſint, maxime ſi ita affecti ſeſe ſomniare intelligant. Somnium enim reuera inſtru
mentorum eſt formarum ſenſibilium: &, ut Alberti uerbis utar, ſenſibilis partis affectio, ra-
tionis interim diſcerniculo conſopito, quo durante dinoſcenteq; fieri non poſſet, ut cum res
coràm cernere, itemq; intereſſe negocijs uideamur, & non ſimus tamen: hoc modo decipi nos
Themiſtius. falſa perſuaſione contingeret. Doctiſsime ergo Themiſtius cum ſomniũ definiret, uiſum eſſe
dixit, quod ſecundum quietem occurrit, quoties uis, quę iudicat, obligata deſertaq; eſt lango-
re corporis: porrò non omne quod occurrit in ſomno, inſomnium eſſe, niſi ea rationis pars,
Nota. quę iudicat, poſſeſſa omnis obuolutaq; ſit. Hoc autem ſentiendi genus, quod ſopitis organis
extimorum ſenſuum fieri in quiete uidemus, ſacratius eſſe Syneſius ait omni alio, quod eo ip
ſo Dijs quoq; monentibus aut pręadicantibus, aut etiam ſimpliciter conſulentibus nonnun-
quam approximemus. His hactenus expoſitis, ut ſomni proximam cauſam explicemus, an-
notãdum, quod à ſimulacris rerum, quę in interiorib. organis aſſeruãtur, motus & agitatio-
Formæ rerũ non tam uigilantes q̃ dormiẽtes mouẽt. nes non tam in uigilantibus, cum cogitatur, quàm etiam in ſomniantibus, cũ dormitur, fieri
ſolent. Cuius hãc Albertus cauſam reddit, quod in uigilantibus undiquaq; exteriores ſenſus
afficiuntur, & quemadmodum apes obuolantes undiq; conquiſitam mellis materiam in al-
Similitudo. uearia deportant, ita illi ſine intermiſsione rerum forinſecus obiectarum formulas deſumen
Somnium quomodo fiat. tes, indefeſſum perficiunt comparãdę cognitionis miniſterium. Quod dum fit, ne intellectus
quidem à conferendo & ſecernendo, pauloq; altius ęſtimando quietus manere poteſt. Noctu
autem ſiue hora quietis, quando (ut Albertus ait) organa ſenſuum frigus claudit, & ab extra-
rio tumultu fortiſsimarum paſsionum, quæ à forinſecus obiectis ſenſibilibus fiunt, ſenſoria
uocant, propter ſomnum, qui horum eſt ligamentum, calore, ſpiritu, & uirtute ad interiora
reuerſis, ſopito itidem iudicio, motus phantaſmatum tanquam in alto ſpectantis theatri ſi-
lentio è formali ſeu imaginatiua non aliter, quàm è ſcæna in proſcęnium egreſſæ, uectore ſpi-
ritu, quem animalem Albertus uocat, manifeſta ſeſe agitatione prodere ſolent. Formarũ au-
Duo imaginum promptuaria. tem ſeu imaginum, quas ciere intus anima ſolet, duo promptuaria eſſe libro naturalium ſex-
to Auicenna tradit, theſauros formarum reuocans: alterum intentionum, hoc eſt, abſtracta-
rum, & remotiorum à primis ſenſibus cognitionum, quarum receptaculum memoria ſit: Al
terum formarum à ſenſibus profectarũ, quarũ cella promptuaria imaginatiua exiſtat, quam
Auicennæ interpres formalem uocauit, à formis ſcilicet forinſecus aduenientibus, quas hæc
uirtus, ut dixi, retinet. Syneſius paucis in intellectum & animam diſtribuit, quod illi inten-
Promptuarium phantaſmatum propriè ſomnia edit. tionum & formarum uirtutibus ambiunt. At uero quoniam conſtat plurima fieri ſomnia,
quorum repente obliuiſcamur, exiſtimat Albertus ea, quę propriè inſomnia ſint, non è me-
moria nimirum perſępe ſopita, ſed ex imaginatiua, ſiue phãtaſtica principium ſui motus ha-
Somni definitio. bere, ut ſomnium ſit non aliud, quàm motus formarũ ſiue ſimulacrorũ ſenſibiliũ ex phanta-
ſmate, ad

ſmate, ad interna principia neruorum ſenſus exterioris expanſus, deferente eas ſpiritu, quem phantaſticum Syneſius uocat, communiſsimum ſenſorium eſſe eum, & formarum uehiculū affirmans, qui intus latens principium ſenſuum tāquam ex arce quadam organis largiatur. Ex hoc patere arbitror, ſenſibilem apprehenſionē ſomniantis, apprehenſioni uigilantis contrariam eſſe: hæc enim à rebus forinſecus oblatis in extimis organis incipit, & ad phantaſma terminatur in brutis, eſtq; in his apprehenſio ſimpliciter, & uere ſumpta: in homine autem ad intelleſtuales uſque uirtutes pertingit. Illa autem ſomniorum à phantaſia initium capiēs, ad eam animæ partem, quæ maximè ſentit, reuertitur. In illa igitur phantaſtica ſunt omnia, ſimulacris rerum pro ipſis rebus ſeſe nobis offerentibus. In hac rebus præſentibus uera confeſſaq; deprehenſio eſt. Docte autem Albertus, phantaſma, inquit, ſomnium faciens principia ſenſuum mouet, non ſimpliciter: hæc enim affectio à ſolis rebus eſt, ſed per quandam reuerſionem euaporationis tenuis, & lucidæ ſimulacra deferentis, quæ in ſomno ab interiori capitis partè ad principia organorum ſenſibilium reuertitur. Deceptio autem, qua res uerè præſentes nobis putamus, fit à uinculo detinente iudicium potentiarum animæ, quæ uerum & falſum phantaſmatum collatione diſcernunt. Quibus uerbis locus explicatur dignißimus ſcitu, quòd in homine uigilante attentior cogitatio in motu phantaſmatis rerum etiam abſentium formas ſuſcitantis facta: qualis ferè in affectis amore, odióue, aut alijs modis perturbatis, in tenebris aut ſolitudine quieſcentibus, antequam dormiant, uſu uenit: quanquā partem ſenſibilem animæ percellit, atq; afficit, quod carnis pruritus laſciua cogitantis manifeſte indicat, tamen longe iſthæc affectio à ſomnij affectione abeſt: ac primò quidem in forti phantaſia uigilantis error nullus ineſt: nouit enim cogitabūdus, res abſentes eſſe, quarum tanquā pręſentium cogitatiōe ſeſe oblectat amans, aut exacerbat odiens, ſiue angit, perturbatu'e moleſtè ferens. Somniantes contrà, res abſentes, quarum ſpiritalibus tantùm ſpeciminibus agitantur, uere præſentes eſſe non dubitant. Præterea conſtat in uigilantibus extimorum ſenſuum organa, etiam ſi in profundis tenebris, & altiſsimo ſilentio quietus quis iacēs cogitet, nō rectè ſopiri tamen, nec deeſſe in organo accinctam uirtutem, modò res, quę ſentiri queāt, non deſint: In dormiēte contrà, ſpiritu, & uirtute retroactis, fieri non poteſt, ut quicquam aliquo exteriorum ſenſuum conſuetudo modo percipiatur: etiam ſi fatendum ſit, facilem eſſe uirtutis ad ſenſoria reuerſionem, leui cauſa ſomnium eximente, modò rigida membra ecſtaſi non obſtupuerint. Poſtremò ſcimus uirtutem intellectualem anxiè in cogitabundo laborare, & phantaſmatum ſibi frequentem uſum deſumere: quod dum fit, ſenſibiles illæ formæ phantaſiæ à perfectiore uirtute retinentur, & occupantur, ut conſequēs eſſe neceſſe ſit, ſimulacra ſenſibilia informalis uirtutis promptuario coaceruata, nunquam fuſius, & uariè magis ad principia neruorum ſenſuum effluere poſſe, perferente ſpiritu, quàm tempore ſomni, ubi ſenſu communi ſopito, ſopita etiam iudicandi uirtute, hæc organica affectio ampliſsimū ſuæ energię locum habet. Hęc autem omnia eò pertinent, ut intelligamus nullam uigilantis de rebus abſentibus cogitationem phantaſticam, ſomniorum affectionem uincere poſſe. Nemini autem dubium eſſe debet, quin nerui organici priuatorum ſenſuum non apparente, ſed uera, & præſenti affectione intrinſecus à formis illis phantaſticis excitentur, eo ferè modo, quo forinſecus, dum in organorū marginibus excubant, à corporibus deſumptis afficiuntur. Cumq; ibi ſit error, & præſentia putentur, quæ abſunt, fit ut perinde commoueant, ac ſi præſentia omnia forent. Somnium autem cum uideamus eſſe affectionem ſenſibilem, & hæc eius natura ſit, ut non niſi in organo ſenſus locum habeat, conſequens eſt, ut, quod Albertus ait, affectio ſomnij ad organa ſenſuum uera, & efficaci perculſione perueniat. Cuius rei id ſane euidentiſſimum argumentum fuerit, quod ſenſuum in nobis debilium formis rariſsime afficimur: raro enim odorari, raro etiam guſtare nobis quicquam uidemur dormientes: at uero ſæpiſsime uidere coràm, audire, & palpare nos putamus, non alia magis cauſa, quàm quod ualidiorum ſenſuum formæ ſeorſum mouere, & crebro abſque rerum præſentia afficere ſolent: debiliorum uero ſenſuum ſpecies, quod rarius etiam uigilantes capiunt, & debili deprehenſione cō ſtent, in ſomno ſenſuum ſuorum neruos rariſsime citent. Exemplum autem nocturnæ affectionis ſenſus ex delitijs tactus dinoſcitur, cumprimis amantium: in quibus cum per quietem rei amatæ ſimulacrum phantaſtica uirtus effudit, præſertim ita apparens, ut eius potiundæ ſpes eluceat, non ſolum colloquio, & amplexu ſeſe fouere uidentur, ſed omnibus etiam modis, & genitalibus arrigunt, & in uenerem ſoluuntur patrantes, uera uoluptate, ac non raro maiori, quàm ſi coràm egiſſent, affecti. Quòd euenire nullo modo poſſet, ſi neruis ſenſus tactus formarum phantaſticarum effluuio delibutis, uirtutes cum ſuo ſpiritu ab intra non agitarentur, & nerui afficerentur. Pari cauſa, qui dormientes obambulare, & quædam uigilum ſtudia obire ſolent, afficiuntur: quorum primo capite primi de generatione animalium meminit Ariſto. Quanquam rarius id euenit, nec niſi his, quibus phantaſtica fortis, conferta'que eſt ſpiritu: tunc enim uirtus, quę mouet ad motionem phantaſmatis, uehementer organo tactus ſoluto cietur. Alber. noſter id fieri exiſtimat à calore non naturali cum humore exterioribus organis infuſo, cum cibi fuit multitudo, uelut humoris cuiuſpiam putreſcentis, uelut in febricitātibus, euaporatiōe, aut cum ſpiritoſum alioqui corpus eſt. Sępe

Contrario modo ſomniantes, & uigilantes ſentiunt.

Albertus.

Cur ſomnijs decipimur.

Nota.

Phantaſma ſomniantem uehementius mouet, quam uigilantem.

Nerui ſenſuū rè uera in ſomniante afficiuntur.

Argumentum.

Veræ affectionis ſomnij exemplū.

De his, qui dormientes obambulant.

Albertus

Qui ſomniantes loquuntur.

etiam loquimur ſomniantes, & ſunt, qui interrogati reſpondeant, pari cauſa calore extraneo
organum adaperiente: cum conſtet nec ſpiritum, nec naturalem calorem, nec planè uirtutem
ſomni tempore in extimis organis excubare: ac propterea ueram hanc & conſuetam naturæ
apprehenſionem nullo modo eſſe illis reuera, quotquot ſunt, dormientibus, edocente id an
te alia, quod nonnunquam grauiſsimè cadunt, morte accita, quod uigilantibus non obtin-
geret. Nec unquam noſſe poſſunt, quid egerint eundo loquendoúe, qui hoc delirio capiun-
tur, niſi à cohabitantibus certiores facti, etiam ſi ſomnij, cuius occaſione excitati fuere, inter-
dum memoriam habent. Quod ipſum ſopitos eſſe ſenſus, nec quicquam forinſecus interim
Exemplum.
apprehendi poſſe, probat manifeſto argumento. Memoria teneo, materni aui noſtri fratrem
cœlibem, qui hac affectione mirificè urgebatur, nocte quadam ſomnio excitum narraſſe no-
bis, linteamen cum ſtragulo & ceruicali in dolium abdito domus loco ſitũ, aqua plenũ detu-
liſſe, immerſiſſeq; dormientem, ac rediſſe: mane expergefactum, cum nudus iaceret, clamare
cœpiſſe, atq; inquirere de ſtragulo: quod ſerui quærere iuſsi, uix tãdem imo in dolio merſum
cum linteamine & ceruicali inuenerunt. Hoc modo dormientis deprenſo delirio, ex eo tem-
pore, quoties cubitum iret, occludi ſe iubebat, ne quid nocturna inambulatione committe-
ret inſolentius. Multa id genus exempla ſunt, quorum fide conſtet affici intus ſenſuũ neruos,
& motiuam cieri altè interea dormientibus, qui ſic inambulant. Quos uulgus noſtrum pul-
In ſomno qui ambulant, non nominandi.
cherrimo inſtituto primũ ut prehendat, curat, nec ante quẽquam ſuo cõpellat nomine, quod
ea uox familiariſsima auribus facile ſomniantes excitat, efficitq;, ut repente expergefacti, aut
cadant præcipitibus de locis, in quæ plerunq; ſimiarum more cõſcendunt, aut certè grauius
Albertus.
terreantur, dum repente, ubi ſint, aut quid agant, ambigunt. Doctiſsimè autem his de rebus
locutus Albertus in hęc demũ uerba infit: Ex hoc igitur relinquitur, quòd nerui ſenſibiles in
concauitatibus ſuis ſpiritum ſenſibilem habentes directum ad cor per collimitationẽ, quam
habet cum ipſo, in loco, ubi conueniunt ad organa ſenſus communis, informantur ſenſibili-
bus formis prouenientibus à theſauro imaginationis in uapore ſpiritali, quam principium
caloris eleuat. Facile autem & confeſtim ſenſuum organa intrinſecus à ſpeciminibus illis affi
Senſuum organa intus facile afficiuntur.
ci poſſe, eo ipſo Albertus probat, quòd illæ in uno ſubiecto ſint, & organis non diſtantibus
admodum utantur, continuusq; ſit neruus interiorum formarum, quò ad exteriora illa orga
na retro effluunt, per quæ omnia pronior inter ea affectio ſit, quæ Græcis συμπάθια dici-
Alberti laus.
tur, propter continuationem connexionemque naturæ. Idem Albertus, dignus per Iouem,
quem in arcanis naturæ prodendis placitis non imitemur tantùm, ſed admiremur etiam, li-
bro de ſenſu, & eo, quod ſentitur, ſecundo, rationibus ab experientia ductis oſtendit, affectio
nes deforis ingreſſas tenuia quædam ueſtigia naturæ ſuæ in organis relinquere: idq; nõ hoc
ſolum tempore, quo res, à quibus ſpecimina ſenſibilia deſumuntur, coràm poſitæ ſunt, ſed
tunc quoque, cum nihil talium forinſecus afficit. Quod ſi eſt, ut eſſe ille demonſtrat, uidere
eſt uel mediocriter attento, quàm facile organicos neruos retroſus formarum fluxus ciere at
que afficere queat. Nunc illud explicandum, Somnia, hoc eſt phantaſmatum motus, quem-
Somnia multis cauſis uariant.
admodum reliquæ animæ actiones, non ſemper, nec in quibuſlibet, nec pari tenore euenire
poſſe: pacatum enim eſſe oportet ſpiritum, qui formas deuehit: in agitato enim uehemẽtius,
uel in crapula, & fatigatione, ob uaporum denſitatem ſomnium fieri nequit, teſte ante alios
Ariſtotele, qui ab euaporatione uehementi calore ſuſcitata, nimium ſpecierum motum fieri
Qui difficile ſomnient.
ait, quo durante ſomnium fieri nequeat. In quibus enim, inquit, multæ motiones cientur, dif
ficile his apparere dormientibus phantaſma poteſt. Huius rei ſimilitudo quædã in undis eſt,
Similitudo.
quæ dũ placidè fluunt, effigiẽ deſpicientis faciei paulo reddũt exactius, & planè quicquid ob
tenderis, politie ſua repræſentant: quod ſi agitatior inquieta uorticibus eſſe pergat, aut nihil
reddit, aut certe, quę reddit, diuulſa tortuoſaq; exhibet. In humido enim uehemẽter moto, ait
Albertus, Icon apparere nequit. Pari per omnia modo in ſomnio euenit: cuius euidens appa
ritio manet, ſi placidè in ſpiritu motum phantaſma fuerit: ſin tremulus & criſpãs motus eſt,
corrumpũtur formæ, ſuntq; tortuoſæ, & obſcuræ repente diffluentes. Et hæc quidẽ cauſa eſt,
Cur ſomnia repente quandoq; uarient.
cur in ſomnio repente interim diuerſa, interim enormia etiam cernere ſoleamus, rurſum cito
obliuiſci apparentium, nec niſi diſtractorum meminiſſe: quod & ebrijs eo freqũeti motione
uaporum obtingit. Ipſe ſenem noui, mirè alioqui loquacem, & ſalibus plenum, qui frequen-
Exemplum.
tibus in conuiuijs uarijs de rebus commentari aſſolitus, nullam hiſtoriam, ſi quam cœpiſ-
ſet, ad finem perducere ſermone poterat, alijs ſubinde, quæ continuo tamen ſpiritu referebat,
incidentibus: ubi plus ſatis potaſſet, nec, niſi priorum monitus, illuc, unde digreſſus erat, re-
uerti narratione potuit, mire quàm ridiculo ſæpe centone recitato. Quod ideo fit, quod ne
memoria quidem, quę abſtractius tamen, ut ſic dicam, mouet, formas typosq; cogitationum
præ uehementi ſpiritus motione ſatis edere poteſt, repreſsis cõtinue, minimiumq; agitatis,
quæ proditura erant. Sed Alberti uerba digniſsima lectu hoc loco citare libet, quæ libro de
Albertus.
uigil. & ſom. ſecundo in hunc ferè modum habẽt: Oportet autem nos opinari hunc fluxum
fieri, ſicut fiunt modicæ uertigines (uortices intelligit) quæ feruntur in flumine: in ſtante
enim aqua circuli fluunt, ſed in flumine cito fluente res iniectæ faciunt uertiginem, ſed cito
frangitur propter fluxum aquæ: & eodẽ modo arbitrari nos oportet, unumquenq; motum
phantaſmatis

phantaſmatis fieri continue in ſomnio. ſæpe enim uehitur imaginatio uecta in ſua propria ſimilitudine ad principium ſenſus, & ſępe corrumpitur in alias figuras propter fluxum humidi ſpiritualiter euaporantis, quod defert formas phantaſiæ. corrupto enim ſubiecto, neceſſe eſt corrumpi figurationem formæ, quæ in ipſo eſt. Hæc autem corruptio fit propter repercuſſionem uaporis ad concauum capitis, ex quo reflectitur neceſſario in ſeipſum, & non tenet figuram, in qua aſcendit. Hæc enim eſt cauſa, quod ſtatim poſt multum nutrimentum, & præcipue ſi calidum ſit, & multum uaporatiuum, non fiũt ſomnia: eò quod multus motus uaporationis fortiter repercutitur ad craneum, & in ſeipſo refractus non tenet imagines. Eadem etiam cauſa multum teneram, humidam, & mollem habẽtibus complexionem, ut pueris calidis, & humidis multum exiſtentibus, non fiunt, aut raro, & cõfuſa fiunt ſomnia: quia humiditas eorum uaporat multũ à calido, quæ ſæpe repercuſſa nullam omnino tenet imaginem: multus enim & profundus ſomnus eſt propter multam caliditatem, quæ eſt ex nutrimento: & ideo quemadmodum fit in humido, quod uehementer mouet quis, ita in hoc ſomnio eſt. Hucuſq; Albertus: cuius præterita quidem uerba ſunt, ſui ſcilicet temporis: at præſens in eis ueritas eſt, cuius gratia hunc locum citauimus. Exiſtimat autem Albertus moueri formas tali propè impulſu, quali uortices uidemus in leuiter motis undis, cum tanquam ex puncto concuſsionis orbes ſeſe impellentes exeunt, de quibus alibi. Iam ebriorum & ſobriorum affectionibus conſtare poteſt, qualis illa motionum internarum uis atq; diuerſitas exiſtat: certo enim obtutu rem quampiam intueri ſobrius poteſt, ebrius non poteſt: & experimur ebrijs, quicquid uidetur, tremere, gyrariúe, aut certe nutare uideri, non alia magis cauſa, uacillante horum ingreſſu. Quibuſcunq; enim internæ uirtutes graui aliqua, & moleſta affectione tenentur, illis tardum luxumq; gradum eſſe, fatuorum nutabundus docet inceſſus. Manifeſtis autem cauſis ſomnia uariari, & formarum alios atq; alios cieri motus, ætate, cõplexione, affectu, ſtudio, & diurnorum operum conſuetudine, ante indicauimus. Repletis uero crapula raro in ſomni principio inſomnia fiunt propter fumos, quorum identidem meminimus: leuiter paſtis & abſtinentia aſſuetis citius apparent: grauiter fatigatis raro propter profundũ uirtutum ſeſe inſtaurantium abſceſſum: ebrijs ferè nunquã in initijs propter animæ uiolentam ab immodicis uaporibus perturbationem. Pacati igitur ſomni (ut fideliter & ſummatim hãc ſomniorũ difficultatẽ explicemus) hic modus eſt: Cum dormire incipimus, calore ad interiora cũ ſpiritu reuerſo aut repulſo, uaporibus crapula excitis, fumi per principia ſpiſsiores eleuantur: quibus ſedatis digeſtiſq;, in liquido ſpiritu lucere imagines incipiunt. Harum pars, quæ a uiſu in formalem delata eſt, ut uidere nobis uideamur, efficit: pars concentum, clamorem, ſonum ab auditu indito reddit: eodem modo aliorum ſenſuum ſpecimina alias pariunt in nobis quieti deditis affectiões. In purgato autẽ, & ſuæ naturæ relicto ſpiritu motus ſimulacrorum, teſte Alberto, ad ſenſum abit communem, ubi ſe contingunt ſingulorum ſenſuum nerui, mox afficit, & irrorat re ipſa. Alio à latere, legata uirtute iudicãte, inſignis error, qui totum fabulæ Drama conſtituit, oboritur, abſentes res per ſpecimina tanquam uere preſentes agnoſcens: Ibi colloquium, riſus, cantus, iurgia, ſpes, deſperatio, timor, audacia, diuitiæ, paupertas, amor, odium, ſitis, fames, piſcatura, uenatio, aucupiũ, pax, bellum, peregrinatio, agricultura, metus, gaudium, fuga, inſectatio, curſus, & uolatus etiam: ut ne dicam, quod & cadere nobis uidemur, morte quadam iacentibus nobis irrepente, non raro capite plecti, & inſontes cum ſimus, pœnas damus ſomnio. Adeo non ſolum diurnorum ſtudiorum imaginibus, ſed rerum, raro etiam cogitatarum typis hæc locupletiſsima ſcæna conferta eſt: qua non alia maiori aut copia, aut uarietate ſpectatorem detinere queat. Nos interim nihil re ipſa cernimus, nihil agimus, nihil horum ſumus, & eſſe tamen (ô miram rerum naturam) uidemur, nec niſi expergefactis error innoteſcit. Porro monſtroſa, tortuoſaúe, quæ cernimus, ideo fieri Albertus exiſtimat, quod ſimulacrorum organa pulſantium duplex genus eſt: alterum eorum, quæ a ſenſibus ante accepta ad neruorum principia refluunt, alterum illorũ, quę tametſi ab organis allata non ſint, phantaſticæ tamen uirtutis potentia, quæ illiuſmodi uigilantibus quoq; obtendere ſolet, coadunata prodeunt: ueluti ſi bouem uideam ſemihominẽ, quas mirabiles ſomniorum ſpecies plerunq;, aut pictorum ſuggerit licentia, aut Poëtarum gignunt fabulæ: laborant uero hac affectione, ut Auicenna & Albertus docent, atra bili oppreſsi, aut febricitantes ob putreſcentem humorem malignæ naturæ. Ideo Horatius in Poëtica, uelut ægri ſomnia, dixit: quod ea uanas ſpecies dormientibus ciere potiſsime ſoleant. Sed hæc imaginum ratio in ſolo homine uariat propter phantaſticæ cum nobilibus uirtutibus rationalis partis connexionem, in alijs animantibus non adeo: in quibus tamen formæ paulo ante à ſenſibus acceptæ, dum in quodam actu ſunt, facillime mouent: unde fit, ut diurnorum ſtudiorum reliquiæ, de quibus uigilantes aut cogitamus, aut agimus, in ſomno ferè nobis appareant. Sunt & formæ poteſtate, ut Albertus ait, quæ ex figura uaporis ſecundum aliam aliamq; perturbationem, qua ſomnians afficitur, eliciuntur. Secundum quod genus & illa ſomnia ſunt, quæ rerum longe præteritarum formas produnt, quarum diu non meminerimus: quæ ita tamen (mirum) dicto audiẽtes ſunt, etiam in uigilantibus, ut, ſimul atq; uelimus, ſuccurrãt, modò lõga eas obliuio nõ deleuerit. Porrò q̃ ordine formę ſomniãtiũ in ſpi-

Qui non ſomnient.

Pueri infantes non ſomniant.

Diuerſarum motionum exempla.

Nota.

Quæ cauſæ ſomnium uarient.

Somnium quando & quomodo fiat.

Virtus iudicans in ſomnijs ligatur.

Somniorum perſonæ.

Cur horrenda nõ nũquam ſomnia.

Horatius.

Formæ rerum multiplices.

ritu uehantur, quæue actu moueant, qua poteſtate, & qualem eſſe ſpeciminum fluxum intelligere debeamus, Albertus Magnus docet ſecundo capite tractatus ſecũdi libri de ſom. & uigil. ſecundi. ad quem locum lectorem, ne omnia inculcare cogar, relêgo. Ac de inſomnijs quidem proprie dictis hactenus. Quibus uicina ſunt ſolius hominis, altiorum uirtutum agitatione prodita, in quibus uerarum rerum intelligentia plerunque ineſt: ſolet enim & memoriæ promptuarium recludi ſomno, & abſtractiſsimarũ cognitionum formis ſiue magis ſpeciebus ciere ſomnia: quæ uera tamen ſomnia non ſint, præſertim ſi (quod non raro accidit) ſomniare nos intelligamus: cũ

a Troglodytæ nullarũ opum dñi, ſtridẽt magis

plerunque cernimus, quæ ne diurna quidem contemplatione ſatis conſequi poſſumus. Horum diuerſa ratio ab illis cum ſit, diuerſis etiam modis prouenire intelligamus.

Somnia affectorum, & purgati animi diuerſa.

Quibus ſomnia diuiniora obtingant.

Affecti enim & perturbati proprio illi ſomniorum generi frequẽtiſsime obnoxij ſunt, nec fere aliud cum brutis cernunt, modo crapula non toti ſepeliantur. Senſus enim, eiuſque uoluptas, ut Porphyrius Platonicus tradit, ſi inualeſcat, animum profundius in corpus immergit. Quieti autem & perpurgati animi, temperantes, & à rerum humanarum ſtudio ſeſe eximentes, ac diuina tantum ſectati, excellentius hoc ſomnij genus obeunt. Nam ubi humorum eſt quies, neq; bilis in nobis, nec atra bilis, nõ pituita, non ſanguis exuperet aut degrauet: neque rurſus aut crapula, aut uino deprimamur, nec cibo potuue egeat natura, aut poſtremò nulla perturbatione prematur animus, nulla re angatur, nulla lęticia exultet, nihil timeat, nihil concupiſcat, tunc mens noſtra, quæ diuina eſt, & ab omni contagione corporis ſoluta, ac per ſomnium libere in ſuam naturã reuerſa, poteſt ob diuinitatem ſuam futura præuidere, uelut ſcribit Iamblichus, ſæpe à Dijs monita, & ignotarum rerum hoc modo ſcientia prædita.

M. Cicero.

Ita Pythagoras & Plato locupletiſsimi authores tradiderunt, à quibus diſſentiens Marcus Cicero non tam orator grauiſsimus, quàm philoſophus inſignis, nullam uim eſſe diuinam effectricem ſomniorum libro de Diuinatione ſecundo, conſtanter aſſeuerat.

Hieronymus.

Diuus quoque Hieronymus Chriſtianus Cicero in epiſtola ad Pamachium & Marcellam, contra Rufini intentionem, ſomniorum phantaſmatis fidem non adhibẽdam eſſe ait: nec niſi ſomnium fuiſſe contendit, quo coram Chriſti tribunali, quòd Ciceronis ſtudioſus eſſet, ab angelo flagellatum ſeſe, dormienti apparuiſſet. Quod hodie ab idiotis obijcitur literarum ſtudioſis, tanquam re ipſa euenerit, quod phantaſtica pepererat affectio, ipſo Hieronymo manifeſte reclamante.

Inſomnijs non credendum.

Inſomnijs certe uel Macrobio neglectis, non credendum ſcriptura monet, ut Deuteronomij: Non audies uerba ſomniatoris. Somnia fallaci ludunt temeraria nocte, Tibullo: & Maro, Sed falſa, inquit, ad ſuperos mittunt inſomnia manes.

Somnia quædã diuina ſunt.

Iacobi uiſio.

Ioſephi monitio.

Pharao.

Vxor Pilati.

Rurſum ſomnia quædam diuina eſſe, necunquàm temere mota, probat in ſcriptura Iacobi uiſio, Geneſis uigeſimooctauo, & monitio Ioſepho dormienti, ut in Aegyptum abiret, ab angelo facta, teſte Matthæo ſecundo cap. Nec uana fuerunt Pharaonis, & uxoris Pilati ſomnia, ut fatendum ſit contra Ciceronem, à Deo aliquid in ſomno ſignificari. Nec temere fons doctrinarũ Homerus Iliados primo, Somnia ab Ioue demiſſa ſcribit; apud quem Euſtathius διοπετέα propterea dicta eſſe tradit, quod à Ioue mittantur. Pomponius autem de Atlantibus, neque, inquit, illis in quiete qualia cæteris mortalibus uiſere datur. Quod ego ad quoduis ſomniorum genus referendum exiſtimo: ſi enim leuicula illa, & fallacia propter uaporis denſitatem non habent, qui cætera, quæ defecatiora omnia requirunt, cernere poſsint? Mirum autem id euenire carne non ueſcentibus.

Qui nunquam ſomniarint.

Nunquam ſomniare, rarum eſt.

Plutarchus quoque in libro de oraculis, quæ defecerunt, ſcribit Cleonem quendam ex Daulia ſolitum prædicare, multos, quibus uixerat, annos nulla unquam inſomnia uidiſſe, quod & Thraſimedi cuidam accidiſſe ait. Albertus libro de ſomno & uigilia ſecundo, raro inueniri ait, qui non ſomniens, inque ea affectione aduſque uitæ finem perſtent. Quod ſi qui ſint, ſimile eis obtingere ait, quod illis ſolet, qui ſtatim à cibo ſumpto dormientes ſomnia non uident.

Infantes non ſomniant uere.

Ariſtoteles.

Plinius.

Quomodo infantibus accidit, in quibus nuper in lucem aditis nullum penitus ſomnium contrahi, ſed pluribus anno circiter quarto aut quinto ætatis uiſum incipere, Ariſtoteles penultimo capite libri de natura animalium quarti tradit. Plinius autem ultimo capite libri decimi, ſtatim ſomniare infantes ait. Quod quidem ad imperſectam quandam ſomnij rationem referendum, quomodo Ariſtoteles quoque capite decimo ſeptimi de natura animalium, infantes ſomniare ait. Quem locum libro decimoquarto antiquarum lectionum annotauit Cœlius.

Cur Atlãtes non ſomnient.

Albertus.

Iam ut in reddenda cauſa, cur Atlantes non ſomnient, finem faciam, Alberti uerba pro coronide ſubſcribam, quæ loco paulo ante citato ferè ſic habent. Quibuſcunque talis natura & complexio perſeuerat, à qua multa ſpiſſa & permixta euaporatio continue, dum dormitur, aſcendens, in ſuperiorem capitis locum eleuatur: quæ in ſeſe reflexa ſpiſſam multitudinem motus faciat, in loco præſertim, ubi uigiliarum principium eſt: iſti profundo & graui ſomno oppreſſi, nunquam uident aliquod ſomnium.

Troglodytæ.

a Troglodytæ.] Græcis τρώγλη foramen ſiue ſpecus nominatur, hinc illis nomen. Plinius, Troglodytæ ſpecus excauant, hæ illis domus, uictus ſerpentum carnes, ſtridorque, non uox, adeo ſermonis commercio carent.

a Armenta

quàm loquuntur, ſpecus ſubeunt, alunturq́ſ ſerpentibus. Apud Garamantes etiam [a] armenta ſunt ea, quæ obliqua ceruice paſcũtur: nã [b] pronis directa in humum cornua officiũt: nulli certa [c] uxor eſt: ex his, qui tam confuſo parentũ coitu paſsim incertiq́ naſcuntur, quos pro ſuis colant, [d] formę ſimilitudine agnoſcũt. Augilę [e] manes tm̃ deos putãt, per eos [f] deierant, eos ut oracula conſulunt, precatiq́ue, quę uolunt, ubi [g] tumulis incubuere, pro reſponſis ferunt ſomnia. [h] Fœminis eorum ſolenne eſt nocte, qua nubũt, omnium ſtupro patere, qui cum munere aduenerint: & tum cum plurimis concubuiſſe maximum decus, in reliquum pudicitia inſignis eſt.

a Armenta.] Quibus è fronte in nares adeo panda ſunt cornua, ut non niſi flexa ceruice, & obliquo capite paſci queant: ideo præpoſtere paſci ea Herodotus libro quarto ſcribit. Græcis Opiſthonomi, id eſt, retro paſcentes boues dicuntur: ὄπισθεν retro dicitur, νομός paſcua, inde deducto nomine. b Pronis.] Recta fronte petentibus. c Vxor.] Ideo matrimonij exortes Plinius nominat. Meminit & libro ſexto Martia. d Formæ ſimilitudine.] Bello quidem indicio, uerùm perſæpe fallaci. Quanquã pater prolem ſuam eſſe, nulla re magis quàm ſimilitudine agnoſcit, mater quia peperit, dubitare non poteſt. Porrò quòd auis plerunq́ maternis paternisúe adſimiles gignimur, interim diſsimiles parentibus, nõnunquam maſculi mulierum, puellæ marium facies gerunt, ſimilitudine indita, quin & os, naſusq́ patris cum ſint, oculi matris eſſe pergunt, nec adeo trãſlatitia ſimilitudo eſt, ut hoc Maronis ſubinde locum habeat, Sic oculos, ſic ille manꝰ, ſic ora gerebat, fallacem hanc cõiecturam conſtat: nam & fortuita eſt ſimilitudo, uelut puerorum à Torannio M. Antonio uenditorum pro geminis, quorũ alter in Aſia, alter trans Alpes natus eſſet. Et occultam genitalis ſeminis uim aſtrorum uirtute coërceri, mutariq́ poſſe Galenus fatetur. Sunt uerò, qui multum referre exiſtimãt, quas facies, qualesq́, dum gignunt, parentes imaginentur. Ariſtoteles certé libro de generatione animalium quarto, ad ſemen genitale reſpicit: in quo ſimilitudinis latere cauſas, ipſe quoq́ Galenus in libro, qui de duodecim portis inſcribitur, cõfirmat. Solinus 39. capite paterni nominis nullam apud Garamantes reuerentiam eſſe ait, quòd patrem nemo cognoſcat. Scribit Plinius libro ſeptimo, In Africa Pſyllorum fuiſſe gentem, quibus uirus exitiale ſerpẽtibus ingenitum fuerit, ex cuius odore eas ſopirent. Mos illis fuit, liberos genitos protinus obijcere ſæuiſsimis earum, hoc modo coniugum pudicitiam cognoſcentes, ſi fugerint: adulterio uerò cõceptam prolem, ſi manſerint ſerpentes. Meminit & Herodotus libro quarto. Silius de Atyro Pſyllo libro primo: Nec non ſerpẽtes diro exarmare ueneno Doctus Atyr, tactuq́ graues ſopire Chelydros, Ac dubiam admota ſobolem explorare Ceraſte. Idem hoc ingenium & Marmaridis tribuit libro tertio: Marmaridæ medicum uulgus ſtrepuere cateruæ: Ad quorum cantus ſerpens oblita ueneni: Ad quorum cantus mites iacuere Ceraſtæ. In eandem ſententiam de Pſyllis Lucanus lib. 9. ſcripſit. Gellius in 17, Crinitus libro primo, & capite 13. Solinus. *Pſylli.* e Manes.] Augilæ, inquit Plinius, tantùm inferos colunt: per manes autem animas corporibus egreſſas, aut infernos deos intelligimus: hoc enim ſignificat uocabulũ, authore Seruio, quanquam in idem incidant. f Deierant.] Tanquam numẽ horum mendacio uiolare fas non ſit. Nos quoq́ cum iuramus ſerio, eum Deum teſtamur, qui ueri maxime conſcius ſit, falſi uero uindex eſſe poſsit. g Tumulis incubuere.] Eſt & hodie multorũ ridenda ſuperſtitio, credentium furti authorem cognoſci poſſe, ſi is, cui ablata res eſt, cubaturus mortuorũ oſſa puluino ſubdiderit, ſomnio id accepturus uidelicet. Vetuſti inter diuinationis ſpecies ſomnium fecerunt, authore Cicerone: & Dicearchus Peripateticus, cum reliqua diuinationis genera ſuſtuliſſet, ſomnio & furori reliquit locum, ut idem Cicero libro de diuinatio. primo retulit.

h Fœminis eorum.] Augilę (inquit Solinus) fœminas ſuas primis noctibus nuptiarum adulterijs cogunt parere, mox ad perpetuam pudicitiam legibus ſtringunt ſeuerisſimis. Herodotus in fine quarti, eos in propatulo coire Maſſagetarũ more ait. Ex quo Pomponius omnia hæc de Augilis in ſua tranſtulit. Idem author Adrimachidas Pœnorum gentem id moris habuiſſe indicat, ut nupturis uirginibus regi ſuo adductis, copiam fecerint ei deuirginandi, quam uellet. Non mè pręterit, & in Sica Numidiæ oppido templum fuiſſe Veneri ſacrum, in quo matronas proſtituto corpore dotem quęrere patria cõſuetudo fuerit, quod ipſum lib. 15. Cœlius adnotauit, qui 66. capite libri decimi, Lydias, ait, mulieres priuſquã coniugia inirent, corpus in uulgum dare conſueuiſſe: iunctas uiris, ſi deliquiſſent, nullam prorſus uenię ſpem habuiſſe. Nec uerò uitio dari mihi uelim, quòd uel recẽtiſsimos ſcriptores cito, cum ea etiam, quæ uiderim, quęq́ audierim, ubi locus poſtulabit, his noſtris hyponnematib. ſim inſerturus: neq́ illa mihi, quę paucorum eſt, facultas datur, ut in tanta feſtinatione, pleraq́ omnia digna *Varij gẽtium circa fœminas mores.*

ſcitu è fontibus magis, quàm limpidis riuis doctrinarum adferã: ſed ad rem. Scribit Iuſti. lib. 18. morem fuiſſe Cyprijs, uirgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam quęſituras in quęſtum ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamēta Veneri ſoluturas. Et hodie Indicæ uirgines ante connubium proſtituũtur: nuptę uerò prima nocte cum ſacerdotibus iacent, quibus cum regum abſentium uxoribus cubitare, celebre officium eſt, uenali pudicitia. adnotauit hoc ex Cardinalis Vlysbonenſis relatione libro duodecimo Raphaël. Strabo ultimo libro: Ioui à Thebanis ſacerdotibus uirginē genere clariſsimã ſacrari, quæ pellicis more cum quibuslibet coit, mox uiro datur.

Gamphaſantes. a Gamphaſantes.] Plin. Gamphaſantes nudi, pręliorũ expertes, nulli externo congregantur. Idem ex

Martianus, et Solinus ingrati. Plin. Solinus, & Martianus mutuati ſunt, ut propè alia omnia, magna ingratitudine mentionis ſuppreſſæ, à quo fœnerarentur, ut Hermolaus ait. De Blemmyis, & Satyris ijdem eadē, quę Pomp. & nos amplius lib. tertio. b Nihil humani.] Ideo ſupra, terras eos magis habere, quàm habitare dixit: habent enim & feræ, habitant, qui cultiorem reddunt. c Aegipanum.] Quibus caprini ſunt pedes, & extantia cornua. Plinius quoq; Aegipanis, inquit, qualis uulgo pingitur, forma eſt.

Corollarium. ILLVD Coronidis loco adiecerim, Herodo. & lib. 8. Plinium aſſerere, nullum in Africa ceruum gigni: quod naturam prouidiſſe exiſtimarim ob tãtam ſerpentum multitudinem, quas hoc animal mire odit. Quod autē primo Aenei. Maro dixit: tres littore ceruos Proſpicit. &c. more poëtico fictum ait Seruius. Apri quoq; in Africa non ſunt. De urſis Numidicis mirum,

Solino cum Plinio non conuenit. quòd Solino cum Plin. non conuenit: quod lib. 13. Crinitus adnotauit. Miratur Plin. annales retuliſſe, Domit. Aenobarbum urſos Numidicos in Circo dediſſe, cum in Africa urſos nō gigni conſtet. Cap. 36. libri octaui Solinus Numidicos urſos forma cęteris pręſtare ait, multa de

Multi in Libya ſerpentes. urſorum ingenio proſequutus. Porrò tanta in Libya ſerpētum multitudo eſt, ut araturi pręaltis ocreis indutis, haud alio modo morſus uitare poſsint, authore Strabone. Plin. & Herodo. authores ſunt, ſupra Naſamomas, & Macas gentem eſſe, quę ſalis fruſtis è montibus exciſis domos ut lapidibus extruant: quę res inditio eſt illic imbres non eſſe: nam ſi plueret (Herodo, inquit) illic non poſſent manere parietes ſalis. Ipſe Viennę Auſtrię uidi ex Pannonicis ſalis fodinis aduecta fruſta quadrata adeo magna firmaq;, ut quibuſuis ędibus ſtruendis idonea uiderentur.

Nota. Sunt authores receptiſsimi, qui pleraſq; è feris Libycis ęſtate non bibere, hyeme uerò potu ſaturari ſcribunt: natura & hoc ipſum inſigniter prouidente, quod in æſtate maximi Africæ tractus aqua carent, in hyeme non carent: quod munus & chamelis elargita eſt, quatriduo ſitim tolerantibus. Nam ſi auidius ſitirent, perire eos, dum pergrandia, & arenoſa deſerta operam nauant dorſuariam, neceſſe foret.

Nudi ſunt[a] Gamphaſantes, armorũq; omniũ ignari, nec uitare ſciunt tela, nec iacere: ideoq; obuios fugiunt: neq; aliorũ quàm quib. idem ingenij eſt, aut cõgreſſus, aut colloquia patiuntur. Blemmyis capita abſunt, uultus in pectore eſt. Satyris pręter effigiē[b] nihil humani. [c] Ægipanũ, q̄ celebratur, ea forma eſt. Hęc de Africa.

PARTICVLARIS ASIAE DESCRIPTIO. AEGYPTVS.

Aſię prima pars Ægyptus, inter Catabath-

AEGYPTVS.

AEgyptus, cui ab Aegypto Beli filio nomen eſt, agri magnitudine, nec Libyę planè, nec Syriæ, quam utrinque uicinam habet, reſpondet: at copia rerum, & terrę fertilitate longe utrique præſtat: adeo enim eſt intra anguſtos limites ferax, ut in adagium

Adagium. abierit, Sulcus Aegypti Libyæ arenas non curat, quod in omnem locum fertilem, modo non uaſtus ſit, qui uaſtioribus incultis, & deſertis longe anteponendus eſt, uſu afferimus. In Aegypto legumina tertio die naſci Plin. libro decimooctauo ſcriptum reliquit, nec uſpiam alibi citius matureſcere fruges, & eſſe totum tractum herbis nobilem: præterea omni menſe ſationem fieri, idem author alicubi refert. Nec minus in ea Nili beneficio fœcundæ fœminæ ſunt,

Aegypti fertilitas. ſeptenos gignunt, tradente illud ex Trogi authoritate libro ſeptimo Plinio. Idem Ariſtotelem citans Strabo lib. 15. ſcribit. Illud conſtat à ueteribus publicum orbis horreũ Aegyptum nominatam, eiusq; incolas, quod cunctos mortales paſcere, ipſosq; deos hoſpitio excipere poſſent, gloriatos fuiſſe. Vrbium autem inſignium numerum, & magnitudinem, tum & gentis & regum uetuſtatem nemo ſatis pro merito retulerit. Addo inſignem ſapientiam, artium uariarum initia, quas Aegyptijs propè omnes, qui uerum res libris demandarunt, attribuũt: proinde in hæc uerba ex Diony. Rufus Auienus. Nec procul illa uirum gens incolit, artibus olim, Quę prior humanas leges, & iura notauit, Vomere quæ duro, quę longi pondere aratri Sol-

tri Sollicitauit humum, quæ ſectis edere ſulcis Tellurem docuit, cedensq́; à partibus æthram, Prodidit obliquo ſolem decurrere cœlo. Nam Aegyptia Ceres prima, arandi ſeminandiq́; rationem reperit, ſiue (ut Tibullus, & alij multi) Oſiris: & Mercurius ille maximus Aegyptiorum philoſophus, primus apud eos uarios aſtrorũ curſus obſeruaſſe dicitur, ut Siculus Diodorus libro Bibliothecæ primo, & ſecundo adnotauit. Quin & immortalem eſſe animam, & de corpore in corpus migrare primi aſſeruerunt: unde Pythagorica illa palingeneſia mana-

mon,[a] & Arabas, ab hoc litore penitus immiſſa, donec Æthiopiã [b]dorſo cõtingat, ad meridiẽ refugit. Terra [c]expers imbrium, mire tñ fertilis, & [d]hominũ aliorũq; animaliũ perfœcũda generatrix. [e]Nilus efficit, amniũ in noſtrũ mare per-

uit. Hunc enim, queãdmodum Platonem, Homerũ, Solonem, Democritum, Muſæum, Apollonium Tyaneũ, aliosq́; ex uetuſtioribus philoſophis, artiũ gratia capeſſendarũ, ad Aegyptios perrexiſſe notum eſt. HANC igitur fertiliſsimã regionem Pomp. more ſuo ita deſcribit, ut præter illuſtria dignaque lectu, ſituq́; loca nihil reliquorum adijciat, paucula quædam de gentium moribus proſequutus. Plurima de Aegypto Strabo ſcripſit libro ultimo, Diodorus libro primo, & ſecundo, Plinius nono capite quinti libri. Extitit & Appionis eius, qui Polyhiſtor cognominatus eſt, opus nõ incelebre, quo res Aegypti inſignes poſteris reliquit, uelut lib. quinto Noctium ſuarum Gellius ſcribit. Nos ex optimis quibusq; racemationem facturi, id ſolum conabimur, ut Pomponij lectio cupidæ iuuentuti clara fiat, & ſimul compendio locorũ ſine labore fidus lector inſtituatur. Pars prima Aegypti, ea ſcilicet, quæ trans Nilum in ortum ſita eſt: nã quæ citra Nilum Libyam uerſus iacet, ad Africam attinet, ſi modo Africæ terminus Nilus eſt: ſeiungitur autem à Cyrenaica Catabathmo. Hinc Strabo libro ultimo: ſurſum in Nilo nauigantes dextram ripam Libyæ tribuere, ſiniſtrã Arabię eſſe ait. Eãdem partitionem & Herod. fecit lib. 2: de Delta uerò, quę extimis Nili alueis ab Aſia, & Africa ſeiungitur, inferius referemus. Herodoti uerba alicubi hæc ſunt, ut Valla tranſtulit. Porrò Nilus ubi inflatus eſt, non modo Delta inundat, uerumetiam plagam, quę dicitur Africana eſſe, uel Arabica, idq́; utroque uerſus duorum dierum itinere, & amplius uel minus &c. a Ad Arabas.] Qui citra ſinum Arabicum Aegyptijs proximi litus habitant, de quibus libro tertio Pomponius. ab ortu igitur Arabas Nilus, ab occaſu Libycos habet, intermedia Aegypto. Hinc Lu- *Lucanus.*
canus 10. lib. de Nili decurſu: Curſus in occaſum flexus torquetur & ortum, Nunc Arabum populis, Libycis nunc æquus arenis. b Dorſo.] Plinius quoq;, Aegyptus, inquit, introrſus ad meridiem recedens, donec à tergo pretendantur Aethiopes. Horum tractus ſupra Syenem, & Cataractas initium habet. Hinc ſurgentia montana ſecundum utrãque Nili oram in Aegyptium pelagus declinant, inter quę propriè Aegyptia terra eſt: quantum illa diſtant, tantum irrigare Nilus aſſolet. De communibus uerò Aegypti terminis ſic Strabo libro ulti- *Aegypti termini.*
mo: Antiqui id ſolum Aegyptum uocauere, quod habitatur, & à Nilo irrigatur, à locis Syene proximis uſq; ad mare: poſteriores uerò ad hoc uſque tempus omnes ferè oriẽtales partes adſumpſerunt, quę inter Arabicum ſinum ſunt, & Nilum: ab occidente uerò loca uſque ad Abaſes, in ora maritima, ab oſtio Canopico uſque ad eum locum, qui Catabathmus dicitur. Hæc Strabo. Ioſephus lib. belli Iudaici quinto, capite uerò 11. perpulchre indicat, & quarto libro Aegeſippus Aegyptum undiq; partim montibus, partim deſertis, & importuoſo litore munitiſsimam eſſe docet, ut ſit mirum toties eam inuaſam, & tanta preſſam ſeruitute. c Expers imbrium.] Hoc ad æſtatem referas, ubi tota pluuiarum materia à radiorum ſolis prope ad perpendiculum aſſurgentium ui cõſumitur: aliâs pluere in Aegypto indubitatum eſt. Lucanus lib. 9: Cyrenis etiã nũc bruma rigebat. Quod ſi Cyrenis bruma eſt, quis Aegyptijs non *In Aegypto pluuiæ.*
eſſe dixerit? quę quidem minorem declinationem habentibus pluuioſa eſt, ut nobis longius amotis niuoſa. Seneca, in ea parte, inquit, qua in Aethiopiã uergit, aut nulli imbres ſunt, aut rari, & qui inſuetam aquis cœleſtibus terrã non adiuuent: qui alibi ait, Alexandrię niues non cadere, tanquam pluuias illic cadere non neget. Capitolinus, In Gordianis fuit præterea ingens, quę raro in Africa eſt, tempeſtas, quę Gordianũ exercitum ante prelium ita diſsipauit, ut minus idonei milites prelio forent &c. Sed de irrigua Nilo Aegypto Aegeſippus libro de *Aegeſippus.*
Hieroſolymarum excidio ſecundo ſic: Attexamus Aegyptum abundantem opibus ſuis, nec indigentem pluuię cœleſtis, quę ſibijpſi imbres generat, & pluuiarum ubertates creat: deniq; cum ſit feruentior omnibus regionibus, ſola non queritur de ſiccitate: & quod nulli alij loco ſuppetit, alit irriguo ſuas meſſes, nauigatur in arenis, nauigatur per ſata, ubi pluuia neſcitur. In eandem ſententiam idem libro quarto. d Hominum.] Agrippa apud Ioſephum libro belli Iudaici ſecundo, Aegyptum, quæ ad Aethiopes uſque pertingit, opulentamq́; Arabiã, quam Indis conterminam facit, ſeptingenties & quinquagies centena millia incolarum habuiſſe, extra Alexandrinum populum, indicat. e Nilus efficit.] In quo unicã ſpem ſuam *Nili fœcunditas.*
Aegyptus habet, ut ait Seneca: nam ſterilis, aut fertilis annus eſt, prout ille magnus influxit,

aut parcior. Inde eſt, ut nemo aratorū in Aegypto cœlum ſuſpiciat. quod ex Seneca deprom-
Claudianus. ptum, eleganter Claudianus huiuſmodi uerbis reddidit: Felix, qui Pharias proſcindit uome-
re terras, Nubila non ſperat tenebris condentia cœlum, Nec grauiter flantes pluuiali frigore
Coros Inuocat, aut arcum uariata luce rubentem. Aegyptus ſine nube ferax, imbresqꝫ ſere-
nos ſola tenet, ſecura poli, non indiga uenti, Gaudet aquis, quas ipſa uehit, Niloqꝫ redundat.
Vbi per ſerenos imbres fœcundam Nili irrigationem, quę ſereno etiā cœlo fit, intellexit. Pli-
nius quoqꝫ in Panegyri ad Tra-
ianum, Aegyptus, inquit, alen-
dis augendisqꝫ ſeminib. ita glo-
riata eſt, ut nihil imbribus cœ-

meātiū[a] maximꝰ. Hic[b] ex deſertis Africę miſsꝰ,

loqꝫ deberet: ſiquidem proprio ſemper amne perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pingue-
Tibullus. ſcere, quàm quas ipſe aduexerat. &c. Tibul. libro 1. ad Nilum: Te propter nullos tellus tua po-
Locus Senecæ. ſtulat imbres, Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. Quem uerſum citauit Seneca libro nat.
q. quarto: quanquam, corruptis propè omnibus exemplaribus, ſic legendum eſt: Nemo ara-
torum aſpicit cœlum. quare cum poëta in eo iocor, & illi Ouid. ſuum impingo, qui ait: Arida
nec pluuio ſupplicat herba Ioui. Libet mihi, inquit, cum poëta iocari, Iouem pluuium Aegy-
ptiacis herbis contemptui eſſe prædicante, & illi Nilo Ouidium ſuum impingere. Ouidium
autem ſuum dixit, non quod is uerſus Ouidij ſit, ſed magis quod à Tibullo egregie laude-
tur Nilus, ut multa peculiariter ab Ouidio commendantur: aut reuera Ouidium pro Tibul-
lo Seneca ſcripſit, eorum negligentia deceptus, quibus, cum libros editurus eſſet, in alienis
operibus perlegendis confiſus eſt: pleraque autem illi aliter, quàm res habuit, adnotarunt.
Nilus unde dictꝰ. NILVS autem dictus quaſi νέαν ἰλύν ἄγων, hoc eſt, nouum limum trahens, ut Seruius Georgi.
quarto, & nono Aeneid. ſcribit, antea Melonem dictum à Latinis aſſerens: alij à Nilo Cyclo-
pis filio, qui rex Aegypti fuit, cū ante, ut Diod. ait, Aegyptus nominatus eſſet: à multis Tri-
ton dictus, & in totum Homero Aegyptus, authore Plinio. Ob eximiam uerò fertilitatē uerè
eum aureas arenas trahere dici poſſe, Athenæus ſcripſit Græcus author: Homerus cœleſtem
nominat: Parmenes autem Byzātius inſignis Poëta Aegyptium Iouem dixit, quod aliæ ter-
rę Ioue pluuio irrigentur, Aegyptus autem non niſi Nilo ſuo: ut belle dixerit Claudianus:
Niloqꝫ redundat. Et Palæmon ex Dionyſio: Non alius tantum fluuiorum ditat arenas, Atqꝫ
trahens limum complectitur ubere campos. Et in conſulatu Theodori Claudi. Lene fluit Ni-
lus, ſed cunctis amnibus extat Vtilior. a Maximus.] At quarto libro Herodotus, Iſter,
inquit, omnium, quos nouimus, fluuiorum maximus. Sed maiorem eſſe Danubio Nilum ex
his intellexi quandoqꝫ, qui utrunqꝫ amnem haud longe ab oſtijs nauigarunt: quanquam & il-
le ſeptem oſtijs Euxinum illabitur, de quibus ſuo loco. b Ex deſertis Africæ.] Vnde cre-
ſcere incipiat Nilus, ſi comprehendi poſſet, cauſæ quoque incrementi inuenirentur, ait Sene-
ca. Inde illa eſt tanta apud receptos authores de origine eius, deqꝫ incremento diuerſitas. De
Variæ de ortu Nili capite maiores nihil prorſus conſtitutum habuerunt, animum in eo perquirēdo deſpon-
Nili ſententiæ. dentes. Vnde illud Lucani libro decimo: Arcanum natura caput non prodidit ulli, Nec licuit
populis paruum te Nile uidere, Amouitqꝫ ſinus, & gentes maluit ortus Mirari, quàm noſſe
tuos. &c. Et libro primo Tibullus: Nile pater, quanam poſſum te dicere cauſa? Aut quibus
in terris occuluiſſe caput? Conati quidem Macedones duce Alexandro, & Aegyptij Seſoſtre
eorum rege, qui totam Aethiopiam uſqꝫ ad Cinnamomi regionem peruagatus eſt, ut Stra-
bo ſcribit: Cambyſes quoqꝫ, qui uſqꝫ ad Neroēn progreſſus eſt: omnium uerò maxime Ptole-
mæus cognomento Philadelphus, qui cum corpore eſſet imbecilli, noui ſemper aliquid per-
quiſiuit, ut ſeſe oblectaret. Antiquiores enim Aegypti reges minus eiuſce rei ſtudioſi fue-
runt, quanquam tunc quoqꝫ ſapientiæ dediti. At poſtquam ea loca Romanorum armis peti-
ta fuerunt, certiora magis allata ſunt, Gręcis Latinisqꝫ ſcriptoribus, quæ nō uno tempore ob-
ſeruarunt, adnotantibus: tametſi Plinius ſcribit, fama tantum, inermi quęſitu, cognitum eſſe,
Ptolemæus. bellis, quæ cæteras omnes terras inuenere. PTOLEMAEVS Nilum è paludibus auſtra-
libus, undas è montibus, quos Lunę nominant, ſuſcipientibus, oriri exiſtimauit: in quem ſu-
pra Meroēn, ab ortu duo grandes fluuij deſcendant, quorū alterū Aſtapum, Aſtaboram alte-
Ariſtoteles. rū appellari ſcribit li. 4. Ariſtoteles quoqꝫ in lib. de Nilo (ſi modò Ariſtotelis eſt, ut equidem
minime dubitarim) ex interiori Aethiopia profluere amnem, eo ipſo indicat, quod in ratio-
Seneca. nis Anaxogoræ cōfutatione, Aethiopia, inquit, & Libya inhabitabiles propter ęſtū: ex Aſia
aūt non cōtingit ipſum fluere. Seneca lib. nat. q. 6. audiſſe ſe Centuriones duos, quos ad inue-
ſtigandū Nili caput Nero miſerit, affirmat, qui ſe, auxiliātib. Aethiopię regibus, ad ulteriora
Aethiopię progreſſos, ad immenſas paludes perueniſſe dixerūt: quarū exitū ne incolæ quidē
norint, nec ſpes ulla ſit noſcendi, quod implicitę ſint aquis herbę: unde fiat, ut nec pediti elu-
Diodorus. ctabiles ſint, nec nauigio, quod niſi paruū & unius hominis capax limoſa palus nō ferat. Inibi
Strabo. uidiſſe ſe duas petras affirmarunt, ex quib. ingens uis fluminis excidiſſet. Diod. lib. 1. Nilum
à meridie ad ſeptentrionem ferri ait, ortū ex fontibus in extremis Aethiopię finibus, ad quæ
loca propter ęſtus intemperiem nullus aditus ſit. Strabo ultimo lib. Nilus, inquit, ab ultimis
Aethiopię finibus recta fluit ad ſeptentrionem, uſque ad eum locum, qui Delta appellatur.

Achoreus

Achoreus ille apud Lucanum, medio cõſurgis ab axe, ait: uerum incertæ eſſe originis indicat. *Claudianus.*
Hinc Clau. Qui rapido tractu medijs elapſus ab Auſtris, Flammiferæ patiens zonæ, cancriq;
calentis, Fluctibus ignotis noſtrum percurrit in orbem, Secreto de fonte cadens, qui ſemper
inani Quærendus ratione latet, nec contigit ulli Hoc uidiſſe caput, fertur ſine teſte creatus,
Flumina profundens, alieni conſcia cœli &c. atq; hæc quidem ex Lucano deprompſit. IVBA *Iuba.*
Mauritaniæ rex, quem ob ingenij præſtantiam paterno regno Auguſtus donauit, de Libycis

nec ſtatim[a] nauigari facilis,[b] nec ſtatim Nil9 eſt: & cùm diu[c] ſimplex, ſęuusq; deſcẽdit circa[d] Meroẽn late patẽtẽ inſulã, in[e] Æthiopiã diffundit, alteraq; ex parte[f] Aſtaboras, altera Aſtapus di-

rebus, ut cõperire eas potuit,
ſcriptũ reliquit. Is Nilum oriri
ad montem interioris Mauri-
taniæ haud procul ab oceano
aſſeruit, è lacu ꝓtinus ſtagnan
te, quem Nilum uocant: argu-
mentum habuit, quòd Croco
dili, & pleraq; piſcium genera,
quæ in Nilo peculiaria ſunt, in eodem ſpectentur: quamobrem Cęſareæ ortus eius cũ his, quę
in Nili alueo ſpectantur, hocq; lacu educantur, in Iſæo dicatus ab eo, ſpectatur hodie; inquit
libro quinto Plinius, cuius uerba eo libentius cito, quod in pleriſq; codicibus adeo perplexo *Locus Plinij.*
ordine ſcripta ſunt, ut uel Hermolao difficultatem pepererint. Eorũ ſenſus eſt, Iubam regem
tanquam induſtriæ cõgratulantem ſuæ, ac de Nili fonte reperto gloriantem, ortum Nili unà
cum piſcibus alijsq; in eius alueo uiſis inſigni pictura, Cęſareæ, quę nota Mauritanię urbs eſt,
in Iſæo templo dicaſſe, temporibus Plinij ſpectabilem. Id enim hominum ingenium eſt, ut in
rebus à ſe repertis multam gloriam ſtatuant. POMPONIVS tertio libro, in horum fini- *Pomponius.*
bus, inquit (Aethiopes, qui ſupra Mauritaniam habitant, intelligens) quem Nili eſſe aliqua
credibile eſt, Nuchul ab incolis dicitur, & uideri poteſt non alio nomine appellari, ſed à bar-
baro ore corruptius. Alit & fluuium, & minora quidem, eiuſdem tamen generis animalia gi-
gnens: alijs omnibus in oceanum uergentibus, ſolus in mediam regionem ad orientem abit,
& quonam exeat, incertum eſt. Inde colligitur, Nilum hoc fonte conceptum, actumq; aliquã-
diu per inuia, & ideo ignotum, iterum ſe ubi ad Eoa proceſſerit, oſtendere. Hactenus Pomp.
Cui Plin. accedit, qui lib. 5. cap. 21. apud Heſperios, inquit, Aethiopas fons eſt Nigris, ut pleri- *Plinius.*
que exiſtimauere, Nili caput &c. Huic autem à Nilide ſcaturiginem eſſe, ex Iubę ſententia lib.
5. ſcripſit, ubi de eius profluuio non tam elegãter, quàm copioſe, ad Senecę imitationem retu-
lit, & ex Plin, ut ſolet, uerbis tantum mutatis Solinus. Refert Herod. lib. 2, ſe ex pleriſq; Cyre- *Herodotus.*
neis, cum illic ageret, accepiſſe, id quod ante illi ex Dicearcho Hammoniorum rege intellexe-
rant: huc aũt ex Nazamonibus ad ſe profectis, iuuenes aliquot Nazomonas aqua; & cibarijs
probe inſtructos, in interiorẽ Libyã perrexiſſe: poſt uerò multas ſolitudines emenſas, ad ho-
mines ueniſſe alienæ prorſus lingue, adq; urbem, quam grandis fluuius ab occaſu in ortũ ten
dens præterlaberetur, in quo, ut in Nilo, Crocodili apparerẽt. Id ita eueniſſe mihi maxime eſt
ueriſimile. Quanquã Diodo. (quę Gręcorũ inuidia eſt) Hero. ea in re fidem nõ adhibendã eſſe
ait lib. 1. cũ tamẽ Iubę, Pomp. Vitruuio, & Plin. cũ Hero. conueniat. VITRVVIVS lib. de *Vitruuius.*
Architectura octauo, cap. 2. in Iubæ ſententiam pedibus uadens ſic refert: In Mauruſia, quam
noſtri Mauritaniam appellant, ex monte Atlante Dyris, qui ortus ex ſeptentrionali regione
progreditur per occidentem, ad lacum Heptagonum, & mutato nomine dicitur Nigir. & in-
fra paulo: Ab hiſq; paludibus ſe circumagens per flumina Aſtaſobam, & Aſtaborã, & alia plu
ra peruenit per montes ad Cataractam, ab eaq; ſe pręcipitans per ſeptentrionalem prouenit
inter Elephantida, & Syenem, Thebaicosq; in Aegyptum campos, & ibi Nilus appellatur.
Hæc Vitruui. ſed diuerſitas eſt, quod Dyrin nominat, ab Atlante forte, quem accolæ quoque
Dyrin dicunt: Iuba Nilin, è quo Nigris alibi erũpat, qui Nigir à Vitruuio dicitur: quanquam
Hermolaus pro Nigir, Agger legit è uitioſo fortaſsis codice magis, quàm pro ſua ſententia.
Hunc attigiſſe caſtris ſuis Suetonium Paulinum Claudij in Mauritanijs præfectũ, Plin. teſta-
tur. 1. cap. libri 5. MELA ex deſertis eum mitti aſſerit: utpote, nullius addictus iurare in uerba
magiſtri. Scio recentiorib. in locorũ perquiſitione maiorem fidem deberi. Ipſe ex tãta ſcripto
rum uarietate, Nilum non tam ab meridie, quàm ab occaſu augeri undis, haud uana coniectu
ra contenderim, quam infrà reddam. a Nauigari facilis.] Multi enim in interiori Aethio
pia pręalti ſcopuli alueum eius exaſperant, ut Herod. lib. 2. ſcribit. b Nec ſtatim Nilus.]
Vel quod Nili nomen non protinus habet, uel quod uenientes paſsim undas in unũ alueum
non illico corriuat. c Simplex.] Vnus. d Meroẽn.] Præclara illa inſula, & earũ, quas *Meroë.*
Nilus ambit, prope maxima. Nomen habet à Meroẽ Cambyſis ſorore, uel ut Diodorus ait,
matre ibi mortua, cum ad Aethiopas ingreſſus eſſet, authore Strabone: in ea eiuſdem nomi-
nis grandis ciuitas eſt, cuius Herodotus meminit. De illa Luca. 10. lib. Ambitur nigris Meroẽ
fœcunda colonis, Læta comis hebeni &c. Illa regia eſt, & metropolis Aethiopum, de qua mul
ta Diod. lib. 1. & lib. 17. Strab. Inſula longitudinem habet trium millium ſtadiorum, latitudi-
nem mille, quod inibi Strab, ubi de Aethiopibus à Romanis uictis mentio eſt, proſequitur.
e Aethiopiã.] Illam ſcilicet, quę Aegypto imminet ab Auſtro. f Aſtaboras.] Diſſentiunt

ctus eſt.[a] Vbi rurſus coit, ibi nomen hoc capit. Inde [b] partim aſper, partim nauigia patiens, in immanẽ [c] lacũ deuenit: ex quo pręcipiti impetu egreſſus, &[d] Tachẽpſo alterã inſulã amplexus, uſꝗ ad [e] Elephantidẽ urbẽ Ægyptiã atrox adhuc ferueſꝗ decurrit. Tũ demũ [f] placidior, & iã penè nauigabilis, primũ iuxta [g] Cercaſorũ oppi-

nonnihil hoc in loco ſcriptores. Ptolemęus uult Aſtapum & Aſtaboram ſeorſum amnes à latere Eoo, è paludibus remotioribus lapſos, in Nilum aliunde uenientem deſcendere. Quod ipſum & Strabo à principio ultimi libri ex Eratoſthenis ſentẽtia, qui Nili decurſum graphicè deſcripſit, refert. Plinius capite nono quinti libri, Nilum in Aethiopiam per deſerta illapſum accolarum lingua Aſtapum, hoc eſt, aquam è tenebris profluentem, appellari ait. Ad Meroẽn uero, quam amplectitur, læuo alueo Aſtaborã dici, id eſt, ramum aquæ uenientis è tenebris: dextero aũt Aſtuſupem, quod ramum latentis aquæ ſignificet, nominari. Idem eius ſimia Solinus refert. Vitruuius quoque lib. 8. Aſtaſobæ meminit & Aſtaborę, ut amnium, quos

Nilus ubi. ſecum rapit Nilus. Plinio cum Pomponio propè conuenit. a Vbi rurſus coit.] Plinius, nec ante Nilus, quàm ſe totũ aquis concordibus rurſus iun-

Siris. xit. Dionyſius poëta, Sirin ab Aethiopibus Nilum dici ſcri-

Diris. bit, antequã totus confluat: Vitruuius uero Dirin à monte, ex quo oritur. Rufi uerſus ex Dionyſio hi ſunt: Hic qua ſecretis incidit flexibus agros, Aethiopum in lingua Siris ruit, utꝗ Syenem Cœrulus accedens diti loca flumine inundat, Nomine ſe claro Nilum trahit. & reliqua. Dictum Sirin autumat Stephanus & Euſtathius à Sirio, quoniam ſub ortum canis per introitum ſolis in leonẽ augeatur, ut Hermolaus ſcribit. Seneca certe infra Philas amni coëun-

Philæ. ti nomen Nili eſſe ſcribit. Eius uerba hęc ſunt: Philę inſula eſt aſpera & undiꝗ prærupta, duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Philæ autem Straboni infra Meroẽn ſunt, ad quas ipſe Strabo ſe ex Syene plauſtro per plana aliquan-

Lucanus. do uectum ſcribit. Meminit & Lucanus libro decimo: Rurſus multifidas reuocat piger alueus undas, Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura, Regni clauſtra Philæ. &c. Ab his uero haud longe abeſt, ſolis antiſtibus preſſa Abatos inſula, nomen ſortita à difficili acceſſu: de

Seneca emendatur. qua Seneca & Lucanus: quanquam apud illum corruptè Abactos legitur: & ibidem, illa prima ſaxum, corrupte pro, In illa primum lapſum, paſsim codices habent. b Partim aſper.] Propter Cataractas, hoc eſt, pręcipites & torrentes undarum ex aſperis & urgentibus ſcopulorum anguſtijs lapſus, qui in Nilo multi ſunt, ob crebra inſularum rupiumꝗ è medio alueo extantium impedimenta: mitem enim alioqui, & dulciſsimi hauſtus fluuium, immania ru-

Cataractæ duæ. pium obſtacula ita exaſperant, ut ſęuus quidem, ſed minime ſua culpa, inſurgat. Strabo duas Cataractas facit: maiorem, qui in montanis eſt in Aethiopiam uergentibus, & minorem, qui Syene proximus. In utraꝗ tantus colluctantium undarum ſonitus, ut, qui iuxta ſunt, ſufferre diutius nequeant, multis, qui aſpera illic habitarunt, ſedes ad quietiora transferre coactis: ut Seneca ſcribit lib. nat. q. quarto. Hinc Africanus apud Ciceronem lib. de repub. ſexto, gentem quæ ad Nili catadupa accolit, ob ſonitus magnitudinem ſenſu audiendi carere dixit. Frequentia illic (Diod. inquit) ſaxa ſcopulis ſimilia, aquam magna uertigine mirabiliꝗ alliſam reflectunt, inꝗ contrarium curſum ſpumis agunt redundantibus: quæ res ſtuporem aſpicientibus præbet. Et Seneca Nilum ait, poſtquam in ſcopulos cautium librauit, ſpumare. Quod ipſum ſi mediocres per aſpera delapſi amnes faciunt, quid de Nilo dubitamus? qui ubi infra Meroẽn confluxit, latitudinem duorum & uiginti ſtadiorum habet, authore Diodoro. Et

Intermina mortalium audacia. ſunt illic tamen (ut intermina eſt mortalium audacia) qui tenuibus ſcaphis, in regum illic ſpectaculum, inſidentes, per ingentia præcipitia unà cum amne decidant incolumes, ac iaculi more per impetum rapti elabantur: quod Strabo ſcribit, & Seneca tanquam incredibile miratur. Tales apud nos & in Rheni Cataractis remigare audio, qui ære uili uitam mercantes, naues exoneratas per rupium anfractus ſummo diſcrimine traducunt. Cataractas Cicero

Catadupa. & Herodotus catadupa nominant ab immenſo ſonitu, nam δοῦπον ſonitum dicunt, & δουπέω idem eſt, quod cadendo ſono. c Lacum.] Poſſet legi, Locum, ut Cataractas intelligeret: ſed ut lacũ legamus, illud mouet, quod iuxta Syenen & Elephantinam, profundũ & immenſum Nilum habere Herodotus credidit: quẽ, ut ſępe, Mela hoc loco ſequutus eſt. Sed garrire eum Strabo ait lib. ult. qui & Nili fontes, & illa immenſa his in locis eſſe planè negat. d Tachempſo.] Eius inſulæ Herodotus non ſemel meminit lib. 2. e Elephantidem.] Plinius. 5. libro, Elephantis, inquit, inſula infra nouiſsimum Cataractem, nauigationis Aegyptię finis, ubi Aethiopiæ conueniunt naues: nanꝗ eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad Ca-

Naues plicatiles. taractas peruentum eſt. Ipſe Strabo ſe in Syenem inſulam mediterraneæ cognominem traieciſſe lib. ult. ſcribit. Placidior.] Nam hucuſꝗ nauigatur. Nilus enim ad Elephantidem uſꝗ nauibus aſcenditur, ulterius autem progredi Cataractę non ſinunt, ait Ioſephus cap. 11. lib. de bello Iudaico quinti. g Cercaſorum oppidum.] Herodotus quoꝗ lib. 2. Cercaſorum ur-

bem

dū triplex eſſe incipit: deinde ſemel iterūqꝫ diuiſus, ad [a] Delta & ad Metilin it per omnē Ægyptū uagus, atqꝫ diſperſus, [b] ſeptēqꝫ in ora ſe ſcindens, ſingulis tamē grādis euoluit. Nō pererrat aūt tantū eam, ſed æſtiuo ſydere exundās etiam

bem refert, iuxta quam, inquit, ſcinditur Nilus, in Peluſium fluens, & Canobum. De Metili in urbibus Stephanus meminit: & Metiliten nomon Plinius.11. capite libri quinti inter alios numerat. Notandum uerò, ſupra hæc loca Nilum quoqꝫ aperiri, & inſulam facere, quam Nili nominarunt, longam paſſuum. 50. millia, cuius Ptol. & Plin. meminere, uerum alueis rurſus coēuntibus. a Delta.] Terra, quæ extimis alueis fundentis ſe Nili clauditur, à triquetra figura Græcæ literæ uocabulo Delta nominata eſt, habetqꝫ proprie nomen Aegypti ab Africa Canopico oſtio, ab Aſia Peluſiaco ſeparata. 170. millium paſs. interuallo, ut ſcribit Plin. *Delta.* Eſt autem expanſæ manui nō abſimilis, & in totum, mari noſtro, & Nilo inſula facta. De qua perpulchra Strab. & Diodo. Hircius libro bellorum ciuilium quarto: Locus eſt, inquit, ferè regionum illarū nobiliſsimus, non longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen à ſimilitudine literæ cepit: nam pars quędam fluminis Nili deriuata inter ſe, duobus itineribus paulatim medium inter ſe ſpatium relinquens, diuerſiſsimo ad litus interuallo à mari adiungitur. Indicat Ptolemęus tab. Africæ tertia. Hanc terram aliquando non extitiſſe Ariſto.6.cap. ſecundi Meteorum refert, & lib.2. Herodo. Delta, inquit, eis, ut ipſi dicūt, & mihi uidetur, defluxa humus eſt, ac nuper, ut ſic dicam, extitit. Argumentum eſt, quod è Cyrenaica per Catabathmon in Aegyptum, ceu in uetuſtum quendam Nili alueum deſcenditur. Fluuij ergo munus iure appellari poteſt, ut lib. primo Strab. ait. Et Seneca Aegyptum ait non tantùm terrarum fertilitatem, ſed ipſas quoque terras Nilo debere. Id autem ita eſſe illud quoqꝫ argumento eſt, quod Pharos inſula aliquando magno interuallo à contenti ſeiuncta, poſt peninſula facta eſt, terris illic auctis, & pelagus urgētibus, de qua nos alibi. *Delta non ſemper fuit.* b Septem in ora.] præcipua: nam et alia ſunt tenuia, quæ nomen non merentur, ut Strab. pleraqꝫ uero manufacta oſtia, ut libro Meteorum primo Ariſtot. Lucan. in octauo: Gurgite ſepteno rapidus mare ſummouet amnis, Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis, Aut Iouis, in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

c Aeſtiuo ſidere.] Idem Sene. Diodo. Herodo. Plinius. Sed Plinium ſequi libet, cuius hæc lib.5. uerba ſunt: incipit creſcere Luna noua, quæcunque poſt ſolſtitium eſt, ſenſim modiceqꝫ, cancrum ſole tranſeunte, abūndantiſsime autem leonem: & reſidet in uirgine iiſdem, quibus accreuit, modis. In totum autem reuocatur intra ripas in libra, ut tradit Herod. centeſimo die. *Tempus incrementi Nili.* Ariſto. (niſi me lectionis fallit memoria) Plin. & Senecæ contrarius, ſubito uenire Nilum credidit. Non ſolam autem Delta irrigat, ſed & ſuperiorem. Porrò Nilus, inquit Herod. ubi inflatus eſt, non modo Delta inundat, uerumetiam plagam, quæ dicitur Africana eſſe, aliquoties & Arabicam, idqꝫ utroque uerſus duorum dierum itinere, & amplius eo uel minus. Strab. lib. ultimo, eam Aethiopiæ regionem, quæ ſtatim ſupra Syenen, & Cataractas eſt communiter cum Aegypto irrigari ſcribit. Quicquid autem iuxta non adiuuit, id ſterile & ſqualidum iacet, inquit Seneca. *Nili irrigatio.* Eam ob rem iuxta habitantibus tanta admittendi Nili ſolicitudo eſt, ut foſsis eum plurimis in longinqua abducant, & decreſcentem perſępe intercipiant, aquas in longiorem uſum ſeruaturi: foſſas eas ſuperfluentis Nili receptacula Tacitus uocat. Vbi uero altior locus eſt, quàm ut obduci fœcundo illo humore poſsit, cocleis multa induſtria ad id comparatis, ſurſum aqua ducitur. Author eſt horum libro ultimo Strab. Scribit libro 3. bellorum ciuil. Hircius Alexandriam ferè totam ſuffoſſam, & ſpecubus cauam ad Nilum pertinentibus: quibus aqua in priuatas domos inducitur, quæ paulatim liqueſcens, & ſubſidens fontalis aquæ loco bibitur. Alioqui fons tota urbe nullus eſt: & ea quę flumine Nilo fertur, adeo eſt limoſa, atque turbida, ut multos urioſqꝫ morbos efficiat. Mira autem natura fluminis, quod cum cęteri amnes abluant terras, & euiſcerent, Nilus tanto cęteris maior, adeo nihil edit, nec abradit, ut contra adiiciat uires, nimiumqꝫ in eo ſit, quod ſolum temperet: Seneca author. Eſt & id haudquaquam omittendum, eſſe illic puteos, qui unà cum Nilo creſcunt, & decreſcunt: in his omnia fluuij incrementa obſeruantur. Nam in eorum marginibus notę quędam ſunt menſurę incrementorum. Strabo Nilometria appellat. *Nilometria.* Ex his quantum augeantur undæ, qui obſeruant, in uulgus produnt: & ſi lentius aſſurgit, foſsis ſtudent aquas retinere, ſi iuſtius extuberat, ocio genioqꝫ dediti, fertilem expectant annum. Maiora etiam incrementa, maiores prouentus principibus denuntiant. Hęc ferè ex Strabone, & Diodo. Iuſtum incrementum, inquit, Plin. cubitorum eſt ſedecim: minores aquę non omnia rigāt, ampliores detinent tardius recedendo: hę enim ſerendi tempora abſumunt ſolo madente: illę non dant, ſitiente. In 12. cubitis famem ſentit, in 13. etiamnum eſurit 14. cubita hilaritatem afferunt 15. ſecuritatem. 16. delitias. Perſæpe itaque Nili tenuitas famem parit, ut eo anno, quo truncatus in Aegypto Pompeius eſt, & iterum Traiani imperio, ut Plinius iunior in Panegyri ad Tra. ſcripſit. Porrò pulcherrimus aſpectus eſt inundationis diebus, urbium, uico-

rum & mapalium more Cycladum extantium: latent campi; opertę ſunt ualles, nec ullum in mediterraneis niſi per nauigia commertium eſt, maiorq́ꝫ eſt lętitia gentibus, quo minus terrarum ſuarum uident, uti eleganter Seneca ſcribit. Pecora interim in ſtabulis recluſa nutriūtur à colonis, ad id antea pręparato paſtu: uulgus, remiſsis operib. ruſticis, ocioſum epulis indulget, ac uoluptati. Ex Dio. *Hippopotamus.* a Hippopotamos.] Hoc eſt, fluuiatiles equos, quib. ungulę fiſſę, quales bubus, dorſum equi, & iuba, & hinnitus, roſtrum reſupinū, dentes adunci, ut apris, ſed minus noxij, ut Plinius capite decimooctauo, octaui libri ſcribit. De hoc animali ſic *Calphurnius.* Calphurnius in Aegloga, cui titulus Templum: Spectaui uitulos, & equorum nomine dignū, Sed deforme pecus, quod in illo naſcitur amni, Qui ſata riparū uenientibus irrigat undis. *Crocodilus.* b Crocodilos.] Terribilis hæc contra fugaces bellua eſt, fugax uerò contra inſequentes, ut Plinius. Seneca, fugax, inquit, animal audaci, audaciſsimū timido. Mirum eſt, id animal, quod ex ouo gignitur, in longitudinem 18. cubitorum excreſcere, ut Plin. 8. li. aſſerit. Lingua caret, maxilla tantum ſuperiore mobili, dentibus acerrimis, & in ſęuitiam pectinatim coēuntibus. Ipſe Viennæ uidi, Venetijs aduectos complures cubitorum 6. & tenellos etiamnum unius cubiti, lacertis noſtratibus grandiuſculis admodum ſimiles, niſi quod colore plerunqꝫ ſunt flauo. Sunt in Aegypto Tentyritæ huic belluæ natura aduerſi, ſicut ſerpentibus in Africa Pſylli, à quorum etiam olfactu abhorrent: hi claua in os addita cōtra morſus, captiuos è profundo in ripam trahunt, &, ut libet, tractant. De quibus in 8. Plin. & lib. ulti. Strabo. Seneca quoqꝫ libro nata. q. 4. Sed in hoc diuerſus, quod nō generis proprietate aut ſanguinis, ſed temeritate potius uincere belluas illos exiſtimat. Eius uerba hęc ſunt: Nec illos Tentyritæ generis aut ſanguinis proprietate ſuperant, ſed contemptu & temeritate. Etiam ſi *Locus Senecæ.* apud Senecam Tinctur ę pro Tentyritæ, & ſeparant pro ſuperant, uel in emendatis exemplaribus legitur. Scripſit aliquando Aurelius Feſtiuus, ille, qui Aureliani libertus fuit, Firmum Aegypti tyrannum Crocodilorum adipe perunctum, inter Crocodilos impune innataſſe: id quod Spartianus adnotauit: ut uериſimile ſit, immanem ſęuitia beſtiam ſui generis odore ſeductā naturę parcere, nō homini. c Glebis infundat animas.] De animalib. Ouidius, & Diodorus. Verū quod ad humanā effigiem attinet, nunquā equidem credidiſſem, niſi ex annalib. Matthęi Palmerij Florentini, qui apud Euſebiū in chronicis Hieronymi & Proſperi hiſtorijs ſubiuncti extant, certior factus eſſem. Hic ſeptimo anno pontificatus Pelagij, in *Matthæus Palmerius.* Nilo animalia maſculina, & fœminea uiſa eſſe ſcribit, quę ad lumbos uſqꝫ humanam effigiem habuerint: eaq́ꝫ ipſa per Deum adiurata, à matutino aduſque nonam horam ſe uidenda præbuiſſe. d Creſcit porrò.] Incrementi rationes, pro diuerſitate aliter alitérq́ꝫ ſentientium, referunt potiſsimum Ariſto. Diodo. Seneca, Plinius. e Siue quod ſolutæ.] Ita ſenſit Anaxagoras, cui improperāt, ut inepte loquuto, Herodo. Diodo. & Seneca, ſed nimis meo iudicio temere. Nam in Auſtrino latere niues cadere, & pluuijs undis uel à meridie fluentem Nilum accreſcere poſſe, euidētibus rationibus iudicari poteſt. Sed in hoc indubie peccatū eſt, quod, ſole cancrum occupante, quando adcreſcit Nilus, Aethiopicas ad meridiem niues liquefieri Anaxago. exiſtimauit, ſole uidelicet tunc maxime atqꝫ altiſsime diſtāte, qui hyeme noſtra magis illam liquefaceret, cum ob rectos in ea loca radios, tum ob maiorem in terram uicinitatē: tunc enim Auſtralia ſigna ipſe occupat. ſed priora explicemus. Libyci montes, cum ſol ad capricornum obuerſatur, niues ſuſcipiunt cœli frigore in ęſtatem uſqꝫ pertinaces. Quod Plinij *Niues in Aethiopia cadunt.* authoritas confirmat, aſſerentis Suetonium Paulinum, qui interiora Mauritanię peragrauit, quem ipſe conſulem Romæ uiderit, retuliſſe inter cętera, Atlantis uerticem altis etiam æſtate niuibus operiri. Et Atlas tamen, pręſertim maior, à tropico cancri plus minus quatuor gradibus in Arcton declinat. Nec eſt ut de niuibus dubitemus, quando Cornelius Tacitus grauis in primis author, Libanum montem Aegypto uicinum in maximis ardoribus niue opacum eſſe ſcribit libro Auguſtalis hiſtoriæ uiceſimo primo. Quod ſi ita eſt, quis neget in Auſtrino latere, in iugis montium, ſi quę ſunt, ut certe extant, pari aut maiori interuallo in Auſtrum à capricorni tropico deuergentibus, niues, quę diu etiā perſeuerent, cadere poſſe? quod ſi montium impar altitudo eſt, ſaltem niuem illic cadere pluuioſam, quę lacus circum, quæ paludes, quę amnes in Nilum corriuantes augeat. Illa cum primis opinione ſuffragante, quod

irrigat, adeo efficacibus aquis ad generandum, alendumq́ꝫ, ut præter id, quod ſcatet piſcibus, quod [a] Hippopotamos, [b] Crocodilosq́ꝫ, uaſtas belluas gignit, [c] glebis etiam infundat animas, ex ipſaq́ꝫ humo uitalia effingat. hoc eo manifeſtum eſt, quod ubi ſedauit diluuia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes campos quædam nōdum perfecta animalia, ſed tum primum accipientia ſpiritum, & ex parte iam formata, ex parte adhuc terrea uiſuntur. [d] Creſcit porrò, [e] ſiue quòd ſolutæ magnis æſtibus niues ex immanibus

quòd Nili fontes à meridie incerti ſint, & cuipiam poſsit nõ temere uideri, è loco aliquo, qui trans torridã ſit, profluere. Quid Ptolemæus? qui, ex Lunæ montibus niue defluẽte, Nili fontes aqua oppleri aſſerit. Præterea ſi ad cancri tropicum imbres cadunt, ſole brumam faciente; id quod aperte indicant Plinius & Seneca, quid prohibeat, quo minus idem fiat; ad capricorni tropicum, ſole cancrum tenẽte? Addo quòd in æſtate Indorum mõtana crebris imbribus abluuntur, ut receptiſsimi authores ſcribunt: & hęc tamen alicubi decem, undecim, aut duodecim graduum latitudine à cancri parallelo non abſunt.

Æthiopiæ iugis largius, quàm ripis accipi queant, defluũt: ſiue quòd ſol hyeme terris ꝓpior, et ob id fontẽ eius minuens in æſtate tunc altius abit, ſinitq́ integrum, & ut eſt pleniſsimus, ſurgere.

Quid igitur negent aut Diodorus aut Herodotus in Auſtrinis montibus non idem pari ratione euenire poſſe? quando ſol cancrum occupans non modo in oppoſito ſuæ augis eſt, ſed etiam à capricorni parallelo plus minus. 47. gradibus diſtat? Ariſtoteles igitur, ut illis in omni philoſophia acutior, ita in percenſenda Anaxagoræ opinione modeſtior, nõ negat Nilum à fluore meridiano augeri: ſed uериſimile non uidetur ſibi, à niuibus liquefactis id fieri, cum maior fiat Nili auctus, quàm niuium undæ ſuppeditare uideantur. Exiſtimat quoq́ cum uetuſtate, quæ id compertum non habuit, impoſsibile eſſe locum noſſe, è quo ex niue undæ profluant, cum media zona æſtu inuia ſit. Ideoq́ in eam magis cauſam inclinat, quam ſecundo loco Mela adducit: ut ſole uidelicet à Nili fontibus ad nos tranſeunte, minor ſit caloris exurentis uis, & maior gignẽdi humoris copia, ut, liqueſcente aliquo, aut pluente, Nili aluei intumeſcant: quod ipſum à uero minime alienum eſt, quanquam à meridie imbribus magis augeri Nilum creditur, ob ſolis abſceſſum, & noctis paulo ampliorem longitudinem. Cognitum hoc eſſe regum Aegypti obſeruationibus Strabo teſtatur libro de terræ ſitu ultimo: & miratur admodum id ipſum pleroſque antiquiorum ignoraſſe. Minime igitur male Aeſchylus, Sophocles, Euripides, Anaxagoræ ſententiam ſecuti ſunt. At Seneca Aethiopiam eſſe ferуентiſsimam ait: ardens ibi, inquit, puluis, nec humani ueſtigij patiens; argentum replumbatur, ſignorum coagmenta ſoluuntur: nullum materiæ ſuperadornatæ auro argento ue, aut alio quopiam metallo manet operimentum, ſed ſolutum defluit. Demus ut ita ſit, quemadmodum Seneca ſcribit, quod tamen planè non aſſeruerim: non eſt conſequens, ut aut ſemper aut omnibns torridæ plagæ locis hoc contingat. Nam cum de æſtu harum regionum fit mentio, ſemper ea ad reſpectum præſentiæ ſolis referenda eſt. Statuo igitur gratia exempli in prima parte cancri ſolem: eo die parallelus Viennenſis aut Pariſienſis non totis. 24. gradibus declinatione aberit à ſole: eo tempore grandes nobis imbres oboriũtur, & crebræ admodum tempeſtates. Quæro itaque ex te Seneca, an non ſimile quiddam, aut maius his euenire queat, qui tum in meridiem, á ſole plus minus gradibus. 47. diſtant? At hi ſunt, qui ſub tropico Capricorni ſitum habẽt, quorum intolerabilis eſt calor, quando iuxta zenith ſolem habent: quod ſic illic nulli eſſent homines, terris ſaltem & Nili fontibus, qui tunc iuxta Ptolemæum. 16. graduũ interuallo abſunt, quod dico, eueniret. Præterea multum refert, authore Alberto, quæ loci ſit effigies, planáne an montoſa, uda an arenis torrida, mari uicina an mediterranea. omnia enim hæc uariant, quo minus generalis caloris cauſa habeat locum. Idcirco haud difficile eſt creditu, quod Plinius ſcribit, Suetonium Paulinũ, qui ſuis temporibus Claudij auſpicijs Mauritanijs bellum intulit, in interiora illic tranſgreſſum, uidiſſe Atlantis uerticem niuibus preſſum etiam in æſtate durantibus: ultra uero ad ſolitudines adijſſe nigri pulueris, eminentibus interdum uelut exuſtis cautibus: quibus indicijs ipſe quanquam hyberno tempore expertus, inhabitabilia tamen ea loca ob feruorem cognorit. Prætereo Auicennam & Albertum, qui Senecam eo ipſo obruunt, quod temperatam oram ſub æquatore eſſe confirmant. Vbi uero de alijs amnibus mentionem facit Seneca, non aduertit, his, qui ad tropicos habitãt, diuerſo tẽpore hyemem & æſtatem eſſe, ſicut alijs quoque, qui cõtrapoſitæ ſunt latitudinis. Itaq́ dico Nilũ hyeme ſua augeri imbribus niuibusq́, & auctum undis aliunde quoque allabentibus in eas egredi terras, in quibus æſtas deſæuit: cum enim in cancro ſol eſt, hi, qui ſub Capricorno habitant, hyemem ſuam habent: ut è regione, cum in capricorno uertitur, æſtas illis eſt, omnem niuium imbriumq́ prouentum ſummo feruore intercipiens, Aegyptijs interim in bruma agentibus. Sicut ergo æſtate ſua Nili fontes exhauriuntur, ita ſua creſcunt & opplentur hyeme. Verumq́ eſt, quod fortaſſe Seneca non aduertit cauſam unam incrementi Nili eſſe hyemem ſuam, cuius undis tamen eodem tempore Aegypti æſtas fœcunda fiat. Per has meas nugas arbitrij ius eſto probis lectoribus, ne erga tantum in omni philoſophia uirum meum quiſpiam officium deſyderet. Cæterum quod inibi de Phaſi legitur: Phaſis quoque per Indiæ campos oras tenens. &c. legerem Scythiæ, non Indiæ. Nanque in Scythia clariſsimus amnis Phaſis eſt, Plinio. Negare uero æſtatem hyememq́ diuerſis ſimul eſſe poſſe, quid eſt aliud, quàm in captu rerũ naturæ extremam prodere imperitiã? nam ut ſemper alicubi dies eſt, & ſimul alicubi nox, ita indubiũ æſtus ſem

Ariſtoteles.
Strabo.
Seneca.
Nota.
Cõtra Senecam.
Nilus hyeme ſua creſcit.
Diuerſis locis ſimul æſtas & hyems.
Seneca.

per hyemem, æſtatem, uer, & autumnum ſimul eſſe diuerſis locis. Quod ipſum Eudoxus ma-
Herodoti ratio. thematicus tradidit, nec eget exemplorum adminiculo demonſtrationum fides. a Siue
quod.] Sol. Hæc ratio Herodoto probatur, nec temere, quanquam temere eam inceſsit Dio-
dorus. Reuera enim ſolis abſceſſus, ut illic imbrium copiæ locus ſit, efficit, ſicut acceſſus ob ę-
ſtum, ut dixi, uapores imbres generantes abſumit: falſum uero eſt, idē nō alijs Libyæ flumini
bus cōtingere, quod Diodorus aſſerit tamen: nā par ratio in illis eſt, ſi modo in ijſdē aut con-
formis latitudinis locis oriun-
tur. Illos enim intelligere, qui-
bus oppoſiti, aut multo inter-
uallo ſemoti ſunt fontes, ridi-
culū eſſet. Nam hoc modo uel
in ipſa Aethiopia fieri poteſt,
ut uno eodemq; tempore flu-
uius aliquis hyeme creſcat, a-
lius æſtate torreatur, propter
diuerſum fontium ſitum, ſicut
ſole capricornum tenente Nili fontes torrentur: interim amnis quiſpiā, qui ex iugis Aethio
picis, quæ iuxta Aegyptū ſunt, oritur, imbribus illic eodem tempore cadentibus augeri po-
Contra Diodorum. teſt, quum eis qui ad cancri tropicum & citra habitant, tunc hyems ſit. Porrò contra Diodo-
rum Græcię flumina hyeme creſcunt, primum omniū propter diſceſſum ſolis, cui cōſequens
eſt, ut illic pluuiæ ſint frequentiores: ſicut in Italiæ etiamnum tractu interiori, uere & autum-
no tempeſtatibus magis eſt locus quàm æſtate, ob ſolis abſentiam maiorem.

Siue quòd ꝑ ea tēpora [b] flātes Eteſiæ, aut actas à ſeptētrione in meridiē nubes [c] ſuper principia eius imbre [d] p̄cipitāt: aut [e] uenięti obuię aduerſo ſpiritu, curſū deſcēdētis impediunt: aut arenis, q̄s [f] cū fluctibus litori applicāt, oſtia [g] obducūt.

b Flantes
Thaletis ratio. Eteſiæ.] Thales, ut tradit Plutarchus, Aquilones anniuerſarios in Aegypto flantes Nili exu
perantiam attollere dixit, utiq; emiſſarijs eius turgefaciendo mari obſtrictis. Ita Latinum fe-
cit hunc locum Gulielmus Budæus Gallus, uir doctiſsimus. At Pomponius & ſuſpendi flu-
xum, & ad principia amnis poſſe propelli Eteſijs nubes ait, tanquam ita Thales ſenſerit: cu-
ius tamen ratio ab Ariſtotele, Herodoto, & Seneca pariter reuellitur. Alioqui non abſimile
fuerit uero, Eteſias, qui ab Arcto flantes poſt æſtiuales ſolis uerſiones, meridianos imbres eo
modo progignere, quo nobis Auſtrini flatus ſolent. De Eteſijs autem à principio tertij libri,
Meteorum Ariſtoteles, Seneca in Thyeſte. Si quis Taygeti conſpicuas niues, Quas cū Sarma
ticus tempore frigido, In ſummis Boreas compoſuit iugis, Aeſtas ueliferis ſoluit Eteſijs. Dio
Contra Diodorum. dorus Democritum nulla iuſta cauſa reprehēdens, Eteſias ait non eos eſſe, qui à ſeptētrione,
ſed qui ab æſtiuo occidente flant: tanquam occaſus æſtiuus illis præſertim, qui propius Ar-
cton habitāt, non ſit, ſi ęquatorem reſpicias, uel maxime ſeptētrionalis. Euthimenes Maſsiliē
ſis ſententiam ſuam mēdacio uериſimilem fecit, auſus affirmare ſe Atlanticum nauigaſſe ma
re, è quo Nilus maior fluat, quandiu Eteſiæ tempus obſeruant: tunc enim dixit eijci mare in-
ſtantibus uentis. Quod falſum eſſe, recte Seneca contendit: ante Eteſias ſiquidem creſcit Ni-
lus: horumq; flatus cum admodum pacatus ſit, nil impellit, præterea nunc tota (inquit Sene
Locus Senecæ. ca) extremi maris ora mercatorum nauibus ſtringitur, quorum nemo narrat maritimum Ni
lum, aut mare ſaporis alterius, quam natura credi uetat: quia dulciſsimum quodq; & leuiſsi-
mum ſol trahit. Et paulo infra: Quòd ſi è mari ferretur Atlantico, totum ſimul oppleret Ae-
gyptum, at nūc per gradus creſcit. hæc Seneca. Apud quem eodem in loco quatuor dictiones
corrupte leguntur: Non ſit (inquit) quo illi flauere uehementius. &c. fauere exemplaria cor-
rupta habent: item, nemo Narrat Mintium Nilum, pro, maritimum. & paulo infra: ſemel po
pulet, pro ſimul oppleret. Non ignoro Aegyptios olim ſacerdotes Nilum ab oceano fluere
Nilus oceanus dictus. cōfirmaſſe, ut Diodorus ſcribit, atq; inde à uetuſtiſsimis uatibus Nilū oceanum nominatū,
quod & Herodotus ſecundo libro autumat. Tantam tamen undarum uim, atq; adeo dulcis
hauſtus amnem eo modo fontes habere haud unquam uериſimile fuit, cū iam alijs propè eui
dentiſsimis cauſis eius incrementum compertū habeamus. Quanquam Theophraſtus, au-
thore Seneca, Nilum aliquando marinam aquam detuliſſe ſcripſit: dubium tamen eſt, an hi
ſtorica id fide præſtiterit, niſi ſalſedinis cauſas in aduſtis ſole arenis ſubeſſe intelligimus. c
Super principia.] Super Nili fontes. Nam uenti ſeptentrionis ut nobis cœlum reddunt ſere-
num, ita Africæ plerunq; nubium propulſa caligine imbres pariūt. Hinc de Borea Lucanus
libro tertio: Cum medium nubes Borea cogente ſub axem, Effuſis magnū Libyæ tulit im-
bribus annum. d Præcipitant.] agminatim impellunt. e Venienti.] Nilo. f Cum
fluctibus.] cum Aegyptij maris æſtu: nam ea litora utpote nobis obuerſa Boreas infeſtat, ſi-
cut è regione noſtra petunt Auſter & Africus. g Obducunt.] claudunt & opplent, quo
minus egrediatur. Lucretius libro ſexto, ubi de ijſdem incrementi cauſis meminit, ſic tradit:
Eſt quoque uti poſsit magnus congeſtus arenæ Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra,
Cum mare permotum uentis ruit intus arenam. Quo fit uti pacto liber minus exeat am-
nis. &c. Quo loco oppilare dixit oſtia arenæ congeſtus: quod Pomponius obducere, pro
eo quod eſt opplere & ſuffarcire: quo ſignificatu & medicis oppilare & oppilatio in uſu eſt.
Tametſi Hermolaus Barb. uir doctiſsimus, caſtigationum Plinianarū libro ultimo, Vitium
præcluſi

præcluſi farctiq; iecinoris aliorumq; intus uiſcerum parum plauſibili, nec imitatione digna uoce, oppilationem à medicis uocari contendit. Quod ſecunda Philippicarum Cicero Tabernis opilatis dixerit, pro eo quod eſt pilis ſtantibus obfirmatis ſuffultisq;: à cuius utiq; ſententia non receſſerim. Plinius (ut ad Nilum reuertamur) Cauſas, inquit, huius incrementi uarias prodidere, ſed maxime probabiles, Eteſiarum eo tempore ex aduerſo flantium, repercuſſo ultro in ora acto mari: aut imbres Aethiopiæ æſtiuos, iiſdem Eteſiis nubila illò ferentibus è reliquo orbe. &c. Credita eſt igitur triplex incremẽti ob Eteſias ratio: nam aut ob nubes actas ſuper Nili caput, aut ob aduerſum flatũ, undæ ſolitum curſum morantem, ut inde fiat auctior, aut ob arenas maris impetu ab Eteſiis agitati, in amnis emiſſaria congeſtas, fit maior. Prima harũ ueri habet aliquid, reliquæ futiles ſunt.

[a]Fitq; maior, uel quod nihil ex ſemet amittit, uel quod plus, quàm ſolet, accipit, uel quod minus, quàm debet, emittit.[b] Quod ſi eſt alter orbis, ſuntq; oppoſiti [c] nobis à meridie [d] Antichthones, ne illud quidem à uero nimium abſceſſerit, in illis terris ortum amnem, ubi [e] ſubter maria cæco alueo penetrauerit, [f] in noſtris rurſus emergere, & hac re ſolſtitio accreſcere, quod tum [g] hyems ſit unde oritur. Alia quoque in

a Fitq; maior.] Priorũ rationum epilogus eſt. Vt ſit ſenſus Nilum fieri maiorẽ, uel quòd nihil ex ſemet amittit, ſole ſcilicet à fontibus eius abſente, ob ſecundam rationem: uel quòd, plus quàm ſolet, accipit, ob niues ſolutas, & imbrium in Aethiopia interiori prouentum, ex prima & tertia ratione: uel quod minus quàm debet emittit, propter Eteſias amnis curſum ſuſpendentes, aut arenis oſtia obthurantes, ob quartam rationẽ & quintam. b Quòd ſi eſt alter orbis.] Oſtẽdimus ſupra, Periœcis omnem temporum rationem conformem eſſe, quacunq; parte circunferentiæ rotundæ molis ſint: id ipſum demonſtrare non difficile eſt. Cum igitur Anthichthonibus noſtris hyems eſt, eadem Antœcis noſtris eiuſdem cum illis paralleli exiſtit, nam Antichthones noſtri illis Periœci ſunt. Quid igitur erat opus, ob hyemem meridianam Nili fontes à tam profunda origine ducere, ſi eadem in illa prouenit quadra, quę trans ęquinoctialem per Aethiopię latiſsimos tractus ipſi etiamnum Pomponio nota fuit, & arma Romana peragrarũt? Quod ſi interfluo oceano (ut uetuſtatis erat opinio) Antipodum & Periœcorũ plagæ à noſtris ſepararentur, nihil minus tamen illæ, ut hæc frigoris æſtusq;, tum & uerni & autumnalis temperiei conformem haberent modum. Si primam incrementi Nili, quam poſuit, rationem recte tenuiſſet Pomponius, non admiſiſſet mehercule poſtremam. At mouerunt Memphitici philoſophi, qui, ut Diodorus ſcribit, in illa fuerũt ſententia: tum Nicagorã Cyprium idem confirmaſſe ſcribit Ariſtoteles. Quod ſi illi temperatam Antœcorum noſtrorum intellexerunt, rem tradiderunt maxime uériſimilem, ut ſupra expoſui: ſi eo modo, quo Pomponius, falſam indubie & fide indignam. Nihil autem in rerum naturæ perquiſitione moleſtius candidis ingeniis, quàm alienis & minus apposité depromptis rationibus quicquam inuoluere, ac propè contaminare, non explicare, quod aut ueris, aut uero non adeo alienis argumentis commode explicari queat. Sed nihil ad Pomponium, qui, quid alii contenderint, magis, quàm quod ipſe ſenſerit, attulit, ut Diodorus quoq;, Herodotus, Seneca, & Plinius (ſaluo tantorum authorum honore dixerim) aliorum induſtriam in hac re magis quàm ſuã prodiderunt. c Nobis.] Qui temperatã ſeptẽtrionalem inhabitamus. d Antichthones.] Qui illis, qui ſupra Aegyptum habitant in interiori Libya ad certum parallelũ Periœci ſunt. Intelligo autẽ per Antichthones Antipodas, ut ſupra. e Subter maria.] ea, quæ inter noſtrum & illorum orbem interſunt, ita eſſe Macrobius, & alii non pauci putarũt falſò. f In noſtris.] ad quas nos nullo intermedio oceano permeare poſsimus. g Hyems ſit.] Verũ id eſt, etiã ſi noſtro orbe oritur: ut ſupra pro Anaxagora explicuimus. LIBVIT huic loco adſcribere, quod ad longinquam Nili originem pertinere uidebatur, ne quis adeo miretur ex alio orbe petitos Nili fontes. Ariſtoteles author eſt, Artaxerxem cognomento Ochum, expeditionem aduerſus Aegyptios parantem, per Indica flumina quædam, in quibus Crocodili apparuiſſent, claſſe deſcenſurum fuiſſe, quòd perſuaſum eſſet ei, Nilum in Aegyptum fluentem inde principia ſumere: nec omnino tempore ſuo, an ita eſſet, compertum fuiſſe, & an rubrum mare, quod ante ſinum Perſicum eſt, cum illo, quod ad Herculeas columnas eſt, unũ mare eſſet, id eſt Oceanus, an mare ſeorſum. Alexãder quoq; Magnus, ut Strabo libro decimo quinto ſcriptũ reliquit, cũ Crocodilos in Hydaſpe uidiſſet, & Aegyptias fabas in Aceſine inueniſſet, putaſſe dicitur id eſſe Nili initiũ, & propterea claſſem in Aegyptũ paraſſe, tãquã hoc flumine in Nilum nauigaturus. Hãc uetuſtatis credulitatem ſequi uoluit uatũ princeps Virgilius quarto Georg. lib. cum ait: Vſque coloratis amnis deuexus ab Indis, Tortellio hallucinãte, qui per coloratos Indos, nigros Aethiopas intellexit. Pauſanias refert, crediđiſſe quoſdam ex Euphrate manare Nilum, qui terra conditus, ſupra Aethiopiam rurſus exeat, Nili

Nota.

Nota.

Multi in Aſia Nilum oriri putarunt.

Locus Virgilij.

deinde

deinde nomen habeat. Condi Euphratem etiam Pompon. lib. 3. ſcribit, antequã ad ſinũ Per-
ſicum perueniat. Porrò Strabo lib. 16. Euphratẽ á uere in ęſtatẽ exundare ſcribit, & obruere ar
ua: ut inde ueri quædã ſimilitudo fuerit, ex eo fluere Nilum: quod falſum tamen eſſe conſtat.
Ad huiuſcemodi opiniones non obſcure alludit lib. 10. Lucanus his uerſibus: Teq; uidẽt pri
Locus Lucani. mi, quærũt tamen hi quoq; Seres, Aethiopumq; feris alieno gurgite campos, Et te terrarũ ne
ſcit cui debeat orbis: per Seres, niſi fallor, Scythas figuratè intelligens, qui iuxta Taurũ, è quo
Indicis amnibus origo eſt, in ortum & ſeptentrionẽ ſiti ſunt: ſiue Seres magis Indos dixit. Et
Ptolemæus exteriora Indiæ iuga, Sericorũ montiũ nomine donauit. Refero hæc eo libẽtius,
quod locum illũ ceu apertũ prætericrunt Lucani interpretes. Seres aũt quærere dixit, quod
Inopides Chius. hi fortaſſe alicubi Nili fontes cernãt, & interim Nili eſſe ignorent. Ad Nilum reuertamur. In-
opides Chius (ita Diodorus eum nominat, Senecæ exemplaribus indubie corruptis) hyeme
dixit calorem ſub terra cõtineri, & ideo uenas interno calore ſiccari: æſtate ergò Nilum creſce
re, cum tũc interiora terrarũ frigeant, & fontibus redeat rigor. Quod rectè Seneca improbat:
quanquam nõ ita á uero aliena uidetur, ut hæc, quã Diogenes attulit Appolloniates: qui tã
Diogenes Appolloniates. tum aquarũ à Nilo hauriri, & à ſole abſumi putauit, ut Arctoũ oceanum eã gratia perpetuo
fluxu in meridiem tẽdere aſſeruerit. Sed improbatur à Seneca: apud quem inibi corrupta le-
Seneca emendatus. ctio eſt, quam ita reſtitui: Interrogare Diogenẽ libet, quaſi cõpertum amnis initia & meatus,
Nõ omnibus locis æſtate maiora ſunt flumina: ut hæc uerba, quæ ſequũtur, Aegyptũ ſol ma
gis percoquit. &c. Diogeni quaſi rationẽ quærenti Senecæ redditurо, tribuantur, atq; inde il
la uerba, Sed in cęteris &c. rurſum Senecę ſint, rationẽ adductã cõfutantis. Ita clara erit lectio,
poſſet &, cõmeatus, legi: ſed minus fortaſſe latine, hoc uocabulo aliud ſignificante. QVOD ſi
Incremẽti ratio. quis, quid ego ſentiã, deſyderat, reſpondeo. Nilũ mihi uideri incrementa & exaggerationes
nõ tam à meridie, quàm à Mauritaniæ iugis ſuſcipere, dũmodo obſeruare potuerim, ex Iubę,
Ptolemæi, Plinij, Strabonis, & aliorũ relatis, amnẽ diſperſis alueis, & paſsim allabentibus in
ea primũ Aethopia, quæ ſupra Aegyptũ eſt, unum fieri, ut de fontibus eius pronunciari uix
Nota. quiſpiam recte poſsit. Nihil aũt refert, in meridiéne, ut Ptol, an occaſu, ut & Iuba & Pomp.
Nili fontes eſſe dicas, ſi ueriſimile eſt utrinq; in eũ undas deſcendere. Sol ergo ad cancri tro-
picũ accedens, locũ facit imbribus meridianis, & affluentiæ aquarũ, ut Ariſtoteli, Nearcho,
Agathargini Gnido, & Diodoro cũ primis uidetur: rurſum uero ad cancrũ accedens, niues
ex altiſsimis illis, quæ ſupra Mauritaniam & Numidiam ſunt, montibus ſoluens, ut flumina
illic adcreſcãt, pari ratiõe efficit, ut Democritus aſſeruit. Fit itaq;, ut, illic imbribus exortis, hic
ſolutis niuibus, undæ per medias ſolitudines effluant, & uario flexu tandem corriuent, Ni-
lumq; confertiant, ut ad tantã inundationẽ ſufficiat: creſcant uero ſenſim, prout illinc ſole la-
tius abeunte, crebriores imbres fiunt, huc uero magis accedente eo uehementius niues ſoluũ
tur. Hoc, ſole geminos tenente, fieri poteſt: quanquã in cancro primũ Aegypto reddãtur a-
quæ: fluxus enim longiſsimus eſt, & perpetuis ambagibus ſuſpẽditur. In leone ergo eſt abũ-
dantiſsimus, aquis utrinq; ingruẽtibus: in uirgine decreſcit, quod tũ ſol declinationẽ citius
uariat, in æquatorẽ imminens, & meridianã plagã, quæ intra tropicũ capricorni eſt, æſtu rur-
ſum premens, imbriumq; materiã exurẽs: in libra enim iã reſidet, ut Plin. ſcribit. Addo quòd
amnis fluxus uariatur, prout imbres niueſq; utrinq;, ut apud nos quoque fit, eo anno ualue-
rint. Hæc mea eſt de Nili incremento ſentẽtia, Eudoxi Aegyptij ſacerdotis, omni teſtimonio
præſtantiſsimi philoſophi authoritate fulta: hic enim, ut in philoſophorum Placitis Plutar
chus tradit, cauſam creſcentis Nili in pluuias aquas refert, anniq; tẽporũ antiperiſtaſin, quã
circũobſiſtentiã Budæus trãſtulit. Etenim cũ nobis, ait, eſt æſtas, qui ſub ſolſtitiali circulo agi
mus, tũc illis hyems eſt, qui ſub brumali ad perpẽdiculũ incolũt: propterea Nili aqua alueos
ſuperans expatiatur per Aegyptũ. Poſsim uero admittere diuerſa ſentientẽ, dũmodo æque
uero ſimilia referat: quin & illud pati, ut, quod imperitorũ mos habet, mẽdacia quis dicat: ſi
enim hæc mẽdacia ſunt, in illo ſunt genere mendaciorũ, quorũ cauſa nõ os præcidi (ut Sene-
cæ uerbis utar) nõ oculi erui ſolent, immo quæ maximã habeãt frugẽ. Non me præterit, quid
Ephorus, quid Timæus opinatus ſit: de eis aliorũ iudiciũ eſto, ego neutrũ ſequor. Nec igno-
Herodoti ridenda phantaſia. ro pleraq; de Nilo & eius origine Ammianum ſcripſiſſe, libro hiſtoriarũ. 22. ſed ſupra Eteſia-
rum flatum, & Iubæ hiſtoriam nihil attuliſſe noui. Ridendum uero, quod Herodotus tradit
libro ſecundo in hæc uerba: Quod ſi finium ad cœli ſitus immutaretur, ut, ubi nunc Aquilo
ſitus eſt & hyems, ibi Auſtri ſitus eſſet & meridiei: & ubi Auſter, illic Aquilo collocatus eſſet:
ſi hæc ita haberent, profecto amotus ſol è medio cœlo ſub hyemem & aquilonem mearet ſu
pra Europã, quemadmodum nũc ſupra Africã, pertranſiens nobis oẽm Europã, faceret (opi
nor) eadem in Iſtro, quæ nunc facit in Nilo. Hæc Herod. tanquam ſolis excurſus in meridiem
nullo limite cohibeatur, & tanquam Africa, cœlo uerſo, & mutatis polis, non ſub tropicis, ut
nunc eſt, manſura eſſet. Poſſet uero unquam fieri, ut in Europam aſcenderet ſol: aut alia in re
gione tropicus capricorni ſtatueretur, quàm ante cancri parallelus fuiſſet, etiam ſi mun-
dus, ut ille imaginatus eſt, uerteretur: Vt hæc interim miſſa faciamus, annotandũ inter prin
cipia duxerim, Nilum aliquando nouem annis non intumuiſſe, ex Callimachi authoritate,
Ouidius. qui fidẽ meretur ob patriam, nam Cyrenaicus fuit. Vnde illud eſt Ouidij lib. de arte amandi
primo: Dicitur

primo:Dicitur Aegyptus caruiſſe iuuantibus arua Imbribus, atq; annis ſicca fuiſſe nouem.
Moſes Geneſis 41.cap.ſterilitatis meminit ſeptem annorum,quam Ioſeph prædixerat, toto
orbe frequenti fame:quanquam nulla Nili mentione facta.Sed & præſagum minimo deflu-
xu ſuo fuiſſe eũ conſtat anno,quo Põpeius illic perijt,uana uetuſtatis ſuperſtitio aſſerere fuit *Nilus præſagus.*
auſa,ſicut in decimo & undecimo anno regni Cleop atræ, quum nõ defluxiſſet, creditum eſt
imperij eius Antonijq; defectionem Nilo uate portendi: quaſi uero tanti fuerit ampliſsimis
elementis triũ homuntionum
interitus.Credidit Albertus(ſi
modo illud opus Alberti eſt)
libro ſentẽtiarum ſecundo, di- *Albertus.*
ſtinctione.17.in fine,& in eo ip
ſo loco Marſilius, bis in anno *Marſilius.*
Aegyptum irrigari: quorũ ſen
tẽtia, nulla prorſus nec autho-
ritate, nec ratione nititur.An
uero è paradiſo fluat, & quo-

bis terris mira ſunt. In quodã lacu[a] Chemnis in
ſula,lucos ſyluasq; & Apolinis grãde ſuſtinens
tẽplũ natat, & quocunq; uẽti agũt pellitur.[b] Py
ramides[c] tricenũ pedũ lapidibus extructę, qua
rũ maxima(tres nãq; ſunt)q̃tuor fere ſoli[d] iuge-

modo id accipiendum,obiter alibi referemus.De Nilo hactenus, ac fortaſſe longius, quàm
deſyderat ratio:at nil mirabuntur ſtudioſi,ſi Eudoxum,& Ariſtonem Peripateticos autho-
re Strabone libros de Nilo ſeorſum edidiſſe, intelligent. a Chemnis inſula.]Herod.lib.
2.Echemnim nominat, nihil diuerſo uocabulo.Cur uero natet,idem rationem affert,ex Ae-
gyptiorum ſententia,quam libens omitto.Nam Herodo.Ego,inquit,eam neque innatãtem
uidi,neq; ſe mouentem:& hoc audire admiratus ſum,ſi uerum eſt inſulam natare poſſe.Hæc
ita ſcripſit,tanquam dubitet natare inſulas poſſe.Ego me hercle nil ambigo: nam Seneca gra
uis author,lib.nat.q.3.inſulas in Lydia pleraſq;, quarum lapides pumicoſi ſunt,& leues, na- *Inſulæ natantes.*
tare ait,authore Teophraſto.Idem,Ipſe,inquit, ad Cutiliam, natantem inſulam uidi: & alia
in Vadimonis lacu uehitur, alia in Stationenſi eſt &c.Hunc ſequutus Plin.lib.2.cap.77.ad
Cutilias,inquit,aquas opaca ſylua,quæ nunquam die ac noctu eodem loco uiſitur.Idem in
Lydiæ lacu Nymphæo, Calaminas dictas adeo mobiles eſſe ſcribit, ut non uentis ſolum,ſed
conto etiam,quò libeat,impellantur.Senecæ uerba iam nunc citata, in omnibus,quæ uide-
rim,exemplaribus uitioſa, Hermolaus propè uniuerſa correxit in capitis Pliniani citati an-
notamentis.In eodem lacu ſaltares ſunt,ita dictæ,quoniam in ſymphoniæ cãtu ad ictus mo-
dulantium pedum mouentur, author.Pli.Non poſſum non reponere Capellæ uerba, quæ *Seneca emendatus.*
de ijſdem ex nono libro hæc ſunt:in Lydia Nympharum inſulas dicũt, quas etiam recentior
aſſerentium Varro ſe uidiſſe teſtatur,quæ in medium ſtagnum à continente procedẽtes,can- *Capella.*
tu tibiarum primo in circulum motæ,dehinc ad litora reuertuntur.Hactenus Martianus. b *Pyramides.*
Pyramides.]Hæ in Aegypto nil aliud fuerunt, quàm regum pecuniæ ocioſa & ſtulta oſten-
tatio,ut Plin.ait.Nam faciendi eas cauſam fuiſſe pleriq; tradiderunt, ne pecuniam ſucceſſo-
ribus aut æmulis inſidiantibus præberent.Plures in Aegypto paſsim extiterunt, nullæ ta-
men clariores tribus illis,quarum Pomp.meminit, quæ orbem impleuere fama, conſpicuæ
undiq; adnauigantibus,ſitę in parte Africæ,monte ſaxeo ſteriliq; inter Memphim oppidum
& Delta.TVRRES autem ſunt(Solin.inquit)faſtigiatæ ultra excelſitatem omnem, quę ma-
nu fieri poſsit.Noſtri hodie quoque propè paribus expenſis, ac pari uanitate ad ſacras ædes *Turres.*
illas extruunt:in quibus plus multo oſtentationis eſt,quàm utilitatis.Duæ uero per Germa
niam maxime celebres:ea,quæ Viennæ Auſtriæ eſt,arte & altitudine inſignis: & illa Argen-
toratenſis,mole quidem uaſtior,uerum imparis cum illa elegantiæ.Pleriq; in Palæſtinam, &
Aegyptum religionis gratia itinerãtes,illam altiorẽ turrim Babylonis exiſtimant, nectuntq;
fabulas, adiri eum ob uermium illic immanitatem non poſſe. At conſtat Babylonem ab
Aegypto tota Arabia & Syria intermedia ſeiungi. Quanquam ſcio, Babylonem munitiſ- *Babylon in Aegypto.*
ſimum caſtellum in Aegypto haud longe ab Heliopoli eſſe Straboni, ſi forſan ab hoc ipſo
cognominarint. c Tricenum pedum.] Triginta pedum craſsitudinis: ex tantis enim
fruſtis conſtabant Pyramides, & Obeliſci paris formæ ex ſolido ſaxo fiebant.Ideo Marcelli-
nus lib.17.Obeliſcus,inquit,lapis aſperrimus eſt in figurã metæ cuiuſdã ſenſim ad procerita- *Obeliſcus quid.*
tem conſurgens excelſam, ut quæ radium imitetur, gracileſcens pauliſper ſpecie quadrata
in uerticem productus anguſtum, manu leuigatus artificis &c. d Iugera.]In iugero.
140.pedes ſunt. Plin.ampliſsima, inquit, octo iugera continet ſoli, quatuor angulorum
paribus interuallis per octingentos octogintatres pedes ſingulorum laterum altitudo, à
cacumine pedes uiginti quinque. Herodotus quoque ſecundo libro octo iugerum alti-
tudinis meminit. Strabo libro ultimo iuxta Labyrinthum Pyramidem, qua rex Imandes
conditus fuerit, quadrijugerum eſſe ſcribit per ſingula latera. Plin.maiorem Pyramidem
à 340.hominum millibus annis.27.extructam eſſe refert:intus uero puteum habere octo-
gintaſex cubitorum altum, quo flumen admiſſum arbitrantur. Pleroſque uero obeliſcos,
& alia magnifica Cambyſes ille immanis & alieni cupidus,dum Aegyptũ ingreſſus eſt,ęquà
uit ſolo.Scripſerunt de his, quos equidem uiderim, Plin.12.cap.lib.30.Strabo.Solinus, He-

ra, ſua ſede occupat, totidem in altitudinem erigitur.[a] Mœris aliquando campus, nunc lacus, uiginti millia paſſuum in circuitu patens, altior quàm ad nauigandum magnis, onuſtisq; nauibus ſatis. Pſammetichi opus[b] Labyrinthus[c] domos mille, & regias duodecim[d] perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore extructus ac tectus, unum in ſe deſcenſum habet,[e] intus pene innumerabiles uias multis ambagibus huc & illuc remeantibus, ſed[f] cõtinuo anfractu, & ſæpe reuocatis[g] porticibus ancipites: quibus[h] ſubinde aliũ ſuper alios orbem agẽtibus, & ſubinde tantũ redeũte flexu, quantũ proceſſerat, magno, & inexplicabili tamẽ[i] errore perplexus eſt.[k] Cultores regionum multo aliter à cæteris agunt, mortuos[l] fimo obliti plangũt, nec cre

rodo. Martial. Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis. non indigna lectu Marcellinus lib. 22. *Mœris lacus.* a Mœris.] De illo quoque & Plin. & Strabo in primis, ſed in hoc obſeruanti mihi diuerſi ſunt, quod olim campum, nunc autem locum eſſe Pomp. inquit: Plinius uero olim lacum fuiſſe, nunc campum uel foſſam grandem eſſe. Et conſtat tamen Pomponium & Plinium uno aliquo tempore floruiſſe: ut uериſimile non ſit, adeo mutatum locum breui tempore. Plin. uerba lib. 5. hæc ſunt. Inter Arſinoiten autem & Memphiten lacus fuit circuitu 250. milliũ paſſuũ, aut ut Mutianus tradit. 450. mil. & altitudine. 50. paſ. manu factus, à rege, qui fecerat, Mœridis appellatus. Idẽ. 6. lib. inquit, fuit Mœridis lacus, hoc eſt foſſa grãdis. Diod. libro ſecundo, Permanſit, inquit, hoc ſtagnum ſumma Aegyptiorum utilitate, uſque ad noſtram ętatẽ à conditore Myride appellatũ. Floruit hic ſub Auguſto. Cęterũ, Mœridem, Muridem, & Myridem, diuerſis appellari, iam ex Hermolao notum eſt. *Labyrinthus.* b Labyrinthus.] Falluntur qui Labyrinthos omnino ſubterraneos fuiſſe exiſtimant. Nam Cryptę illę tot ambagibus intortę, tã multiplici flexu uarię ſub terra poſitæ, maximas regias ſuſtinuerũt. λαβύρινθον gręci locum uiarum ambagibus uariũ dicunt. *Labyrinthi quatuor inſignes.* Quatuor eſſe toto orbe inſignes Plinius docet: hũc Aegyptium omniũ maximũ, & portentoſiſsimum humani ingenij opus: de quo hic Mela. Creticus arte maxime ſpectabilis: cuius Ouidius libro transfor. .. meminit. Lemnius columnarum nitore inſignis, & quartus Italicus à Porſenna Hetruſcorum rege ſepulchri cauſa extructus: de quibus nemo Plinio uberius retulit, capite tredecimo libri. 36. in quo de Labyrinthis. Pomponius Herodotũ ſequutus Pſammetichi eſſe ait, de cuius regno libro ſecundo, hic à uero nõ admodũ aliena ſcribit. Strabo libro ultimo. & Plin. loco iam citato, à uetuſtiſsimis regibus Aegyptium inceptum, à Pſammeticho tandem ampliorem factum ſcribunt. Creticus centeſimam tantũ portionem eius, qui in Aegypto eſt, continet. Si quis plura noſcere cupit, Plinium adeat, qui uere ueſanam illam fuiſſe dementiam ſcribit, quęſiſſe gloriam impendio nulli profuturo: præterea fatigaſſe regni uires, cum tamen laus maior artificis eſſet. Labyrinthi autẽ formas, quibusq; flexibus figura trigona, quadrangulari, & rotunda ſirui queant, æditis, ut ſic dicam, iconibus, iam pridem docuit Ioannes Stabius Auſtriacus mathematicus, maximi ingenij homo, & cui neminem in acute iudicando, ſimul & inueniẽdo, recte prętuleris. *Ioannes Stabius mathematicus.* c Domos.] aliud domum, aliud regiam intelligimus: quanquam ita accipi poteſt, regias duodecim domos mille adnexas habere, quibus conſtet. Strabo libro ultimo ſcribit per cryptam egreſsis uiginti ſeptẽ regias ordine ſitas, obuiã fieri. Mirumq; illud, quod cuiuſq; domus tabulata, & cryptę latitudo ex pluteis lapideis integris, & magnitudine excellentibus cõſtat, nulla uſquã nec ligni, nec alterius materię admixtiõe. d Perpetuo.] continuo. e Intus.] intra ueſtibulũ cryptę. f Cõtinuo.] ſubinde flexo. g Porticibus.] cauis illis meatibus. h Subinde.] frequẽter. i Errore.] Strabo cryptę, inquit, quędã multę, ac lõgę, quę inter ſe uias flexuoſas habent, ut nemo peregrinus ingredi aulam ullam poſsit, nec egredi ſine duce &c. quibus uerbis innuit, per cryptas in aulas ingredi conſueuiſſe reges, regumq; familiares: ideoq; perplexas itineris ambages factas, ne peregrinis facilis eſſet in regum conſpectum aditus. k Cultores.] De his propè immenſum eſſet proſequi. Et ſunt ad faſtidium uſque copioſi, libro ſecundo Herodotus, Strabo ultimo libro, & libro ſecundo Diodorus. l Fimo obliti.] Herodotus libro ſecundo: Quibuſcunq; domeſticis aliquis deceſsit, homo alicuius momenti, ibi omnis muliebris ſexus familia caput ſibi & uultum oblinit luto: deinde relicto domi cadauere, ipſæ per urbem uagantes ſe plangunt, ſuccinctę, nudatis mamillis, & cum eis proximæ quęque: altera ex parte, uiri & ipſi expectorati ſe uerberant: his actis ita demum ad condiendum portant. *Nota.* ID VERO memoratu dignum eſt, in conuiuijs eorum celebribus eſſe, qui defuncti cuiuſpiam ſimulacrum bicubitale, iconicôs effigiatum circunfert, oſtendensq;

oſtendensq; ſingulis conuiuarum ait: in hunc intuens pota, & oblectare, talis poſt mortẽ futurus. Hero. author. a Arte medicatos.] Plin. 16. lib. ſcribit in Syria picis genus cedrium uocari, cuius tanta uis eſt, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfuſo ſeruentur. Conſimilis ingenij eſt aloẽ, quod recentiores medici ſucco citrinum nominant, cõtra putrefactionem præſentiſsimum: ac neſcio quidem an idem ſit cum cedrio, quaſi corrupto uocabulo ſuccocedriũ dictũ: ut gummi hodie Armoniacũ propè omnes nominãt, quòd Plin. & Solino Hammonicũ dicitur à loco, nã ſupra Cyrenas ad Hãmonis regionẽ prouenit: de illo nihil ſtatuo: quanquã conſtat cedriam cedri picem eſſe, & cedrium crudã cedri lachrymam, qua utuntur in aſſeruandis hominũ corporibus, ſicut primo libro Corollarij explicuit Hermolã. Multa Diodo. de cadauerũ in Aegypto condendorum cura li. 2. b Peruerſe.] Retro ducendo, ut Hebręi ſolẽt, quos Aegyptum tenuiſſe ritus indicant. Nã ut Hebræi, circunciduntur, ſacerdotes linęis utuntur ueſtibus, capite raſo: pleriq; uero & nudis pedibus incedentes, authore Strabone. Notum eſt in Aegypto mortuos eſſe Iacob & Ioſeph: poſt cuius mortem populus Dei mirifice creuit in Aegypto centum quadraginta quinq; annis: nato poſtea Moyſe, qui è ſeruitute Aegyptiaca eum ipſum Idololatriam fugiens liberauit, ut lib. 18. ciuitatis Dei Auguſtinus ſcribit.

Cedrium.

Succus cedrius.

Gummi Hammonicum.

mare aut fodere fas putant: uerũ [a] arte medicatos intra penetralia collocãt. Suis literis [b] peruerſe utunt. [c] Lutũ inter manus, farinã calcib. ſubigũt. [d] Forum ac negotia fœminæ, uiri pẽſa ac domos curãt: onera illę humeris, hi capitib. accipiũt. [e] Parentes, cum egent, [f] illis neceſſe eſt, [g] his liberũ eſt alere. [h] Cibos palàm, & extra ſua tecta capiũt, obſcœna intimis ędiũ reddunt. [i] Colũt effigies multorum animalium, atq; ipſa magis animalia, ſed alij alia, adeo ut quædã eorum etiam per impru-

c Lutum inter manus.] Herod. author eſt, quem uere id aſſerere Strabo libro ultimo teſtatur. Verumq; eſt, inquit, & illud Herodoti Aegyptiorũ eſſe, lutum manibus tractare: maſſam uero, ex qua panis fit, pedibus. d Forum.] More omnino noſtris contrario. Addit Herod. fœminas ſtantes mingere, uiros ſedentes. Ex quibus coniectura eſt, molles planè & emaſculatos Aegyptios eſſe: nam muliebrem illorum animum innumera ſuperſtitio docet. e Parentes.] Ex Herodoto deprompſit, qui ſic ait: Alendi parentes filijs, nulla uolentibus filiabus, & ut nolunt, ſumma neceſsitas eſt. f Illis.] Fœmellis filiabus. g His.] uiris filijs. Scribit Diodorus in Aegypto ſpurium omni prorſus carere nota: ſingulos uero plures, ut libet, uxores habere. Sacerdotes ſolos, ut una contenti ſint, officio cogi. Quę res & à noſtris hodie omnino diuerſa moribus eſt. h Cibos palàm.] Herodo. Ventrem domi exonerant, exterius in uijs comedunt. Illud eleganter, obſcœna reddere Pomponius nominat. i Colunt effigies.] Quicquid apud Aegyptios boni ſpeciem præ ſe tulit, id diuinitatem obtinuit: præterea multa noxia, ne obeſſent, uenerati ſunt. Cauſas tantæ uanitatis non indiligenter Euſebius primo capite 2. libro affert. Plinius eſt author capite 6. decimi noni lib. Aegyptum allium, & cepas inter deos iureiurando habere. Ioſephus item libro 1. contra Appionem, Aegyptiorum, inquit, ſolennes dij ſunt bos, hircus, & crocodylus. Sues Iudæorum more ita habent deſpectui, ut ſi quis uel tranſeundo attigerit, abeat lotum ſeſe cum ipſis ueſtimentis ad flumen. Eam ob rem ſoli omnium ſubulci in Aegypto, & ſi indigenæ, tamen nullũ intrant templum, nemoq; aut filiam cuipiam eorum nuptũ dare uult, aut cuiuſpiam eorum filiam in matrimonium ducere. Herodo. author. De boue infra dicemus. Hircum ſcribit Strabo libro ultimo in Hermopoli & Mendete coli; ubi hircos miſceri mulieribus Pindarus fabulatus eſt: Et laſciui mulieribus admiſcentur hirci. Herod. caprarios paſtores magno honore à Mendeſijs affici ſcribit. Vocatur autem, inquit, hircus & Pan Aegyptiacè Mendes, unde & oppido nomen eſt. Mirum uero tantum hiſtoricum id pro uero ſubiungere auſum? In hac, inquit, regione contigit hoc mea memoria prodigium: hircus cum muliere coiuit propalam, quod in oſtentationem hominum peruenit. Sunt autem immodice laſciui hirci, etiã ſi homines ſint. Vnde hircina libido pro immodica Apuleio dicta, & hirquitalli libidinoſi, ętate pręſertim pubeſcẽte, ubi incipit ualle ſub alarũ trux habitare caper, ſicut ait Catullus. De Crocodilis Strabo, qui cum Aelio Gallo pręfecto in Aegyptũ nauigauit, inter multa hæc ſcribit. In Arſinoite præfectura mirum in modum colitur Crocodilus: & eſt ſacer apud eos in lacu quodam ſeorſum nutritus, & ſacerdotibus manſuetus, Suchus uocatur. Nutritur autem pane, carne, & uino, quæ à peregrinis afferuntur ad huiuſmodi ſpectaculum uenientibus. Hoſpes itaq; uir, inquit, inter alios honoratiſsimus, qui nobis ſacra cõmonſtrabat ad lacum ueniens, placentulam, & carnem aſſam, & quoddã mulſi uaſculum ex cœna attulit. Belluam in ripa lacus inuenimus: ex ſacerdotibus alij os eius aperuerunt, alius bellaria impoſuit, poſtea carnem, deinde mulſum iniecit. Ille in lacum exiliens, in ulterio-

Fœminæ forum curant.

In Aegypto ſpurium eſſe nil obeſt.

Sues deſpecti.

Hircus ſacer.

dentiam intereміſſe,[a] capitale ſit. Et ubi morbo, aut forte extincta ſint,[b] ſepelire, ac lugere ſolenne ſit.[c] Apis populorum omnium numẽ eſt, bos niger, certis maculis inſignis, & cauda linguaq; diſſimilis aliorũ: raro naſcit̃, nec coitu pecoris (ut aiunt) ſed diuinitus & cœleſti igne cõceptus, dieſq;, quo gignitur, genti maxime feſtus eſt.[d] Ipſi

rem partem traiecit. Sed cum alius hoſpes & ſimiliter primitias attuliſſet, curſu lacũ circumeuntes itidem inuento Crocodilo obtulerunt. Hęc uidiſſe ſe Strabo aſſerit, qui de innumeris *Iuuenalis.* alijs, quę ab illis coluntur, mentionẽ facit, quemadmodum Herodotus, & Diodor. Iuuenal. Satyr. 15. Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus Ibin, Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci. & reliqua. Inde tot in Aegypto ciuitatibus ab animalibus, quæ uenerantur, data nomina ſunt. Id ex Herod. duxerim notandum, mulierem nullam nec Deæ, nec Dei ſacerdotem eſſe, uiros deorum omniũ. Pręterea, uirilia prout contigerunt, alijs eſſe permittunt, qui quicquã ab eis didicerunt, hos circũcidunt. Paulus quoque à ſacrorum adminiſtratione mulieres arcet. a Capitale ſit.] Scribit Diodorus hominẽ quendam Romanum, felẽ per imprudentiam in Aegypto, eo tẽpore, quo ſumma Romanis illic dignitas eſſet, interfeciſſe: Plebem aũt id reſciſcentem, in eius domum tanto impetu pro ultione ſumẽda irruiſſe, ut nec regijs ad id miſsis principibus, nec Romanorũ potentia auerti potuerint, quo minus de homine ſumpſiſſent pœnã. b Sepelire.] Cũ aliquod animal ex eorũ numero, quæ uenerantur, moritur, ſindone contectum cum ululatu pectus percutientes, ſale liniunt: ac cedri liquore, ungentiſq; odoriferis, quo diutius ſeruetur corpus, unctũ in ſacris locis ſepeliunt. Diodo. au-*Apis bos.* thor. c Apis populorũ omniũ numen eſt.] Euſebius bouẽ, hoc eſt apim in Aegypto coli cœptum autumat, propter Io illam in bouem mutatã: quanq; in Chronicis aliud refert. Apis autem bos eſt diuerſis genialium notarũ figuris expreſſus, maximeq; omniũ corniculãtis Lunæ ſpecies lateri dextro inſignis: qui cum poſt uiuẽdi ſpatium præſtitutũ ſacro fonte immerſus è uita abierit (nec enim ultra eum trahere licet ætatem, quã ſecreta myſticorum librorum authoritas pręſcribit) necatur Io Inachi, bos fœmina, & cum uotis certis offertur: quo perempto, alius cum publico quæritur luctu: & ſi omnibus ſignis conſummatis reperiri potuerit, defertur Memphim urbem præſtantem, frequentiaq; numinis Aſclepij claram. Cumq; initiãte antiſtitũ numero centũ, inductus in thalamũ, eſſe cœperit ſacer, cõiecturis apertis ſigna rerum futurarũ dicitur demõſtrare: & adeũtes quoſdã indicijs auerſari uidetur obliqs, ut offerentem cibũ aliquãdo Germanicũ Cęſarẽ (ſicut lectũ eſt) auerſatus portẽderat paulo poſt euentura. Hęc ex Marcellini li. 22. Stra. lib. ult. In Momẽphi quæ alia à Mẽphi ciuitas eſt, uaccã ſacram ali ſolere ſcribit: ſicut Heliopoli Mneuin bouem uenerãtur: cuius & Euſeb. meminit. Ammianus Meuiũ nominat, niſi uitiatus codex eſt. De Api multa admodũ digna lectu Stra. lib. ult. Plin. capite. 46. octaui libri, Memphi, inquit, eſt locus in Nilo, quem à figura uocant *Mirum.* Phialam, omnibus annis ibi auream pateram, argenteamq; mergunt: ſeptem hi ſunt, mirumq;, neminem per eos à Crocodilis attingi: octauo poſt horam diei ſextam redire belluæ feritatem. Meminerunt eius bouis Suetonius in Tito Veſpaſiano, Spartianus in Hadriano, Soli. Herodo. cæteri. Macrobius per eum, Solem intelligit. Auguſtinus Apim Argiuorum regem aliquando in Aegypto mortuum eſſe ſcribit lib. 18. Ciuitatis Dei. Hanc uanitatem o-*Vitulus conflatilis.* lim populus Iudaicus ſecutus, uitulum ſibi conflatilem fecit, & adorauit. d Ipſi uetuſtiſsimi.] Scribit libro ſecundo præparationis Euangel. Euſebius, Aegyptios aſſerere in rerum omnium origine primum apud eos homines productos, partim propter cœli temperantiam, partim propter Nili fœcunditatem, qui humanas etiam effigies moliatur, ut ſupra. Reuera *Pulchra hiſtoria.* tamen eos uetuſtiſsimos eſſe, uel ueteris inſtrumenti fides indicat. Dignum eſt ſcitu, quod Herodotus ſcribit in Euterpe, Pſammetichi temporibus anxiè de uetuſtate Aegyptiorum perquiſitum eſſe, quòd Phryges uetuſtiores eſſe ſeſe contenderent. Infantes igitur humili genere natos, paſtori educandos tradidit, ea conditione, ne uerbum quidem quiſquam coram ipſis hiſceret. In caſa illi ſolitaria educati, & tum lacte caprino, tum cibarijs alijs, poſtquam creuerunt, foti, & aduſque bimatum retenti ſunt. Contigit deinde ut paſtore, qui hæc adminiſtrabat, ianuam aperiente, atque intrante, ambo infantes porrectis manibus procidentes Beccus clamarint. Ea uox ſæpe repetita ad Pſammetichi aures delata eſt, qui ſciſcitans mortales, ne aliqui hoc nomine quicquam ſignificarent? comperit tandem Phry-*Claudianus.* gas ſic panem appellare. Atque hoc indicio, Phrygibus Aegyptij ut prioribus ceſſerunt. Hinc illud eſt Claudiani libro contra Eutropium. 2. Dat cuncta uetuſtas Principium Phrygibus, nec rex Aegyptius ultra Reſtitit, humani poſtquam puer uberis expers, In Phrygiam primum laxauit murmura uocem. Lactantius Placidus Statij interpres, apud eundem in quarto Thebaidos, hanc contentionem inter Arcadas luna ſe uetuſtiores eſſe iactantes,

& Phrygas

& Phrygas fuiſſe ſcribit. Iuſtin. lib. 2. Scythas & Aegyptios contendiſſe ait, & primõs homines Scythiæ tribuit, Plato Atticæ, Hebræi & Chriſtiani Paradiſo: quę quanam terræ parte ſita ſit, etiamnum quęritur. a Amaſim.] De hoc Lucan. lib. 9. Nõ mihi Pyramidum tumulis euulſus Amaſis. Hic authore Euſebio, Dinaſtię decimęoctauæ rex tertius fuit, anno mundi 3450. unde coniectura euidens eſſe poteſt, multos ante eum reges floruiſſe. Non prætererim hoc loco, Aegyptios aliquando reges ſuos omnes Pharaones nominaſſe, ſicut poſtea Pto- *Pharaones.*

uetuſtiſsimi (ut prædicant) hominum, trecentos & triginta reges ante[a] Amaſim, & ſupra [b] tredecim millium annorum ætates certis annalibus referunt, mandatumq́ literis ſeruant, dum Ægyptij ſunt, [c] quater curſus ſuos uertiſſe ſydera, ac ſolem bis iam occidiſſe, unde

lemæos, ut imperatores noſtri Cæſares dicũtur. Ea cauſa Auguſtinus octauo ca. li. de ciuitate Dei decimi, Pharaonẽ regem Aegypti interpretatur. Ille autem, qui Moſen perſecutus eſt populũ Iſraël ex Aegypto ducentem, Cenchres Pharao dictus eſt, authore in Chronicis Euſebio. Ioſepho certe Techmoſis dicitur, & nonnullis Amaſis. Authore enim Appione Polyhiſtore, cuius meminit Gellius, Iudęi, qui iã olim Aegypto potiebantur, Amaſide regnante, duce Moſe ab Aegyptijs defecerunt, Euſebio alicubi authore. Addo & hoc, Barbaros uocaſſe Aegyptios omnes eos, qui lingua ſua non loquerentur, Herodoto authore. b Tredecim millium.] Diſcordat in numero ab Herodoto, ex quo tamen hæc deprompſiſſe uidetur. Nam hic ſecundo libro, niſi corrupta eſt lectio, mille trecentorum & quadraginta annorum meminit, in eo uero quater ſolem præter cõſuetudinem fuiſſe ortum ait: bis quidem illic exortum, ubi nunc occidit, bis autem, unde nũc oritur, illic occidiſſe. Et de annis quidem dubitari poſſet, eo quod annum dierum triginta apud Aegyptios fuiſſe Plinius aſſerit. Si ita accipimus, nulla uetuſtas eſt, nec dignum tempus cuius mentio fiat. eſſent enim annorum noſtrorum mille octoginta tres plus minus, & menſes quatuor. Cęterum, quod ſcribit quater per id tẽpus uertiſſe ſydera, neceſſe eſt, ut duodecim menſium annum intelligamus: cum ne hoc quidem modo tot anni ad tantam mutationem ſyderum quadrent, ut iam nunc exponam. Annum autẽ & hunc in Aegypto cœpiſſe ex Strabone conſtat, qui libro ultimo. 365. dies in anni complementum tradidiſſe eos ſcribit: mox Græcos, apud quos annus eo tempore ignorabatur, ab illis didiciſſe, multis ſacerdotum monumentis in Gręcam linguam translatis. c Quater uertiſſe.] Quo motu? Si motu, quo exiſtimatur octaua ſphæra in 100. annis uno gradu ferè mutari reſpectu ſphęræ nonę, deſiderabit ea conuerſio triginta ſex annorum millia, qui numerus annum illum fabuloſum Platonicũ efficit. *Motus octauæ ſphæræ.* In quo metiendo nihil penſi uetuſtiores habuerunt, & uariant etiamnum recẽtiores. Nec dubium eſt tamen, ex diligenti motus orbium obſeruatione iſthoc ſcire poſſe, cum ſit deprehenſum octauam ſphærã proprio niſu moueri contra motum primi, ut uocant, mobilis, ab occaſu in ortum uerſus: ne quis fabuloſa putet Platonis ueterumq́ placita, quod ita fieri, quãtum ad cœli motum attinet, non poſsit. Sed hac cauſa magis, quod Chriſtiana religione, ut diuerſum nobis perſuadeamus, arcemur. Statuamus autem, gratia exempli, aliquam ſtellam fixam in certo gradu nonæ ſphęrę hoc noſtro ſeculo oriri & occidere, illa poſt centum prope annos, cum alio gradu & ſequente, orietur & occidet, ob motum iam dictum: & quia circulo 260. gradus reſpondent, & ſingulis ſeculis, hoc eſt, ſingulis annis centenis, in ſingulos gradus illa mouetur: conſequens eſt, ut prędicta fixa ſtella ſub eum gradum nonę ſphęræ, cum quo hodie oritur, occiditq́, non perueniat niſi 36. millibus annorum exactis: tanto enim tempore illa fit ſyderum conuerſio. *Anni magni explicatio.* Nec uerò me pręterit eſſe recentiores, qui id annis. 49. millibus euenire aſſerant, propter motũ trepidationis, ſiue reniſionis octauę ſphęrę in paruis circulis ſuper capitibus arietis & librę deſcriptis. Quid uerò proportionis eſt annorum tredecim milliũ ad numerum conuerſionis prędictum? Addo quod hoc modo non contingit, quòd aliquo tẽpore ſol ibi oriatur, ubi prius occidit: quocunq́ enim gradu oritur, in eodem occidit. Quid igitur? Quando me torſit locus ille (uolo equidẽ fateri per quos profecerim) & Chalcographi in poſtulandis ſchedis meis (ſimul enim domi & in officina Chalcographaria hic noſter cũmentarius cudebatur) moleſti admodum eſſent, ad Georgium feſtinaui Collimitium clariſsimum mathematicum: cui, quicquid in me rudimentorum eſt ad Aſtronomica illa attinentiũ, acceptum ingenue refero. *Georgius Collimitius mathematicus.* Qui, uiſo Põponij loco, quo premi me nõnihil querebar, codicẽ protulit eius authoris peremendatũ, quo in interpretandis Melæ libris uſus eſt Andreas Stiborius Boius, ordinarius aliquãdo Viennæ mathematicę profeſſor, homo, dũ in uita fuit, citra controuerſiam doctiſsimus, cui proximis annis Collimitius Cęſareus & Phyſicus & Mathematicus, auctiori facto ſtipẽdio ſucceſsit. *Andreas Stiborius mathematicus.* In eius codicis margine ſcholia quędã adſcripta erãt, quę cũ intuitus eſſet Collimitius, in hanc ſententiã retulit. Videri ſibi ex Põponij & Herodoti uerbis mirabilem quandã motus rationem Aegyptios illos ſecutos eſſe, qui id euenire putarint, ut ab eo aliquãdo latere ſol occideret, unde prius ortus eſt, conuerſione ſyderũ facta. Nec alio

nunc orit. [a]Viginti millia urbiũ Amaſi regnante habitarunt, & nũc multas habitãt. Earum clariſsimæ procul à mari, [b]Says, [c]Mẽphis, [d]Syene,

id modo fieri poſſe, quàm ſi perſuadeamus nobis octauam ſphęram moueri, ſuper àxe Zenith æquinoctialis, terra ſtante, ad totam ſui conuerſionẽ: quo poſito & conceſſo, non difficile eſſe aiebat id intelligere, quod Aegyptij aliquando aſſeruiſſent, & Pomponius referret. Talem autem motum in excurſu annorum plus minus trium millium eos diſtribuiſſe uideri. Verũ repugnare hoc & contrauenire ſibi oſtendebat, ut ſol bis tantum ortus fuerit, ubi nunc occidit, aut è regione, & interim quaternam conuerſionem eſſe factam: magno argumento, falſa eſſe, quæ illi tradidiſſent: nã, ſi quater uerſa ſydera eſſent, neceſſe erat ſolis ortum occaſumq́ꝫ ſimiliter quater mutatum eſſe. HANC opinionem minime ueram, ad Melæ tamen locum explicandum mire efficacem, cum ego exultans probaſſem, aliam mihi perquam auide inquirenti recenſuit, uideri poſſe uidelicet, moueri mũdum ſuper axe ueri orientis: quo propoſito, ex huiuſmodi imaginatione ſequi dicebat, ut intelligeretur per huiuſmodi motum, omni parallelo uerticalem aliquando futurum ſolem: quod ipſum ita eſſe, demonſtrabat. Alluſiſſe autem ad talem rationem motus Herodotum exiſtimabat: qui ſecũdo libro ſcripſit, ſolem eadem ſuper Iſtro ſuſcitaturum, quę hodie ſuper Nilo ſuſcitat, ſi fines uerterentur mundi, & in ea parte ſtatueretur Aquilo, quam hodie tenet Auſter, de qua re nos ſupra retulimus. Tali autem motu tametſi ſydera uerti contingeret, ſol tamen non niſi una in parte oriretur & occideret, id quod patet ex ſphæræ inſpectione. SED falſa illa omnia, inquit, quæ ad fictos motus attinent, quis neſcit? nec religioni tantum noſtræ, ſed receptiſsimorum etiam ſcriptorum authoritati aduerſa, tum & experientia, obſeruatione, & demonſtrationibus certiſsimis confutata. Adiecit hoc quoque, quod utriſque iam dictis motibus, ſi quo modo poſsibile foret eſſe eos, accideret, ut cuilibet portioni terræ, quodlibet cœli punctum aliquando uerticale fieret: unde nulli mirum eſſet, tranſmutationes regionum, morum, legum, aliorumq́ꝫ huiuſmodi perpetuo uariari. Ita ut in ſeptimo climate ea quandoqꝫ futura eſſet elementorum, & quæ ex ipſis conſtant, natura, quæ hodie de Callicuto, Taprobane, aureoúe Cherroneſo comperta eſt. Poſtremo affirmabat, quòd perpulchra eſſet recentiorum imaginatio de motu octauæ ſphæræ in paruis circulis ſuper capitibus arietis & libræ deſcriptis: qui motus re ipſa exiſtens utriuſqꝫ, cuius meminerit confictí motus partem quandam teneret, quod mihi inſtrumento æreo quodam, quo paruos circulos illos uidere erat, apertiſsime oſtendebat.

Aegyptij degeneres. IAM conſtat poſteriores Aegyptios multum à maiorum ſtudijs & ſeueritate degeneraſſe: inqꝫ hoc gloriandi genere admodum iacticulos fuiſſe, ut non iniuria Phlegon Hadriani libertus, in quadam epiſtola genus illic hominum uaniſsimũ eſſe dixerit, ut ex Saturnini uita, quę Spartiano aſſcribitur, libro duodecimo, Crinitus adnotauit. Spartianus certe in Aemiliano, Familiare, inquit, eſt populo Aegyptiorum, ut uelut furioſi ac dementes de leuibus quibuſqꝫ ad ſumma reipublicæ diſcrimina perducantur. Sępe illi ob neglectas ſalutationes, locũ in balneis nõ conceſſum, carnem & olera ſequeſtrata, calceamenta ſeruilia, & cætera talia uſqꝫ ad ſummum R.P. diſcrimen ſeditionũ ita ut armarentur conira eos exercitus, permouerunt. Adeo plerũque ubi ampliſsimis uirtutib. locus eſt, grandia uitia iuxta eminent. a Viginti millia.] In Delta. 250. urbes fuiſſe Martianus ſcribit. Cæterum, quod ait, habitarunt, intelligo tot urbes extra intraq́ꝫ Aegypti limites eos tenuiſſe, alioqui res uix capit fidem. Nã Capella Martianus libro ſexto, quinque millia oppidorum Indos habitaſſe refert: & terrę tamen propè tertia pars credita eſt. Imperio igitur rectius quàm terrę Aegyptiorum tot urbes tribuimus. Plinius quoque libro 5. Aegyptus, inquit, ſupra cæteram antiquitatis gloriam 20. millibus urbium, ibi Amaſe regnante, habitata pręfertur. Strabo libro ultimo ad Thebas Aegyptias ſcribit obeliſcos eſſe, quorum uetuſtiſsimis literis, quanta regum illic potentia fuerit, declaretur: & imperium tenuiſſe eos uſqꝫ ad Scythiam: Bactrianam, Indiamq́ꝫ, & quæ nunc Ionia dicitur, propagatum ſignificare. Tributorum item & exercitus magnitudinẽ circiter decies centena millia. Quanquam & hoc mihi horum iactantię tribuendum uidetur. Nam Imperatores, & rerum geſtarum ſcriptores, ut ornatiora efficiant negocia, ad hoc mentiendi genus aliquando efferuntur: ut libro tertio ſcribit Strabo.

Polybius. Ita Polybius Celtiberorum in Hiſpania. 300. urbes à Tib. Graccho ſubuerſas eſſe, in Gracchi gratiam memoriæ prodidit: illorum more, qui triumphales pompas apparant, & pro ſingulis turribus ſingulas urbes ſpectandas exhibent. Nam & Cicero in libro, qui Brutus inſcribitur, fatetur immodico illo laudationum genere Romanam hiſtoriam mendoſiorem factam eſſe. Multa enim, inquit, ſcripta ſunt in eis, quæ facta non ſunt, falſi triumphi, plures conſulatus, genera etiam falſa, & ad plebem tranſitiones, &c. b Says.] A qua Saytani Herodoto. c Memphis.] Notiſsima ex Apidis culti uanitate, hodie Alcayrum nominari, & Sultani regiam eſſe ferunt. d Syene.] Hęc Cancri tropico ſubiacet, ideo in meridie cum in initio cancri ſol eſt, arrecta corpora nullam faciunt umbram. Vnde illud Lucanus libro ſecundo, Atque umbras nuſquam flectente Syene. ubi

nuſquam

nuſquam legendum, non nunquam, ut Macrobius legit lib. Somnij ſecundo: nuſquam enim dixit, id eſt, in nulla parte, cum tunc radius ex meridiano per catheton incidat. Hinc & Strabonis illud lib. ultimo de puteo meridiei tēpore umbra carente. a Bubaſtis.] In hac Dianæ, quam Bubaſtin nominant, clariſsimum templum fuit, & inter cætera maxime ſpectabile, ut in Euterpe ſcribit Herodotus. b Elephantis.] Paulo infra minorē Cataracten ſita eſt, ut ſupra. c Thebæ.] Hodie Dioſpolis, ut Strabo ait. meminit eius Homerus lib. Iliados no Thebæ.

[a] Bubaſtis, [b] Elephantis, & [c] Thebæ utiq;, ut Homero dictum eſt, centū portas, ſiue (ut alij aiūt) centum aulas habent, totidem olim principum domos, ſolitasq; ſingulas, ubi negocium exegerat, dena armatorum millia effundere. In litore [d] Alexandria Africæ contermina. [e] Pelusiū Arabiæ ipſas oras ſecat. [f] Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pathmiticum, Mendeſium, Tanicum, Peluſiacum, Nili oſtia.

no. Plin. lib. 5. Thebæ, inquit, portarum centum fama nobilis, copioſa Arabicarum Indicarumq; mercium, Nilo proximum emporiū. Multa de hac Diodorus & Strabo. A Buſyride cōditam uolunt. Hortum habuit penſilem, adeo amplum altūq;, ut ſubtus per immenſos meatus exercitus emittere potuerint, uulgo id non ſentiente: quod fabuloſum Plinius exiſtimat capite 14. libri penultimi. Demum collapſa, ut alia ſolent uetuſtate, etiā Strabonis temporibus uicatim inhabitata eſt. Iuuenalis de hac Satyra decimaquinta. Atque uetus Thebæ centum Iuuenalis. iacet obruta portis. Quo loco centum portarum meminit, ad differentiam Bœoticæ, quæ ſeptem tantum inſignibus portis memorabatur. Ideo Ouidius lib. met. 12, Vrbs erat & ſeptem poſſes oſtendere portas, Hæ pro nomine erāt. &c. De illis Aegyptijs Rufus ex Dionyſio. Hîc urbs eſt Thebę, Thebę quæ mœnib. altis Præcinxere larem Memnon, ubi Tithoneus Suſpectat roſeas auroræ matris habenas. &c, Quod ad Memnonem attinet, ſatis Strabo & Diodorus. Scribit libro 2. Tacitus, Germanicum Cęſarem, cū aliquando in Aegypto ageret, Thebas diuertiſſe, ubi in extructis uetuſtiſsimis molibus literæ Aegyptiæ extitere priorē urbis opulentiam complexæ: quas è ſenioribus ſacerdotibus unus interpretari patrio ſermone iuſſus, retulit habitaſſe eam quondam ſeptuaginta millia, ętate militari, atq; eo cum exercitu Rhamſen propè tota Aſia potitum. Idem tradit, & cæteris miraculis Germanicum animum intendiſſe, quarum pręcipuū fuerit Memnonis ſaxea effigies: quę, ubi radijs ſolis icta eſſet, ſonum uocalem reddiderit. d Alexandria.] Multa de clariſsima urbe illa ſcribit lib. 10. Egeſippus, lib. 17. Diodorus, & 5. lib. Plinius. Ioſephus contra Appionem libro primo tradit Alexandriam Ditis patris uetuſtiſsimum templum habuiſſe, à Ptolemæo extructum primo illo Alexandria. Macedonum, ſcilicet qui opes Aegypti auctiores fecit, cuius multis libro 20. Tacitus meminit. Durat hodie celeberrimum omnium propè Europę nationum emporium, Indicas merces Arabico ſinu & Nili foſsis uarijs excipiens, & in omnes mediterranei maris oras diſtribuens. De Alexandriæ origine, alijsq; in ea inſignibus Strabo libro 17. Alexandria, inquit, 22. lib. Marcellinus, uertex omnium eſt in Aegypto ciuitatum, quam multa nobilitāt, & magnifica conditoris altiſsimi, & architecti ſolertia Dinocratis. & infra paulo: Inibi auræ ſalubriter ſpirantes, aër tranquillus & clemens: atque ut periculum docuit per uarias collectum ętates, nullo penè die incolentes hanc ciuitatem ſolem ſerenum non uident. Scribit Hircius lib. bellorum ciuilium. 4. Alexandriæ ędificia ſine contignatione, ac materia fuiſſe, qualia hodie quoq;, ut audio, uiſuntur ſtructuris & fornicib. contenta, tectaq; rudere aut pauimētis, ideoq; ab incendijs maxime tuta. Iuxta eſt Pharia turris in nautarum ſalutem nocturnis ignibus flagrans: id enim, ut retulimus, importuoſum litus eſt. Pharia turris. e Peluſium.] Ab hoc oppido nomen eſt pręterfluenti oſtio. Strabo lib. ultimo, Arabia inquit (Petream intelligens) inter Nilum iacet & ſinum Arabicum, in cuius extremis partibus ſitum eſt Peluſium. Scribit Hircius, exiſtimatum aliquando totam Aegyptum maritimo acceſſu Pharo, pedeſtri Peluſio uelut caſtris munitam fuiſſe. f Canopicum.] In oſtiorum Nili nominibus pulchre Plinio cap. 10. lib. Oſtia Nili. 5. Strabo lib. ultimo, & lib. 22. Ammiano cum Pomponio conuenit, niſi quod Heracleoticū, præterito Canopico, Ammianus recēſet, cuius & Seneca meminit ut inſignis, lib. 4. nat. q. Rationem Plin. reddit his uerbis: Naucratum, unde oſtium quidā Naucraticū nominant, quod alij Heracleoticum, Canopico, cui ſex millibus paſſuum proximum eſt, pręferentes. Heracleoticum Tacitus his uerbis indicat lib. 2. hiſtoriæ Auguſtę: Inde proximū amnis os, dicatū Herculi, quem indigenę apud ſe & antiquiſsimū perhibent, eosq;, qui poſtea pari uirtute fuerint, in cognomentum aſcitos. Addit Plinius, minus pręcipuis oſtijs adnumeratis. 11. oſtia reperiri, ſuperq; quatuor, quę ipſi falſa ora appellant, & Strab. Sunt, inquit, inter hęc alia quędam oſtiola ignobiliora falſa oſtiorum appellatione: habent ingreſſus nō tamen aptos magnis nauigijs, ſed ſcaphis, propterea quod breuia & paludes loca obtinent. Nonnihil ab alijs diuerſa

lib. 2.

lib.2.ſcripſit Herodotus. Omnibus uerò ab inſignibus oppidis impoſita nomina: Ea ſunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis, à qua Taniticum Ptolemæus & Strab. deriuant. Plin. & in emendatis codicibus Pomponius Tanicum, & de quo ſupra retulimus, Peluſium. Hæc de Aegypto hactenus.

ARABIA.

Arabia ubi? Triplex Arabia. Qvicquid ultra Aegyptum in meridiem & brumalem ortum expoſitum eſt, Palæſtina, Phœnicia, Syria, Meſopotamia, & Babylonia excluſum, id uniuerſum ad Arabas pertinet. Quorum regionem triplicem Ptolemæus fecit, Petream Arabiam eam nominans, quæ ſupra Palęſtinam ad Caſium montem, & mare rubrum excurrit: nomen habet à Petra uetuſtiſsimo oppido, de quo infra referemus.

ARABIA.

ARabia [a] hinc ad rubrum mare pertinet: ſed [b] illinc magis læta & ditior, thure atque odoribus abũdat, hinc, niſi qua [c] Caſio monte attollit, [d] plana & ſterilis: portũ admittit [e] Azotum ſuarum mercium emporium. Quà [f] in altum abit, adeo ędita, ut ex ſummo uertice à [g] quarta uigilia ortum ſolis oſtendat.

Strabo libro decimoſexto, Nabatheam uocat. Aliam deſertā, felici à meridie, à ſeptētrione Syria & Meſopotamiæ parte terminat. Vtranq; tab. Aſiæ. 4. deſcribit Plinius & Strab. Sceniten, & Arabas illic Scenitas nominãt, uagos & à tabernaculis cognominatos, quæ cilicijs metãtur, ubi libuit, authore Plin. nã σκηνὴ tabernaculum ſignificat, atque inde Latinis ſcena pro umbraculo uſurpatũ. Virg. Aeneid. primo: Tum ſyluis ſcena coruſcis. Tertiam felicem nominat diuitem & Beatę cognomine inclytam, quę peninſulæ forma inter Perſicũ & Arabicũ ſinum in meridiẽ tenditur: de qua tertio libro copioſius Pomponius, qui hôc loco plura ceu minus illuſtria præterijt. *Seruius.* Seruius ſuper illo Maronis lib. Aeneid. primo: Centumq; Sabæo Thure calent aræ, Tres, inquit, ſunt Arabię, Inferior, Petrodes, & Eudemon, per inferiorem eam intelligens, quę ad Cœloſyriam ſita Scenitis nominatur. Plinius 28. cap. ſexti libri, Sceniten amplioribus, quàm Ptolemęus finibus, à Comagene, atq; ipſo Amano & Ciliciæ regione deſcendere ait: in uniuerſum amplitudine nullis gentiũ poſt ferendam aſſerens. a Hinc.] In occaſum, Aegyptum uerſus & ſeptentrionem, citra montana. b Illinc.] In meridiem & ortũ. c Caſio monte.] *Caſius mons.* Iuxta hunc delubrum eſt Caſij Iouis, quod Romanorum ambitio illuſtre fecit, & Põpeij tumulus multis poſt annis ab Adriano inſtauratus, ut Capitolinus tradit. Noſtri Sinam montem eſſe aſſerunt, ſummę ueritatis decalogo, perferente Moſe, mortalibus exhibito nobilem, & etiamnum diuę Catharinę ſepulchro clarum. Plinius Arabiam hanc ſterilem, & *Duo Caſij.* pręter Caſium montem nihil inſigne habentem indicat. At nôtandũ obiter, alium ſupra Seleuciam Caſium eſſe Plinio, cuius altitudo in directum quatuor millium paſſuum eſt. Cuius, inquit, excelſa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras ſolem aſpicit, breui circumactu corporis diem noctemq; pariter oſtendens. Quod ipſum montanis Arabię Pomponius generatim tribuit. Ammianus de Iuliano Cęſare libro uigeſimoſecũdo, Deniq; prętituto, inquit, feriarum die Caſium montem aſcendit nemoroſum, & tereti ambitu in ſublime porrectũ: unde ſecũdis gallicinijs uidetur primus ſolis exortus. A Caſio Ptolemęus Caſiotin Arabiam illam cognominauit. d Plana.] Hoc ita eſſe ſatis his uerbis Strabo indicat libro decimoſexto. *Petra.* Nabatheorum metropolis eſt ea, quę Petra nominatur, in loco alioqui ęquo & plano iacet, in circuitu uero rupibus & pręcipitijs murato, introrſum fontes ad hortos & aquationem uberrimos habente. Extra circuitum regio magna ex parte deſerta eſt, pręſertim Iudęam uerſus. Hęc ille. Inde Petram Deſerti ab Eſaia nominatam legimus. e Azotum.] Oppidũ Plinius & Strabo faciunt, unde Azotij dicti. Eam ciuitatem diutiſsimam inter omnes Syrię ciuitates obſidionem, Pſameticho Aegyptum tenente, ſuſtinuiſſe Herodotus ſcribit libro ſecundo. Ptolemęus Azotum Palęſtinę tribuit, à quo quantum ad ſitum attinet, nec Plinius, nec Strabo diſſentiunt. f In altũ abit.] In pręcelſos aſſurgit montes. g Quarta uigilia ortum ſolis oſtendat.] *Vigiliæ quatuor.* Ante ortum ſolis iuſto tempore. Nam in caſtris Romanis nocturno tempori quatuor uigilię datę ſunt, maioris gratia cuſtodię, pluribus demandato labore, ut & certius uigilaretur, & nocturnę quietis, quam in omni animali natura expoſtulat, ratio haberetur: ab occaſu autem ad noctis mediũ uigilię duę, hinc in ortũ duę alterę ſtatuebantur. Quarta igitur uigilia, tenebris pręſertim lucem ęquantibus, hora ante uerum ortum tertia initium habuit, qua galli excubitores cantu frequenter prędicere diem aſſolent, quanquam ne medio quidem noctis ſileant: hoc eſt, quòd ſecunda gallicinia, matutina illa Marcellinus non tam apposite, quàm eleganter appellauit.

SYRIA.

SYRIA.

AB Arabia Petrea totus tractus litoris maris noſtri aduſꝗ ſinum Iſſicum, Syriæ
eſt. Bene ergo Pomponius late eam litora tenere ait. Proſcribit omnia Ptole-
mæus tabulis Aſiæ quarta & quinta: quas te inſpectare eſt opus, quiſquis es
ſtudioſe lector, ex his noſtris promoture lucubrationibus: alioqui in tanta re-
rum, nominumꝗ diuerſitate nihil recte memoriæ offeres. Cernes autem, ſi no
bis obſequeris, quàm apte om
nia in tabulis expreſſa loca Põ-
ponij uerbis reſpondeant.

SYRIA.

SYria late litora tenet, terraſꝗ etiã [b] la
tius introrſus, alijs alijſꝗ nũcupata
nominibus: nã & [c] Cœle dicitur, &
[d] Meſopotamia, & [e] Damâſcene, &
[f] Adiabæne, & [g] Babylonia, & [h] Iudaę, [i] & Sophe

b Latius introrſus.] Nam
ad ſinum uſꝗ Perſicum pro-
currit, ab ortu Suſiana & Tau-
ri iugis mediam claudentibus
terminata, Straboni, & Ptole-
mæo. c Cœle.] Hinc Cœ-
loſyria dicta Strab. 16. lib. To- *Cœloſyria.*
ta, inquit, regio ultra Seleuci-
dem in Aegyptũ, & Arabiam
recedens Cœloſyria appellatur, ſed proprie quæ Lybano terminatur, & Antilibano &c. No-
men ſortita eſt à concauitate, quam Græci κοιλότιτα nominant. Nam & κοῖλος omnis is lo-
cus cauus dicitur. Fecit id altiſsima inter Libanum & Antilibanum profunditas. d Me- *Meſopotamia.*
ſopotamia.] Quæcũꝗ intra amnes eſt Tigrim & Euphratem, à ſeptentrione Tauro excepta.
Inde nomen ſortita, ut eſt notum cum ex alijs, tum Philoſtrato lib. 1. de uita Apollonij. Taci-
tus lib. Auguſtalis hiſtoriæ. 5. ubi de Ornoſpade Partho, Mox, inquit, repetita amicitia regis,
multo apud eum honore, pręfectus campis, qui Euphrate, & Tigre inclytis circumflui Meſo-
potamię nomen acceperunt &c. e Damaſcene.] Circa Libanũ à Damaſco, clariſsima ci-
uitatum. f Adiabæne.] Nomen habet à difficili tranſitu: magis enim rigatur amnibus,
Græcis διαβαίνειν tranſire ſignificat. Lege Ammianum lib. 23. Ptolemæus hanc trans Meſo-
potamiam in ortum, Aſſyriæ partem ſtatuit, ſicut & Sitacenam, & Arbelitin. At Plin. ultra
Armeniã, inquit, Adiabęne, Aſſyria ante dicta. Quo in loco de Syrię procurſu pulchra, quan- *Adiabæne.*
quam mendoſe hactenus inter alia lectum, Qui ſubtilius diuidũt circum Euphratem Syriam
Phœnicem uolunt, ubi pro citra circum legitur, cum intelligat Plinius, Syriam, quę citra Eu-
phratem eſt; à frequentiori parte Phœnicem quoque dictam aliquorum ſententia. Nam &
mare eius litoris totum Phœnicum cognominatur. Aut certe ſic legendum: Qui ſubtilius di
uidunt, circumfundi Syria Phœnicem uolunt: quemadmodum legẽdum cenſet doctiſsimus
Budęus lib. de Aſſe; & partibus. 4. Quod ad Diabęnen attinet. Strab. lib. 16. à principio cum
Ptolemęo conuenit. Martianus. 6. lib. Plinium, è quo ſua deprompſit, ſequitur. Strabo Baby-
loniam & maximam circumſtantis regionis partem Aſſyriæ nomine comprehendit: à cuius *Aſſyria.*
ſententia in urbibus Stephanus eſt, ut ea proprie Syria ſit, quę citra Euphratem in mediter-
raneum pelagus inclinat. Plin. 12. cap. quinti lib. Syrię totius Aſſyriam partem facit: quem
equidem libentius ſequor. Multi confundunt, ut Herodotus, qui Syros à Gręcis dictos, Aſ-
ſyrios à Barbaris dici ſcribit, & illis Chaldęos adnumerat. Acron quoꝗ & Porphyrio inſi-
gnes grammatici ſuper 12. Ode ſecundi Car. Horat. eam, quę nunc Syria dicatur, olim Aſſy-
riam addita ſyllaba dictam ſcribunt, & lib. 23. Ammianus, Citra amnes, inquit, prouincia eſt
nobilis Aſſyria, celebritate & magnitudine, tum & multiformi feracitate ditiſsima: quę per
populos pagoſꝗ amplos diffuſa, quondam & copioſa ad unum conceſsit uocabulum, &
nunc omnis appellatur Syria. Dion in Traiani uita, Attyriam barbaris dictam s. litera in t.
mutata, quam Aſſyriam nos uocemus, indicat. Hanc diuerſitatem percenſenti mihi nil aliud
uidetur, quàm ut Syrię, & Aſſyrię nomina confuſa fuiſſe credam: nam & hodie confundi-
mus. g Babylonia.] Quę & Chaldęa, quam Ptolemęus cum Pomponio, & Plinio ab
Aſſyria ſeparat, nomen ab urbe adepta, de qua infra. Hoc non pręteream, Adiabęnen à Pli-
nio trans Armeniam ſtatui: quod quidem non eo modo intellgendum eſt, quo Sophenen
trãs Taurum in ſeptentriones expoſitam eſſe ait: citra enim Taurum eſſe illam quis neſcit?
Sed trans Armeniam dixit, quod Adiabęne amplius, quàm illa in ortum ſolis ſecundum
Tauri iuga excurrit, id quod in quinta Ptolemęi tab. uidere licet. h Iudęa.] Ptolemęus lib. *Iudæa.*
Coſmographię quarto, Palęſtina, inquit, Syrię, quę Iudęa Syria appellatur &c. Plin. lib. 5.
Palęſtinam, Samariam, Iudęam, & Idumęam ſeiungit. Galilęam appellari hic aſſerens, ubi Sy-
rię iungitur: in occaſum autem trans Iordanem Petream, Arabię proximam. Omnia hęc Pa-
lęſtinę Ptolemęus ſubdit, cuius tabulam Aſię quartam diligenter inſpicito. i Sophene.] *Sophene.*
Plin. Qua Taurum, inquit, tranſit, Sophene dicitur. Procopius, niſi uitiatus codex eſt, libro
1. de bello Perſico, Sophoſenem nominat. Ptolemęus eam in Armenia maiori ſtatuit. Strab.
libro undecimo, inter Taurum, & Antitaurum eodem in loco. Vide pro loci memoria com-

ne. Hinc [a] Palęſtina eſt, qua tangit Arabas cum Phœnice: & ubi ſe Ciliciæ [b] committit, [c] Antiochia, olim, ac diu potens: ſed cũ [d] eã regno [e] Semiramis tenuit, longe [f] potentiſsima. Ex operibus certe eius inſignia multa ſunt, duo maxime excellũt, [g] cõſtituta urbs mirę magnitudinis Ba

paranda Ptolem. tab. Aſiæ 3. Populus uero in Armenia celebris Sopheni, quorum in ſexto meminit Plin. Dignum eſt ſcitu, quod ſcribit lib. 16. Strab. Syriæ nomen aliquando ab Iſsico ſinu ad pontum uſque Euxinum duraſſe, & ob id utroſque Cappadocas, & qui ad Taurum, & qui ad Euxinũ ſunt ſiti, Leucoſyros aduſq; ſua tempora dictos eſſe. Quod confirmat Dionyſ. interprete Palæmone: Poſt Libani montis populi ſunt ſolis ad ortus, Alterius Syriæ, quę tendit aduſque Sinopen, Cappadoces medijs habitant in finibus huius. Plinius capite tertio libri ſexti, Galatię, inquit, Cappadociæ pars prętenta Morimene uocatur, ubi diſterminat eos Cappadox amnis à q̊ nomen traxere, ante Leucoſyri dicti. a Palęſtina.] De Phœnice infra. Illa à Palęſtin olim illic metropoli nomẽ habet. Vnde Palęſtini, qui ijdem cum his ſunt, quos ſacra hiſtoria Philiſtim, & Philiſtinos nominat, de quib. in primo regum ſcribitur. b Committit.] Coniungit. c Antiochia.] Plin. ubi Ciliciam attingit, inquit, Antiochia dicitur, & Antiochena, ab Antiochia, quæ illic eſt clariſsima ciuitatum, de qua multa libro primo Procopius de bello Perſico. Sicut Comagena intra ſinum Iſsicum, & Euphratem, & alibi, Laodicena, Apamena, Ptolemæo. d Eam.] Syriam. e Semiramis.] De hac prudentiſsima, & uiri nomine digna fœmina libro tertio Diodo. Commeminerũt, quos uiderim, Valerius Maximus, Iuſtinus, Oroſius, Iuuenalis, Euſebius, Auguſtinus, Ioſephus, Philoſtratus, Propertius. Ea mulierum omniũ, quarum ex hiſtoria ad nos perlata notitia eſt, longe celeberrima: quamq; cum Cyro pręcipue Alexander admiratus fuerit, quòd in illis & magnitudo quędam animi, & rerum claritas plurima enituiſſet. Cœlius ſcribit Rhodiginus c. 37. libri antiquarum lectionum duodecimi. f Potentiſsima.] Auguſtinus capite ſecundo libro decimooctauo de Ciuitate Dei, Quãtum, inquit, attinet ad imperium, nullum maius primis temporibus Aſſyriorum fuit, nec tam longe lateq; diffuſum. Sed à Semiramide tamen multo eſt Salomonis nomen celeberrimum, qui, ut nono cap. lib. Paralipomenon ſecundi ſcribitur, ab Euphrate ad Palęſtinam uſq;, & Aegypti limites longe lateq; imperauit, gloriaque & diuitijs circumfluentibus omnes reges non modo æquales, ſed cuiuſcunque etiam ętatis haud dubie ſuperauit. De Dauidis pari in ea imperio eſt notum. Domitis hic aduſque Euphratem Syris, ſimul & tributa iniunxit, & opima ſpolia Hieroſolyma tranſtulit, ut 8. cap. & rurſum decimo ſecundi Regum legitur. Vellem autem ut noſtrorum antiſtitum, & horum maxime, qui ſe atriori religionis fuco ueſtierunt, quibus tantum imperitandi ſtudium eſt, dum contra Euangelij edictum tantopere ad ueteris, hoc eſt, mortuæ legis exempla reſpiciunt, ſibi ſubinde palpantes, & ingruentem conſcientiæ mucronem utcunque eludentes, tantis opibus ſuis, quas unice quęrunt, ſapientiæ ſtudium coniungerent: ut quod, Euangelio reclamante, mordicus retinere ſemel cœpiſſent, ipſis ſaltem doctrinæ, & ſapientiæ nomine licere uideretur, nec eſſent, qui Chriſtianę plebi obijcere poſſent, ita eam damnabili conſenſu delirare, ut non niſi ignauiſsime ocíantes, maximis demum opibus dignos iudicet. Porrò ut Dauidem prophetię ſpiritu inſignem prętereamus, ea etiamnum doctrinę Salomonis monimenta extant, ut ſi ſatis animo comprehenſa haberemus, quę ille tradidit, omnem philoſophiam (quod ad mores attinet, & animi inſtitutionem) nugas meras eſſe iudicaremus. In hac ſententia Budæus eſt. g Conſtituta urbs.] Maxima urbs & Chaldaicarũ gentium caput, ut Plin. lib. 5. ſcribit: Exhauſta tandem potentiſſimarum gentium inuidia. Nam Seleucus Nicator cognominatus, à ſe nominatam Seleuticam iuxta condidit, intra nonageſimum lapidem, & poſt eum eodẽ conſilio, Cteſiphontem tertio ab eo lapide Parthi rege eorũ Vardane condiderunt. Conditam Babylonem à Semiramide Strabo ſcribit lib. 16. & lib. 3. Diodor. Propertius lib. 3. Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem, Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus. Lege Herodo. libro primo. Noſtri, id eſt, Hebræi, & Chriſtiani uerius à prole Noë poſt cataclyſmum conſtructam tradunt, ut magna illa linguarum confuſione facta ei nomen datum ſit, ſicut Geneſeos. 11. cap. ſcriptum eſt. Et Ioſephus 9. cap. libro primo antiquitatum explicat. Lege Auguſt. cap. 4. decimiſex. de Ciuitate Dei. Diuerſis & temporibus & locis auctam, aut inſtauratam fuiſſe Babylonem, eò credo ueriſimile eſſe, quod adeò diuerſa de eius origine produnt authores. Porrò & Euſebius libro pręparationis Euangelicæ nono, tradit Nabidam regẽ, eum, qui poſt paulo à Cyro captus eſt, muros Babylonis ſecundum amnem latere, & bitumine condidiſſe. Ammianus Marcellinus libro uigeſimoſecundo, Babylon, inquit, cuius mœnia bitumine Semiramis ſtruxit: arcem autem antiquiſsimus rex condidit Belus. Eius uerba planè Euſebij ſententię quadrant, qui in Chronicis, inſtauraſſe hanc reginam pleraq; confirmat. Meminit & Ioſephus libro contra Appionem primo. Non pręteriero, iuxta Babylonem, & bituminis lacum

oſtendi,

Syriæ amplitudo.

Semiramis.

Salomonis eruditio.

Babylon.

oſtendi, cuius glutinō Babylonis muri ædificati fuere. Dion ſcribit Traianum in Syria agentem, ut hunc lacum ſpectaret, ex itinere deflexiſſe. Eius liquoris ingenium eſt, ut lateribus aut exiguis lapidibus interlitum ſaxo, aut quouis ferro muros ſolidiores, & firmiores faciat.

a Siccis regionibus.] In Aſſyriorum terra parum pluit. Quod in ea frumenti germinat, id demū eſt quod ex flumine irrigatur, irrigatur aūt ſeges: & frumentū prouenit nō quemadmodum in Aegypto flumine, ſed manibus & ſcrobibus irrigatum. Babylonica regio omnis,

Aſſyria.

Euphrate irrigua.

bylon, ac [a] ſiccis olim regionibus Euphrates, & Tigris immiſsi. Cęterū in Palæſtina eſt ingens, & munita admodū [b] Gaza (ſic Perſæ [c] ęrarium uocāt) & inde nomē eſt, quòd cū Cambyſes armis Ægyptū peteret, huc belli & opes, & pecuniā intulerat. Eſt nō minor [d] Aſcalon. Eſt [e] Iope

quemadmodum Aegyptiacā diuiditur in foſſas, ut Herod. ſcribit li. primo. De foſsis multa libro 16. Strab. b Gaza.] Munitiſsima quondā, ut Alexander bimeſtri obſidione obſeſſam ægre ceperit, ut libro 17. Diodorus ſcribit. Ioſephus eā in Idumæa ſuperiori ponit lib. antiquit. 5. quemadmodum & Plin. c Aerariū.] Seruius Aeneidos. 1. ſuper illo Marōnis, Et Troia Gaza per undas, Gaza, inquit, Perſicus ſermo eſt, & ſignificat diuitias, id eſt omne, quod poſsidemus. Curtius lib. 3. de Alexandro, Regiam, inquit, pecuniam, quam Gazam Perſæ uocant, cum precioſiſsimis rerum efferri iubet &c. Nil repugnat metonomia & ærarium ſignificari, ut theſaurum iam æris cōditi locum, iam ipſum æs appellare græco uocabulo ſolemus. d Aſcalon.] Ampliſsima quondā, & ualidis ſubnixa muris, ut lib. 3. Egeſyppus ſcripſit. Cōmeminit & lib. 5. Antiquit. Ioſephus. ab hac Aſcalonitæ dicti. e Iope.] De huius ſitu nemo fidelius Egeſyppo lib. belli Iudaici tertio: quæ equidem adſcripſiſſem, niſi ad alia feſtinanti mihi, nimis uel inuito commentarius accreſceret. Lege Plin. cap. decimotertio libri quinti: Andromedæ fabulam apud Ouid. lib. 4. Transform. Meminit Higinus lib. 2. belluæ, cui dicebatur expoſita fuiſſe Andromeda: oſſa Romā apportata ex oppido Iudęæ Iope oſtendit inter reliqua miracula ædilitatē ſua Marcus Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine coſtarum Indicos elephantos excedente, ſpinæ craſsitudine ſeſquipedali, authore Plinio cap. 5. lib. 9. Ipſe in Pannonia uidi belluæ marinæ oſſa omnē fidem magnitudine uincentia, quę à Friderico Cæſare ex Hieroſolymitana peregrinatione reduce aduecta in fornice ueſtibuli munitiſsimę arcis ciuitatis, quam Nouam cognominant, grandibus catenis ſuſpenſa uiſuntur. Haud longe uero ab Iope, cui & hoc hodie nomen eſt, in Norine Toparchia fuere Hieroſolyma, longe clariſsima urbium orientis, ut Plin. ait: & lib. 21. Tacitus, Vrbs ardua, ſitu, operibus, molibusq; adeo firmata, ut uel plano ſita ſatis munita uideri potuiſſet. Muros non recta ductos, ſed reductos in crebros ſinus, ut oppugnantes è conſpectu, & utrinq; à lateribus urgeri poſſent. Turres in æditis locis breuiores, in conuexis altiores, ut procul intuentibus pares uiderentur. Intus cum Regia ſuis circundata mœnibus, & templo illo ingenti in modum arcis, propriJſq; muri labore, & opera clauſo clariſsimis porticibus, & propugnaculo. Hactenus Tacitus. Hodie uiſendo loco religio eſt, ut & ante fuit, ob mortem & ſepulturā ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Iuxtaq; eam ſitis Galilęa, Samaria, Bethleem, Hiericunte, aliJſq; paſsim in ſacris literis inſignibus locis. De Hieruſalem (quod equidem legerim) nemo pulchrius uberiusq; Ioſepho quinto cap. lib. de bello Iudaico ſexti: & lib. contra Appionem primo de illo templo Dauidis opera cœpto. Scripſit & Timochares, quem Euſebius citat libro Euangelicæ præparationis nono. Quo in loco idem ex Hecatęo Abderita, uerbo & re (ut ipſe ait) philoſopho digna lectu deprompſit. Non prętеriero locum memorabilem Dionis, qui in Hadriani uita ſcribit Hadrianum Hieroſolymā à Veſpaſiano euerſa, rurſus habitari iuſsiſſe, urbemq; Aeliam Capitolinam appellaſſe, mox grauiſsimo bello excitato. Nam Iudæi ob ędem Ioui extructam grauiſsime afficiebantur, indignum exiſtimantes externa ſacra ſuis inuehi, peregrinos ſecum in ciuitate habitare, tum & externorum Deorum imagines pone templum ſuum, & ueteres in eo ritus locari. Quib. rebus offenſus Hadrianus, cum nulla uideret contra induratam illorum pertinaciam remedia eſſe, negocium Iulio Seuero commendat, tum ex Britannia in Iudæam uocato, qui ſenſim, & per interualla confecto bello Iudaicam gentem penitus oppreſsit, quinquaginta eorum celebribus arcibus dirutis, uicis nongentis octuagintaquinque, qui ſanè frequentes & nominatiſsimi erant, direptis, & mox igne conſumptis, uiris in excurſionibus & pręliJs ad quinquaginta millia cæſis: cum ingens interim multitudo fame, morbis, igne abſumpta eſſet. Eo modo deſolata rurſus Iudæa facta eſt. Spartianus ſcribit bellum à Iudęis cœptum ea maxime cauſa, quòd genitalia mutilare, hoc eſt, circumcidere ucititi eſſent. Quod ad gentis moroſitatem attinet, ex Cicerone intelligitur, qui in oratione, qua Flaccum defendit, ſuſpitioſam, & maledicam appellat Hieroſolymorum ciuitatem. Vt non ſit mirum, eſſe illic potuiſſe, qui prophetas occiderint, & lapidarint, & Chriſtum ſeruatorem, cuius miraculorum magnitudine confirmatam doctrinam ſuſtinere non poterant, cruci affixerint, trilingui eulogio in deri-

Gaza.

Iope.

Ingentia piſcium oſſa.

Hieroſolyma.

Iudæorum moroſitas.

Iudaicæ gentis caſus.

ſum contumeliamq́ꝫ ſuper cœleſtis capitis uerticem affixo. Cæterum hiſtoria paulo ante ex Dione adducta, mire mihi facere uidetur ad uaticinium Chriſti, quod eſt Lucæ. 23. explicandum. *Heſſeni.* In Palęſtina gentem Heſſenorum Plin. & Solin. celebrant, in toto orbe præter cæteras miram, de qua digniſsima lectu cap. 1. libri 9. Euſebius ex Porphyrio, qui eos Eſſæos nominauit. Non præterierim, in ea terra lege columbis parſum olim, & tantam earum copiam factã, ut aduenarũ ora cicures petierint. Vnde illa ſunt Tibulli uerba lib. 1. Quid referam, ut uolitet crebras intacta per urbes Alba Palæſtino ſancta columba uiro? *Pulcher mos.* Scribit Strab. quod dignũ ſcitu eſt, morem gẽti peruerterem eſſe, ægrotos in uiam producendi, exquirendiq́ꝫ à prætereuntibus, an aduerſus id genus morbi remedia norint: neminem enim tam malum eſſe ſibi perſuadẽt, qui, ſiquid medelæ ſciat, nõ libens impertiat. Fortunã & illi impenſiſsime coluerunt, & hortenſem operam ſuper cęteros: ut inde natũ ſit *Adagium.* adagium, Multa Syrorum olera, in eos, quorũ labore magna rei non admodum ęſtimatę copia prouenit. Meminit Plin. li. 20. a Diluuium.] Dubium eſt, quod intelligat, cum multa fuerint. At quoniam ætatẽ indicat, ueriſimile eſt uetuſtiſsimum ab eo intelligi. Lege Auguſt. 18. de Ciuita. Dei.

ante[a] diluuiũ (ut ferũt) cõdita, ubi Cephea regnaſſe eo ſigno accolę affirmãt, q̊d titulũ ei9, fratriſq́ꝫ Phinei ueteres q̃dã aræ cũ religione pluri ma retinẽt, ꝗn ętiã rei celebratæ carminib. ac fabulis, ſeruatæq́ꝫ à Perſeo Andromedæ clarũ ueſtigium belluæ marinæ oſſa immania oſtentãt.

PHOENICIA.

PHœnicen illuſtrauere Phœnices, ſolers hominum genus, & ad belli paciſq́ꝫ [b] munia eximium. [c] Literas, & literarum operas, aliaſq́ꝫ etiã artes; mare nauibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum [d] præliumq́ꝫ commenti. In ea eſt [e] Tyros aliquando inſula, nunc annexa terris. defecit, quando ab impugnante quonnam Alexandro iacta ſunt opera. [f] Vici tenẽt ulteriora: & adhuc opulenta Sidõ anteq̃ꝫ [g] à Perſis caperetur, maritimarũ urbiũ maxima. Ab ea ad promontoriũ [h] Euproſopon duo ſunt oppida Byblos, & Botrys, ultra tria fuerũt, ſingulis inter ſe ſtadiȷs diſtãtia: loc9 ex numero [i] Tripolis

PHOENICIA.

A Phœnice Neptuni, & Libyes filio dictam eſſe, Stephan9 eſt author: ad quod accedit lib. 1. Sil. cum inquit: Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Eos Strabo lib. 16. arithmetica, & aſtronomia inſignes, hanc nauigando, illam negociando auxiſſe ſcribit. Rufus ex Dionyſio: Phœnicum regio eſt: hi rubro gurgite quondam Mutauere domum, primiq́ꝫ per ęquora uecti Luſtrauere ſalum, primi docuere carinis Ferre cauis orbis commercia, ſydera primi Seruauere poli &c. Luca. item li. 3. Phœnices primi, famæ ſi creditur, auſi Manſuram rudibus uocem ſignare figuris. *Aduerſum Phœnicas Syri.* Ob Syrorum & Phœnicum nimis ſolertẽ uafriciam, adagio locus factus eſt, Aduerſum Phœnicas Syri, quo uſi ſunt ueteres, quoties uerſutus uerſuto imponere uelle uidebatur. b Munia.] Officia & adminiſtrationes. c Literas.] Tacitus lib. 11. Primi, inquit, per figuras animalium Aegyptiȷ ſenſus mentis effingebant, & antiquiſsima monimenta memorię humanę impreſſa ſaxis cernuntur, & harum ſemet inuentores perhibent. Inde Phœnicas, quia mari prępollebant, intuliſſe Gręcię, gloriamq́ꝫ adeptos, tanquam repererint, quæ acceperant. Quippe fama eſt Cadmum claſſe Phœnicum uectum rudibus adhuc Gręcorum populis artis eius authorem fuiſſe. Hęc Tacitus. Sed Euſebius digniſsimus fide ſcriptor lib. Euang. prępa. 10. ab Hebręis literas primum omnium inuentas tradit. d Prẹliumq́ꝫ.] Ob id diſſenſionum authores ab Herod. appellantur lib. 1. e Tyros.] Pli. lib. 5. Tyrus, inquit, quondã inſula, prẹalto mari. 700. paſſ. diuiſa: nunc uero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu *Tyros.* clara urbibus genitis, Lepti, Vtica, & illa Rom. imperiȷ ęmula, & terrarum orbis auida Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis: nunc omnis eius nobilitas conchylio atq; purpura conſtat. De obſidione eius, utq́ꝫ continenti adiuncta eſt, nemo uberius Diod. lib. 17. Lege Curtiũ lib. 4. f Vici tenẽt.] Trans Tyron uicos aliquot eſſe ait, & ipſam cum primis claram Sidonem, quã magna olim potentia priuarint Perſę, ut & Tyrũ captã conſternauit Alexãder. g A Perſis.] Qui ante quam Cambyſes Aegyptum peteret, Phœnicem & maritimam illic oram occuparunt, Tyriȷs & Sidoniȷs ante alios uexatis, ut lib. 18. Iuſtin. ſcribit. h Euproſopon.] Id, niſi fallor, album Plin. nominat. nomen habet ab inſigni aſpectu. Nam Græcis εὐπρόσωπος dicitur, qui bello eſt aſpectu. De Byblo & Botry Herod. Strab. Pli. i Tripolis.] *Tripolis.*

Ptol. oppidũ maritimum facit. Cæterum à tribus oppidis, Tyro ſcilicet, Sidone, atq; Arado dictam Plin. & Strabo teſtantur. Vtcunq; intelligendũ eſt eo loco, cuius Pomp. meminit, trigeminũ fuiſſe oppidũ, quod Tyrij, Aradij, & Sidonij ditione obtinuerint. Quod recte ex Plinij uerbis intellexit Hermolaus. Non aũt ſic, ut iuncta illa oppida eo in loco tam breui ſpatio fuiſſe credamus. Nam multũ Arados à Tyro abeſt. HAVD longe à Tripoli cãpus eſt, quem Macram dictum Strabo ſcribit, in quo ſerpentẽ uiſum eſſe Poſsidonius retulit mortuũ, iugeri lõgitudine, craſsitudine tãta, ut equites ex utraq; parte adſtantes ſeinuicem intueri non poſſent, hiatu tanto, ut hominem equo inſidentem reciperet, exuuiarum uero quamlibet ſquammam clypeo maiorem habuiſſe. *Serpens maximus.*

a Non obliqua.] Grandem enim illic ſinum facit, & orã, quæ excurſu ſuo à Palæſtina decliuis eſt, pelago obuertit.

b Antiochiæ.] Inde Antiocheni & Antiochenſes. Ammianus libro. 14. de Syria ſcribens, Hanc, inquit, nobilitat Antiochia mũdo cognita ciuitas, cui non certauerit alia aduectitijs ita adfluere copijs & internis, & Laodice et Apamea, itidemq; Seleucia, inde à primis auſpicijs florentiſsimæ, &c. Inibi idem author multa de locis huius litoris inſignibus. *Antiochia.*

c Laodicea.] Et eque inſignis Laodicea iuxta Lycaones, haud ita procul ab Hierapoli & Coloſsis illis, à quib. Coloſſenſes dicti, ad quos grauiſsima diui Pauli epiſtola extat. Beritos autem Pop. Romani quondam colonia, & duarum altrix legionum, uulgo nautico Barutos etiamnum dicitur.

d Arados.] Forte eam intelligit, quæ alijs in continente ſita Antarados nominatur. Nam Arados in mari iuxta eam inſula eſt Plinio & infrà Pomponio. Supra Antaradum in meridiem oppidum eſt uetuſtum Paradiſus, ad Libani orientale latus ſitum, non longe à Damaſco, quæ pari propè forma ad Antilibani radices uergit, ut Ptolemæus tab. Aſiæ quarta indicat. Capella libro ſexto amnis illic Paradiſi meminit. Et eſt locus iuxtà amœniſsimus, ac ſupra quàm credi poſsit accommodus uoluptatibus Daphne, creberrima apud hiſtoricos mentione: à qua Antiochia Epidaphne cognominata uideatur Plinio. Hermolaum adi, & lege ſuper cap. 21. libri quinti Plinij. Meminit & Sextus Rufus. Reliqua ex Strabone & Plinio notiſsima ſunt. Quin & Cicero de Amano, ad cuius anguſtias cum exercitu contra Parthorum copias excubuit, libro Epiſtolarum ſecundo ſcripſit ad Cœlium. De Myriandro etiam Ptolemæus. *Paradiſus.*

dicitur. Tum Simyra caſtellũ, & urbs non obſcura Marathos. Inde iam [a] non obliqua pelago, ſed aduerſa adiacens à terra grandẽ ſinum inflexo tractu litoris accipit. Populi dites circũſidẽt, ſitus efficit, q̃a regio fertilis crebris & nauigabilib. alueis fluminũ peruia, diuerſas opes maris atq; terrarum facili cõmercio permutat ac miſcet. In eo prima eſt reliqua pars Syriæ, cui [b] Antiochiæ cognomẽ additur: & in ora eius urbes Seleucia, Paltos, Beritos, [c] Laodicea, [d] Arados. Amnesq; inter eas eũt Lichos, & Hypatos, & Orontes. Tum mõs Amanus, & ab eo ſtatim Myriandros & Cilices.

CILICIA.

AT in receſſu intimo locus eſt magni aliquãdo diſcriminis fuſorũ ab Alexãdro Perſarũ, [d] fugiẽtisq; Darij ſpectator ac teſtis. Nũc ne minima q̃dẽ

CILICIA.

IN receſſu intimo.] Flectentiũ ſe terrarũ: nam ab ipſo ora iterũ in occaſum uertitur ipſumq; pelagus mediterraneum anguſta admodum flexura cohibet, cui ab oppido iuxta olim ſito Iſsici ſinus nomẽ datum eſt. Intra uero ſinũ Iſsicum & illam flexuram, quam Euxinus facit iuxta Taberenos & Colchin procurrentem Aſiam in mediterraneum, Appianus in Romanæ hiſtoriæ procœmio, & Strabo libro decimo quarto, Cherroneſum, ceu grandem peninſulam nominat. *Iſsicus ſinus.*

d Fugientiſq; Darij.] De inſigni illa Darij clade Arrianus ſecundo libro: Curtius libro tertio. At omnium copioſiſsime libro decimoſeptimo Diodorus. Ceciderunt Perſarum peditum centum millia, equitum millia decem: Alexandro quatuor & quingenti ſaucij fuerũt, triginta omnino & duo ex peditibus deſiderati ſunt, equitum. 150. interfecti: tantulo impendio ingens uictoria ſtetit, inquit Curtius. Strabo Ciliciam in campeſtrem, & Tracheã, id eſt, aſperam, ubi in montana uergit Pamphyliæ propinquæ, diuiſit libro decimoquarto. Separatur à ſeptentrione Tauri iugis, ab Armenia minori & Cappadocia, iiſdem à Pam- *Paruo impendio ingens ſæpe uictoria cõparatur.*

 phylia

phylia ab occaſu, ab ortu à Syria Comagena, Amano: cuius anguſtias Amanicas pilas Ammianus & Strabo nominant: à meridie tota mediterraneo abluitur. Opulentiſsima olim Po. R. ꝓuincia & Cicerone procōſule memorabilis. Solinus autor eſt, adeo olim potentē fuiſſe, ut ad Peluſium uſq; procurrerit, Lydis, Medis, Armenis, Pamphylia, & Cappadocia ſub imperio conſtitutis: tandem ſubactam ab Aſſyrijs in breuiorem formam redactā eſſe. a Amanoides.] Quod Amani formam effigiemq; circumnauigantibus exhibet: reddidit etymon Hermolaus. b Pyramus.]

tūc ingēti urbe celebris Iſſos fuit, & hac re ſinus Iſsicus dicit̄. Procul inde [a] Amanoides promontorium inter Pyramū, Cydnumq; fluuios iacet. [b] Pyramus Iſſo prior [c] Mallō pręterfluit. Cydnꝰ ultra ꝑ [d] Tarſum exit. Deinde urbs eſt olim à Rhodijs Argiuisq;, poſt Piratis, Pompeio aſsignāte, poſſeſſa: [e] nunc Pōpeiopolis, tunc [f] Soloe. Iuxta in paruo tumulo [g] Arati poëtæ monimentū ideo referendum, quia ignotum, quam ob cauſam iacta in id ſaxa diſsiliunt. Nō longe hinc Corycos oppidū portu ſaloq; incingitur, anguſto tergore continenti adnexum. Supra, [h] ſpecus eſt nomine

De Pyramo & Cydno digna
Cydnus. ſunt lectu in Arriano & Curtio. Hic Cydnum non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilem ait: quippe leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt. Commeminit libro undecimo Iuſtinus: Tibullus lib. primo: Ad te Cydne canā, tacitis qui leuiter undis, Cęruleus placidis per uada ſerpis aquis. Solinus ſcribit amnē à cādore Syrorum lingua nomē ſortitum. Vitruuius libro. 8. cap. 3. Cydni aquam podagra laborantib. apprime ſalubrem eſſe, cruribus in ea merſis: de cuius rei experientia Caſſij Parmenſis ad M. Antonium epiſtola extitit, ut lib. 31. adnotauit C. Plinius. Conſtat Apollonium aliquando per epiſtolam Tarſenſes ſugillaſſe, quod iuxta Cydni aquas ociantes tanquam fluuiatiles aues ſederent, quietę aquę pulchritudine quaſi ebrios factos, ut Philoſtratus ſcribit libro de huius uita primo. c Mallon.] Clarum oppidum. Lucanus lib. 3. Mallos, & extremæ reſonant naualibus Aegæ.
Tarſus. d Tarſum.] Tarſon in campis ſitam Cydnus præterfluit Straboni, qui Argiuorum eſſe eam Io quærentium opus exiſtimat. Solinus à Perſeo prodit conditam nobiliſsima Danaës prole: Euſtathius authorem eius Sardanapalum credidit. Qua in ſententia Lucanus eſt lib. 3:
Paulus Apoſtolꝰ. Deſeritur Tauriq; nemus Perſeaq; Tarſus. Clariſsima urbs illa fuit, cum ob gymnaſium maxime quondā in ea inſigne, tum eo ipſo, quod Paulum Apoſtolum alumnum habuit, uirum unice in religione noſtra memorabilem. Lege de Tarſo lib. 14. Strabonem. Meminit & Marcellinus lib. 14. Quanquā inibi corruptiſsima lectio eſt, ut alicubi frequenter in libris uel recentiſsime editis. e Nunc Pompeiopolis.] Hic locus horum opinionem refutat, qui Cęſaris Dictatoris temporibus Melam hoc ſuum opus edidiſſe putarunt: fieri enim nequibat, ut adeo breui tempore recens impoſitum nomen in uſum ueniret. Conſtat autem hac quoq; in parte mutandorum nominum, æternitatem Romanis principibus affectatam, tanquam illa durarent uidelicet rebus pereuntibus. Sic Solinus: Vetus ciuitas, priori amiſſo nomine, Traianopolis dicta, poſtquam in ea fato cedere Traianus coactus eſt. Sic alia quoq; ingentia paſsim oppida principum nomina non raro odioſa ſuſtinere iuſſa ſunt. f Soloe.] Strabo Soli, plurali numero, quod idem eſt: quanquam rectius ſcribatur Soloe more Græcorum σόλοι, ſicut Dioſcuroe pro Dioſcuri apud Ciceronem libro de natura Deorum tertio, ut Hermolao placet. Ab hac Solenſes, ut Solenſis Aratus, Chryſippus Stoicus, & Philemon poëta Comicus, Straboni li. 14. ubi in eandem de Solis cum Pomponio ſententiam. Plinius ex Polycleti tradit authoritate, iuxta Solos fontem fuiſſe, cuius aquæ olei uicem præſtiterint utentibus. Curtius Heliopolin ceu Solis ciuitatē nominat. Vide Solinū. Euſtathius Dionyſij interpres, hoc oppidum, exulante Solone, colonis Atticis ornatum fuiſſe ſcribit: cum uero Barbari linguam Atticam paulatim coinquinaſſent, Solœciſſare dicti ſunt, & inde Solœciſmi, ut Ciliciſmi quoq; barbare loquentiū, ante alios Hieronymo & Plauto dicuntur. Lege in Solonis uita Laërtium, & libro decimoquarto Strabonem. g Arati.] Pleraq; naturæ opera inſignia ſunt, quorum cauſas ignoramus: in horum numero & id Arati monimentum eſt, cuius miraculo præter ſaxi, ex quo conſtat naturam, nil facile attuleris, ſi modo ea lapidis cu-
Aßius lapis. iuſpiam natura eſſe poteſt. Plin. certe, quemcunq; authorē ſequutus, ſcribit lib. ult. In Aſſo Troadis lapidem naſci Sarcophagum nomine, fiſsili uena ſciſſum, qui corpora defunctorum in eo cōdita intra 40. diem abſumat exceptis dentibus: Mutianus addidit, ſpecula quoq; & ſtrigiles, & ueſtes, & calceamenta cum mortuis illata ſaxea fieri. Huiuſmodi paſsim admiranda naturæ maieſtas prodit, & ſecundum lapides, in herbis, tum & in aquis maxime, quan-
Specus Corycius. doquidem Albertus Magnus ſcripſit uidiſſe ſe cirothecam ex corio lapideam factam, poſtquam in quendā Germaniæ fontem merſa eſt, priori effigie nihil mutata. h Specus Corycius

Corycius ſingulari ingenio, ac ſupra, ꝗ̃ ut deſcribi facile poſsit, eximius.[a] Grādi nāq; hiatu patēs, montem litori appoſitum, & decē ſtadiorum clitio ſatis arduum, ex ſummo ſtatim uertice aperit. Tūc alte demiſſus, & quantū demittitꝰ amplior, uiret lucis pubentib. undiq;, & totū ſe nemoroſo laterū orbe cōplectitꝰ, adeo mirificus ac pulcher, ut mentes accedentiū primo aſpectu[b] cōſternat, ubi cōtemplati durauere, nō ſatiet. Vnus in eum [c] deſcēſus eſt anguſtus, aſper, quingētorū & mille paſſuum, per amœnas umbras & opaca ſyluæ quiddā agreſte reſonātis, riuis hinc atq; illinc fluitantibus. Vbi ad ima peruentū eſt, rurſus ſpecus alter aperitꝰ ob alia dicendus. Terret ingredie̅tes ſonitu [d] cymbalorū diuinitus & magno fragore crepitantiū. Deinde aliquādiu perſpicuus, mox & q̊ magis ſubitur, obſcurior: ducit auſos penitus, alteq; quaſi [e] cuniculo admittit. Ibi ingēs amnis ingenti fronte ſe extollens tantummodo ſe oſtendit, & ubi magnū impetum breui alueo traxit, iterū demerſus abſconditur. Intra, ſpaciū eſt magis, ꝗ̃ ut progredi quiſquam auſit, horribile, & ideo incognitum. Totus aūt anguſtus, & uere ſacer, habitariq; à Dijs & dignus & creditus. Nihil nō uenerabile, & quaſi cū aliq̊ numine ſe oſtētans. Alius ultra eſt, quē [f] Typhoneū uocant, ore anguſto, & multū (ut experti tradidere) preſſus & ob id aſsidua nocte ſuffuſus, neq; unq̃ ꝑſpici facilis: ſed qa aliquādo cubile Typhonis fuit, & quia nunc demiſſa in ſe cōfeſtim exanimat, natura fabulaq; memorādus. Duo deinde ꝓmonto-

rycius. Iuxta, optimū & fragrantiſsimū crocū naſcitur. De ipſo ſpecu multa in Ciliciȩ deſcriptione Solinus. Nomē habet à Coryco uicino oppido, de q̊ Plin.. a Grādi hiatu.] Specus, inqt, q montē impoſitū mari à ſummo cauat uertice, patulus eſt hiatu ampliſsimo. *Solinus.* b Cōſternat.] Stupore iniecto rapiat. c Deſcēſus.] Solinus duob. millibus & paſsib. qngētis nō ſine largo die deſcēdi in eū aſſerit. quē tamen corruptū ſuſpicor: nā ne hoc qdē uero admodū ſimile eſt, in tantū ſpaciū eluceſcere ſpecū, quāto incū deſcēſum eſſe Mela ait. d Cymbalorum.] Id aut fabuloſum eſt, aut ad Phyſicā referendū: fit enim ut aēr, dū intra frigidos rupiū receſſus in aquam mutatur, guttulis ſubinde ſtillantib. ſuauis qdā ſtridor audiatur. e Cuniculo.] Anguſtiſsimo meatu: inde animali latibula effodie̅ti, & q̊ libet ſub terra reptāti nomen eſt. Martial. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. *Typho quid?* f Typhoneū.] Solinus, In intimo, inqt, receſſu Typhonis gigantis cubile poſitū: q uolūt, credūt. Ego ad naturȩ uim huiuſmodi opinionem magis retulerim: nam quod ſuppoſitos montib. Gigantes uates Græci Latiniq; ſcripſerunt, id arcanum habet, quod in pleriſq; locis ex copioſa exhalationum præſentia terræmotus gignuntur, & ignitæ eruptiones, quo perſæpe orto immani impetu, montes frangi, nonnunquam illidi contingit. Hinc ſub Aetna Enceladus, ſub Inarime Typhoeus. Ardent enim illi, & ignitos plerunq; globos eructant. Cui autem nō hic magnus uideatur impetus, qui terris fractis mare admittit? qui ſummotis mōtib. emittit lacus, paludeſq; exiccat? qui arces urbeſque diſsipat, ac diductis terris hauriat? Atqui multis in locis ita contigit, uelut in Sicilia & Theſſalia, quod ſuis in locis docuimus. Dion in Traiani uita Caſij montis uertices in Antiocheno terræmotu concuſſos ait. Rurſus lib. 14. Tacitus Laodiceā clariſsimā Syriæ urbē, Neronis principatu miſerando terræmotu prolapſam, uix tandē ſuis opibus reualuiſſe. Pari cauſa illa Gigantum contra Iouē in Theſſalia agitatorum montium pugna memorabilis eſt. Addo quod τυφῶνας *Typhon uentus.* Græci uentū turbidum, & orbe motum nominant, ut lib. Meteororū tertio Ariſt. Gellius libro 19. τυφῶνας ait uocari figuras quaſdā nubium metuendas, ex uentorū nimirum impetu. Qui quamuis in alto initium habent, tribui tamen huius ſpecus intimis hoc nomen quoq; potuit, quod aēr illic turbidus & peſtilens exufflet: Velut in Syriæ locis, ubi Naphtha prouenit, conſimilis periculi ſpecus eſt, authore in Traiani uita Dione Bithynico: & in Phrygia iuxta Hierapolin halitus è foramine letalis exurgēs, quodcunq; animal proxime ſteterit, odore graui conſumit, ut tradit Ammianus lib. 23. Eius rei cauſas Albertus noſter explicat tractatu. 2. libro 3. Meteororū. Strabo lib. 13. ex Pindari authoritate, Typhonem ſub Aetna cruciari *Typhon gigas.*

ciari ſcribit,editum ex ingenti illo Ciliciæ antro. Alij ſub Inarime condunt. Diuerſa ſcriptorum ſententia. a Sarpedonis.]Is ut Euſeb. in Chron. ſcribit,aliquando Lyciæ rex fuit,& Iouis exiſtimatus eſt filius. Meminit Homerus Iliade.16. Reliqua ex Strabone & Plinio nota ſunt. Sed Celendris legendum, Lucanus libro octauo. Ad profugum collecta ducem
Cilices unde? paruiſq; Celendris,ut etiam Celendræ plurali dicamus. Cilices autē, ut hoc ipſo terminem, à Cilice Phœnice Agenoris filio cognominatos,quondam uerò Hipathæos dictos Herodotus ſcribit in Polyhimnia.

ria ſunt,Sarpedō, finis aliquādo regni [a] Sarpedonis, & quod Ciliciā à Pamphylia diſtinguit, Anemuriū, interq; ea Celendris & Natidos Samiorū coloniæ, ſed Celendris Sarpedoni propior.

PAMPHYLIA.

IN Pāphylia eſt [b] Melas nauigabilis fluuius, oppidū Sida, & alter fluuius [c] Eurimedon. Magna apud eū [d] Cymonis Atheniēſiū ducis aduerſus Phœnicas & Perſas naualis pugna atq; uictoria fuit. [e] Mare, quo pugnatū eſt, ex ædito admodū colle proſpectat Aſpendos, quā argiui cōdiderant, poſſedere finitimi. Deinde alij duo ualidiſsimi fluuij [f] Oeſtros & [g] Cataractes. Oeſtros nauigari facilis, hic quia ſe præcipitat, [h] ita dictus. Inter eos Perga eſt oppidū, & [i] Dianę, quā ab oppido Pergeā uocāt, tēplū. Trās eoſdē mōs [k] Sardemiſos, [l] & Phaſelis

PAMPHYLIA.

HAec ab ortu Ciliciā habet, ab occaſu Lyciam & Aſiæ minoris partem, à ſeptentrione Galatiā & Cappadociam, à meridie mediterraneum,quod illic Pamphylij maris nomē habet:tota Tauri expatiantis iugis ſepta.

b Melas.]Cognominis in Bœotia eſt,qui oues inde potas nigras efficit, Plinio. Eſt
Melas. & ad Smyrnam Melas amnis inclytus Solino. Item alius in Thracia, à quo Meleus ſinus Plinio, Alius eiuſdem nominis Buxerorū in Ponto, de quo libro 6. Plin. c Eurimedon.] Hic ex Tauri iugis ortus mediam Pamphyliam tranat, nō adeo longe ab Oeſtri oſtijs & Sida urbe,pelagus ſubiens. De Sida
Cymon. Cumanarū colonia cum inſigni Palladis templo Strab. d Cymonis.]Hic Xerxem è Gręciæ finibus multa clade pulſum ſequutus,antequam ille aut pauore reciperet animos,aut res Barbaras componere poſſet,hæc quidem oppida ſubuertit atq; diripuit:illa uero ab rege deficientia in Græcorum ditionem accepit: adeo ut omnem Aſiam ab Ionia uſq; Pamphyliam Perſicis præſidijs atq; armis deſolatam fecerit, authore Plutarcho: qui in eius uita inſignem illam contra Perſas uictoriam non tam mari, quàm terra uno die partam, multis proſequitur. Hic uero Cymon & liberalitate & magnificentia illuſtris fuit, agrorū ſuorum quandoq; dirutis ſeptis, egenis & peregrinis poma & id genus fruges alias ſumendi copiam fecit impune: Conuiuia quotidie domi opipare adparata pauperibus,quotquot adfluxerunt,exhibuit. Comitibus præcepit, ut ſi quis grandior natu,amictu ſordidus eſſet,illico ueſtem cum eo cōmutarent, & ſi quē in foro indigna egeſtate oppreſſum inſpicerent, clàm ei pecunias tribuerent,Ipſe cultus negligens,& uerborū atq; eloquentiæ minime apperēs pleraſq; Græco-
Nota. rum artes,in quibus magnam illi laudem quærebant,contempſit, Veritatis cultum maxime amans,& ad ſummam, deiectus, incomptus,magnis in rebus optimus,uelut in Hercule ſuo Euripides ſcripſit. e Mare.] Accuſandi caſus eſt, ut ſit Aſpendos aſpectat mare, &c. De Aſpendi uero ſitu ante alios digna lectu Philoſtr. li.de Apollonij uita primo. Cicero actione contra Verrem.3. Aſpendium,inquit,uetus oppidū & nobile in Pamphylia,&c. Hinc natum adagium, Aſpendius Citharœdus. cuius inibi Cicero meminit. f Oeſtros.]Ptol. Ceſtrum nominat & Strabonis tralati codices ferè ita habent. At quia ualidiſsimos ait Pōponius mal-
Cataractes. lem equidem Oeſtros legere:nam Græci οἶςρον furorem dicunt,ut illi à citiſsimo fluxu nomen uenerit,quanquam ad nauigia idoneo. g Cataractes.]Ea crebris præcipitijs non ſuſtinet. h Ita dictus.] nam καταῤῥάττω Græcis idem eſt, quod cum impetu impello: inde Cataractæ fluuiorum intra anguſtas rupes ſubinde ſæuientiū dicuntur, qualis illa Nili,de qua
Diana Pergea. ſupra. i Dianæ.] Id templum extra oppidum in ædito colle ſitum eſt, ubi quotannis celebris accolarum conuentus,& annua illic feſta Straboni. Cicero actione in Verrem. 3. Pergæ fanum antiquiſsimum & ſanctiſsimum Dianæ ſcimus. k Sardemiſos.] Hoc nomen id Tauri iugum habet, quod intra Lyciam & Pamphyliam in noſtrum pelagus imminet. meminit eius capite uigeſimoſeptimo libri quinti Plinius. l Phaſelis.] Piratarum iam olim perfugium. Propter quod M. Cicero act. in C. Verrem.5. Mamertium Siciliæ oppidū Verri Prætori,

ri Prætori, prædoni, & piratæ Sicilienſi Phaſelin quandam fuiſſe ait, quòd omnes furtorum aceruos illuc deportaſſet. Hanc eius oræ ultimam Plinius ait. Pompon. Pamphyliæ finem, conformi ſententia. Scribit Strabo, Iuxta Phaſelidem anguſtias eſſe, per quas Alexãder exercitum laborioſe traduxerit: & montem mari imminentem, cui indubie ex ſcanſili decliuitate nomen eſt Climax, qui tranſitum in litore arctum relinquit, mari tranquillo nudatum, adeo ut iter facientibus peruius ſit: pelago aũt affluente undis cõtegitur. Id aũt uim uentorũ

à [a] Mopſo condita, [b] finis Pamphyliæ.

LYCIA.

LYcia continuo, cognominata à Lyco rege Pandionis filio, atque (ut ferũt) infeſtata olim [c] Chimęræ ignibus.

poſſe Taciti confirmat authoritas: tradente lib. Auguſt. hiſtoriæ quinto, iuxta mare Caſpium, ubi montanis & præruptis Albanorũ undæ ſuccedũt, adeo Eteſiarũ flatus ualere, ut uada impleantur fluctibus, hyberno Auſtro, hoc eſt, Borea reuolutis, ut pulſo introrſus freto litora nudentur. Hũc ego locũ exiſtimo, per quẽ Perſæ elapſi ſunt, cum illuc Alexandri copię perueniſſent. quod ipſum Ioſephus lib. antiquitatũ ſecundo miraculo tribuit, ſicut miraculo Moſes per Erythręũ cedentibus aquis tranſijſſe creditur: nolente uidelicet Deo, Perſarum regnum ab Alexandro deſtrui. Nota. Quanquã in aliquibus codicib. nõ Pamphylio, ſed Parthico legitur. Crinitus lib. 17. ſenſum Ioſephi uertit, & Alexandrum mandaſſe undis ut retrocederent, affirmat, ut deuictis Perſis regno potiretur: quod non fuiſſe, ſatis indicat Strabonis locus. Et uideri poteſt nullo prorſus contigiſſe miraculo, quod Moſi ſinum Arabicũ tranſeunti accidit, & Exodi. 14. cap. ſcribitur. Nam mare hoc, ut Strabo ſcribit lib. 16. fluit & refluit, q̊d Aelio Gallo, quẽ in Arabias Auguſtus miſerat, maxime obfuit, nauibus ſcilicet longis, quas fabrefecerat, perſæpe uado hærentibus. Fieri igitur potuit, ut fluctibus abeũtibus Moſes, qui peritiſsimus omnis philoſophiæ fuit, natura loci obſeruata, tranſierit. Pharao uero rerum harum imprudens, his horis fuerit alueum ingreſſus, quibus maris impetus redire cœperit, & medio eum tranſcurſu obruerit. Cæterum, ut miraculo tribuam & ratio facit facti, & ſacræ ſcripturæ authoritas, quam ſecutus diuus Cyprianus in eo ſermone, quem de ſpirituſancto habuit, Hic, inquit, ſpiritus rubri maris aquas ſiccauit, & ſuſpenſis hincinde uehementibus fluctibus ab ollis carnium & Aegypti pulmentarijs populum ad ſpiritalẽ eremi cibum perduxit incolumem. Porrò non admodum diuerſum de Eliſęo legimus, qui rapto iam Helia, Iordanis aquam tunica Heliæ percuſſam diuiſit, atq; ita tranſgreſſus eſt, uelut cap. 2. quarti Regum ſcribitur. Illud autem alterum loci & maris ingenio omnino tribuo, & eueniſſe credo. Eſto ut friuolum commenticiumq; Crinitus neget. a Mopſo.] M. Cicero lib. de Diuinat. primo, ſcribit Amphilocum, & Mopſum præclaros augures Argiuorum reges fuiſſe, & urbes in ora maritima Græcas condidiſſe. Mopſum tẽpore Troiani belli in Cilicia regnaſſe Euſeb. ſcribit, à quo conditam Phaſelin uero eſt ſimile. Cæterum de Mopſis, qui plures fuerunt, libro nono Strab. & non indigna lectu Codrus Vrceus Grammaticus, quem equidem primę notę inter ſuæ tempeſtatis doctos uiros duxerim, ſermone illo eruditiſsimo, quo omnia fabulam eſſe contendit. Codrus Vrceus. b Finis Pamphyliæ, &c.] Liuius quartæ Dec. lib. 7. In confinio, inquit, Lyciæ & Pamphyliæ Phaſelis eſt prominens penitus in altum, cõſpiciturq; prima terrarum Rhodum à Cilicia petentibus.

LYCIA.

LYcia propè tota Tauro premitur, eius iugis bona parte clauſa. Lycios autem aliquando Termilas dictos Herod. libro ſeptimo ſcribit, poſt Lycios à Lyco Pandionis filio, qui, cũ à proprijs terris exijſſet, in regni partẽ à Sarpedone acceptus eſt. c Chimæræ ignibus.] Ouidius ea de re Chimęriferam uocat Lyciam libro ſexto. Iamq; Chimęriferæ cum ſol grauis ureret arua, Finibus in Lyciæ. Miror autem dicere potuiſſe Pomponium, in re adeo manifeſta (ut ferunt) cum arſiſſe Chimæram ita ſit notum, ut nihil magis: niſi forte fabulam Chimæræ à Bellerophonte uictę aſpernatus eſt. At quid eſt aliud ſcita fabula, quàm amœna ueritatis inuolutio, ad hominũ uſum, atq; oblectationem cõparata? Chimęram monſtrũ triforme in Theogonia Heſiodus his uerſibus, ut Richardus meus Bartholinus trãſtulit, ſignificauit: Chimæra. Huic tria ſunt capita, & fertur primum eſſe Leonis Pulchr' oculi capræq; ſimul, fortiſq; Draconis, Ante leo, retroq; draco, mediumq; capella eſt. Pegaſus hanc uicit, & magnus Bellerophontes. Græci χίμαιραν caprã nominant. Inde elegans illa Horatij metaphora ad puerũ obſoleti ſcortuli amore captũ libri primi Carmi. Horatius. Vix illigatũ te triformi Pegaſus expediet Chimæra. Seruius. 6. Aenei. ſuper illo Virg. Flammiſq; armata Chimæra: Reuera, inquit, mons Lyciæ, cuius hodie quoq; ardet acumen, iuxta quod leones ſunt, media uero paſcua ſunt, & ima ſerpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, unde Chimęram occidiſſe di-

[a] Sydæ portu, & Tauri promōtorio grandē ſinū claudit.[b] Taurus ipſe ab Eois litorib. exurgēs uaſte ſatis attollit̄. Deinde [c] dextro latere ad ſeptentrionem, ſiniſtro ad meridiē uerſus it in occidentē rectus, & perpetuo iugo,[d] magnarūq; gentiū, qua dorſum agit terminus. Vbi terras dirimit, exit [e] in pelagus.[f] Idem aūt & totus, ut dictus eſt, dicitur etiam, qua ſpectat orientem, deinde [g] Hæmodes, &[h] Caucaſus, &[i] Paropamiſ9. Tū [k] Caſpiæ pilæ,[l] Nyphates, &[m] Armenię pilę, & ubi iā

citur. Plin. 9. cap. lib. 2. Flagrat, inquit, in Phaſelide mons Chimæra, & quidē immortali dieb. & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui uero terra aut fœno, Gnidius Cteſias tradidit. De re cōſimili Cornel. Tacitus li. 13. ſcripſit, Miris ignibus in Germania enatis, qui nec imbribus, nec aquis pluuialibus arceri, ſed ſolis tegminib. obtūdi potuerint. Homer. 6. lib. Iliados Chimæram animal dixit indomabile, inexpugnabile, neq; humano, ſed diuino genere ortum Apollonius Thianeus cum in Sicilia montem Aetnam ardere uidiſſet, talem rationem attulit: Terrā bitu- *Cur montes ardeant?* mini ſulphuriq; cōmixtā facile ardere, atq; ex ipſa ignē naſci: quāuis ille alicubi non emittitur: q̊d ſi cauernoſam terram eſſe contigerit, ut per ipſam ſpiritus aliquis ingrediatur, tunc flammā attollit, quę magis magiſq; aucta, uelut aqua é montibus in campos effluit, quandoq; etiam uſq; ad mare delata, quaſi fluminis cuiuſdā oſtia facit. Nihil diuerſa Iuſtinus ex Trogo libro 4. ſcribit. Ita uero in *Pontanus.* Meteoris de Prochite Pōtanus: Illa ſolo fumante, graui cōcuſſa ruina Spargit deſertos incēdia lata per agros, Pertimuit mare flāmigeros deuoluier amnes, Incenſum & late ſcopulos ſuper aēra ferri. Plin. in Lycia Hepheſtios montes eſſe ſcribit, qui teda flammante tacti adeo flagrēt, ut lapides quoq; riuorum, & arenæ in ipſis aquis ardeant. Græci ἡφαίστιον Vulcanium dicunt, & ipſum Vulcanum ἥφαιστον nominant. Inde Hephæſtia urbs Lyciæ Vulcano ſacra, Solino. eam Plin. neutro protulit. *Mons Miſniæ ardens.* Hodie iuxta Saxones in regione, quam Miſniam uocant, mons ardet perpetua caligine fumans: ſubtus cuniculi ſunt, é quibus accolis euecta aduſti lapidis fruſta carbonum præbēt uicem, nec aliud fomenti genus ignem diutius retinet. Dum hæc ſcribebam, Viennæ Auſtriæ conſtans fama increbuit, ardere intra paucos menſes in Styria cœpiſſe montem: ea, pellectus Maximilianus Cæſar Auguſt. nuncijs ad inquirendum miſsis, ita eſſe, ut ferebatur, comperit. Variat in his mirifice natura, & in Campania Veſuuius, qui flagrare deſijt, ardere primum cœpit Titi Veſpaſiani imperio: id quod in uita eius adnotauit Sextus Aurelius Vi- *Plinius incendio abſumptus.* ctor. Ea, ut ſuſpicor, nouitas hominem naturæ rerum auidiſsimum Plin. ſecundum ad hoc illexit, ut uidere cupierit, abſumptum (mirum) rerum nouarum amore. a Sydæ portu.] Plinius Sydam in Pamphylia locat lib. 5. Straboq; lib. 12 iuxta Aſpendum ſtatuit, ubi Cilices piratæ captiuos olim ſub haſta uendiderunt. Pomp. certe in Pamphyliam inclinare non re- *Taurus.* nuit. b Taurus.] Nemo de Tauro copioſius elegantiusq; Plin. cap. 27. quinti libri, quem & ſimiam eius Solinum in Ciliciæ deſcriptione legito: nam & hic author lectu digniſsimus *Laus Solini.* eſt, non tam quod rerum illuſtrium breue traxit e Plinio compendium, quàm quod emunctæ phraſis & appoſitæ in hoc ſcribendi genere dictionis author eſt: quanquā res pleræq; omnes, quas tractat, Plinij laboribus debentur. Mediam Taurus ceu immani dorſo per Aſiam excurrit, & ad ortū ſolis ubi aſſurgit, admodū eſt ſolidus: occaſum uerſus, ubi noſtrū attingit pelagus, in ſeptētrionē immanib. iugis egreditur, nec minus altis in meridiē, immēſus ubiq;, & innumerarum gentiū arbiter, à quarū diuerſo ſitu diuerſa eſt ſortitus nomina. Totus examuſsim picturę fide, & tabularum euidentia noſci hodie poteſt c Dextro latere.] Si ab eius ortu in occaſum proſpicias. d Magnarumq; gentium.] Scythicarum, & Indicarum, quæq; in occaſum utrinq; iuxta ſunt. e In pelagus.] Nō ſolum mediterraneum, ſed & in Indicum & Arctoū. f Idem.] Taurus, inquit, adpellatur à primo exortu, nec aliter; quod nomen alioqui ſibi præcipuum & generale eſt: Quanquam Plin. Iamus, inquit, prima parte *Imaus.* dictus &c. Grece in uniuerſum Ceraunius dicitur. Ego apud Plin. Imaus lego, nō Iamus, uerſis literis. De Imao enim nemo neſcit. g Hæmodes.] Vbi Indiā, quæ extra Gangen ab ea *Caucaſus.* Scythia diuidit, quæ extra Imaum, Ptol. h Caucaſus.] Supra Iberiam ac Albaniam in ſeptentriones Ptolemęo: quanquam alibi quoque id nomen habet, & totus Taurus Caucaſi nomine intelligi poteſt, ut perſępe partis uocabulum toti figuratè tribuimus. Philoſtratus lib. 2. Caucaſus, inquit, Mediam atq; Indiam terminās, in mare rubrum altero cubito deſcen- *Prometheus.* dit &c. Vbi multa de Prometheo ad Caucaſum ligato, quē, authore Seruio, primum Aſſyrijs aſtronomiam & ſyderum motū, quē in Caucaſo obſeruauerat, explicuiſſe conſtat: ut dubiū non ſit Tauri iuga in meridiem egredientia, Caucaſi nomine intellecta eſſe claſsicis ſcriptoribus. i Paropamiſus.] Vbi Bactrianam à Paropamiſade ſeiungit. k Caſpiæ pilæ.] Quia inter Medos & Parthos in Hyrcanum procurrit. Ptole. l Nyphates.] Supra Aſſyriam ad finem maioris Armenię. m Portæ Armenię.] Vbi in Moſchicos montes;

quę

quæ & ipſa Tauri iuga ſunt, inclinat. Martia. libro ſexto. Portarum, inquit, etiã nomina cenſentur, & alibi Armeniæ, alibi Caſpiæ. De Caſpijs & Solinus. a Patarã.] à Pataro conditore. Hanc Ptol. Philadelphus auxit, & Lyciacam Arſinoẽn nominauit, ſed antiquũ nomen retinuit, authore Strab. Inde Patarẹus Apollo dictus, & Lyciæ ſortes Virgil. & li. 3. Thebaid. Statio memoratẹ. b Xanthus.] Alius ab eo, qui in Phrygia eſt. huius quoque libro Iliad. 6. meminit Homerus: aliquando Syrbis nominatus Straboni. qui & Xanthum inter maximas Lyciæ ciuitates numerat. c Cragus.] Ouid. libro transformat. nono: Iam Cragon & Lymiræ Xãthiq; reliquerat undas. Quod ad Lymiram attinet, Plin. ſcribit, fontem illic eſſe Apollini ſacrũ, in quo ter uocati fiſtula piſces ad auguriũ præſtandum ueniunt, quos carnes diripere abiectas lẹtũ eſt, caudis uero abigere, dirum. d Telmiſos.] Martianus libro 6. Telmiſos, inquit, oppidũ dicitur, quo finitur Lycia. M. Cicero libro de Diuinat. 1. Telmeſsũ in Caria ſtatuit, eiusq; incolas Telmeſſes Auruſpicinæ, & oſtentorum noſcendorũ ſtudioſiſsimos. Liuius quoque Telmeſſum & ſinum Telmeſsicum, etiam ſi corrupte apud eum Teleſicum legitur libro belli Macedonici. 7. Strabo eſt author, Lycios aliquando adeo ciuiliter continenterq; uixiſſe, ut cum feliciter in Italiam uſque mari dominarentur, tamen in ullo turpi lucro nunquam ſeſe extulerint, ſecundum patriæ morem in Lyciaci conuentus adminiſtratione permanentes. Viginti tres apud eos urbes in ſuffragijs dandis participarunt: & ex quaque ciuitate conſultandi gratia in unum conuenerunt: quodq; pars maxima comprobauit, id decreto ſtetit. Hoc more Grẹcia, dum libera fuit, per Amphyctionas, quibus, ut Tacitus ait, præcipuum fuit rerum omnium iudicium, in medium conſuluit, de quibus Strabo libro nono, & libro decimoſexto Diod. nam Plinius libro nono Amphyctionas publicum Græciæ conſilium nominat. Seruant hunc morem hodie propè peculiariter Heluetij, gens libera, miſsis è fœderatis ciuitatibus, pagiſque gnaris, qui de rebus communibus maturè ſimul, & circumſpectè conſultent. Similis & Caribus conuentus ad Iouis Chryſaorei fanum inſignis fuit, unde & conuentus ipſe Chryſaoreus dictus accolis, authore Strabone.

Lyciorũ mores.

Heluetiorum conſulendi mos.

noſtra maria cõtingit Taurus iterũ. Poſt eius p̄montoriũ flumen eſt Lymira, & eodem nomine ciuitas, atq; ut multa oppida, ſic prẹter [a] Pataram nõ illuſtria. Illam nobilẽ facit delubrũ Apollinis q̊ndã opibus, & oraculi fide Delphico ſimile. Vltra [b] Xãthus flumẽ, & Xanthos oppidũ, mõs [c] Cragus, & quẹ Lyciam finit, urbs [d] Telmiſos.

CARIA.

Caria ſequitur. Habetur [f] incertæ originis: alij indigenas, ſunt qui Pelaſgos, quidam Cretas exiſtimant, genus uſq;

CARIA.

Caria. hæc eius Aſiæ, quæ minor dicitur, prima eſt regio. Minorem autem Aſiam Plinius libro quinto, capite 27. ab ortu Lycaonia & Phrygia illa, quæ Galatiam & Pyſidas attingit, ab occaſu toto Aegæi maris excurſu, à meridie Aegyptio pelago, à ſeptentrione Paphlagonia terminat. Ptolemæus libro Coſmographiæ. 5. à ſeptentrione eam Bithynia finit, ab ortu uerò Lycia & Galatia, à meridie Lycia quoque, ab occaſu Aegæo, ampliorẽ ſtatuens, quàm Plinius. Strabo libro duodecimo à principio, Iuniores, ait, eam, quæ intra Taurum eſt, Aſiam eodem nomine uocauere, quo totam continentem: in ea uero contineri ab oriente Paphlagones, Phryges, & Lycaones, inde Bithynos, Myſos, & eam, quẹ Epictetus nominatur, mox Troadem, Helleſpontum, & ad mare Aeoles, Iones, Cares, & Lycios. A' quo certe non admodum diſſentire mihi Cicero uidetur, qui in oratione pro Deiotaro: Etenim, inquit, ſi Antiochus rex Aſiæ, qui poſteaquam à Scipione deuictus, Tauro tenus regnare iuſſus eſt, omnemq; hanc Aſiam, quam nunc noſtri prouinciam fecerunt, amiſiſſet &c. Idem multo euidentius pro L. Flacco, Nanq;, ut opinor, ait, Aſia ueſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Idem pro Pompeio, miris eam laudibus extollens: Aſia, inquit, tam opima eſt, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine paſtionum, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. f Incertæ originis.] Strabo. libro 24. inter omnia conſtare ſcribit, quòd ſub Minoẽ fuerint tunc Leleges adpellati, & inſulas habitarint, poſt uerò continentis habitatores factos, Pelaſgis ea loca tum occupantibus, ſedes ademiſſe. De his Ouid. libro 9. Metã. Caras & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat. & libro octauo Maro, Hinc Lelegas Caraſq;. Vbi probe Seruius Inſulanos fuiſſe eos

eò quondam [a] armorũ, pugnęꝗ amans, ut aliena etiã bella mercede agerẽt. Hic caſtella aliq̃t ſunt: deinde ꝓmontoria duo [b] Pedalion & Crya, & ſecundũ Calbin amnem [c] Caunus oppidũ ualitudine habitãtiũ infame. Inde ad Halicarnaſsõ hęc adiacẽt, Rhodiorũ aliquot colonię, portus duo, [d] Gelos, & cui ex urbe, quã amplectit̃, Thiſſamiſſa cognomẽ eſt. Inter eos oppidũ [e] Larũna, & Pãdiõ collis in mare emiſſus. Tũ tres ex ordine ſinꝯ, Thymnias, Schenus, Bubeſſus. Thymniæ ꝓmõtorium [f] Aphrodiſiũ eſt, Schenus ambit [g] Hylã, Bubeſſus Cynotũ. [h] Gnidus in cornu peninſulę. Interꝗ eã & [i] Ceramicũ ſinũ in receſſu poſita Euthanę. [k] Halicarnaſſos Argiuorũ colonia eſt, & cur memorãda ſit p̃ter cõditores, [l] Mauſoleũ efficit regis Mauſoli monimentũ, unũ de miraculis ſeptẽ, Artemiſię opus. Trans Halicarnaſſon illa ſunt, litus Leuca, urbes Mindus, Aryãda, Neapolis, ſinus [m] Iaſiꝯ, & Baſilicꝯ. In Iaſio eſt Bargylos.

Defenſus à calũnia Seruius. ſcripſit. Nam præter ea, quę attulimus, lib. 12. Strabo, Cares, ait, cùm prius Leleges & inſulares eſſent, terreſtres facti ſunt, fauentibus Cretenſibus, qui Miletum condiderunt duce Sar- *Lycij unde dicti?* pedone Minois fratre, qui & Minyas in Lyciam habitatum duxit, & Termilas nuncupauit, qui tandem à Lyco Pandionis filio Lycij adpellati ſunt. Beroaldus igitur grammaticus Seruium temere incuſat, quod inſulanos Cares dixerit. Nec eſt dubiũ, tam Theſſaliam Leleges, quàm Epiron, ut pleraꝗ alia Gręcię loca tenuiſſe, ex Strab. Porrò & Megarenſibus ſua ab Lelego Aegyptio Carum rege origo fuit. Hinc illud de Megaris apud Ouid. lib. Met. 7. Tutus ad Alcathoën Lelegeia mœnia limes. Et Locri illi, q poſtea Epicnemidij uocati ſunt, Leleges ante dicebantur, authore lib. 4. Plin. a Armorũ.] Inſignes bellatores fuiſſe Cares, paſsim'que ſtipẽdijs, ut mererẽt, ꝓuocatos cõſtat: arma quocꝫ ab ipſis cognominata ſunt, ſi quæ idonea & belle adparata uiderentur. Hinc Anacreon, cõpactum Carię lorũ dixit: & Alcæus, Caricã criſtam, authore Strab. Ob crebrũ uero militię uſum, & uitæ in ipſis incuriam quandã *Adagium.* adagio locus datus eſt, In Care periculũ facito, cuius doctiſsima eſt apud Eraſmum explicatio. b Pedaliõ.] Vtriuſꝗ Plin. meminit. Cyra illic quocꝫ oppidũ Stephano, à quo promontorio nomen. cæterum Cryane an Ciria legendum ſit, Hermol. diſputat ſuper ca. 31. li. 5. Plin. c Caunus.] Meminit Calbis Strab. & adiuncti oppidi Cauni æ- *Caunij ualetudinarij.* ſtate & autũno, ut ipſe ait, ad inhabitandũ grauis ob calorẽ & pomorũ copiã. Ob id Caunij peſtilẽti cœlo eſſe dicũtur. Hos cũ intuitus eſſet Stratonicus citharœdus, homo ſalibus plenus, illũ ex 6. Iliade uerſiculũ in eos recẽſuit: Tale quidẽ genus eſt hominũ, quale eſt foliorũ: liuorem uidelicet, q̊ omnes pallebãt, ſugillans. Caunij uero cũ hominẽ inceſsiſſent acrius, q̊d urbẽ ut morbidã carperet, Ego, inquit, morbidã dicere auſim, ubi mortui ambulãt, urbanius multo acriusꝗ, ꝙ prius, illudẽs. d Gelos.] Alter portus, & ille cui, &c. Quanquam Plin. & Ptol. Creſſa ſiue Creſſo Rhodo ꝓximus portus eſt. e Larũmna.] Plin. & Strab. Lorima. Liuius li. bel. Macedonici. 7. Cũ orã Aſiæ legerent, Lorinã (portus aduerſus Rhodum eſt) peruenerunt. f Aphrodiſium.] Plin. Aphrodiſias dicitur. g Hylam.] Plin. Hydam nominat. Item Acantiũ non Cynotum, uide Hermol. h Gnidus.] Clara memoria Veneris à Praxitele ſculptæ, & alumnis pleriſꝗ uiris maximis. Situm peninſulæ uide apud Ptol. tab. 1. Aſiæ. i Ceramicũ.] à Ceramo oppido Ptol. Euthanæ ex Plin. Hermolao notiſsima eſt, ut *Halicarnaſſus.* reliqua ſuperiora, quæ pręterco ut inſignia minus. k Halicarnaſſos.] Clara Herod. Heraclio poëta Callimachi ſocio, & Dionyſ. hiſtorico, qui res Romanas Strabonis temporibus ſcripſit. Regia olim regum Carię fuit, ab Alexandro capta, & Adæ reginæ Idriei coniugi, quã Pixodarus eiecerat, regendã tribuit, ut Diod. lib. 17. & lib. 14. Strab. ſcribit. Iuxta eam Salmacis ille eſt, molles effœminatoſꝗ faciens, de quo lib. 4. transfor. Ouid. l Mauſoli.] Hic Hecatoni Cariæ regis filius, & Idriei frater, Artemiſiam ſororem ſimul & uxorem habuit: cui mortuo, cum coniunx poſt conſtructum marito monimentum mœrore abſumpta eſſet, Idrieus ſucceſsit: huic Artemiſiæ ſoror Ada cõiunx fuit, cuius, ut dixi, Alexander miſertus eſt. *Mauſoleum.* Lege Strab. De amore in Mauſolum Artemiſię Gel. lege. 19. ca. li. 10. De Mauſoleo uero, q̊d inter orbis miracula ſpectatũ eſt, Plin. 5. cap. lib. penultimi. Hero. li. 7. uocabulũ ipſum penult. ꝓducit. Luca. li. 8. Pyramides claudũt indignaꝗ Mauſolea. Quẽ uerſum corrupte Tortel. legẽs, multũ in huius uocabuli explicatiõe hallucinatus eſt. Quin & in Cares prima ſemp ꝓducta eſt. Mar. Laudib. immodicis Cares in aſtra ferãt, contra Neſtorẽ, q primã indifferentẽ eſſe putauit. m Iaſius.] A' Iaſo oppido in eo ſito, Plin. & Ptol. De Bargylo, alijſꝗ illic oppidis cap. 29. libro 5. Plin. Ptol. Bargyliam nominat, à Bellerophonte conditã Stephanus ſcribit.

IONIA.

IONIA.

Onía ab ortu Lycaones, & Lydos habet, à ſeptẽtrione Aeoles, ut à meridie Cares: quanquam Plin. Dorin poſt Halicarnaſſum à Stadio oppido orditur, inꝗ Doridis ſinu inter cetera oppida Euthanen locat. Præterea ab Iaſio, non Baſilico Ioniam incipit. Eius uerba cap. 29. lib. 5. hęc ſunt. Ionia ab Iaſio ſinu incipiẽs numeroſo ambitu litorũ flectitur. In ea primus ſinus Baſilicus, Poſsidiũ promonto. & oppidũ, oraculum Branchidarum appellatũ, nũc Didymęi Apollinis &c. Quæ omnia alioqui ad Pomp. ſententiam admodum accedunt. Strab. quoque à Poſsidio ad Phoceam uſque, Ionicæ regionis oram expandit.

IONIA.

POſt Baſilicum Ionia aliquot ſe ambagib. ſinuat, & primũ à Poſsidio promontorio inflexum inchoans, cingit oraculum Apollinis, dictum olim [b] Branchidę, nunc [c] Didymi. [d] Miletum urbem quondam Ioniæ totius, belli paciſꝗ artibus principẽ, patriam [e] Thaletis aſtrologi, & [f] Timothei muſici, & [g] Anaximandri phyſici, aliorumꝗ ciuium inclytis ingenijs merito inclytam, utcunque [h] Ioniã uocant urbẽ [i] Hyppin amnis [k] Męandri exitum, Latmum montem Endymionis,

b Branchidæ.] Strabo, poſt Poſsidiũ, inquit, Mileſium eſt oraculum Apollini Didymęo ſacrum apud Branchidas, ad 18. ſtadia aſcendenti. id à Xerxe incẽſum eſt, quemadmodũ cætera templa omnia, Epheſio excepto &c. Nomen à Brancho Theſſalo ortum, quem interfectũ acriter dolens Apollo, templo & ſepulchro cõſecrauit, amatũꝗ *Apollo Brãchidas.*
celebri ſui nominis oraculo donauit. Terentia. Paſtorẽ Brãchum, quũ captus amore pudico,
Fatidicas ſortes docuit depromere Pæan. Stat. 3. Theb. Patrioꝗ ęqualis honori Branchus &c.
Vbi Placidus Terentiani uerſus citans, corruptus eſt, addito uidelicet uerſiculo nihil ad ſen- *Lactan. Placidꝰ*
tentiam faciente, ſic: Hymnum Branchiadæ Phœbo ceciniſſe Iouiꝗ, cũ non Branchiadæ, ſed *Terentianus.*
Battiadem legatur apud Terentia. ſic: Nec non & memini pedibus quater his repetitis, Hymnum Battiadem Phœbo cantaſſe Iouiꝗ, per Battiadem, ni fallor, Callimachũ intelligens, qui
Cyrenaicus fuit, à Batto eius urbis conditore, de quo nos alibi retulimus. De Branchidis, &
ædis magnitudine Strab. plura, qui lib. 11. refert Alexandrũ Branchidarũ, qui Xerxẽ ſecuti eſſent, urbem iuxta Bactrianã euertiſſe, quod ſacrilegium haberet odio, cũ ædis ſacrę pecunias
illi ultro obtulerant, cum per Ioniam iter feciſſet. De Sibylla non incelebri, quę ad Branchos
uaticinata eſt, ſcribit lib. 20. honeſtę diſciplinę Crinitus. c Didymi.] Ideo dicti, quod ex
uno fonte lucis gemino ſydere ſpacia diei & noctis illuſtrat, ut Macrob. ſcribit lib. Sat. 1. d *Apollo cur Didymus?*
Miletũ.] Hanc Neleus condidit: quanquã & à Cretenſibus Mileti Iouis filij auſpicijs aliquando conditam urbem in illis locis antiquam Miletum dictam, ex Ephoro Strab. ſcribit, & teſtatur Ouid. Illa uerò ſuper 90. urbium per cuncta maria genitrix, totius Ionię clariſsima fuit,
eodẽ authore, bis cõflictata, à Perſis prius, mox Alexãdro ab ea excluſo maxima ui oppugnãte. e Thaletis.] Vnius ex ſeptẽ ſapiẽtibus, qui prius phyſiologię & mathematicę author fuit *Timotheus.*
Strab. f Timothei.] Hic ille eſt, qui duplicẽ mercedẽ ex diſcipulis, qui apud alios muſicã didiciſſent, poſtulare ſolitus fuit, quod eos non diſcere modo ſua, quam aliorũ male tradita dediſcere oporteret, ut eſt apud Quintilianum. Hic 17. libros de muſica ſcripſit, & antiquam illam eius aſperitatem in molliorem modum mutauit, animi Alexandri mirus rector: nam ut
libuit, nunc ad arma prouocauit, nunc deflexit ad pacẽ. g Anaximandi.] Diſcipuli Tha- *Anaximander.*
letis, qui primus Lacedęmone horologium ſcioterícum in loco captandæ umbrę idoneo ſtatuit, in quo ſolis per ſigna conuerſiones, & ipſa æquinoctia gnomone indicata adiecit. Cuius
uſum multis deſitum ſeculis nuper reuocauit Andreas Stiborius mathematicus clariſsimus, *Andreas Stiborius.*
adiectis horarum diuerſę obſeruationis ęquationibus. Addit Strab. Mileſijs Anaximenem,
& Hecatenum clarum hiſtoricum, & Aeſchinem oratorem Pompeio moleſtum, atque ideo
miſſum in exilium. h Ioniam.] Catexoche, tanquã totius regionis nomine dignã uiſam.
Eius ciuis Cadmus fuit, qui primus proſaicam orationẽ condere inſtituit, authore lib. 5. Plin.
i Hippin.] Pli. eã trãs Męandrũ Aeoliã uerſus locat. k Mæãdri.] Crebris flexib. ita ſinuo- *Maeander.*
ſi, ut ad originẽ reuerti credatur, cygnorumꝗ copia memorabilis. Hic Mæonios, Lydos, Licaones, Cares, & Ionas lambens, ad decimũ à Mileto ſtadiũ lenis illabitur mari. Plin. T. Liu.
lib. quartæ Decados. 8. Mæander, inquit, ex arce ſumma Celenarum ortus, media urbe diſcurrens per Caras primum & Ionas in ſinum maris editur, quod inter Prienen, & Miletum eſt.
l Latmum.] Hunc pleriꝗ Lamium nominant, ſed Strab. & Plinio Latmius: in quo perpetuum illum ſomnum Endymion dormierit, cum id à Luna adamatus obtinuiſſet. Strab. libro
14. haud longe à Mileto trans fluuiolum quendam, apud Latmium montem Endymionis *Endymion.*

ſepulchrum poſitum in ſpelunca quadam oſtenditur. Quantum ad fabulam attinet, ita Ouidius lib. de arte amandi tertio: Latmius Endymion non eſt tibi Luna pudori. Originem eius ueritas fecit. Multa enim ad Lunę motũ attinentia prima reperit Endymion: & ob id amore eius captus fama traditur, ut Plinius & Fulgentius ſcribunt. Iam uerò eſt notum, quàm ſint ad ſyderum obſeruationem commoda loca pręcelſa. In Aegypto locus quidam æditus ſpecularum Eudoxi nomẽ habet, quòd hic cum ad Aegyptios, duce Platone, doctrinæ gratia profectus eſſet, res cœleſtes ex illis obſeruauit, ut Strabo lib. ult. haud obſcure indicat. Contrà uerò æqua de planicie lib. de diuinat. 1. Cicero Aegyptios ait, quemadmodum & Babylonios in camporum patentiũ ęquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere poſſet, omnem curam in ſyderum contemplatione & cognitione

à Luna (ut ferunt) adamati fabula nobilẽ. Deinde rurſus [a] inflexa, cingit urbẽ [b] Prienen, & Geſsi fluminis oſtiũ, mox q; ut maiore circuitu ita plura cõplectit. Ibi eſt [c] Panioniũ ſacra regio: & ob id eo nomine appellata, quòd eã cõmuniter Iones colunt. Ibi à fugitiuis, ut aiũt, cõdita (nomẽ famæ annuit) [d] Phygela. Ibi [e] Epheſus, & Dianę

Alexander. poſuiſſe. Nec fide caret illa de Prometheo & Atlante fabuloſitas. Alexander lib. problematum primo, Endymion, inquit, homo cœleſtium curſuum ſtudioſus, cũ Lunę curſus facieſq; uarias quęreret, noctéq; uigilaret, interdiu dormiret, deliciæ Lunæ fuiſſe, ſomnoq; dormiuiſſe inexpugnabili: edoctuſq; ab ea ut philoſophus, in cauſæ ipſius ſolutionem fingitur. Notum eſt adagium, Endymionis ſomnũ dormire, quo uſi ſunt Cicero & Ariſtot. a Inflexa.] Sinus eos uide in tab. Aſiæ. 1. Ptolemęi. b Prienen.] Biante alumno nobilis, qui patria aliquando ab hoſtibus capta, cum reliqui omnes fugientes quidpiam rerum ſuarum aſportaſſent, quęſitus ipſe, cur adeo nil efferret, Omnia, inquit, mea mecum fero, ſummas diuitias in animo ſtatuens. Meminit Cicero in Paradoxis. c Panionium.] Nomen datum, quod omnibus Ionibus in eo loco confluentibus, olim Neptuno Heliconio cognominato, Prienenſibus ſacrificantibus feſtum diem agere mos habuit. Plinius & Strabo regionem illam circa Geſſum fluuium omnibus Ionibus ſacram Panioniam nominant, Ptolemęus de genere uocabulo Pangilium. d Phygela.] Plin. Iuxta, inquit, fugitiuis conditum, uti nomen inditio eſt Phygela. nam φυγὴ fugam ſignificat. Strabo Pygellam nominat à Pygallijs quibuſdam Agamemnonis ſocijs, qui ibi calamitatibus fatigati remãſerint. In eo eſt Munychię Dianę templum Agamemnonis opus Straboni: Gręcis μουνυχία Diana dicitur. Aliâs Munychia Athen. portus. e Epheſus.] Inſignis quõdam famæ, & Dianę ſpectatiſsimo templo, tum & clarorum uirorum, quorum genitrix fuit, dignitate, ab Androclo Codri Athen. regis filio condita, ut ex Pherecide ſcribit Strabo. Iuſtin. lib. 2. ab Amazonibus conditam ait, quod ipſum & Plinius lib. 5. confirmat. Eius alumnus Heraclitus fuit cognomento Scotinus, hoc ipſo commendabilis, quòd cum Hermodorum uirum probatiſsimum in exilium ob iuſtitiæ et uirtutis amorem eiectum uidiſſet, omnes Epheſios dignos eſſe dixit, qui ſtrangularentur, quòd Hermod. uirum inter eos eieciſſent, dicentes: Nemo noſtrum frugi eſto, alioqui cũ alijs eijciatur, Strab. Ex ea fuit Hipponax poëta, Parrhaſius pictor, & Appelles, quanquam hunc Coum Ouidius nominauit: Si Venerem Cous nũquam pinxiſſet Apelles. Ad hos Pauli extat Epiſtola. De Dianę templo Plinius 14. cap. penultimi lib. qui fundamẽta calcatis primum carbonibus, mox uelleribus lanę ſubſtrata fuiſſe ait. 220. annis à tota Aſia conditũ eſt. De templo conſcripſit librũ Democritus quidam ab Abderitano illo alius, ut Diogenes refert. Operi pręfectus Cteſiphon fuit. At Strabo, Dianę templum Archiphron, inquit, mire fabricatus eſt: ut ad ſecundariam ſtructionem Plinius reſpexiſſe uideatur. nam exuſtum ab Heroſtrato maximis ſumptibus, ut aliâs ſępe, reſtauratum eſt. Solinus quoque Epheſo, inquit, decus eſt templum Dianę Amazonum fabrica adeo magnificum, ut Xerxes cum omnia Aſiatica templa igni daret, huic uni pepercerit. Iuxtà aſylum fuit, quod tandem Auguſtus ſcelerum refugium exiſtimans irritum fecit. Cuius quoniam meminimus, in tranſcurſu id quoque referendum: authore lib. 3. Tacito, Tiberij imperio adeo per Gręcas urbes Aſię licentiam atq; impunitatem Aſyla ſtatuendi increbuiſſe, ut ea de re miſsis legatis cognoſcenda à patribus fuerit decretũ. De origine aũt, atq; unde huiuſmodi perfugijs Aſyliæ ius dari potuerit, non obſcure idem author indicat. Dedere quondam Imperatores populi Romani, eratq; munificentię monimentũ, uelut ad Dianę Leucophrenes cognominatæ phanum apud Magnetes, quod aſyli iure donauit L. Scipio, & L. Sylla imperatores exercitus Rom. ob Magnetum erga Romanos contra Antiochum & Mithridatem perſpectam fidem. Poſt uerò utilitate ſimul & ſanctitate cognita, ut eſt natura liberum, & ad impunitatem natum humanum genus, certatim à ciuitatibus raptum, placuitq; ut ad Deorum ſimulacra delubraq;, & Principum ſtatuas aſylum eſſet. Patres autem, quod illi peregre agentes permiſiſſent, Romę in ſenatu confirmare ſolitos conſtat, ne temere quis inſtitutum ſuſpicaretur, quod ſeorſum nulla iuſta cauſa natum uide-

Margin notes: *Bias.* (beside "nus eos uide in tab."); *Epheſus.* (beside "Athen. portus"); *Heraclitus Scotinus.* (beside "condita, ut ex Pherecide"); *Templũ Dianæ Epheſiæ.* (beside "tat Epiſtola"); *Aſyliæ ius unde.* (beside "decretũ. De origine")

natum uideri poterat. Tacitus lib. 4. Is quoq; annus legationes Græcarũ ciuitatũ habuit, Samijs Iunonis, Cois Aeſculapij, delubro uetuſtum aſyli ius ut firmaretur, petentibus. Nam apud Romanos primus omnium Romulus ad conciendam plebis multitudinem, aſylum, teſtante Liuio, poſuit. Durat hodie quoq; mos uetus ad immunitatem eccleſiarum (ut pleraque omnia uetera) trãslatus, & principum authoritate ſanctus inuiolatusq;, haudquaquam importuno aduerſus præcipitem ultionem, & ab ira properantia conſilia remedio.

Tacitus.

Libertas eccleſiaſtica.

tiſsimũ templũ, quod Amazones Aſia potitæ cõſecraſſe tradũtur. Ibi[a] Cayſtros amnis, ibi[b] Lebedos, Clarijq; Apollinis fanũ, quod[c] Mãto Tireſię filia fugiens uictores Thebanorũ[d] Epigonos, &[e] Colophon, quam Mopſus eiuſdẽ Mantus filius ſtatuit ad promõtoriũ, quo ſinus clauditur, quod altera parte aliũ, quẽ[f] Smyrnæum

a Cayſtros.] Iuxta Cayſtrũ pari claritate memorabilis eſt Cenchrius amnis, per lucum Ortygiam fluens, in quo Latonam fabulantur ab Ortygia nutrice lotam ex partu: accolæ aditum olim, quo peperit, ipſamq; oliuam, ſub qua partu liberata quieuit, monſtrare ſoliti fuerunt. Tacitus lib. 3. Vbi de horum legationibus ad Senatum miſsis, Primum, inquit, omnium Epheſij adiere memorantes, non ut uulgus crederet, Dianam atq; Apollinem Delo genitos: eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonã partu grauidam, & Oleæ, quæ tum etiam maneat, adniſam ediḋiſſe numina, Deorumq; monitu ſacratũ nemus. Quam uniuerſam tamen Latonæ fabulam pleriq; omnes Græcorum & Latinorũ ad Delon inſulam, & uetuſtiſsimã in ea Oliuam, cuius Plinius & Cicero meminere, referunt: indicante idipſum quoq; in ſermone primo Codro Vrceo perquam prę̃ſtantis in utraq; lingua ingenij uiro, ut uerisimile ſit Aſiaticos, ut de ſuis locis idem referrent, nominis alluſione inuitatos, cũ Delos aliquando & ipſa Ortygia dicta ſit, ſiue magis famæ ſtudio ductos credendum eſt. Vt hodie quoq; Chriſtianis nobis è mortuorum oſsibus magis quàm uiuentium operibus fama quęritur, incredibili quorundam in reliquiarum uſu durãte iactantia, tanquam referat huius ne an illius oſſa auro clauſa ueneremur: ac non magis ſpectandum nobis ſit, quid Deus præceperit, non quid homo fecerit. Vt non dicam interim quàm friuolum, quamq; plenum ridiculã uanitate horum ſtudium exiſtat, qui è pauperum uiſceribus omni exactionũ genere aurum, quo cadauera ueſtiant, extorquere malunt, quàm tyrãnide ſpreta, & deuicta auaritia, his ſimiles eſſe, quorũ non quidẽ ueſtigia imitari, ſed oſſa, baculos, ueſtes atq; etiam calceos demirari uidemus. Iam dum certi eſſe nequeunt, coniecturis depugnant, & hiſtorias ingerunt nullo authore, plerunq; fabuloſas, de cultris, enſibus, ſecuribus, & reliqua carnificum officina altercantes. Nec id ſatis eſt: plures hodie cuſpides oſtentant, quibus Saluatorem confoſſum eſſe credamus: preterea diuerſiſsimis in locis adeo tota ſibi ſanctorũ corpora uẽdicant, ut niſi Geriones quoſdã tricorpores fuiſſe imagineris, intelligere nequeas, qui id fiat, q̃d illi te credere iubent. Deũ immortalẽ, quàm bene cũ Chriſtiana republica ageretur, ſi primorũ exemplo hæc demũ ſententia ſtare poſſet, quæ uiuã maiorũ uirtutem demortuis oſsibus anteferẽdam iudicaret, magno bracteati honoris cõtẽptu.

Cenchrius.

Contra ſuperſtitioſum reliquiarum cultum.

Bracteatus reliquiarũ cultus.

b Lebedos.] 120. ſtadijs abeſt à Colophone, Straboni. Iuxta uerò Apollinis fanũ, Clarij cognominati à Claro Colophoniorũ oppido, ibi ſpecus fuit, & in eo lacuna, cuius potu mira oracula reddita ſunt, breuiore tamẽ uita bibentiũ. Huius Pli. lib. 2. & alicubi Macrob. meminerũt. Cæterũ nõ fœmina, ut apud Delphos, ſed certis familijs, & fermè Mileto accitus ſacerdos numerũ modo conſultãtiũ, & nomina audit: tum in ſpecum digreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerunq; literarũ & carminũ, edit reſponſa uerſibus cõpoſitis ſuper rebus, quas quis mente cõcepit, ſicut lib. 2. Auguſtalis hiſtoriæ ſcribit Tacitus.

Clarius Apollo.

c Manto.] Hæc, Thebis cõflictatis, multa ſeruitute preſſa demũ in Aſiam uenit, illic Rhaciũ quendẽ Micynęũ ſequuta, cui oraculo ſuadente nupſerat, iuxtaq; Lebedon Apollinis fanũ ſtruxit: demũ in Italiã profecta, ex Tiberino Ocnũ ſuſcepit, cuius lib. Aeneid. 10. meminit Virg. Hic Mantuam mœnib. cinctã matris nomine donauit. De Tireſia multa lib. 11. Odyſſeæ Homerus, & lib. 3. trãsfor. Ouid.

Manto.

d Epigonos.] Hoc eſt, poſteros. Euſeb. in Chron. Interfectorũ, inquit, poſteri, qui uocãtur Epigoni, aduerſus Thebas bellũ mouerũt. Hermol. Veteres quoq; Tragœdias hoc nomine inſcriptas Cicero teſtatur, qui lib. de offic. 1. Qui, inquit, uoce freti ſunt, Epigonos Medeãq; eligunt.

e Colophon.] Hęc clariſsima urbs adeo olim equeſtribus ualuit, ut ubicũq; bella difficulter cõponi poterant, Colophonij equitatus auxilijs dirimerẽtur. Mopſus aũt, cuius hic meminit Põponius, ille eſt, qui cũ Chalcante illac cum Amphito poſt Troiana bella pergente, in augurandi peritia certauit, uictũq; mœrore ad mortem adegit, de quo digna lectu Strab. libro decimoquarto, ubi de Colophone illa, quam multi Homeri patriam fecerunt. Viri ex ea clari, Xenophanes phyſicus, & Mimnermus Elegiarum ſcriptor. Strab.

f Smyrnæum.] A' Smyrna ciuitate clariſsima, & gymnaſio quõdam nobili: quam Homeri fuiſſe patriam pleraq; indicant: ſed ante alia, porticus templo & ſtatua Homeri inſignis, numus quoque æneus cuſus, cui Homeri fuerit nomen. Multa de Smyrna lib.

Homeri patria.

na lib.14. Strab. a Anguſtisq; ceruicibus.] Illic enim inter Colophonium Smyrnæum ſinum Aſia peninſulę forma in Chium inſulam prominet, anguſto intermedio freto. Iuxta uero continentem ſtrictior, oppida ſuſtinet inſignia Teon & Clazomenam: hęc Smyrnam, illa Colophonem proſpicit. Supra Teon in Auſtrali peninſulæ fronte Erythre oppidum eſt, un-
Anacreon. de Erythreę Sibyllę, quę tempore Alexandri floruit, nomen. Ex Teo fuit Anacreon poëta, Straboni. Hinc Teium nominauit Ouid. lib. triſtium. 2. Pręcepit Lyrici Teia muſa ſenis. Et Hora. lib. Carminum ſecūdo, Teiam fidem dixit, hoc eſt, Lyricam. Stephanus aliam Teon in Scythia ponit, ad quam palus ſit piſcibus referta, è quib. perſerenum oleum manat in ſumma aqua, tāta copia, ut colligi in uaſa poſsit, uſibus aptū. Fuit & Teius Hecatæus hiſtoricus. At Clazomenius Anaxagoras fuit, cuius auditor Euripides erat. Strab. In his locis
Corycus. Corycus eſt mons latrocinijs olim infeſtiſsimus: unde locus prouerbio datus, Hunc Corycæus auſcultauit, in eum, qui rem diſsimulat & occultat, deprehenſam tamen. In illo enim litore piratę, quò abituri eſſent mercatores, clanculum ſciſcitabantur: mox in altum ſoluentes, abituros ſpoliabant. Lege Strabonem. b Coryna.] Plinius Corynæum flum. illic ponit, indubie ab oppido nomen ſortitum, Stephanus Carinā nominauit. c Termo-
Leuca. don.] Plinius iuxta Smyrnam Meletem fluuium, Strab. Melam eſſe aſſerit: nam alius eſt Termodon in Paphlagonia, de quo infrà. d Leuca.] Hæc eſt Leuca, iuxta quam P. Craſſus in Aſiam cōtra Ariſtonicum miſſus, profligato exercitu captus, ac deinde confectus eſt, de quo Florum lege in fine 2. lib. Plin. Ioniæ finem ponit Leucen. Strab. Phoceam, à qua Phocaenſes & Phocaici, præterea & Phocenſes dicti aſsiduis authoribus. Liuius lib. 7. quartæ Dec. Clamor undiq; eſt ſublatus, indignum facinus eſſe, Phocenſes nunquam fidos ſocios, ſemper infeſtos hoſtes impune eludere. Neq; non ab illa, quæ in Græcia eſt Phocenſes, nominantur. Iuxta Phoceam Hermus amnis clariſsimus mare illabitur, Herod.

uocāt, efficit[a] anguſtisq; ceruicibus reliqua extendit, inde latius abit in peninſulæ faciem, ſuper anguſtias, hinc Teos, illinc Clazomena: & quia terga iungunt confinio adnexa maris, diuerſis frontibus diuerſa maria proſpectant. In ipſa peninſula eſt[b] Coryna. In ſinu Smyrnæo eſt[c] Termodon amnis, & urbs[d] Leuca: extra eum Phocis Ioniæ ultima.

AEOLIS.

Proxima regio, ex quo ab Æolijs incoli cœpit, Æolis facta, ante[e] Myſia, & qua Helleſpontum attingit, Troianis poſsidentibus Troas fuit. Primā urbem à Myrino conditore[f] Myrinā uocant: ſequentē[g] Pelops ſtatuit, uicto Oenomao, reuerſus ex Græcia: Cymē nominauit,[h] pulſis q habitarāt, dux Amazonū Cyme. Supra[i] Caicꝰ inter Eleā decur

AEOLIS.

Plinius quoq; lib. 5. Aeolis, inquit, eſt quondam Myſia appellata, & qua Helleſponto adiacet, Troas. Celebris ille tractus, & cum finibus magnis tū claris oppidis memorabilis, maxime uero inſulis iuxta ſitis felix, Lesbo & Tenedo, & ab Aeolijs illuc appellentibus nomen adeptus, cum ex Tyrrheno illuc adnauigaſſent. e Myſia.] prima ſyllaba iam œ diphthongo, iam ypſilon ſcripta.
Myſiæ quatuor. Ptolemęus quatuor Myſias facit, in Europa duas, ſuperiorē & inferiorē, de quibus 2. libro: in Aſia maiorē & minorē. De maiori intelligit Pomponius, quę per Phrygiam, & ſupra Troadem in Galatiam uergens latè patuit. Nā & Teutraniam, quę ſupra Aeoliam eſt, Myſi habitarūt, ex Europa cū Phrygib. & Thinis profecti, à quibus tādem in Aſia quoq; Myſi, Phryges, & Bithyni. Plin. cap. 32. lib. 5. Minor aūt ſecūdum Helleſponti oram in Bithyniam & Propontidem inclinat. f Myrinam.] Sebaſtopolim cognominatam, portu nobili, & in Elaitico ſitam ſinu. Iuxta, Grynęum eſt Myrinorū oppidum, ubi templū olim Grynęi Apol-
Grynæus Apollo linis candido ſtructū lapide, & oraculi fide memorabile. g Pelops.] Hic, ut eſt ferè notum,
Oenomaus. Tantali potētiſsimi Phrigū regis filius fuit. Cūq; Hippodamiā Oenomai Piſę regis filiā, coniugē deſideraſſet, iniquiſsimis conditionib. propoſitis ab Oenomao reiectus eſt: quæ res bellū ſuſcitauit, in quo, Myrtillo pręfecto ſuo proditore, regno Oenomai Pelops potitus eſt. Hinc illę Poëtarū fabulæ. Sed ad hiſtoriā Pōp. reſpexit. Lege. li. 5. Diod. h Pulſis.] Alijs eñ colonis inductis, ſui nominis memoriā fecit. Scribit li. 4. Diod. Myrinā Amazonū maximā ducē, in Aſia Cymē, Pitanē, Prienē aliaq; nōnulla p id litus oppida ſtruxiſſe, nōnihil à Pōp. diuerſus, niſi apud alterutrū corrupta eſt lectio. ab hac Cyme Cymeos incolas Liu. cognominat. i Caicus.] Vi-

rit & Pitanē illā, quę[a] Archeſilan tulit, nihil affirmātis Academię clariſsimū antiſtitē. Tū in ꝓmōtorio eſt [b] Cāna oppidū, q̄d pręteruectos ſinus excipit non paruus ſed [c] lōge ac molliter flexus, retrahēsq́ paulatim oras uſq; ad ima montis Idæ. [d] Iſthmos paruis urbib. aſperſus eſt, quarū clariſsima eſt Ciſtena. Gremio interiore [e] cāpus Thebæ nomine, [f] Adrimittiū, Auſtrā, Tereſſam oppida, eodē, quo dicta ſunt, ordine adiacētia continet. In altero latere [g] Antādrum, duplex cauſa nominis iactatˀ: alij Aſcanium Ænee filiū, cū ibi regnaret, captū à Pelaſgis, ea ſe redemiſſe cōmemorant: alij ab ijs putāt conditam, quos ex Andro inſula uis & ſeditio exegerat. Hi Antandrū quaſi [h] pro Andro, illi quaſi [i] pro uiro accipi uolūt. Sequens tractus tāgit [k] Gargara & Aſſon, Ætolorum colonias. Tum ſinus alter [l] ἀχεῶν λιμὴν, nō longe ab Ilio litora incuruat urbe bello excidioq́ clariſsima: hic [m] Sigeum fuit oppidum: hic Achiuorum fuit bellantium [n] ſtatio. Huc ab Idæo monte demiſſus [o] Scamander

Vide primā Aſię tabulā Ptol. ab Elea Elaiticus ſinus Straboni, à Pitana incolę Pitanei & Pitanitæ, ſicut ab illa, q̄ in Laconica eſt, Pitanatę, ut Hermol. aſſerit. a Archeſilan.] Hic, ut M. Cic. ſcribit lib. de Finib. ſecūdo, Socratis morē diu intermiſſum uindicās inſtituit, ut, qui ſe audire uellent, nō de ſe quęrerēt, ſed ipſi dicerēt, quid ſentirent. Idē lib. de Orat. 3. de eodē, Primū, inquit, inſtituit, quāquā id fuit Socraticū maxime, nō quid ipſe ſentiret oſtēdere, ſed cōtra id, q̄d quiſquā ſe ſentire dixiſſet, diſputare. Rurſum li. 2. de Diuina. in fine, Quū aūt ſit, inquit, Academiæ iudiciū ſuū nullū interponere, ea probare, quę ſimilia ueri uideantur, cōferre cauſas, & quid in quāq; ſententiam dici poſsit, expromere, nulla adhibita ſua authoritate, iudicium audientiū relinquere integrū & liberū, &c. Quib. uerbis nihil affirmātis Academiæ mos abunde explicatur: deſperata enim cognitione certi, id tantū libebat ſequi, q̄d uerīſimile uideretur. Ea de re Phauor. apud Gelliū lib. ult. ad Sextum Ceciliū. Noli, inq̄t, ex me quęrere, quid ego exiſtimē: ſcis enim ſolitū me pro diſciplina, quā colo, inquirere potius quām decernere. Solinus neſcio q̄modo cōniuens, magno errore Archeſilan & Stoicū, & ex Laconica Pitane ortū credidit, cum Academicus & Pitaneus fuerit. De quo Cicero in Academicis. Itaq; Archeſilas negabat eſſe quicquam, q̄d ſciri poſſet, ne illud quidem ipſum, q̄d Socrates ſibi reliquiſſet. Lege Diogenē li. 4. Solini erratū Hermolaus prodidit, ſummi iudicij et ſolidiſsimæ doctrinæ homo, quē odioſa fati ſeueritas, florētiſsimę uitę munere priuauit, ipſo etiānū iuuene extincto: Id q̄d in Ioan. Pico Mirand. tāto uiro ipſe mecū perſępe nō ſine quadā animi exacerbatione memoria ꝓſequor. Nō pręterierim in Pitane lateres adeo leui eſſe argillæ materia, ut in aqua ſupernatēt. b Canna.] Strab. Canas li. 13. nominat cū promōtorio, inter q̄d & Lectū Troadis promontoriū ſinus eſt ab oppido Adramyteus, à mōte Idæus dictus Strab. Vide Ptol. c Longe.] Quia amplus eſt. d Iſthmos.] Ille qui inter Elaiticū & Idæū ſinū prominet. De Ciſtena etiā Plin. e Cāpus Thebæ.] Meminit eius Strab. Theba uerò dici poteſt uel Thebæ cāpus, ſicut Mygdonia uel Mygdoniæ cāpus, ut inibi Adraſtia uel Adraſtię dicitur: locus ubi Adraſtię Nemeſis olim, haud lōge à Thebis fanū, unde adagiū ortū, Adraſtia Nemeſis, in eos, qui ſuperbię & inſolentię, fortuna mutata, dare pœnas uidētur, de qua paulo infrà. f Adrimit.] Legēdū Adramittiū, Aſtyrā et Ereſſam. notiſsima illa oppida ſunt. ſcribitur aūt & Adramittiū & Adramyteū, ut ex Stephano adnotauit Hermolaus. Quin & Adramyteos Plin. Inde Adramitteni dicti cultores. Cic. pro Flacco: Quid ſi etiā occiſus eſt à piratis Adramittenus homo nobilis, cuius eſt ferè nobis omnib. nomē auditū. g Antandrū.] Hęc prius Edonis dicta eſt etiā Plinio, mox Cimmeris, ab Edonib. Thracię maritimis populis, & Cimmerijs, Hermol. ex Ariſt. teſtimonio id aſſerente. Virg. Aen. 3. Claſſemq́; ſub ipſa Antādro & Phrygię molimur mōtib. Idæ. Vbi Serui. de nominis cauſa eadē referēs, nō Aſcaniū, ſed Polydorū captū, ea urbe redemptū eſſe ſcribit. h Pro Andro.] ἀντὶ ἀνδρός. i Pro uiro.] Qui Gręcè ἀνὴρ dicitur. k Gargara.] Iuxta quę ſolū frugum feraciſsimū eſt, ut Macr. li. 5. ſcribit. De Aſſo etiā Ptol. De Gargaris Ouid. Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos. Ea cōdiderūt Aſſij. l ἀχεῶν λιμήν.] Hoc eſt, Achiuorū portas, à Gręcis illuc appellētib. nomē indeptus. De Ilio uerò, unde (ut Pli. ſcribit) omnis rerū claritas orta eſt, nemo nō nouit. Scribit Strabo Alexandrū, & poſt eum Cęſa. Dictatorem de Ilienſibus exornandis multum ſolicitos fuiſſe: ille quòd Homeri eſſet ſtudioſus, hic quòd Troiana ſe ſtirpe ortum agnoſceret. m Sigeū] Id à ſilentio dictum plериq; autumāt, quod Hercules Ilium capturus eo in loco magno ſilentio delituerit. Græcis σιγάω ſileo ſignificat. n Statio.] Cum mari, tum terra, cum Ilium obſiderent. o Scamander.] Nauigabilis.

Archeſilas.

Academiæ in diſputādo modeſtia.

Solini error.

Hermolaus.

Ioannes Picus.

Adraſtia Nemeſis

Antandrum.

o bilis.

bilis. Catullus in Pelei nuptijs, ubi de Achille: Teſtis erit magnis uirtutibus unda Scaman-
dri. a Fama.] Nam & Homero celebrata ſunt cum primis, mox alijs, qui rerum ad Ilium
geſtarum meminere. Eſt in ijſdem locis Xanthus, qui Simoëntem rapiens in Acheorum por-
tum defluit. Quanquam de natura animalium tertio, Ariſtoteles tradit fuiſſe, qui Scaman-
drum ab Homero Xanthum uocatum autumarit, quod oues potu flauas reddat: ut ueriſi-
mile ſit in horum amnium nomenclatura Xanthi nomen conſulto Pomponium præterijſ-
ſe, quoniam Scamandrũ cen-

Iudiciũ Paridis. ſuiſſet. b Iudicio Paridis.] Silius libro 7. Laomedontæus Phrygia cum ſedit in Ida Paſtor, & errãtes dumoſa per auia tauros Arguta reuocans ad roſcida paſcua canna, Audiuit ſacrę lentus certamina formæ, cum reliquis, quę illic à Proteo de Paridis iudicio referuntur. In eandem de Ida ſententiam Diodor. lib. 17. Sanè (inquit) omnium, qui circa Helleſpontum ſunt, altiſsimus, habetq; ad ſui mediũ ueluti deis accipiendis antrum, ubi trium dearum iudicium ab Alexandro factum eſſe prædicant. c Aliter quàm in alijs terris.] De

Solis ortus ex Ida mirus. proſpectu illiuſmodi ab Ida & ſolis ortu, pariter & Lucretius 5. li. & lib. iam citato Diog. qui alicubi non diſsimilia de miro ſolis apud Arabas ortu tradit.

exit & Simois[a] fama quàm natura maiora flumina. Ipſe mons uetere diuarum certamine, & [b] iudicio Paridis memoratus, orientem ſolẽ [c] aliter, q̃ in alijs terris ſolet aſpici, oſtentat. Nanq; ex ſummo uertice eius ſpeculantib. penè à media nocte ſparſi ignes paſsim micare, & ut lux appropinquat, ita coire, ac ſe coniungere uidentur, donec magis magiſq; collecti, pauciores ſubinde, & una ad poſtremum flamma ardeãt. Ea cum diu clara, & incendio ſimilis effulſit, cogit ſe ac rotundat, & fit [d] ingens globus. Diu is quoq; grandis, & terris adnexus apparet, deinde paulatim decreſcens, & quanto decreſcit, eo clarior fugat nouiſsime noctem & cum die iam ſol factus attollitur. Extra ſinum ſunt

Tota uero ratio referenda eſt ad aëris diuerſam ex uaporibus nocturnis diſpoſitionẽ: nam fit,
ut lux eiectorum ſupra horizontem radiorum, pro ut aër aut ſerenus, & caligine craſſus eſt,
nunc clara, nunc fuſca magis uideatur, & pari ratione iam rotundo aſpectu, iam in ſparſam
rubedinem expanſa: dum interim ſol horizonti magis magiſq; adproximat, idq; in ęſtiuis no-
ctibus maxime, quando longior exiſtit aurorę circa horizontem mora, & his, qui iuſta latitu-
dine in Arcton uergunt, pernox obtuſæ lucis pręſentia eſt. Diod. certe hoc in Caniculę exor-
tum refert, ut dubitari nequeat, contingere id potiſsimum, cum circa ęſtiuam ſtationem ſol

Lucretius. eſt. Lucretij uerſus hi ſunt: Quod genus Idæis fama eſt è montibus altis, Diſperſos ignes ori-
enti lumine cerni, Inq; coire globum, quaſi in unum & conficere orbem. d Ingens glo-
bus.] Id per matutinam caliginem proſpicientibus in alijs planetis quoque apparet. Equi-

Collimitius mathematicus. dem memini me menſe octobri anni abhinc quarti, Georgio Collimitio mathematico, cum
à uiris principibus in Hungariam Vienna uocatus eſſet, expeditiſsimi itineris comitem, im-
mo ut ipſe aiebat, Achaten fuiſſe: ibi uero cum nocte tota, ut illic eſt moris, in perpetua pla-
nitie Pannonica ueheremur, & ipſe ſomno deſtitutus, mecum de uarijs, quę apparebant, ſtel-
larum imaginibus commentaretur, multum ſermonem in quartam uſque caſtrenſem uigi-
liam trahebamus: interim ad orientale horizontis latus ingens quidam nobis ignis ſuſcita-
ri uiſus eſt, quem à paſtoribus excitatum credebamus: mox die adproximante, cum ſe al-
tius ab horizonte extuliſſet, gratam Veneris ſtellam, quę tum Luciferum agebat, agnoui-
mus, tanta magnitudine adparentem, ut quidlibet citius, quàm planetam credideris. Adeo

Spartianus. locorum aëriſq; ratio proſpectus euidentiam uariare ſolet. Spartianus in Hadriani uita au-
thor eſt, Hadrianum in Siciliam nauigaſſe, & Aetnam aſcendiſſe montem, ut ortum ſolis ſub
arcus ſpecie cerneret, & in Syria cum eſſet, Caſium aſcendiſſe, ut orientem cerneret ſolem. Ex
quo mihi fit ueriſimile ex altiſsimis quibuſq; montibus, ſolem obſeruantibus aſcendentem
in alio atque alio, ut ſic dicam, uultu adparere, cauſam retinente, ut dixi, aurora: quæ reue-
ra aliud non eſt, quàm cedentium tenebrarum luciſq; ingruentis confuſio quædam à dilucu-
lo in preſentem tracta diem. Nec niſi in aëre, eoq; proximo nobis conſpicua eſt, etiam ſi cœ-

Locus Ouidij explicatus. leſtis uideatur. Ea de re ipſa aurora ad Iouem apud Ouid. lib. 13. Meta. ita infit: Omnibus in-
ferior quas ſuſtinet aureus æther: Nam mihi ſunt totum rariſsima templa per orbem.
Quo in loco ad auroræ naturam uates doctiſsimus reſpexit. Inferior enim eſt, quoniam in
in infima cœli conſpicui parte ad horizontem apparere ſolet: primùm mox diffundi am-
plius, donec conſpicuus ſol ſit, præterea non niſi à latere orientis, nec ſemper cernitur: ea cau
ſa rariſsima ſibi in orbe templa eſſe quæritur. Quanquam ut ſemper crepuſculum alicubi
eſt, ita ſemper aurora, ſemper nox, ſemper dies: ſicut nullum exiſtit temporis momentum, in
quo non & meridies. & ſimul noctis medium alicubi ſit, quę neutiquam protrita ratio ex no-

titia

cia circuli illuminationis deprehenditur. Porrò quod ad proſpectum attinet, non ignoro ex Dioptica, ſolem uideri poſſe, antequam uere ſupra horizontem aſcenderit, ob radios ſcilicet fractos, ea ratione, qua in pelui nummus ab oculo ad certum obtutum fixo per aquam cernatur, qui per aërem uideri non poterat. a Rhetæa litora.] Plin. lib. 5. Extra ſinum, inquit, Rhetæa litora, Rhetæo & Dardanio, & Ariſbe oppidis habitata. Strabo lib. 13. Dardaniam à Dardano conditam ſcribit. Ouid. lib. 1. triſtium: Dardaniamq́ʒ petit authoris nomen habentẽ. Eſt & iuxta promontorium Dardanum. De Aiacis ſepulchro & Achillis, quibus id litus inclytũ eſt, inter alios Plin. Strab. ait Ilienſes Aiaci, Achilli, Patroclo, & Antilocho ſacrificare; Herculi uerò nõ ob aliam cauſam, quàm q̃d eorum aliquãdo urbem eſt depopulatus. b Arctius.] Ob Thraciȩ Cherroneſum prominenti ſeſe Aſiæ oræ opponentem. c Diuidens.] Remota enim litora non diuidit, ſed abluit: nec latus faciunt terræ, ſed litus: ubi uero ſunt anguſtiæ, ibi terminantia terrarum oras latera ſunt magis, quàm litora. De illo uero loco ſic libro quinto Plinius: Impetum deinde ſumit Helleſpontus; & mare incumbit uerticibus limitem fodiens, donec Aſiam abrumpat Europæ.

[a]Rhetæa litora, Rhetæo & Dardania claris urbibus, Aiacis tamen ſepulchro maxime illuſtria. Ab his fit [b]arctius mare, nec iã abluit terras, ſed rurſus [c]diuidens, anguſto Helleſponti freto litus obuium findit, facitq́ʒ, ut iterum terræ, qua fluit, latera ſint.

B I T H Y N I A.

INterius [e]Bithyni ſunt & [f]Mariandynei. In ora Graiæ urbes [g]Abydos & [h]Lampſacum, [i]Parion, & [k]Priapos. Abydos magni quon-

B I T H Y N I A.

BIthyniam Ptol. lib. 5. aliter, quàm Pomp. terminans, à Rhindaci eam fluminis oſtijs orditur, & oppida, quȩ citra in occaſum & meridiem ſita ſunt, Aſiȩ minori, quȩ illic ad Helleſponti anguſtias, Phrygiæ nomen habet, tribuit. cuius pars etiam Troas eſt, authore Strab. lib. 7. Quãquam Plinius lib. 5. Phrygiam Troadi ſuperiectam, tanquam illa alia foret, aſſerit, forte Phrygiam maiorem intelligens. Nam Straboni lib. 12. duplex Phrygia eſt, ſicut & Myſia in Aſia, ut in minori ſit Troas. Idem in hoc litore aduſq́ʒ Euxinum pontum, Helleſpontum, Propontidem, Bithyniam, & Boſphoron facit cap. 31. lib. 5. Bithynorum originem ex Europa ueniſſe antea ex *Bithyni unde.* Plin. oſtendimus. Strab. lib. 7. & 12. Myſos quoq́ʒ & Phryges, tum Mygdones, & Bebryces ex Europa in eas terras ueniſſe ſcribit. Nam Bebrycia prius hæc & Mygdonia uocata eſt. Terra rerum omnium, & cum primis Cryſtalli ferax. Solin. à Bithyno nomen deriuat. Nota illa Romanis, & Cȩſaris Dictatoris olim apud Nicomedem agentis alumna. e Bithyni.] De his Claud. lib. in Eutropio 2. Thini Thraces arant, quæ nunc Bithynia fertur. Ante enim ad Myſiam totus ille tractus attinebat, ut Strab. ſcribit lib. 12. Herod. lib. 7. addit Bithynos aliquando Strimonios dictos, quo à Thracia exacti illa loca Strimonis accolæ occuparint. f Mariandynei.] Noti populi, Plin. poſt Sangarim, qui prope mediam Bithyniam prolabitur, ſiti, Ptolemȩo propius ad Cion & Parthenij oſtia, unde Paphlagonibus initium eſt. Strab. lib. 7. itidem ex Europa profectos illic ſedem occupaſſe ait. g Abydos.] Intra quã & Seſton contrapoſitã ſeptem ſtadiorũ mare interlabitur, Plinio. memorata uero Abydos Leandri fato in Hero pereuntis, & eo freto merſi: unde Leandriũ Helleſpontũ Silius dixit li. 8. Mille rates *Leander.* uidit Leãdrius Helleſpõtus. h Lãpſacũ.] Ante Pytiuſa uocata: unde nõ cõdita à Phoceis, ſed habitata potius uidetur, nomine ex oraculi fide mutato: nomen à ſplendore tractum eſt: nam λάμπω idem eſt, quod ſplendeo. Strab. urbẽ clariſsimam nobili portu eſſe ait, & templo matris Deûm inſigni: Ammianus lib. 22. à rege Perſarum Themiſtocli donatũ olim, quod idem & Strabo refert. i Parion.] A Mileſijs, Erythreis, Parijsq́ʒ conditũ: iuxta quod Ophioge- *Ophiogenes.* nes, hoc eſt, ſerpentigenæ dicti fuerunt aduſq́ʒ Varronis tempora, quibus, quemadmodum in Africa Pſyllis, contra ſerpentes ingenium fuerit. Hi ſerpentum morſus ſolo contactu leuare, & manu impoſita uenenum extrahere corpori ſoliti ſunt, authore cap. 2. lib. 7. Plinio: meminit & Strab. lib. 13. Nomen oppido à Paride datum, tribus ferè annorum decadibus ibi enutrito, ut quorundam ſententia eſt, qui & Amandrũ ante dictum uolunt. Paris autem Iaſonis fuit filius Ammiano lib. 22. k Priapos.] A Priapo Veneris & Liberi filio condita. qui à uicina Lampſaco etiam Lampſacenus dicitur. ex Lampſaco enim eum ortum Seruius ſcribit; *Priapus.* & Valer. Flaccus lib. ſecũdo. Sed ſuus in Venerem raptat Deus &c. Et Helleſpontiacus, Maro

dam [a] amoris commertio inſignis eſt. Lampſacum, Phoceis appellantibus, nomen ex eo traxit, quòd conſulentib. in quaſnam terras potiſſimum tēderent, reſponſum erat, ubi primū fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerent. Tū rurſus fit apertius mare [b] Propontis. In id [c] Granicus effunditur, pugna, quæ primū inter Perſas & Alexandrū fuit, nobilis. Trās amnē ſedet in ceruice peninſulæ [d] Cyzicū, nomen Cyzicus indidit, quē à Minyis imprudentibus, cū Colchos peterēt, fuſum acie cęſumq; accepimus. Poſt [e] Placia, & Scylace, paruæ Pelaſgorū colonię. Quib. à tergo imminet mons [f] Olympus, ut incolę uocāt, Myſius: is flumē [g] Rhindacū in ea, quæ ſequuntur, emittit. Circa angues naſcūtimmanes, neque ob magnitudinem modo, ſed ob id etiā mirabiles, quòd ubi in alueū eius æſtus ſolemq; fugerūt, emergūt, atq; hiāt, ſuperuolanteſq; aues, quāuis alte & perniciter ferātur, abſorbēt. Trās Rhindacū eſt [h] Daſcylos, & quam Colophonij collocauere, [i] Myrlea. Duo ſunt inde modici ſinus: alter ſine nomine [k] Cion amplectitur Phrygię haud lōge iacētis opportuniſſimū emporiū

lib.Geor.4.Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi. Vbi multa Seruius. Cœptus autem ibi coli,
ob uinera uberrima, quæ iuxta in Pariana, & Lampſacena regione ſunt authore Strabone.
a Amoris.] Inter Leandrum & Hero. ut in epiſtol. Ouid. & in Georg. Seruius. b Propon
tis.] Eius ſitum, ut expanſus eſt inter Helleſponti & Boſphori fauces, ex Ptol. tab. prima Aſiæ
Granicus. diſcito. c Granicus.] De pugna illa ad Granicum, Diod. 17. lib. Plutar. quoq; & lib. 2. Iu-
ſti. in ea ſexcenta millia hominum cæſa fugataq; ſunt: Victa ab Alexandri exercitu non maio-
ri. 30. duobus millib. peditū, &
equitum millibus quatuor, &
quingentis: quibus omnib. ni-
hil de fuga cogitantibus, nō in
pedib. ſpes, ſed in lacertis fuit,
magno fugati Darij dedecore.
d Cyzicum nomen.] Nobi
lis ciuitas, arce, mœnibus, por-
tu, turribusq; marmoreis Aſia
ticę plagę litora illuſtrat, ut ſcri
bit Florus in bello Mithridatico
lib. 3. Libera illa aliquando, &
agri diues multoq; in honore
à Romanis habita. lege Strab.
lib. 12. de Cyzico ipſo Val. lib.
Argonauticôn. 2. Nec procul
ad tenuis ſurgit confinia ponti
Vrbs placidis demiſſa iugis,
Cyzicus. rex diuitis agris Cyzicus &c.
Hic cum Minyæ naues ſoluiſ-
ſent in Boſphorum nauigatu-
ri, & noctis caligine, tum & Ty
phis naucleri ſomno in priorē
portum uerſa claſſe uentis ad-
acti eſſent, tumultu in oppido
ſuſcitato, turba duce Cyzico
eruit, Pelaſgos, qui odioſiſsimi
Cyzicenis erāt, adeſſe rata: ubi
per imprudentiā Cyzicus occi
ſus eſt. Lege lib. 3. Flaccum. No
men igitur eius, qui immerita
morte decubuiſſet, Minyæ ęter
num eſſe uoluerunt: nam ante
Arctoneſus, Diolionis, & Di-
dymis appellata eſt Plin. Vide
Hermo. ſuper cap. 32. li. 5. Ouidius ab Aemonijs extructū putat lib. 1. triſtium. Cyzicon Aemo
Adraſtia Nemeſis. niæ nobile gentis opus. Iuxta clariſsimum templum extitit Nemeſis Adraſtię, de qua ſic An-
timachus, ut Georgius traduxit Tiphernas. Eſt dea, quam Nemeſim dicunt, dea magna po-
tēſq;, Quæ bona cœleſtū conceſſu cuncta deorū poſsidet: huic primus ſacratam cōdidit aram
Fluminis Aeſapi gelidas Adraſtus ad undas, Atq; ibi nunc colitur, ſeruatq; Adraſtia nomen.
e Placia.] De Placia etiā Plin. Val. Flaccus Scylacē Scylaceon nominat lib. 2. Spumoſumq;
legunt fracta Scylaceon ab unda. f Olympus.] Vide ſitum eius apud Ptol. Alius hic à
Theſſalo eſt poëtis memorato. Eius Herod. meminit lib. 1. Perpulchra de Apro illo Myſio hi-
ſtoria adiecta. Nō ignoro in Leſbo & Lycia montes olim Olympi nomine Plin. cæteris. g
Rhindacum.] Notum flumen ex Strab. & Pli. Terminus eſt Aſiæ à Bithynia Ptol. & Plin. ſe-
cūdus de anguib. in eandē ſententiā ſcribit lib. 8. cap. 14. ex authoritate Metrodori. h Da-
ſcylos.] Ptol. & Strab. Daſcylium nomināt: & hic iuxta lacum Daſcyliticum. Plin. Daſcylon,
ut Pomp. i Myrlea.] Ante Apamea dicta. Plin. ſicut Apamea, inquit, quę nunc Myrlea
Colophoniorum: nomen hoc à Myrlo Colophoniorū duce, illud ab Apame Nicomedis ma
Hylas. tre eius, q Pruſię regis filius fuit, ex Stephano. In his locis Hylas eſt amnis & lacus, ad quē Hy
Harpagium. lam Herculis delicias raptum fabulātur, de quo in Bithynia Solinus. Fuit & iuxta Parium op
pidum Harpagium, apud quod Ganymedem Phrygium puerum ab aquila raptum Gręca fa
bulositas auſa eſt aſſerere. k Cion.] Olim Pruſias dictum. Cios tandem à Cio Hercu-
lis comite, & iuxta fluuius eiuſdem nominis. Palæmon ex Dionyſio: Qua Cius egregius de-
currens murmurat unda. Pli. Cios cū oppido eiuſdem nominis, quod fuit emporiū nō pro-
cul accolentis Phrygię, à Mileſijs quidem conditū. Haud longe à Cio fuit Libyſſa, clariſsimi
Hannibalis tumulus. omniū imperatorum caſtrenſiū Hānibalis ſepulchro nobilis; illic enim cū Pruſam oppidum
condidiſſet

cõdidiſſet Rom. in ſe odij metu ueneno ſumpto perijt, ut li. 32. Iuſtin9 ſcribit. a Olbianus.] Ab Olbio, q̃ ante Nicea dicta eſt. Pli. li. 5. qui ſinũ hunc nõ Olbianũ, ſed ab alio in eo oppido Aſtaco, quę & ipſa Nicomedia q̊ndam dicta eſt, Aſtacinũ nominat. b. In Promontorio.] Eſtiæ ſcilicet, Pli. c Iacent.] Eliſo mari, in Europã tendentes, ut graphice tab. Aſię. 1. Ptol. indicat. d Pontum.] Euxinum. e Stadijs quinq;.] Pli. ca. ul. li. 5. 500. paſſ. diſterminat: uerũ quia notulæ numerariæ in Plinianis codicibus perſæpe corrupte legũtur, rectius legitur. 625.

alter [a] Olbianos [b] in promõtorio fert Neptuni fanũ. In gremio Aſtacon à Megarenſibus conditã. Deinde priores terrę iterũ [c] iacẽt, exiturię in [d] Põtũ pelagi canalis anguſtior. Europã ab Aſia [e] ſtadijs quinq; diſterminat Thracius (ut dictũ eſt) Boſphorus. Ipſis in faucibus oppidũ, in ore tẽplũ eſt: oppidi nomẽ Chalcedõ, author Argias Megarẽſiũ princeps, [f] tẽpli numẽ Iuppiter, cõditore Iaſone. Hic iã ſeſe [g] ingẽs Põtus aperit (niſi qua ꝓmontoria ſunt) [h] huc atque illuc longo rectoq; limite extẽt9, [i] ſinuat9 cętera. Sed quia [k] cõtra minus, q̃ ad lęuã & dextrã abceſsit, mollib. faſtigijs, donec anguſtos utrinq; angulos faciat, inflectit, ad formam Scythici arcus maxime incuruus, breuis, atrox, [l] nebuloſ9, raris ſtationib9, nõ molli, neq; arenoſo circũdat9 litore, uicin9 aqlonibus: & q̃a nõ ꝓfundus eſt, fluctuoſus atq; [m] feruẽs. Olim excolentiũ ſęuo ad modũ ingenio [n] Axenus, poſt commertio aliarum gentiũ, mollitis aliquãtum moribus, dictus [o] Euxinus. In eo primum Mariandyni urbem habitãt, ab Argiuo (ut ferũt) Hercule datam, [p] Heraclea uocitatur, id famæ fidem adiecit. Iuxta ſpecus eſt [q] Acheruſia ad Manes (ut aiũt) ꝑuius, atq; inde extractum Cerberum exiſtimant.

paſſuũ; Cũ & Stra. Europã illic ab Aſia quinq; ſtadiorũ interuallo ſeparari ſcribat. In hac ſentẽtia eſt etiã Hermol. Ab ea anguſtia Chalcedon. 12. mil. &. 500. paſsib. abeſt Plin. Nã mare illic longo litoris tractu anguſtũ eſt. Stadium aũt (ut & id obiter notem) octaua pars eſt mille paſſuũ, hi ſunt paſſus. 125. q octoade multiplicati mille cõſtituunt. f Tẽpli.] Stra. quoq; fani Chalcedonij meminit, eiuſdẽ haud dubie cũ illo Põp. g Ingẽs Põtus.] Vide de forma Plin. 12. ca. li. 4. Strab. in 7. & in Periegeſi Dionyſiũ, Ammianũ li. 22. h Huc atq; illuc.] In litore meridiano à Boſphoro in ortũ uerſus, aduſq; flexurã, è qua Colchis incipit, cuius infra meminit. i Sinuatus cætera.] id eſt ſecundum reliqua litora in ſinũ leniter ab angulis flexus. Flaccus li. 4. Atq; hac Europã curuis anfractibus angit: Hac Aſiam, Scythicũ ſpecie ſinuatus in arcum. k Cõtra.] In meridiẽ: nã in ſeptẽtrionem dextro & ſiniſtro circũ Cimmerium Boſphorũ litore paulatim & leniter ſeſe flectit; faſtigiatq; donec per angulos rectum litus attingat, quo fit, ut arcus tẽſi ſpeciẽ habeat: nã Bythynorũ, Paphlagonũ, & Cappadocũ litus rectũ chordę tẽſę reſpõdet, reliqua ab angulis trãs Cimmeriũ flexura arcũ incuruum reddit: Lęuũ aũt & dextrũ ſecundũ latera ortus occaſusq; ſumẽda ſunt: eſto aliter Põti dextrũ à Stra. ponatur li. 12. De põto Luc. lib. 8. Boſphorõ & Scythię curuantẽ littora Pontũ.

Euxinum mare.

l Nebuloſus.] Flaccus li. 4. Illic umbroſę ſemper ſtãt ęqre nubes: Et nõ certa dies, primo nec ſole profundũ Soluitur, &c. m Feruẽs.] Vndis ſcilicet à uado eliſis. n Axenus.] Inhoſpitalis. Plin. li. 6. Põtus Euxinus antea ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus eſt. Ouid. lib. triſtium. 4. Frigida me cohibent Euxini littora Ponti, Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. o Euxinus.] Gręcis ἄξενος inhoſpitalis dicitur, εὔξεινον inde Pontũ dixere mutatis moribus hoſpitaliorẽ factum. Ammia. li. 20. Eniochi, inquit, Sindi & Achei intendente ſęuitiam licentia diuturna, indidere mari nomẽ inhoſpitali, & à cõtrario per cauillationẽ Põtus Euxinus appellatur. p Heraclea.] Clariſsima ob celeberrrimas, quas emiſit colonias, ut Stra. ſcribit, diu tyrannorum ſæuitiam paſſa, mox libera facta eſt. Iuſti. 15. lib. Heracleam à Bœotijs iterũ oraculo monitis in Herculis honorẽ conditã eſſe ait. Strab. aliter. q Acheruſia.] Iuxta hanc Acone portus eſt, ubi magna aconiti copia ꝓuenit, re ipſa uidelicet fabulę fidẽ faciente. Eſt & cognominis ſpecus in Pelopõneſo, de qua. 2. li. Eſt eodẽ in loco Acherõ fluuius, cui Mariandinorũ rex Acheron nomẽ dedit, de hoc Flaccus lib. 4. Illic peſtiferas ſubter iuga cõcaua torquet. Alter aquas Acherõ uaſtoq; exũdat hiatu Fumeus, &c. q̊ in loco alterũ Acherontẽ, nõ tam eius gratia, quẽ inferis tribuunt, dixiſſe uidetur, quam ad illius quoq; differentiã, qui In Ambracium Epiri ſinum influit. De quo libro ſecundo dicemus. Quod ad fabulam attinet extracti Cerberi, referunt Ouidius libro transfor. 7. & libro 5. Argonauticõn Flaccus.

Euxinus. Axenus.

Acheruſia ſpecus.

PAPHLAGONIA.

Ius Iſthmi, ꝙ inter Euxinũ & Cilicũ mare ꝑcurrit, baſis Armeniã minorẽ habet, ſecundũ Euphratis in meridiẽ ꝑcurſum & Cappadociæ partẽ. Citra hãc in occa ſum uerſus Cappadocia eſt, mox Paphlagonia Bithyniæ cõtermina, & in Phry giam immines Galatia, ſupraꝗ eam Mœones, Piſidę, Lycaones, reliquus tractus in meridiẽ & occaſum uergens maritimus eſt, hactenus à Põp. redditus; in toto uero tractu illo tres tantũ gẽ tes Græcę iure dicũtur, Dori ca ſcilicet, Iconica, & Aeoli ca, cętera Barbari tenent, au chore Plin. cap. 2. li. 6. Ipſa Pa phlagonia in ſeptentrionẽ li tore uerſa, clariſsimis oppi dis illuſtris eſt, & à Paphla gone Phinei filio ita adpella ta, ut Stephanus prodidit.

a Tios.] Strabo Teium no minat, à ꝙ ad Partheniũ uſꝗ olim Caucones habitarunt, populi uetuſtiſsimi, ut ex Homero idẽ docet. Huic ui cina trãs Parthenium Ama ſtris eſt urbs amplitudine

PAPHLAGONIA.

Vm[a] Tios oppidũ [b] Mileſiorũ qdẽ co lonia, ſed iã ſoli, gẽtiſꝗ Paphlagonũ, q̊rum in litoribus penè medijs ꝑmon toriũ eſt [c] Carãbis. Citra [d] Parthenius amnis, urbes Seſamus & [e] Cromna, & à Citoro Phryxi filio poſita [f] Cytoros. Tum Cimolis ac colitur: & quæ Paphlagoniam finit, [g] Armine.

CHALYBES.

Halybes proximi clariſsimas habent [i] Amiſon & Sinopẽ [k] Cynici Diogenis

Teio par, ut Ammianus refert. lege Strabonẽ. b Mileſiorũ qdẽ colonia.] Vt morũ Gręco-
Dionyſius. rum eſſe deberet, ſed in Paplagonum terrã ſimul & mores ceſsit. c Carambis.] Notiſsi-
Parthenius. mum. Ruf. ex Dionyſio: Ceſpite Paphlagonum ſurgit ſaxoſa Carambis. ubi ferè Paphiaco corrupte legitur. Val. item Flaccus libro 4. Quid tibi nubifera ſurgentem nube Carambin? d Parthenius.] A' Diana, quæ huius ſe undis oblectarit. Hinc Val. Flac. libro 5. Et fatis tibi Typhi negatum Parthenium, ante alios triuię qui creditur amnis Fidus, & Inopi mater na gratior unda. Eſt autem Inopus in Delo flu. authore Pauſania. Locum hunc in Flacco re ſarſit Hermol. ſicut alia pleraque. Sunt qui à pacatiſsimo lapſu & inceſſu leniſsimo nomen eum habere autument. e Cromna.] Hanc, cytorum & Seſamum, cuius hic Pomp. me minit, in unam ciuitatem redegit Amaſtris Dionyſij eius, qui Heracleæ Tyrannus fuit, con iunx, unde & Amaſtri oppido nomen eſt, quam cum Cromna eandem eſſe multi uolunt. De
Cytorus. Cromna Flaccus libro. 5. Mox etiã Cromnam, quæ iugo pallente Cytoron. f Cytoros.] Iuxta mons buxo abundans, quem Macedoniæ eſſe magno errore credidit Seruius. Virg. Georg. libro 2. Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum. ab hoc, quę buxea ſunt, Cyto riaca dicta. Ouid. lib. Meta. 4. Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines. Sed lib. 6. aliter: Vtꝗ Cytoriaco radium de monte tenebat. oppidum aliquando Sinopenſium emporium fuit: à Cytoro eam Phryxi filio dictam Strabo aſſerit & Stephanus. g Armine.] Eadẽ, & Arme ne. De Cimoli nemo ignorat. Non præterierim in Paphlagonia perdices eſſe, quibus bina
Eneti. corda ſunt, ut Gellius ex Theophraſto adnotauit. 15. cap. 16. lib. noctium Attic. Iuxta Crom nam Eneti clariſsima Paphlagonũ gens habitauit, à quibus Venetis, qui hodie maxima po tentia in intimo Adriatici ſinu ſiti ſunt, originem eſſe. Stra. lib. 12. ſcribit.

CHALYBES.

Halybes.] Straboni ſuis temporibus Chaldęi dicti ſunt, ante aũt Halizonas dictos, uel Homero indicante, multis coniectura eſt: quod quidem fieri po tuiſſe, Barbarorũ nominũ inconſtantia docet: maxime enim uariãtur. Diuites hi ſunt, uictumꝗ ex argenti uenis, & ferri metallis quærũt. Flac. lib. Argonau
Chalybes. ti. 4. Non ita ſit metuenda tibi ſęuiſsima quanquã Gens Chalybum, duris pa tiẽs cui cultus in aruis, Et tonat afflicta ſemper domus ignea maſſa. Notandũ uero & in Hiſpania Chalybes eſſe ad eiuſdẽ nominis fluuium adhabitantes pari ferri copia laborioſos, quorum Iuſti. meminit lib. ult. Virg. Georg. 1. At Chalybes nudi ferrum, &c. V bi Probus Chalybes Ponticos intelligit: Tortellius uero & Mancinellus grammatici, Hiſpa nos. Scribit ex Plin. Ammianus, Chalybes primũ eruiſſe & domuiſſe ferrũ. i Amiſon.] quæ poſt uictũ Mithridatẽ Põpeiopolis à Pompeio nominata eſt, Plinio. Ptol. Chalybes in ipſa Paphlagonia locat, cuius urbes ſint tã Sinope ꝗ Amiſus. De Sinope Strab. li. 12. & lib. 5. Val. Flaccus. Clariſsima olim gymnaſio fuit, & Sinopica cognominata Rubrica celebris: hęc ibi nata Ibera multo nobilior eſt, cuius Strabo libro 7. & Vitru. ut optimę meminerunt. M. aũt Cicero in oratione pro Pompeio, haud obſcure indicat in Sinope & Amiſo Mithrida tis olim domicilia fuiſſe, omnifarijs rebus ornatiſsima refertiſsimaꝗ. k Cynici.] Nam

& alij fuerunt eius nominis inſignes. Hic cõſtantiſsimi in omnes fortunæ blanditias contem ptus, adeo Alexandrũ uitę ratione mouit, ut dixiſſe eum cõſtet, ſe Diogenẽ eſſe poſſe, niſi Alexander eſſet. a Halyn & Thermodoõta.] Maximi amnes, ille Crœſi fato, quod attuliſſe ui ſus eſt, nobilis, hic Amazonũ ſedibus. Notum oraculũ eſt, Crœſus Halyn penetrans, magnã peruertet opum uim. Quo deceptus, cum regnorũ opes expectaret, ſuas profligauit. Scribit in hanc ſententiam li. 2. de diuinatione Cicero. Strab. Paphlagoniam ab ortu Haly terminat:

Halys.
Thermodoon.

patriã, amnes [a] Halyn & Thermodoõta. Secũdũ Halyn urbs eſt Lycaſto, à Thermodoõte cãpus: in eo fuit [b] Themiſcyrum oppidũ, fuere & [c] Amazonum caſtra, ideo Amazonũ uocant. [d] Tabereni Chalybas attingunt, quib. in riſu, luſuq; ſummũ bonũ eſt. [e] Vltra Carãbin [f] Moſſynœci turres ligneas ſubeũt, notis corpus omne perſignãt, propatulo ueſcuntur, promiſcue cõcumbunt, &

inter quẽ & Ther. Iris eſt mediam Cappadociam perfluens. Sũt iuxta amnes, Lycus, ad quẽ Lycaſto ſita, & Cappadox, à q̊ genti nomen, Plinio: nã ante Leucoſyri dicti ſunt. b Themiſcyrũ.] Plinius Themiſcyrã nominat, ut Strabo, ab eius nominis Amazonũ regina cõditam, ut alibi quoq; per Aſiam inſignes earũ nominib. urbes extiterũt. Scribit Strabo uicinam planiciem ſemper roſcidam & herbidam eſſe, tam boum quàm equarum fœcundam nutricem, ob aquarum copiam: cui equidem fides danda eſt: nam Amaſiam in illis locis inſigne oppidum patriam habuit, ut de ſe libro duodecimo ſcribit. Mirum igitur cur eum Cretenſem Alerienſis aſſeruerit. Aduertendũ autẽ totam litoris oram Ptolemæo & Plinio Cappadociæ eſſe, partemq; eius Palęmoniaci Ponti habere nomen ab oppido Palæmonio, cuius Ptolemæus meminit inter litoralia. Vopiſcus in Aureliano, ubi de urbis pomerijs, Addidit autem, inquit, Auguſtus, addidit Traianus, addidit Nero, ſub quo Pontus Palæmoniacus, & Alpes Cotiæ Romano nomini tributæ. Eſt & in mediterraneis Thiana illa Apollonio alumno celebris, quem Græca ambitio fabuloſa miraculorum iactatione tantum non Ioue maiorem non reddidit, ut Damias nugator & poſt eum Philoſtratus confirmauere. Quos imitatus Syracuſius Vopiſcus, Dij boni, quàm fabuloſe in Aureliano de Thiana capta, deq; Apollonij apparitione prodigioſa quædam commenta prodidit. c Amazonum caſtra.] Quæ illic ſedes poſuerint. Iuſtinus libro ſecundo ſcribit Plinum & Scolapitum Scythas iuuenes regios per factiones optimatum domo pulſos, ingentem iuuentutem ſecum traxiſſe, & in Cappadocię ora iuxta amnem Thermodoontem conſediſſe, ſubiectosq; Themiſcyręos campos occupaſſe, & multis annis ſpoliaſſe finitimos. Horum uxores, ſingulare omnium ſeculorum exemplum, cum uiderent exilio ſuo additam orbitatem, arma ſumpſerunt, finesq; ſuos ſummouentes primo, mox inferentes bella, defendunt. Eoq; tandem potentia progreſſa eſt, ut maximis Aſiæ ciuitatibus imperauerint. Capella li. 9. more eas Laconum ad tibiam arma moderari ſolitas fuiſſe ſcribit. Nomen habent quod altera mamma, quæ Gręcis μαζός dicitur, careant. Hinc Maro: Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ. Non ignoro alias pleriſq; nominis cauſas uideri, quas ex Euſtathio Stephanoq; conſcripſit Cœlius libri decimi trigeſimo capite. Fuere & in Libya Amazones: unde Silius Italicus lib. 2. Haſpiten Hiarbæ filiam Amazonica pelta inſignem facit. Strabo lib. 11. quæ de his referuntur, fabuloſa eſſe exiſtimat, in qua ſententia & Diod. eſt, & Palephatus, at ut hiſtoriam Iuſtin. ex Trogo retulit. À Thermodoonte Thermodoonteus & Thermodoõtiacus deriuãtur. Propertius libro tertio: Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis, Thermodoonteis turba lauatur aquis. Claud. libro de raptu Proſ. 2. Thermodoontiaca Tanain fregere ſecuri. Lege Herod. libro 4. Diod. libro 3. & 5. & libro 22. Marcellinum. d Tabereni.] Rectius Tibareni, uel Tibereni, teſte Hermol. Strab. Tabarnos nominat. Iuſtiſsimi ſunt illi, nec prius prælio congrediuntur, quàm diem, locum, & horam ex fide hoſti denunciarint. Cum mulier partu liberatur, uir in lectulum tanquam pueri author decumbit, eumq; ut puerperam effœta uxor curat, ut ex Nymphodoro Cœlius adnotauit, Val. Flac. libro 5. Inde Gentæi templum Iouis, hinc Tibarenum Danides poſt terga lacus, ubi deſide mitra Fœta ligat, partuq; uirum fouet ipſa ſoluto. Quo de loco doctiſsima extat Angeli Politiani ad Pomponium Lætum epiſtola. Quod ad riſum attinet, Ephorus tradidit, & libro iam citato Flac. e Vltra Carambin.] Quamuis ultra ſint, longo tamen terrarum interuallo à Carambi Moſsynœci ſeparantur. Potuit autem accidere, ut fide tabulæ perperam pictæ deceptus author (ut ſæpe fit) fuerit. Ego Ptolemæum ſcriptorem in omni Coſmographia principem magis ſequor. f Moſſynœci.] id eſt turricolæ, qui, ut Strabo libro duodecimo ſcribit, ferina carne & arborum fructu ueſcuntur, & è lignis deſilientes, peregrinos adoriri ſolent: de quibus nos in Elegia quadam de Gryphibus, ſic: Ceu ſolet è ramis iunctus Scytha Phaſidos undis, Hic ubi Diſcheris arua inimica patent: Qui, dum ſecurus damni per denſa uiator Arbuſta, & uirides itq; reditq; rubos, Labitur elati furibundus caudice trũci, Et miſero ſaturat prædo cruore manus. Iuxta

Amaſia Strabonis patria.
Amazones.
Tibareni.
Valer. Flaccus.
Moſſynœci.

hos mel

hos mel prouenit, quod potu ſumptum ſtuporem inducit. Eſt nota illic gens Heptacometæ, à quibus tres Pompeij cohortes ad internetionem contrucidati. Lege Strab. a Vinculiſq;, &c.] Si pleroſq; olim principes populi cuſtodia coërcuiſſet, parcius certe omniũ rerum ſuarũ diſpẽdio horum errata expiãda fuiſſent: nec toties ſeſe ingeſsiſſet Flacci uerſiculus: Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Porrò & hoc Pomponij loco diſcitur quàm miſerũ ſit imperare: ut non tam uere quàm grauiter ad ſuos dixiſſe Saturninus Tyrannus uideatur, quando dixit: Neſcitis amici, quid mali ſit imperare, gladij & tela noſtris ceruicibus impendent, imminẽt haſtę undiq;, undiq; ſpicula: ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidãtur: nõ cibus pro uoluptate, nõ iter ꝓ authoritate, non bella pro iudicio, nõ arma ꝓ ſtudio. Adde, quod omnis ętas in Imperio reprehẽditur. Senex eſt quiſpiã? inhabilis uidetur: ſin minus, ineſt furor: nam quod Imperatorem me cupitis, in neceſsitatem mortis me trahitis. Ex Sparciano. b Pernoxij appulſis.] Val. lib. Argonauticôn. 5. Inde omnem innumeri reges per littoris orã, Hoſpitij quêis nulla fides, &c. De Macrocephalis, & Buxeris Plinius. Cæteri non Diſcheros ſed Bizeres nominant. Palęmon ex Dionyſ. Bizeres primi, q̃s iuxta terra Bechirum. Idem Flaccus lib. 5. Moſsinœci, & uos ſtabulis Macrones ab altis, Bizareſq; uagi, &c. Ammianus quoq; lib. 22. Bizares nominat. c Ceraſus.] Vnde Ceraſi poma Lucull9 aduexit in Italiam. Plin. lib. 16. & Ammiano. d Trapezus.] Libera & uaſto monte clauſa Plinio. Hãc patriã habuit Georgius Trapezuntius, magnus in omnib. illuſtribus doctrinis homo: qui ad extremã ſenectutẽ omnium & Grecarũ, & Latinarũ literarũ oblitus eſt. *Georgius Trapezuntius.* e Locus eſt.] A' nobis ſupra redditus. Inſpice Ptol. tab. Aſiæ. 3. f Colchi.] Veneficij maximi authores, & Iaſonis memoria, fabularumq; inuolucris nobiles: habẽt ab ortu Iberiam & Albaniã uſq; in Caſpiũ. Ptol. *Phaſis.* g Phaſis.] In Moſchicis ortus, & quãlibet magnis nauigijs nauigabilis. Plin. Lucan. lib. 3. Colchorũ qui rura ferat ditiſsima Phaſis. Multa in uniuerſum Strab. li. 11. Eſt & oppidũ cognomine Plin. q̊d Strab. Colchorũ emporiũ fuiſſe cõfirmat. Ammiã. li. 22. Colchos antiquã Aegyptiorũ ſobolẽ eſſe refert. Nã linificiũ adeo apud eos uulgatũ eſt, ut in peregrina quoq; loca exportetur. Vnde quidã cognationẽ Colchorũ cũ Aegyptijs oſtendere uolentes, fidẽ ex his capiunt, inquit Strab. *Phryxus.* h Phryxi.] Strab. Leucothoen nominat, quo aries non mactetur, olim diues, ętate uero ſua direptũ à Pharnace & Pergameno Mithridate. Fertur Phryxũ Athamantis & Neiphilis filiũ, cum in ea loca perueniſſet, arietẽ, quo uectus erat, mactaſſe Ioui, aurea eius pelle in tẽplo à ſe cõdito ſuſpẽſa, quã Iaſon rapuerit, ut Ouid. lib. 7. & 8. transfor. meminit. Quod ad hiſtoriã attinet, lib. 42. Iuſtin. Velleris aũt aurei figmentũ inde originem habet, quod Colchi aurũ è fluminibus, aſſeribus perforatis ac lanoſis pellibus excerpere ſolẽt, Strab. Plin. in Colchide amnẽ Surium ponit, cuius ingenio *Surius.* ligna immerſa lapideo cortice obducuntur. i Montes.] Qui ſtatim ſe à Ceraſunte & minoris Armenię finibus extollũt, & longe lateq; immanibus iugis ſerpũt, Tauri, ut ante diximus, partes. Flac. lib. 5. Argo. Vltimus inde ſinus ſæuumq; cubile Promethei Cernitur in gelidas conſurgens Caucaſos arctos. Plin. lib. 6. cap. 5. Regio, inquit, Colchica, in qua iuga Caucaſi ad Riphæos montes torquentur, altero latere in Mæotin & Euxinum deuexa, altero in Caſpium & Hyrcanum mare. De Tauri iugis ſatis dictum eſt antea, tu picturam inſpicito.

a Cygnum.]

palàm reges ſuffragio deligunt,[a] uinculiſq; & arctiſsima cuſtodia tenent: atq; ubi culpã praue imperãdo meruere, inedia diei totius afficiũt. Cęterũ aſperi, inculti,[b] ꝑnoxij appulſis. Deinde min9 feri, uerũ & hi incõditis moribus Macrocephali, Diſcheri, Buxeri, rarę urbes:[c] Ceraſus &[d] Trapezus maxime illuſtres. Inde is[e] locus eſt, ubi finẽ ductus à Boſphoro tract9 accipit, atq; inde ſe in ſinu aduerſi litoris flexu attollẽs, anguſtiſsimum Põti facit angulũ. Hic ſunt[f] Colchi, hinc[g] Phaſis erũpit: hic eodẽ nomine, q̊ amnis eſt, Atheniſtagora Mileſio deductũ oppidũ. Hic[h] Phryxi templum & lucus fabula uetere pellis aureæ nobilis: hinc orti[i] mõtes lõgo ſe iugo, & donec Riphæis coniungantur, exporrigunt: qui altera parte in Euxinũ, Mæotida & Tanaim, altera in Caſpium pelagus obuerſi Ceraunij dicũtur. Iidem aliubi, Taurici, Moſchi, Amazonici, Caſpij, Coraxinici, Caucaſi, ut alijs alijsúe appoſitis gẽtibus, ita alijs alijſq; dicti nominibus. At in primo flexu iã curui litoris oppidum eſt, q̊d Grǽci mercatores conſtituiſſe, & qa, cum cęca tempeſtate agerent, ignaris, quæ terra eſſet, cygni uox notã dederat,

a Cygnū.] Meminit eius Plin. b Reliqua eius.] Flexus ſcilicet curui litoris. c Melanchlęni.] A' nigris ueſtib. nominati. Hero. li. 4. eos Anthropophagos eſſe ait, ut paſsim in Scythia plerię. d Terreſtria.] Interiora & à litoris flexu illo magis amota: multa exēplaria Terreſtrei habent gentis nomē. e Sexſolitę.] Eniochorū pars: nam horum in illo tractu plurima nomina eſſe lib. 6. refert Plin. De reliquis illis populis Dionyſ. Strab. li. 11. à principio, & li. 6. cap. 4. & 5. Plin. Cæterū à ſordido uictu Phthirophagi dicti, tanquam pedicu- *Melanchlæni.*

[a] Cygnum appellaſſe dicūtur. Reliqua eius feræ incultæq; gentes uaſto mari aſsidētes tenēt, [c] Melāchlęni: [d] terreſtria [e] Sexſolitę, Coraxi, Phthirophagi, Eniochi, Achęi, Cercetici. Etiā in cōfinio Męotidis [f] Syndones. In Eniochorū finibus [g] Dioſcurias à Caſtore & Polluce pontū cum Iaſone ingreſsis, Syndos in [h] Syndonū, ab ipſis terrarum cultoribus cōdita eſt. [i] Obliqua tūc regio, & in latum modice patens, inter Pontum paludemq; ad Boſphorum excurrit: quæ duob. alueis [k] in lacū & in mare profluens, Corocondamā pene inſulā reddit. Quatuor urbes ibi ſunt, Hermonaſſa, Ce-

culis ueſcantur: quos Budinos Hero. li. 4. nominat. Achęos uero iuxta eiuſdē nominis oppidū habere Ptol. ſcribit. Strabo originem à Phthiotis Achęis cū Iaſone profectis ducit: Eniochorū uero agrū Laconib. tribuit, à quibus Dioſcuridam conditam eſſe cōſtat ex Plinio. *Scytharum ferocia.* Certum eſt mōtanos illic lacte, & caſibus nutriri, frigoris, quod maximum habēt, patiētiſsimos: uiribus uero præſtantes, & aduenis moleſtos. Qui in litore habitant, Camaris (id Lēborū genus eſt) impoſiti paſsim latrocinātur, ubi nauigare nō poſſunt, humeris ablata nauigia nemoribus abſcondunt, mox, cū annus permiſerit, ad cōſueta latrocinia redeuntes, Strab. f Syndones.] Plin. Syndicam inibi ciuitatē: Strabo ipſe regionē nominat, Pōp. infra Syndō. g Dioſcurias.] à Caſtore & Pollcûe, qui Dioſc. id eſt, Iouis filij dicūtur. Pli. li. 6. fuiſſe ait, qui à Theltio & Amphito cōditam exiſtimarint, q̊d ipſum & Solin. aſſerit. Stra. ab aurigis q̄dē horū, uerū alij: nā Rhecam & Amphiſtratū nominat. Græci ἡνίοχον aurigā dicūt: inde eſt deriuatū uocabulū. Fuit hoc oppidū adeo frequens, ut in ipſum trecētas nationes, quę diſsimilib. linguis uterentur, deſcēdere ſolitas Timoſthenes ꝓdiderit, ut Plin. ſcribit. Strab. (adeo uariant ſcriptorū ſentētię) parū illos ueritati attētos fuiſſe, q tot gentiū illic conuentū fieri crediderint. h Syndonū.] ſcilicet finibus. i Obliqua tunc regio.] Vide tab. 2. Aſię Ptol. ad Syndicā enim regionē hinc Euxino, illinc Mæotide urgēte ualde anguſta eſt, & prope peninſula. Plin. latitudinē minimam duorū iugerū eſſe cap. 6. li. 6. ſcribit: eam Eionē uocari, q̊ uocabulo Gręci ꝓprie litoris quaſi Tæinam ſignificant, Hermol. docet. k In lacum & mare ꝓfluēs.] Stra. li. 11. Supra Corocondamam lacus iacet, q ab ea Corocondametis uocatur, & 10. ſtadijs à uico in mare emittit. Pars uero Anticœtæ fluminis, quod alij Hypanin uocant, abrupta & in lacū fluēs inſulā efficit, quę hoc lacu & Mæotide & flumine circumcirca abluitur. Mela pene inſulam nominat, & utrunq; alueum lacui tribuit. Corocondamā Stra. uicū uocat: uide ſitū in Ptol. Vrbiū, quas enumerat Pōp. omnes meminerunt. Hoc tantum monuerim Cepoē plurali numero ſcribi hoc in loco: nam ſingulari Cepon Strabo nominat, Hermol. Cimmeriū aūt à Cimmerijs, à qb. & Boſphorus, quorū maxima olim his in locis potentia fuit, Strab. Meminit Tibullus Cimmeriorū li. 4. ad Meſſalā. Notandum uero & in Italia Cimmerios fuiſſe ad Baianū & Auernū ſinum, q ſubterraneis domicilijs habitantes, & ꝑ cuniculos cōmeare cōſueti, toto in illis die delituerūt, noctu rantū ad latrocinia egreſsi, cum uictum ex metallorum alioq effoſsione, diuinationū mercede, & prouentib. ab rege deſignatis quęrerent, ut ex Ephoro ſcribit Strab. Penes hos ingens quondam ſuperſtitio increbuit, loci natura erroribus ſuffragante. Ibi ſacra nemora uenerata, fluminibus etiam & fontibus ſuus horror fuit: ſpecus præterea famoſi, & ad inferos crediti aditus, quos intrare fas non erat, niſi Dijs Manibus prius, quo auſpicacior deſcenſus foret, ſacrificio placatis. Fuerunt & ſacerdotes, ingredi auſorum duces, rerumq; abſtruſarum interpretes. Præterea & Stygos & Phlegethontis illic fama: ac ea de cauſa totus Plutoni dicatus locus, quod inferorum ſedes crederetur. Vnde & Homero uatum omnium ſcientiſsimo, ſuæ fabulæ œconomia deſumpta eſt, quam libro Odyſſeæ undecimo in Vlyſſis cum umbris colloquio cōminiſcitur. Sciebat enim de Cimmerijs Italiæ talé quid rumore circūferri, unde uериſimilitudo fabuloſo argumēto cōpararetur. Pari cauſa Mantuanus uates Aeneam ſuū Campaniæ appulſum, Cumæa Sibylla duce, ſacris ordine peractis, ad inferos mittit, grauiſsimis hac occaſione ueteris philoſophię locis miro quodā artificio, atq; ordine recēſis, ut dubiū eſſe nequeat, nō hos Scythiæ, ſed illos Campaniæ Cimmerios ab Homero intellectos uideri. Quod ſicubi in illos Boſphoranos uidetur deflectere calamo, nihil mirū, quando iſthæc in locorū alluſione diſsimulatio claſsicis poëtis etiamnū familiaris ſit: ſicut de his ipſis Cimmerijs Valerio Flac

Dioſcurias. *Cimmerij in Italia.* *Homerus Cimmeriorum Italiæ meminit.*

poe, Phanagoria, & in ipſo ore Cimmeriū.[a] Hac ingreſſos lacus accipit lōge lateq; diffuſus: quà [b] terras tāgit, incuruo circūdatus litore, quà[c] mari ꝓpior eſt, (niſi ubi aperit) q̃ſi [d] margine obductus citra magnitudinē ꝓpe Pōto ſimilis. Oram, quę à Boſphoro ad Tanain uſq; deflectitur, [e] Mæotici incolunt, Toreatę, Arrichi, Phicores, & oſtio fluminis proximi Iaxamathæ: apud eos eaſdē artes

co li.3. & Ouidio lib. undecimo Metamorph. Nec enim neſcij erant & in Euxino Cimmerios
eſſe, quos in Arctum paulo remotiores, brumales tenebræ reconderent. Cæterū quo minus
hos intelligas, & Maronis imitatio facit, & loci efficit ſitus. Quomodo enim diei nauigatio-
ne plenis uelis, ut Homerus ſcribit, ad Boſphoranos Cimmerios à Circes domo Vlyſſes ap-
pulerit? Quamúe apte ab inferis digreſſus cita nauigatione in Aeæā inſulam, quę proximè
Siciliam eſt, cōtenderit, tanto remotiſsimarum partium terræ interuallo emenſo? ut taceam
quod Homerus ait, nauigan
tē eum cum uino, cumq; pa-
Aduerte. ne Circē eo ipſo in loco aſſe-
cutam eſſe. Pręterea cū totus
fabuloſę narrationis ordo I-
taliæ Siciliæq; finitima reſpi
ciat, ſintq; ea omnia & Ho-
mero & Virgilio celebria lo
ca, nulla interim de Euxino
uſpiā aut Boſphoro illo mē-
tione facta, qui factū creda-
mus, Homerū uoluiſſe ex I-
talia, & à Circe illa deducere
Vlyſſem in extimum uſq; Boſphorum, locorum intermediorum deſcribenda ſerie neglecta?
Porrò cum uerosimilia ubiq; Homerus ſectatus ſit, credimus ne committere eum potuiſſe,
ut à Sicilia in Boſphorum Cimmerium unius diei nauigatione, uel pleniſsimis uelis perue-
Strabo. niri poſſe tradere uoluerit? Sed Strabonem ſatis eſt produxiſſe eximium Homeri in his prę-
Ephorus. ſertim, quæ ad locorum hiſtoriam pertinent, interpretem: qui libro de Coſmographia quin-
to, ex Ephori authoritate omnia illa fabulamenta ad Campaniæ Cimmerios refert: quos pe-
nes & Stygis, & Phlegethontis, & Auerni nota protritá que multis ſeculis nomina extite-
Adagium. rint. Eam ob rem adagium de Cimmerijs tenebris natum, rectius mea ſententia ad Campa-
niæ Cimmerios, quàm Boſphoranos illos referetur, non è Maronis & Homeri authoritate
tantùm, ſed eo ipſo maxime, quod Boſphorani luce æſtiua longiſsima fruuntur, multóque
minus uel brumalibus tenebris infames, aut dānati, quàm Scythiæ remotioris, magiſq; ſub
Arcto iacentis innumeri populi. Campani uerò non niſi ignis miniſterio lucis beneficium
M. Cicero. acceperunt, quòd in Academicis ipſe quoque Cicero innuit, cum ait: Ignes tamen aderant,
quorum illis uti lumine licebat. Feſtus quoque Pompeius, Cimmerij, inquit, dicuntur ho-
mines, qui frigoribus occupatas terras incolunt: quales fuerunt inter Baias & Cumas in re-
gione, in qua cōuallis iugo ſatis eminēti circundata eſt, quę neq; matutino, neq; ueſpertino
ſole contegitur. Retuli hæc eo libentius, ut faterer mirari me pleroſq; Boſphoranos Cimme-
rios apud Homerum intelligentes, quòd nō uideam, quibus moti argumentis id faciāt, Ma-
ronis imitatione manifeſte reclamante. Nec ignoro tamē de Vlyſsis erroribus Ariſtarchum
Aulus Gellius. & Crateten diuerſa tradidiſſe, authore libro duodecimo Gellio: & Crateten quidem in o-
ceano, Ariſtarchum in noſtro mari erraſſe Vlyſſem tradidiſſe. Quod ſi quis apud Homerum
libro undecimo Odyſſe. per Oceanum exterius pelagus, quo terræ ambiuntur, intelligit, ne
ad illos quidem Boſphoranos unquam peruenit Vlyſſes. Tacitus tradit in Germania quan-
doque indicata Vlyſſea monimenta fuiſſe, uerum opinor pariter fabuloſa. Phanagoria, ut
Venus Apaturia. ad inſtitutum reuertamur, penultima producta pronuntianda eſt, nam ει diphthongo ſcri-
bitur Græcis. Iuxta Phanagoriam Apaturon locus eſt, & Veneris templum, cognominatæ
Apaturiæ, id eſt, deceptoriæ. Hic enim, cum Gigantes eam adorirentur, Hercule inuocato
tam diu in latebris delituit, donec Gigantes ſigillatim exceptos dolo illi occidendos tradi-
dit, authore Strabone. Inde & Athenienſes, poſtquam Xantus Bœotiorum dux, à Melan-
tho, qui partium erat Atticarum, dolo oppreſſus eſt, Celenis potiti, Apaturia feſta, id eſt, de-
Cœlius Calca- ceptoria inſtituerunt. Qua de re in libro ſelectorum perpulchra adnotaſſe ſe mihi retulit Cœ
gninus. lius Calcagninus Ferrarienſis, uir ut genere nobilis, ita ſumma eruditione præditus, & re-
rum cum à Latinis tum à Græcis traditarum eximie peritus, per que hæc, quod rarum eſt,
ſingulari quadam præditus hnmanitate: quod ipſum cum ante fama nuntia intellexiſſem,
Andreas Maro. his diebus, quibus hęc ſcribebam, re ipſa ſum expertus, quum Hyppolito Ferrarienſi Cardi-
nali, principi optimo in Pannoniam comes, Viennæ Pannoniæ pręſentia ſua ſumma cum
uoluptate fruerer, accedente Andrea Marone Ferrarienſe, maximi, & amœniſsimi ingenij
poëta, quem & ipſum non inuita, monimentis exquiſitæ doctrinæ editis, poſteritas
amplexabitur. a Hac ingreſſos.] Mæotin deſcribit, cuius ſitum ex Ptolemæo di-
ſce b Terras.] Cum Aſiæ, tum Europæ: iterum enim illic adproximant, ad Tanain
coituræ. c Mari.] Euxino. d Margine.] Excurrentium utrinq; in Boſphorum ter-
rarum. e Mæotici.] Agricultores bellicoſi, quorum plurimæ gentes, quarum fit apud
Plin. capite ſeptimo ſexti libri mentio: ſed potiſsimi Toreatæ, Phicores, Arrichi, & iuxta
Tanain Iaxamatharum genus, de quo & Ptol. Mitiores ſunt, qui Boſphoranis adiunguntur,

ſæuiſsimi

[a] fœminæ, quas uiri exercent, adeo ut ne militia quidem uacent. Viri pedibus inhærent, [b] ſagittisq; depugnant, illæ equeſtre prælıũ ineunt. Nec ferro dimicãt, ſed q̊s laqueis intercepere, trahendo conficiũt. [c] Nubunt tamen, uerum ut nubiles habeantur, non in ętate modus eſt: niſi quæ hoſtẽ interemere, uirgines manẽt. Ipſe [d] Tanais ex Rhiphæo monte deiectus adeo pręceps ruit, ut cum uicina flumina, tũ Męotis & Boſphorus, tũ Ponti aliqua brumali rigore durentur: ſolus ęſtus hyememq; [e] iuxta ferẽs, idem ſemper & ſublimis incitatusq; decurrat: ripas eius [f] Sauromatę, & ripis herẽtia poſsidẽt: una gẽs, aliquot populi, & [g] aliquot nomina. Primi Mæotici [h] γυναικοκρατούμενοι regna [i] Amazonũ. Fœcundos pabulo, at alia ſteriles nudosq; campos tenent Budini. Geloni urbẽ ligneam habitãt. Iuxta Thyrſſagetę Turcęq; ua-

ſæuiſsimi uero, qui Tanain uergunt. Strab. a Fœminæ.] Quę hodie quoq; ex his locis in Sarmatiam non minus q̃ uiri eruptionibus finitima infeſtant, de quibus & tertio libro Põpo. b Sagittisq;.] Veneno tinctis. Luc. lib. 3. Tinxere ſagittas Errantes Scythię populi. Idẽ libro primo Silius Italicus, Et libro triſtium tertio Ouid. & cum primis capite penultimo libri undecimi Plinius. c Nubunt.] Eum morem Amazonibus tribuit Herodotus libro quarto: quæ & ipſæ Scythæ ſunt. d Tanais.] Incertam originem habet Straboni, uerum *Tanais.* quia à ſeptentrione fluit, & Nilo opponitur, uero ſimilimũ eſt ex Rhiphæis deſcendere, qui immanib. iugis Arcton proſpiciũt. accedit Herodotus, q libro quarto Tanain ex palude oriri, & in uaſtiorẽ diffundi nomine Męotin, q̃ Regios Scythas à Sarmatis diſcludi ait. Nõ diuerſus à Ptolemęo, qui Baſilicã, id eſt, Regiã Sarmatiam ab Europęa Tanais intermedij fontib. ſeiungit. Scythę Tanain Silim uocãt, ſicut Męotin Temerinda, quod ipſorũ lingua matrẽ maris ſignificat. *Silis.* Fuit & oppidũ Tanais, ad amnis oſtia Plinio, à Græcis, qui Boſphorũ tenuere, cõdita, Strab. Oſtia duo eius ſunt. 70. inter ſe ſtadijs diſtãtia. Vide Ptolemęũ. Quo minus uero quicquam euidenter deprehendi his locis potuerit, cœli aſperitas, & ipſa immanitas accolarum inhibuit. Vtcunque, Pomponij ſententiam Ptolemæus confirmat, cui ut recentiſsimo fides adhibenda eſt. Non ignoro fuiſſe, qui Araxęo eum, hoc eſt, Caſpio æquore deriuari, & per Caucaſum (ut Strabo libro ſeptimo ait, defluere crediderint, nẽpe falſo: quanquam in Periegeſi Dionyſius, Rufo interprete, idem confirmat his uerſibus: Europam atque Aſiam Tanais diſterminat amnis, Hic ſe Sarmaticis euoluens finibus, alta (Sciſſus Araxęo prius æquore, iam ſuus) unda Effluit in Scythiam, procul hinc Mæotida Thetin Intrat, & inſerto freta pellit uaſta fluento, *Tanais ex Araxæo æquore.* ſequutus fortaſſe in Argonauticis Orpheum, qui in eadem ſententia fuit. Sunt qui nominis etymon ab aquarum abundantia reddant. Nam ταναόν Græci extenſum nominant, quod ad fluminis tum magnitudinem, tum celeritatem perbelle accedit. Multi à Tanao Scytharum rege in eo ſubmerſo. Tuum eſt lector elicere, quod uero duxeris ſimilius. e Iuxta.] Pari modo, pariter. Salluſtius in Catilina: Eorum ego uitam mortem que iuxta exiſtimo. f Sauromatæ.] Aſiatici, nam & Europæi ſunt. g Aliquot nomina.] Quorum iuſtum numerum apud Plinium lege capite ſeptimo libri ſexti. h γυναικοκρατούμενοι.] Hoc eſt, mulieribus obſequentes, morigerantes que. Hi enim ab illis uicti, *Gynæocratumeni.* ad procreandam ſobolem parere coacti ſunt: ut Strabo refert. Pandæi quoque, ut libro ſexto Plinius tradit, fœminarum parent imperio, & à mulieribus reguntur. Horum ſtatum eleganter Budæus diſertiſsimis illis ſuis in Pandectas annotationibus Ochlocratiam, *Budæus.* hoc eſt, turbulentum uocat, cum duris illis parendum eſt legibus. Hoc uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. *Ariſtoteles.* Tradit Ariſtoteles libro Politicôn ſecundo, Gynæocratumenos dici in uxorio imperio uiuentes, quorum ſtatus Gynæocratia dicatur, ea forma, qua Ariſtocratia, damnabilis, atque adeo plenus ignauiæ, ut eodem in libro Ariſtoteles tradat, parum intereſſe mulieres ne magiſtratus gerant, an magiſtratus gerentes mulieribus pareant. Paulus certe Apoſtolus à uiris mulieres diſcere iuſsit, & in epiſtola ad Timotheum prima: *Paulus.* Mulieri, inquit, docere non permitto, neque authoritatem uſurpare in uirum, ſed eſſe in ſilentio: Adam enim prior formatus eſt, deinde Eua, & Adam non fuit deceptus, ſed mulier ſeducta per præuaricationẽ fuit. Auguſtinus quoque libro ſuper Geneſin octauo *Auguſtinus.* autumat ſoli uiro præceptum datum ante creatam fœminam, ut indicaretur omnem diſciplinam à uiro ad fœminam peruenire debere. Igitur non eſt dubium per ſcripturam mulieribus imperium demptum eſſe. i Amazonũ.] ſcilicet tenent. De Budinis, Gelonis, Thyrſſagetis que omnia ad faſtidium nota ſunt. k Turcæ.] Ab his orti *Turcæ.*

iudicantur, qui ætate noſtra latiſsime imperitant, Turcę uulgo dicti, ignauia quidem noſtra magni, ſed poſt Macedonas & Romanos ſine dubio potentiſsimi, Hermolao. a Arymphæos.] Libet adſcribere Plinij uerba, quæ capite tredecimo libri ſexti, ubi Rhiphæorum meminit, hæc ſunt: Inibiq́ꝫ Arymphæos quoſdam accepimus, haud diſsimilem Hyperboreis gentem: ſedes illis nemora, alimenta baccæ: capillus iuxta fœminis uirisq́ꝫ in probro exiſtimatur: ritus clementes, itaque ſacros haberi narrant, inuiolatosq́ꝫ eſſe, etiam feris accolarum populis: nec ipſos modo, ſed illos etiam, qui ad eos perfugerint, &c. Quæ ſi uera ſunt, & illa, quæ de Hyperboreis ijdē authores ſcribunt, in dubium non reuocantur, non uideo, quæ ratio Pterophoro illic gelu infami, cuius meminimus, ueritatis fidem adijcere queat. Sed & de illis in mundi memorabilibus Solinus. Alij ab his Hyperborei ſunt, q̃rum tertio libro Mela meminit. b Rhiphæus.] Cui à flatu Boreæ perpetuo nomen eſſe putant, ob id quod ῥίφειν flare Græci dicunt. c Ora, quæ ſpectat oceanum.] De qua nos duce Pomponio libro tertio diſſeremus.

Arymphæi.

ſtas ſyluas occupāt, alunturq́ꝫ uenando. Tū cōtinuis rupibus late aſpera & deſerta regio ad[a] Arymphæos uſqꝫ permittitur. His iuſtiſsimi mores, pro domibus nemora, alimenta baccę, & maribus & fœminis nuda ſunt capita. Sacri itaqꝫ habentur, adeoq́ꝫ ipſos nemo de tam feris gentibus uiolat, aut alijs quoqꝫ ad eos confugiſſe pro aſylo ſit. Vltra ſurgit mons [b] Rhiphæus, ultraq́ꝫ eum iacet [c] ora, quæ ſpectat oceanum.

POMPONII MELAE COSMOGRAPHI LIBRI PRIMI DE ORBIS SITV, ET ADIECTORVM VADIANI COMMENTARIORVM FINIS.

IOACHI-

IOACHIMI VADIANI HELVETII IN POMPONII MElæ librum ſecundum commentaria.

SCYTHIA EVROPAEA.

a Modo ſiniſtro.] Europa, inquit, paulo ante ingreſſis ad ſiniſtrũ ſita, egredičtibus in Męotin dextra fit. Hęc dextri & ſiniſtri ratio frequẽter ab authorib. ſitus terræ obſeruatur. Plin. li. 3. de freto Gaditano: Qua irrũpens oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur, huic intranti dextra Africa eſt, læua Europa. Põponius ſupra lib. primo de eodẽ. Hinc in noſtrũ mare pergẽtib. lęua Hiſpana, Mauritania dextra eſt. b Huc.] Rhiphæi montes ſcilicet, hoc eſt, ad Europę latus. id quod octaua Europæ tabula Ptolemæus demonſtrat. Quanquam hodie conſtat ſupra Rhiphæos in Arcton Europæ partem ad ſinum Venedicum procurrere, neglectam priſcis: qui cognitarum Aſiæ atque Europæ illic terrarum ſequeſtrum eſſe Tanais defluxum uoluerunt. Hinc Lucan. libro tertio. Qua uertice lapſus Rhiphæo Tanais diuerſi nomina mũdi Impoſuit ripis, Aſiæ'que & terminus idẽ Europæ & medię diſcrimens confinia terræ, Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem c Aſſidue.] Nõ toto anno, ſed hyeme, quam multo habent noſtra longiorem, & propter maiorem cœli declinationem, duriorem. Quanquam Plinius & Solin. præ cæteris temporum uiciſsitudine eum tractũ carere ſcribant, fama uetuſtatis, puto, mori magis quàm ueri noſcendi deſyderio. Plin. cap. 12. quarti libri, Mox, inquit, Rhiphæi montes, & aſsiduo niuis caſu pinnarum ſimilitudine Pterophoros appellata regio. Solin. Pterophoron dicunt: quippe caſus continuarum niuium quoddam ibi exprimit ſimile pennatum. Græcis πτερὸν pennam ſignificat. Læta igitur denſaq; niue fit, ut uiſum intendere, & proſpicere longius nemo queat. In eius confinijs erectæ ſunt Alexandro & Auguſto Cæſari aræ. Tantę olim principibus uiris glorię fuit, longinqua attigiſſe terrarum. d Regio ditis.] Geslitron Plinius appellat. 7. lib. quæ de Gryphibus referuntur, fabuloſa exiſtimans. Pugnã cum Arimaſpis, & beſtiæ ferociã elegantiſsime reddidit Solinus. Nos quoq; in Elegia de Vadianorũ imaginibus ad Melchiorẽ fratrẽ, inter cætera de Gryphibus ſic luſimus: Igne micãt oculi, curuatur acumine roſtrum, Sibilat & grandi lingua retorta ſono, Fulta toris ceruix præacutis auribus extat, Fronſq; minax acris ſigna uigoris habet: Horreſcunt uillis armi criſpantibus atri, Aſperat & duros ungula fiſſa pedes. Cauda ferit clunes, talos demiſſa ſub imos; Et nodũ hirſuto turbine finis habet, &c. e Scythæ.] Europęi, de quibus alibi. f Arimaſpi.] Vnocula gens, ut Solinus ait. Herod. libro quarto ſcribit Scytharum lingua Arima unum, & ſpu oculum ſignificare, ut Arimaſpos in uniuerſum hac lingua unoculos dici credamus. At illis unus tantum in media fronte inſignis eſt, ut olim Cyclopibus, ſi Poëtis credimus. Idem apud Græcos ſcriptores legiſſe ſe Gellius affirmat capite quarto, libro nono. Ammian. 22. li. Arimaſpos iuſtos homines eſſe, placiditateq; cognitos affirmat. Philoſtratus tertio libro: in India quoque Gryphes eſſe, & Soli ſacros ait, magnitudine ac uiribus leonibus pares, graui uolatu, quod adeo plumati nõ ſint, Elephantorũq; & Draconũ uictores. Diuus quoq; Hieronymus in epiſtola quadam ad Ruſticum monachũ, de aureis Indię montibus, Quos, inquit, adire propter Gryphes & Dracones, & immenſorum corporum monſtra, impoſsibile eſt. g Eſſedones.]

Tanais.

Elegia Vadiani de Gryphibus.

Philoſtratus.

Eſſedones.

POMPONII MELAE DE SITU ORBIS LIBER SECVNDVS.

SCYTHIA EVROPAEA.

ASiæ in noſtrũ mare Tanaiq; uergentis, quẽ dixi, finis ac ſitus eſt. At per eundẽ amnem in Mæotida remeãtibus ad dextrã Europa eſt,[a] modo ſiniſtro latere innauigantiũ appoſita, ac Riphæis montibus (nã &[b] huc illi pertinẽt) proxima. Cadẽtes[c] aſsiduę niues adeo inuia efficiũt, ut ultra ne uiſum quidẽ intendentium admittãt. Deinde eſt[d] regio ditis admodũ ſoli, inhabitabilis tamẽ: quia Gryphi ſęuũ & pertinax ferarũ genus, aurum terra penitus egeſtũ mire amant, mireq; cuſtodiũt & ſunt infeſti attingẽtibus. Hominũ primi ſunt[e] Scythę, Scytharũq;, queis ſinguli oculi eſſe dicunt[f] Arimaſpi. Ab eis[g] Eſſedões uſq; ad Mæotida.

Huius flexum [a] Buges amnis ſecat, [b] Agathyrſi & Sauromatę ambiunt, quia pro ſedibus plauſtra habent, dicti [c] Hamaxobitæ. [d] Obliqua tūc ad Boſphorū [e] plaga excurrens, Ponto ac Mæotide includitur. In paludem uergētia [f] Satarchæ tenent. In Boſphorū Cimmericū oppida [g] Myrmetion, Panticapeum, Theodoſia, Hermiſiū. In Euxinū mare [h] Taurici: [i] ſuper eos ſinus portuoſus, & ideo [k] καλὸς λιμὴν appellatus, promontorijs duobus includitur. Alterum [l] κριοῦ μέτωπον uocant, Carambico, quod in Aſia diximus, patet aduerſum: [m] Parthenion alterum, oppidum adiacet [n] Cherroneſus à Diana (ſi credatur) conditum, & [o] Nymphæo ſpecu, quod in arce eius Nymphis ſacratum eſt, maxime illuſtre. [p] Subit tum ripā mare, & donec [q] quinq; millia paſſuum abſit à Mæotide refugientia uſque ſubſequens litora, quæ Satarchæ & Taurici tenent, peninſulam reddit: quod inter paludem & ſinum eſt, [r] Taphrę nominat̃. Sinus [s] Carcinites. In eo urbs eſt Carcine, quā duo flumina [t] Gerros

Scythæ cognomines in Europa et Aſia. Hi Scythiam utranq; incolunt, in Aſia iuxta Arrichos & Napæos ſiti, qui in Cimmerium inclinant. Quemadmodum & Geloni & Maſſagetæ, alijq; multi: quod fieri potuit uicinitate populorum per paludem commeantium, ut in utroq; litore cognomines eſſent. Nam ſedes mutare Scythis nullus labor eſt. Inde illa & nominum & locorum apud illuſtres authores uarietas. A Tanais autem procurſu aduſq; oſtia Danubij, loca & gentes Europeæ Sarmatiæ, quę in Paludem & Pontum uergit, prius enumerat Pomponius, mox gentiū ſubdit mores. a Buges.] Plinius, Bugen illic lacū uocat. Supra Bugen uero amnes ſunt, Agarus, quē Sagarim Ouidius nominat, & Lycus, clariſsimi Ptol. & cæteris. Sauromatæ aūt & Sarmatę una gens ſunt. Plin. b Agathyrſi.] Cœruleo capillo inſignes, Plinio: qui cap. 12. lib. 4. de hoc tractu multa. Maro pictos cognominat: ab Agathyrſo Herc. filio dictos Herod. li. 4. ſcribit. Ruf. ex Diony. Præcinctiq; ſagis ſemper pictis Agathyrſi. *Hamaxobitæ.* c Hamaxobitę.] Græcis enim ἅμαξα plauſtrum dicitur. Ptol. interius haud lōge à Boryſthene locauit, & Hamaxobios nominat. Crediderim eos eſſe, quos hodie alibi ſitos Poloni Moſcouitas uocant corrupto uocabulo: quorum fines, dum hęc ſcribebā, maximus Sarmatiæ princeps Sigiſmūdus ingreſſus, *Sigiſmūdus Sarmatiæ rex.* lōge lateq; ferro & igne depopulatus eſt, cum ante maxima clade ad Boryſthenem multa millia profligaſſet, indignatus ob arcē Schmolenski proditione illis traditam, ad quam recuperandam etiamnum contendit, princeps optimus & uictorioſiſsimus, nec niſi in perfidum hoſtem ſæuus. Non uerò ſum neſcius in Scythia eſſe Moſchos, à quibus Moſchici montes dicantur, de quibus alibi mentio facta eſt. Obliqua.] Inſpice tabulam octauam Europę Ptol. ab Agaro promōtorio in Taphras uſq; ea curuatura eſt, quę occurſante Cherroneſo ſinum facit, quem Coretum Plinius nominat: in eum Buges & Gerrus corriuāt. Ptol. Bicen dicitur, & Flac. lib. 6. Quiq; lacum cinxere Bicen, nō aliud intellexiſſe uidetur. e Plaga.] Tauricæ Cherroneſi. f Satarchę.] Bellicoſiſsimi. Val. Flac. lib. 6. laxamatę Toriniq;, & flaui crine Satarchę. g Myrmetion.] Meminit omnium Plin. & indicat Ptol. Panticapeum Mileſiorum pręcipuum eſt, & reliquarum uelut mater, ut Ammianus libro 22. Ideo Strabo libro ſeptimo Boſphoranorum metropolin eam uocat. Eſt & iuxta Heraclea urbs maxime inſignis Plinio. Non pręterierim Boſphorum illum 1500. paſſus latum, inter Panticapeum & Cimmerium, quod in Aſiatico litore ſitum eſt. Plin. h Taurici.] Iuxta quos Tauroſcythę, de quibus infra. i Super eos.] In meridiem. k καλὸς λιμὴν] hoc eſt, bonus portus: ita Gręci nominarunt, à re ſcilicet, ut ſolent frequentiſsime. l κριοῦ μέτωπον.] *κριοῦ μέτωπον.* Hoc eſt, arietis frontē, quòd late in pelagus promineat, ſaxea indubie fronte Carambico aduerſum: eiuſdē nominis aliud in Creta eſt, de quo alibi. m Parthenion.] Ita quoque lib. 3. Ptolemęus nominat, ut alios pręteream, à Diana Taurica uirgine dictum. *Cherroneſus oppidum.* n Cherroneſus.] Duplex illic fuit, antiqua ſcilicet & noua. Ptol. quoq; Cherroſenum oppidum iuxta Heracleam ſtatuit, cuius lib. 22. magna laude Ammianus meminit. *Cherroneſus peninſula.* Tota uerò peninſula Tauricæ Cherroneſi nomen habet, non à montibus Tauricis, ſed tauro potius animali, quem aratro ligari, & ſulcare terras Oſiris hic inſtituerit, ut Raphaël adnotauit: quanquam aliter Hermolaus ſentit ca. 13. libri quarti Plin. o Nymphæo ſpecu.] Plinius & Strabo oppidum eſſe ſcribunt, utriq; nomen à Nymphis Dianę aſſeclis dari potuit. p Subit tum.] Vide Ptolemęū. q Quinq; millia.] Hęc anguſtia Iſthmū facit. r Taphrę.] Florus, qui ſub Traiano uixit, oppidum eſſe libro primo indicat, Traiani auſpicijs aliquando captum. s Carci.] A Carcina. eſt & Carcinitus amnis oppidum pręterfluens Ptol. t Gerros.]

Ptolę-

&ᵃ Hypacyris uno oſtio effluentia attingũt, ue rum[b] diuerſis fontibus, & aliunde delapſi. Nã Gerros inter Baſilidas & Nomadas euoluitur. Syluæ deinde ſunt,[c] quas maximas hæ terræ ferũt, &[d] Pãticapes, qui Nomadas Georgoſq́ diſterminat.[e] Terra tũ longe diſtẽta excedens tenui radice litori adnectit̃, pòſt ſpacioſa modice paulatim ſe ipſa faſtigiat, & quaſi in mucronẽ lõga colligens latera, facie poſiti enſis allecta eſt. Achilles infeſta claſſe mare Ponticũ ingreſſus, ibi ludicro certamine celebraſſe uictoriã: et cũ ab armis quies erat, ſe ac ſuos curſu exercitauiſſe memoratur: ideo dicta eſt δρόμος ἀχιλλεῖος. [f] Tũ Boryſthenes[g] gẽtẽ ſui nominis abluit, inter Scythię amnes amœniſsimus, turbidis alijs, liq̃diſsimus defluit, placidior q̃ ceteri, potariq́ pulcherrimus: alit lętiſsima pabula, magnoſq́ piſces, q̃b. & optimus ſapor, & nulla oſſa ſunt: lõge uenit, ignotiſq́ ortus è fontib9, quadraginta dierũ iter alueo ſtringit, tãtoq́ ſpacio nauigabilis ſecundum[h] Boryſthenida & Olbida Grę-

Ptolemæus à Plinio & Mela diuerſus, Gerrum iuxta Lycum ſtatuit, & in ſinum fluere, qui ſupra Tauricã eſt, oſtendit, quemadmodũ & Bugem: illi Carcinitem malunt. Flac. Gerus r ſimplici protulit lib. 6. Gangaridum, potaq́ Gerus quos efferat unda. a Hypacyris.] Carcinitus, ut coniectura eſt, à Ptolemæo dictus: meminit eius li. 4. Herod. b Diuerſis fontibus.] Plin. Diuerſo uenientes tractu. c Quas.] Regio Hylæa dicitur, unde & mare illic Hylæũ. *Hylæa regio.* Herod. lib. 4. omnem oram iſtam arboribus carere ſcribit, pręter Hylęam, cuius excelſiſsimæ extent: propterea Val. Flac. li. 6. de eo ipſo loco: Deſior haud uſquam nec celſior extulit illas Sylua trabes, feſſæq́ prius rediere ſagittę, Arboris ad ſummũ quàm peruenere cacumen. Strab. author eſt, in his locis aſinos nõ eſſe, quod hoc animal frigoris impatientiſsimũ ſit: et alicubi boues eſſe ſine cornibus, quod ea quoq́ frigora minus toleret. *Boues ſine cornibus.* d Panticapes.] Plinius: Panticapes, inq̃t, amnis, qui Nomadas & Georgos diſterminat, hos terrę colendę, illos rei pecuariæ deditos: ſed de his populis infrà. e Terra.] Vide Ptolemæum. Scribit Plin. libro quarto inſulam illic eſſe Achillis cognominatã, & eius uiri tumulo claram, à qua 125. mill. paſſuum interuallo peninſula illa iaceat, forma gladij in tranſuerſum porrecta, ab exercitatione eiuſdem cognominata δρόμος ἀχιλλεῖος, id eſt, Achilleus curſus. Quod attinet ad Achillem, Phthius'ne ille fuerit, an indigena, nõ conuenit. Nam Euſtathius fuiſſe ait, qui regem indigenam crediderint: quod uerum eſſe illa docent, quòd cũ Straboni lib. 13. tum alijs ad Sigeum Troadis Achillis Pelidæ & tumulus fuit & templum. Quãquam ſunt, qui Iphigeniam à Diana raptam in hæc loca ſequutum Achillem affirmant. Vtcunque, de Phthio Pomponius intelligit. Id certe eo modo fieri potuit, quo uetuſtas uni Herculi ea tribuit, quæ à multis geſta fuerunt. f Tum Boryſthenes.] De Boryſthene Plin. Strab. Solinus, ſed diligentiſsime lib. 4. Herodotus, qui piſces illos oſsibus carẽtes Antacœos nominat, eorum generis fortaſſe, quos Danubius alit, oſsiũ loco cartilaginem habentes: quos optimos eſu, barbaro hodie uocabulo Huſones nominãt accolæ Germani. Boryſthenes Polonis Nepar dicitur, ad cuius ripã nuper maxima uictoria inuictiſsimus Sarmatię rex Sigiſmũdus potitus eſt in Moſchos, ſeu magis Hamaxobitas: ex quibus captiuos multos, quos uictor ille rex ad Leonẽ 10. Pontificem maximum deſtinauerat, Viennæ uidimus, robore & proceritate maxime inſignes, cęterũ truci aſpectu, religione uerò Gręca, linguaq́ Illyricę nõ abſimili: nam facile hanc intelligebant. Cibum illi capturi tabellas quaſdam depromptas ad proximũ parietem ſuſpendebant, ante eas tacito murmure cateruatim orantes, & ſubinde capite aduſq́ genua flexo, hoc ſe modo gratias agere Deo immortali aiebant. Cumq́ illa attentius obſeruare me uidiſſent, comminus omnia, ceu ſeſe ex religione commendaturi eſſent, oſtenderunt. In tabellis imago erat Mariæ uirginis, diui Nicolai, diuæ Catharinæ, in ſtanneis ſcriniolis neſcio quid reliquiarum. Eos Maximilianus Imperator, cũ ad ſe perducti eſſent, neſcio qua cauſa, liberos eſſe uoluit, donatoſq́ elegãti ueſtitu ad Dacię regẽ ea conditione miſit, ut patrię incolumes reſtituerẽtur. De amne ipſo perpulchra quædã habet Marcellinus lib. 22. Illud obiter adnotandũ, equũ Hadriani agilimum celerrimumq́ in hiſtorijs celebrari, adeo à ſuo deamatum principe, ut mortuo & ſepulchrũ fecerit Hadrianus, & columnã erexerit, inſcripto Epigrammate, ſicut in Hadriano refert Dion. g Gentem ſui nominis.] Boryſthenidas. h Boryſthenida.] Clariſsima oppida. Olbia autem & Olbis dicitur. meminerunt Plinius & Ptolemæus: quanquam hic eandem eſſe Olbiam & Boryſthenin affirmat libro tertio, Strabo-

Boryſthenes. *Antacœi.* *Huſones.* *Sigiſmundus Poloniæ rex.* *Hamaxobitæ.*

nem

ca oppida egredit.[a] Callipidas [b] Hippanis includit, ex grandi palude oritur, quam matrem eius accolæ appellãt, & diu qualis natus eſt defluit: tandem non longe à mari ex paruo fonte, cui Exampeo cognomẽ eſt, adeò amaras aquas accipit, ut ipſe quoq; iam ſui diſsimilis & non dulcis hinc defluat. [c] Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasq; deſcendit. [d] Hos ab Iſtricis [e] Tyra ſeparat: ſurgit in Neuris, qua exit, ſui nominis oppidũ attingit. [f] At ille, qui Scythiæ populos à ſequentibus dirimit apertis in Germania fontibus, alio, quàm deſinit, nomine exoritur. Nam per immania magnarũ gentiũ diu

nem ſequutus, qui in eadem eſt ſententia, & Olbiam, id eſt, Beatam dictã ſcribit lib. 7. Memorabilis eſt & hęc Antonini Pij, contra Tauroſcythas miſsis auxilijs, quibus uictores Olbiani à Tauroſcythis obſides extorſerunt. a Callipidas.] Herod. eoſdem Græcoſcythas nominat, quòd ex Græcis Scythæ facti ſint. *Hypanis.* b Hypanis.] Vitruuius cap. 3. lib. 8. In Ponto, inquit, eſt flumen Hypanis, qui à capite profluit circiter millia. 40. ſapore dulciſsimo: deinde cũ peruenit ad locum, qui eſt ab oſtio ad millia. 160. admiſcetur ei fonticulus oppidò quàm paruulus. Is cũ in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram. Fonticulum Exampeum Herod. lib. 4. à locò nominatum ait, in quo oritur. Exampeum aũt Scythæ, id eſt, ſacrę uię cognominãt. Quo in tractu capaciſsimũ illud ahenum ſpectatum eſt, cuius inibi meminit idem author. De beſtiolis Hemerobijs in Hypane naſcentibus Plin. 11. libro, & prima Tuſc. M. Cic. Qui uerò Hypanin Boryſtheni miſceri crediderunt, Boryſthenis undas cœruleas ſupernatare affirmarũt, Auſtro autem flante Hypanis aquas ſuperiores fieri, ut Plin. 5. cap. lib. 31. ſcribit. Ouid. 15. lib. transform. Quid non & Scythicis Dypanis de montib. ortus, Qui fuerat dulcis, ſalibus uitiatur amaris. Eſt & in India Hypanis Euſtathio, & Straboni lib. 14. Ad quem illud Propertij referri poterit: Quãtum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano, ob maximam amnium diſtantiam. Cauſas autem amariciei aquarum apud Vitruuium lege lib. citato. *Axiaces.* c Axiaces.] Fluuius ingens, & à Barbaris Neſter dictus, ex Peucinis iugis, qui Carpatho cohærent, oritur. d Hos.] Axiacas. e Tyra.] Hic Iſtro proximus Myſiæ partem perlabitur, Ptolemæo & Ammiano Tyras dictus: oppidum uerò hic Tyron nominat, libro uigeſimoſecundo, Phœnicum coloniam, niſi corruptum exemplar eſt. f Atille.] *Danubius.* Iſter, ſcilicet, qui terminus eſt Europeæ Scythiæ à meridie. Appianus in procœmio hiſtor. In Europa, inquit. fluuij duo, Rhenus & Iſter potiſsimum Romanis finẽ imponunt: quorum quidem Rhenus ad Borealem oceanum, Iſter ad Euxinum Pontum influit. Hunc ſecundum Nilum amnium maximum, qui in mediterraneum pelagus fluunt, Salluſtius ſcripſit, ut capite ſeptimo libri decimi Gellius teſtatur: Strabo certe lib. ſeptimo, omnes eũ Europæ fluuios ſuperare: Herodotus quarto libro fluuiorum maximũ uocat. Quod ad ortum eius attinet, haud quanquam bene Strabo, qui non longe ab Adriatico ex ijſdem iugis Rhenum & Danubium oriri putauit. Melius Plin. multis eum ultra Alpes (in ſeptentrionem ſcilicet) millibus fontes habere aſſeruit, in iugis montis Arnobæ, cuius & Dionyſius meminit, ut Ruſus: Arnoba mons Iſtro pater eſt, cadit Arnobæ hiatu Flumen in Eoos autem conuertitur axes, Euxino'que ſalo prouoluitur, ora per æquor Quinq; uomunt amnem, &c. Ammianus libro uigeſimoſecundo in Scythiæ Europeæ nomenclatura, Amnis, inquit, Danubius oriens prope Rauracos montes limitibus Rheticis per latiorem orbem protentus, ac ſexaginta nauigabiles penè recipiens fluuios ſeptem oſtijs per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Apud Plinium igitur non Taurici Galliæ oppidi, ſed Raurici lego: atque ita legit Hermolaus. Huius hodie loco inclytam BASILEAM eſſe multorum ſententia eſt. Solinus quoque Rauricos uocauit, teſtante id ueterum exemplarium fide. *Herodoti & Ariſtotelis incuria.* Falſiſsime uerò omnium Herodotus, qui libro ſecundo in Celtis & Pyrenæis iugis Iſtrum oriri credidit. Quod ipſum ſenſiſſe eum minime eſt mirum, qui Padum ignorauerit, & Turijs tamen in Italia ſuam illam hiſtoriam condidit, anno urbis conditæ trecenteſimo decimo, ut Plinius capite quarto duodecimi libri ſcribit. In eadem ſententia Ariſtoteles fuit, ut ex libro eius Meteororũ ſecundo, ubi de fluminum prouentu mẽtio eſt, apparet: mirum autem quàm falſe Apollonius, qui in Hiperboreis naſci Danubium cecinit. Lege Plin. cap. duodecimo lib. 4. Philoſtratũ li. 3. & in Germaniæ ſitu Tacitũ. Mantoam eum aliquando dictũ Stephanus eſt author. Pagus, ad quẽ oritur, hodie accolarum lingua Tuneſchingen nominatur: inde prolapſus diuagatur in paluſtria, mox in alueum receptus, & ſubinde allabentibus riuis auctior Vlmã petit, clariſsimam *Ilerus.* & opulentiſsimam Sueuiæ ætate noſtra urbem: ibi'que Ilerum accipit clariſsimũ ex Almangaujs amnẽ, *Richardus Bartholinus.* cuius libro Auſtriados octauo Richardus meus meminit. Et Campidunius Iler deſerit Algauios, genus inſuperabile bello. quò in loco, ſexaginta amnium, qui in Iſtrum

defluunt,

deſluunt, docte ſimul &(ut barbara ſinebant recentia nomina) eleganter. De Hiſtro ſic Lucanus libro ſecundo, Hiſter caſuros in quęlibet æquora fontes Accipit, & Scythicas non exit ſolus in undas. De oſtiorum numero nõ conuenit. Plin. ſex eum fluminibus in Pontum euolui ait, tanto impetu & undarum copia, ut prodatur in 40. millium paſſuum longitudine uicini mare, dulcemq; intelligi hauſtum. Tacitus (niſi fallor) ſex oſtiorum meminit. In qua ſententia & Ptolemæus eſt: at Dionyſius, Strabo, Herodotus quinque: Ammianus & Solinus ſeptem: quibus (quod equidem ſciam) accedunt Val. Flaccus & Ouidius. Flaccus lib. 4. Non ſeptem gemini memorem, quas exitus Iſtri, Quas Tanais, flauusque Lices, Hypaniſq; Nomaſq; Addat opes? &c. & lib. 8. Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Iſtri, Fundere non uno tantum quem flumina cornu, Accipimus, ſeptem exit aquis, ſeptem oſtia pãdit. Ouidius li. triſtium 2. Solus ad egreſſus miſſus ſeptemplicis Iſtri. Statius quoq; lib. Thebai. 5. An te ſeptenus habebit Iſter, & undoſo circumflua coniuge Peuce? Glacie rigeſcit quęlibet onera ſuſtinente, cuius ingẽtes orbes exciſos in inferiori Pannonia per brumã ſpecubus indunt, mox æſtate, fruſtatim depromũt, frigoris pertinacia perdurante. Eſtq; eius præcipuus infrigidãdi uſus, fruſtulis etiã in pocula iniectis, ubi caloris uehementia uinũ intepuit: ſuntq; eiuſmodi, ut ſum expertus, iucũdi magis, quàm ſalubres hauſtus. Glacies enim potatur, & eſt inſueta præcordijs eo tẽpore frigiditas. Libet uero penos montiũ, ut Plinij uerbis utar, in uoluptatem gulæ uertere. Quẽ morẽ & in Italia fuiſſe 5. cap. 17. li. indicat Gellius. Lege Ouidium lib. de triſt. 3. Virg. 3. Georg. & in Panegyri ad Traianum Pliniũ, ut creſcat & inundet, Seneca lib. 4. nat. quęſtionũ perbelle ſcripſit: uerum in hoc moleſtus, quod medijs eum caloribus augeri negat. Cõtrarium enim ipſe expertus ſum, cum hęc ad ripã eius conſcriberem, continuo decennio ſtudiorum gratia, in inclyta Auſtriadum ciuitate Vienna, quæ omnium urbium, quas Iſter ſuſtinet, & ædiũ magnificentia, & rerũ facili copia clariſsima eſt, alitus: *Vienna Auſtriæ.*

[a] Danubius eſt, deinde aliter appellantib. accolis Iſter fit: acceptiſq; aliquot amnibus, ingens iam, & eorũ, qui in noſtrum mare decidũt, tm̃ Nilo minor, totidẽ, quot ille oſtijs, ſed tribus tenuibus reliquis nauigabilib. effluit. Ingenia cultuſq; gentiũ differũt. [b] Eſſedones funera parentũ læti, & uictimis, ac [c] feſto coitu familiariũ celebrãt. Corpora ipſa laniata, & cæſis pecorũ uiſceribus immixta epulãdo conſumunt. Capita ubi fabre expoliuere, auro cincta pro poculis gerũt. [d] Hęc ſunt apud eos ipſos pietatis ultima officia. Agathyrſi ora artuſq; pingunt, ut quiq; [e] maiorib. præſtant, ita magis uel minus, cęterũ ijſdem omnes notis, & ſic ut [f] ablui nequeant. Sarmatæ auri & argenti maximarum [g] peſtium

a Danubius eſt.] Supra Cataractas Danubius, infra uerò Iſter dicitur: ſunt aũt hæ maximę intra montes Dacorum, Straboni: eos hodie Iazigibus & Tranſyluanis finitimos Vualachos nominãt, *Vualachi.* uocabulo Boëmis Sarmatiſq; uernaculo, quod inde natum uidetur. nanque ty Vlaſſchi Italos uocant, quos ibi conſediſſe ex Pannonicis Sarmaticiſq; Romanorum bellis conſtat: cum ne hodie quidem eorum lingua ab Italica multum ſit abſona. Proinde Bithynicus Dion autor eſt, Traianum ponte mirando & memorabili ſuper Danubij ripis extructo, & Decebalo uicto, Daciam iuris & ditionis Romanæ feciſſe: qua mox in prouinciã redacta, & urbes conditas ait, & colonos deductos: durauitq; is rerum ſtatus aduſque Aureliani imperium, nec amplius, ſicut in Aureliani uita Vopiſcus tradit: & meminit in rerum Romanarum Epitome Rufus Sextus. Nihil mirum igitur ſi ſuperſtites P. R. colonos ſuæ linguæ reliquias aſſeruantes finitimi Vualachos dixere, tanquam Italos dicant. Non ignoro Siluium Aeneam in Europæ deſcriptione ſentire aliter: an uero bene ſentiat, candidi lectoris iudicium eſto: nam non barbarum ſolum, ſed recentiſsimum id uocabulum eſſe hiſtoriarum teſtatur *Aeneas Siluius.* fides. Porrò Ouidius lib. de Ponto quarto, ubi Flacci meminit, his uerſibus: Præfuit his Græcine locis modo Flaccus, & illo Ripa ferox Iſtri ſub duce tuta fuit. Hic tenuit Myſas gentes in *Ouidius.* pace fideli &c. Myſos eum tenuiſſe, non Dacos, præſertim tranſdanubianos indicat. b Eſſedones.] Sumpſit ex Herodoti libro quarto: meminit pluribus Solinus. c Feſto coitu familiarium.] Frequenti & ſolenni. d Hæc ſunt apud eos.] Acclamatio eſt Melæ familiaris, ut infra, Is, inquit, honos pręcipuus eſt. De Agathyrſis ante retulimus. e Maioribus præſtant.] Stirpis ſunt magis famigeratæ. f Ablui nequeant.] Admixtis ſcilicet, quæ firmitatem coloribus præſtant, qualia multa ſunt. g Peſtium.] Nullum enim eſt ſceleris genus ad quod auro argentóue non impellamur: nec quicquam publicæ ſaluti magis noxium, quàm quę hęc ſitit auaritia. Vnde perbelle Pythius à Lacedæmonijs interrogatus, qua re ſtatum reipubl. amiſſuri eſſent? Auaritia reſpondit, ut Cicero ſcribit li- *Auaritia.*

ignari [a] uice rerū cōmercia exercēt, atq; ob ſæua hyemis admodū aſsiduæ demerſis in humū ſedibus, [b] ſpecus aut ſuffoſſa habitāt. Totū [c] braccati corp9, &, niſi qua uidēt, etiā ora ueſtiti. [d] Tauri Iphigeniæ & Oreſtis aduētu maxime memorati, immanes ſunt moribus, immanēq; famam habent ſolere uictimis aduenas cædere. [e] Baſilidis ab Hercule & Echidna generis principia ſunt, mores regij, arma tantū ſagittę. Vagi [f] Nomades pecorum pabula ſequūtur: atq; ut illa pecorum durant, ita diu ſtatam ſedem agunt. Colunt [g] Georgi, exercentq; agros. [h] Axiacæ furari quid ſit ignorant: ideoq; nec ſua cuſtodiunt, nec aliena contingunt. [i] Interius habitantium ritus aſperior, & incultior regio eſt. Bella cædesq; amāt, mosq; eſt bellantibus cruorem eius, quem primum interemerūt, ipſis è uulneribus ebibere. Vt quiſq; plures interemerit, ita apud eos habetur eximius. Cæterum expertem eſſe cædis, inter opprobria uel maximum eſt. [k] Ne fœdera quidē incruenta ſunt, ſauciant ſe, qui paciſcun-

Sarmatarum abſtinentia. bro de Officijs 2. Nec inelegans illud eſt ex captiuis Plaut. Odi ego aurum, multa ſæpe multis perſuaſit perperam. a Vice rerum.] Vt hodie quoq;. nam mercibus collatis, ſequeſtro faciunt æſtimationis copiam: utq; ille pronunciauerit, ita dicto parent. b Specus.] Ob id
Troglodytæ. & Troglodytæ dicti, ut illi Aethiopici: niſi quod hi æſtum, illi frigus terrarum defoſsis arcere ſolent. Virg. Georg. 3. Ipſi in defoſsis ſpecubus ſecura ſub alta Ocia agunt terra, congeſtaq; robora, totas Aduoluere focis ulmos, igniq; dedere. Natura quoque Sarmaticis animalib. cum magnitudine prouidit, tū etiā
Pellis urſina quinque cubitorum. tegmine. Forte pellem urſinam dum hęc commentabar, Viennæ uidi ex Lituania allatā, longitudinis cubitorū quinq;, latitudinis tātæ, ut quodlibet uel bouis tergus uinceret: quæ Cęſari Maximiliano, tum in thermis Badēlib. lauāti oblata ſummæ admirationi fuit. c Braccati.] Per Braccas Diod. li. 6. ueſtes hirſutas ad ſeptentrionem ſitis uſurpatas intelligit. Ouid. lib. de triſt. 3. Pellib. hirſutis arcēt mala frigora Braccæ, Oraq; de toto corpore ſola patēt. Luca. li. 1. de Vangionibus: Et qui te laxis imitatur Sarmata Brac
Braccæ quæ? cis. Virg. lib. Geor. 3. Gens effrena uirū Rhiphæo tunditur Euro, Et pecudum fuluis uelātur corpora ſetis. Vbi Seruius Rhe
Rhenones quis nones, id eſt, ueſtes de pellibus intelligit. Senec. lib. 14. Epiſt. & li. 2. Iuſtin. oſtēdūt Scythas ferè frigoris arcēdi cauſa uulpiū & muriū pellib. ueſtiri ſolere. Nobis hodie quoque omnis inde pelliū copia eſt. A Braccis Braccarij dicti, braccarū artifices, Lāpridio in uita Seueri. d Tauri.] De Oreſtis in Taurica aduentu multa Ouid. lib. triſt. 4.
Thoas. Immanis aūt ſacrificij Thoas rex author fuit. Hinc Diana ipſa Thoantea dicta Silio li. 4. Sacra Thoanteæ ritusq; imitata Dianæ. Eius frequēs mentio eſt apud Luca. Euſebiū, Cic. Solin. Lactantiū. Nec uero Scythis tantū hic ſacrificandi ritus, ſed & Gallis & Italis olim frequens fuit, ne Heliogabalo quidē omniū tyrannorū molliſsimo & effœminatiſsimo abſtinente, quo minus humanas hoſtias nobilib. pueris lectis cæderet. Quod ad tauros attinet, ſcribit lib. 4. Herod. Tauros omnes naufragos Iphigeniæ immolare ſolere, & precibus peractis hominis caput claua ferire: corpus truncū è ripa deturbare, caput cruci ſuffigere. Captis uerò bello caput amputāt, referreq; domum, & ſuffixum fuſte, in tecti ſublimia ſtatuere, plerūq; aūt ſupra furnarium erigere: ideo id agentes, quod hos totius domus cuſtodes eſſe ſibi perſuadent. e Ba-
Echidna. ſilidis ab Hercule.] Nomē à moribus ſortitis. Echidnæ Plato meminit in Euthidemo, ubi Socrates Herculem cum hydra ſophiſtica pugnaſſe ait, ob ſapientiā: pro uno uerò ſermonis capite amputato multa repullulaſſe. At de alia indul ſe Pomponius, ex qua prolem ſuſceperit Hercules, intelligit. f Nomades.] Harum gentium nomina propè abolita communi nomenclatura, Ruthenorum alborum, Moſchorum, & Tartarorum comprehenduntur, in quos magna parte, Poloniæ principum imperium eſt: reliqua Moſchus, ſupraq; eum princeps potentiſsimus, quem ipſi Zarr nomināt, longe lateq; gubernat. g Georgi.] Græci γεωργόν agricolam nominant. Cōſtat Tauricam quoq; Cherroneſum Georgiam cognominatā propter memorabilem in ea frumenti copiā, Straboni. h Axiacæ.] Ab omni prorſus rei alienę uſu uacantes. E regione apud Aegyptios furta licita & permiſſa fuerunt: apud Lacedęmo-
Furari ubi cōceſſum. nios cum omni ſtudio affectata, ut libro undecimo Gellius, & libro tertio Crinitus ſcribunt: quod ipſum Perſarum quibuſdam olim licuiſſe Cœlius adnotauit lib. antiquarum lect. 10. capite uerò primo. i Interius.] Lege omnia hęc apud Herod. lib. 4. k Ne fœdera quidem.] Peculiari Scythicis more. Tacitus libro 12. de Hiberis & Armenis regibus ſcribens, Mos eſt regibus, inquit, quoties in ſocietatem coëant, implicare dextras, pollicesque inter

ſe uin-

ſe uincire, nodoq; perſtringere: mox ubi ſanguis in artus extremos ſuffuderit, leui ictu cruorẽ eliciũt, atq; inuicem lambũt. id fœdus arcanũ habetur, quaſi mutuo cruore ſacratũ. a Exemptũq; ſanguinẽ.] Herod. addit, acinacẽ, ſagittas, ſecurim, & iaculum eos ſanguine imbuere: quo facto, multis uerbis ſe deuouẽt, uinũq; ſuo mixtũ ſanguine epotant. b Geloni.] Idẽ & Solin. c Corporis.] Scilicet cute. nam ſe pelle craneũ ambiente ueſtiunt. d Neuris.] Budinis hi proximi ſunt, coacti aliquãdo ob ſerpentũ ingruentem copiã ſedes relinquere, ut He- *Neuri in lupos mutantur.* rod. ait. Euſtathius Dionyſij interpres, incantatores eos eſſe perhibet, qui in lupos ſeſe, ut libuerit, cõuertãt. Quod ipſum quandã in Arcadia gentem potuiſſe Plin. ſcribit li. 8. & ex M. Varrone cap. 17. li. de ci. Dei. 18. Aug. retulit: ut eam ob rẽ Pani Lycęo illic datũ cognomẽ, q̃d ex hominib. lupi fierẽt, creditũ ſit. Herm. nominãdi caſu Neuroe ſcribit nõ Neuri, Gręcã ſecutus uoculæ rationẽ. Ouid. de quadã Thracię ad Pallenẽ palude ſimilia refert lib. Met. ult. An uero id euenire poſsit, q̃ritur. Aug. lib. de ciu. Dei. 18. cap. 18. Nos, inq̃t, cũ eſſemus in Italia, audiebamus talia de quadã regione illarũ partiũ, ubi ſtabularias mulieres imbutas his malis artib. in caſeo dare ſolere dicebãt, quib. uellẽt, ſeu poſſent, uiatoribus, unde in iumẽta illico uerterẽtur, & neceſſaria q̃q; portarẽt: poſtq; perfunctã operam iterũ ad ſe redirent, nec tamen in eis mentẽ fieri beſtialẽ, ſed rationalẽ humanãq; ſeruari: ſicut Apuleius in libris, q̃s aſini aurei titulo inſcripſit, ſibijpſi accidiſſe, ut accepto ueneno, humano animo permanente aſin9 fieret, aut indicauit, aut finxit. Hæc uel falſa ſunt, uel tam inuſitata, ut merito non credantur. Hæc Auguſtin. *An in brutum homo mutari ueneficio queat.* Cuius illa potiſsimum ſententia eſt, Mutare quidem in beſtias homines poſſe, non re ipſa, ſed phantaſticis quibuſdã præſtigijs, ſenſibus uidelicet noſtris illudentibus, talem effigiem pręſtare: niſi Deus, penes quem incomprehenſa eſt formarum poteſtas, aliam uim creaturę, aut angelicę, aut humanæ, qua id reuera fiat, quod uidetur, indiderit. Et profecto ne naturalis quidem Magiæ illam uim eſſe credi par eſt, ut quemadmodum rerum ſpecies inuicem mutari creduntur, *Nota.* ita ex homine quouis modo brutum fiat. Herod. lib. 4. negat hoc ſibi perſuaderi poſſe, quod de iſta Metamorphoſi dictitãt. Et Plí. mirũ eſt, inquit, quàm procedat Gręca credulitas. Nullum tam impudẽs mendaciũ eſt, ut teſte careat. Mares aũt in fœminas mutari, & è regione, ut minime fabuloſum idẽ author affirmat. *Mares in fœminas, & è regione.* Lege eũ ca. 4. lib. 7. & lib. 9 Gelliũ. Ouid. li. Met. 4. tale quid de Scythone fabuloſe narrat. e Mars.] Simulacra, aras, & delubra nulli Deo putãt ſtatuenda præterquam Marti, ut Herod. ſcribit. f Lignorum egentes.] Herod. quoq; Scythicum tractum ferè lignorũ inopem eſſe aſſerit, pręter Hylæã, cuius paulo ante meminimus.

tur, [a] exemptũq; ſanguinem, ubi permiſcuere, deguſtant: id putant manſuræ fidei pignus certiſsimum. Inter epulas, quot quiſq; interfecerit, referre lætiſsima & frequentiſsima mentio, binisq; poculis, qui plurimos retulere, perpotatis interlocantur. Is honos præcipuus eſt. Pocula ut Eſſedones parentũ, ita inimiciſsimorũ capitib. expoliũt. Apud Anthropophagos ipſę etiam epulę uiſceribus humanis apparant. [b] Geloni hoſtium cutibus equos, ſeq; uelãt: illos reliqui [c] corporis, ſe capitũ. Melanchlænis atra ueſtis, & ex ea nomẽ. [d] Neuris ſtatũ ſingulis tẽpus eſt, quo ſi uelit in lupos, iterũq; in eos, qui fuere, mutent. [e] Mars omniũ Deus. ei pro ſimulacris enſes & tentoria dedicãt, hominesq; p uictimis feriunt. Terræ late patẽt, & ob excedẽtia ripas ſuas plerũq; flumina, nuſquã nõ ad pabula fertiles. Alicubi uſq; adeo ſteriles ad cœtera, ut qui habitant, [f] lignorũ egentes, ignes oſsibus alant.

THRACIA.

His Thracia proxima eſt, eaq; à [g] Pontici lateris frõte uſq; in Illyricos penitus

THRACIA.

Vlti, in quorũ numero & Põponius eſt, totã eam regionẽ, quæ trans Danubiũ à Saui cõfluentia aduſq; Dalmatarũ Macedonũq; montana procurrit, Thracię nomine cõprehenderũt. Ptolemęus, cui cũ Plinio cõuenit, trans Iſtrũ totam ſuperiorem Myſiã, inferioris aũt partẽ prius, mox eã, q̃ proprie Thracia eſt, ab his ſeiunctam reddidit. *Thraciæ limites.* Myſia aũt inferior, quã pleriq; omnes hodie Bulgariam nominari uolunt, iuſta parte trans Danubiũ in Scythiã extenditur: Minor tota citra eſt, & Boſnæ, ut uolunt, nomen habet: Vtraq; hodie Turcæ paret, ut eius continentis reliqua quoque. Inſpice tab. 9. Europæ Ptol. & quo excurſu hę iaceant terrę, quasq; finitimas habeant, duce pictura diſcito. Caſſum enim eſt & friuolum omne illiuſmodi ſtudium, ſi picturam neglexeris. g Pontici lateris

immiſſa, qua latera agit [a] Iſtro, [b] pelagoq́; cōtingitur. Regio nec cœlo læta, nec ſolo: & niſi qua [c] mari propior eſt, infœcūda, frigida: eorumq́;, quæ ſerūtur, [d] maligne admodū patiens. Raro uſquā pomiferam arborem, [e] uitem frequētius tolerat, ſed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, niſi ubi [f] frigora obiectu frondium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad ſpeciem tamen: nam & illis aſper atq; indecēs corporum habitus eſt. Cæterū ad [g] ferociam & numerum, ut multi immitesq́; ſint, maxime ferax. [h] Paucos amnes, qui in pelagus euadunt, uerum celeberrimos [i] Hebrū, Neſton & Strimona emittit. Montes interior attollit [k] Hæmon & Rhodopen & Orbelon, ſacris Liberi patris, & cœtu Mœnadum Orpheo primum [l] initiāte celebratos: ē quib. Hæmus in tantū [m] altitudinis abit, ut Euxinum & Adriā ex ſummo uertice oſtendat. [n] Vna gens Thraces habitant, alijs alijsq́; pręditi nominibus & moribus. Quidam feri ſunt, & [o] & ad mortem paratiſsimi, [p] Getæ utiq;: id [q] uaria opinio perficit. Alij redituras putāt animas obeūtiū. Alij, etſi nō redeāt, nō extingui tamen, ſed ad beatiora trāſire. Alij emori quidē, ſed id

fronte. Id autem utriuſq; Myſiæ ſpacium eſt. a Iſtro.] A' ſeptentrione. b Pelagoq́;.] Euxino & Propontide ab ortu, Aegeo à meridie. c Mari propior.] Nam quę maritima ſunt loca, fertiliora ob radiorum ex undis reflexionem fieri ſolent, maxime ſi alioqui frigidi ſint cœli. d Maligne.] Reddit enim inuita frugem. e Vitem.] Quæ terram etiā ſiccam & arenoſam amplectitur. f Frigora.] Hiberna.nā & tranſalpina uineta perſæpe exurit Aquilo. g Ferociam.] Ideo Thraces inter ualidiſsimas Europæ gentes numerat: nam ad arma magis quàm quem aliū mollioris uitę uſum naſcuntur: eam ob rem poëtæ uetuſti, inter quos Euripides eſt, Thraciā Martis domiciliū appellarunt, & Strimoniū Martem ipſum ab amne eius terrę. Herod. quoq; Thracū Martem pulchrum nominat. nam unice aliquādo ab ipſis cultus eſt, adeo ut cum intonuit, aut fulgurauit, ſagittis in cœlum miſſis, Ioui minitati ſint, cum nulli alij diuinos honores, niſi Marti ſuo, tribui uellent, authore li. 4. Herod. h Paucos amnes.] Pro regionis magnitudine.. i Hebrū.] In quem Orphei caput proiectū, cū Cicones eum confeciſſent. Ouid. lib. 11. tranſform. Membra iacēt diuerſa locis, caput Hebre, lyramq́; Excipis. &c. Neſtus ut Diomedis ſtabulis infamis eſt, ita Democriti patria, quam præterfluit, clarus. De Strimone alibi referemus. k Hęmon.] ſitū ex Ptolemæo diſces: notiſsimi uero illi non tam Orphei fato, de quo lib. 11. trāsfor. Ouid. quàm altitudine ſua, frigoriſq́; & Boreæ ingēti in eis impetu. Polybius author eſt, ut ſcribit Strabo, Hęmū adeo eſſe altū, ut utrūq; ex eo mare Aegeū & Ioniū ſpectetur. quanquam falſum Strabo putat. Lege Liuiū li. 10. Decados quartę, ubi de Philippo, qui Hęmū eius rei pernoſcendæ gratia aſcendit. ab Hæmo accolę Hæmimontani dicti in Latina hiſtoria. l Initiāte.] Sacra illa inſtituēte: fertur enim Bacchanaliū in Thracia fuiſſe author, & ſui ipſius interitus prębuiſſe cauſam. Alij ob cōtēpta illa ſacrificia diſcerptū à Sithonijs putarūt, ad quod & illa Maronis accedūt, quę Georgicôn 4. pro Galli encomio ſcripta reliquit. m Altitudinis.] Sex millibus paſſuum in altū aſſurgit, Pli. Rodope nomen habet à Strimonis filia eius nominis, ex qua Neptunus Atho Gigantem genuit: unde & mōti iuxtà nomen. n Vna gens.] De Thracū moribus multa in eandem ſententiam Herod. li. 4. & 5. multa ex utroq; Solinus, nouiſsime uero Rhodiginus Cœlius lib. 10. ca. 22. o Ad mortē.] Quales Druidę in Gallia olim, de quibus 3. lib. p Getę.] Strab. lib. 7. ſcribit, Gręcis eos Getas dictos, qui utrunq; Iſtri latus incolunt: ſicut & Myſi, qui utriq; Thraces crediti ſunt, à quibus Myſi illi Aſiatici originem habuere. Conſtat ſanè Getas Gothos dictos, & cum Alanis proxime in ueram illam Thraciam inclinaſſe: nam & Oſtrogothos Peucinis finitimos fuiſſe notiſsimum eſt. De illis in Caracella Spartianus. Adde, inquit, ſi placet, Geticus maximus, quod Getam occiderat fratrem, & Gothi Getę dicerentur: quos ille, dum ad orientem tranſit, tumultuarijs pręlijs deuicerat. Sed aptior eſt propoſitę rei hic Capitolini ex Maximino locus. Et in Thracię uico, inquit, ubi genitus fuerat, poſſeſsiones comparauit, ac ſemper cum Gothis commercia exercuit: amatus eſt autem unice à Getis, quaſi eorum ciuis. Alani quicunq; ad ripam uenerunt, amicum eum donis uiciſsim recurrentibus approbabant. Non me latet alibi quoq; Getas habitaſſe: at Pomp. de Ponticis intelligit. q Varia opinio.] Qui mortē uitę anteponēdam, aut nihil ſaltem timendā eſſe ſibi perſuaſerunt. Ob id Getę, cęteris ſe Thracibus Dario dedentibus, fortiſsime reſtiterunt. Xamolxim ut numen uenerati ſunt,

Thracia Martis domicilium.

Hebrus.

Hæmus.

Rhodope.

Getæ Xamolxim uenerati.

[a] melius eſſe quàm uiuere.[b] Itaq; lugent apud q̃ſdã puerperia, natiq; deflent: funera contrà [c] feſta ſunt, & ueluti ſacra cãtu luſuq; celebrant.[d] Ne fœminis q̃dẽ ſegnis eſt animus ſup mortuorũ uirorũ corpora interfici, ſimulq; ſepeliri, [e] uotũ eximiũ habet: & q̃ plures ſimul ſingulis nuptę ſunt, cuius id ſit dec9 apud iudicaturos magno certamine affectãt, [f] morib. dat, eſtq; maxime lętum, cũ in hoc cõtendit, uincere. Mœrẽt [g] alię uocib9, & cũ acerbiſsimis plãctib. [h] efferũt. [i] At q̃b. cõſolari eas anim9 eſt, arma opesq; ad rogos deferũt, paratiq; (ut dictitãt) cũ fato iacẽtis, ſi [k] det in man9, uel paciſci, uel decernere, ubi nec pugnę, nec pecunię locus ſit, [l] manentq; dominas [m] proci. [n] Nupturæ

uenerati ſunt, adq; eum hoc pacto nuncium miſerunt, tribus tria iacula arrecta ſuſtinentibus: alij eum, quem miſſuri ſunt, manibus pedibusq; deprehenſis, in ſublime ejciũt: quod ſi iaculis affixus moritur, Deum ſibi propicium eſſe prædicãt: ſi uiuat, ut uirum malum, Deoq; indignum inſimulãt. Quis uero Xamolxis fuerit, atq; unde ſibi illa ueneratio, Herodotus ſcribit in 4. & lectu digna li. 7. Strabo. a Melius eſſe.] Multi enim extiterunt, qui non naſci optimum cenſebant, ut li. 7. Plin. ſcribit. Ferunt Silenum à Mida rege captũ, id ei muneris ꝓ ſua miſsione dediſſe. Docui te regem, nõ naſci lõge optimũ eſſe: proximum aũt, q̃ primũ mori. Lege Ciceronẽ in Tuſculana prima. b Itaq; lugentur.] A Drauſis id fieri ſcribit Herodotus lib. 5. Ad editum puerũ ſedentes plorant, & quaſcunq; neceſſe ſit illi, qui uitam ingreſſus eſt, perpeti, humanas calamitates recẽſent. Fato functũ magna lætitia terrę demandãt, referentes à quot quantisq; malis liberatus ſit. lege Solinũ. c Feſta.] Hilaritatis & lucis plena. Atq; utinam hic ſaltem mos Chriſtianis nobis receptus foret, quibus alius uitę indubitata eſt patefacta ueritas. Nam quid illæ pompę funebres ſibi uelint, haud ſanè uideo: id dubito lucri'ne magis an ſalutis gracia tot expenſis, quas nemo pauper Chriſtianus præſtare poſsit, indulgeatur? Præterea tot funália, tot pullæ ueſtes, & ille mœror omnibus triſtitiæ illecebris ex conſanguineis, amicis, uicinis tortus quid prodeſt? Laudo humanitatem, laudo commiſerationem, at modeſte admiſſam, ne fato, hoc eſt Diuinæ uoluntati inuidere iuſtitiæ tenorem uideamur. Cyprianus martyr in ſermone, quem ad fratres de immortalitate habuit, ſcribit ſibi reuelatum eſſe, ut aſsidue & publice prædicaret, fratres noſtros de ſeculo liberatos non eſſe lugendos, cum non amittantur, ſed præmittantur. Nec accipiendas eſſe hic atras ueſtes, quando illi ibi indumenta alba iam ſumpſerint, ne iuſtæ irriſionis occaſionem Gentilibus demus, cum iuſtos in conſpectu Dei uicturos fide credimus, mortuos, ceu perditi ſint, & optimo priuati bono, lugeamus. Quod dum fit, fidem quidem noſtram ſermone & uoce depromimus, cordis autem & pectoris teſtimonio non probamus. Hæc ferè diuus Cyprianus, ex Paulo credo uaſe electionis deprompta. Capite enim quarto prioris ad Theſſalonicenſes, fratres monet, ne de his, qui dormiunt, doleant more gentilium, qui ſpe carent. Nilus autem martyr, Mortuum, inquit, ne luge: communis etenim eſt uia, & beatus, qui præceſsit. Iam pluribus, quàm ut breuiter indicari poſsit, mortuos non eſſe lugendos docet Homilia ſeptuageſima Diuus Chryſoſtomus. d Ne fœminis.] Lege Solinum. e Votum.] Deſiderium. f Moribus.] Ita ut, quæ pudicitia inſignis fuerit, marito commoriatur. g Aliæ.] Coniuges, nam uni plures ſunt. h Efferunt.] Proprium id in hoc ſenſu uerbum eſt. Plinius libro ſeptimo, Ritu naturæ hominem gigni mos eſt, pedibus efferri. i At quibus.] Qui inquit, ſuperſtites coniuges conſolari uult, armis opibus'que ad rogum collatis, copiam ſibi fieri undecunque deſyderat: ut uel pacto, datis opibus, uel duello ſumptis armis, fatum commutare liceat: in loco uidelicet ubi nec opes, nec arma planè locum habent. Id mœrentibus fœmellis in primis dolorem mitigat. k Detur in manus.] Si liberum ſit. l Manent.] Sperant, expectant, ut Seruius exponit apud Virgilium, Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris. m Proci.] Quod recentes nuptias aut ſimulant, ut dolor abeat, aut reuera ambiendo apparant. Cur autem dolent? an quòd unà mori non licuit? an reuera quòd maritum in uita amarint? quod prioribus, quæ feſtum funus illis eſſe aſſerunt, non repugnat. De Getis enim eſt loquutus, & fœminis alioqui nimis uehementer amantibus, pro ſexus imbecillitate: dolere, ſi, quod amarunt, amiſerint, maximè genuinum eſt. Nam & uiros is affectus occupat. Antoninus enim Pius Imperator (ut in eius uita Capitolinus ſcribit) cum Marcum philoſophũ ſucceſſorẽ poſtea ſuum aulici à dolore, quem recẽti obitu educatoris ſui cõceperat, auocarẽt, palàm dixit: Permittite illi ut homo ſit: neq; enim uel philoſophia, uel imperium tollit affectus. n Nupturę.] Si forma inſignes ſunt, uendũtur; ſi deformes, locãtur, dote ſcilicet illi, q̃ ad ducendã eam rogatur, expẽſa, idẽ Herod.

Non naſci optimum.

Drauſi.

In funebrem luxum, & luctum.

Diuus Cyprianus.

Pulchrum Antonini dictum.

uirgines nõ à parentibus uiris tradunt̃,ſed publice aut locant̃ ducẽdæ,aut [a] ueneũt. Vtrum fiat ex ſpecie & morib. cauſa eſt. Probę formoſęq́; in precio ſunt: cęteras qui habeãt, mercede quęruntur. Vini uſus quibuſdã ignotus eſt: epulantib. tamẽ ubi ſuper ignes, q̃s circunſident, quædam [b] ſemina ingeſta ſunt, ſimilis ebrietati hilaritas ex nidore cõtingit. In litorib. Iſtro ꝓxima eſt [c] Iſtropolis, deinde à Mileſijs deducta [d] Galatis & Tritonice, & portus Caria, & Tiriſtris ꝓmontoriũ, q̃d prętervectos alter Põti angulus accipit aduerſ9 Phaſiaco, & niſi amplior foret, ſimilis fuit. Hic Bizone motu terrę intercidit. Eſt port9 [e] Crunos, urbes Dionyſiopolis, Odeſſos, Meſsẽbria, Anchialos, & intimo in ſinu, atq; ubi Põt9 alterum ſui flexũ angulo finit, magna [f] Apollonia. [g] Recta dehinc ora, niſi q̃d media fermè in ꝓmontoriũ, q̃d Thiniã uocãt, exit, & incuruis cõtra ſe litorib. obtendit: urbẽ ſuſtinet Halmydeſſon & Phileas & Phinopolim. Hactenus Põtus, deinde eſt Boſphor9 & Propõtis. In Boſphoro [h] Byzantiũ, in Propõtide [i] Selymbria, Perinth9, Bathynis, amnesq́;, q̃

& Solinus ſcribunt. a Veneunt.] Venduntur. b Semina ingeſta.] Quę nam illa ſint, quęritur. Plutarchus in quęſtionibus author eſt, hederę ſuffitum in uenerẽ trahere, & ebrietatem abſq; uino inducere, furoreq́; efficere animi. Dioſcorid. quoq; li. de medica materia. 2. Hederę nigrę ſuccum, & corymbos potos mentẽ cõturbare ſolere tradit. Hãc & ſeminibus uim ineſſe quis neget? At in aperto eſt, pharmaca eſſe, quę ſtuporẽ, quę ueſaniã, quę ſomnum altiſsimũ, & ſi citra modũ applicentur, mortẽ ex frigore afferant. Pari ratione ſunt, quæ pota uoratavé aut olfacta, ſpiritus iuuare, ipſumq́; exhilarare animum queũt. Poſtremo fumos è ſeminibus ſuſcitari igne poſſe, quib. caput uini modo tentetur, q̃ modo de ſalice tradit Plinius: eoq; pacto hilaritatem etiã è re noxia ſuſcitari, cum omnis ebrietas naturæ uim inferat. Tradit Hero. inſigne eſſe, ſi notis apud eos fœminę in frõte punctę ſint: contrariũ autem ignobile: item ocioſum eſſe pro honeſtiſsimo haberi, agricolã pro contemptiſsimo: pulcherrimum uerò eſſe omnium, è rapto uiuere. Mirũ aũt & illud *Thraces muſicæ ſtudioſi.* eſt, Thracas filios ſuos erudire muſica ſolitos ad annos uſq;. 30. ut animi aſſueti duro cœlo, & frigoribus rigidi, aliquantulũ per eam lenirẽtur, cultioresq́; mores fierent. Polybius eſt author. c Iſtropolis.] Stra. lib. 7 Iſtron nominat, & Hero. li. 2. iuxta Iſtriõ Mileſiorum coloniam in Euxinum labi Danubium ſcribit. Appia. certe in Illyrico Iſtrõ. d Galatis.] Hiſtro poẽta nobilis, qui de Tragœdia inſignẽ librum edidit, Hermol. Citra Tritonicen Tomos eſt oppidum Naſonis exilio notum, quod ipſum & à Mileſijs deductum Ouid. innuit li. triſtiũ. 1. A' quib. adueniat Miletita ſoſpes ad urbem, Offenſi quo *Tomos.* me contulit ira Dei. Cur autem Tomos dictum ſit, eodem lib. his uerſibus exponit. Inde Tomos locus eſt dictus, quia fertur in illo Mẽbra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Nam τομὴν Græci inciſionem dicunt. Abſyrtus autem ille fuit Medeæ crudelitate ſectus, ut idem. 3. triſt. ſcribit. *Tortellij incuria.* Miror autem Tortellium Grammaticum alioqui minime proletariũ dicere potuiſſe ad Phaſidis oſtiũ Tomon ſitũ, cum ipſe Ouid. ſerie locorũ per Thraciũ litus diligentiſsime ſeruata, *Cruni.* trans Meſſembriã, & Odeſſon locet. De Tiriſtri Ptol. de Bizone etiã li. 2. Plin. e Crunos.] Plin. 11. ca. li. 4. Dionyſiopolis, inquit, ante Crunos. Portus aũt à ſalientibus aquis nomẽ habet, qui græce Cruni appellantur, Hermol. Loca reliqua notiſsima ſunt ex Ouid. triſt. & Illyrico Appiani: ut omittã cęteros. f Apollonia.] Hęc, ex qua Lucullus Coloſſum extulit A- *Apollonia.* pollinis, Calamidis opus, & in Capitolio Romę ſtatuit, ut Strab. lib. 7. & alicubi Appianus, Plin. & Solin. authores ſunt, etiam ſi alicubi ex inſula Apolloniatarum allatum innuit Plin. quod imitatus Solin. oppidi continentis nõ meminit. De Meſſembria non præterierim Menembriam aliquando dictã à Mena cõditore. nã Bria Thracum lingua ciuitas dicitur, Strab. li. 7. g Recta.] Nõ dixit ęqua. nam aliquot finibus curuatus, ſed quòd recto continentis tractu in Boſphorũ tenditur. Vide Ptol. cui cum Pomp. in ſequentiũ locorum ſerie cum primis conuenit. Notandũ uero à Meſſembria eius Thraciæ initiũ eſſe, quę proprie Thracia di- *Byzantium.* citur. h Byzantiũ.] A' Pauſania Spartano cõdita, ut Iuſti. li. 4. Euſtathius à Byze Megarenſiũ claſsis prefecto: liberę olim cõditionis, & Ligos ante dicta Pli. hodie à Cõſtantino magno Cõſtantinopolis, & antea quoque noua. Rom. mox temporibus Seueri, & filij ſui Antonij, Antonia uocita. Expugnata à Maumethe Turca Anno ſalutis noſtræ. 1453. magna Chriſtianę pietatis iactura: proximis uero annis ingenti terræmotu concuſſa multis in locis corruit. Meminit ſitus, originis, & potentiæ ueteris Cornelius Tacitus libro. 12. i Selymbria.]

Per. B.

Per.B.Clariſsimę in hoc litore,Ptolemæo,cæteris: quanquã Bithynum fluuiũ Ptolemęus fa cit,iuxta quem eiuſdẽ nominis (ut frequenter) oppidũ eſſe potuit. Perinthus clara Amphi-theatro ſolidi marmoris,quod inter orbis miracula ſpectatum eſt.Ammianus lib.22. Hercu-lem ait eam conditam comitis ſui memoriæ dedicaſſe. De Perintho Diod.lib.16.in amnibus quoq; nõ cõuenit.nam eoſdẽ diuerſis nominibus appellari Põponio & Ptolemæo,nõ obſcu rum eſt.In huius oræ receſſu arx eſt Byzia regum Thracię,hirundinibus ob Terei nefandum crimẽ inuiſa:nõ quòd illic fa cinus patratũ ſit,in Daulide enim oppido Phocidis cõti-git, ſed quòd ea Terei patria fuerit, teſtibus Thucydid. & Pauſania. *Byzia.*

interfluũt, Erginus & Atyras, Tũ [a] Rheſo regnata quondã pars Thracię, & [b] Byſanthe Samiorũ, & ingens aliquando Cypſella. Poſt locus, quem Grai [c] μακρόν τεῖχος appellant, & in radice magnæ peninſulę ſedes [d] Lyſimachia, [e] Terra, quę ſequitũ, nuſquã lata, atq; [f] hic arctiſsima inter Helleſpontũ Ægeumq; pcurrit: anguſtias Iſthmon, frontẽ eius [g] Maſtuſiã totã [h] Cherſoneſum appellãt. Ob multa memorabilis eſt. In ea flumẽ [i] Ægos naufragio claſsis Atticę inſigne. Eſt & Abydo obiacẽs Seſtos, Leãdri amore pnobilis. [k] Eſt & regio, in q̃ Perſarũ exercit9 diuiſas ſpacio, pelagoq; terras auſus põtib. iũgere (mirũ atq; ingẽs facin9) ex Aſia in Gręciã pedes, & nõ nauigata maria trãſgreſſ9

a Rheſo.] Qui Troianis contra Argiuos auxiliatus eſt,equis optimis & celerrimis uſus. eum ab Vlyſſe & Diomede occiſũ Homerus ſcribit.li.Iliad.10.com meminit Virg. Aeneid. primo. b Byſanthe.] Ptol.Biſaltam nominat. At alios Biſaltos eſſe cõſtat,trãs Strimonem liberæ cõditionis In Macedonia, Plinio: apud quos lepores ſunt duplici iecinore inſignes.Gel.ca.15. libri.16. Cypſellã, Stra.li.7. Cypſelũ, Plin.Cypſellam nominat. c μακρὸν τεῖχος.] Hoc eſt lõgum murum.Pli.li.4.oppidum facit,dictum quod à Propontide ad ſinum Meleũ inter duo maria porrectis muris procurrentem excludit Cherroneſum.hunc à Milciade extructum Herod.teſtis eſt.Pari ſtudio principes Romani multis retro ſeculis cultiorem Britanniæ partem contra Barbarorum, qui interiora habitarẽt, eruptiones muro producto cinxere,ut Hadrianus.80. millia paſſuum longum murũ fecit,authore Spartiano: qui idem de Seuero, Britanniam,inquit,quod maximum Imperij eius decus eſt,muro per trãſuerſam inſulam ducto utrinq; ad finẽ oceani muniuit. Qua de re Britannici indeptus eſt nomẽ. d Lyſimachia.] A Lyſimacho Macedone cõditore dicta:qui,ut Iuſtin.lib. 15. author eſt, uirtute & amore literarum illuſtris fuit. Nam Calliſthenem philoſophum,quem Alexander mutilatum cum cane in caueam cõcluſerat, de uirtute ſæpe diſputantem libentiſsime audiuit,adeoq; dilexit,ut hominis miſertus, uenenum in remedium calamitatis dederit. Id Alexander cum reſciſſet, leoni obijci Lyſimachum iuſsit. Cumq; ad aſpectum eius leo impetum feciſſet, manũ manipulo inuolutã Lyſimachus in os leonis immiſit, arreptaq; lingua feram exanimauit. Quod cum nunciatum regi eſſet,admiratio ceſsit in ſatisfactionem: nam chariorem eum deinceps ob conſtantiam tantæ uirtutis habuit. e Terra.] Diſce ſitum ex Ptolemæo. f Hic.] Iuxta Lyſimachiam,ubi à continente,anguſto porrigitur Iſthmo in Helleſpontum. g Maſtuſiam.] Promontorium,Solino.Plin.li.4. Dein,inquit,promontorium Cherſoneſi Maſtuſia,aduerſum Sigeo: in cuius frõte obliqua Cynoſſema,ita appellatur Hecubę tumulus,Statio Achæorum turris, & delubrum Proteſilai, & in extrema Cherroneſi fronte, quę uocatur Aeolium, oppidũ Eleus.In eandem ſententiã & Strabo. Nec ignoro eius nominis promon. & opp. in Troade fuiſſe. h Cherſoneſus.] Gręcis χέρσος terra, νῆσος autem inſula dicitur. Cherſoneſus igitur peninſula eſt.Scribitur hæc dictio nonnunquã litera geminata.Quatuor inſignes paſsim Cherſoneſi memorantur, Taurica ſcilicet, in Euxino & Mæotide, Thracia hæc,de qua in præſentia fit mentio, Aurea tertia ſupra Gangem in ortum, iuxta ſinum,qui Magnus dicitur Ptol. & Cymbrica ſeptentrionalis,quę Daciam habet,quam Daniam Saxo Grammaticus uocat,Germani hodie Denmarck. Peloponneſus uero maior celebriorq; eſt, quàm ut Cherſoneſi nomẽ admittat:quanquam & ipſam nominis etymo fretus Cherſoneſum Strab. nominat. & minoris Aſię in noſtrum mare procurſus Cherroneſus dictus authoribus nõ proletarijs. i Aegos.] Marcell.22.Cherſoneſum,inquit,pulſat Aegos Potamos, in quo loco lapides caſuros ex cœlo prædixit Anaxagoras. Quod ipſum & Plin. cap.50.libro 2.adnotauit.Illic autem claſſem Atticam fregit Liſander Lacedæmonius,Athenis poſtea ſemidirûtis, & triginta Tyrannis impoſitis,ut Plutar. in eius uita eſt author. Meminit & Iuſtin.lib.5. k Eſt & regio.] Xerxes in Græciam iturus, anguſtiam Helleſponti,iunctis nauibus ita oppleuit,ut maria ante nauigata pediti peruia eſſent,inaudito facinore, quod tamen Perſarum potentia fuerit auſa: meminere libro 2.Iuſtin. Cicero libro de finibus.2. & alicubi Iuuenalis,

Lyſimachus. *Maſtuſia.* *Quatuor inſignes Cherroneſi.* *Xerxes.*

eſt. Sunt [a] Proteſilai oſſa cõſecrata delubro. Eſt & portus [b] Cœlos, Atheniẽſibus, & Lacedęmoniis nauali acie decernẽtib9, Laconicę claſsis ſignat9 excidio. Eſt [c] κυνόσημα tumulus Hecubę, ſiue ex figura canis, in quã cõuerſa tradit̃, ſiue ex fortuna, in quam deciderat, [d] humili nomine accepto. eſt [e] Macidos, eſt [f] Eleus, quę finit Helleſpõtũ. Aegeũ ſtatim pelagus uaſte lõgũ litus impellit, ſummoſtasq́ terras [g] hinc ad ꝑmontoriũ. q̃d [h] Suniũ uocatur, magno ambitu mõlliq́ circũagit. Eius tractũ legentibus pręuectisq́ Maſtuſiã, tũ ſinus intrandus eſt, q [i] alterũ Cherſoneſi latus abluẽs, [k] iugo facie uallis includit, & ex fluuio, quẽ accipit, [l] Melas dict9: duas urbes amplectit̃ [m] Alopeconeſum, & in altero Iſthmi litore ſitã [n] Cardiã. Eximia eſt [o] Ænos ab Ænea ꝓfugo cõdita. Circa [p] Hebrũ Cicones, trans eundem [q] Doriſcos, ubi Xerxem copias ſuas, quia numero non poterat, ſpacio menſum ferunt. Deinde ꝑmontoriũ [r] Seriũ, ex q̃ canentẽ Orphea ſequuta narrãt nemora Zone. Tũ Scœnos fluuius, & ripis eius adiacens Maronia

Lucretius. Iuuenalis, Lucanus, Solinus, Plutarchus, Martianus Capel. li. 6. Cęteri nõ ſuccurrũt: niſi quis illa Lucretii de Xerxe carmina ex li. eius. 3. mauult: Ille quoq́ ipſe uiam qui quondã per mare magnum Strauit, iterq́ dedit legionib. ire per altũ. Ac pedib. ſalſas docuit ſuperare lacunas, Et cõtempſit equis inſultans murmura Ponti, &c. a Proteſilai.] Meminit Thucydides. 8. li. Theſſalus ille fuit ex Phylace, & Laodomię Acaſti filiæ coniunx. Ouid. b Cœlos.] Meminit Plin. Thucydides. 8. li. pugnã naualẽ iuxta Abydum Athenienſibus cum Syracuſanis & Lacedæmoniis fuiſſe ſcribit, Thraſyllo uidelicet & Thraſybulo ducib9, inſigni parta uictoria. De hac Melã intelligere crediderim. Sũt qui ad Alcibiadem referre malint, quẽ Lacedæmonios uiciſſe, octoginta nauibus amiſsis, & propè omnibus eorũ ducibus cęſis, Plutarch. & Iuſtinus ſcribunt. Ad hũc quoq́ portũ Milciadis & Hiſtorici Thucydidis mõſtrari tumu-

Cynoſſema. los Ammianus ait. c κυνόσ σημα.] Thucyd. 8. li. Siniſtrũ, inquit, cornu iã ꝑmontoriũ exceſſerat, quod uocãt canis ſepulchrũ: ita Valla interpretatus eſt. Græcis σῆμα ſepulchrũ ſignificat. Meminit Ouid. li. trãsfor. 13. Locus extat, & ex re nomen habet. d Humili.] Quid enim abiectius ſit tumulo canis, cui nõ niſi ſordidiſsimis in locis liceat contabeſcere? e Macidos.] Haud dubie illa, quam Madi Ptolemæus nominat, degenere fortaſſe uocabulo.

Eleus. f Eleus.] Eleus Eleuntis dicitur, ut Mius, Trapez9, &c. Thucyd. li. 8. Pelopõnenſes ſubeuntes Cherſoneſum nauigarunt in Eleuntem. Meminit eius

Sunium. li. 7. Herodotus: ab ea Eleuntii dicti. Thucyd. eodẽ li. Nam cęteras Eleuntii concremarant. De Aegeo ſuprà diximus. g Hinc.] Ab Eleunte. h Suniũ.] Quod in extima eſt acie Helladis, ſupra Athenas & Marathonem. Vide tab. 10. Europę apud Ptol. i Alterũ Cherſoneſi latus.] Occiduum. k Iugo.] Litoris iugi forma decliui curſu expanſi: quo fit ut uallis faciem ſinus, ſi litus reſpicis, habeat. l Melas.] Plinius & Strabo lib. 7. Melanen, Ptol. Melanum nominat. Liuius libro belli Macedonici. 3. Profectus eſt, inquit, à Lyſimachia die ad

Alopeconeſus. amnem Melana, quem uocant. m Alopeconeſum.] Plin. non continentis oppidum, ſed inſulam facit. cap. 12. lib. 4. Alopeconeſus, inquit, haud procul à Cœlo Cherroneſi portu, &c. Ad quod & nominis accedit etymus: nam ἀλώπηξ Græcis uulpes, νῆσος (ut ante diximus.) inſula. Sed nil repugnat inſulam & continentis oppidũ fuiſſe, ut de Arado ſupra retulimus. Stephanus oppidum è uulpium catulis ibi repertis nomen obtinuiſſe ſcribit. n Cardiam.] In eo Iſthmo duę inſignes urbes ſunt, Cardia Aegei litoris, & Propontiaci Pactias, de quibus diligentiſsime, ut ſolet, apud Plin. Hermolaus: meminit urbium quoq́ lib. 6. Herod. o Aenos.] Plin. oppidũ Aenos liberũ cum Polydori tumulo. De ipſo Aeneas apud Virg. li. 3. feror huc & littore curuo Mœnia prima loco. Lege ibidem Seruium. Strab. ab Aeno fluuio, qui eam abluit, dici mauult, aut certe ab Aeno Gynei fratre. p Hebrus.] Martianus lib. 6. Hebrum, inquit, Odryſię niues complent, qui inter diuerſos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Ad hos miræ naturæ flumen eſt. Ouidius libro. 15. Flumen habent Cicones,

Doriſcos. quod potum ſaxea reddit Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus. q Doriſcos.] Plinius: Tum locus Doriſcos. 120. millium capax, ita Xerxes ibi dinumerauit exercitum. Fuit igitur tabulato cuipiã adſimilis, quo cõferto, quantũ militum eſſet, dinoſci potuit: alia enim ratio tantam multitudinem numerandi non ſuppetebat. Id quod pluribus lib. 7. Herodotus proſequitur. r Seriũ.] Plinius montẽ, non promontorium nominat, quanquam illa nõ admodum inter ſe pugnant. De Orpheo ut cecinerit, ut arbores, ſaxa, feras, flumina illexerit ſono, nemo neſcit: meminit Herod. lib. 7. Ouidius. lib. 11. transfor. Horatius Ode. 12. primi

Carmi-

Carmi.Zone ex Plí.Stra.Hero.notiſsimũ eſt. a Regio ulterior.]Capella li.6.Mox regio Maronęa, & Tynda oppidum, in quo equi Diomedis ſtabulati: etiã ſi corrupti codices Tyrida habent.Fabulę meminere: Seneca in Hercule furente. Hercules apud Ouid. Quid cum Thracis equos humano ſanguine pingues, Plenaq; corporibus laceris præſępia uidi? Lege Diod. lib.5. Maro: In Diomedis uictoria nona quadrigis. Originem fabulæ fecit loci ingeniũ. Nam iuxta Abdera & limitẽ, qui Diomedis uocatur, equi paſti in rabiẽ uertuntur, ut .. ca.li.15. Plí. ſcribit. b Turris.]Solin.ſic: Sed ceſsit æuo, ſoluq; turris ueſtigium adhuc durat. c Abdera.] Abdera abderorũ pluratiuo frequẽtius, à quibus nõ longe Pangeus abeſt mons Thraciæ celebris Plí. Martian. li.6. Circa eũ, inqt, Abdera, cui conſtructę Diomedis ſoror ſuũ nomen adſcripſit, quod oppidum Democriti Phyſici ortu potius decoratur.

[a] Regio ulterior Diomedẽ tulit immanib. eqs mãdẽdos ſolitũ obiectare aduenas, & ijſdẽ ab Herculeobiectũ. [b] Turris, quã Diomedis uocãt, ſignũ fabulę remanet: & urbs, quã ſoror ei9 ſuo nomine nominauit [c] Abdera: ſed ea magis id memorãdũ habet, ꝙd Democritũ Phyſicũ tulit, ꝗ ꝙ ita cõdita eſt. Vltra [d] Neſtos fluit, interq; eũ & Strymona urbes ſunt, [e] Philippi, Apollonia, Amphipolis. Inter Strymona & Athõ turris [f] Calarnęa, & portꝰ Caprullõ, urbs Achãtos & Oeſyma. Inter Athõ & Pallenẽ Cleone & Olynthos. [g] Strymõ (ſicut diximꝰ) amnis eſt, lõgeq; ortus. & tenuis, alienis ſubinde aqs fit amplior, & ubi nõ lõge à mari lacũ fecit, maiore, ꝗ uenerat, alueo erũpit. [h] Athos mons eſt adeo elatus, ut credat̃ altius, ꝗ [i] unde imbres cadũt, ſurgere. Capit opinio fidẽ, qa de aris, quas in uertice ſuſtinet, nõ abluitur cinis, ſed, quo relinquitur, aggere manet. Cæterum nõ promontorio, ut alij, uerũ totus eſt, totoq; lõge [k] dorſo ꝑ

Democritus, ut li. 9. Laërtius ſcribit, uir contínẽtiſsimus, in fratres patrimoniũ partitus eſt, uiatico unice, ꝗ ad philoſophãdum pergeret, ſeruato: Fortunæ mortaliũ irriſor. Iuue. Satyr. 10. Ridebat curas, nec non & gaudia uulgi. Vixit annis nouem ſupra centũ, cũ ſeſe excęcaſſet, ut eo liberius ſuo acumine animus fungi frui que poſſet. Nõ præterierim hoc loco, Abderitas ſtoliditatis & inſaniæ inſimulari apud ſcriptores, ut li. de nat. Deorum. 2. ad inſaniam inclinatos Abderitas eſſe Cic. ſcripſit. Quin & ipſe Democritus, cũ inſan. à ſuis iudicatus eſſet, Hippocrates medicus in curam adhibitus, non ſolum non inſanũ, ſed ſapientiſsimum eſſe deprehendit: quod eius etiamnum epiſtola teſtatur extans. Martial. Abderitanam plebem eo ferè modo dixit, quo Aurem Batauam, lib. 10. cum inquit: Abderitanæ pectora plebis habes. Locus enim humilis & aſper fuit, pręterea in craſſo aëre ac plane Thracio ſitus: unde & prouerbio locus datus, Abdera pulchra Teiorum colonia: quo utimur, quoties tenuis fortunæ libertatem, magnis conditionibus ſeruitute & moleſtia preſsis, pluris nos facturos ſignificamus. De craſſo Abderorum aëre Iuuen. Satyr. 10. de Democrito: cuius prudentia monſtrat Summos poſſe uiros & magna exempla daturos, Veruecum in patria, craſſoq; ſub aëre naſci. d Neſtus.] Qui Pangeum ambit. Martiano & Ptol. Neſſus dictus eſt. eius ſupra meminimus. Iuxta palus eſt Byſtonia, & Byſtonij cognominati Thraces. e Philippi.] Plin. Philippos & Apolloniã cytra Strymonẽ Thraciã uerſus locat, quemadmodũ & Põp. & Ptol. moxq; aliam Apolloniam in Macedonia nominat. At Amphipolin in Macedonię ora trans Strymonẽ, nec Oeſymã eo in loco, quo Põp. ſed iuxta Neapolin & Philippos, ſicut Ptolemęus. Niſi aliud quoq; eius nominis oppidũ in Macedonia fuerit. Notandũ uerò obiter in terrenis Macedoniæ & Thraciæ non conuenire Strab. & Plin. Strymone hic Thraciam terminat, Ptol. Neſsi oſtijs, Pomponius initio ſinus Mecybernęi. f Calarnęa.] A Calarna oppido Macedoniæ, ut coniecturatur Hermol. De Achanto, iuxta quam Caprullon Pomponius ſtatuit. Ptole. prope Athon. De Olyntho & Cleone Plin. g Strymon.] Plinius Strymõ, inquit, ortus in Hęmo: memorandum in ſeptem lacus fundi, priuſquã dirigat curſum. Ab hoc Strymonius Gradiuus, & Grues Strymonię. Quippe ob Lacuſtria, magna illic ęſtiuo ſole harum eſt frequentia, Brumæ tempore in meridiana uolantiũ. Lucanus libro tertio, Deſeritur Strymon tepido committere Nilo Byſtonias cõſuetus aues, &c. Nõ præterierim ad Strymonem oppidum olim fuiſſe Thaſiorum Dathon, adeo omnium rerum copia cõmendatum, ut inde adagium tractum fuerit, Δάθος ἀγαθῶν, id eſt, Dathos bonorum, quo in rerum affluentia ſignificanda utimur. h Athos.] Quod de Atho Pomponius ſcribit, Theſſalico quoq; Olympo tribuit Solinus. i Vnde imbres.] Quod ſi ita eſt, ſupra mediam aëris regionẽ erigitur. k Toto dorſo.] Vide Ptolemæi tabulam decimam Europæ, & quemadmodum

Abdera.

Democritus.

Abderitæ ſtupidi.

Adagium.

Grues Strymoniæ.

Adagium.

Athos mons.

totus in

cedit in pelagus, qua cõtinēti adhęret, à Xerxe in Graios tendente perfoſſus, trāſnauigatusq́, & factus freto nauigabili perui9. Ima eius tenēt paruę Pelaſgorum colonię. In ſummo fuit oppidū[a] Acroathon, in q̊ (ut ferunt) dimidio[b] longior q̃ in alijs terris ætas habitantium erat.[c] Pallene ſoli tam patentis, ut quinque urbium ſedes ſit atq; ager: tota in altū abit, anguſta ſatis unde incipit. Ibi eſt[d] Potidea. At ubi laxius patet, Mēde Scione q; referēdæ: illa ab Hæretrijs, hęc ab Achiuis, capto Ilio, remeantibus poſita.

MACEDONIA.

TVm Macedonum populi,[f] quot urbes habitant? quarum[g] Pellam maxime illuſtrē alumni efficiunt,[h] Philippus Græcię domitor, Alexander etiã

totus in mare promineat, cernes. Plin. ſcribit. cap. 10. li. 4. procurrere eum in mare. 75. mil. paſſuum, latitudinem autem à Xerxe abſciſſam mille quingentorum paſſuum fuiſſe, ambitum radicis habere. 150. mil. paſ. Hero. 7. li. circumfoſſum eum à Xerxe magis oſtentationis gratia quàm neceſsitatis fuiſſe ait: quo maior Gręcis timor ſuſcitaretur. Foſſa adeo lata fuit, ut duabus triremibus unà illac eſſet iter. De Atho Maro paſsim. Ex eius uertice cum occiduus ſol eſt in Lemnon uſq; longe diſtantē inſulam umbra projcitur. Hinc illud eſt Statij lib. Theb. 5. Ingēti tellurem proximus umbra Veſtit Athō, nemorūq; obſcurat imagine Pontum.
Apollonius de Atho. Sūt & Apollonij ex li. Argonauticôn. 1. carmina de Atho, quæ in hunc modum latina fecit ERASMVS Roterod. Solis ad exortū uada ſalſa ſecātib. alto Vertice ſeſe oſtendit Athos mons Thracius, is qui Diſsitus à ſacra tāto diſcrimine Lemno, Quantū alata die ualeat trāſmittere nauis, Quin longinquam etiā pertingit aduſq; Myrinen. a Acroathon.] A uertice, qui Gręcis ἄκρον dicitur, nomē datum eſt, quod in ędito fuerit ſitum. b Lõgior q; in alijs.] Ideo & Macrobij id eſt longæui nominati, ſicut illi Mœreni, dę quibus 3. lib. referemus. Plin. Apolloniæ, quæ iuxta eſt, incolas Macrobios dictos eſſe ſcribit. Id, loci pręſtat ingenium ob defecatum aërem, & Aquilonis ſalubres flatus alte aſſurgentis. Colonię autem, quarum Pomp. non meminit, ſunt Vranopolis, Thyſſus, & præter alias ipſa Cleone. c Pallene.]
Prothei patria. Ciuitas, Prothei patria, ut Maro Geor. 4. Hic nunc Aemathiæ portus patriamq́; reuiſit Pallenem, &c. Fuit & eiuſdem nominis tractus uicinus, de quo Mela. d Potidea.] Prius Hipaleſtia, Plinij uerò tēporibus Caſſandra dicta. De Mende & Scione Stephanus de urbibus in eandem ſententiam retulit. Eretrios autem illos ex Eubœa fuiſſe multa indicant, quanquã & in Theſſalis Eretria fuit illi cognominis, Straboni.

MACEDONIA.

MAcedonia militiæ robore, & regum antiquorum claritate, uetuſtęq; fama gentis, & magnitudine imperij, quo multam quondam Europæ maiorem partem Aſię obtinuerat armis, clariſsima fuit, multis ante nominibus dicta: nam & Hęmonia & Aemathia uocata eſt, Macedonia autem à Macedone Deucalionis nepote, ut Solin. ſcribit. Eam à ſeptentrione, à Dalmatia Mœſiaq; montana ſeiungunt, ab occaſu Adriatico ſiue Ionio, ab ortu Aegeo abluitur: meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipſa Græcia excipiunt. Nam Theſſaliam Macedoniæ iungunt Ptol. & Pomp. Plin. ſeorſum eius cōmeminit cap. 5. lib. 4. Nihil autem refert, ſeiungat'ne quis Theſſaliam, an Macedoniæ faciat partem, dummodo conſtet, quas terras intelligamus. f Quot urbes.] Plurimas certe. Libet uero huc adſcribere Plinij de Macedonia uerba, ex libro eius 4. quæ ferè in hunc modum habent. Hæc eſt Macedonia terrarum imperio potita quondam: Hæc Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Caucaſum tranſgreſſa: hæc in Bactris, Medis, Perſis dominata, toto Oriente poſſeſſo: hæc etiam Indiæ uictrix per ueſtigia Liberi patris atque Herculis uagata. Hæc eadem eſt Macedonia, cuius uno die Paulus Aemilius imperator noſter. 72. urbes direptas uendidit. Hactenus Plinius. Non indigna lectu libro ſeptimo de Macedon. ſcripſit Iuſtin. g Pellam.] Ab hac uterq; Pellæus dictus eſt. Iuuen. de Alexandro Satyr. 10. Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis. De Philippo Luca. libro decimo. Illic Pellæi proles ueſana Philippi. Remotior quidem à litore, uerum in Thermaicum imminens ſinum. Vide tabulam Europæ decimam apud Ptolemæum. Fuit & Syriæ Pella ab hac Macedonica alia: iuxta quam memorabile quondam Hippotrophium, id eſt alendorum equorum locus fuit Strab. lib. 16. h Philippus.]

Macedoniæ fortunæ uarietas.

Pella.

Huius

Aſię. In litore flexus Mecybernęus inter ꝓmõtoria diuidit Canaſtreũ & portũ, ꝗ Copos dicit̃: urbes Toronẽ & Phyſcellã, atq; unde nomẽ eſt ipſi, Mecybernã incingit. Canaſtreo ꝓmõtorio Scione proxima eſt.[a] Mecybernęus aũt in medio, qua terra dat gremiũ,[b] modice in litora ingredit̃. Cæterũ longis in altũ immiſsis lateribus ingẽs inter maria ſinus eſt. In eũ[c] Axius per Macedonas, etiã per Theſſalos[d] Peneus excurrit. Ante Axium[e] Theſſalonice eſt. Inter utrunq;[f] Caſſandria, Cydna, Azoros, Derris: à Peneo Sepias, Cordynia, Melibœa, Caſtanea, pares ad famã, niſi q̊d[g] Philoctetes alumnus Melibœã illuminat.[h] Terræ interiores claris locorũ nominibus inſignes penè nihil ignobile ferũt. Hinc nõ longe eſt[i] Olympus,

Huius & filij ductu, uiribus & imperio Macedonia promouit, magna quidem gloria, uerum miſera multorũ clade: nam qui ſuis terris contenti non ſunt principes, dum aliena inuadunt, & ſeruitute premũt, belli quidẽ ſibi & uirtute eximij, at deo, ac ſubditis, quos natura liberos eſſe uoluit, inuiſi odioſiq; fiunt. Sene. lib. nat. q. 3. non tam eleganter quàm uere de Philippo & Alexandro ſic refert, Quanto potius deorum opera celebrare, quàm Philippi & Alexandri latrocinia, qui exitio gentium clari, non minores fuere peſtes mortalium, quàm inundatio, qua planũ omne perfuſum eſt, quàm conflagratio, qua magna pars animantiũ exaruit? a Mecybernęus.] Omnium eius litorum maximus, & late in terras ſeſe recipiens. Plin. & Ptol. Thermaicũ nominant à Therme oppido, cuius inter alia eius litoris oppida Herod. meminit lib. 7. & Strab. li. 7. De Canaſtreo Plin. De Copo non ſuccurrit, ubi legerim: Torones, Phyſcellę & Mecybernęi Plin. meminit. Illud obiter annotandum duxi, Claudio Ptol. lib. 3. Toronicum ſinũ alium à Mecybernæo ſtatui, & in eo Toronem iuxta ꝓmontoriũ, quod ipſe Derrin uocat. Quem totum tamen tractũ Pomp. Thermęo ſiue Thermaico ſinu claudit. A Ptol. Tacitus eſt, qui libro quinto, ubi de Sabino ſic ait: Igitur quo uera ſeu falſa anteiret Toronæum Thermæum'que ſinum prętestinans, mox Eubœam Aegei maris inſulam, & Piræum Atticæ oræ, dein Corinthienſe litus anguſtiasq; Iſthmi euadit, mariq; alio Nicopolin, Romanam coloniam ingreſſus, &c. b Modice in litora.] Confer ad picturam, & ita eſſe deprehendes. c Axius.] Amnis limpidiſsimus, & ſpecie omnibus comparabilis: meminit eius Herod. 7. lib. & lib. 2. Iliados Homerus. Plin. lib. 31. ex ueterum authoritate tradit Axium pecudem ſuis potam aquis nigrã efficere, diuerſa ab Haliacmo uicino amne natura: hic enim uelleris nitorem potæ ex ſe pecudi aſſeruat. d Peneus.] Iuxta Gomphos ex Epiroticis iugis ortus Theſſalica tempe perlabitur, amnis iam ab alta uetuſtate clariſsimus, & poëtis græcis latinisq; celebratus, ſupraq; quàm credi poſsit, ſpecioſus. calculo enim uiridis eſt, multo circa ripam gramine, canorus auium cõcentu. Lege Plin. 8. cap. libro quarto. Ferunt amnem in eum Orcon nomine deſcendere, quem admiſſum non recipiat, ſed olei modo ſupernatantem breui ſpacio portatum abdicet, pœnales aquas dirisq; genitas argenteis ſuis miſceri recuſans. Orcon Luca. Tytareſum nominat lib. 6. Solus in alterius nomen cum uenerit undæ, Defendit Tytareſus aquas lapſusq; ſuperne Gurgite Penei pro ſiccis utitur aruis. Hunc fama eſt ſtygijs manare paludibus amnem, Et capitis memorem fluuij contagia uilis Nole pati, ſuperumq; ſibi ſeruare nitorem. e Theſſalonice.] Halia ante dicta, liberæ olim conditionis, & inter urbes eius litoris clariſsima, ut Strab. ait. Alumnum habuit ætate noſtra Theodorum Gazam, uirum de græcis latinisq; literis maxime meritum: qui tamen (tantus eſt artium honos uidelicet) Romam deſerere rerum inopia coactus eſt, alibi mox ſumma in miſeria mortuus, cum ſacerdos eſſet, authore in clarorum hominum nomenclatura Raphaële. f Caſſandria.] Conuenit plane inter ſcriptores de his oppidis, ſed ſitus in pleriſque non nihil diuerſus eſt. Id monuerim, Aloron aliam ab Azoro eſſe in Macedonia: cum hæc maritima ſit, illa propè Axij fontes ſita Ptolemæo. De Cordynia Ptolemæus: qui idem libro tertio Derrin promontorium cognomine oppido in hoc litore ſtatuit. Hermolaus ex Stephano Eloros legit, non Azoros, coniectura ductus, cui non refragor. g Philoctetes.] Peantis filius, & quem Hercules cum hominem in Oeta exuturus eſſet, ſuis ſagittis donauit, & ne corporis reliquias mõſtraret, uetuit. ad quod ſexto libro Lucanus alluſit, cum inquit: Precioq; nephandę Lampados Herculeis fortis Melibœa pharetris. Meminit eius Ouid. 13. transformat. &. Virgil. 3. Aeneid. ubi de Petilia Seruius. h Terrę interiores.] Locorum celebritate motus Pomponius, à maritimis digreſſus, totam obiter Gręciã peruagatur, id quod hactenus nulli terrarum tribuit, cum ex profeſſo litora ſequeretur, Varronem indubie imitatus, cuius, ut Solinus innuit, de litoralibus uolumen extitit. Et Geographiam ſcripſiſſe Varronem Gellius teſtatur, 7. capite libri decimi. i Olympus.]

Senecæ de Philippo et Alexandro ſententia.

Axius.

Peneus.

Orcus.

Tytareſus.

Theſſalonice.

Theodorus Gaza.

Mela Varronem imitatus.

Quatuor & triginta montes in Theſſalia eſſe, omnes uero Theatrali modo inflexos, cauea-
tis ante eos.75. urbibus ſcribit li.4.Plinius.Strabo libro nono, totã terram illam aliquando
ſtagnaſſe ex uetuſtatis fama retulit: montes enim coërcebant,& altiora campis loca litus ha-
bebat. Poſt terræmotu facto,montes abruptos & exitum undis relictum eſſe ſcribit, à quo
Theſſalia olim lacuſtris. tempore Theſſalica Tempe cœperint: duobus lacubus reliquis,quorum alter Naſonius,al-
ter Bœbeis dicitur.Scribit in eandẽ ſententiã digna lectu Herod.lib. 7. Lucanus libro ſexto.

hic [a] Pelion, hic [b] Oſſa, montes gigantũ fabula belloq; memorati, hic muſarum parens domusq; [c] Pieria, hic nouiſsime [d] calcatũ Graio Herculi ſolũ, [e] ſaltꝰ Oetęus, hic ſacro nemore nobilia [f] tẽpe, hic [g] Libethra carminũq; fontes obiacẽt. [h] Tũ iam

Lucanus. Hos inter mõtes, media qui
ualle premuntur, Perpetuis
quondã latuere paludib. a-
gri,&c. Claudianus quoq; li
bro de raptu Proſerpinæ.2.
Sic cũ Theſſaliam ſcopulis
incluſa teneret,Peneo ſtagnã
te palus,& merſa negaret Ar
ua coli:trifida Neptunus cu
ſpide montes Impulit aduer
ſos:tum forti ſaucius ictu Diſsiluit gelido uertex Oſſeus Olympo,Carceribus laxãtur aquę,
fractoq; meatu, Redduntur fluuijq; mari,tellusq; colonis. Incolæ enim,ut Herodotus ſcribit,
Neptuno tribuerunt: at pleriq; Herculi, ut Diodorus libro. 5. & Seneca in Hercule furente.
Olympus. De ipſo Olympo præcelſæ magnitudinis Solinus. De gigantibus, quod ad Phyſicam atti-
Gigantes. nere uidebatur, in Lycia retulimus. Macrobius ad mores referens libro Somnij primo, blaſ-
phemos omnes,& duræ in Deos ceruicis homines eo nomine cenſet. Quod ad fabuloſa atti-
net,multis Ouidius libro Faſt. quinto. Lucanus libro quinto: Nec metuens imi Borean ha-
bitator Olympi,Lucentẽ totis ignorat noctibus Arcton. Claudian. in Stiliconis encomio:
Altus Olympi Vertex, qui ſpatio uentos hyemesq; relinquit, Perpetuum nulla temeratus
Pelius. nube ſerenum. a Pelion.] Clarus & Pelei nuptijs & Chyronis fama,qui eum inhabitaſ-
ſe fertur. Ouidius Faſto.5. Pelion Hæmoniæ mons eſt obuerſus in Auſtros, Summa uirent
pinu,cætera quercus habet. Phyllirides tenuit,ſaxo ſtant antra uetuſto,Quæ iuſtum memo-
rant incoluiſſe ſenem. Hic eſt Pelion,qui Argo nauis fabricandæ materiem præbuit, ut libro
primo Flaccus teſtatur. Catullus in nuptijs Pelei: Peliaco quondam prognatæ uertice pi-
nus dicuntur liquidas Neptuni naſſe per undas, Phaſidos ad fluctus, &c. Adeo altus eſt; ut
Dicearchus mathematicus regum cura montes permenſus, omnium eum altiſsimum pro-
diderit. Hinc illud eſt Ouidij libro Faſtorum primo: Summaq; Peliacus ſidera tangit apex.
Oſſa. b Oſſa.] Pelio uicina,& gigantum pugna notiſsima. Lucanus libro ſexto, Theſſaliam,
qua parte diem brumalibus horis Attollit Titan,rupes Oſſea coërcet. Sunt iuxta æque clari,
Pieria. Pierius,Pindus,Othrys. Situm diſce ex tabula decima Europę Ptolemæi. c Pieria.] Op-
pidum Macedoniæ ad ſinum Thermæum, Ptolemæo. At Pomponius regionem Olympo
uicinam intelligit, à Pieride ſylua cognominatam: ad quam Thracibus,qui Pieres uocaban
tur,extinctis, Macedones habitarunt, ut Strabo libro nono, ubi de Helicone & Bœotiæ lo-
cis commeminit, affirmat, ſi modo, quod ſuſpicor, non aliam intelligit. Feſtus Pompeius,
Pierides, inquit, muſæ propter amœnitatem ac ſolitudinem Pierij montis dictæ uidentur:
quoniam eæ ſecretis locis propter ſtudia liberalia delectantur. Sunt uero qui à Pieri filia-
Nota. bus, quas cantu uicerunt, dictas uelint. Conſtat Thraces aliquando Theſſaliam tenuiſſe,
& Muſis amœna loca, tum & fontes inſignes dicaſſe. Quod qua ratione factum uideri de-
beat, in poëtica noſtra utcunque reddidimus. Vetuſtiſsimos autem Thracum, qui mu-
ſis curam ſtudiumque dederunt, Strabo libro decimo Orpheum, Muſæum, & Thamyrin
fuiſſe ait. d Calcatum Graio Herculi ſolum.] In eo enim monte exuta mortalitate Deus
factus eſt, ut Ouidius multis libro nono proſequitur, & Seneca in Tragœdia, qui Her-
cules Oetæus inſcribitur. Graio Herculi, ad differentiam dixit. nam multi fuere alij, de qui-
Oeta. bus libro de natura tertio M. Cicero. e Saltus Oetæus.] Ab Oeta monte, ad cuius ra-
dices Heraclea quondam ab Hercule condita, inſignis fuit. Liuius libro ſexto quartæ Deca-
dis ſcribit extrema in orientem montanorum Græciæ iuga Oetæ nomine uocari. lege Stra-
bonem libro nono. De Oeta Silius libro tertio. Inter quæ fulget ſacratis ignibus Oete, in-
Tempe. gentemq; animam rapiunt ad ſydera flammæ. f Tempe.] Notiſsima. Seruius author eſt,
loca amœniſsima quæq; Tempe dici poſſe. Virgil. Georg. ſecũdo: Speluncæ uiuiq; lacus, aut
Theſſala Tempe. Lucretius libro ſecundo: Nec Citharas reboant, laqueata aurataq; Tẽpe.
Inde alibi & Cygnea Tempe Ouidio dicuntur, & Helloria Tempe in Sicilia illuſtria fuerunt
ab amne dicta. De Theſſalicis Catullus in nuptijs Pelei, Confeſtim Peneos adit uiridantia
Tempe, Tempe quę ſyluæ cingunt ſuperimpendentes. g Libethra.] A quo Libethrides:
ſunt & alibi per Græciam clari, & in Bœotia maxime, Plinio. h Tum iam uaſte.] Primo ter
ræ ſitum, mox regiones inſignes, poſtremo harum digna memoratu loca proſequitur. Hęc
Græciæ laus. eſt Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ pluribus artibus, quæ etiam imperio
& bellica laude floruit, Cic. Cui latini omniũ illuſtrium doctrinarũ inuentionem tribuerũt.

Quæ

uaſte & multū prominens Græcia, & dū [a] Myrtoum pelagus attingat, à ſeptentrione [b] in meridiem uecta: qua ſol oritur [c] Ægeis, qua occidit, Ionijs fluctibus obiacet: ac [d] proxime ſpacioſa & [e] Hellas nomine grādi fronte procedit, mox mari utroque, et [f] Ionio magis latera eius intrante, donec [g] quinq; millia paſſuum pateat, media fermè propè [h] inciditur. Deinde rurſum [i] terris huc ſe & illuc, uerum [k] in Ioniū mare magis expandentibus progreſsisq; in altum, non tam lata, quàm cœperat, ingens tamen iterum, & quaſi peninſula extenditur, uocaturq; [l] Peloponneſus ob ſinus & promontoria, queîs ut [m] fibris litora eius inciſa ſunt: ſimul quod tenui tramite in latus effunditur, [n] platani folio ſimilima. In Macedonia prima eſt [o] Theſſalia, deinde Magneſia, Phthiotis. In Græcia [p] Doris,

Quæ omnia illa, quæ aut fortuna, aut ingenio comparari poſſunt, ſumma cum gloria conſequuta eſt. Hęc Aſiæ, Africæ, & Europæ ſuę maximas & potētiſsimas urbes impoſuit, genteſq; feras, ductis colonijs, moribus, & ſingulari uitę manſuetudine cultiores reddidit, ſerua hodie (tanta eſt rerum humanarum inconſtantia) & barbariſsimis Turcarum gentibus occupata. Non præterierim, quod M. Cicero pro L. Elacco ſcribit, Græcis ut literas ac multarum artium diſciplinam, ingeniorum etiam acumen, & dicendi copiam attributā à ueteribus, ita teſtimoniorum religionem, & fidem, quā nunquā iſta natio coluit, prorſus demptam fuiſſe: ut inde Adagio uideatur datus locus, Atticus teſtis, in uanū & lubricę fidei teſtē. Adeo (mirum) magnas uirtutes magna plerūq; uitia dehoneſtāt. a Myrtoū.] A Myrtilo Oenomai auriga, quem Pelops, cum pactum poſceret cōcubitum, in mare pręcipitauit, de ſuo nomine Myrtoum dictū, ut Serui. Georg. 3. apud Virg. Vt Acron aſſerit, ab Oenomao mari merſus ob ſcelus fractorum axium. Id inter Aegeum & Creticum Atticæ partē, & Cycladas alluit. Strab. li. 3. b In meridiem.] Tranſuerſo inceſſu. c Aegeis.] Vide Ptole. tab. 10. Europæ, & ſcripturam adplica picturæ. omnia enim mire quadrant. d Proxime.] Ad confinia Theſſaliæ, quorum hactenus meminerat Mela. e Hellas.] Ita Græcia nominatur, q̃ citra Iſthmum in continente eſt, ab Hellene Deucalionis & Pyrrhę filia, quę in Phthia ſedem habuit, Straboni libro 8. Hinc & Gręci Hellenes dicti: Gręci uerò à Gręco rege ibi nato authore Plin. cap. 7. lib. 4. Ptolemęus uniuerſam hanc Achaiam nominat. Per frontem autem nō Peloponneſi, ſed Attidis excurſum intelligit, in quo Sunium eſt promont. à quo Aegeum in occaſum flexum aduſq; Iſthmon ingreditur, Ionio ab aduerſo litore ingruente. f Ionio magis.] Quod in intimis ſinum facit Corinthiacum, ut ex aduerſo Megaricum, pelagus Aegeū, utrunq; à claris opp. dictum. g Quinq; millia.] Tantum enim terrę inter utrunq; ſinum extans, peninſulam cōtinenti adnectit. h Inciditur.] Vtroq; ſinu Peloponneſum ab Hellade ſeiungente. i Terris.] Quę ſecundum Peloponneſi ſeptentrionalem oram in ortum occaſumq; expanſa iterum Gręcię obuertitur. k In Ionium mare.] Inclinat enim Pelop. in occaſum. l Peloponneſus.] Pelopis inſula, de ea lib. 1. retulimus. Eadem Strabo. Pelaſgia à Pelaſgis colonis, Apia & Argos dicta. In hac propè omnia, quàm alibi, magis illuſtria ſunt. Nam totius Græcię arcem eam eſſe conſtat: non tantum gentium in ea quōdam nobilitate & potentia, ſed locorum etiam ſitu, ſinibus, promontorijsq; claro: Quodq; in Hellade Thebani fuere & Attici, id fuere in peninſula Lacones & Argiui: ut Arcadum lunę curſus uincentem uetuſtatem pręteream. m Fibris.] M. Varro in linguæ latinæ, quæ extant, fragmentis, Antiquos, ait, omne extremum Fibrum nominaſſe: atq; inde Fibrum quadrupes dictum, quòd oras fluminum incolat, & extremum in iecinore Fibram dici, & in ſagis fimbrias: quod ipſum & Marcellus adnotauit. Per fibras igitur Pomp. extimam oram intelligit, quę crebris ſinibus lancinata, & ut iecinoris extrema, ſubinde flexa iniquaq;. n Platani.] Rufus ex Dionyſio. Sequitur Pelopis poſt inſula lata Cōſimilis folio platani. &c. Plin. lib. 4. Platani, inquit, folio ſimilis propter anguloſos inceſſus, circuitu. 563. millib. paſſuum colligit, authore Iſidoro. o Theſſalia.] Ab Hæmonis filio Theſſalo dicta, cum ante quoq; Pyrrhea à Pyrrha Deucalionis nomen habuerit. Primā aūt dixit, id eſt, pręcipuā. Et eā Theſſaliā intelligit, quę proprie eo nomine uocatur: nā partes eius ſunt Magneſia & Phthiotis, Strab. cęteris. Tota uerò in quatuor partes diuiſa fuit, Theſſalioten, Phthioten, Eſtioten, & Pelaſgiā aliquādo à Pelaſgis, ſcilicet eā habitātibus, Homero quōdā in 12. partes pleriſq; uicinis terris adſumptis diuiſa, ut li. 8. Strab. ſcribit. p Doris.] De uniuerſis his Gręcię & Peloponneſi tractibus Plin. li. 4. Strab. li. 8. 9. & 10. Homerus lib. Iliad. 2. in Catalogo: Pauſanias in Atticis ille, quē Domitius Calderinus, neſcio an integrum, latinū fecit: Ptolemęus tertio libro, alijq; nō parū multi. E quib. quę iuueni

Mare Myrtoum.

Hellas.

Peloponneſos.

Fibra.

Theſſalia quatuor partium.

Pictura tabularũ militas. li ſtomacho nõ ingrata futura uidebantur, decerpſimus. Iuuat autem, ut ſæpe monui, omnia illa ad picturam applicaſſe, & ea duce ordinis ſitusq; comparaſſe memoriam, ne multitudo locorum, dum animum nulla cogitationis ope fultum arripit, confuſanea uelut mole mentem obruat, id quod ijs euenit, qui in poſtremis tabularum ſubſidia collocant. a Aetolia.] Hãc enim Acarnaniã, Epirumq; prædictis adnumerat, uel Plinius à principio li.4. Melam, ut aliâs ſæpe, propè ad uerbum imitatus. Situs harum eſt, à ſinu Corinthiaco ſecundũ procurſum Ionij maris, aduſq; Acroceraunia & Adriatici fauces. b Adriã.] Maſculino pro mari ipſo. Lucanus libro 5. Sonat Ionio uagus Adria ponto. c Quæ mare n. ab.] Paulo eñ infrà ab interiorib. ad litus illud, a quo digreſſus erat, reuertitur. d Lariſ-

Locris, Phocis, Bœotis, Attis, Megaris, ſed omnium Attis clariſsima. In Pelopõneſo Argolis, Laconice, Meſſenia, Achaia, Elis, Arcadia, ultra[a] Ætolia, Acarnania, Epiros, uſq; in[b] Adriam. De locis atq; urbibus,[c] quę mare nõ abluũt, hęc maxime memorãda ſunt: in Theſſalia,[d] Lariſſa, aliquandõ Iolcos: in Magneſia,[e] Antronia: in Phthiotide[f] Phthia: in Doride[g] Pindus, & iuxta ſitum Erineon: in Locride[h] Cynos & Calliaros: in Phocide[i] Delphi, & mons Parnaſus, & Apollinis fanũ atq; oraculũ: in Bœotia[k] Thebę

Lariſſa. ſa.] Quæ patriam dignitatẽ ſupra cęteras Theſſalię urbes Strabonis ętate retinuit. Horatius, Nec tã Lariſſæ percuſsit campus opimę. Clara eſt Achille alumno, quem tamẽ Phthium fuiſſe propè conſtat. Maro Aeneid.2. Quos neq; Titydes, nec Lariſſeus Achilles. Lucan. lib. 6. Atq; Lariſſa potens, &c. Fuit & in Theſſalia Pharſalos liberum oppidum, & iuxta Pharſalici campi, ciuili Romanorũ ſanguine damnati. Tum & Thebæ aliæ ab his, quæ in Bœotia fuerunt. Non pręterierim, Theſſaliam ſupra priorum nominũ olim uſum, Argo, Dryopin, & accolas Myrmidonas & Achęos Homero dictos, ut lib.4. Plinio placet. Nam Argos Pelaſgicum multi ad Lariſſam ſtatuerũt, aliud ab Argis peninſulæ: hinc enim profectus Abas nomen illud aut campo dedit, aut urbi conditæ reliquit. e Antronia.] In Magneſia Magnetes clari olim, iuxta quos Minyæ

Antronia. floruerunt. Lucanus libro ſexto. Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis. Vrbem à ſpe-

Adagium. cuum, è quibus molares lapides exciduntur, frequentia dictam notum eſt: nam & Strab. Antron nominat, & ἄντρον Gręcis ſpecus eſt. Ibi pręgrandes aſini locum adagio fecerũt, ut Antronium dicamus hominem robuſtum & corpulentum, cui animi deſunt uires. f Phthia.] A qua regiunculę nomen eſt, Achillis patria. g Pindus.] Plin. quoq; cap. 7. libro quarto, Doris, inquit, in qua Sperchius, Erineon, Boion, Pindus. &c. h Cynos.] Liuius lib.8. tertiæ Decad. Cynum, inquit, Locridis emporium, Calliaros indubie hodie nulla eſt, cum

Locrenſes. Strabonis temporibus deſerta fuerit. Notandum uerò, Locrenſes Gręcię, inter Dorin & Phocin ſitos: Ozolas dictos aliquando, Straboni: Leleges item & à monte Cnemide Epicnemidios: Opuntios uerò ab Opunte metropoli clariſsima urbe. Cęterum Opuntij & Epicnemidij in ortum ad Aegeum habitarunt. Ozolę Heſperij cognominati, in occaſum, à quibus Locris, qui in Italia ſunt, origo eſt. Tota autem Locrenſium ciuitas in annulo ſignatorio ſtel-

Delphi. la Heſpero uſa eſt, authore Strabone. i Delphi.] Phocis in Corinthiacum ſinum uerſa clarior eſt, quàm ſit magna. faciunt Delphi, quorum meminit perpulchre Iuſtinus lib.24. fuit iuxta pari propè claritate urbs Elea, ex amplitudine & loci opportunitate cum primis

Angelus Coſpus. commendata Straboni. De oraculi origine, ut ridicula, ita ſcitu digniſsima ſcripſit lib.16. Diodorus, quem nuper cum libro ſequente latinum fecit Angelus Coſpus Bononienſis, homo in literis tum Gręcis, tum Latinis apprime eruditus: cui Viennę, cum hominem exuiſſet, nos in bonarum literarum publica profeſsione ſucceſsimus. M. Cicero lib. de Diuinat.2. ſcribit, oraculum Delphicum tot ſeculis celebre ſuis temporibus uile cõtemptumq; eſſe cœpiſſe, nimirum illis, in quę CHRISTI ſaluatoris imminebat natiuitas, proprie ſalute mortalibus eluceſcente per eum, quem uera prophetarum oracula uenturum cecinerant. Lucanus lib.5.

Parnaſus. Heſperio tãtum, quantum ſemotus Eoo Cardine Parnaſus gemino petit ęthera colle, Mons Phœbo, Bromioq; ſacer. Notus eſt de uerticibus eius error Seruianus. Herod. alterum Thitoreum, Hyampæũ alterum appellauit. Scribit Placidus grammaticus Parnaſum aliquando umbilicum terrę creditum eſſe. Ouid. lib. Met. ultimo: Mediamq; tenentis Orbis humũ Delphos adeunt oraclaq; Phœbi. Quod ipſum Strabo teſtatus libro 9. fabellam quãdam ex Pindaro recenſet, Iouem quondam duas ſimul aquilas emiſiſſe, alteram ab ortu, ab occaſu alteram: quæ in Parnaſo conuenerint. Quod falſum id eſſe notius ſit, quàm ut referri demon-

Thebæ. ſtrariue debeat. k Thebæ.] Bœotia, ante Cadmeis, Hyantis, Aonia, Ogygia & Meſapia dicta, à quibus etiamnum illis paſsim apud ſcriptores cognomina ſunt. Cęterum Bœotia rectius diphthongo in ſecunda ſyllaba, & inde Bœotus: quanquam ſunt hodie, non indocti grammatici, qui Boetiam quoq; & Boetum dici poſſe, longo uſu ſuffragante, confirmãt. A

Thebæ

Thebe autē Aſopi filia dictas Thebas Pauſanias refert. Conſtat Bœotos male olim audiſſe ob mentis obtuſæ ſtoliditatē. Inde adagia Bœoticum ingenium, & Sus Bœotica: nā uoraciſſimi, ut pleriq; ex Theſſalis quoq; habiti ſunt. Notum eſt illud Horatij ex epiſtolarū ſecundo libro: Bœotum in craſſo iurares aëre natum. Plinius cap. 7. quarti lib. Nec cedentes, inquit, Athenis claritate, quæ cognominatur Bœotiæ, Thebæ, duorum numinum Liberi patris atque Herculis, ut uolunt, patria, & Muſis natale ſolū in Helicone aſsignant, daturq; & his The- *Sus Bœotica.*

& [a] Cytherō fabulis carminibusq; celeberrimus: in Attide [b] Eleuſin Cereri cōſecrata, & clariores, quàm ut indicari egeant, [c] Athenæ. In Megaride, unde regioni nomen eſt, [d] Megara. At in Argoliſide, [e] Argos & Mycenę, & templum Iunonis ueſtuſtate & religione percelebre. In Laconide, [f] Terapne, [g] Lacedæmon, [h] Amyclæ, mons Taygetus. In Meſſenia, [i] Meſſene & [k] Methone.

bis ſaltus Cythæron, amnis Hiſmenius. Præterea fontes in Bœotia, Oedipodia, Pſamate, Dirce, Epigranea, Arethuſa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie. hactenus Plinius. Ab his uero ſua paſsim Muſis cognomina extāt. Notus eſt Thebarum ſplendor ex Epaminunda clariſsimo duce, & uate doctiſsimo Pindaro: cuius domū, cū reliquę uaſtaretur, incolumem eſſe Alexāder iuſsit, ut li. 7. Plinius ſcribit. *Bœotiæ ſacri fontes.*

a Cytherō.] De hoc iuxtaq; fluente Aſopo, tū & Helicone, digna lectu Strab. lib. 9. Eſt iuxtà Platea clariſsima urbiū Bœoticarū, & Darij clade memorabilis. *Platea.*

b Eleuſin.] Eadem & Eleuſis, Cereris Eleuſinę phano memorata. Scribit Seruius, Cererē, cum filiā per hęc loca quęreret, è Celeo rege, cuius Ouid. lib. Faſtorū. 4. meminit, hoſpitio liberaliſsime ſuſceptā, eaq; gratia Deā eum omne genus agriculturæ docuiſſe: unde cum ſumma mortalibus parata eſſet commoditas, templo dicato cœpta eſt coli, & ſacra inſtituta, quæ Teſmophorca dicebantur, à quibus præconis uoce impij ſceleratiq; amouebantur, nec poterant à mœſtis perfici. Ideoq; tempore belli Punici ſecundi intermiſſa ſunt, quod tum nulla matrona non doleret, ut lib. 2. tertiæ Decad. Liuius ſcribit. Athenis eadem inſignia fuerunt teſte Auguſtino cap. 20. ſeptimi lib. ubi ſacra prodere ſummum nephas erat, Alcibiade aliquando maximo Athenienſiū duce inſimulato, quòd ea enunciauiſſet: unde dubium, an conſcientia ſtimulatus, an indignitatem ægre ferens in exilium abijt, ut lib. 5. Iuſtinus tradit. *Eleuſin.*

c Athenæ.] De quib. illud Salluſtij de Carthagine poteſt uſurpari, Satius eſſe ſilere de Athenis, quàm parum dicere. Multa laus eius apud Ciceronem in oratione pro L. Flacco eſt. Conſcripſit de Athenienſib. perquā digna lectu Cœlius cap. 25. lib. 10.

d Megara.] Multa hęc fortunæ uarietate perfuncta, ut Strabo ait. Ager ubi ſita, quemadmodū & Atticus aſper magis montoſusq; quàm fertilis: horum emporium aliquando Niſęa fuit clariſsima ciuitas. Megaris philoſophorum, quos Megaricos uocarunt, frequentia aliquando ſtudia fuerunt, quorum primus author Euclides ille Socratis auditor fuiſſe dicitur. *Megara.* *Megarici philoſophi.*

e Argos.] Hippium aliquando cognominatū, quod nobilibus equis pręſtiterit, ut illud in Ambracia Amphilochicum, fortaſſe ad differentiā dictum. De hoc noſtro Horat. lib. 1. Carmi. Plurimus in Iunonis honorē, Aptum dicet equis Argos diteſq; Mycenas. Inter utrunq; oppidū Iunonis Argiuę cognominatę templum. Alumno autem Agamemnone Mycenę maxime clarę. Sil. lib. 1. Ante Agamemnoniam gratiſsima tecta Mycenen. Ferunt à Pelope poſt Oenomaum deuictum ornatā eam & auctiorem factā. Ouid. certe. 6. lib. meta. Pelopiadem cognominat: Argoſq; & Spartę Pelopiadeſq; Mycenę. Lege Strab. lib. 8. *Argos.*

f Terapne.] Helenes patria, quę Terapnęa inde dicta eſt. Fuit & alia eius nominis in Bœotia urbs, cuius Strabo lib. 1. meminit. *Terapne.*

Lacedęmon.] Sparta dicta, unde & Spartiani & Lacones Lacedęmoneſq; dicuntur. Ipſa urbs rebus domi foriſq; geſtis omnium clariſsima. Lege Strab. libro. 8. & in Lycurgi uita Plutarchum. M. Cicero pro L. Flacco, Adſunt, inquit, Lacedęmonij, cuius ciuitatis ſpectata ac nobilitata uirtus, non ſolum natura corroborata, uerum etiam diſciplina putatur. Qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos iam annos amplius unis moribus, & nunquam mutatis legibus utuntur.

h Amyclę.] Caſtoris & Pollucis altrix. Vnde & Silius lib. 2. Lędeis ueniens uictor Xantippus Amyclis. Et canum nobilitate commendata. Virg. Georg. 3. Armaq; Amyclęumq; canem, Creſſamq; pharetram. ut alibi inquit: Veloces Spartę catulos acremq; Moloſſum. Nam in toto illo tractu optimi ſunt. Vnde & illud: Taygetiq; canes, &c. Dicitur & Taygeta. Silius libro 4. Gelidiq; dehinc inuiſere montes Taygeta. Amyclas Laconicas ſilentio interijſſe falſò exiſtimauit Solin. Italicis enim contigit id malum. Ideoq; tacitas cognominauit li. 10. Maro. Hinc Adagium, Amyclas ſilentio perdidit, de his, qui tacendo commodum aliquod perdunt. *Amyclæ.* *Solini incuria.*

i Meſſene.] Straboni Meſſenia urbs olim potētiſsima, & decennali, ut Ilium, Laconum, obſidione inuicta: ut Iuſtinus innuit libro tertio. In horum agro Diana quondam Limenetis dicta, Phanum habuit religioſiſsimi cultus: de cuius numinis uenditione quandoque inter hos & Spartanos contentio mota eſt, de qua libro quarto Cornelius Tacitus.

k Methone.] Capta olim & diruta à Philippo Alexandri patre, ut lib. *Methone.*

ut lib.16. Diod. ſcribit. Alia in Macedonia erat huic cognominis, in cuius oppugnatione alte-
rum oculum idem imperator amiſit. Quapropter multi decepti, id ei ad Methonem Træze-
Elis. niorū contigiſſe putarūt, ut Strabo ait. a Piſę.] Elis, cui ab opp. eſt nomē, inſigni tractu in
Ichtin promon. & ſolis occaſum inclinat, Achaiæ ſubiecta, ut Ptol. in Peloponneſi ſitu in-
dicat. in ea Piſę Oenomai olim à Pelope deuicti regia magnæ famæ. Iuxta Elea regio dicta, o-
cto aliquando urbibus inſignis, Straboni. Sicut & Piſanus inibi à Piſis ager cognominatur.

In Achaia atq; Elide q̄ndam [a] Piſæ Oenomai, Elis & numē delubrumq; [b] Olympij Iouis, certamine Gymnico, & ſingulari ſanctitate, ipſo q̄dē tamē ſimulacro, q̊d Phidię op9 eſt, maxime nobile. Arcadiā Peloponeſiacę gētes [c] undiq; incingūt. In ea ſunt urbes [d] Pſophis, [e] Tenea, & Orchomenō: mōtes [f] Pholoe, Cylleni9, Partheni9, Męnalus: flumina [g] Erymanthus & Ladon. In Ætolia [h] Naupactos, in Acarnania Stratos oppida: in Epiro [i] Dodonęi Iouis templū, & fons ideo ſacer, q̊d cū ſit frigid9, & immerſas faces, ſicut cęteri, extinguat, ubi ſine igne ꝓcul admouent, accēdit. [k] At cū litora legūtur à ꝓmontorio [l] Sepiade ꝑ Demetriā &

b Olympij Iouis.] Ab O-
lympia opp. iuxta q̊d fanū
illud Iouis orbi notum, &
Gymnica certamina, q̄ Her-
cules inſtituit. Poſt uero in-
termiſſa Iphitus Praxonidis,
ſiue, ut multi uolūt, Hæmo-
nis, primus inſtaurauit, an-
Olympiadum initium. no à Troiæ captiuitat. 40 ...
quādo prima Olympias nu-
merari cœpta eſt, authore in
Chronicis Euſeb. Strab. li.8.
ex auro ſolido ſimulacrū fa-
brefactum ait: Plin. cap. .. li-
bri 34. ex ebore, ſingulari Phi
diæ artificio. Gymnica autē
ab exercēdi ratiōe dicta ſunt.
nā γυμνάσιον exercitationē
ſignificat. c Vndiq;.] Media
enim peninſulæ occupat, ter-
ra celebris cum hominum, tum locorum memoria uetuſtiſsima, multisq; ante dicta nomi-
nibus, maximeq; Parrhaſia, Pelaſgia, & Lycaonia. d Pſophis.] A qua Pſophidius ille A-
Aglaus. glaus cognominatus eſt, quem Gyge feliciorem oraculum iudicauit, quod agrum paternum
colens, eum nunquam fuerit egreſſus. Ouid. libro quinto. Transfor. Vſq; ſub Orchomenon
Tenea. Pſophida Cyllenenq;. e Tenea.] Amœniſsima, & cœli quondam commodiſsimi, cæte-
Adagium. rum humilis. unde & adagio locus factus, Felix Corinthus quidē, at ipſe ſim Teneates, quo-
ties fatemur maiora nobis admirationi eſſe, minori uilioriue quacunq; cauſa delectari: memi-
nit & Strabo. At Orchomeno Arcadię alia Bœotica cognominis fuit, utraq; paris prope di-
gnitatis & famæ. f Pholoe.] Strab. & Plin. Lycæi meminerunt inter cæteros, à quo Ly-
cæo Pani & Ioui nata cognomina. Lege Plin. ca.6. lib.4. g Erymanthus.] Hic è monte e-
iuſdem nominis in Alpheū deſcendit, Plinio. Ladon è paludibus naſcitur, uterq; decantatus
Stymphalus. Vatibus. Eſt & in Arcadia Stymphalus lacus, unde Eraſinus oritur, auesq; Stymphalides
memoratæ, & Parrhaſia, unde urſis Parrhaſijs nomen. Eſt Pallantiū Euandri patria. Eſt Ne-
meæa regio, ubi uictus ab Hercule Leo, & iuxta Cleone, à qua Cleonæus Leo, & Molorchus
Cleonæus. Stat. libro quarto The. Sacra Cleonęi cogūt uinera Molorchi. Quin & Męnalius
aper monti Męnalo inibi famam peperit, de quo Seneca & paſsim alij. Eſt & Lerna palus, ad
Nonacris. quam Hydram confecit Hercules. Quid Nonacrin referam? è cuius montibus frigidiſsimi
humores defluunt, qui Στυγὸς ὕδωρ nominātur, ut libro ſexto ſcribit Herodotus. Quibus ab
Antipatro per Iollam filium ad Alexandrum miſsis, mortuum eum ex eius hauſtu ferunt, ut
libro octauo ſcripſit Vitruuius. Fuit & palus, ad quam in lupos, ut diximus, uertebantur ho
Arcades antiqui. mines. Porrò Arcades ſupra omnem memoriam uetuſtatis ſe titulis iactant, Luna ſe prio-
res aſſerentes, ut ea de re corniculatę Lunę inſigne geſtare olim conſueuerint. h Naupa-
ctos.] Quod hodie Lepantum nominatur, ante Venetorum, poſt à Turca occupatū eſt. Stra
tos iuxta Acheloum ſita, ut libro ſecundo Thucydides. De his tractibus infrà copioſius.
Dodona. i Dodonęi.] Apud Theſprotios Epiri, uetuſtiſsima urbs Dodona fuit, & iuxta ſylua Do
donęi Iouis oraculo, & columbis reſponſa dantibus inſignis. Statius libro tertio: Et nemo-
rum Dodona parens. De fonte etiam Plinius capite centeſimoſexto libri ſecundi, & Soli-
nus, Cauſa, inquit, in promptu non erat, ideo factus ſacer. Eſt enim illa animi humani curio-
Ratio. ſitas, moueri ſtatim, ut diuinis adſcribat, quod naturę ui fieri poſſe deſperat. Cęterū quia geli
diſsimus fons eſt, fieri poteſt, ut face recenter extincta, & ad gelidam fontis ſuperficiem adhi-
bita, ignis ambiente frigore preſſus flammam recipiat, rurſumque flagret, Antiperiſtaſi
(ut naturę ſtudioſi nominant) id efficiente. Omnino autem extinctam facem eo modo ac-
cendi, ut ueri ſimile eſt, ita ſi fiat, miraculi habendum foret loco. Auguſtinus capite ſepti-
mo libri uigeſimi primi de Ciuitate Dei, prodigioſis huiuſmodi naturę operibus raro aliam
rationem prætexi ait, quàm quod talis eorum ſit natura. k At cum litora.] Ab inte-
riorum locorum compēdiaria deſcriptione, ad eam litoris oram, qua digreſſus erat, reuerti-
tur: more ſuo ea legens aduſq; intima Tergeſtini ſinus, mox Italiam rediturus. l Sepiade.]

euius ante meminit,niſi illic oppidum,hic promontorium intelligat. De Demetria Ptolemæ-
us,cæteri. a Boion,)in Doride ſtatuit.Plin.cap.7.lib.4.Poſſet & Dotion legi,quod in hoc tra-
ctu idem author refert:at quia Boion Hermol.probat,aſſentiendum tāto uiro eſt b Phthe- *Dotion.*
leõ.) Luca.lib.6.Quæ tetigit Phylace Phteleosq́ & Dorion ira Flebile Pieridum. Quanquam
in uocabulo Dorion lapſus,pro Dotio uſurpauit,rem quæ in Achaia geſta eſt Theſſaliæ tri-
buens: quod minime eſt mirum, cum Aeſchylus in Iberia Eridanum eſſe dixerit,& eundem

[a] Boion, [b] Phtheleõ & [c] Echinõ ad [d] Pagaſeũ ſinũ curſus eſt. Ille urbē Pagaſam amplexus,amnē Sperchiõ accipit:& quia Minyę Colchida petentes, inde Argonauem ſoluere, memoratur. Ab eo ad [e] Suniũ tendentibus illa pręnauiganda, Maliacus & [f] Opũtius grandes ſinus,& in his [g] cæſorũ etiam Laconũ trophæa, [h] Thermopylæ, [i] Opœs, Scarphia, [k] Cnemides, Alope, [l] Anthedõ, Larymna. Aulis [m] Agamemnoniæ Graiorumq́ claſſis in Troiam coniurantium ſtatio. [n] Marathõ magnarum multarumq́ uirtutum teſtis,iã inde à The

Rhodanum appellari. Euripi- *Grandia errata*
des autē & Apollonius in A-
driatico litore confluere Rho-
danum & Padum aſſeruerint,
errore propè fuſtuario, autho-
re Plin.cap.2.ultimi libri. c
Echinõ.)Plin.Echinõ ad Sper
chiȷ fauces locat. At in Malia-
cum ſinum Sperchium egredi
Ptole.ſcribit:contra, Pompo.
in Pagaſeum, ut in dubium ſit
alterutrum hallucinatũ,Strab.
lib.9. Echinum ad Malienſes
pertinuiſſe haud obſcurè in-
dicauit. Cæterum parua illa eſt
& uix iudicio digna diuerſitas
d Pagaſeum.) Oui.lib.8. Trāſ
for. Iamq́ fretum Minyæ Pa-
gaſea puppe ſecabant.& libro
decimo tertio Litoráque intrauit Pagaſea Colcha carina. De Sperchio nemo ignorat. De
argonaui fabricata,& ut oram ſoluerint Minyæ, Vallerius Flaccus libro 1. e Sunium.) Exti-
mum eius litoris promontorium. f Opuntius.)Plin.lib.4. Oppida,inquit,Opus,unde & O
puntinus ſinus,ab Opunte Opuntiȷ nominati ſunt,de quibus nos ſuprà. Màliaco uerò nomē
à Maliea. g Cæſorum Laconum.) Aut cæſorum ab Athenienſibus Thebanis'ue,qui publi-
cæ uictoriæ gratia,monimenta illic erexerint:ab utriſq́ enim uictos aliquando fuiſſe, ex Plut.
Iuſtino,& Thucydide conſtat: & Pericles,ut in eius uita refert Plutarchus nouem trophæa *Laconum trophæa.*
nouies uictor pro patria ſtatuit:inter quæ & cæſorum laconum eſſe potuerunt. Aut reuera in-
telligit Trophæa quæ in Locrenſium agro memoriæ gratia poſita ſunt. Laconibs ſexcentis,il-
lis qui duce Leonida pro Græciæ libertate pugnantes magna gloria occubuerunt, obruenti-
bus eos Perſis,ut lib.2.Iuſtinus ſcribit. Hi enim quanquam uicti eſſent, tamen quòd hoſtis nu-
meroſiſſimum exercitum propè in fugã uertiſſent digni Trophæo uiſi ſunt. Quo minus autē
de Othryadis trophæis quicquã hic intelligam,locus monet quo longè ab hoc noſtro diuerſo
Othryades pugnauit,ad Tireaten em̄ quæ in Peloponneſo eſt id ſuis præſtitiſſe Othryadem
Plutar.indicat, At Lacones trans Thermopylas cecidiſſe conſtat diuerſo loco & Opuntio Ma-
liacoq́ finibus,quorum hic Mela meminit uicino. Strab.lib 9.iuxta Thermopylas locum fu-
iſſe ſcribit Poliandrion,multorum uirorum ſepulchrum:et iuxta columnas.ſ.erectas,in quarũ
prima id Epigramma inſcriptum fuerit: Quos ꝑ ſe in Medos moriẽtes Græcia uidit, Vrbs pia
Locrorum, nunc mater Opuntia claudit. Fuit & hæc iuxta Laconum uulgata inſcriptio:
Dic Lacedæmonios,hoſpes,hac parte iacere,Dum illorum rigidis legibus obſequimur. Hæc
indubiè illa ſunt Laconum monimenta, quorum Mela meminit. Meminit eorũdem libro ſep-
timo Herodotus. h Thermopylæ.) Liuius li.6.quartæ Decados, Id,inquit, Thermopylarũ *Thermopylæ.*
iugum,ſicut Apennini dorſo Italia diuiditur,ita mediam Græciam diruit. Quo in loco idē au-
thor de Græciæ ſitu excurſuq́ non ſanè contemnenda tradit, nomen illæ à Thermis accepe-
runt, quæ paſſim circa præcelſa iuga, quas illi pylas uocant,ſcaturiunt. Lege Strabonem lib.9.
i Opœs.) Eadem & Opus Opũtis,ut ſuprà De Scarphia etiã Ptol.& ante alios Stra. k Cne-
mides.) Strab.lib.9. Secundum Daphnũtem,inquit,Cnemides ſunt locus munitus in quē ex
Eubœa Cœneum regione cõſiſtit ꝓmontorium,in occidentem ſpectans, ſinumq́ Maliacum
&c. Vide tab.10. Euro. Ptole. De Alope Strabo. Plin.intra Pagaſeum, & Maliacum ſtatuit. l
Anthedon.) Beotiȷ litoris in Eubœã ſpectantis extrema, Stra. Iuxta fuere Aegæ, aliæ à Mace- *Anthedon.*
donicis, & clariſſimum Aegæi Neptuni fanũ in Eubœa.ad Anthedonem mons Meſapius, à
Meſapo,à quo Iapygia in Italia poſtea Meſapia dicta eſt, Straboni. De Larymna, ad quam
Cephiſus egreditur in mare, ex Plinius & Strab.omnia ſunt nota. De Aulide Ptol.cæteri. &
quod ad hiſtoriam fabuloſam atinet. Homerus libro Iliados ſecundo. m Agamem-
noniæ.) Nam, Agamemnonis niſu bellum in Troianos conflatum eſt. n Ma-
rathon.) In quo Taurum Theſeus confecit. de quo Ouidius libro octauo Transfor. Te maxi- *Marathon.*
mè Theſei Mirata eſt Marathon Cretei ſanguine Tauri. Scribit digna lectu in uita eius Plu-
s tarchus.

ſeo Perſarū maxima clade permotus. [a] Rhamnus parua, illuſtris tamen, quod in ea fanū eſt Amphiarai, & Phidiaca Nemeſis. [b] Thoricos & Braurō olim urbes, iam tantum nomina. [c] Suniū promōtoriū eſt, finitq; id litus Hellados, quod ſpectat ad orientem. Inde ad meridiē terra conuertitur [d] uſq; ad Megaram, Atticę ut [e] ut modò latere, ita nunc fronte pelago, adiacēs. Ibi eſt [f] Pyrrhæus Atheniēſium portus. [g] Scyronia ſaxa ſæuo quondā Scyronis hoſpitio etiā nūc infamia. Megarēſiū tractus [h] Iſthmō attingit: hoc illi cognomē eſt, quia quinq;

Milciades. tarchus. Stra. li. 9, & in Atticis Pauſanias. Milciades dux exercitu nō maiore 10. mil. aciem Perſicā 110. mil. maxima cōſtātia, & fortitudine cęcidit, & in fugā uertit, ut Iuſti. lib. 2 & 6 lib. Herod. ſcribūt. a Rhānus. A qua Rhānuſia dicta Nemeſis. De Amphiaraū Vate ex Strab. & Pauſania nemo ambigit. Cic. lib. de diuinati. 1. Amphiaraum, ait, ſic Græciæ famā honoraſſe, ut & Deus haberetur, & ab eo ſolo, in q̊ humatus eſſet, oracula peterētur. Phidiacā aūt Nemeſim nominat, q̊d eius illic à Phidia ſculptū ſimulachrū extiterit. Stra. li. 9. Diodoto ſtatuario pleroſq; id tribuſſe ait: multos aūt Agoracrito Pario adeo magnitudine pulchritudineq; eximiū, ut cū Phidiæ operib. æmulatione cōtenderit.

Solinus. Solinus in Græciæ locis haud dubiè, ut ſolet, plerūq; hallucinatus: Rhānus quoq;, inq̄t, in qua Amphiarai fanum, & Phidiacæ ſignū Dianæ. Nam Nemeſis, non Dianę reliqui meminerunt, id quod in Atticis Pauſanias euidentiſsimè docet. b Thoricos) Hæc & Brauron, ex harum fuere numero, quas in unam ciuitatem aliquando redegit Theſeus, Straboni. Hermolaus in 37. Plin. hoc nomine apud Melam populum intelligit, cum urbem eſſe Pomponius indicet.

Diana Brauronia. In Braurone uerò uetuſtiſsimum Dianæ Tauricæ cognominatæ ſtatuam fuiſſe Pauſanias in Atticis ſcribit. Inde & Brauronia dicta. Nam eodem authore, Iphigenia cum ex Taurica fugit, Dianæ ſimulacrum, quod ſecum attulit, illic reliquit, inde Athenas profecta. Sed & Thoricos argentarijs metallis olim nobilis, Plinio. c Sunium.) In extima Hellade. Ideo expoſitum Ouid. dixit quarto Faſtorum: Suniō expoſitum, Pyrrhæaq; tuta receſſu Liquit, & in dextrum qua iacet ora latus Statius libro duodecimo. Thebaid. Linquitur Eois lōgè ſpectabile proris Sunion &c. hodiè caput columbarum nautæ nominant: eſt autem Sunium tam oppidi illic quā loci nomen, Ciceroni ad Atticum. d Vſq; ad Megaram.) Vide tabulas, quæ unicè id monſtrant. e Modò.) Paulò ante. f Pyrrhæus.) Strab. Pyrrhæus, inquit, Athenarum portus, & emporium duorum milium paſſuum muro recedentibus Athenis iunctus, quadringentorum nauium capax. Multi Pyrrhæum, pleriq; Piræeum, pronuntiant ſcribuntq;, & Pyreum, à quo Pyrrhæa & Pyrrhæea accuſandi caſu, ut Statius libro duodecimo, in catalogo copiarum, quæ Theſeum ſecuti ſunt: Munychiam & trepidis ſtabilē Pyrrhæea nautis. Et Pyrrhæa plurali, ut Ouid. loco ante citato. Illud notandum, Pyræum & portum eſſe & oppidum. De portu Gellius aſſiduus author cap. 21 libri ſecundi, ab Aegina, inquit, in Pyræum compluſculi earundem diſciplinarum ſectatores Græci Romaniq; homines eadem in naui tranſmittebamus &c. De oppido idem ca. 1. libri. 15. Cum oppugnaret L. Sylla in terra Attica Pireum &c. Vt uideri poſſit Pyræum portum. oppidum Pireum dici. Vtrunq; Pyrrhæum, & adiectiue ſine diſcrimine Ouidius libro ſexto Meta. portus Cecropio Pyreaq; littora tangit. Iuxta Munychiæ Dianæ ſacrum fuit, & Iliſſus amnis, de quo digna lectu in Atticis Pauſanias.

Calirhoë. Et Callirhoë fons nouem fiſtulis inſignis, atque ideo ἐννεάκρουνος cognominatus. Tametſi Cruneſon corrupto uocabulo alium à Callirhoë fecit

Solinus. Solinus, cum eūdem eſſe libro undecimo Statius, & libro ſecundo Thucydides confirment. Lege in Plinianis caſtigationibus Hermolaum capite ſeptimo libri quarti.

Saxa Scyronia. g Scyronia.) Hæc ad 6. mil. paſſuum procurrentia uiam maritimam non admittunt: quæ ſuper ea uia eſt in Attin & Megaram ducens, excelſa & tranſitu periculoſa eſt: nam ſæpe ex præcipitijs ſubtus æſtuans mare oſtentans caſum minari uiatori ſolet ut Strabo ſcribit.

Scyron. Petræ Scyronides nominātur Pauſanias in Atticis. Scyronem ſcribit eijcere in pelagus ſolitum, quicunque in eum locum incidiſſent, eumquè poſt à Theſeo ſimili pœna affictum.

Schinis. Mox in rebus Corinthiacis, In Iſthmi, inquit, initio locus eſt, ubi Schinis latro apprehenſas pices in terram flectebat, & quos pugna uiciſſet, hos alligatos ſinebat in aërem efferri: quocirca cum utraq; arbor alligatum ad ſe traheret, uinculiq; nodus in neutram laxaretur partem, ſed utrinq; pariter conuelleret, eueniebat ut qui alligatus eſſet, laceraretur. Eodem pacto ipſum quoque Schinin Theſeus dilaniauit, uiamq; quæ ex Trœzenæ Athenas ducit, latronibus infeſtam, tutam reddidit. Hactenus Pauſanias. Hinc Ouidio quoque Metamorphoſios ſeptimo, alius Scyron, alius Schinis eſt.

Iſthmos. h Iſthmon.) De Iſthmo in Corinthiacis propè omnia Pauſanias. Notum eſt adagium, Iſthmum fodis: cum rem caſſam moliri quēpiam ſignificamus: multi eñ ut tanti ambitus moleſtia carerent, transfodere anguſtiam illam

conati

conati, re infecta deſtiterunt, ut Plin. ſcribit capite quarto libri quarti. Pari modo Nicanor Seleucus eum Iſthmon, qui inter Euxinum & Caſpium eſt, perfodere aliquando cogitauit, à Ptolemæo Cæraunio paulò poſt interfectus. Græci in uniuerſum ἰσθμὸν terram inter maria anguſtã nominant, ut diximus. a Cenchreæ.) De hoc loco in Catecheſi retulimus. b Fanum Neptuni. Strabo in Iſthmo, inquit, Neptuni, quem Iſthmium uocãt templum eminet picearum arborum luco circunclusum, ubi ludos Iſthmicos decertatos Corinthij celebrare ſoliti ſunt. *Iſthmia.*

milliũ ſpatio Aegeũ mare ab Ionio ſubmouẽs, anguſto tramite Helladi Pelopõneſon annectit. In eo eſt oppidũ [a] Cenchreæ, [b] fanũ Neptuni. Ludi quos Iſthmicos uocant, celebres. [c] Corinthos olim clara opibus, pòſt clade notior, nunc Romana colonia ex ſumma arce, quam [d] Acrocorinthon appellant, maria utraq; contuens. Peloponneſi oram (ſicut diximus) ſinus & promontoria lacerant: ab oriente [e] Bucephalos & Cherſoneſus, & Scylleon: ad meridiem [f] Malea, [g] Tænaros,

Plinius quoque Cenchreæ, inquit, pars altera, cum delubro Neptuni, quinquennalibus inclyto ludis. Hos Theſeum inſtituiſſe ad horum æmulationem, quos ad Olympiam Hercules ceperat, ſcribit in Theſeo Plutarchus. fuerunt inibi Iſthmia ludi Palæmoni ſacri. Nam Pauſanias in Corinthiacis ſcribit, hunc in locum Melicerten puerum à Delphine euectum fuiſſe: in eumq; illic iacentem Siſyphum inciſſe, & ſepelijſſe in Iſthmo, inſtituiſſeq; in eius honorem Iſthmicum certamen: Melicerten autem mutato nomine Palæmonem appellatum. Meminit horum Statius libro Thebaid. 10. à principio. c Corinthus.) Poſita in anguſtijs atque in faucibus Græciæ, ſic ut terrena clauſtra locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuerſa coniungeret, cum pertenui diſcrimine ſepararentur, quemadmodum in oratione de L. Agraria ſcribit Cic. Potentiſſima ante, quã à Romanis caperetur, & M. Cicerone pro Pompeio totius Græciæ lumen appellata. Viros habuit innumarabiles, peritia reip. adminiſtrandæ, & præclararum artiũ captu præſtantes. Strab. ſcribit, Corinthios populi Romani legatos, cum fortè tecta quædam magnifica prætérijſſent, ſordibus effuſis cõmaculare auſos. Cuius gratia cũ alia quoq; ſuperbiæ atq; inſolentiæ eorũ haud obſcura extarent argumẽta, ingenti cõparato exercitu, L. eã Mumius Imp. ſolo æquauit (id eñ ſuperbia meruerat) ſignis tabuliſq; precioſiſsimis in urbẽ aſportatis. In hac ſumptuoſiſsimè Veneris ſcortũ Lais, cuius Gellius meminit, egit, idoneã moribus ſedẽ habuit, Corinthiaca cognominata, cũ Sicula eſſet: nã Nicias ex Hycaris Siliciæ captiuã in Græciam uexit, Corinthiq; diuendidit, omniũ eius tẽporis meretricũ formoſiſsimã habitã. Mortua extra urbem ad lucũ Cranion cupreſſo uirentẽ, monimentũ habuit, leæna inſculpta, quæ prioribus pedibus arietẽ cõplectebatur, authore in Corinthiacis Pauſania. Solinus in Siciliæ deſcriptione: Hinc, inquit, Lais illa, quæ eligere patriã maluit, quã fateri: Corinthiacã eñ ſe ſimulauit, cũ captiua eſſet ex Sicilia. d Acrocorinthon.) qđ in edito ſita ſit. Statius lib. 7. Qua ſummas caput Acrocorinthos in auras tollit, & alterna geminũ mare ꝓtegit umbra. Hinc bimarẽ eam poëtæ uocant, Ouid. li. Faſtorũ. 4. Adriacumq; patens latè, bimareq; Corinthũ. Horatius: Bimaris ue Corinthi Mœnia. Quin & Iſthmũ eo cògnomine Ouid. donat lib. Meta. 7. Qui uirtute ſua bimarẽ pacauerat Iſthmõ, & 6. lib. Queq; urbes aliæ bimari clauduntur ab Iſthmo, Exteriuſq; ſitæ bimari ſpectãtur ab Iſthmo, Græci διθάλασσον uocãt, id eſt, bimarẽ. Quæ uox ca. 37. Actuum Apoſtolorũ nihil à priorib. mutata legitur. Pyrene uerò fons haud afflueẽtes aquas habet, cæterũ perſpicuas ad imũ potuq; ſuauiſſimas, Strabo De eo Perſius, Heliconideſq;, pallidãq; Pyrenẽ &c. Adagiũ eſt, Corinthũ & uallib. deprimi, & collibus ſurgere: in eos qui intractabilis & nutãtis animi ſunt, ut ſcitè Eraſmus ait, aut in locũ quempiã, quẽ ut parũ fertilẽ ſubobſcurè notare libeat. e Bucephalos.) Plin. haud longè à Cenchreis eo ipſo loco portũ facit, cui cũ Ptole. cõuenit: nomẽ ab equini capitis effigie indeptus eſt, ut cõiecturari licet. De Cherſoneſo & Scylleo longè in ortum prominentibus, nec diſtantibus multum, Ptolemæus, Plinius, alij. Hunc autem à Scylla Niſi filia illic in mari relicta putant habuiſſe nomen, ex Euſtathio. f Malea.) Plinius itidem à Scyllio in meridiem Maleum ponit, Ptolemæus libro tertio Omignaton, ni fallor, nominat Promontorium ipſum iuxta nauigantibus infeſtum eſt, adeóque ſæuum ut perſequi nauigãtes uideatur. Maro li. Aneid. 5. Nunc illas promite uires, Nunc animos, qbus in Getulis & Syrtibus uſi, Ionioq; mari, Maleæq; ſequacibus undis. Stathius 7. libro. Et raucæ, inquit, circunſonet ira Maleæ. Quibus locis deprehenditur mediam eius uocabuli communem. Lucanus libro ſexto. Et ratibus longè flexũ donare Maleæ. Nomẽ à Maleo Argiuorum rege inditum eſt. E loci periculo locus adagio datus. Maleam legens, quæ ſunt domi obliuiſcere, quo in omni præſenti periculo ſignificando utimur. Plutarchus certè in Arati uita Maleam uentis æſtibuſque atrocem eſſe, teſtis eſt. e Tænaros.)

Corinthus. *Lais.* *Solinus.* *Acrocorinthos.* *Pyrene.* *Adagium.* *Malea.* *Adagium.* *Tænaros.*

Ad medium meridiani lateris,& longo in fluctus procurſu tenue. Vide Ptolemæum tab. Europæ.10. De alijs promontorijs in eandem ſententiam lib.7. Strab. Id addiderim Chelonatem Ptolemæo Chelonitam dici, & iuxta eiuſdem nominis ſinum. De Ichty etiam Thucydides

Valla reprehēſus

quod inibi Valla piſcem tranſtulit: ob id ab Hermolao reprehenſus, quod proprijs nominibus, eſto ſignificent, per omnes linguas ſuus eſſe debet locus: pari modo in eiuſdē authoris libro ſecundo, ubi de Callirhoē fonte, qui Græcis ἐννεάκρουνος cognominatur, ipſe nouem fiſtulæ, quāquam minori culpa quàm quod Ichtyn piſcem tranſtulit.

Acritas, Ichtys ad ueſperū Chelonates et Araxos Habitāt ab Iſthmo ad Scylleō a Epidaurij Aeſcu

Epidaurus.

a Epidaurij. ab. Epidauro, in orientale litus ſuprà Corinthum ſita, clariſſima urbe. Plin.

Aeſculapius.

q̃ꝗ lib.4. in Saronico inqt, Epidaurū oppidū Aeſculapij delubro celebre. Fuit hic Podalirij & Machaonis parēs, medicus maximus & doctiſſimus, obꝗ artis præſtantiā in deorū numerū relatus cū Apollinis filius exiſtimatus eſſet. Vetuſtas ei dicauit anguē, quod multa huic animali remedia inſint, ut Plin. ſcribit lib.29. cap.4. Ideo anguis Aeſculapius Romam uectus uideri poteſt, de quo Valerius in miraculis lib.1. Strabo lib.8. ſcribit, templum hoc ægrotantium multitudine undiquaque confertum fuiſſe, pendentibus paſſim tabellis, quibus ſanati languores inſcripti erant. Quem morem ueteribus receptiſſimum fuiſſe uel illud Ouidij.8. Metamor. indicat: Vittæ mediam, memoresꝗ tabellæ, Sertaꝗ cingebant, uoti argumenta potentis. Nos idipſum quoꝗ utinā parum ſuperſtitioſè, ut alia ueterum plæraꝗ, non ita pridem imitari cœpiſſemus: nec eſſent qui quæſtus gratia miraculis quibuslibet fauentes, non rarò Taciti uanitatem nugando uincerent. Qui pro cōfeſſo credo Chriſtianæ religionis odio, lib.20. tradit, T. Veſpaſianum Alexandriæ, cœcum genibus afflexum, oris excremento illitis oculis uiſum reſtituiſſe: rurſum alibi ægrū manus tactu ſanaſſe. Idꝗ ab his qui corā uiderint, ſua ætate narratū ait, obſtinatiſſima mentiendi uanitate. Niſi quis has præſtigias impoſtori ſpiritui tribuendas exiſtimat, quem miraculorum artificem eſſe ſuprà ueteris hiſtoriæ fidem, Pauli teſtimonium, communem eccleſiæ conſenſum, ipſamꝗ experientiam, ueritatis magiſter Chriſtus multis in locis indicauit. Qui ne ſuos quidem diſcipulos adeò miraculorum magnitudine, & fide cōſpicuos eſſe inter homines uoluit, quin & falſis prophetis, quos in die iudicij cogniturus nō eſt, horum oſtentationem permiſerit, ut impijs etiam prophetiæ ſpiritum nōn negarit. Porrò Iamnē & Mambrem Aegyptios magos, cum Moſe ſeruo Dei miraculorū magnitudine contendiſſe Chryſoſtomus tradit. Quorū reminiſci non uolunt, qui nimis temere, meo iudicio, ne dicā impiè, quālibet rarā nouitatē precū occaſione obtingentem, quam interim aut caſui, aut naturæ, non rarò dæmonū fraudi tribuere queas, cōfeſtim mirari, extollere, & ſacrorū annalibus indere cōſueuerunt: idꝗ utinā tā facerent, ſolidæ pietatis ſtudio, quæ à præcepto ne latū quidem digitum recedit, quā ſolent quæſtus gratia, nō hoc tantū genere uulgi ſimplicitate abuti. Profecto, ut uetuſtiſsimus eſt fraudis excogitator dæmō, & ſui colendi, ut in ciuita. Dei, 10. lib. Auguſt. docet, mirè ſtudioſus, prætèrea & miraculorū acceſſione in caducis præſertim, & naturæ imperio ſubditis rebus, quas uerè Chriſtiani cōtemnunt, locupletiſſimus oſtentator: ita pientiſſimis quibuſꝗ circūſpectiſsimè obſeruandū, ne dū ſuperſtitioſis cultibus plus ſatis indulgere nos uiderit, adꝗ idipſum illexerit, eos ipſos quemadmodū ueteres gentiū cultus, ementitis miraculorū fucis Deo permittente, tueri pergat, & magnificare, noſꝗ ineſcet falſis bonis, qui ſemel per infirmitatem fidei, uera bona negligere cœperimus. Sed huic periculo quis non uideat ſuperſtitioſum aliquorum in ueneratione ſanctorū abuſum ancillari? ab his hodie nauiter retentū, qui publicæ ſaluti, atꝗ etiam charitati, priuata cōmoda anteponunt: de quo quidem referre cū ad me non attineat, ne præſentis quidem ſatis inſtituti fuerit. Et uideo hāc noxiā ueſaniam à doctiſſimis noſtræ ætatis Theologiæ quibuſdā ſatis ſuperꝗ excuſſam, proditā & eliminatā eſſe: nuperꝗ Tiguri Heluetiorū HVLDRICHO Zuinglio ſolidiſſimo Theologo firmis lateribus cōcionante penitus ꝓſcriptam. Quod ad me attinet, uellem equidē Ezechiæ optimi Iudæorū regis conſtantiā imitaremur, qui ſerpentē ęneū illū, cuius 21. cap. Numeri ſcriptura meminit, iuſſu etiā Dei à Moſe in aſpicientiū ſalutē ſuſpēſum: cū multis poſt annis in facti memoriā ſeruatus eſſet, & populus errans, nec dū myſterij capax, incenſum illi adoleuiſſet, atꝗ (ut Auguſtinus ait) tanꝗ Idolū colere cœpiſſet, magna cōſtantia, nec impari gloria fregit, & aboleuit. Indignū ratus, ut ſiniſtro ſignorū cultu increbreſcente, ſui à legis pręſcripto ad anilē metū, & fucatā pietatis tectorijs ſuperſtitionem tranſuerſi raperentur. Cernebat em, opinor, nuſꝗ grauiorē eſſe, nec uſꝗ ꝓniorem mortaliū caſum illo, qui à pietate ad ſuperſtitionē incautos præcipitat: innata nobis rerū, uel opinione ſacrarū, cum formidine quadā cōiuncta reuerentia. Qui uero ad hæc cōniuere, & his incōmodis credentiū, ſuū ut parent cōmodū, ſine fine curare ſolent, Hieroboæ mihi perſimiles uidētur Samariæ regi, illi ſeruilis ingenio uiro. Qui quidē, ut.12. cap.3. lib. regnorū ſcriptura docet, & libro decimoſeptimo de Ciuitate Dei Auguſtinus teſtatur, in Deū ingratus, ueritulꝗ ne regnum ſuum ad domū Dauid reuerteretur, ſi populus ad ſacrificia domus domini, quæ erat in Hieruſalē, permitteretur.

Taciti uanitas

Dæmon miraculorum artifex.

Ioannes.

Mambres.

Cōtra eos qui miraculis facilè credunt.

Fraus diaboli.

Nota.

Huldrichus Zuinglius.

Ezechiæ pietas.

Hieroboā impietas.

Idolorum uaniſsimo cultu retinere eum nefanda impietate maluit, quàm permittere, ut regni
ſui, hoc eſt caduci & tranſitorij boni, facto diſpendio, ad ueram ille Hieruſalem aſcenderet, ue-
ro Deo ſacrificaturus. Fateor autem interceſsionem ſanctorum eam eſſe, cui nemo non debeat *Sanctorum interceſsio.*
ne quis obiter in eorum me ſententia eſſe ſuſpicetur, qui diuorum uenerationi parum tribuũt
tantùm hoc mihi nemo eleuet, quod ſanctis placere hominem non credo, qui Deo nõ placeat.
Rurſum quemadmodum miſericordiam, & remiſſam peccatorum Dei eſſe ſcimus, ita hæc ipſa
non niſi Deum præſtare, ut omnis boni rationem ad hunc ceu fontem & authorem, cum gra-
tiarum actione referre debeamus. Diuis autem gratiam habere, quod ſua interceſsione illius
uoluntatem apparatiorem fecerint, aut certè id agere quod agunt non deſinant. Petrus Lom-
bardus libro ſententiarum. 4. diſtinct. 45. non obſcurè indicat: omnem ſanctorum interceſsio- *Petrus Lombardus.*
nem à ſola Dei uoluntate, in quam illi potiſsimum intendãt, pendere. Cæterum cum ſancto-
rum nomine ueteres ſcripturæ interpretes, frequenter eos intelligant, qui in humanis agentes
iuſtitia regni Dei præcellunt, horumq́ interceſsionem proficuam eſſe tradant: fit, ut his nõ mi
nus quàm illis debere nos uideamur. Ita tamen ut Chriſto nunquam non debeamus, cuius de
ſeſe interceſſore hæc ſunt apud Ioannem. 15. cap. uerba: Si quid petieritis patrẽ in nomine meo,
dabit uobis. Quod Diuus Paulus uelut exponens in Epiſtolæ ad Hebræos. 2. cap. Chriſtum *Ioannes.*
ait fratribus ſimilem redditum, ut miſericors eſſet, & fidelis pontifex in his quæ apud Deum *Paulus.*
forent agenda, ad expiandum peccata populi. Proinde Diuus Chryſoſtomus, quem inter re- *Chryſoſtom.*
ceptiſsimos Euangelij interpretes eruditi numerant, Homilia. 79. orandi præſcribens modum
ad ſolum Deum omnia dirigenda monet. Quo loco indicare uoluit, opinor, è quo petere præ-
cipuè debeamus. Nam in Homilia ſuper Matthæum quinta, in eos inuehens, qui omnem ſub
ſidij fiduciam in ſanctorum preces reijciunt, nihil interim (ſicut hodie ferè ſolemus) meliores
facti. Non igitur, inquit, quaſi oſcitantes & deſides, ex aliorum meritis pendeamus: habent enĩ
uim pro nobis, & quidem maximam orationes ſupplicationesq́ ſanctorum (uiuos intelligit)
ſed tunc profecto, cum nos quoq́ idipſum per pœnitentiam poſtulamus, & ad ſtudia meliora
confugimus. Auguſtinus quoq́ de Eleemoſynæ fructu ſimile quid referens libr. 21. in fine, de *Auguſtinus.*
ſanctis qui in humanis erant, intellexit, id quod me ſilente ex ipſa lectione deprehenditur. Rur *Chryſoſtom.*
ſus Chryſoſtomus paulo ante citata Homilia, Si uero, inquit, mente uigilemus, etiã per nos
metipſos iſtud ualeamus efficere, & multo magis noſtro quàm alieno tuti eſſe ſuffragio: nam
& Deus ſalutem noſtram non tam alijs rogantib. pro nobis uult donare, quàm nobis, ut hoc i-
pſo quo iram in nos eius placare cupimus, ad ſtudia meliora migremus, & fiduciam bonæ cõ-
ſcientiæ colligamus. quam ſententiam idem author Homilia in Epiſtolam ad Philemonem
tertia, pari uerborum grauitate repetit. Non ignoro autem ex Diametro, ut aiunt, diuerſa ab
his alicubi Gregorium opinari, tantum diuorum interceſsioni tribuentem, ut exiſtimet ple-
raq́ eſſe mortalium uota, quæ abſq́ hac in conſpectu Dei locum non habeant. Quæ ſententia *Gregorij opinio.*
quanquam pia uideri cuipiam poteſt, tamen ſcripturæ teſtimonio nitatur nec ne, non eſt me-
um decernere, qui uideam tamẽ Chryſoſtomi doctrinam & piã eſſe & Euangelicam, & Augu
ſtini authoritate confirmatam: qui libro 21. ultimo capite, cum oſtendiſſet fuiſſe aliquando
qui parabolæ Euangelicæ, quæ eſt apud Matthæum. 13. capite de terra bona, innixi, ita futu-
rum ſibi perſuaſerint, ut ſancti pro meritorum ratione in die iudicij tricenos homines, atq́ eti
am centenos & ſexagenos liberaturi eſſent: mox ſubiungit, Bene potius eſſe uiuendum, ut in
horum qui pro alijs liberandis intercedunt, numero demum reperiamur: alioqui euenire poſ-
ſe, ut paucis liberatis maior hominum pars è pœnis erui non quiret, quæ ſibi ſpem uidelicet
impunitatis, fiduciamq́ alienæ opis temeritate uaniſsima arrogauerit. Quo loco manifeſtè,
opinor, horum ſententia reuellitur, qui degenerem uulgi ſimplicitatem, ad extrariam ſancto-
rum opis fiduciam trahere malunt, idq́ue non raro coniecturarum & opinionum incertitu-
dine, quàm ad fidem, ſpem, & charitatem, quibus omnia inſunt, exemplo cohortari. Porrò
ſi quæ diuorum uox præpoſteris preculis urgenti cuipiam in hæc uerba dicat: Vt audiaris o- *Proſopopeia.*
ras? in teipſo ut exaudiaris bona cauſæ pars eſt. Crede baptizatus, & ſaluus eris. Peccaſti? inge-
miſce & pœnite, iam exauditus es. Labaſti? in peccator es, cuius mortem ſe nolle dicat domi-
nus, rurſus audiendus uenis, agnoſce crimen, & renouandæ mentis ſubi conſilium, nec falle,
nec tempus bonis operibus præſcribe, æternum indue propoſitum, nec perſonata pœniten-
tia ſit, quam profiteris. Preces oſtentas? ieiunium pallore & frontis rugis, ipſoq́ue ſupercilio
homini uenditas? caſſam rẽ agis. Curandum potius, ut à malis abſtinere te homo uideat, quid
uerò agas in proximũ, quid ores, ieiunes Deus ſciat: damnoſa eſt omnibus bonorum operum
oſtentatio. Quin dicimus, opere orare magnam rem eſſe, & ad perſuadendum efficaciſsimam.
Mutos & elingues exaudit Deus, & gemitu peccata confitentes nõ reſpuit. Scito tũ demũ fru *Opere orare*
giferam eſſe orationẽ, cũ bonorũ operũ cœperit eſſe comes. Omniſcia uero Dei mens eſt, nec
barbã ſimulatori uellẽdã præbet æternus Iupiter. Qui cogitationes quidẽ, & cordis ſecreta
ſcrutatus, nec à fronte, nec ab habitu, nec ſanè à ceremoniarum apparatu, quibus mortalib. uo
bis imponunt Hypocritæ, ſed à ſpiritu operis deriuat rationem, dignum an indignũ ſe ſit inde
æſtimãs. Iã cũ omnib. nobis id ſtudiũ ſit, ut nullo in momẽto à uolũtate Dei recedamus, ac ne

 poſsimus

poſsimus quidem, ſi uelimus maximè: id tibi curandum ò peccator, ut æterna illa uoluntate miſero tibi conciliata nitaris, perq; idipſum precibus noſtris, quæ alioqui perpetuæ ſunt, non obſtes. Fatemur ſanè in nobis orandis officium te facere, cum quod Deum in nobis honorant qui uenerantur, tum etiam quod partem ille gloriæ ſuæ in ſanctis eſſe uoluit. Cæterum nunquam ita futurum crede, ut pronã & toties promiſſam, tibi miſericordiam eius efflagitare neceſſe ſit, ſi tute ipſe dignus eſſe pergas, cui ea impartiatur. Dignus aũt fueris, ſi iuſta petẽs ita inſtituas animũ, ut à ſupremis labris mens non diſſentiat. Alioqui quid proſit, aliud urgere precibus, aliud opere prȩſtare.

lapij tẽplo inclyti, & a Trœzenij fide ſocietatis Atticȩ illuſtres. b Portus Saronicus, et c Schœnitas et

Perſius. Poſcis opẽ neruis corpuſq; fidele ſenectæ? Eſto age, ſed grãdes patinæ tuccetaq; craſſa Annuere his ſuperos uetuere Iouẽq; morantur. Auaritiæ dediſti nomẽ? Chriſti membrũ non es. Superbia tumes? in grege ſuo humilitate ſpectando te Deus nõ recipit. Inuidia palles? Proximũ ut teipſum nõ amas, nec placere Deo potes. Iniuſtitia inſoleſcis? regni promiſsi particeps nõ eris. Crapula diſtenderis? Scito in ſpiritũ immundũ ſapientiã non ingredi. Quære in primis regnũ Dei, & iuſtitiã eius, & cætera tibi adijcientur. Ridiculus eſt qui ſe frigere queritur, & frigida interim lauat. Nec alijs grauius ſuccenſent Medici, quàm qui ſani eſſe uelint, & à uetitis cibis nõ abſtinẽt: qui corã mulſum libãt, mox cũ ille abeſt, uino ſe ingurgitãt. De te quid ſentire Iouẽ autumas, quãdo ſtudio quodã imponendi diuinæ iuſtitiæ, cœlũ ore poſcis ridiculus, opere Gehennã quæris? Tunc ſanè noſtris precib. apud Deũ locus eſt, cũ præceptis eius pares, & qđ ille iuſsit, non deſpicis. Cur noſtris ueſtigijs nõ inſiſtis? clamas, oras, Regni mundi fuiſſe nos cõtemptores, eamq; ob rẽ feſtis diebus dignari pergis. Cæterũ ut paria præſtes, cũ hæc unica ſit ad felicitatẽ uia, nullo moueri exẽplo, nulla trahi perſuaſione potes. Nos te ſaluuũ eſſe cupimus, idq; nobis æternũ uotũ eſt, nec niſi gratus fueris, ſi ut precari nõ deſinamus petis: per te fit aũt ut aut proficuæ illæ, aut caſſæ preces exiſtãt. Nobis certè uoluntas Dei incõmutabilis lex eſt. Si inquã diuorũ uox aliqua

Auguſtinus. præpoſteris preculis urgenti cuipiã hoc modo dicat, quid reſpondeat? Sed de ſacrificijs Auguſtini uerba citare libet, quæ .7. ca. li. de ciui. Dei .11. ſic habent: Merito illi in cœleſtib. ſedib. cõſtituti immortales & beati, qui creatoris ſui participatione cõgaudẽt: cuius æternitate firmi, cuius uirtute certi, cuius numine ſancti ſunt: quoniã nos mortales & miſeros, ut immortales beatiq; ſimus, miſericorditer diligunt: nolunt nos ſibi ſacrificare, ſed ei cuius & ipſi nobiſcũ ſacrificiũ ſe eſſe nouerũt. Hactenus Auguſtinus. Cuius uerba me eius quoq; rei cõmonẽt, ut in quæſtionẽ uocandã horũ ſententiã exiſtimẽ, qui ſanctos memoriæ gratia ſui, et tanquã de ſe, ſuiſq; operibus uelut iuſtificantib. atq; adeo priuatis de meritis, fiduciam habuerint, diuerſa iuuandæ mortalitatis munia, ceu mnemoſyna quædam ambijſſe tradunt, cum Chryſoſtom. tamen dicat: quis eſt homo natus de muliere, qui credit iuſtum ſe eſſe inueniendum in conſpectu illius?

Omni ſpiritui nõ aſſentiẽdũ Nõ eſt aũt aſſentiendũ omni ſpiritui, id genus monita uiſioneſq; dormientib. aut uigilantib. ingerenti: quemad modũ prudenter ſacrorũ canonũ authoritate cautũ eſt. Non quieſcit enim impoſtor ille ſpiritus, & falſis ſeſe doctrinis uẽditare, nõ deſinit dæmoniũ meridianũ: miriſq; præſtigiorũ fucis, quemadmodũ iã olim in Aeſculapij templo, nihilo melior factus, benefacere, etiam ſanare & ditare pergit, ſatis ſuperq; eo ipſo diues ſi fractis animis noſtris ſpecie ueri, quam ad pietatem collata ſuperſtitio habet, à uero ſacrificio ad fucatas ceremonias, ac planè à ſacrificio domus Iſraẽl, ad idololatriam Hieroboam, demum abduxerit. Equidem Auguſtinũ ſequor, qui capite decimoquarto decimi de ciuitate Dei, ſic inquit: Omnia quippe quæ præſtare hominib. uel angeli uel homines poſſunt, in unius eſſe omnipotentis poteſtate, quiſquis diffitetur, inſanit. Hic igitur precum, hic orationis, hic omnis meditatio nis noſtræ ſit ſcopus. Sed ad Aeſculapium, à quo data occaſione diuertimus, reuertamur: de quo in ſerpentem uerſo, quem ueteres Epidaurium cognominarunt, Ouidius meminit libro Meta. 15. & alicubi per

Trœzenij. quam aptè Horatius. a Trœzenij.) In ipſa Cherſoneſo ſiti, ad quos recto curſu ex Pyreo commodiſsima nauigatio eſt. Eo igitur tempore, quo Xerxes tantis copijs in Græciam traiecit, cum Themiſtoclis oraculũ interpretantis ſentẽtia ualuiſſet, ut terra relicta, mari ſe concrederent: iuuentutem omnem Athenienſes in triremes impoſuerunt: plurimi uerò parentes & uxores in Trœzenen, Trœzenijs eos humaniſsimè ſuſcipientibus Decreuerunt enim ut hi publicè alerentur, duobus obolis in ſingulos diſtributis: puериſq; facta poteſtas, ut undecunq; liberet, poma acciperent, & pro his erudiendis, magiſtris merces perſoluta eſt. Eius decreti author Nicagoras fuiſſe traditur. Hactenus in Themiſtoclis uita Plutarch. Meritò ergo fidè Athenienſibus ſocijs ſeruata illuſtres eos Pomponius nominat: quid em̃ præſtantius, quid fidele magis, quàm eos quibus cum multa amicitia familiaris fueris, in rebus aduerſis omni ſtudio & officio adiuuare?

Saronicus portus. b Portus Saronicus.) Ptolemæus ſinum facit Saronicum. Plin. quoq; Sinus, inquit, Saronicus, olim querno nemore redimitus, unde ei nomen, ita Græcia antiqua adpellante quercum. Multi à Sarone deo marino. Nam Saronem fuiſſe regem qui

Schœnitas. illic Atlepiæ marinæ regioni imperarit, in Corinth. meminit Pauſanias. c Schœnitas.) Ptol.

Schœnem. Plin. Portus, inquit, Schœnitas, ubi Hermolaus Cœnitas defendit, uerũm mutata ſententia, alibi Schœnitas legi poſſe aſſerit. Pagoni mihi unicus Mela eſt author nam alibi, quod equidem ſciam, non legi. a Trœzen.) Vetuſtiſsima, nam Pitheum regem habuit eũ qui Theſei maternus auus fuiſſe fertur: ut ideo ab Ouidio Pitheia dicta uideatur, ut libro 6. nec adhuc Pitheia Trœzen. & lib. ultimo Meta. Eſt prope Pitheiam tumulus Trœzena &c. b Hermiona.) A qua Hermionicum ſinum cognominat Strab. clara illa fuit Iunonis phano

Pagonus. Oppida autem Epidaurus, & [a] Trœzẽ & [b] Hermiona his litorib. appoſita ſũt. Inter Scylleon & Maleã [c] Argolicus. Inter hanc et Tænarõ Laconicus. Hinc ad Acritã Aſinęus, inde ad Icthĩ Cypariſsius. [d] In Argolico ſunt noti ãnes, [e] Eraſinus atq; Inachus, & notũ oppidũ [f] Lerne. In Laconico [g] Githius & Eurotas. In ipſo [h] Tænaro Neptuni templum, & [i] ſpecus illi, quem in ponto Acheruſium diximus, facie & fabula ſimilis. In Aſinęo flumen [k] Pamiſſum. In Cypariſsio [l] Alpheus, [m] nomen dedere urbes in litore ſitæ, hinc Cypariſſus, illinc Aſine. Meſſenij Pylijq; terras colunt, & ipſa pelago [n] Pylos adiacet, Cyllene, [o] Calipolis. Patræ oram illam tenent, in quam Chelonates, & Araxos excurrunt: ſed Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrãtur,

c Argolicus.) Pli. qui ſequitur (Maleam ſcilicet) Argolicus appellatur, traiectu 50. milliũ paſſuum. De reliquis ſinibus Pomponio cum cæteris cõuenit, niſi quod Aſineũ, cui ab Aſine oppidum eſt nomen. Strabo & Ptol. Meſſenium nominant, cũ & Coroneus à Corona, quæ et ipſa in eo flexu eſt, dicatur Plinio. Cypariſsius autẽ à Cypariſſa eſt & Cypariſsium promõtoriũ ad eundem ſinum Ptole. Horum ſeries cum in omnibus ꝓpe codicibus manca intritaq; foret, noſtro Marte digeſta eſt & clara facta. d In Argolico.) More ſuo, ad Argolicũ reuerſus, quid ſingulis ſinibus illuſtre dignumq; memoratu inſit, oſtendit. e Eraſinus.) Qui terras ſubit, rurſumq; redditur, ſicut in Aſia Lycus, in Meſopotamia Tigris, Plinio. *Eraſinus.*

Ouid. lib. Meta. 15. Sic modo combibitur recto quoq; gurgite lapſus, Redditur Argolicis ingẽs Eraſinus. Lege Hero. l. 6. ubi de Cleomene. Inacho uetuſtiſsimus Argiuorum rex Inachus nomẽ dedit, Solin. f Lerne.) A quo Lernæa palus, & hydra illa Lernæa dicta. g Githius.) A *Githius.* Githio fortaſſe illic oppido, Ptolemæo & Plinio, qui trans Maleam lib. 6. idem numerat. Meminit & Liuius 4. lib. quartæ decados. Eurotæ nomen Eurota puella Taygetæ filia dedit, Stephano. Multa olim ad eius ripam Laurus, unde & Maro in Sileno, Audijt Eurotas, docuitq; ediſcere Lauros. h Tænaro.) Nomẽ promontorio eſt à Tænaro Iouis filio, & Calabri fratre, qui cum in ea loca perueniſſet, Neptuno templum extruxit, authore in urbibus Stephano. *Tænarus.* Hoc eſt Tænaron, in quod Arion Citharœdicę artis magiſter. Delphini dorſo per Siculos Ioniosq; fluctus incolumis tranſuectus eſt, ut cap. 8. lib. 9. Plin. & Herod. lib. 1. ſcripſerunt. Propterea duo quondam inibi ſimulacra celebria fuere, unum Delphini uehentis, alterum Arionis inſidendis, utrũq; ære fuſum, ut lib. 16. tradit Gellius. De Tænaro Statius lib. Theb. 2. Eſt locus, Inachiæ dixerunt Tænara gentes, Qua formidatum Maleæ ſpumantis in auras It caput, & nullos admittit culmine uiſus. Cum reliquis ad hunc Pomponij locum mirè facientibus i Specus.) De altero in Bithynia, retulimus. Ouidius li. 7. Specus eſt tenebroſo cœcus hiatu, Eſt uia decliuis, per quam Tirynthius heros Reſtantem contraq; diem radiosq; micantes Obliquantem oculos nexis Adamante catenis Cerberon attraxit. &c. k Pamiſſum.) Plinius libr. 4. In Meſſenia duodeuiginti mõtium, amnis eſt Pamiſſus. l Alpheus) Qui merſus, in Sicilia Arethuſam reddit. *Alpheus.* Vide Seruium ad principium libri Georgicorum tertij. Maro Aeneidos tertio. Fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe uias ſubter mare, qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis. Ipſa Arethuſa apud Ouidium libro quinto Meta. ſic infit, Piſa mihi patria eſt, & ab Elide ducimus ortus, Sicaniam peregrina colo. &c. Meminit & libro octauo Strabo, Alpheum dictum exiſtimans, quod alphos uitiliginis ſpeciem curet. m Nomen.) De finibus ſcilicet. De Meſſenijs prius diximus. n Pylos.) Vetuſta *Pylos.* ſanè quondam ciuitas, in agro Meſſenio, quem Coryphaſion Græci nominauerunt, à Sparta ſtadia circiter quadraginta ſita, ut Thucydides quarto libro ſcribit: Neſtore alumno, qui Pylius inde cognominatus eſt, celebris. multa Strabo octauo lib. o Calipolis.) Non adeo celebris atq; illa Macedonica, cuius Liuius 4. Decad. & Pl. meminere. De Patris etiam & Cyllene li. 2. Thuc. indicans uerò ex his locis recta in oppoſitam Acarnaniæ cõtinentẽ nauigationẽ eſſe. Pro ſitu uerò noſcẽdo pictura duce utere. A Cyllene Cyllenius Mercurius. Claud. li. 1. rapt. Cyllenius adſtitit ales Somniferã quatiẽs uirgã, tectusq; galero. Stat. li. 7. Tegees alũnũ dixit, à loco *Cyllenius Mercurius.*

uicino

uicino: Tunc ita uelócem Tegees affatur alumnum. a Rhion.) ῥίον Græcis promontoriũ dicitur, quod commune uocabulum huic iugo peculialiter tributum eſt. Nam & Corinthiacum ſinum anguſtis faucibus claudit, & oræ terrarum ad Græciam attinentium ferè principium eſt. Plin. cap 2. lib. 4. de Aetolia, Promontorium, inquit, Antirium, ubi oſtium Corinthiaci ſinus minus mille paſſuum latitudine influentis Aetolosq́ue dirimentis á Peloponneſo. Promontorium quod contra procedit, appellatur Rhion. Liuius quoq; libro 8. tertiæ Decad. Rhij

inſignis. [a] Rhion deinde (maris id nomen eſt) anguſte & uelut freto lacus, ore frequenti incidẽs, inter Aetolos & Peloponneſiacos uſq; ad Iſthmõ irrumpit. In eo ad ſeptentrionem ſpectare litora incipiũt. In his eſt Aegiõ & Aegira, & [b] Oluros, & [c] Sicyon: at in aduerſis [d] Pagæ, Creuſis, Anticyra [e] Oeãthia, [f] Cyrrha et notior aliquãto noĩe [g] Calydõ, & Euenos. Extra Rhiõ [h] in Acarnania maxĩe clara ſunt oppidũ [i] Leucas, flumẽ [k] Achelous. In

huius meminit. Non prætereundum uerò in tota Peloponneſo montes eſſe ſex & ſeptuaginta, Plinio. b Oluros.) Alia in Bœotia Olyros, in Meſſenia Olluros, ut ex Xenophonte & Strabone Hermol. docuit. Ptolemæus in his locis non Oluron, ſed Olenon ſtatuit. De Aegira & Aegio, *Sicyon.* Plinius, cæteri. c Sicyon.) A qua Sicyonij, quorum uetuſtiſsimus rex Aegialeus terrã illic latè tenuit, ut Pauſa. in Corinth. refert, tum & Aegialos uocata, Plinio. In Sicyone ſpectatiſsima quondam Occaſionis imagó extitit, authoris Lyſippi, cuius erudita eſt apud Politianũ in Miſcelaneis explicatio. Regiuncula & ipſa Sicyonia dicta. E Sicyone Aratus ille fuit, cuius meminit in præſtantium uirorum catalogo Plut. Iuxta Aſopus fluit, olea lauroq́; uirens. d Pagæ.) Iuxta Iſthmũ ſitæ occaſum uerſus. Notandum uerò hæc oppida partim Bœotiæ & Locrenſium, partim Aetolorum eſſe. Nam Pagæ Bœotica eſt, Plinio. e Oeanthe.) quã Oeanthiam Mela nominat Locrorum Ozolorum. f Cyrrha.) iuxta quod & Cyrrhæi campi ad Phocidem attinent, unde & Cyrrhæos ſcopulos, & antra Cyrrhæa fonteſq́; Cyrrhæos, pro *Anticyra.* Phocenſibus Parnaſijsue Poëtæ cognominant, Anticyra itẽ helleboro clara, alia ab illa Bœotica quæ in Maliacum inclinat: quãquam de utraq; adagium intelligitur. Nauiget Anticyras, de homine uehementer inſano. Creuſis uero Bœotiæ iuxta Pagas ſita, quam Creuſam Ptolemæus nominat. Aetolorũ Naupactus intra Rhion eſt, de qua antè meminimus, deinde & Ca- *Calydon.* lydon, Vide Ptolemæũ. g Calydon.) Plinius li. 4. Aetolorum, inquit, eſt Calydon. 7 millium. 500. paſſuum à mari iuxta Euenum amnem. Extra Rhium enim, eum tractum, qui in Adriatici *Aetoli.* fauces inclinat, primi tenent Aetoli, mox Acarnanes, poſtremi Epirotæ: horum ſedes Epirus, Acarnania, Aetolia, uiris, oppidis, montibus, amnibus, rerumq́; geſtarum memoria præ cæte- *Calydonia ſylua* ris inſignes. Ipſa Calydon Oenei patris Meleagri regia fuit, quæ ſyluæ, agroq́;, & Apro cognomen impoſuit, de quibus multa mentio eſt apud Ouidiũ lib. Transfor. 8. Non tacendum & in Britannia Calydoniam ſyluam eſſe, uerum uocabula ſyllabis dinoſci: nam Calydon pro Aetoliæ opp penult. corripit. Luca. li. 6. Euenus Calydona ſecat. Pro Britanniæ ſylua producit, o litera correpta. Martalis, Nuda Calydonio ſic uiſcera præbuit Vrſo. Item, Quinte Calydonios Ouidi uiſure Britannos. Et lib. 3. Silius: Inq; Calydonios primus trahet agmina lucos. Quanquam ſint qui e litera ſcribendum contendunt. Thucydides. 2. libr gentem Aetolorum grãdẽ & bellicoſam eſſe, uicosq́; ſine muris frequentius quàm oppida habitare ait. His Ozolæ, quorum meminimus, ob uicinitatem genere armorum & pugnandi induſtria adſimiles fuere. De Eueno amne conſtat. fuit & Philoſophus Euenus ille, qui ignem optimum eſſe ciborũ condi- *Acarnania* mentum dicere ſolebat, ut refert Plutarch. h In Acarnania.) Aliquãdo Curetis dicta, ualidã & ipſa gentem aluit Acarnanes. Sta in Achil. Dat bello pedites Aetolus, & aſper Acarnã. Nomen ſortita ab Acarnane Alcmeonis filio, qui primus eam oram ab Apolline indicatam pa- *Leucas.* tris auſpicijs celebrem fecit, author eſt lib 2. Thucyd. Meminit multis Strabo. 8. li. i Leucas.) In peninſula ſita Leucadia, quam olim accolæ inſulam fecerant quidem, uerùm reddita continenti eſt uentorum flatu congeriem arenæ accumulantium, ut Plin. cap 1. 4. libri ſcribit. Ideoq́; inter oppida continentis Pomponius numerat. Eſt iuxta quoq; litus Leucadium & Leucates promontorium, tum & inſula, quam Neriton Pomponius infra nominat, nam Leucas in peninſula aliquando Neritum dictum eſt, & ea ipſa Neritis, Plinio, nomine ab inſula ad continentem translato, ut Hermolaus exiſtimat. Neritos certè & Silio & Maroni inſula nominatur. Non ignoro & Leucadiam inſulam è regione Ambracij ſinus aliam à Nerito Pomponium nominare infra. k Achelous.) Ambraciam ab Acar- *Achelous.* nania ſuperans. Thucydides libro ſecundo Achelous, ait, amnis ex Pindo monte deuolutus per Dolopas, Argæos & Amphilochos, perq́; Acarnanicũ campũ ſuperne Straton urbem Aeniadasq́; interfluens, mari miſcetur reſtagnato. Meminit eius Ouidius libro transformat. 8.

a Epiro.

a Epiro.) Epirus Moloſſia Chaonia dicta eſt, ut eſt notum, in hoc tractu ingens & populoſa eſt, ab occaſu Ionio in Adriaticum flexo & acroceraunijs, à Septentrione Pindi iugis, ab ortu Acarnanida finitur, totam oram meridianam Ionio ambiente. De ea multa Strabo libro 8. *Epirus.*
b Ambracio.) Ab Ambracia urbe clariſſima, quam ambit. Plinius, Maximeꝗ (ait) nobilitatus Ambracius ſinus faucibus ſpatioſum æquor accipiens. In eum amnis Acheron ex Acheruſia Theſprotiorum palude ortus delabitur. Meminere & Strabo & Ptolemæus. Apud *Ambracia.*

[a] Epiro nihil [b] Ambracio ſinu nobilius eſt, facit ſinus, qui anguſtis faucibus, & quę minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit, faciunt urbes, quæ aſsidunt, [c] Actium, [d] Argi, Amphilochij, [e] Ambracia, [f] Aeacidarum [g] regia Pyrrhiꝗ, [h] Butroton ultra eſt, deinde [i] Ceraunij montes, ab ijs flexus [k] in Adriam. Hoc mare magno ſeceſſu littorũ acceptũ, & uaſte quidẽ in latitudinẽ patẽs, qua penetrat tamen uaſtius, Illyricis uſꝗ Tergeſtum, [l] cætera Gallicis Italiſꝗ gentibus cingitur. [m] Parthini & [n] Daſſaretę prima eius tenent, ſequẽtia paula-

Liuium libro 8. de Bello Macedonico, Arethõ ꝑ Acherõ deprauatè, credo, legitur. Iuxta & Cocytus fluit, amariſſimæ amnis undæ. Ob quorũ ingenium ad infernos amnes nomina trãslata ſunt. Eſt alias in Italia Acheruſia, & in Ponto Acheron, cuius Flacci teſtimonio meminimus.
c Actium.) Auguſti Colonia, & iuxta promontorium, ubi idem M. Antonium & Cleopatram bellò nauali ſuperauit, ciuitate tota Nicopoli in uictoriæ memoriam nominata. Maro libro Aeneid. 8. Actia bella Cernere erat, totumꝗ inſtructo Marte uideres Feruere Leucaten, auroꝗ effulgere fluctus. Ibi Apollinis quondã Actij templum, & ludi quinquennales inſtar Olympiorum, quorũ 3. Aen. Maro meminit. Lege Strab. *Actium.*
d Argi Amphilochij.) Strabo quoꝗ ſecundum Ambraciam (inquit) extare Argos Amphilochium, quod ab Amphilocho fratre, à quo & Amphilochia dicta, iuxta iacens regio, cum conderet Alcmæon nominauit: nam aliud eſt Argos Oreſticum, ſiue Hippium cognomine. Plin. Arcananiæ tribuens Argos (inquit) Amphilochium cognominatum cap. 1. lib. 4. Liuius lib. 8. belli Macedonici: Profectus ab Ambracia Conſul in mediterranea Aetoliæ, ad Argos Amphilochicum, &c. *Argos.*
e Ambracia.) Cui maximo Pyrrhus adiumento fuit, cum eò loco ut regia uteretur, Straboni. Vrbis eius ſitum reddit eleganter T. Liuius lib. 8. quartæ Decadis.
f Aeacidarum.) Regum Epiri ab Aeacida Pyrrhi patre, aut Aeaco Neoptolemi auo, à quo id nomen profluxit: cum uiri huius ex Ioue geniti ampliſſimam uirtutem regum illic ſeries in præcipuæ laudis ſibi gloriam traheret. Cicero lib. 2. de Diuinat. ſcribit Ennium Aeacidarum genus ut ſtolidum ſuggillaſſe, quod belli paulò appetentiores eſſent. De Aeacidis Plut. in Pyrrhi uita. Eſt aũt hic Pyrrhus, cuius in Romanos inſignia facinora extiterũt, Ennio poëta felix, ut Homero felicem Achillem Alexander indicauit. *Aeacidæ.* *Pyrrhus.*
g Regia.) Liuius lib. 8. belli Macedonici, Signa (inquit) ænea marmoreaꝗ, & tabulæ pictæ quibus ornatior Ambracia, quia regia Pyrrhi fuerat, ꝗ cæteræ regionis urbes euecta, &c.
h Butroton.) Nota urbs ex Plinio, cæteris. Theſprotiorum eſt, potiſſimæ Epiri gentis, quanꝗ & aliæ ſunt præclaræ, quarum Strabo libro 8. fideli nomenclatura meminit. Lucan. lib. 3. Theſproti Dryopesꝗ ruunt, quercusꝗ ſilentes Chaonio ueteres, liquerunt uertice Sellæ. Maro lib. Aen. 3. Littoraꝗ Epiri legimus, portuꝗ ſubimus Chaonio, & celſam Butroti aſcendimus urbem. Montes in toto illo procurſu clariſſimi ſunt. Ad Dodonen Tomarus centum aliquando inſignis fontibus, In Ambracia Cania, in Acarnania Aracynthus, quem Actæon Maro cognominat, in Aetolia Acanthon, Panætolium, Medion, Plinio. *Montes.*
i Ceraunij.) Ideo dicti quod fulminibus infeſtentur, Seruio. Lucanus libro. 5. Theſſaliæ ſaxoſa timent, oræꝗ malignos Ambraciæ portus: ſcopuloſa Ceraunia nautæ Summa tenent. Maro: prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta. Meminit & Plinius cap. 23. lib. 3. Vide Ptolemæum.
K in Adriam.) Cuius primam oram Macedonij populi adhabitant, reliquam Dalmatæ, Illyrij, Liburni, Iſtri uſꝗ Tergeſtum: Quos Mela communi Illyricorum nomine cenſet.
l Cætera Gallicis.) ad reliqua (inquit) littora, quæ trans Tergeſtum Italiam ambiunt, Galli Italiꝗ habitant.
m Parthini.) Plinius quoque in ora Macedonica Parthinos, in Dalmatica alios ab his Parthenios locat, Oeneis proximos. Strabo libro 7. Super Epidannum (inquit) ſiue Dyrrhachium & Apolloniam ſedes habent Bylliones, & Taulatij, & Parthini, & Phrygi, uſꝗ ad Ceraunios montes. M. Cicero in L. Piſonem: Achaia exhauſta, Theſſalia uexata, laceratæ Athenæ, Durachium & Apollonia exinanita, Ambracia direpta, Parthini & Bulienſes illuſi, Epirus exciſa, Locri, Phocij, Bœotij exuſti, Acarnania Amphilochia, Perrhœbia, Athamanum'que gens uendita, &c. Quem locum eò libentius citaui, quod in omnibus propè exemplaribus corruptè legitur. *Parthini.*
n Daſſarethæ.) Quos à tergo Epiro iunctos Plinius ſcribit primo capite quarti libri, *Daſſarethæ.*

tim [a] Enchelię, [b] Phęaces, deinde ſunt q̊s propriè Illyricos uocãt, tũ [c] Pyrei & Liburni & [d] Iſtria. Vrbiũ prima eſt [e] Oricũ, ſecũda [f] Dyrrhachiũ, Epidãnos ante erat, Romani nomen mutauere, quia uelut in damnũ [g] ituris omnẽ id uiſum eſt. Vltra ſunt [h] Apollonia, [i] Salona, Iadera, Narona, Tagurium, ſinus Polaticus, & [k] Pola quondã à Colchis (ut ferũt) habitata, in quantũ [l] res tranſeunt, nunc Ro-

& Strabo lib. 7. in eadem eſt ſentẽtia. Itidẽ & Daſſaritæ dicuntur Plin. 23. cap. 3. lib. de eo ipſo loco, A Lyſſo (inquit) Macedonia prouincia, gentes Parthini, & à tergo eorum Daſſaritæ. At eoſdem eſſe non dubitauerim, nam qui Straboni & Ptolemæo Daſſaretij dicũtur, eos ipſos Daſ-
Enchelæ. ſaritas Polybius nominat, cum Daſſaretis eoſdem, ut Hermol. tradit. a Encheleæ.) Cadmi & Hermionæ nepotes, qui magna olim in his locis potentia floruerunt, ut Strab. lib. 7. ſcribit, harum oppidum fuit Encheleæ ſanè uetuſtum, de quo lib. 3. Lucan. Et nomine priſco Encheleæ, uerſi teſtãtes funera Cadmi. Iuxta enim, Cadmum & uxorem Hermionem longo admodũ ſenio cõfectos, cum ab Iſmeno illuc conceſſiſſent, in ſerpentes mutatos eſſe fabulantur, ut in Periegeſi Dionyſ. & lib. 7. Strabo referunt. Meminit & Ouid. lib. transformat. 4. Græcis ἔγχελυς anguilla ſerpens'ue dicitur. Plin. in cõmuni Illyricorum nomenclatura lib. 3. Liburnis Encheleas iungit. Strab. Enchelios nominat, niſi id librariorum culpa contigit, quanquam nil repugnat & Enchelios dici eos, & En-
Phæaces. chelias, ut plerunque alias alias gentes. b Phæaces.) Iuxta Acroceraunia, habitarunt & Corcyram. Verg. Protinus aërias Phæacum abſcondimus arces. Memorati illi à regno Alcynoi, cuius Homerus meminit 6. & 8. Odyſſ. c Pyrei.) Piln. lib. 3. ſupra Scordã fuiſſe ait Faſſeos, Grabeos, propriéque dictos Illyrios, tum & Taulantos & Pyreos. At nunc Illyriorũ ſedes Tergeſto propior eſt. Libuit hæc adferre in hunc locũ, eò libentius, quod illa locorum nomina in omnibus, quæ uiderim Pomponij codicibus corruptè leguntur. De Liburniorum uetuſtiſſima gente nota ſunt omnia. Seruius Liburnos, Rhetos, Vindelicoſque eſſe putauit falsò. d
Iſtria. Iſtria.) Cui hoc etiam hodie nomen manet. Clariſſimum ad eam oppidulũ Iuſtinopolis,
Iuſtinopolis. quod Caudiſtriam uocant accolæ, tanquam Iſtriæ caput, in quod è Venetijs, cum ad uiſenda illa littora ſoluiſſemus, ſecundis uentis aliquando delati ſumus, poſtero die Tergeſtum uecti. At Tergeſtum Auſtriæ principium eſt, Iuſtinopolis Pauli Vergerij patria, hodie ditionis
Inſula. Venetorum. Supra eam in decliui monte ſitum oppidum, cui Inſulæ eſt nomen, recentiſſima adhuc apud me memoria celebre. Nam ſiti in medijs undis preſſos, tum & tædio maris, quod tunc primum ingrediebamur, fatigatos, optimo uino, & apparatiſſimo conuiuio in priſtinam ualetudinem grata beneficentia reſtituit. e Oricum.) Plin. de eo ipſo loco, At
Oricum. in ora (inquit) oppidum Oricum, à Colchis conditum. Inde initium Epiri, &c. Rectè igitur primam urbium Pomponius dixit. De Orico Lucan. lib. 3. Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, & uagus altis Diſperſus ſyluis Athamas, &c. Dardaniam nominans, à Dardanis gente illic fera, ac Daſſaretis proxima, Plinio. Opportuniſſima eſt Oricum uerſus è Brunduſio Calabriæ nauigatio, littora enim Adriatici non amplius 85. millibus paſſuum, illic interfluis fluctibus ſeiunguntur. Meminit Oriſci ſæpe lib. 2. Appian. & in 3. Cõmentario ciuilium bellorum Cæſar. Non omiſerim, iuxta Oriſcum tractum eſſe Palæſtinum, cuius lib. ante cita-
Furiarum templum. to meminit Cæſar, à Palæſte loco cognominatum, ubi templum fuit Furijs ſacrum, à quo Palæſtinæ cognominatæ ſunt. Ouid. Faſtor. 4. Sæpe Palæſtinas iurat adeſſe Deas. Cuius uerſus expoſitionem Paulo Marſo debemus, præſtanti Grãmatico. Porrò quid in illo Catulli uerſu explicando, Iuro per Syrios tibi furores, Beroaldus attulerit, quidque de illo Ouidij uerſu ſentiat, quamque aptè interpretetur, eruditi æſtiment, mihi Marſiana profectò magis arrident. f
Dyrrhachiũ. Dyrrhachium.) A Corcyrenſibus colonis à Phalio Corinthio deductis habitata, ut libro 1. Thcydides ſcribit. Appian. lib. bell. ciuilium. 2. Ab Epidamno Barbarorum rege conditore Epidamnum, eiusque portum poſt Dyrrhachiũ dictum à Dyrrhacho Epidãni ex filia nepote, tandẽ Corcyrenſes appellationẽ ut infauſtam mutaſſe, portumque ab urbe, quę deſuper imminet, Epidamnum dixiſſe. Hactenus ille. Romani uerò Epidãni nomine, ut magis infauſto, expuncto, Dyrrhachij uocabulũ reſtituerunt. A Dyrrhachio Dyrrachini dicti ciues. Cicero in Piſonẽ, Quo metu cõmoti Dyrrhachini profugiſſe noctu trepidatum imperatorem indicauerunt. g Ituris.) Si quando ad ea littora appuliſſent. h Apollonia.) Media inter Lyſſi fluminis oſtia & Acroceraunia, ab ea dicti Apolloniatæ, Cæſari, alijs. i Salona.) De Salona, Iadera, Narona, Tragurio, Dalmaticis Illyricisque oppidis, in Liburniæ deſcriptione Plinius, Notiſſima earum Salona apud Cæſarem libro 3. bellorum ciuilium. Capta olim ab Aſinio Pollione. Cæterum Salonæ Salonarum pluratiuuo Cæſari & Seruio dicitur. Tragurium etiam marmore clarum, Plinio. k Pola.) Ad Hiſtriam attinet, à qua Sinui nomẽ, à Colchis quondam conditam, etiam Plinius ait. l Res trenſeunt.) Tempore ſcilicet omnia rapiente. Ouid. lib. Metam. ultimo, Tempus edax rerum, tuque inuidioſa uetuſtas Omnia

deſtrui-

deſtruitis,uitiataq́ꝫ dentibus æui Paulatim lenta conſumitis omnia morte. Et Cic. pro Marcello non tam eleganter, quàm uerè, Nihil eſſe, ait, opere ac manu factum, quod aliquando non conficiat, & non conſumat uetuſtas. a Aeas.) Aeantem in occaſum uerſus ex interioribus Macedonum, iuxta Apolloniam profluere Stra. lib. 6. ait. Eſt & Tapſus in eodem tractu Ptol. & Cæſari. *Aeas.* b Nar.) Plinius & Strabo Naronem nominãt, à quo Nareſij populi. Supra Naronem Colonia Epidaurus Plinio & Ptol. alia ab illa Peloponẽnſi: hallucinante Beroaldo, qui Seruium taxans ſolam illam Peloponnenſem aſſerit. *Nar.* *Epidaurus.* Lucan. libro 2. Seu læua petatur Illyris Ionias uergens'ue Epidaurus in undas, *Lucanus.* ubi interpretes Epidãnum intelligunt, poteſt enim & Epidannus legi. At quia caſtigata exemplaria Epidaurus habent nil temere mutandum eſſe arbitror. c Iſter) Strabo lib. primo ſcribit Eratoſthenẽ, & ante eum multos in illa fuiſſe ignorantia, ut fluuium ab Danubio deriuatũ in Adriaticũ iuxta Iſtros egredi tradiderint, unde & Iaſonis è Põto in Adriaticũ tranſitus locum habuerit hiſtoriæ. Hos Mela ſecutus pari ignorantiæ næuo notatur. Lege Pli ca. 18. Corneliũ Nepotem, & omnes eos reprehendentem, quibus id perſuaſum eſſe potuit. d Tergeſtum.) Colonia, à quo iuxta ſinus eſt Tergeſtinus, quem equidem nauigaui, oppidum etiamnũ clarum: illuſtre autem dũ *Tergeſtum.* hæc ſcribebam, Petro Bonomo inibi Epiſcopo, uiro in omnibus bonis artibus prȩſtante, æqui & iuſti, ut ſummam eloquentiam qua pollet prætercam, amantiſsimo. *Petrus Bonomus.*

mana colonia. Amnes autem [a] Aeas, & [b] Nar, & Danubius qui iam dictus eſt [c] Iſter, ſed Aeas ſecundum Apolloniam, Nar inter Pyreos, & Liburnos, per Iſtros Iſter emittitur. [d] Tergeſtũ intimo in ſinu Adriæ ſitum finit Illiricum.

ITALIA

DE Italia magis, quia ordo exigit, quàm quia monſtrari eget, pauca dicẽtur: nota ſunt omnia. Ab [e] Alpibus incipit in [f] altũ excedere, atq́ꝫ ut procedit, mediam ſe perpetuo [g] Apœnini mõtis iugo attollens, inter Adriaticũ & Tuſcum, ſiue (ut aliter eadẽ appellantur) inter

ITALIA.

ITalia, quia ſic ſita eſt, & illud nacta cœlum, quod multa temperie præſtat: facta eſt frequentiſsima, Græcisq́ꝫ undique adnauigantibus aliquando peruia; maximè uero Romanis olim uictorijs illuſtrata, & multis antè nominibus appellata: nouiſsimè Italiæ nomine durante, quod ei Italus Heſperi, à quo & Heſperia dicta eſt, frater impoſuit, ut M. Cato in Originibus retulit. Primi eam Arunci, Sicani, & Pelaſgi coluiſſe creduntur, ut capite decimo primi libri ſcribit. Meruit hæc terra ſuprà omnes alias, ſcriptorum Græcorum Latinorumq́ꝫ diligentia famam & memoriam: nec eſt quicquam, quod intactum reliquerint, qui illud aliquando ſcribendi onus ſubierunt, nec habuit finem in uno, rerum omnium comprehenſa ſeries, ſed ſingulis propè ſeculis ſinguli fuerunt, à quibus laudaretur. Extant hodie excepto Pomponio, quos equidem uiderim legerimq́ꝫ, partim integri, partim mutili temporum iniuria, M. Cato, Myrſilus Leſbius, Caius *Scriptores Italiæ.* Sẽpro. Quintus Fabius Pictor, Antoninus, Dionyſius, Strabo, Plinius, Solinus, Ptolemæus Polybius quoque: & inter recentiſsimos Blondus Forliuienſis, Raphael Volaterranus, Aeneas Syluius, & Ioannes Annius Viterbienſis: ut totum Latinorum poëtarum & Hiſtoricorum gregem, obiter de ea tradentium, omittam. A plurimis autem, quorum temporum iniuria monimenta interciderunt, deſcriptam eam fuiſſe conſtat. Proinde et Plin. indicat libro primo & Mela ſuis id uerbis teſtatur, quando ait: Pauca dicentur, nota ſunt omnia &c. Nos quoque intactam eam reliquiſsemus, niſi (quod alibi itidem nos permouit) ſtudioſæ iuuentutis gratia ex his quos citauimus, quæ Pomp. indicat magis, quàm exponat, adiectis qualibuſcunq́ꝫ commentarijs, planiorem faciliorémq́ꝫ efficere uiſum eſſet: maximè quod uaga lectio in teneris animis non proficit. e Ab Alpibus.) Intuere primum tabulam Europæ. 6. Ptol. ut uidere Italiam uidearis, mox limites inquire: tum qui ſit Apœnini procurſus obſerua. Inde inſignia oppida fluminaq́ꝫ, ut ultra citraq́ꝫ iacẽt, uiſu ſequere, eo modo quo tradit Pomponius. f In altum.) In pelagus. g Apœnini iugo.) M. Cato Pœninum montem eum nominare uidetur, per quem Hannibal exercitum traiecit in Galliam. *Apœninus mons.* Hinc Apœninus dictus, quod radices ſub Pœnino tranſitu Hannibalis habeat. Meminit mõtis Luca. lib. 2. & libro quarto Silius. Polybius interpres in libro 3. Apœninus, inquit, mons paulò ſupra inferum mare ab Alpibus oritur, moxq́ꝫ ſe magis atque magis ab illis deiungens, recto dorſo in ſuperũ mare fertur, quaſi uſq́ꝫ ad urbem Senam. Inde rurſus ad dextrã fle

ctens per mediam Italiã in Siculũ fretum diſcurrit. a Superũ mare.) Adriaticũ, ita dictum quod in ortum ſpectet. inferum autem Tuſcum, quod in occaſum uergit. Lucanus libro ſecundo: Inferni ſuperiq; maris. Suetonius in Auguſto, Claſſem inquit, Miſſeni, & alteram Rauennæ ad tutelam ſuperi & inferi maris collocauit. Iulius Solinus, neſcio an bene, idẽ mare, quod Itali inferum uocant, à Græcis Ionium, uel Tyrrhenum uocari tradit. Dionyſius certè & Strabo Pomp. ſubſcribunt longeq; Ionium à Tyrrheno ſeparant. Adriaticum autẽ dictũ putat Cato ab Atria ſiue Adria oppido uetuſtiſsimo, qd' dudum interijt. In qua ſententia & Iuſtinus eſt libro .20. Multi ab Iaonis filio Adria ita dictum uolũt. De Thyrrheno diximus. Silius quoq; Italicus libro .5. de Traſimeno, Lydius hinc genitor Tmoli decus, æquora lõgo Mæoniam quõdã in Latias aduexerat oras Tyrrhenus pubem dederatq; uocabula terris.

[a] ſuperum mare & inferum excurrit: diu ſolida: uerùm ubi longè abit, [b] in duo cornua ſcinditur, reſpicitq; altero Siculum pelagus, altero Ioniũ, tota [c] anguſta, & alicubi multò, quàm unde cœpit anguſtior. Interiora eius aliæ aliæq; gentes habitant, Siniſtra patre [d] Carni & [e] Veneti colunt [f] Togatã Galliam. Tum Italici populi [g] Picentes,

b In duo cornua.) C. Sempronius, Italia, inquit à iugis alpium oritur, cingitur ſupero & infero mari, & ſecatur Apœnino: qui à iugis Alpium ortus per mediam Italiam à Liguribus ad Anconam porrectus, inde paulatim uſq; Venuſiã reflexus, ibi ex tranſuerſo diuidit Italiam. ex àltera parte Brunduſium, altera Veliam attingens circum ſinum Tarentinum: quem Auſones primi, inde Aborigenes Græci poſt Oenotrium Arcadem tenuere. Lege ca. 10. li. 2. Vitruuium. Altiſsimus eſt, ut bene Silius dixerit lib. 2. Alpibus æquatum attollens caput Apœninus. c Anguſta.) Nuſquam enim 200. mil. paſsibus amplior eſt, Plinio: qui querno folio ſimilem eſſe, & multo proceritate ampliorem, quàm latitudine, læuoq; flexam cacumine, figura parmæ Amazonicæ deſinere aptè docet.

Carni. d Carni.) noti, nomine adhuc durante: quanquam remotius à mari ſupra forum Iulij, hodie tractum à ſe Carnithiæ cognominatum inhabitant, & in meridiem ſupra Tergeſtũ regionem, quæ uulgo Carniola dicitur. Ptol. quoq; ſupra Cõcordiam & forum Iulij Carinthiã locat.

Veneti e Veneti.) Quorum hodie non adeo uetuſta atq; in littore fuit, in ipſo mari ſedes eſt ampliſsimæ ciuitatis, & ſupra q̃ credi poſsit, imperio atq; opibus auctæ, Venetias nominant, terra mariq; magnarum uirium conſcias, tum & rep. multa prudentia adminiſtrata inſignes. His cunctis, ut M. Cato ſcribit, origo Phaëtontæa eſt: Poſterius mixta his nobili ſtirpe Troiana, à quibus Patauiũ ſuo conditore inclytũ. Cõſtat aũt Gallorũ gentis eſſe recentiſsimos cultores, id qd' li. 9. quartæ Decad. indicat Liui Receptiſsima & hæc opinio eſt, ueniſſe è Paphlagonia Henetos, quorũ in eo tractu poſteri Veneti dicti fuerint. Venetiæ aũt nomine quicqd ab Hiſtria ſecundum maritima uſq; Rauennam iacet comprehenditur, authore Plin cap. 18. li. 3. M. Cato quoq; Venetia, inquit, eſt omnis ora circum ſinum maris, poſt Hiſtriã uſq; oſtia Padi.

Venetia. f Togatã Galliã.) A Toga dictã, ſuccincto ueſtis genere & appoſito. Ne quis eos recte ſentire putet, qui Venetũ hodie ueſtitũ togis cõferũt, ut ſimilẽ: quando Romæ, atq; in omni Latio indecorũ fuit, uirũ tunicis uti ultra brachia, ac ꝓpè in priores manus ac digitos ꝓlixis ut cap. 12. 5. lib. ſcribit Gellius. Cõſtat aũt Italiã aliquãdo intra Apœninũ & Rubiconẽ amnẽ, q iuxta Ariminũ in Adriã defluit, terminos habuit, ut Pli. ſcribit. Luca. quoq; li. 1. de Rubicone: Perq; imas ſerpit ualles, & Gallica certus Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis. Citrà eñ quicquid eſt, ad eã Galliam attinuit, quæ Ciſalpina cognominatur. Senogallia intra Anconã & Padũ à Senonibus, antea Belgis uicinis, qui illinc Hetruſcos pepulerũt dicta: mox Gallia Togata, à conformi uidelicet. cũ interioribus eius terræ gẽtibus ueſtitu. A Gallis illi, ut Sẽ-

Gallia Togata. ꝓnius ſcribit, duce Arũte primi in Italiã trãſcẽderũt Alpes, à ꝗbus ſenſim pulſi Hetruſci à Ciſpadana & Trãſpadana regione quæ nũc Galliæ nomen habet, meminit Polybius in Africæ motu li. 3. Hi ſunt Senones, à ꝗbus Roma aliquãdo inuaſa captaq; fuit, Pli. Inde ꝗcquid ab Alpiũ radicib. ꝓminet, à Varo extimæ Liguriæ aduſq; Formionẽ aliquãdo, poſt uerò ad Arſiã fluuiũ qui ſupra Hiſtriam eſt, id totũ Italiæ ceſſit. Eã duarũ fecerũt partiũ: nam quæ Romã uerſus à Mõtanis in Tuſcũ pelagus inclinat, Ciſapœninã dixere, reliq̃ Trãſapœninã, authore Catone & Semꝓnio. Trãſapœninã rurſus in Ciſpadanã, & Trãſpadanã partiti ſunt. In hac Carnorũ agrũ, Venetiã, Veronã, Brixiã, Mutinã, Mediolanũ, aliaq; iuxta ſita oppida: in illa Rauẽnã, Bononiã, Regiũ, Parmã, Placentiã, Dertonã, & uicinas cæteras poſuerũt interfluo Pado. Carni igitur & Veneti Togatã colũt Galliã, ſi modò Tranſpadanã Galliæ nomine cõprendimus, ut debemus. uel illo M. Ciceronis teſtimonio Philip. 12. Et ut omittam, inquit, reliquas pattes Galliæ (nã ſunt omnes pares) Patauini alios excluſerũt, alios eiecerũt miſſos ab Antonio &c. Gel. li. 15. Res, inqt, accidit Patauij in Tranſpadana Italia memoria digna. Demũ Liui. li. ultimo. 4. deca. ſcribit Aquileiam Latinam Coloniam in agro Gallorum deductam eſſe.

g Picentes.) Supra Rubiconẽ reuera Italici; enumerat aũt utriuſq; litoris inſignes populos

ab initio

ab initio orſus in Siculum uſq; fretum & Ioniũ pelagus. Id obiter notandũ, Picentes dici qui ſupra Anconã ſiti ſunt, & tractum horum Picenũ: Picentinos autem ab his ortos, qui alio in *Picentini.* latere, inter Surrentinum promontorium, & amnem Silarum habitant, Ptolemæo & Plinio, qui Picentinum agrum, & oppidum Picentiam inibi locat. Strabo li.5. Ad mare Tyrrhenũ, inquit, Picentinorum natio colit, eorum pars modica qui Adriam habitant, quos quidem Romani Poſſidoniatem in ſinum traduxerunt, &c. De nominibus equidem non contende-

a Frentani, b Dauni, Apuli, Calabri, Salẽtini. Ad dextrã ſunt ſub Alpib. c Ligures, ſub Apœnino d Hetruria, poſt e Latiũ, Volſci, Cãpani, & ſuper Lucaniã Brutij. Vrbiũ q̃ ꝓcul à mari habitant, opulẽtiſſimę ſũt. f ad ſiniſtrã Patauiũ Antenoris, Mutina & g Bononia Romanorum coloniæ. Ad dexteram h Capua à Tuſcis, & i Roma quõdam

rim, nam Straboni alijsq; iam Picentes, iam Picentini nominantur utrinque ſiti, quanquã qui Adriæ imminẽt frequentius Picẽtes. Cato Picenos lingua Ethruſca genus ſacrũ dici ſcribit, à Sabinis eos ortos affirmans. a Frentani.) Alij *Frentani.* à Ferentinis q in Thuſcia ſunt, & Ferentinatibus, qui Latium habitarunt, de quibus diſputat Hermolaus ca. 5. lib. 3. Plinij Illorum Frẽtana regio Plin. dicitur. b Dauni.) A quibus Apulia Daunia cognominata eſt, *Dauni.* à Dauno duce Diomedis ſocero dicti. Horũ oppidũ eſt Salapia Hannibalis meretricio amore inclytum, ut Plin. cap. 11. lib. 3. ſcribit. De Apulis, Calabris, & in ultimo cornu ſitis Salẽtinis, nota omnia. Vide Ptolemæũ. c Ligures.) A Liguro Phaẽtontis filio, Catoni. d Hetruria.) Plurimarũ coloniarũ, & Italię olim princeps, ab eorũ metropoli regia cognominata, Catoni. e Latium.) Vetus ac nouũ Plin. f Ad ſiniſtram.) Ab Alpibus proſpiciendo. g Bononia). Notiſsima, ut aliæ quoq;. Sed id adiecerim, Felſinã aliquando uocatã, cum prin- *Bononia.* ceps Hetruriæ eſſet (ante Gallorũ enim aduentum Hetruſci pulſis Vmbris illic ſedes poſue- *Felſina.* runt) inde Cato principem metropolim Felſinam nominatã à rege Hetruſco conditore, poſt à ſucceſſore Bono Tuſcanienſi Bononiam dictam ſcribit, legẽ Iuſtinũ lib. 20. h Capua.) *Capua.* Seruius à Tuſcis, qui omnem penè Italiam ſubiugauerint, conditam ſcribit, apud Vergil. lib. Aeneid. 8. ad illum uerſum: Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Suetonius in Dictatore, Capys conditoris ſepulchrum Capuæ fuiſſe indicat, in quo à colonis deductis tabula reperta fuit, quæ Cæſari mortẽ denunciarit. Ad id & Bucan. accedit. 2. lib. Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni. Plin. cap. 5. lib. 3. Capua, inquit, ab undecimo campo dicta, quod quo modo intelligẽdum ſit, inibi Hermolaus adnotauit. Liu. lib. 3. ab urb. cond. propius uerò eſſe exiſtimat à campeſtri agro appellatam, Idq́uod & Euſtathio placet. M. Cicero, luxus infamia Capuam notans, ſuperborum eam quondã domum fuiſſe ait, ut mirum non ſit, potentia eam ſimul & gloria priuatam, nihil ferè hodie, præter umbram nominis retinere. i Ro- *Roma.* ma.) Orbis aliquando caput dicta, & ampliſſimi imperij iure in hunc uſq; diem felix, Cœlo ita indubiè, & cœleſtibus dijs uolentibus: Nam & ſyderum locum, habitumq́; tempore quo cœpta eſt condi, obſeruauerunt uetuſti, è quorum numero fuit Lucius Tarutius Mathematicus, Chaldaicis literis eruditus, & M. Ciceroni ualde familiaris, quemadmodum ipſe Cicero *Error Solini & Semepronij.* libro de Diuinat. 2. ſcriptum reliquit. In cuius nomen quia incidi, annotãdus mihi eſt error ingens C. Sempronij, & Iulij Solini. Hi Romam 11. Calend. Maias hora inter ſecundam & tertiam cõditam eſſe, ex Tarutio (qui & Varronis temporibus uixit, & Romuli Genethliacon deſcripſit, ut Plutarch. teſtis eſt) referũt, Sole in Tauro, Luna in Libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione. Quæ ſyderum poſitura nullo prorſus modo poteſt in cœlo ſtatui, cum impoſſibile ſit, Venerem uel duorum ſignorum Zodiaci interuallo, unius uerò Mercuriũ à Sole abſcedere, quod ipſum præter receptiſſimos hodie Aſtronomos, ipſe quoq; Plin. ſecundi lib. cap. 17. confirmat, qui Veneris ſtellam nunquam longius 47. partibus, Mercurij autem nunquam longius 20. à Sole abſcedere ait, & recentiores ex Ptolemæi authoritate in fine dictionis duodecimæ Almageſti, maximam elongationem Veneris à Sole 47. graduum, *Maxima elõgatio Veneris & Mercurij à Sole.* minutorum quinquaginta, Mercurij autem graduum 28. & 37. minutorum eſſe affirmant. Nam quod Cicero lib. 2. de natura Deorum Mercurio unius ſigni, Veneri duorum ſignorũ interuallum tribuit, Græcam antiquitatem ſecutus uidetur, quemadmodum & in falſo errantium ſyderum ordine. Cum igitur Taurus & Scorpio, ut notum eſt, hemicyclo diſtẽt, hoc eſt primus gradus Tauri à primo Scorpionis 180. graduum interuallo, qui fieri potuerit, ut Sole Taurum tenente, ad 11. Calend. Maij, Venus & Mercurius tanto ſpacio à Sole diſcedentes Scorpionem tenerẽt? Quid ergo? aut Solinum lapſum & Sempronium dices, aut Tarutium toto erraſſe cœlo fateberis. Ipſe culpam ſcriptoribus rem non admodum intellectam errore intricantibus magis tribuerim, quàm Tarutio, nam in hoc labi, uel his ignominioſum eſt, qui rudimenta mathematicæ delibare cœperiut. Impoſſibile enim factu eſt, ut eo modo diſtent iam dicti Planetæ. Cæterum qui illud emẽdet & reſtituat Genethliacõ, niſi Oedipus re-

Georgius Collimitius. ſurgat,nemo erit.Memini Georgium Collimitium clariſſimum Aſtrōnomum,cum inter nos loci huius incidiſſet mentio,dicere ſolitum, multo aliud ſyderum habitudine atq; interuallo tum cœlum fuiſſe, cum urbs hæc cœpta eſt condi,quam uulgò pleriq; putent,idq; è fortunis & rerum Romanarum ſucceſſu (quantum Aſtrorum iufluxu dinoſcere daretur) haud difficilè deprehendi aiebat.Cumq; hominem tum urgerem,ut ſoleo,ampliori ſcrutinio facto, Veteres inquit,Aſtronomi,qui Romæ originem aſtris ſubdiderunt, Librā eam horoſcopū habuiſſe affirmant, atq; inde illa quoq; Mālij Mathematici carmina ſunt li.4. Heſperiam ſua libra tenet, qua cōdita Roma, Orbis & imperium retinet diſcrimine rerum,Lācibus & poſitas gentes tollitq; premitq;. Quin etiam Romulo Libram

[a] à paſtoribus cōdita,nūc ſi pro materia dicatur, [b] alterum opus. At in oris proxima eſt à Tergeſte [c] Cōcordia. Interfluit [d] Timauus, nouē capitibus exurgēs, uno oſtio emiſſus. Deinde Natiſo nō lō

Coniectura de cōditæ urbis Horoſcopo. tribuit, cum ait: Qua genitus cum fratre Remus hāc condidit urbem,Et proprijs frenat pendentem nutibus orbē.Recentiores gregatim ſub Leone eſſe Romā aſſerunt. Coniecturā eſſe Collimitius aiebat minimè friuolā,eo tēpore quo cœpta ſit urbs condi, aſcendens fuiſſe cor Leonis,regiā ſtellam,in medio cœli Solē in Tauro,Iouem in piſcibus in nona orientalē, Mercurium in eadem nona in Ariete orientalem,Venerē in Tauro occidentalē,& in medio cœli, poſtremo Saturnum & Martem in Scorpione,in domo quarta.Horum rationem,quam reddidit,equidem adſcripſiſſem,niſi hactenus me digreſſum eſſe,ſatis ſuperq; foret. a A Paſtoribus.) Multa Sēpronius,multa Liuius,pleraq; omnia in uita Romuli Plutarchus Cæteros qui ſunt innumeri,ſino. b Alterum opus.)Adeo enim magnificis ſtructuris poſt inſignis fuit,ut nulla in parte ruſticæ originis adparerēt ueſtigia.Scribit in Heliogaboli uita Lampridius,iocari aliquando cum ſeruis Heliogabalū ita ſolitum, ut millena pondo aranearum deferri ſibi ex urbis ædibus iuberet,præmio inſigni propoſito,mox ſeruos collegiſſe decē millia pondo,qua re facile aiebat intelligi poſſe,quàm magna eſſet Roma. Mirum aūt rem perinde leuiſſimam & ſordidiſſimam, quęq; uerri emungiq; quotidie ſoleat,in tam amœna,ſplendida,& magnifica urbe,amplitudinis indicium fuiſſe. c Cōcordia.) Nota ex Plinio & Pto

Timauus. lemæo,nomine etiamnum durante. d Timauus.)Interfluere,inquit,Timauum inter Concordiam & Tergeſtem,& poſt,Natiſonem nominat qui Aquileiam abluit. Plinius quoq; ad Carnorum regionem amnem ſtatuit Timauum,& lib.5. Strabo.Non uideo ergo quomodo

Blōdus Forliuienſis. amni,qui Patauium præterlabitur, Timaui nomen congruat,id quod Blondus Forliuienſis in Marchiæ Taruiſanæ diſcriptione contendit,argumentis non ſanè temere adductis. Quibus ſi locus datur,fatendum eſt erraſſe uetuſtos.Aut ſi illi uerum tradidere,euanuiſſe amnem credendum.Antiquis enim (ut Ouidius ſcribit)tam multa tremoribus orbis Flumina proſiliunt,aut exſiccata reſidunt. Ipſe adoleſcens cum è Carinthiæ illuſtri oppidulo , & optime de me merito Villaco uiſendi cauſa Venetias prexiſſem, paucos poſt dies Tergeſtū naui delatus ſum,ut per oram eius littoris,quod Aquileiam uerſus procurrit,Timauum obſeruarē, quē ſanè nuſquam reperi,uſq; ad Vtinū & Natiſonem profectus. Eſt quidē haud longe à Goricia,quam Noreiam Strabo dicere uidetur,uicus ſancti Ioannis nomine, & iuxta arx minutiſſima ſuper Timauum portum,quæ uulgo Tyuuein uocatur.Ibi è rupe nō grandi fontales undæ multiplici ſcaturigine,magna ſanè & miranda copia elabuntur,riuumq; faciunt haudquaquam tenuem,qui in proximum ſinum egreditur,& multis capitibus ſurgens uno oſtio exit.Is ſi Timauus eſt, longè fama naturam ſuperat, quod fieri perſæpe uidemus,nemo eſt enim qui neſciat,quantū è paruis neglectisq; magna celebriaq; fecerit Græcæ ambitionis curioſitas.Nec ille quidem,quem Patauio proximum Brentā nominant,tantus eſt, ut Timaui aut nomine,aut fama dignus uideri debeat,nec aliud mihi,Paduam è Venetijs nauigāti maiori admiratione dignum uidebatur,quàm quod è mari,ſuperato aggere, ſicca terra naui uehebat machinis attracta,mox decliui curſu in Brentæ alueum demiſſa, unde aduerſo amne Paduā uſq; iter erat,Luciæfuſina miro quodā per reſtagnantes artifcio undas, aſcenſu præterita. Vtcunq;,aſſerere auſim,nunq; eum à Marone intellectū,etiam ſi Lucanus,& Martialis in aliam ire ſententiam literatoribus uideantur.Nec acceſſerim interpretationi quam Blondus attulit, quandoquidem ſatis non fuerit,tutari quod uelis,authore Seruio,qui nuſquam magis frequentiusq; lapſus eſt,quā ubi reddendus erat ſitus,ut uerè eum pleraq; locorū nomina

Vergilius. indiligentiſſime interpretatum eſſe Hermolaus dicat. Ipſe apud Vergilium per ora, fauces meatusq; orientium aquarum intelligo,nam dicit: Vnde per ora nouem,&c. Scimus autem fluuium non ex oſtijs,ſed in oſtia profluere.Quid autē obſit quo minus fontes ora dicamus, cum fontis uocabulo etiam oſtia intelligantur? Lucanus de Tigri & Euphrate lib.3.Quos nō diuerſis fontibus edit Perſis, &c In unum enim alueū infra Meſopotamiā corriuantes ſinū

Locus Boëtij. illabuntur Perſicum.Quem locum Lucani (ut & hoc obiter notem) diuerſo ſenſu tranſtuliſſe uidetur lib. de conſol. 5. Boëtius cum dixit: Tigris & Eufrates uno ſe fonte reſoluunt,

Et mox abiunctis diſſociantur aquis. Conſtant enim hos diſtãtibus oriri fontibus, licet uterq; in maiori Armenia aſſurgat, nec adeo diſſociari, quin ad poſtrema coëant, quanq; ſunt qui eua neſcere in Paluſtria Euphratẽ aſſerant, de quo nos alibi. a. Aquileiam.) Latina olim Colo nia, Euerſa denuo, nec alio hodie inſignis magis, ꝙ templo, religione & memoria ſanctorũ ho minum; tum & ſalubrib. piaculis undiq; mortalibus illuc cõcurſantib. & Patriarchatus titulo celebris. Iuxta tamẽ oppidũ Vtinũ, Principum Auſtriæ opus inſigne admodũ, & arce in me- *Aquileia.* *Vtinum.*

ge à mari ditem attingit[a] Aquileiam: ultra eſt [b] Altinum. Superiora late occupat littora [c] Padus, nãq; ab imis radicibus [d] Veſuli mõtis exortus, paruis ſe primũ fõtibus colligit: & aliquatenus exilis, ac macer, mox alijs amnibus adeo augeſcit atq; alitur, ut ſe per ſeptẽ ad poſtremũ oſtia effundat: unum de ijs magnũ Padũ appellãt: inde tã citus proſilit, ut diſcuſsis fluctibus diu qualẽ emiſit, undam agat, ſuumq; etiam in mari alueum ſeruet, donec eum ex aduerſo littore Iſtrię eodẽ impetu [e] profluens Iſter amnis excipiat. Hac re ꝑ ea loca nauigãtibus, qua utrinq; amnes eunt, inter marinas aquas dulcium hauſtus eſt. A Pado ad Anconam tranſitur Rauẽnam, Ariminũ, Piſaurum, [f] Faneſtris colonia. Flumẽ Metaurus atq; Eſis, & illa in anguſto illorũ duorũ ꝓmontoriorũ [g] ex diuerſo coëuntiũ inflexi cubiti imagine ſedens, ac ideo à Grais dicta Ancona, inter Gallicas Italicasq; gẽtes quaſi terminus intereſt: hanc enim pręgreſſos Piceni littora excipiũt, in quibus Numana, Potẽtia, Claterna, Cupra urbes:

diæ urbis ædito colliculo cõſpicuũ. b Altinũ.) In quo L. Verus imperator Apoplexi perijt. Ad paluſtria Padi ſitum, Plin. & Str. c Padus.) Maritimorũ cõmeatuũ Italicis ſubſidijs fidus inuector, ut elegãter dixit Ambroſius. De hoc nihil nõ eſt notũ. Id retulero, irrigare eũ fœcũdo fluore agros, quãuis alpiũ auctũ niuibus. Nec eſſe amnẽ alium qui breuiore curſu maiorẽ undarũ uim corriuet, faciunt immania noſtratiũ Alpiũ iuga, in eum ſeſe ꝑpetuis undis exonerãtia, facit Apœninus amnium minimè obſcurorũ, qui altero è latere Padũ intrãt, parens. Lege Lucan. lib. 2. Plin. 16. cap. li. 3. Str. lib. 5. Antè à duce coloniarũ Eridanus dictus Etruſci à profunditate Botigon, Ligures Botigũ, ſeu Bodintũ ob altitudinẽ, demũ à picea arbore, quæ circũ origigenẽ ſuã multa eſt, Padũ, ut in originibus M. Cato ſcripſit. Eſt & alius in Græcia Eridanꝰ in Iliſſum immittens, quem ſenem Ouid. lib. 2. Met. ad huius differentiam nominat, & *Padus.* *Locus Ouidij*

7. lib. Multa quoq; Eridani placuerunt gramina ripis. Vbi ſuſpitio eſt minimè audax, pro Eridani, Apidani, ſcripſiſſe imperitos. Str. fuiſſe indicat lib. 5. qui iuxta Padum Eridanũ aliũ ſtatuerint à Pado, Phaëtõtis caſu & ſororum Cygniq; metamorphoſi nobilem, præterea ferentes Electra inſulas ante amnem Padum iacentes. Vnde falsò creditum in Tranſpadana ſuccinum reperiri, authoribus eius famæ Henetis, ad quos primùm per Pãnonias è Germania Electrũ allatum fuit, quod ſatis Plinius Solinusq; teſtati ſunt. Sed fabulæ locus ex hiſtoria dari potuit, Phaëtontem enim Ligurum regem fuiſſe uetuſtiſſimum, cuius multæ in Etruſco littore coloniæ fuerint, Cato eſt author, Ligurũ uerò eius filium, à quo Ligurum portum dici uoluit, & omnem illic tractum Liguriam. Cygnum autem prodiderunt Galliæ fuiſſe regulum, Muſicæ admodum peritum, in Atticis Pauſanias refert, unde in canoram auem mutatum Græca nugandi licentia credi uoluit. At eundem eſſe Padum & Eridanum, ex Plinio conſtat. d Veſuli.) Quem hodie uulgus accolarũ Montanys uocat. e Profluens Iſter.) Falſum id eſſe, paulò antè Plinij teſtimonio ꝓbauimus. Ipſe quoq; Cato in Originib. Hiſtria (inquit) à duce miſſo à Iano nomen retinet. At Græcorũ quidam dictam ab Iſtro amne cognomine Danubio, cui Danæ gentes accolæ cognomen impreſſere. Fabulanturq; ramum ex eo in Hiſtriam effluere, inq; Adriaticũ mergi. Hactenus Cato. Nota eſt Rauẽna, hodieq; & opibus & ædificijs ueteri famæ reſpondet, hoc infelix tamen, quod ætate mea pugnam uidere coacta eſt, multorũ cædẽ lachrymabilem, hinc Ludouico Gallorum rege, illinc Iulio II. Põtifice maximo tãtis odijs cõferentibus arma, ut ſacro etiam Dominicæ reſurrectionis die in prælium fuerint egreſſi, Gallis uictoriam ſed non incruentam reportantibus. Ariminũ autem M. Cicero pro Cecinna 12. Coloniarum ciuitatem uocat. Cæterum ab amne Piſauro nomen eſſe conſtat. f Faneſtris colonia.) Plinius cap. 15. lib. 3. In ora (inquit) flumen Eſis, Senogallia, Metaurus fluuius, colonia fanum fortunæ, Piſaurum cum amne, &c. Ptolem. quoq; lib. 3. Fanum fortunæ nominat. g Ex diuerſo.) Plin. cap. 13. lib. 3. Colonia (inquit) Ancon appoſita promontorio Cumero *Phaëton.* *Ligur.* *Cygnus.*

in ipſo

caſtella aũt Firmũ, Adria, Truentũ: idẽ ei fluuio, q pterit, nomẽ eſt. Ab eo [a] Senogallia maritima ad Aterni fluminis oſtia. Vrbes [b] Bucara & Hiſtoni um. Dauni aũt, Tifernũ amnẽ, [c] Cliterniã, Lucrinum, Theanũ, oppida, monteq́; [d] Garganũ. Sinus eſt cõtinuo Apulo littore incinctus nomine [e] Vrias modic9 ſpacio. [f] pleraq; aſper acceſſu. Extra [g] Sypuntũ, uel (ut Graīj dixere) Sipyus, & flumen q Canuſiũ attingens [h] Aufidum appellant. Poſt [i] Barium, Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudiæ, & in Calabria [k] Brũduſiũ, [l] Valetiũ, [m] Lupię, [n] Hydr9

in ipſo flectentis ſe ore cubito, &c. Quibus uerbis ſatis indicat, cur dicta ſit Ancona, hoc eſt, q̃d cubiti imagine ſedere eam, ac propterea id à Græcis nomen indeptam Pomponius ait, ἀγκὼν, his cubitus eſt. Et conſtat ferè Ancones dici promontoriorũ flexus: ſicut ab architectonicis quiuis conflexus, qui coẽuntibus parietibus angulum rectum deſcribit. Ancon dicitur, uulgus angulum uocat, ita ancontis ſtriarum in columnis appellat libro 3. Vitruuius, ipſe quoq; nexus coitusq́; duarum linearum angulum rectum deſcribentium Ancon eſt. Iuxta Anconã igitur pars oræ prominens, et ingentem ambitu portũ cõplexa, duobus promontorijs contrapoſitis, & portum prę munientibus, intra ſe urbem habet in ipſo ſitam flexu, littoris effigie cubiti imaginem quandam retinente. Strabo libro 5. urbem à Syracuſanis Dionyſij tyrannidem fugientibus conditã eſſe ſcribit. Porrò & Numanæ origo ad Siculos refertur. De potẽtia ſequẽtibusq́; claris urbibus, Ptolemæus, Plinius, cæteri. Id notauerim, Firmum Plinio Firmanorum caſtellum uocari, Strabon. Firmũ ut Pomp. Cuprã
Cupra. aũt dictã puto haud uana cõiectura à Cypræ tẽplo, illic à Tuſcis, qui Cyprã Iunonẽ dicunt, extructo (ut Strab. ſcribit) ut Cupra, ſiuę Cypra una appellatione contineantur. Nam uocabula quæ Græci per y pronunciant, nos per u literam proferre poſſumus, ut Larumna, Sulla, &c. pro Larymna, Sylla, authore ex noſtris Hermolao. Nec illa eſt Adria, quæ mari nomen dedit, nam interijſſe eam propè Padum Cato & Strabo teſtantur, porrò & Atriam hanc, & inde Atriaticum mare, mox ad Catonis tempora Hadriaticum, poſt & Adriacum dictum, & etiam Adrianum. Cicero in Piſonem, Brunduſium uitauit, & ultimas Adriani maris oras petiuit. a Senogallia.) Plinius & Ptolemæus infrà Anconam, Arminum uerſus Senogalliam ſtatuerunt. Mela eius ut regionis tractus'ue magis q̃ oppidi meminit, tanquam & trans Anconam illi tenuerint. Nam antè, Anconam quaſi terminum eſſe Gallicarum Italicarumq́; gentium dixit. b Bucara.) Plinius & Strabo Bucam trans Aternum fluuium Apuliam uerſus
Aternus. ponunt Aternus autem ille eſt, qui Sulmonem Ouidij patriam præterfluit, fœcunda celebris aura, ut in Meteo. Pontanus. c Cliterniam.) Claternam Plinius in Ciſpadana ponit, quẽadmodum & Ptolemæus. Mela in Piceno cenſet aliam ab hac Cliternia Dauniorum, quæ Larino & Teano proxima eſt. Id notandum, Sidicinum cognominatum hoc Teanum, ut Graccho in oratione de L L. promulgatis, Nuper Teanum Sidicinum conſul uenit. Et Plin. lib. 5. Teanum (inquit) Sidicinum cognomine. Quemadmodum & lib. 6. Strabo. Rurſum Teanum oppidum Apulum cognominatum obſeruaui apud Ciceronem in oratione pro Cluẽtio. Pari (inquit) dignitate, Teano Apulo, atq; Luceria equites Romanos homines honeſtiſſimos lau
Garganus. datores uidetis. d Garganum.) Celebris Apuliæ mons, ſubtus quẽ adhabitantes propriè Apuli dicuntur. De eo Syl. In nemore aut agitet Gargano terraq́; ferarum. Hodie mons dicitur ſancti Angeli. e Vrias.) Plin. iuxta Sypuntem oppidum locat Vriam, à quo ſinum cognominari crediderim. Strabo Vriam in interioribus, Vreum in littore diuerſa oppida ſtatuit. f Pleraq;.) Pleriſq; locis. g Sypuntum.) Notũ oppidum. Dicitur aũt Sipyus, untis, & Sipus, untis, & Sypuntũ. h Aufidum.) Quem cruentũ ex Cãnenſi Romanorũ clade aliquã
Barium. diu fuiſſe Florus ſcribit, in Hirpinis ortus montibus Canuſiũ præterfluit, Plin. i Bariũ.) Nobile morte Syllani ſenatoris clariſſimi qui diro Neronis imperio mori iuſſus, pectus Cẽturioni fodiendũ præbuit. Baris & Baretũ dictũ aliquãdo, Str. munitiſſimũ oppidũ & arce inſigne, Barij ducis filiã Bonã Sfortiã ducatus hæredẽ, dũ hæc ſcribebã, cõiugẽ duxit Sigiſmũdus Poloniæ rex Princeps inuictus. Nec ignoro Barrũ hodie dici magnis ædificijs illuſtre & tribus à
Ianus Conarſky Iurecõſul. laterib. mari ablui, reliq̃ uerò q̃a cõtinẽti adhæret, arce illa defẽdi, ut Ian9 mihi Conarſky regis Poloniæ à ſecretis, uir cũ naturæ gratia, tũ ingenij acumine præſtãs, cũ Viennã illinc ueniſſet Orator, bona fide retulit. De Egnatia Str. & Plin. Rudias Str. Rhodias uocat, niſi uitiatus eſt co-
Brunduſium. dex, cõuenit uerò in Ennij patria cũ Pomp. Euſeb. & Eutr. Tarentinũ eſſe malũt. k Brũduſiũ.) A forma ceruini capitis, q̃d Meſapij uernacula lingua ita nominãt. Clariſſima eſt hæc urbs, nobili portu, q̃ tuta iam olim Romanis in Græciã uia fuit, tum & fuga Põpeij à Cæſare obſeſſi etiamnũ memorabilis. l Valetiũ.) Plin. Baleſiũ nominat, Ptol. ut ſuſpicor, Aleciũ, nec mirũ, id eſt, in tanta rerũ nominũq́; uariatione. m Lupiæ.) Lupias cõſtat à Malẽnio Daſummi filio
Hydruntum. Salentinorũ rege cõditas, uelut in Antonio philoſopho teſtatur Capitolinus. n Hydrus.)

Alij urb is

mons: tum & [a] Salentini cāpi, & Salentina litora, & urbs Graia [b] Gallipolis. Hucuſque Adria, hucuſq; Italiæ latus alterū pertinet. Frons eius in duo quidem ſe cornua (ſicut ſupra diximus) ſcindit. Cęterū mare, quod inter utraq; admiſit, tenuib. promōtorijs ſemel iterūq; [c] diſtinguens, nō uno margine circuit, nec diffuſum patēsq;, ſed per ſinus recipit. Primus Tarētinus dicitur inter promōtoria [d] Salē & Laciniū. In eoq; ſunt [e] Tarētus, [f] Metapontū, [g] Heraclea, [h] Croto, [i] Turium. Secūdus [k] Scyllaceus inter promontoria Lacinium & [l] Zephyrium, in quo eſt [m] Petilia,

Aliȷ urbis magis quàm montis meminere: ea hodie Hidruntum dicitur, nota clade paucis retro annis à Turca illata, oppidanis omnibus necatis, & matribusfamilias conſtupratis. Ex eo litore Apolloniam uerſus mare non amplius centum millibus paſſuū expanditur. Quod pedeſtri continuare tranſitu, pontibus iactis, primus Pyrrhus Epiri rex cogitauit: poſt eum M. Varro, utrunq; rerum aliarū impediente cura, ut Plin. cap. 10. lib. 3. ſcribit. a Salentini campi.] Peninſulæ forma intra Tarentinum & Adriatici fauces propanſi, Iſthmo ſe iuxta Brūduſium & Rudias contrahēte, nō amplius 310. ſtadijs lato, quod ex Ptolemęi tabula diſcitur. à ſalo autē, id eſt, mari dictos autumat Feſtus Pompeius Cretas & Illyrios, qui cum Locrenſibus nauigātes ſocietatem in ea regione fecerint. *Salentini.* A promontorio igitur, q̄d in extimo cornu peninſulæ à ſitu Acran Iapygiam nominant adusq; Garganum, Iapygiæ, Dauniæ, Meſappiæ, Peucetiæ, Apulię, & Salentinorū nomine litora interioraq; cenſentur, hodie Apulię uocabulo in uniuerſum cōprehenſa. b Gallipolis.] A Gallis Senonibus, ut Plin. li. 3. *Gallipolis.* ut hîc Pomponius exiſtimat, à Gręcis conditum. Quod ſi hunc ſequeris, Callipolin rectius leges, nomine ab loci uenuſtate ſumpto: ſi illum, Gallipolin, g litera origini fidem faciente. c Diſtinguēs.] Italia, inquit, mare, quod inter utraq; cornua admiſit, tenuibus promontorijs diſtinguens, tribus ſinib. Tarentino, Scyllaceo, & illo, quod ad Siculum fretum in occaſum uerſum inter Zephyrium eſt et Brutium. Plinius quoq;, à Locris, inquit, Italiæ frons incipit, Magna Gręcia appellata, in tres ſinus incedens Auſonij maris, quoniam Auſones tenuere primi. Tarentinus & Scylleticus celeberrimi ſunt, Brutius tertius non adeo: quanquam oræ huius ut locis frequentiſsimæ Plinius & Strabo meminere. d Salen.] Strabo & Plinius Salentium uocant, quod & Iapygium Ptolemæo dicitur, in fronte eius cornu, quod in Ionium proſpicit: *Salentinum promontorium.* Lacinium autem inter Crotonem & Petiliam procurrens, à Tarentino Scylleticum ſeiungit. *Lacinium.* Inter Scylleticū & Terinæum Iſthmus eſt anguſtiſsimę Italię, ueris non amplius 20. millibus paſſuum patentibus: infra quę Lucaniam uerſus alius eſt Iſthmus contrahentium ſe litorum, uerum amplior, ut Strabo libro ſexto ſcribit, ſtadiorum. 300. ſupra quem ager eſt Brutiorum. Id, niſi pictura iuuetur, nemo capiet, ut & alia propè omnia, quę ad geographiam attinent. e Tarentus.] *Tarentus.* Clariſsima & Pyrrho Epirota in ducem contra Romanos accito nobilis, ſita in peninſula quadam, ut indicant Ptolemæus & Strabo multis libro ſexto. Virgilius Aeneidos tertio: Hic ſinus Herculei, ſi uera eſt fama, Tarenti Caulonisq; arces & nauifragum Scylaceum. Memoratur & Archita clariſsimo Pythagorico, qui Platonem, cum mortem moliretur Dionyſius Tyrannus, per epiſtolam eripuit, ut libro octauo ſcribit Laërtius. *Architas.* In hoc uniuerſo tractu, Magna aliquando Gręcia floruit adiecta Sicilia. nam utrinq; magnæ Græciæ nomen frequens fuit, Straboni. Hęc eſt illa Gręcia, cui Pythagoras doctrinæ præſtantia, & rerum fortunæ contemptu magnus, immortalem gloriam peperit, Crotone ante alias eius incolatu celebri: è qua, cum annis uiginti docuiſſet, Metapontum migrauit: functusq; fato eū à ſuis conſequutus eſt honorem, ut domo, quam habitauit, ſublata, templum ei extruxerint poſteri, & diuinis honoribus auxerint, ſicut teſtatur libro 20. Iuſtinus. f Metapontum.] A Pylijs, qui duce Neſtore è Troia nauigarunt, conditum, oppidum adeo terræ prouentu & agricolatione felix, ut ea gratia auream æſtatem Apollini Delphico aliquando donum obtulerit. Strab. *Metapontum.* g Heraclea.] Siris aliquando dicta Plin. eo nomine, quo iuxtà fluuius dicebatur. h Croto.] Milone athleta memorabilis, qui Pythagoræ diſcipulus fuit, Strab. Condita eſt à Micylo Alemonis filio, ut & Ouid. indicat lib. Meta. 15. Conſtat fuiſſe peritiſsimam olim rei militaris, ut mirandū ſit, *Nota.* exercitum Crotonitarum 130. millium à decem millibus Locrorū unà cum Rheginis aliquādo ad Sagrā Lucanię fluuiū uictum. Inde nato prouerbio, Hoc re apud Sagrā geſta uerius eſt, in incredulos, authore Strab. De Sibari, q̄ hoc in tractu potētiſsima fuit, luxu perdita, & à Crotoniatis uaſtata, nō indigna lectu Strab. li. 6. i Turiū.] Nobiliſsimo uino, q̄d Turinū dictū eſt, celebre. Turijs in Italia hiſtoriā ſuam Herodotus cōdidit, ut ca. 4. li. 12. ſcribit Pli. k Scyllaceus.] A Scyllacio, de quo etiā Pomponius, quod Athenienſes Scyllecium nominarunt. Plin. l Zephyrium.] A quo Locri Epizephyrij dicti in extimo eius agri iugo ſiti, & ab Heſperijs orti Locrenſibus, ut alibi ex Plinio & Strabone retulimus. m Petilia.] Philocte- *Adagium.*

ª Cœcinum, Scylaceum, Miſtræ. Tertius inter Zephyrium, & ᵇ Brutium, ᶜ Conſilinum, ᵈ Cauloniam, ᵉ Locroſq; circundat. ᶠ In Brutio ſunt ᵍ Columna regia, ʰ Rhegyū, ⁱ Scylla, Taurianum & Metaurū. Hinc in ᵏ Tuſcū mare deflexus eſt, et eiuſdē terræ latus alterū Terina, Hippo nūc Vibō, ˡ Temeſa, Clāpetia, Blāda, Buxētū, Velia Palinurus olim Phrygij gubernatoris, nūc loci nomē Pęſtanus ſinus, ᵐ Pęſtū oppidū, Silarus

tæ opus. Maro libro tertio. Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. De Miſtris notum eſt. Mi
ſtiam apud Plin. Hermolaus legit. a Cœcinum.] A fluuio nomen indepta: alij Carcinū,
Brutium. atque etiam Concinthum legunt, ſed ſuo periculo. b Brutium.] Promontorium id eſt,
quod Scylleum Ptol. nominat, occiduæ Italiæ extimum. Plin. lib. 3. de primo Europę ſinu, Pri
mus, inquit, à Calpe Hiſpaniæ extimo (ut dictum eſt) monte ad Brutium uſque promonto-
rium immenſo ambitu flectitur. Seruius quoq; ex Salluſtio li. Aeneid. 3. Omnis Italia, inquit,
coacta in anguſtias ſcinditur
in duo promontoria, Brutium
& Salentinum. c Conſi-
linū.] Meminit eius Plin. quo-
que cap. 10. lib. 3. Conſentiā alij
legunt, ſed temere: longe enim
diſtat infra Vibonem & Teri-
næum ſinum ſita, Plinio, Stra-
bo, Ptol. cæteris. d Caulo-
niam.] Dicitur & Caulon, ut
Maro: Caulonisq; arces, & na-
uifragum Scylaceum. ubi de
promontorio magis quàm op
pido intellexiſſe uidetur: pro-
pior enim Caulon Scyleo eſt,
quàm Scyllacio: porrò & in fre
tum imminet id promontoriū, in quo illa ſunt Scyllæ Charybdisq; cœlo nota monſtra. Au-
lon autem mons perperam à Seruio Caulon dictus in Calabria eſt, Horatio & Martiali cele-
Locri. bris. e Locros.] Strab. Locros urbem facit inſignem hoc loco, à Locris dictam, qui Euan
the duce paulo poſt conditam Crotonem & Syracuſas, in Italiam profecti ſunt è ſinu Creſ-
ſæo, qui in Corinthiaco eſt. Virg. 3. lib. Hic & Naritij poſuerunt mœnia Locri. Vbi multa Ser-
uius. Notandum uero Epicnemidios fuiſſe dictos, antequam Italiam petierint, mox Epize-
phyrios, ut retulimus ſupra. Horum nominum diſcrimen in corruptis Seruij commentarijs
Seruius. non obſeruatur. Naritios autem (ut Seruio ſubueniamus) à Naritio Locrorum oppido iux-
ta Maliacum ſito Maro dixit: meminit loci Plin. 7. capite libri quarti. f In Brutio.] In eo ſi-
nus latere, quod in Brutium inclinat. g Columna regia.] Turriculæ modo erecta, ex ad-
uerſo turrim in Peloro ſitam reſpicit, hodieq; à multis appellatur Stylarion, ut docet Hermo.
Rhegyum. ſuper 5. cap. lib. 3. nat. hiſtor. Plinij. h Rhegyum.] Cui hodie quoque id nomē eſt, à quo Rhe
gyni. Liuius lib. 6. tertiæ Decad. Rhegyni uſui futuri erant ad populandum Brutium agrum.
Regienſes. Ab alio Regio, quod in Gallia Ciſalpina eſt, Regienſes dicti: diuerſa ortographię ratione. No-
men oppido datum à dehiſcendi argumento: nam & ῥῆγμα Gręci rupturam nominant. Iuſti-
nus libro 4. abrupta, ait, Gręce hoc nomine pronunciari: qui Rhegyum non oppidum, ſed
promontorium facit. i Scylla.] Plin. Scyleum nominat iuxta Cratim fluuium, qui Scyl-
læ pater creditus eſt. Idem & Tauriani oppidi & Metauri amnis eodem in loco meminit: tum
promontoria nominat Cænin Peloro interfluo freto contrapoſitum, & Leucopetram Lo-
crorum, ſiue agri Rhegyni, ut Cicero Philipp. prima: Cum autem me ex Sicilia ad Leucope-
tram, quod eſt promontorium agri Rhegyni, uenti detuliſſent. k In Tuſcum.] Poſt Scyl-
leum enim cedens ſenſim ora Terinęum ſinum efficit, Scyllatico oppoſitum, quem Hippo-
niatem Strab, nominat. Ptol. degenere uocabulo Iſponiaſtam: Antiochus autem grauis
author Napitinum. Priora nomina ab oppidis ſunt iuxta ſitis. Terina Crotonienſium co-
lonia, & Hippone, quam poſtea Vibonem Valentiam dixerunt, author Plinius. l Teme-
ſa.] Plin. oppidum, inquit, Tempſa à Græcis Temeſe dictum. Ouid. lib. 15. Terinoſq; ſinus,
Temeſenq; & Iapygis arua. Ptol. quoque libro tertio Tempſam nominat. De Blāda & Clam-
petia idem author. Buxentum Gręci Pixuntem dixerunt. Fuit autem quando Velia Elea di-
cta eſt, Plinio. Strabo à principio. 6. lib. à Phocenſibus cōditam, & primum omnium Hyelam
dictam ait, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum inſignium patriam. Gellius teſtatur hāc
primum, Seruio Tullio Romę regnante, conditam. De Palinuro promontorio gregatim om
nes, à Palinuro Aeneæ nauclero, in hoc litore iuxta Syrenum inſulas amiſſo, ut Maro indicat
Pæſtum. libro Aeneid. quinto. m Pęſtum.] Gręcis: Poſsidonia, Plinio. inde & Poſsidoniatem ſinū,
qui Peſtanus eſt, nominat lib. 6. Strabo. Locus ipſe oræ fertilitate & florum copia celebris.
Ideo Maro lib. Georg. Biferiq; roſaria Pæſti, dixit. Vbi Seruius Calabrię oppidum facit, cum
Silarus. ſit Lucanię. n Silarus.] Dicitur & Silaris, cui hoc ingenij eſt, ut in eum coniecta uirgulta la-
pideſcant, forma & colore priori ſeruato, ut libro quinto ſcribit Strabo, & in amnium fon-
tiumq; miraculis libro ſecundo Plin. Silius lib. 8. Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gur-
gite tradunt Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis. Hoc amne Lucanus ager termina-
tur. Conſtat uero è Samnitibus ortos Lucanos duce Lucio, ut Plinius ſcribit: Brutios au-
Brutij. tem Lucanorum paſtores fuiſſe, & ab his transfugiſſe aliquando. Et lingua Lucanorū Brutij
fugitiui

fugitiui dicuntur. Diod. 16. lib. in eandem ſententiam digna lectu refert. Gellius quoq; 3. cap. libri decimi, Brutios ſeruili nota infames fuiſſe ait, quod tempore ſecundi belli Punici primi omnium in Italia ad Hannibalem deſciuerunt: qua re factum, ut pulſo Hannibale P.R. Brutios ignominiæ cauſa non milites ſcriberent. Seruitium præſtare poſtea, & magiſtratibus in prouinciam abeuntib. præminiſtrare cogebantur. Vnde & lictores Brutiani dicti M. Catoni, iuſsit ueſtimenta detrahi, atque flagro cœdi decemuiros, Brutiani uerberauere, uidere multi

amnis [a] Picẽtia, [b] Petræ, quas Sirenes habitauere. Mineruæ promontorium, opima Lucaniæ loca, ſinus Puteolanus, Surrentũ, Herculaneũ, Veſuuij montis aſpectus, Pompeij, Neapolis, Puteoli, Lacus Lucrinus et Auernus, Baię, Miſſenum, id nunc loci, aliquando Phrigij militis nomen, Cumæ, Linternum, Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum, Amœna Campaniæ litora, Sinueſſa, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi, Tarracina, Circes domus, aliquãdo Circeij, Antiũ, Aphrodiſiũ, Ardea, Laurentũ, Oſtia citra Tyberim in hoc latere ſunt: ultra, Pyrgi, [d] Anio, Caſtrũ nouum, Grauiſcæ, Coſſa, Telamon, Populonia, Cecina, Piſæ, [e] Hetruſca, & lo

mortales &c. De his in eãdem fere ſententiã Feſtus Põpeius. a Picentia.] Iuxta quam Picentinus ager, & ab illis, quos altero latere retulimus, Picentibus orti Picentini. In Picentino Argiuæ Iunonis nobiliſſimum fuit templũ, cuius Solinus, & Pli. meminerunt. b Petræ.] Pli. Surrẽtum, inquit, cũ promontorio Mineruæ Syrenum quõdam ſede. De eo & Virg. lib. Aeneid 5. Iamq; adeo ſcopulos Syrenũ aduecta ſubibat, Difficiles quondã, multorumq; oſsibus albos. Vbi multa de Syrenibus Seruius. De reliquis Cãpaniæ locis Pli. ca. 5. li. 3. & li. 5. Stra. legito: & aliâs propè notiora ſunt, quàm ut referri debeant. Nam memoratũ eſt, Surrẽtum à Surrentino uino medicis maxime aliquando probato, quia caput non tentet, & ſtomachi atq; inteſtinorum rheumatiſmos cohibeat, ut tradit lib. 23. Plin. Veſuuij incendia Plinij morte infamia ſunt, teſtante id elegantiſsima ad Tacitum epiſtola nepote ſuo lib. 6. Neapolis aliquãdo Parthenope Maronis tumulo clara, & hodie Pontani manibus celebris. Puteoli à iuſtiſsima reip. adminiſtratione Dicæarchia dicta. Eius colonos prolem Dicarcheam dixit lib. .. Silius. Aliâs noti Delphini amore in puerum, quem dorſo acceptum per magnum æquor Puteolos in ludum prouexit, ut cap. .. lib. .. ex Appiano. Plin. tradit. Lucrino famam Romanus luxus peperit: uterq; lacus in Baiano ſinu eſt, at Lucrinus cura P.R. piſcoſus factus, uectigalibus operam penſantibus, ut Serui. ſcribit 2. Georg. De Baianis thermis notius eſt, quàm ut referatur. Cumas Sibyllæ illuſtrat diuinitas, cuius libris pro oraculo Romana uſa eſt prouidentia, unde & Silius: Linternum, & quondam fatorum conſcia Cumę. Vulturnus Capuam alluit. Liris maximus amnium Soram & Arpinum Tullij rigat patriam. Minturnæ gratiam è Marij fortuna nactæ ſunt: nam & ulnis paluſtribus occuluere, & ipſo in carcere tantum uirum agnoſcentes, innoxio ſanguine polluere mœnia noluerunt. Leſtrigonum memoria Formiæ horridæ ſunt: nam & hi ab humanis uiſceribus non abſtinuerunt, ut elegãter 14. Meta. ſcribit Ouidius. Fundanus ager uinetis inclytus eſt. Tarracina aliquando Anxur dicta, ædium occupat collem. Silius lib. .. Scopuloſi uerticis Anxur. Hora. ſermo. 1. Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur. De Ardea etiam Virg. 7. Aen. Locus Ardea quondã Dictus auis, & nunc magnũ manet Ardea nomen. Laurẽtum Pici opus fuit, ab eo Laurentes dicti, ut illi, qui Taciũ Sabinorum regem Lauinij inter ſacra trucidarunt, Liuio. c Circes domus.] Strab. Circeum uocat. Notandum uero & Aphrodiſium & Antium interijſſe penitus, ut alia multa à Pomp. reddita oppida. *Circeij.* Plin. tradit Circeios inſulam aliquando fuiſſe immenſo mari circundatã, mox continenti adnexam. Antij fortunę templum inſigne fuit. Nam & Horatius dixit, Fortuna diues quę regis Antiũ. *Antium.* Illic Auguſta Neroni principi ex Popeia nata eſt, cuius gratia ſenatus uota publice pro Popeię utero ſuſcepit, exoluta tandem, additęq; ſupplicationes, & fœcũditati extructum templum, ut ſcribit in Neronis rebus Cornelius Tacitus. Oſtia adhuc durat, ſub Anco Martio condita, ut lib. 1. ab urbe Liuius refert. De Tyberis laudib. nemo uberius Plinio cap. quinto tertij libri. De Pyrgis Maro decimo Aeneid. Et Pyrgi ueteres intempeſtæq; Grauiſcæ. Vbi Seruius, quod grauem aërem ſuſtinent, grauiſcas dictas ex Catone aſſerit. Lege ipſum Catonem. d Anio.] In Trebulanis ortus iugis, Tiburtinos alluit. Silius libro octauo: Quique Anienis habent, ripas gelidoq; rigantur Symbriuio &c. De Telamone portu Plinius, Ptolemæus ante Populoniam Traianum portum nominare mihi uiſus eſt. Plinius iuxta Cecinam Populonium nominat. Piſas à Peloponnenſibus Piſeis conditas Maro indicat libro Aeneid. decimo: Alpheæ ab origine Piſæ Vrbs Hetruſca ſolo. e Hetruſca.] Populorũ Italię in Tuſcum uergentiũ propè hęc partitio eſt: à freto Siculo ad Laum amnem Brutij tenent: hinc ad

Partitio lateris occidui Italiæ. *Florentia.*

Silarũ Lucani. Mox Picentini ad Sarnum, inde Campani ad Lirim clariſsimum amnem interfluo Vulturno patent. Hinc Latini cenſentur ad Tyberim, in reliquo litore Hetruſci habitarunt ad Macram uſq;, ubi Liguriæ principium eſt, quę Varo in extimo Italiæ termino finitur. In Hetruria hodie Florentia clariſsima, aliquando Fluentia, quod ad Arni fluenta extructa ſit, dicta: & Fluentini illic populi Catoni & Plinio, qui nunc Florentini nomine magis auſpicato uocantur, ut in quadam ad Scalam ſuum epiſtola Angelus Politianus. Sunt uero qui Florentię nomē antiquum, & ipſam nobilem fuiſſe P. Romani coloniam, ex Frōtini de colonijs fragmentis probēt: neq; unquã ab ullo uetere authore à Fluentinis Fluentiæ illic oppidi nomen deriuatũ. Ipſe certe Tacitus Florentiam uocat libro 1. Orantibus Florētinis, ne clauis ſolito alueo demotus in Arnum transferrentur, idque ipſis perniciem afferret. Hallucinari autem, & toto errare cœlo illos conſtat, qui à flore, quē oppidanis donaſſe Carolum imperatorem garriunt, nomen Florentiæ datum hactenus putarunt.

ca & nomina. Deinde [a] Luna, Ligurum, [b] & Liguria, & Genua, [c] Sabatia, & Albigaunũ. Tum Paulon & [d] Varum flumina, utraq; ab Alpibus delapſa, ſed Varum, quia Italiam finit, aliquanto notius. [e] Alpes ipſæ ab ijs litoribus longe lateq; diffuſæ, primo ad ſeptentrionē magno gradu excurrunt, deinde ubi Germaniã attigerũt, uerſo impetu in orientem abeunt, direptis populis immanibus, uſq; in Thraciã penetrant.

a Luna.] Portu nobilis, ut Ennius: Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues. b Liguria.] Duplicem faciũt Strabo & Plin. Tranſalpinam & Ciſalpinam. Lege illum libro quarto. Metropolis eſt Genua nobilis portu, & uetuſtæ potentiæ fama celebris. c Sabatia.] Plin. capite quinto libri tertij, Albigaunum, inquit, oppidum, portus uadum Sabatium. Strabo quoq;, ad Genuam, ait, Liguſticum emporium eſt, & Sabatia uada nuncupata, quę paludes ſunt. Silius libro 8. Quiq; tuos Flauina focos, Sabatiã quiq; Stagna tenēt. Hęc ſunt Sabatia uada, apud quæ pertinax Imperator mercaturas exercuit, auaritia & lucri cupiditate ad priuatorum hominum ſtudia raptus, ut ait Capitolinus. Mela igitur recte inter oppida numerat. Sabatij inde dicti Ligurum celeberrimi Straboni. Non ignoro Hetruriæ partem Sabatiam dictam Catoni, à Sabatio ſcilicet eius Sabi patre, qui Sabinis nomen impoſuiſſe creditur, ut lib. 7. ſcribit Silius. Fuit autem Sabatius Saga cognomine Saturnus ille, qui, ut Beroſus tradit, in Italiam ad patrem Ianum uenit, quem hoſpitio exceptum Coritum, id eſt, haſtatum Iouem creauit. Nam agriculturæ rationem auxit, falceſq; fœnarias, frumentarias, cæſiuas & putatiuas arborum (ut Annij uerbis utar) inſtituit. Inde Iouem Sabatium nominatum uero eſt ſimillimum, cui ſacra aliquando Romæ cœpta ſunt, nouo ritu & moribus Romanis aduerſo prohibente ea. C. Cornelio Hiſpalo prætore peregrino, ut Valerius libro primo ſcribit, etiam ſi apud eum Sabazius legitur. Et ſunt, qui illic Dionyſium Sabazium intelligant, non Iouem, ex Suida & Apuleio, qui Bacchum Sabadium cognominant: nomen datum exiſtimantes ἀπὸ τοῦ σαβάζειν, quod barbari tripudiare cum furore dixerint, ut adnotauit Cœlius capite 15. libri quarti. d Varum.] Lege de Varo Strabonem libro quarto à principio. e Alpes.] Quas Silius libro tertio, Clauſas niuib. rupes, ſuppoſtaq; cœlo Saxa, uocat. Feſtus alpum Sabinos dixiſſe ait, quod album poſteri Latini dixere: ut credi poſsit nomē Alpium à niuium candore inoleuiſſe. Earũ menſum ex uarijs authoribus Plinius retulit capite 19. tertij libri. C. Sempronius, Alpes, inquit, tribus partitionibus ſecantur. Prima Ligurum, quòd ab eis oriantur, à Nicea ad Pœninum. Sequēs ab eo ad Ocram montē Pœninus dictus à tranſitu Hānibalis, à quo & Pœninum iter poſtea dictum. Tacitus libro 17. Pœnino itinere ſubſignanum militem, & graue legionum agmen hybernis adhuc niuibus traduxit. Tertia Tauriſana uſque in Hiſtriam. Omnibus autem in Alpinis, exceptis Liguribus, notiſsimam originem Hetruſcam eſſe ſcribit, & præcipue Rhetijs. At Mela non in Hiſtriam ſolum, ſed Byzantium uſq; ad Euxini litora expãſa montana Alpium nomine donat. Pomponij ſententiam Tacitus confirmat, alicubi Pãnonicarum Alpiũ mentione facta, cum ante Cotiarum, Graiarum, Iuliarum, Pœninarum, Rheticarum meminiſſet. Rufus etiam Sextus in Epitome ad Valentinianum Augu. Acceſſerũt, inquit, Romanæ urbi Alpes maritimæ, Alpes Cotiæ, Rheticæ, Noricæ, Pannonicæ.

Sabatia uada. *Sabatia.* *Iupiter Sabatius.* *Alpes.*

Nullus uerò poëta Latinus, quod quidem ſciam, uberius elegantiusq; de Alpib. retulit, quàm Silius libro belli Punici tertio.

GALLIA

GALLIA NARBONENSIS.

GAllia[a] Lemano lacu, & Gebennicis montibus in duo latera diuiſa, atque altero Tuſcũ pelagus attingens, altero oceanum: hinc à Varo, illinc à Rheno ad Pyrenęum uſque promittitur. Pars noſtro mari appoſita, fuit aliquando Braccata, nũc Narbonenſis, magis culta & magis[b] cõſita, ideóque etiam lætior. Vrbium, quas habet, opulentiſsimæ ſunt[c] Vaſio Vocontiorũ,[d] Viẽna

GAllia: Marcellinus.15.lib. Hanc, inquit, Galliarum plagã ob ſuggeſtus montium arduos, & horrore niuali ſemper obductos, orbis reſidui incolis ante hac penè ignotam, niſi qua litoribus eſt uicina, munimina claudunt undiq; natura uelut arte circundata, & à latere quidem Auſtrali Tyrrheno abluitur, & Gallico mari: qua cœleſte ſuſcipit plauſtrum, à feris gentibus fluentis diſtinguitur Rheni: ubi occidentali ſubiecta eſt ſyderi, oceano & altitudine Pyrenæi cingitur: unde ad ſolis ortus attollitur aggerib. Alpium Cotiarũ. Hactenus ille. Quicquid uerò terrarũ intra hos limites expãditur, id uniuerſum partiũ duarũ Pomponius fecit: quarũ altera in Liguſticũ, Gallicumq; mare, altera in oceanum Britanniã uerſus inclinat, Gebennicis iugis intermedijs. Quod meridiẽ ſpectat, Narbenſi tribuitur: quod plauſtrum ſuſcipit cœleſte, hoc eſt, ſub Arcton uergit à Pyręo, Aquitaniam, mox Celticam ſiue Lugdunenſem, poſtremo ad Rhenum Belgicam, in qua & Heluetij ſunt, continet. M. Cicero in oratione de prouin. Conſularibus, Galliæ, inquit, duæ, quas hoc tempore uno imperio uidemus eſſe coniunctas, &c. Quo in loco Narbonenſem & Comatam intellexiſſe uidetur, in quas peculiariter ea Gallia, quæ ultra Alpes eſt, diuiditur. De Narbonenſi hic fit mentio, aliæ Gallię libro tertio reddentur. Caius Cæſar in primo com- *Cæſar.*
mentariorum belli Gallici, tres tantum Gallię partes eſſe uoluit: & uideri potuit ſeptentrionalem tantum, in qua res maximas geſsit, diuiſiſſe, niſi libro quarto. Strab. illam eius ſententiam fuiſſe aſſereret. Ammianus quoque, qui Cæſarem ſequutus, Priſcis, inquit, temporibus *Ammianus.*
hæ partes, ut barbarę, tripartitę fuiſſe creduntur, in Celtas eoſdem Gallos diuiſę, & Aquitanos, & Belgas. Auguſtus melius quadrifidam Galliam ſtatuit, quem Strabo, Mela, Plinius, Ptolemęus ſequuti ſunt. Narbonẽſis, cui à clariſsima ciuitate ſua nomen eſt, citius cęteris, nec ſanè difficile prouincia facta eſt: congruebant mores, & Maſsilia ſtudiorum aliquando mater, gręca mollicie propinquum agrum à ſęuitia (ut Itali nominant) feritateq; & armorum ſtudijs ad manſuetius uitę genus auocauerat: alię durioris cœli, tum & origine, & armorum exercitio Germanis perſimiles, aduſque Dictatoris tempora liberæ manſere: mox, uolentibus (ut puto) fatis, ab illo deuictę, qui Romam ipſam uicit. Sed illa Narbonenſis pri- *Narbonenſis.*
mum per Ful. Flaccum, qui Maſsilienſibus auxiliatum uenerat, mox Sextij leuibus bellis, poſtremo Fabij illius, qui Allobroges fortiſsimam gentem uicerat, uirtutę pellecta, Romanæ potentię haud ęgre ceſsit. Braccata aliquando dicta à ueſtium (ut eſt notum) habitu, cum *Braccata.*
reliqua à nutriendi capilli ſtudio Comata diceretur. Quanquam ſunt, qui toti id nomen Galliæ falsò tribuant, illo Lucani uerſu moti: Crinibus effuſis toti prælate Comatæ. Conſtat enim ex libro undecimo Cornelij Taciti, Comatam à Narbonenſi aliam eſſe omnino. Referrem hoc in loco, quę Gallorum origo, quę nominis ratio, niſi uiderem inuito mihi exturberare ſcholia, ut planè non ſcholia, ſed uerboſa commentaria cuipiam uideri poſsint. Porrò omnia mihi diligentiſsime reddidiſſe uidetur libro decimoquinto Ammianus. Id regnum hodie potentiſsimum eſt, cum uectigalium amplitudine, tum ſingulari quadam grauitate, & multorum conſilijs confirmata prudentia inſigne. a Lemano.] Lacu, quẽ hodie *Lemanus.*
Gebennicum & Loſanenſem uocant: de eo Lucanus libro primo: Deſeruerè cauo tentoria fixa Lemano. In eius ora ſitum oppidum Genua, ſiue Geneua Cæſari, qui idem libro ſeptimo Gallici belli Gebennam nominat montẽ, Heluetios ab Auernis ſeparantẽ. Hodie Gebenna, Lucano Gebennę libro primo: Qua mõtibus ardua ſummis Gens habitat, cana pendẽtes rupe Gebennas. Gebennicos montes ſcribit Hermolaus eos eſſe, quos Cemenos Gręci uocant, Aquitanos alicubi à Celtis ſeparantes, quod Strabonis ſententię propè accedit. b Cõſita.] Ideo Plinius, Agrorum, inquit, cultu, uirorum morumq; dignatione amplitudineq; opũ nulli prouinciarum poſtponenda, breuiterq; Italia uerius, quàm prouincia. c Vaſio.] Hanc *Vaſio.*
& Plinius Vocontiorum facit caput, retinet hodie nomen. Sed Vocontij Tricaſtinis à meridie iuncti in Druentium amnem inclinant. hodie pars horum, quos Sabaudios nominamus. d Vienna Allobrogum.] Aeque illuſtris, cui ne hodie quidem quicquam de uetuſta claritate demptum eſt. Eſt & Auſtriæ Vienna clariſsima, ſed quam Vianam Plinius no- *Vienna.*
minaſſe uideatur inter oppida Norica libro tertio, ut Hermolao placere uideo: Cui ſanè & ipſe accederem, niſi oppidum minimę uetuſtum eſſe id argumẽto foret, quod nulla prorſus *Viana.*

paulò remotioris antiquitatis apparent ueſtigia. At infra Viennam interuallo .24. mille paſſuum, ad Danubij alueū locus eſt, quem Petronellam uocāt, cum maximi oppidi ueſtigijs. Nam rudera paſsim ingentium ędificiorum extant, & tabulæ plurimę latinarum literarum, tum & nummi, Romanarum legionum, ad Iſtri ripas contra Germanos excubantium teſtes. Ibi Viennā fuiſſe non auſim aſſerere, tam diuerſa ſentientium contentio, ne dicam audacia durat. Allobroges & uictoria Fabij & Catilinæ coniuratione noti ſunt, ad tractum Lugdunenſem olim ſiti, Ptolemæo.

Alobrogum, [a] Auenio Cauarū, Arecomicorum [b] Nemauſus, [c] Toloſſa Tectoſagū, Secundanorū [d] Arauſio, Sextanorū [e] Arelate, Septumanorumq; Blitera. [f] Sed anteſtat omnib. Atacinorū Decumanorūq; colonia, unde olim ijs terris auxiliū fuit, nūc & nomē & decꝰ eſt Martius Narbo. [g] In litoribus aliq̄t ſunt cū aliquibus nominibus loca. Cęterū rarę urbes, q̄a rari portꝰ, & omnis plaga [h] auſtro atq; africo expoſita eſt. Nicea tāgit Alpes, tā-

a Auenio.] In quam Pontifices Romani ius habent. Cauares autē Cataros Strabo (niſi fallor) nominat, Ptolemęus Cauaros, intra Druētium & Iſaram amnes ſitos.

Nemauſus. b Nemauſus.] Strabo quoque lib. 4. Arecomicorū metropolis Nemauſus eſt. Arecomici, ut idem ſcribit, pars Volcarum trās Rhodanum in occaſum uerſi. Nemauſus ſecundum Narbonem, omnium in eo tractu clariſsima olim: quatuor enim & uiginti uicos eiuſdem nationis ſubditos habuit, uirorum fortitudine excellentiſsimos. lege Strab. Vetuſtum retinet nomen. c Toloſſa.] Pyrenæis adproximans, à qua Toloſani Tectoſagij dicti, Plinio. Tectoſages autem fortiſsimi aliquando Gallorum, Pyrenæis propinqui & Cemenijs ſunt: adeo olim potentes opibus, & uirium præſtantia, ut per Græciam tunc uictricem gentium, magna hominum manu profecti, in Aſia ſupra Phrygiam Cappadociamque ſedes poſuerint, incolumes ab omni finitimorum incurſu. Tectoſages & Tholiſtobogi dicti Floro, Plinioq;, & cæteris. Notum eſt adagium, Aurum habet Toloſanum. De cuius raptu quæſtionem aliquando habitam Romæ ſcribit M. Cicero libro de natura Deorum .3. Conuenit autem in eum, cui fata res ſecundas eſſe nolunt, cuiq; malum malo exaggeratur. Meminit Gellius libro tertio, apud quem corrupte fere legitur, terra Italia, pro eo quod eſt terra Gallia. lege ſi lubet .22. libro Iuſtinum. d Arauſio.] Nunc Arauſinenſis ciuitas dicta. Secundanorum, ut aliæ Sextanorum Septumanorumque, & id genus cognominibus adpellantur: à legionum uidelicet ordine numeroq; illuc à Triumuiris Cæſ. Dictatoris cura adhibitis deductarum eo modo, quo ſecundum Græcos Romani frequenter ſunt ſoliti. Nihil enim eſt omnium, quod amplius firmiusq; gentis alicuius imperium facit, quàm cura illa, quæ deducēdis colonijs impenditur. Citius tuis mādaueris quàm alienis: nec eſt homini difficile ad eos, quacunque fide data, deſciſcere, quib. cum ſibi in uitæ morumq; ratione conuenit. Ea de re uidemus perſępe à magnis principibus longius egreſsis pleroſq; occupari metu magis uiolentiæ, quàm prompta fide ſubiugos, qui, ceſſante timore, tanquam ab odioſo uictore libenter deſciſcunt. Secundani ergo ſecundę legionis milites, ut Sextani ſextę, Decumani decimę, ſicq; de alijs ordinum militibus pari ratione. Capitolinus in Clodio, Tribunus equites Dalmatas egit, & legionem quartanorū. Tacitus lib. 1. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapſus eſt, orto ab undecimanis quintanisq; initio & tractis prima quoq; & uiceſima legionibus. Et paulo infrà, Quartadecimani (inquit) paulū dubitauerant. Item: Siniſtrum latus uiceſimani, dextrū quintani clauſere. Simili modo & tertiadecimanos alicubi uocat decimętertię legionis milites. Hęc res, Gallorum genuina lingua deficiente, uernaculum paulatim induxit, nec Latinum ſanè, nec Gallicū. Nec eſt in promptu dicere, qua lingua primi Galli fuerint uſi: Gręcā calluiſſe Cęſaris teſtimonio conſtat, qui in primo Commentario in Heluetiorū caſtris, qui tum Galli erāt, tabulas Gręcis literis inſcriptas inuentas ait, quibus occiſorū in pugna numerus contineretur. De his referendi amplius nobis tertio libro fortaſſe locus dabitur. e Arelate.] Plinius quoq; in mediterraneo, inquit, colonia Arelate Sextanorum, Biterra Septumanorum. Strabo Arelaten iuxta Rhodanum ſitam ampliſsimo emporio inſignem eſſe ſcribit. Hodie Honorato & Hilario ſanctiſsimis aliquando præſulibus ſuis clara eſt. Biterram Pomponius & Strabo Bliteram uocant. f Sed anteſtat.] Plinius quoque Martium cognominat. nam maxima inde terræ illi olim auxilia fuerunt, ut Pomponius refert. Hæc hodie ęque eſt clara atque olim fuit. Commendata maxime libro quarto Straboni. Ad Atacem amnem haud longe à mari ſita. Atacinos uero ab Atace dictos, à quibus Romę Atacinorum nomen ortum ſit, tradidit Hermolaus. g In litoribus.] Trans Varum ſcilicet: at Ptolemęus citra ſtatuit. Plinius libro tertio A Varo inquit. Nicea oppidum à Maſsilienſibus conditum, &c. Iuxta fluuium Padonē, Paulonem ſupra Pomponio dictum. h Auſtro atque africo expoſita eſt.] Strabo, Vniuerſa circumiacens ora, inquit, uentis expoſita eſt. Id quod ſatis litorum forma demonſtrat.

Margin notes: *Tectoſages.* — *Adagium.* — *Secundani unde?* — *Nota.* — *Dubium quæ lingua Gallis tribuenda.* — *Narbo.* — *Atacini.*

a Deca-

git oppidum [a] Deceatũ, tangit [b] Antipolis: deinde forũ Iulij Octauianorũ colonia, tũc poſt Athenopolis, & Olbia, & Glanõ, & Citariſtes, & [c] Halycidon [d] Maſsilienſiũ portus, & in eo ipſa Maſsilia. Hęc à Phoceis oriũda, & olim inter aſperas poſita, nũc ut pacatis, ita diſsimillimis tamen uicina gentibus. Mirũ ꝙ facile & tunc ſedem alienã ceperit, & adhuc morẽ ſuũ teneat. Inter eã & Rhodanũ maritima Auaticorũ ſtagno aſsidet [e] foſſa Mariana. Partẽ eius amnis nauigabili alueo effundit: alioquin litus ignobile eſt Lapideum (ut uocant) in quo [f] Herculẽ contra Albionem & Bergiona Neptuni liberos dimicantẽ, cum tela defeciſſent, ab inuocato Ioue adiutũ imbre lapidũ ferũt: credas pluiſſe, adeo multi paſsim & late iacẽt.

a Decatum.] Ligurum tranſalpinorum. Nam clariſsimos Ligurũ fuiſſe Salyos, Deceates, & Oxybios, ſatis ex Strabone, Plinio, & Floro conſtat. *Ligures.* b Antipolis.] Græca urbs eſt, ut & Athenopolis, à Maſsilienſibus condita, Plinio. Tacitus libro ſeptimo: Vitelliani retro Antipolin Narbonenſis Galliæ municipium reuertere. De foro Iulij, quæ Pacenſis cognominata eſt, Olbia item & Citariſte promont. etiam Ptol. Vide tabulam Europæ tertiam. De Glano Plinius. c Halycidon.] Nomen à Salinis datum, quas Halycides Græci uocant, *Halycidon.* ut hoc in loco ex Strabone Hermolaus tradidit. d Maſsilienſiũ.] *Maßilia.* Vrbs aliquando fama rerum geſtarum, abundantia opũ, uiriumꝗ; & doctrinarũ gloria florẽtiſsima. Cicero in oratione pro Flacco, Neqꝫ uero te Maſsilia prętereo, quæ L. Flaccum militem quęſtorem cognouiſti: cuius ego ciuitatis diſciplinã atqꝫ grauitatẽ non ſolum Græciæ, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendã iure dicam. Quæ tam procul a Græcorum omniũ regionibus, diſciplinis, linguiſqꝫ diuiſa, cum in ultimis terris cincta Gallorũ gentibus barbariæ fluctibus alluatur, ſic optimatum conſilio gubernatur, ut omnes eius inſtituta laudare facilius poſsint, ꝙ æmulari. De huius originẽ Iuſtinus quadrageſimo tertio libro multa. A Phocenſibus Aſiaticis conditã eſſe conſtat, qui rectius à Phocea illa ſua Phocaẽnſes dicerentur, teſte Hermolao. Lucanus certe Phocaida nominat: Phocais in dubijs auſa eſt ſeruare iuuentus Non Græca leuitate fidem. Et oras illic Phocaicas libro quarto Sil. Scipio Phocaicis ſeſe referebat ab oris. Lucanus libro quinto ex ea Phocide, quę iuxta Bœotiam eſt, profectos eſſe, qui Maſsiliam condiderint, indicat, cum *Lucanus.* ait: Fama, ueteres laudantur Athenæ, Maſsiliæqꝫ ſuæ donatur libera Phocis. At Strabo quarto libro ſupra Iuſtini teſtimonium ab Aſiaticis cõditam tradit, qui ab Epheſia Diana curſus initium auſpicati fuerint. Idem Strabo decimoquarto libro: Poſt Leucas, inquit, in ſinu eſt Phocea, de quà tunc diximus, cum mentionem de Maſsilia faceremus. Quin & Ammianus libro decimoquinto: A Phocide, inquit, Aſiaticus populus, Harpali inclementiã uitans Cyri regis præfecti, Italiam nauigio petit: cuius pars in Lucania Veliam, alia condidit in Vienẽſi Maſsiliam. *A Phocaenſibus condita Maßilia.* quæ uerba ex libro decimo noctium Atticarum Gellij mutuatus eſt. Idem de Velia in Lucania alicubi Strabo cõmemorat. Agathius quoqꝫ Græcus & ipſe ſcriptor in eandem alicubi ſententiam retulit. Decipiuntur igitur nominum ſymbolo, ut mihi uidetur, qui Lucano fiſi, Phocenſib. Europæ magis quàm Aſiæ Phocaẽnſib. Maſsiliæ originẽ adſcribũt. De urbis huius ueterib. inſtitutis multa libro ſecundo Valerius, & Rhodiginus Cœlius cap. octauo libri antiquarum lectionum noni. Inclytam fuiſſe clariſsimo gymnaſio in Agricolæ uita Tacitus teſtatur, cum ſocerum ſcribit Agricolam ſtatim paruulum, ſedem ac magiſtram ſtudiorum Maſsiliam habuiſſe, locum græca comitate & prouinciali parſimonia mixtum, ac bene compoſitum. Lege Strabonem. e Foſſa Mariana.] Plinius Marij & opere & nomine inſigne ſtagnum uocat. Strabo lacum Marij amœnũ aſpectu, & oſtreis refertiſsimum: in hũc ex Rhodano foſſam ductã fuiſſe Plinius indicat. Ideo nauigabili eũ amnis alueo effundi ait Mela: à Strabone quidem diuerſus, qui monte intermedio lacum ab oſtijs ſecerni ait. Illic cognomine oppidũ eſſe Ptolemęus plane, & Põponius hic ſuis uerbis oſtendit: & ſtagnum Auaticorum, qui eo litore celebres fuere, cognominat. Conſtat autẽ Marium in Narbonenſi cum alia egiſſe præclara, tum Cimbros ad Sextias aquas, quas Sextius, ut fertur, ante ſe condiderat, magna profligauiſſe uictoria, unde & locis ſua cognomina fuerunt. f Herculem.] Multi Aegyptium intelligunt. At conſtat Argiuo pleraqꝫ omnia uel ab alijs geſta tribui. Notandum & in Liguria locum fuiſſe, ut in Originibus M. Cato ſcribit, quo compluti à Ioue lapides iacuerunt, in auxilium Herculis contra Ligures Etruſcos gigãtes. *Lapides compluti.* De his Aeſchylus loquutus eſt, cũ (ut Strabo indicat) Prometheum inducit, Herculi ea, quę ſibi euentura eſſent, ſi ad Geryonem tendat, inter alia in hæc uerba canentem: *Aeſchylus.* Ad fortem Ligurum & timoris inſcium aduentabis exercitum. & paulo infra: Ibi ne lapidem quidẽ ullum è terra ca-

ptandum

[a] Rhodanus non longe ab Iſtri Rheniq́ꝫ fontibus ſurgit, deinde Lemano lacu acceptus tenet impetum, ſeq́ꝫ per mediũ integer agens, quãtus uenit, egreditur. Inde contra in occidentem ablatus aliquandiu Gallias dirimit. Poſt curſu in meridiem abducto [b] hac intrat, acceſſuq́ꝫ aliorũ amniũ iam grãdis, & ſubinde grãdior inter Volcas & Cauaras emittitur. Vltra ſunt [c] ſtagna Volcarũ, Ledũ flumen, caſtellũ Latara, [d] Melua collis incinctus mari pene undiq́ꝫ: ac niſi quòd anguſto aggere cõtinenti annectitur, inſula. Tum ex Gebennis demiſſus Arauraris iuxta Agatham, ſecundũ Bliteras [e] Obris fluit. [f] Atax ex Pyrenęo monte digreſſus, qua ſui fontis aqs uenit, exiguus uaduſq́ꝫ eſt, & [g] ingẽtis alioqn aluei tenẽs: niſi ubi Narbonẽ attingit, nuſquã nauigabilis: ſed cum hybernis intumuit imbribus, uſq́ꝫ eo ſolitus inſurgere, ut ſe ipſe nõ capiat. Lacus accipit eũ Rubreſus nomine ſpatioſus admodum, ſed qua mare admittit,

ptandum habebis, cum totus mollis locus exiſtat. Spectans uero te opis egentẽ Iupiter miſerebitur, & nebula intendens, & rotundarum imbrem petrarum infundẽs ſolum inundabit, quarum ope congreſſus, facile Liguſticũ uaſtabis exercitũ, &c. Meminit eius loci ex fabula, quę Prometheos Hymenęos inſcribitur, in aſtronomicis Hyginus. De Lapideo uero in Nar-
Plinius à calumnia defenſus.
bonenſi hic Pomponius, & libro tertio Plinius. Quem Ioannes Annius eius factionis, quam prædicatorũ cognominant, monachus non admodũ iuſte reprehendit, manifeſto Põponio: quaſi uero utrinq́ꝫ tales cãpi non fuerint. Porrò hic cõtra Albionẽ & Bargiona dimicauit, illic cõtra Ligures Gigantes Lamones dictos. Poſtremo tanquã Melam nõ legerit, à nullo Hiſtoricorũ latinorum hos campos in Gallia ſtatui, auſus eſt aſſerere falſò.
Albion. Bergion.
Albionem aũt & Bergionẽ Gigantes fuiſſe Neptuni filios, ideo fictũ, quod authore Diod. Hercules barbaros montanos infeſtos tranſeuntibus, latrocinijsq́ꝫ aſſuetos, occiſis eorũ ducibus, deleuit: è quorũ numero illos fuiſſe cum terra, tum mari mortalib. infeſtos crediderim. Cõſtat Gallos Herculẽ coluiſſe: q̊ uero habitu, Lucanus doctiſsime explicat in Dialogo, cui titulus eſt Hercules Gallicus. hunc legito. Lapides adeo numeroſa copia ſparſos Ariſtoteles à terræmotibus è mari bullictibus in plana iactos autumauit, Poſsidonius ex cõgelatione cœni. Ariſtotelis ratio uero ſimilior eſt.
Rhodanus.
a Rhodanus.] De hoc amne perquam eleganter libro tertio Silius. Lucanus libro primo. Plinius à Rhoda in illo tractu Rhodiorum colonia nomen impoſitum ſcribit. Apud Salaſsios in agro Sedunenſi ad eas Alpes, quas hodie ſancti Bernardi cognominant, caput tollit, ac primum uario decurſu, nec unum in cardinem flexus, in occaſum tandem conuertitur, & Lemanum fundit. Meminit ortus eius pluribus Marcellinus libro decimoquinto: Ararim recipit tardiorem, Zone uernacula accolarum lingua dictum, mox inter præcipuos Iſaram & Druentium è Pœninis & Graijs iugis elapſos recipiens, tribus oſtijs magno undarum impetu in Gallicum egreditur ſinum. Ambroſius libro Hexaẽmeron ſecundo, Rhodanus, inquit, rapido concitus curſu Tyrrheni æquoris freta ſcindit: in quo non mediocre fertur nauigantium periculum, dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decertant. Fontes ſui à Rheni fontibus non adeo abſunt, ab ortu Danubij ampliori .100. millium paſſuum interuallo. lege Cæſarem. b Hac intrat.] Meridiem
Volcæ.
uerſus elabitur. c Stagna Volcarum.] Meminit eorundem Plinius his uerbis: Oppida decætero rara præiacentibus ſtagnis, Agatha quondam Maſsilienſium, & regio Volcarum Tectoſagum. Volcarum utique nomen trans Rhodanum in occaſum, uel Ptolemæo teſte, celeberrimum fuit, ſicut citra Saliorum ſiue Salyum. Inter rara illa Lataram cenſet Mela, & minime reliquis celebre Ledum flumen. d Meſua.] Is eſt, quem montem hodie Pul-
Mõs Peſſulanus.
lerium uocant, oppido uicino eius nominis, quod Agatham dictum Plinio & Straboni, & hic Pomponio coniecturis non uanis colligitur, uulgari lingua Mompulier uocatur, Ptolemæus Agathopolin dixit. Vide tabulam, de Araurari omnes. e Obris.] Plinio Obrin, Ptolemæo Orobius dicitur. Certe & Obris Plinio dictus uidetur: ſed nomen corrupiſſe, ut aliâs ſæpe, liberarios. Quanquam uideam nihil magis uariari, quàm locorum nomina: quæ, ſi tantopere res omnes peſſum abeunt, & omnia mutare tempus ſolet, quis & hæc ipſa
Librariorum inſcitia.
adeo mutari miretur? Etiam ſi nulla re magis id uſu uenit, quàm quod nobilium ſcriptorum authoritatem agnoſcentes, ægre uel leuicula uitia pro uitijs recipimus: & condonare non raro quàm emendare malumus: odioſiſsima librariorũ inſcitia, hoc modo magno faſtu ſeſe
Atax.
uenditante. f Atax.] Clarus fluuius. Lucan. li. 1. Mitis Atax gaudet Latias nõ ferre carinas. Plin. quoq́ꝫ è Pyrenæis oriri eum ait, Orobius tamẽ & Arauraris è Cemeno monte. g Ingentis

gentis aluei. Quem crebris incrementis extendit, alioqui multo anguſtioribus undis delapſus: id quod propè omnia è montibus lapſa flumina ſolent. De Rubreſo etiam Plinius.
a Tenuis aditu.] Per anguſtas fauces. b Leucata.] Nomine à candore dato, ut alibi ſæpe. c Salſulæ.] Antoninus in itinerario, Salſulas, ſed alio in loco huius litoris nominare uidetur: quod minime mirum eſt, cum frequentes ſalinæ idem diuerſis locis nomen dare potuerint. Et noſtra lingua Hall commune his locis nomen exiſtit, in quibus ſalis, aut metallici & foſsitĳ, aut factitĳ copia eſt, Græco utcunque ſeruato nomine. nā & ipſis ἅλς ſal dicitur.

Salſulæ.

[a] tenuis aditu. Vltra eſt [b] Leucata litoris nomen, & [c] Salſulæ fons, non dulcibus, ſed ſalſioribus, quàm marinæ ſint, aquis defluens. Iuxtà campus minuta arundine graciliq; peruiridis, cæterum ſtagno ſubeunte ſuſpenſus. Id manifeſtat media pars eius, quæ abſciſſa proximis uelut inſula natat, pelliq; ſe atq; attrahi patitur: quin & ex ĳs, quę ad imū perfoſſa ſunt, ſuffuſum mare oſtēditur: [d] unde Graĳs noſtriſq; etiam authoribus, ueri ne ignorantia, an prudentibus etiam mendacĳ libidine, uiſum eſt tradere poſteris, in ea regione piſcem è terra penitus erui, qui, ubi ex alto hucuſq; penetrauit, per ea foramina ictu captantium interfectus extrahitur. Inde eſt ora [e] Sardonum, & parua flumina Thelis, & Thicis, ubi accreuere, perſæua: colonia Ruſcino, uicus Eliberri magnæ quondam urbis, & magnarum opum tenue ueſtigium. Tum inter Pyrenæi promontoria portus [f] Veneris eſt in ſinu ſalſo, & Ceruaria locus, finis Galliæ.

d Vnde Graĳs.] Strabo libro quarto, Iuxta Ruſcinonē, inquit, lacus eſt & ager, quem alluit exiguis ſupra mare refertus ſalinis, habet is effoſsiles piſces Ceſtrias: nā ſi quis duos aut tres fodiat pedes, & in limoſam aquam fuſcinam demiſerit, piſcem eximiæ magnitudinis fixum penetrat, limo autem inſtar anguillarū alitur. Hactenus Strabo. Seneca libro tertio naturalium quæſtionum ad Lucilium, Theophraſtus, inquit, affirmat piſces quibuſdam locis erui: multa hoc in loco in mentem uenere, quę urbane in re incredibili fabulam dicas, non cum retibus aliquē, nec cum hamis, ſed cum dolabro ire piſcatum. Quid autem? quare nō piſces in terram tranſeant, ſi nos maria tranſimus? Quibus uerbis indicat non adeo à uero alienum eſſe, in terra naſci piſces poſſe: quod Mela negat, dubitans, ueri'ne ignorantia, an quod de induſtria mētiendi libidine prouecti, id tradere poſteris uoluerint. Theophraſtus grauis author, in Paplagonia effodi piſces gratiſsimos cibis, terrenis altos ſcrobibus tradidit. Plinius ſecundus, magnus alioqui Græcæ uanitatis irriſor, capite quinquageſimoſeptimo libro nono de terrenis piſcibus ſcribens, uerosimilia eſſe innuit, quæ tradidit Theophraſtus. e Sardonum.] Plinius: In ora, inquit, regio Sardonum, intuſq; Conſuaranorum, flumina Thelin & Obrin, oppidum Eliberris magnæ quondam urbis tenue ueſtigium, Ruſcino Latinorum. &c. quem locum prope ad uerbum ex Pomponio tranſtulit. Verum Obris meminiſſe maluit, quàm Thicis, quod in Hiſpania ſtatuit: niſi aliud eſt Thicis, quod Rhodam præterfluit, infra Melæ redditum. Ruſcinoni ab amne uicino nomen eſt, cuius & Ptolemæus meminit. Illiberri, ut Hermolaus tradit, Eliberris, Ilibirris, Eliberri & Illiberis, uſu confuſaneo dicitur f Veneris.] Quam Pyrenęam Plinius cognominat. Strabo locum ipſum Aphrodiſium, Ptolemæus Veneris templum: iuxta quod non admodum cæteris memoratus locus Ceruaria eſt.

Piſces terreni.

Theophraſtus.

HISPANIA.

Hiſpania à Pyrenęis ad fretum uſq; Gaditanum ora in meridiem & noſtrum mare conuerſa procurrit. Hanc, ut reliquas hactenus, more ſuo Pomponius legit, ulteriora latera tertio libro redditurus. Nos in ſtudioſorum gratiam, generatim hoc in loco, quæ ad eius terræ uberiorem notitiam facere uidentur, paucis pręfabimur. Quicquid trans Pyrenæos montes in occaſum expanditur, uno id nomine Hiſpania dicitur: terra uiris (nam Quintilianū, Senecā, Martialē, Silium, Lucanum, alioſq; innumeros genuit) equis, metallis plumbi, ferri, ęris, argenti, auri, tum & minio, & marmore diues: ut Plinius & Strabo uterq; tertio libro, Iuſtinus libro ultimo, Diodorus libro ſexto: Et alicubi Martianus Solinuſq; tradunt. Ea in ulteriorē aliquando & citeriorē diuiſa eſt. *Hiſpaniæ ſummaria deſcriptio.* Vlterior in Mauritaniā & Atlanticum inclinans. Prouincias habet Bethicā fertiliſsimam, à Bethi, quo irrigatur, amne dictam. Alteram Luſitaniā, à Luſu Liberi patris ſic uocatam, ut Plin. tradit: eas Anas fluui. diuidit. Quicquid ultra eſt in terna litora & Pyrenæum patens, Tarraconenſi attinet, nomen à Tarracone à Scipionib. condita urbe datum. In ea hodie regna ſunt Tarraconiæ ſiue Catalonię, Nauarriæ, Caſtiliæ, in Bethica Granatæ, Luſitania ferè ad Portugalliam attinet, ſupra quam Gallicia eſt & Guaſconum ſedes in ſeptentrionē expoſita. Amnes Hiſpaniæ clariſsimi ſunt, Iberus, Bethis, Tagus, Anas & Durius. Vide tabulam Europæ ſecundam Ptol. & adhibe, quæ ſcribit capite primo tertij libri Plinius. Hiſpaniæ laudes Cœlius conſcripſit Rhodiginus lib. ant. lect. 10. cap. 22.

HISPANIA.

Pyrenęus primo [b] hinc in [c] Britannicū procurrit oceanū, tum in terras fronte conuerſus Hiſpaniā irrūpit: & [d] minore eius parte ad dexterā excluſa, trahit perpetua latera continuus, donec per omnem prouinciā lōgo limite immiſſus, in ea litora, quę [e] occidēti ſunt aduerſa, ꝑueniat. Ipſa Hiſpania, niſi qua Gallias tāgit, pelago undiq; incincta eſt, ubi illis adhæret, maxime anguſta paulatim ſe in noſtrū mare & oceanū extēdit, magis magiſq; latior ad occidentē abit, ac fit ibi [f] latiſsima. Viris, equis, ferro, plūbo, ęre, argēto, auroq; tā abundans, & adeo fertilis, ut ſicubi ob [g] penuriā aquarū effœta, & ſui diſsimilis eſt, linū tamen aut [h] Spartū alat. Trib. aūt eſt diſtincta nominibus, parſq; eius Tarraconēſis, pars Bethica, pars Luſitania uo

Pyrenæus, qui Hiſpanias Galliaſq; diſterminat promontorijs in duo diuerſa *Pyrene.* maria proiectis, Plin. Silius Italicus libro tertio, Pyrene celſa nimboſo uerticis arce Diuiſos Celte proſpectat Iberos, Atq; æterna tenet magnis diuortia terris. b Hinc.] A Ceruaria loco. c Britannicum.] Ptol. Cantabricum à Cantabris. Vtrunque belle conuenit. d Minore eius parte.] Quam Artabri, Aſtures Cantabri, & Varduli, nunc Vaſcones tenent: in id enim latus Pyrenæi iuga maxime inclinant. e Occidenti.] Cardini occiduo: nam ad cœlum reſpexit Pomp. f Latiſsima.] Inter Celticum promontorium, & extimum freti Gaditani litus, ubi Iunonis eſt templum. g Penuriam aquarum.] Qua pleriſq; lo- *Spartum.* cis premitur. h Spartum.] Herbam ſponte naſcentem, & quæ ſeri nequeat. nam proprie iuncus eſt aridi ſoli. Creſcit in Africa exiguum, & inutile, melius in agro citerioris Hiſpaniæ, montibus etiā Sparto opertis. Plinius author capite ſecundo li. 19. Eius uſus in nauticis *Pyrenæus.* præcipuus eſt, rudentum inde ſumpta materia. Strabo tertio libro eum agrum ideo Spartarium uocat, ſpatioſum admodum, & aquarum indigentem. Sed reuertamur ad Pyrenæum. Strabo, Pyrenes, inquit, latus in Hiſpaniam uergens, conſitum eſt uarijs arboribus, materiæ multitudine, & quæ ſemper uirens germinet: alterum autem Galliam ſpectans, nudum omnino: nomē accepit à fulminum ictu. Silius à Pyrene Bebrycis filia dictum, fabuloſe tradit libro tertio. Diodorus libro ſexto, ubi de Pyrene, Ferunt, inquit, priſcis temporibus igne à paſtoribus iniecto, mōtanas omnes regiones fuiſſe cōbuſtas, qua ex re montes aiunt cognomi- *Locus Plinij Cecilij.* natos Pyrenęos. Et quia hoc in loco Pyrenęi meminimus, Plinianus mihi locus incidit, in Panegyri ad Traianū ſcripto, haud dubie corruptus: apud quē ubi de Germania fit mentio, Pyrenęus, Alpes immenſiq; alij mōtes, &c. legitur pro eo quod eſt, Pœninę Alpes, nō Pyrenęus Alpes. Nec deceptus eſt Secundus, quem utiq; multo maxime hæc animo tenuiſſe credo, ſed *Maria Catanæus.* plerique omnes corrupti codices: id quod Ioannes Maria Catanæus interpres ſuus belle, ut eſt doctiſsimus & plurimę lectionis homo deprehēdit, loco tamē nō plane excuſſo, conniuens,

uens, immo indignans. nam quæ librariorum culpa erat, Plinio tribuit, erratum agnoſcens. De Pœninis Alpibus, hoc eſt, Pœnino monte. M. Cato, & C. Sēpronius meminerūt. Marcellinus, Alpes, inquit, Graiæ, Pœninæ'ue habent & Auanticum deſertam ciuitatem, ſed non ignobilem quondā, &c. Ptolemęus eas Pœnas uocat, nomine ad Ocram uſqꝫ, qui ſub Rhetijs eſt, durante, ut ſupra docuimus. Pars harum in Heluetios noſtros uerſa diui Bernardi auſpicatum hodie cognomen habent. Nec temere ad Gratianū Auſonius, inſuperabilia Rhetię uocat iuga, cū altitudine uiſenda, tum hyeme propè perpetua inculta: ea Alpiū à Gallijs Germanijsq́ꝫ Italiā ſecernentium immanitas eſt.

catur. Tarraconēſis [a] altero capite Gallias, altero Bethicā Luſitaniamqꝫ cōtingens, mari latera obijcit noſtro, quà meridiem, quà ſeptentrionē ſpectat, oceano. Illas fluuius Anas ſeparat, & ideo Bethica maria utraqꝫ proſpicit, ad occidentē Atlanticum, ad meridiē noſtrū. Luſitania oceano tantummodo obiecta eſt, [b] ſed latere ad ſeptētriones, frōte ad occaſum. Vrbiū de mediterraneis in Tarraconēſi clariſsimę fuerūt [c] Pallantia, & Numantia, nūc eſt Cęſarauguſta. In Luſitania, [d] Emerita: in Bethica, [e] Aſtigi, Iſpalis, Corduba. At ſi litora [f] legas, à Ceruaria ꝓxima eſt rupes, q̄ in [g] altū Pyrenæū extrudit. Dein Thicis flumē ad [h] Rhodā, Clodianum ad [k] Emporia, tum mōs Iouis, cuius partem occidēti aduerſam eminentia cautiū, quæ inter exigua ſpacia, ut gradus ſubinde cōſurgūt, [l] Scalas Hannibalis appellāt. Inde ad Tarraconē parua ſunt oppida, [m] Blanda, Illuro, Betullo, Barchino, Subur, Tholobi. Parua flumina, Betulo iuxta Iouis montē, Rubricatū in Barchinonis litore inter Subur, & Tholobin maius. [n] Tarraco urbs eſt in his oris maritimarū opulētiſsima. Tulcis eā

a Altero capite.] Quo in Pyrenęū deſinit, hinc in utrunqꝫ pelagus excurrēs. Vtere hoc loco pictura. b Sed latere ad ſeptentriones.] Plinius capite 21. quarti libri, Luſitaniā à ſeptentrione Durio amne finit, reliqua citeriori attribuēs: in qua ſententia & Ptolemęus eſt. At Strab. cū Mela cōuenit. nam huius regionis, inquit, latus auſtrale Tagus cingit, ab occaſu uero & ſeptentrione oceanus. Idem tamen alibi, ubi de Bethica, ſuo tēpore Durio terminari Luſitaniam ait, hinc ad Arctos, quæ hodie Gallecia dicitur, aliquādo Luſitaniam quoqꝫ dictā. Attuli hęc monendi tantum gratia, ne cui diuerſa ſententia errorem pariat, aut moleſtiam. Nihil autē refert quo in loco regionū ſint termini, quorum perpetua eſt incōſtantia, dūmodo de terris, quæ ſint, conſtet.

Luſitaniæ termini.

c Pallantia.] Vacceorum, à qua Pallantini, ut à Numātia aliquando Celtiberorum Numantini dicti: ſed Numantia clade ſua notior eſt, quàm ut memorari debeat. Lege libro ſecundo Florum. De Cæſarauguſta ad Iberum ſita, Ptol. Strabo Auguſtam Cæſaream nominat. d Emerita.] Strabo Auguſtam Emeritam oſtendit. Eſt hæc urbs cocco celebris, eſt id, rubeo gramine, cuius ſucco uellera tingūtur, Tyrio ſplendori neutiquā cedentia, ut Plin. ſcribit. 41. cap. noni libri. e Aſtigi.] A quo Aſtigitanus conuentus, Plinio, ſicut Cordubēſis, Iſpalenſis, à clariſsimis oppidis, & quartus Gaditanus. Bethicam Plin. ait cunctas prouinciarū diuiti cultu excellere, fertiliq́ꝫ inſuper, ac peculiari nitore. De Corduba Silius libro tertio: Nec decus auriferæ ceſſauit Corduba terræ. Bethici, authore Strabone, ſtudioſiſsimi & amantiſsimi uetuſtatis extitere. Extant, qui maioribus non cedunt, & fuere haud multis retro annis doctiſsimi, è quorum numero Alphonſus rex aſtronomus clariſsimus. f Legas.] Stringas maritimo tranſitu. g Altum.] Mare.

Coccum.

Alphonſus aſtronomus.

h Rhodam.] Strabo non Rhodam, ſed Rhodopen uocat Emporienſium, quam Sambroca amnis præterit: eam à Rhodijs conditam fuiſſe multi tradiderunt: eximium aliquando Epheſiæ Dianæ ueneratione. i Clodianum.] Flumen id eſt, Ptolemæo Clodianus dictus. Plinius Albam uocauit. k Emporia.] Neutro pluratiuo, dicimus Emporium quoque, & Emporiæ fœminino. Straboni, ab oppido Emporienſes dicti. l Scalas Hannibalis.] Sūt & turres eædem fortaſsis Hannibalis in eo litore dictæ, nocturnis aliquando facibus inſignes, Plinio: & alicubi Speculæ Hannibalis cognominatę, terrenas turres iugis montium impoſitas, ut 35. libro ſcribit idem author. m Blanda.] De his oppidis illo in litore Plin. Strabo, Ptol. paſsim. De Betulone Ptolemæus. eius irrigatione ager Barchinonenſis lætiſsimus eſt. De Rubricato, à quo Rubricatę oppido nomen, idem author: quanquam ut uidetur alio ſitu. Plinius in hoc tractu & Subi fluuium nominat, unde fortaſſe Subur oppido nomē. n Tarraco.] Clariſsima, id quod cognomē potiori totius Hiſpanię parti datum

Emporiæ.

Tarraco.

indicat, Metropolis uero & ciuitatum mater. Silius libro tertio: Dat Tarraco pubẽ Vitifera; *Iberus.* & Latio tantũ ceſſura Lyco. Tulcis, quia modicus eſt, minus exiſtit celebris. a Iberus.] Amnis nauigabili cõmertio diues, ortus in Cantabris haud procul oppido Iuliobrica, nauium per.260. paſ. mil. capax, propter quem uniuerſam Hiſpaniam Græci appellauere Iberiã, Pli. ſicut & Iberos Hiſpanos, & Iberi accolas, quos una ciuitate contineri per rerum Hiſpanicarũ *Sinus duo.* ignorantiã credidit in Hiſtoria Iudaica Ioſephus. b Inde ſe in.] Trans Iberi oſtia, duo ſinus

modicus amnis ſuper, ingẽs [a] Iberus deorſum attingit. [b] Inde ſe in terras pelag9 inſinuat, & primũ magno impetu admiſſum, mox in duos ſinus, pmontorio, quod [c] Ferrariã uocant, finditur: prior [d] Sucronenſis dicit̃, maior hic, & magno ſatis ore pelagus accipiẽs, & quo magis penetrat̃, anguſtior. Serabim & [e] Duriã & Sucronẽ nõ magna excipit flumina. Vrbes cõplexus & alias quidẽ, ſed notiſsimas [f] Valentiã, & [g] Saguntũ illã fide & erũnis inclytam. Sequẽs Illicitanus [h] Alonẽ habet, & Lucentiã, & unde ei nomẽ eſt [i] Illicen, [k] Hiciam terrę magis in altũ eũt, latioreq́ꝫ, quàm fuerat, Hiſpaniã faciũt. Verũ ab ĳs, quę dicta ſunt, ad principia Bethicę præter [l] Carthaginẽ, quam dux Pœnorum [m] Haſdrubal cõdidit, nihil referendũ eſt. In illis oris ignobilia ſunt oppida, & quorũ mentio tantũ ad ordinẽ pertinet. [n] Virgi in ſinu, quem Virgitanũ uocãt. Extra [o] Abdera, Suel, Hexi, Menoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Berbeſul. Apit

ſunt, mari nonnihil ſe in litora inſinuãte: prior Sucronen- *Sucronenſis.* ſis, ſequens Illicitanus dici- *Illicitanus.* tur: huic ab oppido, illi ab amne nomen datũ: utrunqꝫ ſeiungit promont. Ferraria.] Nam totus flexus, qui eſt à Tarracone aduſqꝫ Scombrariam, ſenſim quidem pelago dat locũ: at ubi maior maris eſt receſſus, ibi excipiente impetũ Ferraria promontorio, in anguſtias utrinqꝫ ſinus coartantur, in quorũ margine cum amnes fluunt celebres, tum oppida iacent non parua. Illicitani ſinus Plin. meminit, nec non Sucronis oppidi quondam & fluuĳ. c *Ferraria.* Ferrariam.] Strab. 3. lib. inter Carthaginem & Sucronem locũ eſſe Artemiſium dictũ ſcribit, qui Epheſiæ Dianę ſacellum habuerit, frequẽti religione cultũ, nauigãtibusq́ꝫ longinquo proſpectu expoſitum: cuius Cic. quoqꝫ in ultima contra Verrem actione meminit. Is ferrarias effoſſiones admodum feraces habet. Vnde mihi coniectura eſt, id eſſe promontorium, quod Ferrariam nominarint, à re ſcilicet, accolæ. Nam promontorium, quod terras magis in altum trahit, propè Carthaginem Plinius Saturnium uocat. d Sucronenſis.] De Sucrone, à quo ſinui eſt nomen. Silius libro tertio. Sedentana cohors, quã Sucro rigentib. undis, Atqꝫ *Setabis.* altrix celſa mittebat Setabis arce, Setabis, & telas Arabum ſpreuiſſe ſuperba, Et Peluſiaco filum componere lino, &c. Inde Sudaria Setaba in Hendecaſ. Catullus dixit. Quod de urbe dictum, quanquam res indicat, fluuium tamen eſſe Setabin Strab. Plinius, Ptolemæus, & hic Pomp. teſtantur. e Duriam.] Hermol. Turiam defendit apud Plin. capite tertio libri tertĳ, ex Salluſtio Phoca Grammatico, cæteris. f Valentiam.] Tribus mil. paſ. à mari remo- *Saguntum.* ta, Plinius. Meminit & Ptol. g Saguntum.] A Zacynthĳs condita, quam Hannibal contra P. R. fœdera cum diruiſſet, belli Punici ſecundi ſuſcitauit incendium, Straboni. Eius urbis ſitum eleganter deſcripſit libro primo Silius. Meminit cladis libro primo tertiæ Decadis Liuius. h Alonem.] Amnem, quem Alonam Ptolemæus nominat. De Lucentia Romanorum colonia eo ipſo in loco Plinius. Ptol. Lucentiam ſupra Carthaginem occaſum uerſus ſtatuit, indubie aliud ab illa oppidum. i Illicen.] Plinius Illici, Ptolemæo longius à mari Illicis. k Hiciam.] In promontorium, quod Scombrariã nominant: inſula Scombria dicta à Scombrorũ multitudine, è cõtrario ſita. Plinius Saturniũ appellat. Vide picturã. l Carthaginem.] Aliquãdo à Scipione expugnatã, Hannone nõ ſine ſuorũ clade ſe dedente. Liuius lib. 6. tertię Decad. Ad Carthaginẽ nouam expugnandã totis uiribus, & bono animo tranſeamus. Fuit & alia Carthago, eodẽ in litore uetus cognominata. Cicero de Lege Agraria, Poſt autẽ agros, inquit, in Hiſpania apud Carthaginẽ nouã duorum Scipionũ eximia uirtute poſſeſſos, tũ ipſam ueterẽ Carthaginẽ uendunt. Sita fuit haud procul Tarracone, & à Teucris cõdita: de qua Silius li. 3. Dat Carthago uiros Teucro fundata uetuſto. Meminit ue- *Carthago.* teris in Hiſpania Carthaginis Claud. Ptol. li. 1. Silius quidẽ, quod duarũ erat, uni tribuit, idq́ꝫ poëtice: lege eũ. m Haſdrubal.] Is qui Barcę Hãnibalis genitori ſucceſsit. Stra. n Virgi.] Aliud ab Vrci, de quo Pli. ab illo ſinui nomẽ, cuius idẽ. 1. cap. 3. li. meminit. o Abdera.] Nominãtur eodẽ propè ordine Plin. ca. 1. 3. & li. 2. Ptol. cuius tab. Europę. 2. inſpicito: nec offendere, ſi nomina offendãt, tantillo tẽporis decurſu immutata: ſolet enim hoc in uocibus, ut alĳs

propè

propè omnibus, tẽpus. Ignobilia eſſe Pomp. ait, cui utpote inibi nato fides danda. nã ut Plin. ſcribit lib. 6. Sui quiſq; ſitus diligentiſsimus author eſt. a Pelagus.] Herculeũ. Silius lib. 1. Herculeo dirimente freto. b Abyla & Calpe.] Quorũ unus in Europen, in Libyam procul aſpicit alter. De his columnis lib. 1. multa diximus. c Concauus.] Ideo Silius li. 5. Ceu pater Oceanus cum ſæuior ęthere Calpen &c. Lege Silium. Mela, toto Calpen excurſu cauari, & primo quidem ambitu ſinum mox interiori receſſu ſpecum facere ſcribit. Iuxta hoc litus fons eſt Herculis mirus, cuius Strab. & Plin. cap. 106. meminere. d Vltra.] In penitiori receſſu. e Eo.] Sinu. f Carteia.] Pli. Carteia, inquit, à Gręcis Tarteſſos appellata. *Carteia.* Silius omnino aliam Tarteſſon à Carteia facit li. 3. Argantoniacos armat Carteia nepotes, Rex proauis fuit humani doctiſsimus ęui, Ter denos decies emẽſus belliger annos, Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo. *Argantonius.* Silij interpres eãdem falſò eſſe putat. At Liuius 8. lib. 3. Decad. Dum hęc, inqt, ad Bethim fluuium geruntur, Lelius interim freto in oceanum euectus ad Carteiã claſſe acceſsit. Vrbs ea in ora oceani ſita eſt, ubi primum è faucibus anguſtis panditur mare. Hactenus Liuius. Eandem igitur cũ Tarteſſo fuiſſe credi par eſt. Nam & Strab. 3. lib. Nonnulli, inquit, Tarteſſum huius ętatis Carteiam appellant. g Freto.] Quod iuxta anguſtiſsimũ eſt. h Mellaria.] Felix tanto authore, nã Pomp. nemo Latinorum ſcriptorum cum ordine locorum, quos reddit, tum eloquentia, ſtiliq; moderatione uicit. *Mellaria.* Potuit uerò nomẽ oppido à mellis copia dari: nã & ad Padum Hoſtilia uicus abluitur, qui hodie Mellariæ nomẽ habet, ubi accolæ miram faciunt deficientis pabuli compenſam, naues aluearibus onuſtas aduerſo flumine protrahentes, ut meminit Plin. 12. cap. lib. 21. Cuius loci me monuit aliquando Cœlius Calcagninus Ferrarienſis, uir mediusfidius doctiſsimus, & ut Horatiano illo utar, ad unguẽ factus homo, quando inter nos de Melæ nomine incidiſſet ſermo: nanq; ſunt, qui Mellam ll. gemino ſcribant, à patria nomen deriuatum exiſtimantes, de quibus quid ſentiamus, alibi retulimus. *Cœlius Calcagninus.* i Beſippo.] Plin. Portus, inquit, Beſippo, oppida Bello, Mellaria. At oppidum eſt Beſippo Melę. De Iunonis promontorio ibidem Plin. ab eius templo nomen datum indicante Ptol. Meminit templi lib. 3. Strab. Atque hęc de meridiano Hiſpaniæ litore hactenus.

deinde anguſtiſsimũ [a] pelagus, & proxima inter ſe Europæ atq; Africæ litora mõtes efficiũt, ut initio diximus, columnę Herculis [b] Abyla et Calpe, uterq; quidẽ, ſed Calpe magis & penè totus in mare prominens. Is mirũ in modũ [c] concauus. ab ea parte, qua ſpectat occaſum, mediũ ferè latus aperit, atq; inde ingreſſus totus admodum peruius, propè quantũ patet ſinus, & ſpecus [d] ultra eſt. In [e] eoq; [f] Carteia (ut quidã putãt) aliquãdo Tarteſſos: & quã tranſuecti ex Africa Phœnices habitãt, atq; unde nos ſumus cingẽtes [g] freto [h] Mellaria, & Bello, & [i] Beſippo, uſq; ad Iunonis promõtoriũ orã freti occupat. Illud iã in occidentẽ & oceanũ obliquo iugo excurrẽs, atq; ei, qđ in Africa Ampeluſiã eſſe dixeramus, aduerſum, qua noſtra maria ſunt, finit Europẽ.

MEDITERRANEI MARIS INSVLAE

Gades inſula, quæ egreſsis fretũ obuia eſt, admonet ante reliquas dicere, quàm in Oceani litora terrarũq; circuitũ, ut initio promiſimus, oratio excedat. Paucæ ſunt in Mæotide (inde enim uidetur cõmodiſsimum incipere) neque omnes tamen incoluntur. nam nec pabula quidem large ferunt. Hac re habitantibus [k] caro

MEDITERRANEI MARIS INSVLAE.

Poſt enumerata omniũ litorũ noſtri maris inſignia oppida, aliaq;, quorũ celebris extat memoria, ad inſularũ nomenclaturã, ut paſsim toto mediterraneo ſitę ſunt, Põp. cõuertitur: ab oſtijs Tanais orſus, & uſq; ad Gades, q̃ extra fretũ ſunt, egreſſus, ſecundũ librũ hoc labore finit. Nomina uero inſularũ cũ pluriũ, quorũ idem uocabulũ eſt, tũ ſingularũ ſunt apud Melam plus minus 140: nec erat in animo omnes referre, ſed potiores: nec ſanè de his certa fides eſt, nuſq; natura incõſtãtiore, ex q̃ maris impet9 & mergere inſulas, & reddere cœpit. *De inſulis incerta fides eſt.* k Caro magnorũ.] Cœli facit rigor, ut totus eius orę tractus min9 ſit fertilis. Celeberrima in Męotide è regiõe oſtiorũ Tanais eſt Alopecia Pto. & Str. li. 11.

magnorũ piſcium ſole ſiccata, & in puluerem uſque contuſa pro farre eſt. Paucæ & in Ponto. [a]Leuce Boryſthenis oſtio obiecta, parua admodum, & q̃d ibi Achilles ſitus eſt, Achillea cognomine. Nõ longe accolitur [b]Aria, quæ Marti ſacrata, ut fabulis traditur, tulit aues cũ ſumma clade aduenientiũ pennas quaſi tela iaculatas. Sex ſunt inter Iſtri oſtia, ex his [c]Peuce notiſſima, & maxima, [d]Thynnias Mariandynorum finib. proxima urbem habet: quã quia Bithyni incolunt, Bithynida appellãt. Contra Thraciũ Boſphorum duæ paruæ, paruoq́ diſtãtes ſpacio, & aliquãdo creditę dictæq́ concurrere, & [e]Cyaneæ uocãtur, & Symplegades. In Propontide tãtũ Proconeſos habitat̃. Extra Helleſpontum earũ, quę Aſiaticis regionib. adiacent, clariſsimæ ſunt. [f]Tenedos Sigeis aduerſa litorib9, [g]& q̃ dicent̃ ordine ad promontoriũ Tauri mõtis expoſitæ: quas quidã dici putauere [h]μακάρων, ſiue q̃d fortunati admodũ cœli ſoliq́ ſunt, ſiue q̃d eas ſuo ſuorũq́ regno Macar occupauerat. In Troade [i]Lesbos, & in ea quinq́ olim oppida, Antiſſa, Pyrrha, Ereſſos, [k]Ciraua, Mitylene. [l]In Ionia [m]Chios, Samos, in Caria Cos, in Lycia

Leuce. a Leuce.] Plinius cap.13.lib.4. Ante Boryſthenem, inquit, Achillea eſt, eadem Leuce & Macaron appellata. Meminimus eius & ſecundo lib. Aria. b Aria.] Calcitis dicta, quam nulla auis prætęruolat, ut cap.29.lib. decimi Plinius ſcribit. Prius tamen nomen è Marte, cui ſacra eſt, ſortita. meminit cap.12.lib.6. Plinius, apud quem & Strabonem propè omnes illæ celebres inſulæ ſunt, de quibus refert Pomponius. Gręcis ἄρεος νῆσος, id eſt, Martis inſula dicitur. c Peuce. Peuce.] A qua uni ex Danubiј oſtiјs nomen datum, ut Plinius docet. Lucanus lib.3. Et barbara Cone Sarmaticas, ubi perdit aquas, ſparſamq́ ꝓfundo Multifidi Peucen unũ caput abluit Iſtri. Cone & ipſa ibi inſula eſt. d Thynnias.] Sita è regione Calpę, nobilis in Bithynia portus: meminit Ptolemæus. Barbari eã Bithyſſam uocarũt. Plinio ante Apollonia dicta, mox Thynnias, ad differẽtiam eius, quæ iuxta Iſtrũ ad Salmydeſſum ſita quoq́ Apollonia dicta eſt. Plin. ca.12.lib.6. Cyaneæ. e Cyaneæ.] Notiſsimæ. Plin. cap.13. li.4. Eædem ab aliјs Symplegades appellatæ, traditęq́ fabulis inter ſe concurriſſe: quoniã paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intrantib. geminæ cernebantur, paulũq́ deflexa acie coeũntium ſpeciem prębebãt. Ouid. lib. ult. Met. Timuit cõcurſibus Argo Vndarum ſparſas Symplegades eliſarũ, Quæ nunc immotę perſtant, uẽtisq́ reſiſtunt. Eædẽ planetæ dictæ, id eſt, errantes Plinio alibi. Vale. Flaccus li.4. Hic iter ad Ponti caput, errãtesq́ per altũ Cyaneas, furor his medio concurrere Ponto: Nec dum ullas uidere rates, ſua comminus actæ Saxa petũt, cautesq́ ſuas cum uincula mundi Ima labant, tremere ecce ſolum, tremere ipſa repente Tecta uides, illę redeunt, illę ęquore certant. Proconeſium marmor Solino, quod idem & Cyzicenum dicitur. Eadem Elaphoneſos, à ceruis utroq́ uocabulo deriuato: nam & πρόξ Græcis, & ἔλαφος ceruus dicitur. Plin. certe multas alias eius maris numerat, lib.5. cap. ultimo. f Tenedos.] Iam ab Ilienſi clade nota, & multis ante nominibus, ut Plin. cap.31. li.5. tradit. M. Cicero actione in Verrem.3. à Tenne Deo, qui apud eos ſanctiſsimus habebatur, dictam in inſula urbem ſcribit. g Et quo dicentur ordine.] Illę, inquit, Aſiatico litori op-
Inſulæ Macarũ poſitæ, Lesbos, Chios, Samos, Cos, Rhodos. h μακάρων.] Id eſt, beatorũ, à rerum copia, uel quod Macar & ſucceſſores eas tenuerint: ſanè & μάκαρ beatus dicitur, & μακαριότης ipſa beatitudo. Tauri autem promontorium iuxta Lyciam in Carpathium pelagus ſpectat. i Leſ-
Lesbos. bos.] Clara cum ſoli fœcunditate, tum ingeniјs ad omnia olim idoneis, oppidis deniq́ maximis & frequentiſsimis nouem, multis nominibus, uerum Macarię potiſsimum appellatione nobile. Lege Plin. cap.31. quinti libri. Amnes habuit 50. montes quinque. Vrbium clariſsimę Ereſſum, Pyrrha, & Mitylenę illæ, cuius fuere alumni Alceus & Sappho: nam ex Lesbo, uel Gellio teſte, Theophraſtus fuit Ariſtotelis diſcipulus. k Ciraua.] Dictionem corruptam Hermolaus exiſtimat. Quid ſi apud Plin. corrupte ſemel Pyrrha legitur pro Ciraua? nam plurima ex Mela in ſua Plinium tranſtuliſſe conſtat. Id ſi foret, exemptus eſſet ſcrupus ille, qui Hermolaum de repetitò Pyrrhę nomine torſit. Sed nihil ſtatuo, abſterrente me tanti hominis iudicio. l In Ionia.] Id eſt, ad Ioniæ oram. ita enim hoc loco accipienda il-
Chios. la nomina ſunt regionum continentis. m Chios.] Inter Samum & Lesbon è regione Erythrarum ſita, Plinio, Ptolemæo, cæteris. Cuius & Sami iuxta meminit Plin. 31. cap. quinti libri.

ti libri. A Chio alia eſt Cos,& alia Cea. Con Ptol. Coam nominat, alij quoque Coon & Coū, *Cos.*
à qua Cous Apelles cognominatus,& Hippocrates Cous, qui medicinam Clinicam reuoca-
uit denſiſsima nocte latentem, ut in 29. ſcribit Plinius. Fuit in ea Aeſculapij templū auguſtiſsi
mum. De Iunonis æde nemo ignorat, adeo clara, ut de eius inſignibus librum ſcripſerit Theo
dorus, authore Vitruuio li.7. Eſt inibi Pectunculus piſcis inſigniter ſapidus, Varoni celebra-
tus, ut Gellius teſtatur. Eſt & Bombix mirabili fœtu operoſa, unde & Bombicinæ ueſtes Coę,

[a] Rhodos. In illis ſingulæ ſunt ijſdem nominib. urbes. In Rhodo tres quondam erant, Lindos, Camitos, Ialyſos. Quæ contra Tauri promontorium importunę nauigantib. obiacent, [b] Chelidoniæ nominantur. In ſinu, quem maximum Aſia recipit, prope media [c] Cyprus, ad ortū occaſumq́ ſe immittens, recto iugo inter Ciliciam Syriasque porrigitur ingens, ut quæ aliquando nouem regna ceperit, & nunc aliquot urbes ferat, quarum clariſsimæ [d] Salamis & Paphos, & quo primum [e] ex mari Venerem

Plinio libro undecimo, & lib.
quinto de natura animaliū Ari
ſtoteli: qui eam Con appellat,
uelut Plinius Coon, pari ſen-
ſu. Quas uiros non puduit le-
uitate uſurpare propter onera
ęſtiua, intantum à lorica geren
da diſceſſere mores, ut oneri
ſint etiā ueſtes, ſicut in Roma-
num luxum idem author ſcri-
bit. At Chius marmore uerſi-
colori clara, quo cū muros Ro-
mę plerią magno luxu extrue
rēt,& ut magnificos multis o-
ſtenderent: multo magis (M. di
xit Cicero) mira res eſſet, ſi Ty-
burtino lapide feciſſetis: eos
ſuggillans quod animi quadā
inſolentia externa magis, quàm ſua mirarentur. Plinius capite ſexto libri trigeſimiſexti. Et *Cea.*
Chia eſt ficus ſapore uini, Martiali cum alibi, tum in Xenijs commendata. De Cea, ſiue quod
idem eſt, Ceo, quæ iuxta Eubœam eſt, Plinius capite duodecimo libri quarti. Ouidius lib. ſe-
ptimo: Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Ceæ. A qua Ceæ ueſtes: nam ex hac quoą pro-
fectam delectationi fœminis ueſtem, author eſt Varro, ut Plin. ait. Propertius: Et tenues Cea
ueſte mouere ſinus. Quo in loco parum docte aliquos Coa pro Cea legere Hermolaus tradit.
Ab hac Ceus Heraſiſtratus clarus medicus dictus: Fuit eadem & Simonidis & Bachilydę cla-
riſsimorum poëtarum alumna. Ciam Ptolemæus nominat, ut hodie quoą uulgus nauticus.
Hanc ſeruati diſcriminis diligentiam Hermolao Barbaro debemus. a Rhodos.] Quā nul *Rhodos.*
lo non die ſol aſpicit, id quod & de Syracuſis Cicero tradidit, actione in Caium Verrem ſepti
ma. Eadem & Coloſſo maximo quondam clara: Gymnaſium habuit Aſiatica eloquentia, &
mathematicis ſtudijs clariſsimum. Ideo (ut Vitruuius libro ſeptimo ſcribit) Ariſtippus phi- *Ariſtippus.*
loſophus Socraticus, quū naufragio eiectus in Rhodienſiū litus, animaduertiſſet Geometri-
ca ſchemata deſcripta, exclamaſſe ad comites ita dicitur: bene ſperemus, hominum enim ueſti
gia uideo. Et reuera homines primum fiunt, qui cum reliquis honeſtis diſciplinis, tum maxi
me mathematicis ſe tradunt. Rhodos hodie Chriſtiana multis è Turca partis uictorijs inſi- *Mathematice.*
gnis eſt. Lege Plinium lib. quinto, cap. 31. Strab. lib. 14. Ialyſos autem hęc ipſa eſt, quę Telchinas
olim aluit, his, qui in Creta floruere, cognomines, maleficum genus hominū & præſtigijs in-
fame. Hiſtoriam Ouidius indicat libro ſeptimo Meta. Phœbeáą Rhodon, & Ialyſios Telchi- *Ouidius.*
nas. b Chelidonię.] Plinius cap. 31. lib. quinti, Dein, inquit, contra Tauri promontorium
peſtiferæ nauigantibus Chelidonię duę ſunt: quarū una Corydela, altera Menalipea dicitur,
Stephano. Dionyſius in Periegeſi trium meminit. c Cyprus.] Inter alia nomina Maca- *Cyprus.*
ria dicta, nam mire fertilis eſt, in ſinu maximo, qui Iſsicus circa Ciliciam dicitur, ad ortum oc-
caſumą Ciliciæ ac Syriæ obiecta eſt, nouem aliquando regnorum ſedes, ut Plinius capite tri
geſimoprimo libri ſexti ſcribit: Smaragdo, Cryſtallo, ære Cyprio cognominato, adamante
& alumine nobilis, quam aliquando adnexam continenti fuiſſe, idem author ſecundo libro
ſcribit. lege Strabonem de hac & proxime nominatis libro undecimo. d Salamis.] A qua *Salamis.*
Iouis quondam Salaminij cognomē, Teucro authore: qui, ut libro tertio ſcribit Tacitus, Te-
lamonis patris ira profugus, ad Salaminem huic Deo inſigne & magnificum templum extru
xit. e Ex mari Venerem.] Hinc Paphia dicta claro templo uetuſtiſsimoą: quod, ut libro
tertio Tacitus teſtatur, Aerias ſtatuit ille, cuius filius poſt Amathuſę cognominatæ Veneri ea
dem in inſula fanum erexit. Etiam ſi decimoſeptimo libro Veneriani regis, & quorundā ſen-
tentia Cinaræ, ut conditorū meminit Maro Aeneidos. 1. Ipſa Paphum ſublimis adit. ſedesą
reuiſit Læta ſuas, ubi templum illi, centūą Sabęo Thure calent arę. &c. Refert libro decimo- *Nota.*
ſeptimo Tacitus, in Cypro Veneris aras ſanguine offundi uetitum fuiſſe, nec niſi precibus, et
igne puro altaria adoleri conſueuiſſe, quæ ne ullis quidem imbribus etiam in aperto ſitæ ma-
duerint. Porrò Cyprigeniam uocāt, quod illic è mari egreſſam putant, natam ex ſpuma teſti-
culorum Cœlij, quos falce illi Deo Saturnus reſecuit: quæ tradūt fabulæ, ad Cypri fertilitatē,
& fœminarū quondam in ea luxum reſpiciētes. De Palępapho etiam Plinius, quę indepta eſt *Palæpaphos.*
nomen

egreſſam accolæ affirmant Palæpaphos.[a] Arados etiã in Phœnice eſt parua, & quantũ patet, tota oppidũ, frequens tamen, quia etiã[b] ſubter aliena tecta ſedẽ ponere licet. Parua et[c] Canopos Nili[d] oſtio, q̊d Canopicũ uocãt, obuia eſt. Menelai gubernator Canobus ibi forte moriẽs nomẽ inſulæ, illa oſtio dedit.[e] Pharos Alexãdriæ nunc ponte cõiungitur, olim, ut Homerico carmine proditũ eſt, ab eiſdẽ oris curſu diei totius abducta: & ſi ita res fuit, uideri poteſt cõiectantibus in tm̃[f] mutatæ cauſas Nilũ prębuiſſe, dũ limũ ſubinde, & præcipue cũ exundaret, litori annectẽs, auget terras ſpatiũq; augeſcẽtiũ in uicina[g] uada ꝓmouet. In Africa cõtra maiorẽ Syrtim[h] Cuteletos, cõtra minorẽ promõtoria Meninx & Cercinna, cõtra Carthaginis ſinũ Tarichiæ & Ægathes Rom. clade memorabiles. Plures Europæ litorib. ſunt appoſitæ. In Ægeo mari prope Thraciã[i] Thaſos, Imbros, Samothrace,[k] Scãdille, Polyægos, Scyathos, Halonceſos, & quã aliquãdo, omnib. qui mares erãt, cæſis, tm̃ fœminæ tenuiſſe dicũtur, Atho mõti[l] Lemnos aduerſa. Pagaſeus ſinus Scyathon ꝑſpicit.

nomen ab antiquitate ad alteram præſertim Paphum collata. Ita Liuius libro ab Vrbe condita octauo. Palæpolis, inquit, ſuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis. a Arados.] Oppidum continentis, & inſula ducentis paſsibus à continẽte diſtans, Plin. qui cap. 31. li. 5. Ante Ioppe, inquit, Paria tota oppidum, in quã obiectam beluæ Andromedã ferunt, & iam dicta Arados. Si Plinij uerba penſitas, alia erit hæc Aradus ab illa Phœniciæ, quam Aractum Ptolemæus nominat, Antarado oppido aduerſam, non Ioppe. b Subter aliena.] Frequens eſt, inquit, quia, qua quis domo uelit, habitare liceat. *Canopus.* c Canopos.] Palæmon ex Dionyſio: Atq; locum uouit Spartano fama Canopo. De eo lib. ultimo Strabo. à Canobo dicta, ideo b litera ſcriptum aliquãdo uocabulũ, teſte libro primo Quintiliano. Tacitus lib. 2. hiſtoriarum, Cõdidere, inquit, id Spartani ob ſepultũ illic rectorem nauis Canopum, qua tẽpeſtate Menelaus Græciã petens, diuerſum ad mare terramq́; Libyã delatus. Noti ſunt Menelai poſt Helenam raptã ad Syrium litus errores ex Hom. d Oſtio.] Canopico, de quo alibi. *Pharos.* e Pharos.] Hæc Alexandriæ ponte iuncta, colonia Cęſaris Dictatoris, quõdam diei nauigatione diſtans ab Aegypto, nunc è turri noctis ignib. curſum nauium regẽs, Plinio. Hircius ait, turrim magna altitudine, & mirificis operib. extructam, nomen ab inſula cepiſſe. à Canopico oſtio in occaſum. 150. ſtadijs abeſt, ut Strabo docet. Homerus Odyſſeę libro 4. (ut Carolus Aretinus tranſtulit) Inſula eſt, inquit, in ſonanti pelago contra Aegyptum, quã Pharũ appellãt: abeſt à cõtinẽti diei unius nauigatione. &c. Lucan. li. 10. de Cęſare: Cepit Pharon, inſula quondã: In medio ſtetit illa mari ſub tẽpore uatis Protheos, at nũc eſt Pellæis proxima muris. f Mutatæ.] Aut inſulę, quę terrę eſt propior, aut reuera orę, quã aggeſtã defluentis Nili cœno, iunctiorẽ habet inſula. Nam Aegyptus quondã cõtractior tanta nõ fuit, ac hodie eſt, q̊d ex Ariſtotele ſupra, ubi de Delta facta eſt mẽtio, docuimus. g Vada.] Amoti, ſcilicet pelagi. h Cuteletos.] Ptol. in maiore Syrti tres inſulas Miſsinũ, Pontinã, & Gean locat. Quã ex his Cuteleton nominauerit Mela, dubiũ eſt. Nominis huius unicus mihi Põponius eſt author. nã alibi nõ legi. De Cercinna & Meninge, in qua Marius delituit, nemo ignorat. Ad Tarichias & Aegathes Luctat. Catulus Carthaginenſiũ claſsẽ ſuperauit, primus qui inter Romanos rẽ triũpho dignã in mari geſsit, propterea priuatũ in urbe honorẽ cõſequutus, cuius Val. Maximus meminit. i Thaſos.] Ab Hel- *Thaſos.* leſpõto faucib. Aſiaticę orę, & meridianis litorib. adiacentes inſulas enumerauit Põp. hactenus. Rurſus ab eiuſdẽ Helleſpõti Europęo latere orſus, omnes eas inſulas, delectu habito, enumerat, quę noſtris litorib. magis imminẽt. Earũ prima eſt Thaſos, uino ſuo, q̊d Thaſium dictũ eſt, & nuce optima, cuius M. Varro meminit, celebris, Plí. ca. 7. li. 14. ſita è regione Abderę. De Imbro & Samothrace portuoſiſsima Plí. & Strab. k Scandille.] Plí. inter inſulas iuxta Pagaſeum ſitas, Scadiran, nõ Scandillen uocat: cenſendi ius eſto. nã Scandilles aliâs non meminit. *Lemnos.* l Lẽnos.] Vulcano ſacra in eã delapſo, ad quã ab Atho proiecta umbra pertingit. Viros in Lemno in mulierib. cęſos, q̊d eas ob fœtorẽ hircinũ à Venere immiſſum cõtempſiſſent. Ouid. *Lemniades.* teſtis eſt: apud quẽ ad Iaſonẽ ſic Hypſiphile: Lemniadesq; uiros nimiũ quoq; uincere norunt, Milite tam forti uita tuenda fuit. Stat. lib. 5. Aegeo premitur circumflua Nereo Lemnos, ubi ignifera feſſus reſpirat ab Aetna Mulciber, ingentem telluri proximus umbra Veſtit Athos, nemorumq́; obſcurat imagine Pontum. Apud quem ab Adraſto interrogata Hypſiphile

omnia

omnia narrat, & pulchre explicat Placidus grammaticus haudquaquam proletarius. Vide Ptolemæum. a Cicyneton.] Haud longe à Scyro, quæ & ipſa ad eum ſinum clariſsima eſt Melæ: b Eubœa.] Auulſa Bœotiæ intermedio Euripo adeo modico, ut ponte iungatur. Lege Plinium, qui hæc Pomponij uerba in ſua tranſtulit, cap. 12. 4. & lib. decimo Strabonem. *Eubœa.* Hodie nigri ponti inſula, quã haud multis retro annis Turca cepit, ut alia propè omnia Græciæ. Situm inſulæ & promontorij uide apud Ptolemæum tab. Europæ decima. Caphareum meridianum quidem eſt, ſed in ortũ tamen ſpectat. Gereſtum in occaſum reclinat. Cœneum in Maliacũ ſinum protenditur: à quo Cœneo Ioui cognomentum. Ouid. lib. Meta. 9. Victor ab Oechalia Pœneo ſacra parabat Vota Ioui. De Euripi inconſtantia natũ adagium eſt, Euripus homo, in eũ, qui Polij (ut aiũt) folio eſt perſimilis. *Euripus.* De hoc freto ſic in Oetæo Hercule Seneca: Euripus undas uertit, inſtabiles, uagas, Septemq; curſus flectit, & totidem refert, Dum laſſum Titan mergat oceano iubar. Liuius libro 8. tertiæ Dec. Non ſepties, ſed ut inciderint paſsim uenti, fluere & refluere eum exiſtimauit. Plin. 106. cap. ſepties eum, uerum die & nocte mutari ait, præterea ſtare ſeptima, octaua & nona luna, quod argumentum eſt euidens, non caſu tantam undarum uariationem fieri, ſed lunæ motu influxuq;: cuius quanta ſit in pelagus potentia, lib. 3. proxime referemus. Hic inter Eretriam & Oropum Bœotiæ anguſtiſsimus eſt, ſtadijs intermedijs 60. ut lib. . Thucydides ſcribit. Libet hoc loco Ioannis Tortellij grammatici candidiſsimi, qui Euripum uidit, uerba adſcribere. Cũ, inquit, adoleſcens ſuperiori anno è Conſtantinopoli à Iuliano Cæſarino cardinale S. Angeli ad Italiam *Ioan. Tortellius.* reuocatus cum imperatore Græcorum uenirem, rem hanc tanta admiratione conſpexi, quanta haud unquam aliud uiderim, aut uidere me poſſe exiſtimem. Nec rationem Liuij, quã lib. 8. de ſecundo bello Punico uentis quibuſdam deſcripſit, ueram putarim: cum nulla flante aura id idem fieri conſpexerim. Hactenus ille. Laurẽtius Valla multæ lectionis homo, in eo dialogo, *Valla.* quem de libero arbitrio contra Bœotij ſententiam ſcripſit, Ariſtoteles, inquit, cum non poſſet Euripi naturam inueſtigare, ſe in profundum illius præcipitans demerſus eſt: prius id teſtatus eulogio Græco, quod Latine ſic habet: Ariſtoteles non cepit Euripum, Euripus capiet Ariſtotelem. c Heſtiæa.] De hac & Caryſto, Chalcide & Eretria meminit Homerus lib. Iliad. 2. in catalogo. De reliquis Plin. qui tamen Oechaliam eandem facit cum Chalcide illa, à qua ortę in Cãpania ſunt Cumę. Strab. lib. decimo ſcribit, iuxta Caryſtum lapidem naſci, *Lapis Caryſtius.* quem pectunt, nent, & texũt, unde mantilia conficiantur egregie contexta: ea ubi ſordeſcunt, in flammã proiecta non ſecus emundantur, quàm ſi maculas elueris. Eſt & inibi Caryſtium marmor inſigne. d Helene.] In qua, ut Strab. ſcribit, primum cum Helena Menelaus concubuit, primumq; in eam poſt bellum Troianum applicuit. e Salamis.] Quę aliquando *Salamis.* Athenienſibus ſententia Lacedæmonum adiudicata eſt Homeri authoritate: cuius ſubditio carmine prolato, quo in unis caſtris aliquando Salaminios & Athenienſes ad Troiam tendiſſe ferebatur à Solone, Megarenſes Atticis haud ægre ceſſerunt, ut lib. 5. Quintilianus, et in uita Solonis Plutarchus ſcripſerunt. De Perſarum ad Salaminem clade omnia nota ſunt ex Plutarchi Themiſtocle, & lib. 2. Iuſtini. f Phitiuſa.] Hoc nomine Chios aliquando celebris fuit. Sed hęc, cuius meminit Pomponius, in Argolica eſt ora, Plinio. g Aegina.] E *Aegina.* regione Pyræi Athenienſiũ ſita, & in agrum Megarenſem inclinans, aliquãdo uocitata Oenopia. Strab. lib. 8. Hinc, inquit, Aeacus, eiusq; poſteri genus duxiſſe decantantur: hæc eſt, quæ maris aliquando tenuit imperium, hæc eſt, quę contra Athenienſium populum nauali ad Salaminam prȩlio de principatu contendere nõ dubitauit. Sulpitius ad Ciceronem libro epiſtolarum *Sulpitius.* quarto, Ex Aſia rediens cum ab Aegina Megaram uerſus nauigarem, cœpi regiones circumcirca proſpicere: poſt me erat Aegina, ante Megara, dextra Pyręus, ſiniſtra Corinthus &c. Quem locum unica geographia nouit. Somniant autem nudæ literę. At nolunt illi ſcire, imò nolunt audire, qui pręter grammatica in bonis literis progymnaſmata nihil unquam

[a] Cicyneton amplectitur. [b] Eubœa ad meridiem promontorium Gereſton & Caphareum, ad ſeptentrionem Cœneum extrudit, & nuſquam lata: duum millium ſpatium habet, ubi arctiſsima eſt, cæterum longa, totiq; Bœotiæ apposita anguſto freto diſtat à litore. Euripon uocant rapidũ mare, & alterno curſu ſepties die ac ſepties nocte fluctibus inuicem uerſis: adeo immodice fluens, ut uentos etiã ac plenis uelis nauigia fruſtretur. Aliquot in ea ſunt oppida, [c] Heſtiæa, Eretria, Pyrrha, Neſos, Oechalia: uerũ opulentiſsimæ Caryſtos & Chalcis. In Attide [d] Helene eſt nota ſtupro Helenæ, & [e] Salamis excidio claſsis Perſicæ notior. Circa Peloponeſon etiã nũc in Ægeo [f] Phitiuſa, & [g] Ægina Æpidaurico litori

proxima. Troezonio[a] Calauria inter ignobiles, aliâs leto Demoſthenis nobilis. In Myrtoo[b] Cythera contra Maleã emiſſa, & [c] Theganuſa contra Acritam. In Ionio[d] Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulychium, & inter non ignobiles Vlyſsis nomine Ithaca maxime illuſtris. In Epiro[e] Echinades, & [f] Strophades, olim Plotæ. Contra Ambracium ſinum[g] Leucadia, & uicina Adriatico mari[h] Corcyra: hæ Thracum Graiorumq́; terris obiacet. [i] At interius[k] Melos, Olearos,[l] Ægina, Cathon,

reliquarum artiũ attigerunt. Meminit nominis Aeginæ Ouidius lib. ſeptimo Meta. a *Calauria.* Calauria.] Plinius libro quinto, Cõtra Troezonium, inquit, Calauria, de qua prouerbio datus locus, Pro Delo Calauria, in mutui beneficij memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunũ cum *Demoſthenis mors.* Latona permutationem feciſſe, & data Delo, Calauriam habitaſſe. Inde illud eſt Ouidij ſeptimo Meta. Inde Calaureæ Latoidos adſtat in arua. Demoſthenes orator, cum Antipatro Alexandri ſucceſſori infenſus eſſet, atque ob id in exilium truſus, ab Archia Antipatri ſatellite in Calauria deprehenſus eſt: ibi ſumpto calamo ſcripturum ſe ad Antipatrum ſimulauit, et in tẽpore, quod ſibi dabatur, uenenum hauſit, ſtatimq́; cecidit moribundus: author in Demoſthene Plutarch. At pleriq; omnes codices Plutarchi, & aliâs uiri minime indocti Calabriam Aegei referunt pro Calauria falſò. *Cythera.* b Cythera.] Quinq; millium paſs. à Malea diſtãs, ancipiti illic ambitu nauium propter anguſtias. Plin. In ea oppidum cognomine Cyprio illi, à quo Cythercam Venerem cognominatã Heſiod. in Theo. tradit: quanquam & hæc inſula anguſtã ędem habuit. Ideo Seruius ab inſula cognominatam tradit. Maro Aeneid. 1. At Cytherea nouas artes &c. c Theganuſa.] In hoc diuerſus eſt Plin. quòd in Laconico ponit: ſed conſtat ex his, quę retulimus ſupra, non Laconicum, ſed Meſſenium Acrita terminari. d Prote.] Hæ contra Aetoliam in alto ſitæ ſunt, Plin. qui omnium meminit. 12. cap. *Cephalenia.* quarti libri ferè à principio. Sed ſeorſum referendæ tamen, quia claræ ſunt. De Cephalenia & Nerito Silius lib. 15. Saxa Cephalenum & ſcopuloſis Neriton aruis. Maro Aeneid. 3. In medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos, Dulychiumq́; Sameq́;, & Neritos ardua ſaxis, Effugimus ſcopulos Ithacæ Laërtia regña. Aduertendum, Hyrien & Zacynthum eandem eſſe Plinio, utcunq; Pomponius diſiunxerit. Eſt & mons in Ithaca Neritos, authore libro 9. Odyſſeæ Homero, de quo nos alibi docuimus. Dulychium Vlyſsi paruit, à qua ipſe Dulychius cognominatus, Ithacenſis à patria. Horatius Epiſtolarum primo: Remigium uitioſum Ithacenſis *Echinades.* Vlyſsi. e Echinades.] Natę ſunt, Acheloi impetu arena limoq́; conuectis, ſicut pars Aegypti Nili cœno, ut ante retulimus. Lege Plin. libro ſecũdo, quib. locis maria ceſſerint. De Echinadibus pulchra lib. 2. Thucydides, ubi de Acheloo. Ouidius lib. Meta. octauo: inuolucro fabulæ uerum occuluit: & ex Naiadibus factas inſulas tradidit, quoniam hæ terræ fluuio agge*Strophades.* ſtę fuerunt. f Strophades.] Supra Zacynthum in meridiem ſitę. Plin. in Eurũ, inquit, uentum Strophades duæ, ab alijs Plotę dictę. Inſignis hęc eſt cœnobio Diui Baſilij, Chriſtianorum. Virg. Aneid. 3. Excipiunt Strophades, Graio ſtant nomine dictę Inſulę Ionio in magno. Vbi Seruius à conuerſione Harpyiarum ex Arcadia uolantium nomen inſulis datum ſcribit. Lege Seruium. g Leucadia.] Eſt inibi peninſula cognominis, de qua ſupra diximus, ab hac, niſi fallor, diuerſa Ptol. Scopelos appellata: hanc enim inter inſulas cenſet Mela, niſi quis ex Plinij uerbis quondam inſulam eam, mox peninſulam factam eandem intelligere mauult. *Corcyra.* h Corcyra.] Alcinoi & Phęacum memoria tum & Vlyſsis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clariſsima, Venetorum eſt hodie. i At interius.] In medijs undis inter Græciam & li*Cyclades.* tus Aſiaticum: prius enim continenti propiores enarrauit. k Melos.] Cyclades & Sporades, ab oriente litoribus Icarijs Aſię, ab occidente Myrtois Atticę, à ſeptentrione Aegeo mari, à meridie Cretico & Carpathio incluſę, longitudine latitudineq́; paſſuum. 200. millium, ut libro quarto ſcribit Plinius. Harum Cyclades, quia iunctiores circa Delon earum clariſsi*Sporades.* mam ſitę ſunt, ſuum habent ordinem, & certiora nomina. Sporades paſsim alię, alięque Pomponio, Plinio, & Straboni cenſentur, incerta fide: quanquam plurimas eſſe conſtat: & quia ſparſim iacent, Sporades dictę, quin Plin. temporibus apparuerunt primum omnium *Seruius.* ex illis nonnullę. Cyclades dictę etiam Plinio, quod circa Delon in orbem ſitę ſunt: accedit & Strab. ut mirari liceat, qua cauſa motus Seruius Cycladas ſcripſerit dictas eſſe, non quòd in circuitu ſint, ſed potius, quòd longo ordine eas circuire neceſſe ſit, uel propter promontoria, uel quia naturale eſt, ut concitatiora ſint maria uicinitate terrarum, quę anhelitum ex ſe emittunt. Aduertendum tamen morem eſſe ueteribus authoribus, ut, quę ſint Sporades, etiam Cycladas uocent, contráq;, Hermolao teſte. Meminit Plin. capite 12. quarti. Strab. 10. lib. l Aegina.] De Aegina ante dictum, ſed alia ab hac Plin. Strab. inter Sporades prętеrita, ſicut & Cathon: niſi quis Cothon, quam in Laconico ſinu eſſe Plinius ait, intelligere uelit.

[a] Ios, [b] Thera, Hyaros, Hippuris, [c] Donyſa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, [d] Niſyros, Lebynthos; Calydnæ, Aſine: hæ quia diſperſæ ſunt, Sporades. Ab eis [e] Sicynus, [f] Cythnos, [g] Siphnos, Seriphos, [h] Rhene; Paros, [i] Scyros, [k] Tenos, [l] Myconos, [m] Naxos,

uelit. Addo, quod Olearon inter Cycladas idem author numerat, inter Sporadas Sicynum, quam Cycladibus Pomponius aſſcribit. a Ios.] Homeri uatis ſepulchro clariſsima, Plinio, & Straboni. b Thera.] Ex qua profecti Therei Cyrenas in Africa condiderunt, ut ex Callimacho Strabo aſſerit. Ouidius libro ſeptimo: Et Gyaros nitidæq́; ferax Peparethus oliuæ. & ſaty. 10. Iuuenal. Vt Gyari clauſos ſcopulis paruaq́; Seripho. De Hippuri Plinius. c Donyſa.] Maro Aeneid. tertio: Bacchatamq́; iugis Naxon, uiridemque Donyſam, Olearon, niueamq́; Paron, ſparſasq́; per ęquor Cycladas &c. Tacitus libro quarto Donuſam uocat, nota regula. Naxos Dionyſia aliquando dicta, à uini copia, unde iugis Bacchatam Maro dixit. Cianon Plinius præterijt, niſi, quod maxime ſuſpicor, corruptæ ſint apud alterutrũ uoculæ aliquot, quas reponere nemo temere audeat. Chalcidem Plinius Chalciam uocat, Strab. Chalceam: Icariam uero Icaron, ut Cinariã quoque, non Pinariam, litera apud alterutrum uitiata. Nam & pro Aegina puto rectius Aegyla legi, cuius Plin. meminit: & Aegialam Stephanus nominat, ſicut ſcribit Hermol. d Niſyros.] Celſa, ſaxoſa, & molendinarijs abundans lapidibus: in ea Neptuni aliquãdo templum, & ſubtus iacens Palibotes gigas à Neptuno uictus, ut ueteres tradidere fabulæ. Nã thermas habet abunde ſcaturientes, Strab. De reliquis etiam Plinius præter Aſinen, quam præterijt. e Sicynus.] Hanc diximus à Plinio inter Sporadas cenſeri. Diodorus in fine lib. 6. ſcribit Cycladas cultoribus uacuas à Minoë Iouis & Europæ filio, multis ex Creta ductis colonis frequentiores reddidiſſe. Quod & Ouidius libro Meta. ſeptimo oſtẽdit, recenſens, quas ceperit. f Cythnos.] Meminit Plin. & Ouidius libro ſeptimo Meta. Florentemq́; Syron, Cythnon, planamq́; Seriphon. g Siphnos.] De Siphno Plinius, & Strabo. Seriphon notiorem fecerunt ranæ cognomine Seriphiæ, quę illic non coaxant, orto inde adagio, Rana Seriphia, in mutos, aut taciturnos. Illud in tranſitu adnotandum, non omnes inſulas adeo his in locis fertilitate, amœnitateue pręcelluiſſe, ſed pleraſq; aſperas & infrequentes extitiſſe, nec niſi infamium, ac crimino ſorum relegationibus inſigniores factas, quando illi indigni mortaliũ conſuetudine iudicati, in has abdebãtur. Hinc illud Iuuen. Vt Gyari clauſus ſcopulis paruaq́; Seripho: & ſaty. prima: Aude aliqd breuib. Gyaris & carcere dignũ. Scribit Tacitus, Viſtiliã Labeonis coniugem ob ſtupri licentiam, qua infamabatur, in inſulam Seriphon abditam fuiſſe libro ſecundo. Sicut & Auguſtus Iuliam filiam propter impuditiam Pandataria inſula clauſit: mox uenia impetrata, cum in eandem recidiſſet infamiam, Rhegynis, qui ad Siculum fretum accolunt, cuſtodiendam tradidit. In eandem inſulam Agrippinam ſuam libidinis nota proditam, Nero clauſit, ut decimoquarto libro ſcribit Tacitus. Quod ideo refero, ut conſtet fœminarum quoq; laſciuiam ſterilium inſularum faſtidio emendatam. De uiris permulta exempla ſunt. Idq́; in primis, quod Ioannem Apoſtolum ceu ſontem noxiumq́; Domitianus Imperator in Pathmũ relegauit, ubi, ut Dorotheus tradidit, Tyri epiſcopus Euangelium ſuum demum ſcripſit. Illud Taciti ex libro eius tertio referamus, ubi de Syllano. Tum L. Piſonem ſententiam rogat, ille multum de clementia principis præfatus, aqua & igni, Syllano interdicendum cenſuit, ipſumq́; in inſulam Gyarum relegandum. Idem author paulo infra, Addidit, inquit, Inſulam Gyarum immitem, & ſine cultu hominum eſſe: darent Iunię familię, & uiro quondam ordinis eiuſdem, Cytheram potius concederent. Idem libro quarto de Caſsio Seuero: Boniſq; exutus interdicto aqua & igni ſaxo Seriphio conſenuit. Quin & otij, & occultandæ gratia libidinis inſularum ſeceſſus ueteribus petiti, uelut Tiberio Capreæ electę, è regione Surrhentini: cuius meminit Suetonius, & multa eſt apud Tacitum libro 4. eius mentio. h Rhene.] Deſerta olim, in quam defunctos ſuos Delij inferebant: cum in Delo, ut Thucydid. lib. 4. ſcribit, nec parere, nec ſepelire fas eſſet, ſicut nec canem alere, ex Hermolao. De Paro & marmore Pario omnia nota. i Scyros.] Prima producta, unde Scyrij. Hæc uicinam habet Syrnon, & Syrum, cui prima quoq; ad differentiam producta eſt, ex Hermol. Sed corripuiſſe Ouidius uidetur libro 7. Meta. Florentemq́; Syron. Etiam ſi illic corrupte Tyron legitur, & Cypron pro Cythnon: ſicut libro quinto quoq; corrupte: Inde caua circumdata nube Seriphon Deſerit à dextra Cypro Gyaroq́; relictis: nam Cythno Gyaroq́; legendum eſt. k Tenos.] Hydruſa dicta Ariſtoteli ob aquarum in ea copiam, ut Plin. tradit. Ouidius ubi ſupra: At non Oliaros, Didymeq́; & Tenos & Andros. l Myconos.] Dicitur & Mycone. Ouid. Hinc humilem Myconem cretoſaq́; rura Cimoli. m Naxos.] Vinearum fertilitate inſignis: ab ea Naxij cum alijs, tum libro quinto Herod. memorati. De Delo maxima harum & celeberrima, notiora ſunt omnia, quàm ut referam, ex Plin. Strab. libro decimo: Et 3. Aeneid. Virg. Seruiuſq́;. Cynthum habet montem, ubi nati Phœbus Cynthius ob id

Donyſa. *Aegyla.* *Niſyros.* *Ranæ Seriphiæ.* *Inſignes uiri fœminæq́; in inſulas relegati.* *Ioãnes in Pathmo exul.* *Scyros.* *Loci Ouidij.*

cognominatus,& Diana Cynthia dicta.ut M.Cicero actione in Verrem tertia, Proditum eſt inquit,memoriæ ac literis,Latonam ex longo errore & fuga grauidam,& iam ad pariendum uicinam temporibus exactis,confugiſſe Delum,atq; ibi Apollinem Dianamq; peperiſſe:qua ex opinione hominum illa inſula eorum deorum ſacra putatur, tantaq; eius authoritas religionis & eſt,& ſemper fuit,ut ne Perſæ quidem cũ bellum toti Græciæ, Dijs hominibusq; indixiſſent,& illo numero nauiũ claſſem ad Delon appuliſſent,quicquam conarentur,aut uiolare, aut attingere. Hæc ille.

Delos,[a]Andros: quia in orbem iacẽt, Cyclades dictæ ſunt. Super eas iam in medio mari ingẽs, & centum quondam urbibus habitata [b] Crete, ad orientem promontorium[c]Samonium, ad occidentem κριοῦ μέτωπον immittit, niſi maior eſſet, Cypro ſimilis, multis famigerata fabulis, aduẽtu Europæ, Paſiphaës & Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate fatoq;, Dædali operibus & fuga, tum [d] ſtatione atq; [e] morte: maxime tamen eo, quod ibi ſepulti Iouis penè clarum ueſtigiũ ſepulchrum eſt, cui nomen eius inſculptũ eſſe accolæ oſtendunt. Vrbiũ notiſsimæ, [f]Gnoſos, Cortyna, Lyctos, Lycaſtos, Holopixos, Phæſtos, Cydõ, Manethuſa, Dictynna. Inter colles, q̃d ibi nutritũ Iouẽ accepimus, fama[g]Idęi mõtis

a Andros.] Eadem & Antandros aliquando, Phrygij litoris oppido cognominis, à qua Andrij.

Creta. b Creta.] ἑκατόπολις cognomine, à cẽtum, quas ſuſtinuit, urbibus. Virg. lib. Aeneid. 3. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto, Mons Idęus ubi, & gentis cunabula noſtrę, Centũ urbes habitant magnas &c. Hodie Candia ditionis Venetorũ: de qua diligentiſsime Strab. lib. 10. & 6. lib. Diod. ut Plinium & reliquos ſinam. Ruf. Dionyſ. Nutrix hic Creta tonãtis Multa latus, glebæq; ferax, & opima uirentum.

c Samoniũ.] Rhodo aduerſum, ſicut cõtrario litore Cyrenas uerſus κριοῦ μέτωπον prominet, ut Rufus ex Dionyſ. Hic procul ingens inclinat rupes ſeſe, obuia fluctibus altis. & alibi: ut ferus ora Eſt aries, ultroq; minax petit obuia fronte. In ſeptentrionem inclinans promontorium Strab. lib. 10. Cimarũ uocat. Quod ad fabuloſa attinet, refert Ouid. lib. 5. Meta. De Europa quidẽ Tauro aduecta lib. 1. in fine. De Dædalo libro de arte amandi ſecundo. Ariadnæ amores elegantiſsime reddidit in nuptijs Pelei, & Thetidis Catullus. Minotauri 6. Aeneid. Maro meminit: ac propè tędet illa referre, quę nuſquam non leguntur.

d Statione.] In quam cũ Europa rapta appulit.

Iupiter in Creta mortuus. e Morte.] Quod in Creta mortuus eſt, & inibi ſepulchrum habet, clarum eius rei ueſtigiũ. Hic Saturni & Rheę filius clàm à matre ſublatus, & in Creta nymphis traditus eſt. Ferũt apiũ melle paſtum, quod hominem eum eloquentia præditum fuiſſe ſignificat, unde Dei nomen inter multa etiã impie facta conſequutus eſt. Seruius fabuloſa. 3. Aeneid. retulit. M. Cicero libro de natura Deorum, hũc Iouem tertiũ Saturni filium fuiſſe ait, cuius in inſula ſepulchrũ oſtendatur. Ennius in ſacra hiſtoria, Iupiter, inquit, poſtquam terram quinquies circuiuit, omnibusq; amicis & cognatis ſuis imperium diuiſit, reliquitq; hominibus leges, mores, frumentaq; parauit, multaq; alia bona fecit, immortali gloria memoriaq; affectus, ſempiterna monimenta ſuis reliquit: ętate peſſumata in Creta uitam commutauit, & ad Deos abijt: eumq; Curetes filij ſui curauerunt decorauerũtq;, & ſepulchrum eius in Creta eſt oppido Gnoſo: & dicitur Veſta hanc urbem creauiſſe, in qua ſepulchro eius eſt inſcriptũ antiquis literis gręcis, ὁ ζεὺς τοῦ κρόνου, hoc eſt, Iupiter Saturni. Scribit hæc Lactantius capite undecimo libri diuinarum inſtitutionum primi.

Minos. Longe ampliorem Cretæ famam (ut mihi uidetur) Minos comparauit, qui Rhadamantum uetuſtiſsimum eius terrę pręſidem & legiſlatorem imitatus, religione, moribus, & reipublicæ adminiſtrandę prudentia, ſuos illuſtres fecit, militiæ alioqui non minus quàm, domi clarus. Cuius meminit libro 10. Strab.

Gnoſos. f Gnoſos.] Primaria Cretę urbs & Minois aliquando regia: ab ea Gnoſij, & Gnoſium arcum, & Gnoſia tela dicimus, quod in Creta ſagittis ualuerunt, & in ea ingens uenandi ſtudium fuerit, cum nobilitate illic eximia: unde & Ouidius libro 3. Meta. Gnoſius Ithnobates, Spartana gente Melampus. Nam Diana, quam, Solino teſte, Cretenſes religioſiſsime uenerati ſunt, iuxta Dictynnam clariſsimo templo culta eſt, cognomenq; Dictynnę ab ea ſortita.

Cortyna. A Cortyna quoque Cortynia tela Silius dixit lib. 2. Celſis Cortynia muris Tela ſonante fugat neruo &c. Item: Eois quamuis certet Cortyna ſagittis. Et Cortyniam ueſtem pro uenatoria Claud. lib. de rap. 2. poſuit, ubi de Diana: Criſpatur gemino ueſtis Cortynia cinctu. Ita à Phæſto Phęſtius. Ouid. lib. 9. Proxima Gnoſiaco iam quondam Phęſtia regno Progenuit tellus. Vt à Cydone, Cydonius arcus. Idem libro 2. Cydonio fundebat ſpicula cornu, ſicut à Lycto Lyctius. Ouidius lib. Meta. 7: Claſsis ab Oenopijs etiam nunc Lyctia muris Spectari poterat &c. De oppidis, Dictynna excepta, Pli. De ipſa Dictynna Strab. uiſito. Dictynnæus ab ea mons dictus, Plinio.

g Idęi montis.]

Seruius

excellit. Iuxta eſt[a] Aſticla, Naumachos, zephyre, Criſe, Gaudos, & quas Muſagoros numero tres, uno tamen uocabulo appellant, atque, unde Carpathio mari cognomen eſt, [b] Carpathos. In Adria [c] Abſoros, Celaduſe, Abſyrtis, Iſſa, Trucones, Hydria, Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedia, Æſtria, Aſine: atque ut Alexandriæ, ita Brunduſio adiacens Pharos. [d] Sicilia (ut ferunt) aliquando continens, & agro Brutio annexa, pòſt freto maris Siculi abſciſſa eſt.

Seruius in Dictæo nutritũ ſcribit: Eſt autem Dictæus à Dicte promontorio nominatus: ſunt qui à Nympha uelint. Virg. lib. Georg. 4. de Alpibus: Curetum ſonitus crepitantiaq; ęra ſequutæ Dictæo cœli regẽ pauere ſub antro. Ad Idæũ cõuertamur. Strabo, Mons, inquit, Idęus Cretenſium cunctorũ celſiſsimus, quaqueuerſum circuitũ habens ſtadiorum ſexcentorum: præſtantiſsimis ille ſanè oppidis inſtar coronæ cingitur, &c. Ad hunc Idæi quondam Dactyli cognominati, quib. Muſicæ initium Solinus, ferri inuentionẽ, ut Plinius ſcribit, Heſiodus tribuit. Solinus adeo celſam eſſe Idam ait, ut ex eo uideri ſol queat, antequã oriatur: quod quomodo fieri poſsit radio per mediũ denſius flexo, ſupra docuimus. Hæc eſt Ida, à qua Iudæos tanquam Idæos, uocabulo in barbarũ morem aucto, dictos, qui inſulã egreſsi Syriæ poſtea extima loca occupauerint, ꝗrundam opinio fuit, ut libro 20. tradit Tacitus. a Aſticla.] Plin. hac pręterita reliquas nominat, ſed Naulocon, nõ Naumachon. Et uideri poſſet non Aſticlam Pomponium, ſed Aſtypaleam ſcripſiſſe: quę inſula & Plinio & Straboni eſt celebris. De Muſagoris etiam Plinius. b Carpathos.] Et Carpathiũ mare. Virg. Georg. 4. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite Vates. Vbi Seruius in eandem ſententiam. Protheus Carpathius. Ouid. undecimo. Meta. Donec Carpathius medio de gurgite Vates. c Abſoros.] Meminere eius Ptol. & Antonius. Abſyrtin pluratiuo Abſyrtides Plinius uocat cap. ultimo li. 3. ab Abſyrto fratre Medeę illic interfecto. Meminit li. 7. Strabo. Idẽ author de Iſſa, & Pharo, & Celaduſe. Trucones aliquot Pliniani codices habẽt. Hermolaus ex Pomponio Ticanam mauult, quanquã uocabulum nõ adeo protinus agnouerit. fallax enim eſt coniectura. Electridas Gręci nominarunt, quod electrũ, id eſt ſuccinum, quod litore Germano & Sarmatico legitur, prouenire in illis putarunt, uanitatis Gręcę certiſsimo documento, ut ſcribit Plin. Cuius lib. 37. cap. 2. hæc uerba ſunt. Phaëtontis fulmine icti ſorores fletu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnib. annis fundere iuxta Eridanum amnẽ, quem Padum uocamus: & Electrum appellatũ, quoniam ſol uocitatus ſit Helector, plurimi Poëtæ dixere. Et infra paulo: Diligentiores eorum Electridas inſulas in mari Adriatico eſſe dixerunt, ad quas dilaberetur Padus, qua appellatione nullas unquã ibi fuiſſe certũ eſt, nec uero ullas ibi appoſitas eſſe, in quas quicquam curſu Padi deuehi poſsit. Hæc Plinius: Sed fabuloſa ſequutus pro argumento operis. Ouid. lib. Meta. 2. Inde, inquit, fluũt lacrymæ, ſtillataq; ſole rigeſcunt, De ramis Electra nouis. & decimo libro, Succinum intelligens, & ab arbore lapſas Heliadum lacrymas, dixit. Corcyra uero hæc nigra cognominata, alia ab illa eſt, cuius meminimus ſupra. Tragurij Strab. lib. 7. meminit. Diomedia notiſsima eſt Diomedis ſepulchro, & auibus Diomedæis, de quibus Plin. cap. 44. libro decimo. Mire quidẽ aut mentiendi libidine, aut locorũ ingenio factum, ut Heroum tumulis raræ uolucres inuigilent. nam & de Mennonijs auibus in Phrygia eſt notũ: & illas Achilleę noxias ſupra indicauimus, & reddidit diligentiſsime Ammianus Marcellinus lib. 22. Hydria, Aeſtria, Aſine, non adeo ſunt celebres. Quis enim unus omnes referat? cum 60. inſulas cõtra Liburnicum litus ſitas Strabo ſcribat, & Plinius, Illyrici, inquit, ora mille amplius inſulis frequẽtatur, natura uadoſi maris, æſtuarij ſq; tenui alueo intercurſantibus. Omnibus hodie ferè, quotquot extãt, dominantur Veneti terra mariq; inſigniter ualidi. d Sicilia aliquãdo.] Quod Ouid. libro decimoquinto confirmat. & Claudianus lib. de raptu primo, Trinacria quondã, inquit, Italiæ pars una fuit. Et Plinius, Sicilia quondam Brutio agro cohærens mox interfuſo mari auulſa eſt. Tantus eſt terræmotuum impetus: nam & Cyprũ eo modo Syriæ auulſam, & Bœotię Eubœam creditũ eſt, ut Plin. 90. ca. li. 2. annotauit. Sunt uero qui Leſbum ab Ida abruptam fuiſſe crediderint: ſicut à Miſſeno Prochytã & Pythiuſam, ab Athenæo Capreas, ab Rhegyo Siciliam, & Oſſam ab Olympo, ut libro primo ſcribit Strab. His accedit, ꝙd in Hilarionis uita diuus Hieronymus ſcribit, poſt Iuliani Cæſaris mortẽ, cõcuſsis alicubi terræmotu litoribus maria terminos ſuos egreſſa: idq; in multis mediterranei pelagi locis eueniſſe. Sicania dicta eſt inſula à Sicano rege: qui, ut Solinus & Capella ſcribũt, cum Iberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruenit: de hinc Siculus Neptuni filius, à quo nomen commutatũ. nam Trinacria dicta, quod tribus promontorijs triangula eſt. Ouid. lib. Faſt. 4. Terra tribus ſcopulis uaſtum procurrit in æquor, Trinacris à poſitu nomen adepta loci, & Sil. libro 5. Huc Aetnęa cohors, Triquetris quam miſerat oris Rex Arethuſa tuus. Elegantiſsima eſt huius inſulæ deſcri-

Dictæus. *Idæus.* *Carpathos.* *Electrides.* *Sicilia.* *Trinacria.*

[a]Id anguſtū &[b]anceps alterno curſu modo in Tuſcū, modo in Ioniū pelagus perfluit, atrox, ſęuū, &[c] Scyllæ Charybdisq́ſæuis nominib. inclytū. Scylla ſaxū eſt,[d] Charybdis mare, utrunq́[e] noxiū appulſis. Ipſa ingēs &[f] tribus promōtorijs in diuerſa procurrens Græcæ literę imaginē, quę Delta dicitur, efficit. Pachynū uocatur, quod Gręciā ſpectat: Lilybæū, quod in Africā: Pelorū, quod in Italiam uergens Scyllæ aduerſum eſt: cauſa nominis[g] Pelorus gubernator ab Hannibale ibidē conditus: quē idem uir ꝑfugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti uidebâtur cōtinua eſſe litora, & non peruiū pelagus, proditū ſe arbitratus, occiderat. Ab eo ad Pachynum[h] ora, quæ extenditur, Ioniū mare attingens, hæc fert illuſtria,[i] Meſſanam, Taurominiū,[k] Catinam, Megarida,[l] Syracuſas, & in ijs mirabilem

ptio apud Claud. lib. de rap. Pro. primo, & li. 13. Ouid. Meminit Lucret. lib. primo. Sil. Italicus lib. 14. Inter hiſtoricos Diod. 6. lib. & 15. Polybius. lib. bel. puni. primo. Locorum uero Siciliæ frequens eſt apud Ciceronem in Verrinis, Thucyd. lib. 6. mētio. Aliâs ex profeſſo Dionyſius. *Fretum Siculū.* Strab. lib. 6. Plin. 3. lib. & multa ad eius imitationē Iulius Solinus. Alios prætereo. a Id anguſtum.] Mille enim &. 500. paſsib. in latum patet, Plin. Nemo de freto illo diligentius Iuſtino retulit, Epitomatis lib. 4. a Anceps.] Ideo Sil. li. 2. refluum dixit: Claſsibus & refluo ſpectauimus ęquore raptis, Cōtorta è fundo remouentem tranſtra Charybdim. Cur autē anceps, Ariſtoteles docet ſectione. 23. Problematum. c Scyllæ.] De his mōſtris. 12. Odyſſeæ Homerus, & lib. Aeneid. 3. Maro. Inibi fabuloſa diligenter Seruius retulit. d Charybdis mare.] Vorticoſum ſcilicet ob rupium pręcipites anfractus. e Noxium.] Nā tranſitus periculoſiſsimus eſt. f Trib. promontorijs.] Ouid. libro decimotertio. Met. Intrāt, inquit, Sicaniā, tribus hæc excurrit in ęquora linguis, E quibus umbriferos uerſa eſt Pachynos ad auſtros, Mollibus expoſitū zephyris Lilybæon, ad arctos Aequoris expertes ſpectat Boreāq́ Pelorus. Tria promōtoria tribus ꝓpè uerſibus eleganter complexus. Vide Martian. lib. 6. & hæc omnia picturæ adhi*Pelorus.* be, quam reddidit tab. Europę. 7. Ptolemæi Nicolaus mōnachus. g Pelorus.] Idem promontorium & Peloris dicitur. Hiſtoriam deprompſit ex Salluſtio: quem in hanc ſententiam ſcripſiſſe etiam Seruius refert ſuper. 3. Aeneid. Virg. quanquā dicat ſe legiſſe, ante Hannibalis tempora Pelorum dictum. Polybius certe in primo belli Puni. non aliud loco nomē tribuit, niſi id de ſuis addidit interpres. Vale. lib. nono de temeritate ex Italia nauigaſſe eum ſcribit, Petilia relicta, dum tam paruo ſpatio Italiā Siciliamq́ inter ſe diuiſas non credidit, ueluti inſidioſum curſus rectorem Pelorum interemit. Melæ ſenſus magis placet: timuit enim ne in Italiam appelleret, neſcius intermediū eſſe fretum, per quod Pelorus erat traiecturus. h Ora.] Intermedia. Vide Ptol. i Meſſanam.[Clariſsimam ex Punicis & Atticis bellis, ante Zancle uocata. à Taurominio Tauromeni Ciceroni. Dicuntur & aliâs Tauromenij, Taurominitani. Sil. libro decimoquarto. Taurominitana cernunt à ſede Charybdim. Lucanus li. 4. Taurominitanæ fugiens dānoſa Charybdis. Et Tauromenienſes uocati. Oppidū ipſum conditū eſt in colle, cui Tauri nomen erat, ab Andromacho Thimęi Hiſtorici patre, uiro opibus animoq́ pręſtāte: & Tauromeniū dictum eſt, authore libro decimoſexto Diod. Eius loci meminit quoq́ Baptiſta Egnatius Venetus ſacerdos in eo libello, quē racemationū titulo digna*Catina.* tus eſt. k Catinā.] Alia in Sicilia Catina: alia Catana: ab hac Catanęi, & Catanenſes, ab illa *Catana.* Catinenſes. Hermolaus unam intelligit, quę Gręcis quidem frequētius Catana, Latinis ferè Catina dicatur. Catinę ſimulacrum fuit Cereris, ut Cicero in actione contra Verrē. 7. ſcribit, quod à uiro non modo tangi, ſed nec aſpici quidem fas fuit. à Megaride autem Megarenſes *Syracuſæ.* etiā Ciceroni dicti. l Syracuſas.] Cicero actione quarta cōtra Verrem, ubi de Marcello, Vrbem, inquit, pulcherrimā Syracuſas: quę cum manu munitiſsima eſſet, tum loci natura terra ac mari claudebatur. Item in ſexta: Vrbē Syracuſas maximā eſſe Gręcarū urbium, pulcherrimāq́ omniū ſæpe audiſtis, &c. Quo in loco de hac urbe lectu digniſsima, ſicut & apud Diod. *Lathomia.* libro decimoſexto, ubi de rebus Dionis. Lathomiam habuit celebrem admodū, in uſum carceris poſt uerſam, opus ingens, magnificum, regum ac tyrannorum è ſaxo in mirandam altitudinem depreſſum, & multorum penitus exciſum: nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam clauſum undiq́, nihil tā tutū ad cuſtodias nec fieri nec cogitari poteſt, ut Cicero ſcribit actione in Verrem ſeptima. Ea gratia credo & Romano carceri datum nomen, quo T. Liuius libro primo tertiæ Decadis utitur. Neſcio uero lapſus ſit nec ne Nicolaus Perottus, qui alicubi Sinueſſanis Cāpaniæ id tribuit in Lathomiæ mentione, quod Mar. Cicero Syracuſanis Sicilię.

a Arethu-

a Arethuſam.] Cicero ibidẽ, In hac, inquit, inſula (Syracuſanã intelligens) eſt fons aquæ dulcis, cui nomẽ Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſsimus piſciũ: qui fluctu aquæ totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidũ à mari diſiũctus eſſet. meminit Seneca meatus eius lib. nat. quæſt. 6. & nos ſupra, ubi de Alpheo ex Marone docuimus. b Acragas.] Quod Agrigentũ noſtri dixerũt, ut Plin. ait. Ab hac Agrigẽtini, Agrigẽſes, Acragantini dicũtur. Lucreti9 li. 1. quorũ Acragãtinus cũ primis Empedocles eſt, Inſula quę triquetris terrarũ geſsit in oris. Maro Aeneid. 3. Arduus ille Acragas oſtentat maxima lõge Mœnia magnanimûm quondam generator equorũ. De Heraclea, quæ media ferè inter Pachynum & Lilybæum oram tenet, etiam Ptolemęus. Notæ ſunt Thermę, à quib. Thermitani dicti, cum cæteris, tũ Ciceroni. c Panormus.] Hodie quoq; clara, à qua Panormitani. d Hymera.] Fluuio cognominis, à qua Hymerei. e Leontini.] Sil. lib. 14. Prima Leontinos uaſtarunt prælia cãpos, Regnatam duro quondam Leſtrigone terram. à Leontio oppido, cuius Ptolemęus meminit, ſicut Centurupini à Centuripis, quorum frequentiſsima eſt apud Ciceronem in Verrinis mentio. Tradit Ariſtoteles de natura animalium tertio, tantam in agro Leontino pabuli ubertatem eſſe, ut non niſi ſero diei oues ad paſcua adigantur, quò minus capiant pabuli: alioqui contingere ſolere, ut morbidæ fiant, renibus uidelicet pingui undiq; obductis. Sed Hybla melle quoq; commendatiſsima, à qua Hyblæis illis apibus cognomentũ eſt Sil. Tum quę nectareis uocat ad certamen Hymetton Audax Hybla fauis. f Aliæq; complures.] Nam urbes claras habuit. 63. ut lib. 6. ſcribit Martianus: inq; his uarium Deorum cultum. nam Herculem & Apollinem Agrigentini, Dianam Segeſtani coluere, Mercurij autem è Carthagine allati ſimulacrum Tyndaritani. Quod C. Verres homo impuriſsimus in Prætura ſua ſuſtulit, Ciceroni. g Famam habet.] Cicero actione in Verrem. 6. Vetus eſt, inquit, opinio, quæ conſtat ex antiquiſsimis Græcorum literis atq; monumentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri ac Liberæ conſecratam: hoc cum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, ut agris eorum inſitum atque innatum eſſe uideatur. Nam & natas eſſe in his terris deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur: & raptam eſſe liberam, quam eandem Proſerpinam uocant, ex Ennenſium nemore, qui locus in media eſt inſula ſitus, umbilicus Sicilię nominatur. Hactenus Cicero. Habuit igitur iuxta Ennam auguſtiſsimum templum Ceres, ab eo Ennæa dicta Sil. libro primo. Nec Cerere Ennæa, Phario nec uicta colono. Ennææ Cereris ſimulacrum tale fuit, ut homines cum uiderent, aut ipſam uidere ſe Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam eſſe, ſed cœlo delapſam arbitrarentur: author in. 7. actione cõtra Verrem Cicero. Conſtat autem & Aetnam oppidum in Sicilia eſſe, quæ Adranium quoque dicta fuerit: ea re factum, ut apud Claudianum lib. raptus primo, ubi hic uerſus eſt, Aetnææ Cereri proles optata uirebat, Ianus Parrhaſius doctiſsimus grammaticus, dubitet Aetnææne an Ennæę ſcribendum ſit: & Ciceronis codices ferè Aetnam pro Ennam habent. At uerò, quoniam hic urbem præcipuã fuiſſe Pomponius indicat, & Cicero eum locum in umbilico Siciliæ eſſe, fama celeberrimum ſcribit, Ennam non Aetnam utrobiq; legendũ exiſtimarim. Id quod Laurentius Abſthemius non incelebris grãmaticus libro obſcurorũ locorũ ſecundo confirmat. Porrò Aetna non in umbilico, ſed propius Pelorum in ſeptentrionẽ imminet, Ptolemęo, licet Claudianus dicat: In medio ſcopulis ſe porrigit Aetna peruſtis. à Ptolemęi tamen ſententia Plinius eſſe, & Strabo paulò attentius legentibus deprehenduntur. & libro 14. Silius Ennæę Cereris fanum famigeratiſsimum fuiſſe indicat. Quanquam uideam apud Claudianum tam Aetnęæ legi poſſe quàm Ennęæ, quòd argumento raptus Proſerpinę non repugnet, hoc ne an illo modo legas. Sũt qui apud Valeriũ, Solinum, & Lactantiũ Ennam legendum cõtendant, non Aetnam: & Ennenſem Cererem campumq;, nõ Aetnenſem: de quo tamen quo minus certe pronũcies, cum loci fecere finitimi, tum etiam quòd affinia locorum nomina prono errore inuerti corrumpiq;, & in mutuum abire uſum potuerunt. h Montium Eryx.] Sic legendum, ut uocabulũ, Montium, ad ſequentia referatur, nec cohæreat adiectiuo, præcipua. Sic ipſe quoque Hermolaus legit. Inquit enim Mela, montium, qui in Sicilia extent, duos eximie celebres eſſe, Erycem alterũ propter Veneris ędem, quam ſuſtinet, alterum

Arethuſæ.

Acragas.

Siciliæ laus.

Ennæa Ceres.

Laurentius Abſthemius.

Pomponij lectio emendata.

[a] Arethuſam. Fons eſt, in quo uiſuntur iacta in Alpheum amnẽ, ut diximus, Peloponneſiaco litori infuſum: unde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria terraſq; depreſſus huc agere alueũ, atq; hic ſe rurſus extollere. Inter Pachinũ & Lilybęũ [b] Acragas eſt, Heraclea, & Thermę. Inter Lilybæũ & Pelorida [c] Panormus, & [d] Hymera. Interius uero [e] Leõtini, Cẽturipinũ, Hybla, [f] aliæq; cõplures. [g] Famam habet ob Cereris tẽplum Enna pręcipua. [h] Montiũ Eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris ab Æneа conditũ: &

terum Cyclopũ fama & indigenis ignibus. Simili modo libro .3. Montium, inquit, altiſsimi
Taurus & Rhetico. Item in eodẽ pari modo: Amnium in alias gentes exeuntiũ Danubius &
Rhodanus. Itẽ alibi: Paludũ Sueſia & Mœſia maximę, &c. De Eryce omnes norunt, à quo E-
rycina Venus dicta. Horat. Siue tu mauis Erycina ridens. a Aetna.] Huius incendij cauſas
Lucretius. Maro reddidit, & pleraq; non indocte libro primo de raptu Claudianus. Lucretius libro pri
mo: Hic eſt uaſta Charybdis, & hic Aetnæa minantur Murmura, flammarũ rurſum ſe collige

[a] Ætna, quę Cyclopas olim tulit, nũc aſsiduis igni
bus flagrat. De amnib. [b] Hymera referẽdus, qa in
media admodũ ort9, in diuerſa decurrit, ſcindẽsq;
eã utrinq;, alio ore in Libycũ, alio in Tuſcũ mare
deuenit. Circa Siciliã in Siculo freto eſt [c] Æge, quã
Calypſo habitaſſe dicitur. Africã uerſus Gaulos,
Melita, Coſura, propius Italiã Galata: & illæ ſe-
ptẽ, quas [d] Æoli appellant, Oſteodes, Lipara, Di
dyme, Phœnicuſa, Ericuſa, Hiera, & Strongylæ,
ut Ætna, perpetuo flagrant igne. At [e] Pithecuſa,

re iras, Faucibus eruptos ite-
rũ ut uis euomat ignes, Ad
cœlumq; ferant flammai ful
gura rurſum. Lege libro deci
moquarto Silium, & tertio
Aeneid. Maronẽ. Cuius lo-
cum Macrobius ſcribit libro
quinto, toto ſenſu ex Pinda-
ro depromptũ. Ferũt poëtæ
Enceladus. Enceladum ſubtus premi, à
Ioue reuinctũ, propterea q̊d
mons ignem eructat, & ter-
ræmotibus uicina loca infe-
ſtãtur: nã ſi ad Phyſica reſpi
cis, nõ ſunt aliud gigantes,
quàm ſpiritus illi terra clau-
ſi: qui dum exitum non inueniunt, ui ſibi uiam faciunt, montibus altiſsimis adeo perſæpe
concuſſis, ut aut rumpantur, aut ingentia fruſta emittant contra Iouem, id eſt, cœlum uerſus,
Gigantes quid ſint? qui fulmine ſæuus, ęquo impetu iacere obuia ſolet. Hinc illa pugna Gigantum montes in
Iouem mouentium uetuſta, hoc eſt, erudita fabula celebris, cuius ſupra quoque memini-
Hymera. mus. b Hymera.] Vitruuio libro octauo Hymeras dicitur, Solino Hymereus: ſed Silio
quemadmodum & Pomponio Hymera, libro decimoquarto: Armauere ſuos qua mergi-
tur Hymera Ponto Aeolio, nam diuiduas ſe ſcindit in oras, Nec minus occaſus petit incita,
quàm petat ortus, Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis, Quo mons Sicania non ſurgit di
tior umbra. Solinus, Hymereum cœleſtes mutant plagæ: amarus deniq; eſt, dum in Aquilo-
nem fluit, dulcis, ubi ad meridiem flectitur. Miror in re tantilla adeo uariare ſcriptores. Mela
in meridiem fluere ait, & occaſum, Silius in ortum occaſumq;, Solinus in meridiem & aqui-
Aeæe. lonem. At recte colligentibus idem referent. c Aeæe.] Homerus libro Odyſſeæ quinto.
Ogygiam inſulam Calypſo tenuiſſe ſcribit, quam a ſe & Calypſon dictam confirmat libro
tertio Plinius. Altera, inquit, Calypſus, quam Ogygiã appellaſſe Homerus exiſtimatur. Ean
dem igitur Aeæam dictam eſſe, cum Melę, tum Propertij authoritate ueriſimile eſt. Hic libro
tertio ad Poſthumum ſic ait: Et Thalamum Aeæę flentis fugiſſe puellæ, Totq; hyemis no-
ctes, totq; nataſſe dies. De Calypſo omnino loquutus, cum ante Circes mentionem feciſſet.
Quanquam haud neſcio Aeæam Circen & huic & Maroni dici tertio Aeneid. Infernique la-
cus, Aeææq; inſula Circes. ubi Seruius neſcio quid nugatur, Verum ab Aea Colchorum op
pido circa Phaſin ſito, cuius libro primo Strabo meminit. Hæc eſt Aeæa, ad quam ab infe-
ris regreſſus Vlyſſes appulit, aſſequente eum cum uino, cumq; pane Circe. De Gaulo, Me-
lita, Galata, & Coſyra Plinius eodem in loco. à Melite hac canes nobiles aliquando Melitæi
dicti Straboni libro ſexto, à quibus adagium natum, Melitæus catulus, de re homineue ad
ſolam uoluptatem comparata. At Melitæos Plinius ab ea Melite dictos aurumat, quæ in-
ter Illyricum & Corcyram nigram in Adriatico ſita eſt, capite ultimo libri tertij. Et ab Her-
molao defenditur. Cicero actione in C. Verrem ſexta, Melitenſes uocat inſulanos, & ro-
ſam Melitenſem, actio. ſeptima. Puluinus, inquit, erat Melitenſi roſa fartus. d Aeo-
li.] Omnes ueteres Aeolias ſeptem nominant: unicus Seruius primo Aeneid. nullo au-
thore. 9. authore Hermol. Plinius, Citra Siciliam, inquit, ex aduerſo Metauri amnis .22. fermè
mil. paſ. Ab Italia ſeptem Aeoliæ appellatæ, eædem Lipareorum & Hepheſtiades à Græcis,
à noſtris Vulcanię. Aeolię, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Hactenus Plin. No
Aeoliæ inſulæ. mina ſunt, Lipara, Hiera, Strongylę, Didyme, Ericuſa, Phœnicuſa, Euonymos, Plinius, Soli.
Aeoliarum nomina. Dionyſ. & Strab. niſi quod hic Thermeſſam nominat, Mela non Euonymon, ſed Oſteodem
illis adnumerat, diuerſam, ſi Diod. credimus, inſulã, iuxta tamẽ ſitam etiam Plin. & Ptol. Cę-
terum Lipara dicta à Liparo rege, cui Aeolus ſucceſsit. Hiera, quod Vulcano potiſsimũ ſacra
eſt, ante Theraſia dicta. Strongylæ Aeoli domus olim, à rotũda figura. nam ϛρογγύλον rotun
Plotæ. dum & turbinatum Gręci uocant. Dionyſ. Plotas cognominat, quod facile adnauigetur. lo-
cus enim nauigabilis illis πλωτός dicitur. Dydime, quod geminæ formam habet. Ericuſa &
Phœnicuſa, quę Strab. Ericode Phœnicodeq; dicuntur, ab Ericæ palmęq; frutetis, quibus a-
bundant, nomẽ habent. Euonyma dicta, quod ſiniſtra ſit, quoniã è Lipara in Siciliã nauigan-
tibus ſiniſtra maxime offertur, Græci εὐώνυμον ſiniſtrũ uocant. Ex Strab. e Pithecuſa.]

Quę &

Quæ & Aenaria ab ſtatione nauium Aeneę, & Homero Inarime dicta eſt: hodie Iſchia ab oppido, cui coxēdicis ſimilitudo, ut Hermol. trigeſimo primo, Plin. cap. 2. docet. Grȩcis uero Pithecuſa, à ſimiarum copia, quas Pithecos uocant. Nota inde fabula, quā Ouid. tradit Meta. li. 14. aut ut Plin. ſcribit à figulinis. nam πίθος dolium Græcis dicitur. Lege cap. 6. li. 3. Plin. ubi omniū quas hic Pōp. tradit, fit mentio. Sola Phytonia remotior in Sardiniā magis inclinat, Capellæ Phytonię foſſę dicitur, ex Plin. Cirbania aūt illa eſt Hermol. iudicio, quæ aliâs Barpona uocatur.

Leucothea, Venaria, Sinonia, Capreę, Prochyta, Pontię, Pādataria, Phytonia, Palmaria Italico lateri citra Tyberina oſtia obiacēt. Vltra aliquot ſunt paruę Dianiū, Iginiū, Carbania, Vrgo, Ilua, Capraria. Duæ grādes fretoq́ꝫ diuiſæ Hetruſco, quarū [a] Corſica litori ꝓpior inter latera tenuis & longa, prȩterq́ꝫ ubi [b] Aleria & Marianę coloniæ ſunt, à barbaris colit̃. [c] Sardinia Africū pelagus attingēs, niſi quòd in occidentē, quàm in orientē, anguſtius ſpectat, par & quadrata undiqꝫ, & nuſquam nō aliquāto ſpacioſior q̃ꝫ, ubi latiſsima eſt, Corſica, cȩterū fertilis & [d] ſoli quàm cœli melioris, atqꝫ ut fœcūda, ita penè peſtilēs. In ea antiquiſſimi populorū ſunt [e] Ilienſes: urbiū antiquiſsimȩ [f] Calaris & Sulchi. At in Gallia, quas referre conueniat, ſolæ ſunt [g] Stœchades ab ora Ligurum ad Maſsiliā uſqꝫ diſperſȩ. [h] Baleares in Hiſpania contra Tarraconenſia litora ſitæ, non longe inter ſe diſtant, & ex ſpacio ſuo cognominibus acceptis maiores minoresq́ꝫ perhibentur. Caſtella ſunt

De Ilua à Chalybis copia Plinio cōmendata. Maro quoqꝫ li. 10. Aſt Ilua trecentos, Inſula inexhauſtis Chalybū generoſa metallis. Porrò alia eſt à Capris Capraria: & ſunt Capreæ ocio & libidine principū aliquot inſignes, à quibus Caprēſis receſſus ille, cuius in Tiberio meminit Suetonius.

Corſica.

a Corſica.] Græcis Cyrnos dicta: notiſsima uino prȩſtāte, durāte etiamnū nomine, inter quā & magis meridianā Sardi. anguſtum mare interfluit. b Aleria.] Aleriā enim L. Sylla, Marianas colonias C. Marius deduxit. Illi igitur Roma. reliqui Punica gens & barbara.

Sardinia.

c Sardinia.] Salluſtius quoqꝫ in eandem ſententiā, Sardinia, inquit, in Afro mari facie ueſtigij humani, in orientē quàm in occidentem latior prominet, à Sardo Herculis filio dicta, ut libro 12. Sil. & Solin. ſcribunt. De ea Plin. 7. cap. 3. lib. Eadē & Ichnuſa & Sandaliotis, à forma humani ueſtigij dicta. Claud. in bello Gyldonico: Humanæ ſpeciem plantæ ſinuoſa figurat Inſula, Sardiniam ueteres dixere coloni. Multa in ea inſignia ſunt, at nihil magis, quàm quȩ adagio locum præbuit, herba Sardoa: cuius ex uaria opinione ſcriptorum ERASMVS meminit Roterodamus, homo Germanus, græcarum & latinarum literarum peritia præſtantiſsimus, cuius extat Parœmiarum opus ſuo conſcriptum marte. Nam ante eum nemo latinorum per omnem ſeculorum memoriam idem eſt auſus: grȩci multa quidem elegantia, at ut intelligo, copia nequaquam pari, nec ſatis abſoluta, quæ hodie extent, reliquerunt. Sardiniam Ptol. multo longiorē facit, quàm ſit lata. Nam Eoū litus. 188. mil. paſ. longitudinis habet, maxima latitudine. 122. mil. paſ. exiſtente. Eadem propè & Pomp. eſt ſententia. nam anguſtius ſpectare eam in ortum quàm occaſum ait, litoribus uidelicet medio contractis: in uniuerſum autem ubiqꝫ ſpacioſiorē eſſe, quàm Corſica ſit, etiā eo tractu, quo latiſsima eſt.

Eraſmus Roterodamus.

d Soli quàm cœli.] Habet enim in ſeptentrionem uerſus montes, quibus Boreæ afflatus prohibetur: reliqua in ea turbulenta ſunt & morboſa grauibus & uiolentis auſtris, ut Pauſanias retulit, & meminit Cœlius Rhodigi. ca. 19. libro undecimo. Alioquin cōſtat in inſulis adeo à cōtinente remotis, & in meridiē expanſis, æſtiuo maxime tempore (niſi manſionis cōſuetudine cœlum uincatur) ſalubrē habitationem eſſe nō poſſe.

Ilienſes.

e Ilienſes.] Sunt & Iolaēſes ab Iolao Iphicli filio, ſed uetuſtiſsimi Ilienſes, Pauſaniæ. Solini incuriam, Iolaum alicubi Iphicli, alio uero in loco Ariſtei filium fuiſſe aſſerentis, adnotauit Hermol.

Solini incuria.

Calaris.

f Calaris.] A quā Calaritani, ut à Sulchi Sulchitani, Plin. De Calari, Claud. in bello Gyldonico, Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti, Tēditur in longum Calaris, tenuemq́ꝫ per undas Obuia dimittit fracturum flamina collē.

Stœchades.

g Stœchades.] Tres, ſingulis nominibus Prote, Meſe, & Hype dicuntur, Plin. cap. 5. 3. lib. hoc eſt prima, media & infima: id quod ob ordinē, quo ſitȩ ſunt, Stœchades dictas eſſe demōſtrat, Maſsilienſiū litori uicinas, Plinio.

Baleares.

Gymneſiæ.

h Baleares.] funda bellicoſas. Græci Gymneſias dixere, Plinio. Maioricam & Minoricam nominant, à diſpari quantitate. Dictas eſſe conſtat à βάλλω, quod mitto ſiue ſagitto ſignificat. Gymneſiæ uero dictæ, quod incolæ nudi æſtatis tempore iactu fundarum ſeſe exercent. Nam uitam ibi aliquando

nec ueſtibus, nec calceis aſſuetam egerunt, ternis bifidis armati fundis. Vbi matres liberos arte iaculandi ſolent inſtituere: neque fas eſt cuiquam maxilla panem terere, niſi prius ipſum lapidem fuerit indeptus iacentem ſuper trabem in locum metæ. Ita quidem ſcripſit Lycophron, ut aliqui latinorum traduxerunt. Quem Florus capite octauo libro tertio imitatus, propè ſimilia retulit. Silius libro quinto. Et torta Balearis ſæuus habena. meminit libro ſexto Diodorus. Scribit cap. 55. octaui libri Plinius, tantum apud Baleares aliquãdo cuniculorum prouentum fuiſſe, ut auxilium militare à diuo Auguſto aliquando in eoſdem pecierint. a Iamno.] De Iãnone & Magone, minoris inſulæ, Polentia uero & palma maioris, capite quinto tertij lib. in eandem ſententiam Plinius protulit.

in minoribus [a] Iamno & Mago, in maioribus Palma, & Polentia coloniæ. [b] Ebuſos è regione promontorij, quod in Sucronenſi ſinu [c] Ferrariam uocant, eodem nomine urbem habet, frumentis tantum nõ fœcunda, ad alia largior: & omnium animalium, quæ nocent, adeo expers, ut nec ea quidem, quæ [d] de agreſtibus mitia fiunt, aut generet, aut, ſi inuecta ſunt, ſuſtineat. Contra eſt [e] Colubraria, cuius meminiſſe ſuccurrit, quòd cum ſcatcat multo ac malefico genere ſerpentum, & ſit ideo inhabitabilis, tamen ingreſsis eam intra id ſpacium, quod Ebuſitana humo circumſignauerunt, ſine pernicie tuta eſt, ijſdem illis ſerpentibus, qui ſolent obuios appetere, aſpectum eius pulueris aliúdue, quod uerius, procul & cum pauore [f] fugientibus.

Ebuſus. b Ebuſos.] Huius nominis penultima anceps eſt. Silius libro tertio: Iãq; Ebuſus Phœniſſa mouet, mouet Artabrus arma. Rufus ex Dionyſio: Ac dilecta uago pecori conſurgit Ebuſus. c Ferrariam uocãt.] De illo & Sucronẽſi ſinu retulimus in cõtinentis deſcriptione. d De agreſtibus.] Hoc eſt agreſti feritate exuta cicurantur.

Colubraria. e Colubraria.] Cuius meminit Plin. capite quinto libri tertij, Ebuſi, inquit, terra ſerpentes fugat, Colubrariæ parit: ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Græci Ophyuſam dixere: nec cuniculos Ebuſos gignit populantes Balearium meſſes. In eandem ſententiam libro tertio Strabo. f Fugientibus.] Conſimilis naturæ Gaulos inſula eſt Cercinnæ in Africam ſpectanti uicina, in qua ſerpens neque naſcitur, nec uiuit inuecta: propterea iactus ex ea quôcunque gentium puluis, arcet angues, Scorpiones ſuperiniectus illico perimit. Solinus author, ex capite ſeptimo libri quinti Plinij. In freto Gallico iuxta Britanniam inſula eſt Attamis, quæ ipſa cum nullo angue (ut Solinus ſcribit) ſerpatur, aſportata inde terra, quôcunque gentium inuecta ſit, angues necat. Nos huiuſmodi rerum nimirum inſignium facilius eſt admiratione capi tenerìq;, quàm unde tales ſint, cauſas reddere: nam & has prædiues admirabilium operum natura in multis humanam induſtriam latere uoluit, ne ingenijs noſtris peruia, ſi non haberet amplius, quod miraremur, uetuſtiſsimæ dignitatis ſplendorem amitteret. Ideo Pomponius non puluerem ipſum, ſed aliud multo magis, quod ſenſibus noſtris minime obuium eſt, ſerpentes fugere recte autumauit.

(margin: *Gaulos.* … *Nota.*)

IOACHI-

POMPONII MELAE COSMOGRAPHI LIBRI SECVNDI DE ORBIS SITV, ET ADIECTORVM VADIANI COMMENTARIORVM FINIS.

IOACHIMI VADIANI HELVETII IN POMPONII MElæ librum tertium commentaria.

EXTIMA HISPANIAE LITORA.

Icta eſt ora.] Pomponius extima terrarum litora luſtraturus, quoniam oceano illa ampliſsimo coërcentur, prius de fluxu refluxuq́ʒ huius diſſerit, mox ad litorum deſcriptionẽ, adq́ʒ inſularum, quę in oceano inſignes ſunt, nomenclaturam conuertitur. b Circuitus.] Vnus, unoq́ʒ amplexu extantis terræ ſuperficiem ambiens, contra Ciceronis & Macrobij ſententiam: qui, ut libro primo docuimus, uetuſtatis incertam ſequuti fidem, Antœcorũ & Antipodum *Contra Ciceronem & Macrobium.* temperatam à noſtra interfluente oceano circumcirca ſeparari putarunt. c Infinitum pelagus.] Interminatũ, *Oceanus quomodo infinitus.* quod ad uulgarem captum referendum eſt: nam extra terræ ſolidæ litora, alia non uidẽtur, quæ terminarent oceanum. Sed reuera noſtra litora oceano limitẽ ſtatuunt. Alioqui ſi ſuo potitus loco, terram occuleret, illam globi rotunditatem, quam hodie unà cũ extantis terræ ſuperficie, ut receptiſsima ſentẽtia eſt, efficit, ſolus ipſe abſolueret, & infinitus diceretur, quòd in omni rotundo incerta eſt initij finisq́ʒ præſcriptio. d Concitum.] Nã & citus eſt, ideoq́ʒ ὠκεανὸς Gręcis à celeritate dictus, *Oceanus.* ut refert Solinus, ab ὠκύς, quod uelocem ſignificat: Et ſimul impetuoſus, ac propterea Græcis Enoſigæus, uel ingeminata Ennoſigęus uocatus, *Enoſigæus.* quod terram quatiat. ἔνοσις enim concuſsio eſt, γαῖα terra. Iuuenal. ſatyr. decima, Ipſum compedibus qui iunxerat Ennoſigæum. nam ad alia quoque maria ab oceano tralatum nomen eſt. Quin & coniunx, id eſt, uis illa oceani perpetua Amphitrite dicta, quòd litora lancinet teratq́ʒ circumcirca. Ouid. Meta. primo: Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. e Inuicem.] Vario procurſu nunc hos agros, nunc illos inundans: neque id alternatim uenientibus undis, ut aliâs in omni litore inſularum & continentis aſſolet, ſed ſubito impetu: quo fit, ut terræ margo extimus in incerto ſit. f Pariter.] Vniformi acceſſu. g Colligitur.] Statis horis reuocatur, ſeq́ue reſorbet, in ſemetipſum, hoc eſt, in propriam ſedem redeundo. h Vaſta etiam flumina.] Venit enim altiſsimis undis. nam octogenis cubitis ſupra Britanniam intumeſcere æſtus Pytheas Maſsilienſis prodidit, authore Plinio. Silius libro tertio de Hannibale: Mira dehinc cernit ſurgentis mole profundi, Iniectum terris ſubitum mare, nullaq́ue circa Littora & infuſo ſtagnantes æquore campos. Lege eundem. *Silius.* i Neque adhuc.] Multum enim diuq́ue inter rerum naturæ ſtudioſos agitatum eſt, quæ cauſæ tantam undarũ uim ſuſcitent: & (ut Solinus ait) plura pro ingenijs differentium, quàm pro ueritatis fide expreſſa. Pleriq́ʒ deprehẽdi poſſe cauſas negarunt. Et Lucanus *Lucanus.* poëta cũ in alijs artibus, tum mathematicarũ peritia rerum inſignis, in illa quæſtione animũ deſpondit nimirum, cum de Gallico loquutus oceano ſic ait: Qua litus dubium, quod terra fretumq́ʒ Vendicat alternis uicibus cum funditur ingens oceanus, uel cum refugis de fluctibus aufert, Ventus ab extremo pelagus ſic axe uolutet, Deſtituatq́ʒ ferens, an ſydere mota ſecundo Thetyos unda uagæ lunaribus æſtuat horis, Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas

POMPONII MELAE DE SITV ORBIS LIBER TERTIVS.

EXTIMA HISPANIAE LITORA.

Icta eſt ora noſtri maris, dictæ inſulæ, quas amplectitur: reſtat ille [b] circuitus, quẽ (ut initio diximus) cingit oceanus ingens, & [c] infinitum pelagus, & magnis æſtibus [d] concitum (ita enim motus eius appellant) modo inundat campos, modo late nudat ac refugit, nũc alios aliosq́ʒ [e] inuicẽ, neq́ʒ alternis acceſsibus, nunc in hos, nũc in illos impetu uerſum. Sed ubi in omnia litora, quãuis diuerſa, terrarũ inſularũq́ʒ ex medio [f] pariter effuſum eſt, rurſus ab illis [g] colligitur in medium, & in ſemetipſum redit: tanta ui ſemper immiſſum, ut [h] uaſta etiã flumina retroagat, & aut terreſtria deprehẽdat animalia, aut marina deſtituat. [i] Neq́ʒ adhuc ſatis cognitum eſt,

riat undas, Eligat oceanum, fluctusꝗ ad ſydera tollat. Quærite quos agitat mundi labor: at mihi ſemper Tu quæcunꝗ moues tam crebros cauſa meatus, Vt ſuperi uoluere, lates, &c. Eſt enim maris illa reciprocatio maxime mira, ut diuina cuipiam non iniuria uideri poſsit. Cicero *Cicero.* lib. 3. de natura Deorum, ubi naturæ potentiā conſtantiamꝗ extollit, Cottam ſic loquentem fecit: Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? quid freto Sicilienſi, quid oceani feruore illis in locis, Europam Libyamꝗ rapax ubi diuidit unda? Quid æſtus maritimi, uel Hiſpanienſes, uel Britannici, eorumꝗ certis temporibus uel acceſſus uel receſſus ſine Deo fieri nō poſſunt? Hactenus ille. cuius uerba indicant fuiſſe, qui rem tam miram ſine numine quodam præſente fieri non poſſe exiſtimauerint.

[a] anhelitúne ſuo id mūdus efficiat, retractamꝗ cū ſpiritu [b] regerat undā undiꝗ, ſi (ut doctiorib. placet) [c] unū animal eſt: An ſint [d] depreſsi aliqui ſpecus, ꝗ reciproca maria reſidant, atꝗ inde ſe rurſus exuberātia attollant: [e] An luna cauſas tātis mea-

Neque ſanè illi inepte. Illa enim ingens naturæ per partes poteſtas, è uero illo & uno Deo, ad cuius nutus excubat orbis, ceu riui ſolent ex fonte, manat: ut *Natura quid?* natura non aliud eſſe uideatur, quàm diuina quædam uis, mundi membris à ſe creatis indita. Vnde illa rerum concretio ac diſsipatio Anaxagoræ in naturæ uocabulo intellecta prouenit. Ex ipſo enim & per ipſum omnia ſunt, atꝗ (ut Maro ex Academia cecinit) Totamꝗ infuſa per artus Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Addit Auguſtinus capite duodecimo libri de ciui. quarti: Deum eſſe ſinum quendam in ſeipſo continentem omnia, non tamen ita ſuæ creaturæ inſitum, ut animal ex Deo & creatura quiſquam compoſitū exi*Anhelitus mūdi.*ſtimet, quod illorum opinionē reijcit, qui animal eſſe mundū dixerunt. a Anhelitúne.] Varias cauſas ueterum in philoſophorū Placitis Plutarchus explicat. Porrò ſi anhelitus uocabulo uaporum reſolutionem, quæ influxu & radijs luminarium fit, intelligemus, non adeo alieno à re propoſita uſi ſunt ſermone, qui anhelitu mare intumeſcere dixerunt: id quod Albertus capite ſecundo tract. ſecundi eius libri, quem de elementorum proprietatibus ſcripſit, probè demonſtrat. Sin autem aut animalem ſpirationem, aut anhelitum utcunꝗ mūdo congruum, tanquam è pulmone quodam ingenti proficiſcentem id facere opinati ſunt, multum illi à uero abfuerunt, & errori cauſam præbuerunt, qui mundum animantem eſſe putarunt, cum Ariſtoteles nec animantem eſſe, nec uſquequaꝗ ſenſibilem, nec rationis cōpotem, nec intellectus aſſeruerit, ut in Placitis philoſophorum Plutarchus ſcribit. Sunt quidem ſpiracula paſsim uentorū anhelitū ſimulantia, uerum taliū, qui citra animalē motum eueniant, non raro certis cauſis mortifera hominum: quorum in capite de ſpiraculis meminit li. 2. Plin. etiamſi omnia, quæ uiderim, exemplaria de piaculis non ſpiraculis titulo præferunt, falſò. b Regerat.] Reſorbeat, retrahat, refluente oceano. c Vnum animal.] Quod putarunt hi, quibus orbes ſua ſponte moueri uiſum eſt, quando illi intelligentijs mouentur, ſed eo modo ut animal non efficiant cum orbibus, quos mouent. Ouidius quoꝗ animal ſit tellus nec ne, dubitauit libro Meta. ult. Nam ſiue eſt animal tellus & uiuit, habetꝗ Spiramenta, &c. ut Pe*Solinus.*ripatetici confirmant. Solinus, Phyſici, inquit, autumant animal eſſe mundum, eumꝗ ex uarijs elementorum corporibus conglobatum, moueri ſpiritu, regi mente: quæ utraꝗ diffuſa per membra, omnia æternæ molis uigorem exerceant. Sicut ergo in corporibus commercia ſunt ſpiritalia, ita in profundis oceani nares quaſdam mundi conſtitutas, per quas emiſsi anhelitus uel reducti modo inflent maria, modo reuocent. Hactenus Sol. d Depreſsi ſpecus.] In quos ingenti ſe mole uibrans aquarum moles mergatur, & rurſum meatuum repagulis pulſa exundet, quod à ſpiritibus ſub aqua exiſtentibus fieri Apollonius Tianeus exiſtimauit, ut libro quinto ſcribit Philoſtratus. At ne illa quidem ratio uero eſt ſimilis: nam aliud eſſe neceſſum eſt, quod totum adeo oceanum trahit, quanquā partim nunc uento, nunc uaporum ſpirituumꝗ eruptionibus, atque alijs huiuſmodi fortuitis cauſis moueri ipſum *Macrobius.* contingit. Macrob. libro in ſomnium Scipi. 2. illum maris motum ex eo eſſe putauit, quod ſinus oceani orientales & occidentales, mutuo concurſu ſeſe feriant, impetuꝗ immaniore miſceantur, ex quarum colliſione naſcitur, inquit, famoſa illa oceani acceſsio, pariter & receſsio. At quis dubitet non ita eſſe, ut ille ſcripſit? e An luna.] Lunam per angulos motā, occulta quad..m natura mare agitare traherꝗ, ceu magnetem ferrum allicit, maximi authores *Ptolemæus.* confirmant: Ptol. 2. quadripartiti. 12. cap. Plinius quoꝗ. 99. capite ſecundi libri. Silius. 3. libro, Cymothoes ea regna uagæ, pelagiꝗ labores luna mouet, luna immiſsis per cærula bigis Fertꝗ refertꝗ fretum, ſequiturꝗ reciproca Tethys. Omniū uero doctiſsime, ut ſolet, Al*Albertus.*bertus Magnus in eo libro, quem de elementorū proprietatibus ſcripſit, totā huius motus rationem ex Ariſtotelis ferè ſententia explicat. Et eo iunior in libro de occultis naturæ ope*Picus.*ribus diuus Thomas. E recentioribus Thimon. 2. Meteo. quæſt. 2. Picus Mirandula. 15. capite libri contra aſtrologos tertij, nutat quidem, uerum demum is eſſe mihi uidetur, qui quòd à luna illi maris motus ſint, libēter & facile ipſe credat; modo aſtrologorum curioſitas

nullam

nullam nouam in luna poteſtatem comminiſcatur, præter motum & lucem, quare mare commoueatur, cum proditæ omnes in acceſsibus maris receſsibusq; diuerſitates, uel à motus diuerſitate ſcandentis ſyderis, uel declinantis, uel à lucis damnis, uel incrementis euidentiſsime cauſam habere poſsint. At Picum urget, & tanquam tergiuerſetur, incuſat Auguſtinus Nyphus Sueſſanus, aſtrologus ætate noſtra minime indoctus, qui & ipſe haudquaquã indigna lectu ſuper enunciatum. 25. libri, de noſtrarum calamitatum cauſis tertij adnotauit. Nemo tamen omnium Alberto fidelius diligentiusq;. Scribit & Georgius Collimitius mathematicus clariſsimus ad magnificum Gabrilem Vogtum, magnanimi Cæſaris Maximiliani à conſilijs & ſecretis, uirum ſolertiſsimum, qui nuper in Britannici oceani litore, cum illam immanium fluctuũ ſtatam uiciſsitudinem conſpicatus eſſet, cauſarũ cupidus, Collimitium meum precatus eſt, uti quicquam uel ſui gratia ſuper re tam mira, quod ſolidũ excuſſumq; iudicarit, in lucẽ edat. Equidem cum Collimitio aliquãdo de fluxu, refluxuq; oceani commentus, cum multa ille, ut aſſolet, docte ſimul & dilucide in medium attuliſſet, haud difficile deprehendi poſſe aiebat, acceſſus maris receſſusq; haud parum augeri, rurſumq; minui ex incremento & decremento luminis lunæ. Ideo uere Cæſar Commentario belli Gallici. 4. Eadem, inquit, nocte accidit, ut eſſet luna plena, qui dies matutinos æſtus maximos in oceano efficere ſolet. Nec minus uere quàm eleganter Gellius. 14. libro oceanum, quaſi lunæ comitem, cum ea ſimul & ſeneſcere & aduleſcere ſolere ait. Præterea libro de Diuinat. 2. Cicero freta agitata fluxu, & marinos æſtus lunę motu gubernari à ueteribus traditum docet. Illud plane conſtare aiebat, omni die menſis uariari ſecundum lunæ tranſitum per angulos. Sunt autem anguli, orientis, meridiei, occaſus, & mediæ noctis. Aegre igitur ratio incremẽti & decremẽti, acceſſuum receſſuumue deprehenditur, niſi motu lunæ & proprio, & illo, quem raptu primi mobilis habet, cognito, prꝫterea & latitudine & uiribus, tum & poſitura lunæ ad ſtellas erraticas & fixas, poteſtate quoq; eius per ſigna deprehenſa. illa enim omnia mirifice, tum tempus, tũ modum & quantitatem fluxus refluxusq; uariant. Nam nulli acceſſus maris receſsibus, quãtum ad durationem attinet temporis, pares ſunt, niſi quum in ſignis æquinoctij luna exiſtit, aut magis in ipſis æquinoctij punctis ſine omni latitudine. Id monſtrari minime eſt difficile, ex inęquali ſignorum aſcenſione. Vnde fit, ut nulli circuli paralleli, per quos luna in alijs alijsq; ſignorum à tropicis æque diſtantium gradibus circumuoluitur, paris ſint infra ſupraq; horizontem ſpacij. Eſtq; conſequens, ut, ea ſigna brumalia tenente, duratio primi acceſſus receſſusq; multo maior ſit his motibus, quos ab angulo occidentis ſub terra in ortum uſque ſuſcitat: & contrario quidem modo, cum in auſtralibus ſignis circumuoluitur. Immo cõtingit duplici ſpacio durationis alteros acceſſus receſſusq; ab alteris uinci, cum in tropicis ſita luna rapitur. Rurſus acceſſus receſſusq; in uno eodemq; tractu quopiam per quaslibet horarũ partes mutantur, Alberti etiam teſtimonio. Quod ex proprio lunæ motu prouenit, quo à ſole modo recedit, modo accedit: ut ſi gratia exempli, hodie ſoli iuncta, cum eo die ſupra horizontem exuperet, cras iuſto tempore poſt ſolis ortum oriens tardiorem faciet ex illo angulo acceſſum, quàm priori die fecerit, propter celeritatem, qua proprio motu ab occidente in orientem pergit. Nihil igitur mirum, ſi incertos oceani ęſtus quidam ueterum dixerunt, uelut uigeſimotertio libro Tacitus, cauſa tantę uariationis uulgo non animaduerſa. Addo, quod maritimis regionibus quadrante ſecundum longitudinem diſtantibus, cõtingit eodem tempore, ut his acceſſum, ita illis receſſum oceani fieri. Regionibus uerò per diametrum ſeiunctis, acceſſus quidem & receſſus ſimul fiunt, ſed illa diuerſitate, quam illis ſecundus acceſſus fit, cum hi primum habent. Hanc ueritatem obſecro nemo damnet, aut reijciat, ni prius, an ita fieri poſsit, cognoſcat. Nihil omnium eſt maiori dignum odio, quàm damnare temere, quod nondum intelligas. Scio quàm ægre uideant, quàm ægre admittant hoc traditionum genus, à uulgari captu remotius, qui, ut Ciceronis uerbis utar, hunc eruditum puluerem nunquam attigerunt. Ratio in promptu eſt eius, quod aſſeruimus: nam idem eſt horizon contrapoſitorum per diametrũ. Cum igitur nobis luna oritur, illis occidit, & oriens primum nobis acceſſum facit, ſecũdum autem acceſſum illis ad eundem horizontem occidens, nec repugnat eundem angulum diuerſis & orientalem & occidentalem eſſe. Per inſtrumenta uerò & ſupputationes aſtronomicas haud difficile eſt pro quolibet climate uerum tempus initij atque durationis cuiuslibet acceſſus uel receſſus inueſtigare, quod & Albertus confirmat. Quod uero ad lunæ poſituram attinet, certum eſt eam in idoneo aſpectu cum Venere aut ſtella fixa naturæ Veneris, tum & in humida manſione acceſſus augere. Contra uero in idoneo aſpectu Martis, aut ſtellę fixæ naturę eiuſdem, uel ſi manſionem ſiccam tranſierit, eoſdem minuere. Et latitudo quidem ſeptentrionalis auget in litoribus ſeptentrioni expoſitis acceſſus: in his autem, quę meridianis climatibus ſubſunt, minuit. Simile fit, cum luna per ſignum quodpiam diſcurrit, in quo maiores ſibi uires prꝫualeſcunt. Quod ſi plena fuerit in principio Cancri & Veneri coniuncta, habueritq; latitudinem ſeptentrionalem maximam, maximos receſſus abceſſusq; fieri indubium eſt, eoq; potiſsimum tractu, qui parallelo ſubditur, cui maxima declinatio ab ęquinoctiali. 28. graduum & dimidij exiſtit. Hac de cauſa diuus Ambroſius libro Hexaëmeron quarto, Amposis, inquit (Græci τὴν ἄμπωσιν huiuſmodi

Auguſtinus Nyphus.

Georgius Collimitius.

Nota.

Acceſſus receſſusq; diſtantibus ſimul fieri poſſunt.

Luna quando acceſſus uariet.

ingurgitationem uocant)quę in oceano eſſe perhibetur, cum reliquis diebus ordinem ſuum
ſeruare dicatur,lunari exortũ euidens mutationis ſuę fertur indicium dare,ut mare ipſum oc-
cidentale,in quo ſpectatur Ampoſis, ſolito amplius accedat,& recedat,& maiori æſtu fertur,
tanquam lunæ quibuſdam aſpirationibus ſeorſum trahatur, & iterum ijſdem impulſum, &
retractũ in menſurã propriam refundatur. Quibus profecto uerbis fatetur lunę uirtute ocea-
num agitari. Quin & illud à uero non abhorret,eſſe litora oceani æſtibus obuia, quibus die-
Nota. bus aliquot luna nec oritur,nec occidit,ſed planè aut ſupra horizontem manet aut infra,ma-
gno argumento, lunã non lumine tantum,ſed & motu per angulos, quibus maxima uis in-
eſt,agitare oceanum ſolere.Hęc ſingula in ſuum diſtributa ordinem, ni fallor,dicato opere da-
bit propediẽ in lucẽ Collimitius. Recte uerò Plinius omnes iſtos æſtus in oceano maiora in-
tegere ſpacia ait, quàm in reliquo mari: ſiue quia totũ in uniuerſitate animoſius eſt, quàm in
parte,ſiue, quia magnitudo aperta ſyderis uim late graſſantis efficacius ſentit,eandem angu-
Tacitus. ſtijs arcẽtibus,qua de cauſa nec lacus,nec amnes ſimiliter mouentur. Ideo Cornelius Tacitus
in Agricolę ſoceri uita, Naturam,inquit,oceani atq; ęſtus, neque quærere huius operis eſt, &
multi retulere:unum addidero,nunquam latius dominari mare(Britannicũ intelligens)mul-
tum fluminum huc & illuc ferre,nec litore tenus accreſcere ac reſorberi, ſed influere penitus,
atq; ambire etiam,iugis atq; montibus inſeri,uelut in ſuo &c.Hoc eſt,quod Mela aſſerit, tan-
Oceani impetus. ta ui ſemper immiſſum,ut etiam uaſta flumina retroagat oceanus. De impetu nemo dubitet.
mergit enim abluitq; ſpatioſos agros. Et hodie ad maritimum oppidum Batauorum, quod
lingua ſua Dortrichum nominant,turres cernuntur teſtes merſi oppidi, quæ tecto & pinna-
culis tenus eminent,cætera in profunda demerſæ.Præſentiſsimo in toto eo tractu periculo,ſi
quando pertinacius aggeres,quos accola gens contra fluctuum excurſus pręſtruit, mare per-
fregerit:quicquid enim iuxta miſere pereuntibus quęcunq; immitti,illo Neptuni nomine in
prędam undę uendicant. De ęſtibus alijs extra rationem Plin.100. capite ſecũdi.Reliqua,quæ
fluxum aliunde aut iuuant,aut impediũt, doctiſsime,& planè ſuo more expoſuit Magnus il-
le Albertus,homo Germanus quidem(hoc enim nomin e delicatum literatorũ uulgus à mul-
tis annis barbariem comprehendit,& ignorantiam) uerum mea ſententia in rerum naturę ca-
ptu latinorum omnium,qui Ariſtotelem ſint interpretati,quos quidem legerim,citra cõtro-
uerſiam doctiſsimus, uereq; admirabilis, non ſolum propter eximiam eruditionem,uerum
etiam,quod iniquiſsimis temporibus editus,uincere ingenio infelix ſeculum potuit. Quem
coniectorem inſignem, & opinionum architectum,ſunt, qui appellent, magni uidelicet illi,
Contra eos, qui physicis disputationib. parum tribuunt. non illarum tãtum artium,quas profitetur,ſed aliarum etiam, quas ignorant, Ariſtarchi, qui
plus quàm Academice noſtram de rebus uniuerſis ratiocinationem non eſſe aliud autumãt,
quàm opinionum errorumq; ſcænam quandã:ut quicquid de his,quæ uulgari mortalium ca-
ptu paulo altius amouiſſe natura uidetur,affirmes, περὶ τοῦ ὄνου σκιᾶς affirmare, uelut in pro-
uerbio eſt, uidearis. Vt multo omnium ſapientiſsime pro horum ſententia fecerit, qui more
Zethus Pacuuianus. Zethi Pacuuiani,cuius in Oratore M.Cicero meminit, philoſophię bellum induxerit: ac ne
Ennianum quidem Neoptolemum facile admiſerit, qui quanquam nimium faſtidiuit,me-
Neoptolemus. diocre tamen philoſophandi ſtudium non reiecit. Quandoquidem illis in Platonis ſedemus
ſpecu illo,quem libro de R.P.7.extruxit,& ueterum philoſophorum placita ęſtimãtes rerum
Pyrrho. tantum umbras,non etiam res ipſas intuemur. Pręterea tanquam ex Pyrrhonis profecti ſcho-
la ueritatem opinionum tenebris inuolutam, ita tractamus, ut ne rebus quidem ipſis ſuam,
quæ certa firmaq; ſit,naturam eſſe,nedum,ut ſcire eam aliquis poſsit,admittamus,uaniſsimo
ſtudiorum labore,& deploranda poſteris diligentia. A quorum ego ſentẽtia diſſentiens,pro
tot receptiſsimorum authorum dignitate, tot illuſtrium doctrinarum ueteri origine longo
uſu & ſolicita traditione,ut nolim credere,ita non poſsim, ſi uelim, tot præclara ingenia ſuis
artibus tam iugi ſtudio,tanta cura,ſolicitudine,& diligentia addicta, non aliqua ſolidæ intel-
Ingenia suis artibus non fraudantur. ligentię acceſsione proficere potuiſſe:ut ſi in immenſo doctrinarum uſu, & multifaria illa ue-
ritatis perquiſitione pauca quædam ab errore, & ab opinionum incertitudine ita uindica-
ta ſunt, ut de ipſa nobis ueritate polliceri poſsimus, ſuſq; deque ferendum exiſtimem, ſi
in difficilibus labi, in incertis errare, inque obſcuris hallucinari eos contingat, qui nun-
quam id non agunt, ut à turpi ignorantia natum ad diſciplinas capeſſendas humanum ge-
nus eximãt. Satius enim eſſe mihi uidetur,ita ſentire,quàm permittere,ut omne ille ueterum
in perueſtiganda natura labor,cum uniuerſa recentiorum induſtria, caſſus atq; irritus iacere,
Nota. ſine fruge,ſine commodo uideri debeat. Quis enim adeo ſtupidus exiſteret, ut perſuadere ſi-
bi uellet, ſummum illum ingenioſi operis articem,hanc impoſturam nobis magna fraude fa-
cere potuiſſe,ut hominem ederet, ſolum omnium animantium ſciendi deſiderio, & notitiæ
cupiditate præditum:& ueritatem interim ita rebus eximeret, atq; ita contemplantiũ nega-
ret animis,ut eius prętextu nugas umbraſq; ſuggerere libuerit,tanquam ad hunc ludum ui-
delicet gentis nobis, & certè indignis hoc modo, qui in illuſtri quodam loco dignitatis ſiti,
totum animantiũ genus rationis uſu uincere crederemur. Porrò uelint nolint illi,qui rerum
naturę profeſſores uelut umbras uolitare exiſtimant,permittẽt tamen doctrinas eſſe ex ipſo,
ut ſic dicam,gremio naturæ natas: quæ ueritatem non rationibus ſolum confirmatam,ſed &
euiden-

euidenti demonſtratione ſtabilitam ſui ſtudioſis offerant: de quarum numero illæ præcipuæ *Multæ ſcientiæ ue-*
ſunt, quas ueteres Græci μαθήματα dixere, noſtri hodie quadruuij nomine ambiunt: hoc eſt, *ritatis conſciæ.*
arithmetica, muſica, geometria, gnomonicam & ſciopticam catopticamque ſecum tra-
hens, & illa demum cœli indagatrix aſtronomia, quæ perpetuis uereq; dignis fide princi-
pijs ita nituntur, ita aliud ex alio deriuant, ut illis dediti non temere unquam hæſitent, nec
difficile harum adminiculo freti potiorem naturæ partem capiant, à qua arceri interim ne-
ceſſe eſt, qui illas ignorant. Quod ſi, ut ad Albertum reuertamur, in ea ſententia es, ut in natu-
ræ quærendis opibus, tanquam in incerto aliquo theſauro, deſpondendum animum exiſti-
mes, nec niſi opinionibus inuolui omnia putes, non Hercle Albertum magis, quàm aut Py- *Alberti laus.*
thagoram, aut Ariſtotelem, aut quenquam ueterum, qui in hoc ſudarint ſtudio, culpandum
eſſe duxeris. Sin autem ſciri pleraq; permittis, & operæ precium eſſe iſthæc perueſtigantibus
fateri potes, etiam ſi difficilem uides ad retinendam ueritatem uiam, id tamen Alberto tri-
buendum fateberis, quod nulli fortaſsis ſuorum temporum alij. Quandoquidem de cœle-
ſtibus acutiſsime, de elementis, & iugali horum natura diligentiſsime, de reliqua natura non
uſquequaq; inepte diſſeruit, interſertis paſsim ab ipſa experientia ductis argumentis, & alio-
rum adductis ſententijs, nec quorumlibet, ſed receptorum magis: hiſq; diligentiſsime excuſ-
ſis non faſtu, aut odioſa contentione, non aculeata detractione, poſtremò haud quaquam ua-
na perſuaſione ſuam in medium ſentētiam affert. Idq; (ut paucis, quod ſentio, dicam) ſuis tem
poribus in rudi adhuc, & orba literarum Germania præſtitit, quod nec è Gręcia illa doctrina-
rum parente, nec ſanè Italia eloquentiæ magiſtra illis annis ſperare quiſquam facile potuiſſet.
Taceo quod Peripateticorum placitis addictus, ita ubiq; ſuorum eſt memor, ut in diſcipulo
pręceptores agnoſcere liceat: ſed ante alios Ariſtotelem, apud quem ueterū aliquot interpre-
tum, neſcio incuria ne an ignorantia, pluribus in locis non minus perplexe, quàm obſcure
tranſlatum, parergis illis ſuis in loco additis, quas digreſsiones uocat, propè omnia ita ediſſe
rit, interpretatur, explicat, ut è fontibus hauſiſſe, ipſumq; Græcè philoſophātem Ariſtotelem
conſuluiſſe credas. Quod ſi in illa cum temporum difficultate, tum maxime bonorum codi-
cū egeſtate lapſus eſt, pauloq; aberrauit à uia, obſecro homini ne tribues, an temporibus? aut
magis receptę tunc, ac propè inauguratæ infantiæ? Multum referre inquit C. Plinius, in quæ
tempora cuiuſq; uirtus incidat. Nec dubitandum mihi uidetur, quin, qui res tantas Græcis
Latiniſq; authoribus difficillimas didicit, idq; in neſcia doctrinarum Germania, eum ipſum
Græcæ Latinæq; facundiæ, modo diſcendi fuiſſet occaſio, ſufficere animo potuiſſe credamus.
Vt parum æquos eſſe illos dicere auſim, qui amore eloquentiæ perſuaſi, inediæ ętatis ſcripto-
res aliquot nimirum inſigni doctrina præditos, propterea negligendos eſſe putant, quod ie-
iunè, quòd barbarè, quòd conciſe præclaris de rebus diſſeruerint. Sapienter enim apud Gel-
lium Taurus in eos exclamat, qui non ornandæ uitæ, ſed comendæ gratia orationis, nec *Taurus philoſo-*
ut modeſtiores, ſed ut lepidiores fiant, Platonem legunt, rem in tanto doctore magis quàm *phus.*
orationem ſpectandam eſſe admonens. Cuius exemplo in illos quoq; exclamare liberet, qui
ſuorum temporum felicitate exultantes, quanta neceſsitate ſecula non ita pridem exacta la-
borarint, nolunt intelligere, ad id unice parati, ut alienę culpæ uitia citius ſugillent quàm de-
plorent, rebus eximijs uerborum ornatum non adhibitum quęrentes: cum M. tamen Cice- *M. Cicero.*
rò libro de finibus primo, in philoſopho ſe, ſi afferat eloquentiam, non aſpernari, ſi non ha-
beat, non admodum flagitare dicat: atq; hoc dixit in aureo illo doctrinarum & eloquētiæ ſe-
culo, quando nemo Romæ non Latinè, nemo non Gręce calleret, eſſetq; tranſlaticium elegan
tiæ ſtudium. Profecto faſtidire in philoſopho ſubtiliſsimè diſputante nimis inconcinnā elo-
cutionem, quam tamen nulli ſuę culpę, ſed temporum tantum neceſsitati imputare poſsis,
non tā delicati, ut ille ait, ſtomachi, quàm inſolentis eſt. Cur his non potius moleſti eſſe pergi- *Contra literarium*
mus, qui ſtudijs manſuetioribus à proximis annis feliciter, apud Germanos eſfloreſcentibus, *oſores.*
glande barbariei diſtendi malunt, quàm aut arridere felicius promouentibus, aut uaniſsimæ
obſtinacię ridiculam inſolentiam fateri, ſine fine iactitātes frontem uid elicet periſſe de rebus,
& in reuocatis eloquētię ſtudijs, in ueterum premendis ueſtigijs, in linguarum noſcendarum
labore, non ſuis tantum ſtudijs, quorum iactura leuiſsima foret, ſed Chriſtianę etiam eccleſię
periculum imminere. Hoc ipſum eſt, quod Hieronymus altero ſuper Iob prologo docet, tan *Hieronymus.*
tam eſſe uetuſtatis conſuetudinem, ut confeſſa etiam pleriſq; uitia placeant: uelut hodie quo-
que reperiuntur, qui non alios magis ſcripturę interpretes theologorum nomine dignan-
tur, quàm, qui proximis aliquot ſeculis floruerunt, ſiue, ut rectius dicam, uixerunt. Quibus *Qui ueteres theo-*
multifaria quidem doctrina pręditis, miror ita uideri potuiſſe, ut contra ueterum theologo *logos non legunt.*
rum conſuetudinem, eccleſię Dei templum Ariſtotelicarum traditionum tibicinibus ful-
ciendum exiſtimauerint, lapſurum credo, niſi hac à parte ſubſidium inueniſſet. Proinde di-
gnum ſit admiratione, adeo prudens conſilium non Ambroſium, non Cyprianum, non
Gregorium (ut Latinos tantum, paucoſq; nominem) non ipſum philoſophandi auidiſsi-
mum Auguſtinum, non hęreticorum ex profeſſo hoſtem Hieronymū ea ętate inire potuiſſe,
qua omnia contumacibus ſectarum aſſertionibus perſtrepebant, longè lateq; à ſeuiſsimis ho
ſtibus eccleſiaſticę cōcordię ciuitas obſidebatur: triūphante tamē, & miris modis uindicāte

ſeſe

ſeſe orthodoxa & Euangelica ueritate: ſuis enim nõ externis præſidijs fidei municipia defen-
debantur: nec alienis, aut exoticis, ſed proprijs auſpicijs merebat diuinę ſapientiæ ueritas. Ho
die autem quantum ſyllogiſmorum propugnaculis Chriſtiana pietas tuta fuerit, quantum il
lis contentionum prælijs limites eius promoti ſint, ſectarum authoribus è media Europa ui-
delicet pulſis, illi uellem exponerent, qui nihil Euangelice uerũ autumant, niſi quod ſyllogiſ-
mus pepererit: ut interim taceam, quid fidentiæ paſsim, quid audaciæ ex recentiſsima illa de

tibus prębeat: [a]ad ortus certè eius occaſusq; ua-
riantur, neq; eodem aſsidue tempore, ſed ut illa
ſurgit ac demergitur, ita recedere atq; aduẽtare
comperimus. [b]Huc egreſſos ſequẽtesq; ea, quæ
exeuntib. [c]dextra ſunt, [d]ęquor Atlanticũ, & ora
Bethycæ frontis excipit: q̃, niſi q̊d ſemel iterũq;
paululũ in ſemet [e]abducit, uſq; ad fluuiũ [f]Anan
penè recta eſt. [g]Turduli & Baſtuli habitãt. In
proximo ſinu portus eſt, quẽ [h]Gaditanũ, & lu-
cus, quẽ Oleaſtrũ appellant. Tũ caſtellũ Ebora
in litore, & ꝓcul à litore Aſta colonia: extrà, Iu-
nonis ara templũq; eſt. In ipſo mari [i]monimẽtũ

rebus ſacris differẽdi conſuetu
dine, enatũ eſſe uideatur. Equi-
dem ſic exiſtimo, niſi ſacrarum
literarum, & ſolidæ theologię
uere Camillus quidã, ERAS-
MVS ille Roterodamus, uir

Eraſmus Roter.

diſertus, doctus, & elegãs, ſum
meq; de R. P. Chriſtiana meri-
tus, ętati noſtræ obtigiſſet, de
ueteri illo ſacram ſcripturã in-
terpretãdi uſu, ne ſpecimẽ qui-
dem aliquod cernere poſterita
tem potuiſſe, niſi quantũ ſecun
dæ gloriæ Iacobus Stapulẽſis,

Iacobus Stapulenſis.

magno & ipſe ingenio, & ſin-
gulari eruditione theologus,
intermiſsi moris reliquias ex-
polire demum à rubigine, &
ſuis, hoc eſt, ueterum authorũ
amantibus donare potuiſſet. Porrò quòd ſunt quidam, qui Cleantes & Chryſippos uocent
aliquos, ſoritum & Gripporum authores, nemini mirum uideri debet, Ariſtotele ſemel tanta
fide in religionis noſtræ contubernium aſcito. Cui Platonem longe prętulit Auguſtinus: no-
minatim aũt contemnit contra Pelagianos agens Hieronymus, non ea quidem, opinor, gra-

Ariſtoteles indignus theologorũ contubernio.

tia quòd tanti uiri authoritatem ſpernẽdam duxerit. quis enim hoc in principe philoſopho,
quem immenſę ſubtilitatis uirum Plinius nominat, cõmitteret: ſed hac magis de cauſa, quod
indigniſsimum iudicauit, qui Euangelio patrocinaretur, aut ſcripturę locis in quæſtionẽ uo-
candis ullo modo adeſſet. Equidem magnis laudibus dignum eſſe Albertum dico cum mul-

Alberti laus.

tis de cauſis, tum illa cum primis, quod & ſobrie philoſophica tractauit, & magiſtrum in phi
loſophia ſuum ita ſequutus eſt, ut à ſacris prophana, ab Euangelio nõ Euangelica, & in uni-
uerſum diuina ab humanis admirabili quadam iudicij dexteritate diſcreuerit. Etiam ſi ſciam
unum & alterũ codicem huiuſmodi commentationum ſcholaſticarum circumferri, qui certe
Alberti nomen nulla bona fide pręferũt, argumentis alicubi nõ paucis adnotãdis, quę Alber
ti non eſſe teſtẽtur. Quos ſi quis contentioſus magiſter Alberti eſſe conuincat, conſtet tamen
inter omnes ſui temporis ordinisúe theologos id eũ modeſtiſsime egiſſe, quod alij ad inui-
diam uſq; ita egerũt, ut ex ueteribus, nouis ſubinde natis renatisq;, nullus etiamnum traditio
num huiuſmodi finis ſperari queat: idq;, quod mireris, in comperta alioqui, & ſimplici ratio-
ne propoſita, nec amplius niſi fide & operibus iuuanda ueritate. Sed pręſtiterit fortaſſe nimis
digreſsis ad rem inſtitutam reuerti, maxime quòd uideamus hęc omnia, in quę tanquam per
imprudentiã Alberti nomine incidimus, de eo eſſe genere, quę ſeorſum rectius, uberiusq; tra-
ctari queant. a Ad ortus certe.] Certe, inquit, Põp. & adhibenda authori tam idoneo fides
eſt, in eo pręſertim loco nato, qui maximis ęſtibus urgetur: fluxuũ em̃ Hiſpanienſiũ pręcipue
meminere in locis ſupra citatis, Cicero, Silius, & Philoſtratus. b Huc egreſſos.] Huc inquit,
hoc eſt, in proximum extra Herculis anguſtias Hiſpanię litus. c Dextra.] In ſeptentrionem
uergentia. d Aequor Atlanticũ.] Ptol. contra Hiſpaniã occiduum uocat. Atlanticũ ab At-
lante Mauritanię monte dictũ: de quo, Deo auſpice, in huius libri fine diſſeremus. e Abdu-
citur.] Sinus admittit non magnos. Adhibe hoc in loco picturam. f Anam.] Bethycę ter-
minum. g Turduli & Baſtuli.] In Bethyca pręcipui, ut & Bethyca Turdenia dicta ſit Stra-

Turduli.
Baſtuli.

boni. Plin. 1. cap. li. 3. Ab Ana, inquit, Atlantico oceano obuerſa Hiſpania Baſtulorum Tur-
dulorumq; eſt. Strab. 3. lib. Tudetanos cũ Ptolemæo quoq; nominat. ſicut & Baſtitanos gen-
tem ſuo tempore mixtam, tum & ſapientia & literarum ſtudijs pręſtantem. h Gaditanum.]
A Gadibus in eum ipſum ſinum uergente inſula, quæ à Bæthica anguſto ſpacio, & ueluti cõ-

Bæthica oliuetis diues.

tinente abſcinditur, ut infra Pomponius ait. Oleaſtrũ uero ab arbore, quam alit, dictũ, notum
eſt: omnis enim ea ora oliuetis diues eſt. Indicat & Sil. lib. 3. Palladio Bethys umbratus cornua
ramo. Et lib. 1. Hiſpaniam intelligens, Nullaq; Palladia ſeſe magis arbore tollit. De Ebura, ad
quam Luciferi templum fuit, & nota illa ſunt maris æſtuaria, Strab. Hermolaus Coram legit,
non Eburam, ut inde Corenſe litus Plinio dictum ſit potius quàm Curenſe, ut paſsim habẽt
exemplaria. Ebora enim alibi eſt, lib. 3. Strab. Aſtæ meminit etiam Ptol. i Monimentum.]
Quo con-

Quo conditus iacet. De Geryone alibi referemus. a Bæthis.] A quo Bæthicolæ Silio lib.
1. Bæthicolasq́ uiros ſpacijs agitabat iniquis. Oritur hic in Tegenſi ſaltu, modicus primo, ſed
multorum fluminum capax: circa oſtia creſcente óceano maximè oppletur, ſtagnatq́ uerſus
fontes, ex quibus oritur, ſpiritu quodam ipſum à mari repellente, ut li. 5. Philòſtratus tradit.
Illud adnotandum, Bæthico uelleri tantam gloriam apud ueteres fuiſſe, ut quidam ad gene-
roſam pecudem procreandam admiſſarios arietes indidem petitos talentari precio emerint,

Geryonis ſcopulo magis, quàm inſulæ impoſitum. [a] Bæthis ex Tarraconenſi regione demiſſus, per hãc ferè mediã diu, ſicut naſcit̃, uno amne decurrit: poſt ubi nõ longe à mari grandem lacũ facit, quaſi ex uno fonte geminus exoritur, [b] quantusq́ ſimplici alueo uenerat, tantus ſingulis effluit. Tũ ſinus alter uſq́ ad finẽ prouinciæ inflectitur, eumq́ parua oppida Olitingi, [c] Onoba cõtingũt. At [d] Luſitania trãs Anã, quà mare Atlanticũ ſpectat, primũ ingẽti impetu [e] in altũ abit, deinde reſiſtit, ac ſe magis etiã quàm Bęthica [f] abducit, quà prominet bis in ſemet recepto mari, in [g] tria ꝓmontoria diſpergit̃. Anę proximũ, quia lata ſede procurrẽs paulatim ſe ac ſua latera faſtigiat, [h] Cune9 ager dicit̃: ſequẽs [i] Sacrũ uocãt, Magnum, q̊d ulterius eſt. In Cuneo ſunt

inquit Strab. b Quãtusq́.]
Quàm magnus amplusq́. c
Onoba.] Hermolaus tãquàm
dubius apud Pliniũ, Onobam, *Onoba.*
prope Iunonis promõtorium
Melæ nominari ſcribit: eãdem
& Oſſonobam in Põponianis
caſtigationibus appellari poſ-
ſe indicat. Ipſe cum Ptolemæo
Onobã legere mallẽ, neq́ una
qdẽ in Bæthica Onoba eſt, eidẽ
authori. d Luſitania.] Hodie,
ut diximus lib. 2. Portugalliæ
pars, à qua Luſitani. Sil. li. 3. Lu
ſitanũq́ remotis Extractum lu
ſtris. e In altũ.] Vide Prole-
mæũ. f Abducit.] Litorib.
ſcilicet, in ortũ uerſus contra-
ctis, Bęthyca longius ſe in occa
ſum pandente. g Tria pro-
montoria.] Inter quę duo ſinus
admittuntur. Bis igitur, ait, in
ſemet recipere mare Luſitani-
am. h Cuneus ager.] Stra-
bo libro tertio. Continuum huic (Iunonis promontorio) agrum Cuneum latini uocitant; *Cuneus ager.*
σφηνός, id eſt, cuneũ uolentes ſignificare: Gręcis σφὴν cuneus, quo ligna findũtur, dicitur. Ca-
put hodie ſancti Vincentij nominãt. Idipſum Ptolemæus ſacrũ eſſe credidit, ut facile in locis
non adeo diſtantibus error committitur. Aelianus quoq́ idem eſſe putauit Cuneum & Sa-
crum, ut Hermolaus adnotauit. At Plinium nemo iuuerit, qui magno errore, quemcũq́ tan
dem authorem eſt ſequutus, Vlyſsiponenſi promontorio oram Hiſpaniæ occiduam finiri, et *Locus Plinij.*
ſeptentrionalis lateris flexũ incipi exiſtimauit, cap. 21. libri quarti. & uideri poterat Celticum
intelligere, quod Nerium Straboni dicitur, niſi Vlyſsiponenſe, aut Magnum cognominaſſet,
quod in orę occiduæ propè medio in Atlanticum proſpicit. Quin & Solinus, ut Capellam *Contra Solinum.*
prætercam, quem multis annis poſt Plinium uixiſſe ſuſpicor, nec Pomponio, nec Strabone
motus, cum Plinio errare maluit, quàm ueri, ampliori facto ſcrutinio, rationem habere, nimi
rum perperam, quando animi mihi, nec ingenui, nec acuti eſſe iudicij uidetur, ita quamlibet
celebrem ſcriptorem ſequi, ut ſingula eius uerba ſingula eſſe oracula putes. Non enim tam
authores in diſputãdo, quàm rationum inditia ſpectare debemus. Quin obeſt plerunq́ his,
qui diſcere uolunt, authoritas eorum, qui ſe docere profitentur. Deſinunt enim ſuum iudi-
cium adhibere, id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum uident, uelut ſcribit
libro de natura Deorum primo Marcus Cicero. Eam ob rem ne Plinius quidem (quod Pli-
nianorum pace dictum ſit) culpa caret, quod pleriſque locis euidenter falſis in ſua trãſumptis
limam paulo acriorem non adhibuerit, nec excuſſerit pleraq́, dubium an non ſatis à ſe intelle
cta, an nimium: utrunq́ enim obeſt, quò minus aliquando fidelis ſit authorum traditio. Per-
ſępe enim, quę difficillima ſunt, facilia illi iudicant, ſi norint optime. Cum delectu uerò imi-
tari, & diſcrimine habito in tua quicquam transferre, id demum doctrinę magnę, probique
iudicij argumentum eſt. Porrò offendicula pręgrandia etiam, quæ morari apud Plinium at-
tentum lectorem poſſunt, indicanda magis, quàm opprobranda eſſe non eruditi ſolum, ſed
etiam humani exiſtimant: teſtante certe, ſiue, ut uerius dicam, expoſtulante immenſæ ſubti-
litatis opere illo naturalis hiſtoriæ, nullum aut mendum, aut erratum in Plinio ſubſultare
poſſe, quod cum doctrinæ & ætati; tum uerò maximę diligentię ſuę, qua adeo poſteris pro-
fuit, condonari non debeat. i Sacrum.] Quod Barbarium, niſi fallor, Ptolemęus uocat.
Magnum autem, quod ipſe lunæ montis promontorium dixit. De oppidis in Cuneo ſitis,
cum primis Ptolemęus, cæterum ad Sacrum Artobrigam uicinam Salaciæ ponit, Lacobri-
gam autem trans Vlyſsiponem in ſinu altero locat. Notandum uerò Brigam uetuſta Hiſpa- *Briga.*
norum lingua oppidum dictum, ut à Thracibus Bria, & à Germanis Burgum, ex Stephano.
Plinius ipſam Vlyſsiponem, quam hodie Liſbonam uocant, Salatiã cognominatam tradit.

Mirtylis, Balſa, Oſſonoba: in Sacro Lacobriga & portus Hannibalis: in Magno Ebora. Sinus interſunt, & eſt in proximo Salacia: in altero Vlyſsipo, & [a] Tagi oſtium amnis aurũ, gemmasq́ generantis. Ab ijs promõtorijs ad illam partem, [b] quæ receſsit, ingens flexus aperitur. In eoq́ ſunt Turduli ueteres, Turdulorũq́ oppida: amnes autem Monda [c] in medium ferè ultimi promontorij latus effluens, & radices eiuſdem abluens Durius. [d] Frons illa aliquandiu rectam ripam habet, deinde modico flexu accepto mox paulum eminet, tum reducta iterum iterumq́ recta margine iacens ad promontorium, quod Celticum uocamus, extenditur: totam [e] Celtici colunt, ſed à Durio [f] ad flexũ [g] Gronij: fluũtq́ per eos [h] Auo, Celandus, Nebis, Minius, & cui obliuionis cognomen eſt, Limia. Flexus ipſe [i] Lambriacam urbem amplexus recipit fluuios [k] Iernã, & Viã. Partem, quę prominet, Pręſamarci habitãt: perq́ eos [l] Tamaris;

Principiũ Portugalliæ hodie regia eſt. Tradidit uetuſtas ab Vlyſſe conditã eſſe. Strabo Vlyſ-
Equi ex Fauonio ſeam appellari ſcribit. Ad Vlyſsiponem ex uento Fauonio equos concipi ueteres crediderũt. Et Plinius (quod miror) conſtat, inquit, in Luſitania circa Vlyſsiponem & Tagum amnem, equas Fauonio flanti obuerſas, animalem concipere ſpiritum, idq́ partum fieri & gigni pernicisſimum, ſed triennium uitæ non excedere. In quam ſententiam lib. 2. rei ruſt. Varro. Et libro 7. Columella, præterea Varronem imitatus lib. Georg. 3. Maro. Et Silius teſtatur lib. 3. At Iuſtin. ultimo lib. rectè, me iudice, fabuloſa eſſe, quæ de his
Tagus. feruntur, exiſtimauit. a Tagi oſtium.] Auriferis arenis celebratur, Pli. Silius lib. 1. Hic certant Pactole tibi Duriusqúe Tagusqúe. Aurum è ramentis præſtant in Germania amnes multi, ſed præcipue Rhenus et Danubius, In Italia Padus magna fama, in Thracia Hebrus, Pactolus in Aſia, & in India Ganges. Conſtat autẽ nullum abſolutius aurum eſſe, ut curſu ipſo tritum & perpolitum. Plin. b Quę receſsit.] Decliui, ſcilicet, in ortum litore: nam ſi ad Cuneum reſpicis, tota reliqua in Arcton porrecta ora, ſenſim oceano cedit, inq́ ortum ſolis contrahitur. Flexum autem eum intelligit, qui inter Magnum et Celticũ promontorium intereſt: ad quem noſcendum pictura utere. c In mediũ latus.] Nam utrinq́ lateribus promontoria expanduntur. In mediam ergo oram ſeptentrionalis lateris Monda effluit, Durius autẽ circa radicẽ, hoc eſt, eo in loco, ubi egredi ab ęquo litore in altũ promontorij baſis incipit. De ueterib. illis Turdulis Pli. quoq́. 21. ca. li. 4. De Monda inter cæteros Ptol. Durius maximus inter Hiſpaniæ amnes Numantiã præterlapſus, ante, q̃ ad oram oceani pertingit, Luſitanos à Gallecis, Turdulos, quorũ hic Mela
Celticum promontorium. meminit, à Braccaris ſeiungit. d Frons.] Flexus eius, cuius meminit, initiũ. A Durio aũt primum plana fronte, mox nonnihil flexam, inde bis recuruã ad Celticũ procurrere ait. e Celtici.] A Celtico. Illud uero eſt Celticum, quod cœlum, terras ac maria diſterminat. hinc enim omnia occidua dicũtur, illinc ſeptentrionalia. Hodie finem terræ uulgus peregrinũ cognominat. f Ad flexũ.] Illũ modicũ, quẽ poſt rectã frontem recipit. g Gronij.] Gręcorũ ſoboles. Meminit Groniorũ & Plin. & lib. 1. Silius, quanquã exemplaria Siliana Grauios habent, non Gronios. h Auo.] Quem Auum Ptol. uocat. De Celando alij non adeo meminere, & ſuſpitio eſt corruptam eſſe lectionem, Auo Celandus, pro eo, quod eſt Auo Celerinorum. Sũt aũt
Celerini. Celerini ſupra Braccaras & Gronios, in citeriori Hiſpania Plin. quorum agrũ is amnis abluit, ut indicat Ptolemæus. De Nebi & Minio preter Ptol. alij quoq́ meminerunt. A minij abundantia in illis terris Minio datum nomen, ut libro ultimo Iuſtinus ſcribit. Limiã Strabo & Silius Lethen uocant: Mela quoq́ obliuionis cognomine dici teſtis eſt. Silius lib. 1. Quiq́ ſuper Grauios lucẽtes uoluit harenas Infernę populis referens obliuio Lethes. i Lambriacã.] Nec Plin. nec Strabo nominat. Scribit hic tamẽ in hoc litore inſignes urbes ab Artabris pariter ha-
Ierna. bitari. k Iernã & Viã.] Strab. his locis Iernã nominat montẽ, qui aliâs Artabra dicitur, à quo
Via. redditũ amnẽ Iernã uocari potuiſſe uero admodũ ſimile eſt. De Via ipſe quoq́ Ptolemęus eo ipſo in loco, & Strab. li. 3. Alia, inquit, plura flumina ulterius ſunt prædictis ęquali diſtãtia cõtigua, eorũ tamẽ nomina nõ reddit. Pleraq́ exemplaria ſic habent, Iernã & illam partem, quæ prominet &c. ut ſupra dictos fluuios flexũ ipſum recipere intelligamus: Iernam aũt mõtem, & reliqua, quę in Celticũ prominẽt, Præſamarcos tenere. Nihil ſtatuo, cenſendi ius alijs eſto. De Celticis Pręſamarcis cognomine Plin. cęteri. Non pręterierim, Strabonem ſcribere à Tago aduſq́ Celticum tractum maritimũ cum proximis finibus triginta quondam celebribus gentibus habitatum, tanta terrę fertilitas eſt. l Tamaris.] Ptol. Tamara. De Arotebrarum

portu

portu Strab. De Sarte nuſquam aliâs legi, quod equidẽ meminerim. Plin. certe Ptolemęusq; Sextianas aras in eo loco ſtatuere uidentur, quo Mela Auguſti turrim. Plin. uerba hæc ſunt, Celtici cognomine Neriæ, ſuperq; Tamarci, quorum in peninſula tres aræ Sextianæ Auguſto dicatę, cum illic turrim Auguſti titulo memorabilem, alibi autem cum Pomp. Sextianas aras ſtatuere debuerint. Confer, quos cito ſcriptores, & ita eſſe deprehendes. Nerios Nerias cognominat Plinius. a Artabri.] In utranq; oram expanſi. Meminit horum Silius libro

& Sars flumina non longe orta decurrunt, Tamaris ſecundum Arotebrarum portum, Sars iuxta turrem Auguſti titulo memorabilem. Cętera ſuper Tamarici Nerijq; incolunt in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem uerſa litora pertinent, deinde ad ſeptentriones toto latere terra conuertitur à Celtico promontorio ad Scythicum uſq;. Hinc perpetua eius ora, niſi ubi modici receſſus, ac parua promontoria ſunt, ad Cantabros penè recta eſt. In ea primum [a] Artabri ſunt, & [b] Ianaſum [c] Celticæ gentis, deinde [d] Aſtures: in Artabris [e] ſinus ore anguſto admixtũ mare, non anguſto ambitu excipiens Adrobicum urbem, & quatuor amnium oſtia incingit. Duo etiam inter accolentes ignobilia ſunt, per alia duo [f] Mearus exit, & Narius ad Libuncam. In Aſturum litore Nœga eſt oppidum, & tres aræ, quas [g] Seſtianas uocant, in peninſula ſedent, & ſunt Auguſti nomine ſacræ, illuſtrantque terras ante ignobiles. At ab

3. mouet Artabrus arma. Strabo multa libro tertio. Id notandũ duxi, non ęqua fertilitatis gloria omnia Hiſpaniæ litora habitari. Quę enim in Arctõ uergũt, duri cœli, & mõtib. plurib. aſpera, ne pabuli quidẽ copiã habent: oppidis alioqui munitiſsimis celebria, & gente omniũ eius terræ bellicoſiſsima. Notiſsimi ſunt Artabri, Aſtures, Cantabri, Varduli, ex Auguſti olim uictorijs: unde factũ, ut principi illi in ea ora mnnimenta paſsim partæ gloriæ extructa fuerint. Mela orã totã ſeptentrionis inter Celticũ & Scythicũ, quod Thabin infra nominat, ſtatuit: q̃d antiquis quidẽ tabulis, & ueterum experientiæ conuenit. nam hodie late ultra Thabin repertæ terræ Scythicã oram in ſeptentriones uerſam longiorẽ effecerunt, de quib. ſuo loco. b Ianaſum.] Ptol. Flauiũ Brigantiũ inter Artabrorum oppida, numerat, quod hodie Cõpoſtellã uocari quidã exiſtimãt. Dubiũ an idẽ Ianaſum, ſed aliud putarim, pro oppidorũ in hoc litore paſsim authoribus deſcripta multitudine. c Celticæ gentis.] Quę plurima in Hiſpaniã aliquando uenit, & iuxta Iberũ ſedes occupans Celtiberorũ peperit nomen. Silius libro tertio: Venere & Celtę ſociati nomen Iberis. Præter hos & Gręcã gentem in Hiſpaniã ueniſſe Iberos, Perſas, Phœnicas, & Pœnos tradit ex Varrone Plinius. d Aſtures.] Memoratiſsimi, apud quos tolutarij quondam equi, quibus non uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomerati, ut Plin. lib. 8. Scribit Martial. Hic breuis ad numerũ rapidos, qui colligit ungues, Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus. Meminit Aſturum multis lib. 3. Silius. Eorum tractus Aſturię nomen habet. e Sinus ore anguſto.] Eius Sinus nuſquam meminit Ptol. nec de Adrobico quidẽ, quod meminerim, legi. At Melę magna fides, qui & Hiſpanus fuit, & in his, quę non uidit, nobiliſsimos indubie ſequutus authores. Nec uerò eſt, ut, q̊d nõ legerimus hactenus, id ſtatim nuſquã inueniri, tibi perſuadeas ſtudioſe lector: minimum eſt, quod uidimus. quoq; magis fidẽ probes noſtrã, non pudet ingenue fateri non legiſſe nos, quod tu obiter fortaſſe & citra laborem inuenias. f Mearus.] De Mearo amne & Libunca Ptol. Verum Nario illam, non Mearo uicinã facit, ut legendũ hoc loco uideatur: per alia duo Mearus exit & Narius ad Libuncã. Quatuor enim oſtiorum meminit: quorũ duo ignobilia ſunt etiã accolis, reliqua duo, quod Nariũ edant & Mearũ, magis celebria. Ad hanc lectionem accedunt, licet non integris uerbis, pleraq;, quę uiderim, exemplaria. Si quis Hermolaũ ſequi malit, ſuſq; deq; tulerim. De Nœga ex Ptol. & Plin. eſt notũ. g Seſtianas.] Meminere, ut dixi, Plin. & Ptol. Cur uerò Sextianę ſiue Seſtianę dictę, alij referant, mihi diuinare nõ licet. Certum eſt, Auguſti eas nomine, quando Aſtures Cantabroſq; deuicit, has quondam terras illuſtraſſe, ante ignobiles: ſerò enim deuicta hęc Hiſpanię pars eſt, ſicut & Galli ſeptentrionis tardius ſub iugum olim P. Rom. uenere, gentibus uidelicet illic multo ad arma commodius natis. Liuius lib. 127. ſcribit Auguſto in Narbonenſi ad confluentem maris & Rhodani aram dicatam fuiſſe, C. Iulio, Verecondari Dubio Heduo ſacerdote ſacrato. Hoc refero, ut illud eo ſimilius uero fiat. In Hiſpania uerò non aræ tãtum Auguſto poſitæ, ſed templa etiam, inter quę celeberrimum Tarraconenſe fuit, Adriani imperatoris ſumptibus aliquando inſtauratum,

Hiſpania non ubiq; fertilis.

Equi tolutarij.

Aſtures.

Candidè dictum.

Seſtianæ aræ.

uelut in huius uita tradit Spartianus. a Saliam.] A quo Saleni accolæ dicti, quos Salinos Ptolemæũ nominaſſe exiſtimat Hermolaus. b Anguſtantibus.] Benè ait, nam occidua ora Hiſpaniæ etiam à Cuneo decurſum ordiẽdo, duplo eſt amplior eo Iſthmo, qui circa Pyrenęos inter mediterraneum & oceanum intereſt. c Cantabri.] *Cantabri.* Bellicoſiſsimi, & ægre uel ab Auguſto uicti. Ideo & Horat. 2. Carm. Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra ait. Sil. lib. 2. Cantaber ante omnes hyemiſq́;, æſtuſq́;, famiſq́; inuictus, palmãq́; ex omni ferre labore. Item lib. 5. Tum quo non alius uenientem in pręlia dextram Ocyor attulerit, cõductaq́; bella probarit Cantaber, & galeæ contẽpto tegmine Vaſco &c. Nam hodie quoq́; Vaſcones durãt, ad arma & prędã agendam nati. d Concipi nequeant.] Quod argumentum eſt, longe à Romana lingua alieno eos tũ ſermone uſos fuiſſe. e Saurium.] Quẽ, ut magna nominum uariatio eſt, alterutrũ puto, quos poſt Narium Ptol. ſtatuit, Nauilubionem alterũ, alterum Nelũ uocans, ſiue Neruiam. Autrigonũ preter Ptol. meminit Plin. 3. ca. li. 3. Origenorũ, qui Origeni Ptol. dicuntur. 20. lib. 4. De Neſua amne Ptol. Qui Deuam Diuam nominauit. f Tobolicũ.] Ad *Duplex Tritium.* differentiam Tritij, quod alibi ſitum Metallum cognominatur, etiam Ptol. uocabulũ (duplex) à marginis gloſſemate q̊piam in ipſum Melæ contex- *Flori locus.* tum, inertia librariorum inſertum crediderim: quod ſępiſsime euenire ſolet, ut in Flori 4. Epitomatis lib. ca. ultimo, ubi de Pollione fit mentio, hæc tria uerba inſerta ſunt, nil prorſus ad ſenſum facientia (Hic ſecundus orator) quę ab auditore aliquo in marginem excepta ſunt, cũ alijs fortaſſe pluribus. Pariter & hoc loco fieri potuit, ut cum Tritij Tobolici facta eſſet mentio, lector aliquis duplex illic Tritium eſſe haud ſanè male adnotauerit. De Iturіſſa & Eaſone oppidis, præ cęteris libro ſecundo Ptolemæus. Magradam uerò eo in loco fluuium, cui poſtea aliud datum ſit nomen. Nam iuxta Ituriſſam & Eaſonem Menlaſcum amnem Ptolemæus nominat uocabulo, ut mihi uidetur, magis diſtorto, barbaroq́;: quem ſi ad ſitum loci reſpicis, eum ipſum eſſe, quem reddidit Pomponius, fortaſſe non dubitaueris.

eo flumine, quod [a] Saliam uocant, incipiunt orę paulatim recedere, & latæ adhuc Hiſpaniæ magis magiſq́; ſpacia contrahere: uſque adeo ſemet & terras [b] anguſtantibus, ut earum ſpacium inter duo maria dimidio minus ſit, qua Galliam tangunt, quàm ubi ad occidentem litus exporrigunt. Tractum [c] Cantabri & Varduli tenent. Cãtabrorum aliquot populi amneſq́; ſunt, ſed quorum nomina noſtro ore [d] concipi nequeãt: per eoſdem & Salenos, [e] Saurium: per Autrigones & Origeuiones quoſdam Neſua deſcendit: Deua Tritium [f] Tobolicũ attingit, deinde Ituriſſam & Eaſonem Magrada. Varduli una gẽs, hinc ad Pyrenæi iugi promontorium pertinẽs claudit Hiſpanias.

EXTIMA GALLIARVM ORA.

SEquitur Galliæ [g] latus alterum cuius ora primo nihil progreſſa in altum, mox [h] tantundẽ penè in pelagus excedens, quantum retro Hiſpania abſceſſerat, Cantabricis fit [i] aduerſa terris, & grãdi circuitu inflexa ad occidentem litus aduertit, tunc ad ſeptentriones conuerſa iterũ longo rectoq́; tractu ad ripas Rheni amnis expanditur. Terra eſt frumenti pręcipue, & pabuli [k] ferax,

EXTIMA GALLIARVM ORA.

LAtus alterũ.] Quod ſub plauſtra uergit, Ammiano. Id extenditur à Pyrenæis ad Rhenum uſque. h Tantundem.] Imò ſi Ptol. credis, latius abit. nam Oſiſmiorum litus & Gabeum promontorium, ad quod flexus ille terminatur, aduſque. 51. gradum declinationis procurrit, Celticum autem promontorium intra 47. gradum ſiſtit. Porrò Hiſpania in meridiem flexa, minus alicubi ab æquinoctiali declinat, quàm ipſa, quæ late tamẽ in meridiem procurrit, Italia. Aut reuera tanto oræ tractu egredi rurſum Galliam Pomp. uoluit, quanto propè ipſa Hiſpania à Celtico ad Pyrenæum uſq́; retroceſſerat: quod & ipſum uerum eſt. i Aduerſa.] Contrapoſita, Aquitanico ingenti oceano intermedio. k Ferax.] Extat oratio M. Agrippæ ad Iudęos, apud Ioſephum libro de bello Iudaico. 2. in qua ſitus Galliarum & felicitatis multa mentio eſt, & eximia quędam commendatio; niſi ſuſpicari licet, illum dum

Iudæis pacem, obſequiumq́; perſuadere nititur, pleraq; oratorie amplificauiſſe. Quanquam quid amplius in Galliæ laudibus poſsit aliquis, quàm rerum capiat fides? a Immanibus.] Aut magnis, ut Virg. poſuitq́; immania templa. aut certe ſæuis, ob Druidarum homines immolantium religionẽ. b Frigoris impatiens.] Quemadmodũ uineta, quę crebriora magisq́; feracia in Narbonenſi ſunt. Et Belgicæ magna pars æquo cum Germania tractu in Arctos expanſa, durioris eſt cœli, ac propterea frugum complurium inops, nec infeſta ſerpentibus:

& amœna lucis [a] immanibus, ꝗcquid ex ſatis [b] frigoris impatiẽs eſt ager, nec ubiq; alit, & noxio genere animaliũ minime frequẽs. Gentes [c] ſuperbę, [d] ſuperſtitioſę, aliquando etiã [e] immanes, adeo ut hominẽ optimã & gratiſsimã dijs [f] uictimã crederẽt, manẽt ueſtigia feritatis iã abolitę: atq; ut ab ultimis cędib. tẽperant, ita nihilominus, ubi [g] deuotas altaribus admouere, [h] delibãt; habent tamẽ & facundiã ſuã, magiſtrosq́; ſapientię Druidas. Hi terrę mundiq́; magnitudinẽ & formã, motus cœli ac ſyderũ, & [i] quid dij uelint ſcire, profitentũ: docẽt multa nobiliſsimos gẽtis clàm & diu uicenis annis in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. Vnũ ex ijs, quę pręcipiũt, in uulgus effluit, uidelicet ut forẽt

quæ genuini conſciæ frigoris uicino ſole, auſtroque, q̃ Borea, magis durant. Scribit in eandem propè ſententiã lib. 4. Strab. c Superbę.] Neſcio an etiamnũ illud in Gallijs uitium duret. Quod ad Heluetios attinet, aliosq́; eius regni plurimos, animoſos magis quàm ſuperbos dixerim, uelut Ouid. Pyrrhũ Achilleidẽ animoſum imagine patris uocauit. Quanquam cõfidentis animi propè perpetua comes ſuperbia eſt. Cæterum non ea, quæ omnia infra ſe eſſe putat, ſed quæ urgenti nõ facile cedit, & ſuę conditionis dignitatẽ, uel uitæ periculo tueri audet. Ideoq́; recte ſuperbum dixeris, non qui ſuis fauet; ſed qui ſibi placet, & alios contemnit. Illa ſuperbia Germanorũ legati inſignes apparuerunt, quando Claudij principatu, ut Suet. in eius uita ſcribit, cũ ſimplicitate, tum fiducia, relicto populari poſtliminio, in orcheſtra ſedere ſunt auſi, uirtutẽ & cõditionẽ ſuam nihilo deteriorẽ Parthis & Armenis pręcicãtes: q̊d pereleganter de ijſdẽ adnotauit li. 13. Corn. Tacitus. Quanquam Ammian. 15. li. Celſioris, inquit, ſtaturæ, & candidi penè Galli ſunt: omnes rutuli, luminumq́; toruitatẽ terribiles, auidi iurgiorũ, & ſublatius inſoleſcentes. Lege in Celtico Appianum, & lib. 6. Diodorũ. d Superſtitioſę.] Quantũ mores mutantur, hodie Chriſtiani peculiariter dicuntur, horumq́; reges Chriſtianiſsimi ſibi ſupra omnes titulum uendicant. e Immanes.] M. Cic. in oratione de prouincijs conſularibus, Alpibus, inquit, Italiã munierat ante natura non ſine aliquo numine diuino. Nam ſi ille aditus Gallorum immanitati & multitudini patuiſſet, nunquam hæc urbs ſummo imperio domiciliũ, ac ſedem præbuiſſet. Quo in loco immanitatem Gallis approbat. Sed adnotandũ Romanos authores nullis gentibus in hiſtoria immanitatis uitiũ crebrius obijcere ſolere, quã his, quarũ uirtute ſunt periclitati: Scythę igitur & Parthi, Galli quoq; & Germani, qui Gallorum quandoq; nomine cenſentur, in Romanæ hiſtoriæ monimentis immanitatis accuſantur, quemadmodum perfidiæ Pœni: Pomponius crudelem ſacrificandi ritum taxat, nec aliud intendit. f Victimam.] Plinius primo capite libri trigeſimi. 657. demũ anno urbis Gn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coſs. ſenatuſconſultum factum eſt, ne homo immolaretur, palamq́; in id tempus ſiluit ſacri prodigioſi celebratio. Gallias utiq; poſſedit, & quidem ad noſtram memoriam: nanq; Tyberij Cęſaris principatus ſuſtulit Druidas eorum, & hoc genus uatũ medicorumq́;. Suetonius in Claud. non à Tyberio, ſed Claudio diram hanc immanitatẽ penitus ſublatam ſcribit, nec ſub Tyberio, ſed ſub Auguſto ciuibus interdictum, ne hominem immolarent. Lucanus Heſum & Theutatẽ eorũ uocat numina libro primo: Et quib. immitis placeatur ſanguine diro Theutates, horrensq́; feris altaribus Heſus. Horum Lactantius meminit cap. 21. diuinarum inſtitutionum. Theutatis nomine Mercurium etiam Cicero intelligit. & Liuius ſexto libro tertię Decad. ſcribit, in Hiſpania prope Carthaginẽ nouam montẽ eſſe, qui Mercurius Theutates aliquando dictus ſit. Contra immolandi hominis immanitatẽ ſic libro quarto Silius: Quæ porrò hæc pietas, delubra aſpergere tabo? Heu primæ ſcelerũ cauſæ, mortalibus ægris Naturam neſcire Deum, iuſta itẽ precari Thure pio, cædumq́; feros auertite ritus. Mite & cognatum eſt homini Deus: hactenus oro, Sit ſatis ante aras cæſos uidiſſe iuuencos. De Gallorum uetuſtatis moribus non indigna ſcitu Cœlius libri decimi capite uigeſimoprimo conſcripſit. Lege de Druidis Ammianum. 15. libro, &. 6. commentario Cæſarem, capite ultimo. 16. libri Plinium. Nomen à robore datum, quod Græcis Δρῦς dicitur, cuius uiſcũ mira ſuperſtitione illi coluere. Sunt qui Driudas, non Druidas uocent. g Deuotas.] Victimas. h Delibant.] Morſu ſcilicet, quod abolitæ feritatis eſt indicium. i Quid dij uelint.

Nota. *Germanorum fiducia.* *Ne homo immolaretur, lata lex.* *Heſus.* *Theutates.* *Silius.* *Druidæ.*

Lucanus librō primo: Solis noſſe Deos & cœli numina uobis, Aut ſolis neſcire datur, nemo-
ra alta remotis Incolitis lucis, &c. Ea re factum eſt, ut & futura prędicere fuerint auſi. Nā mor
tuo Vitellio, eum conflagraſſet capitolium, rerum humanarū poſſeſsionē tranſalpinis genti-
Spes futuræ uitæ. bus portendi magno legionū metu canebant, ut libro. 20. ſcribit Tacitus. a Ad bella me-
liores.] Certa enim futuræ uitæ ſpes effecit, ut fragilis uitę cōmoda minoris facerent. Magno
quidē munere priuatur, cui uitæ lux illa ſurripitur. At quia uicturū me alibi certius meliusq;

[a] ad bella meliores, ęternas eſſe animas, uitamq; al
terā ad manes. Itaq; cū mortuos cremant, ac defo
diunt, [b] apta uiuentib. olim negociorū ratio, etiā
& exactio crediti deferebat̄ ad inferos, erātq;, qui
ſe in rogos ſuorū, uelut unà uicturi, libēter immit
terent. Regio, quam incolūt, omnis [c] comata Gal
lia. Populorū tria ſumma nomina ſunt, terminan
turq; fluuijs ingētibus. Nā à Pyrenæo ad Garū-
nam Aquitania, ab eo ad Sequanā Celtæ, inde ad
Rhenum pertinēt Belgæ. Aquitanorū clariſsimi
ſunt [d] Auſci, Celtarum [e] Hedui, Belgarū [f] Treue-
ri. Vrbes opulentiſsimę, in Treueris Auguſta, in

certum eſt, nō adeo grauatè
deſultoriam hanc, ut ſic dicā,
uitæ rationem, quā alioqui
fragilē eſſe uideo, eripi mihi
patior. Quod ad religionem
noſtram attinet, bonis tantū
hæc ſentētia ſuffragatur. Ma
li enim uita defuncti, alibi ui
uere bene nequeunt, quippe
qui uitiorū aſſuetudine etiā
uiuentes mori incœperint.
Grauis Democriti ſententia. Dixit enim Democritus, q̊d
uiuere imprudenter, intem-
peranter, impie, non tam ſit
male uiuere, quàm diu mori.
Prò quàm Chriſtianè & ue-
rè? b Apta.] Idonea, com
moda. Vt ſi rationem nego-
ciorum uiuus non feciſſet, fa
cturum eſſe eum apud inferos illi crederent: ſimili modo & æris alieni diluendi illic locū eſſe
putarunt. Itaq; creditor non dubitauit, mortuo ſibi in mortuum exigendi crediti ius inte-
Comata Gallia. grum fore. c Comata.] Plinius quoq; lib. 4. Gallia, inquit, omnis Comata uno nomine
appellata in tria populorū genera diuiditur, amnibus maxime diſtincta, à Scalde ad Sequa-
nam Belgica, ab eo ad Garumnam Celtica, eademq; Lugdunenſis, inde ad Pyrenæi montis
excurſum Aquitania Aremorica ante dicta. Videtur ergo Comatæ nomen reliquæ Galliæ,
prouincia ſecluſa, cōuenire, id quod antea docebamus. Ptolemæus eam totam Celtogalliam
uocat, ut uno nomine Græci Gallos omnes Celtas dixere: & in Celtico Appia. Senones, qui
urbem incenderunt, Celtas uocauit. Verum ad Ligerim Aquitaniam Ptolemęus finit, ut Bel
gicam ad Scaldin Plinius, diuerſitate nil prorſus offendente. Ammianus Marcellinus. 15. lib.
Melæ accedit. d Auſci.] Plinius. 4. lib. populos Aquitaniæ ſupra. 44. enumerat: potiſsi-
mos uero Aquitanos, à quibus ei parti datum nomen. Eſt & Auſcia ab Auſcis inibi dicta, A-
quitanicę pars, & eorum clariſsimum Eluſaberris aliquando Eluſaticum, tota Aquitania ho
Guienne. die à Gallis Guienne uocatur: in qua & Burdegala Auſonio poëta alumno ciuitas nobilis:
Auſonius. & Arueni populi, apud quos Apollinaris Sidonius natus eſt. Horum monimentis pręclara
Sidonius. Galliæ loca famam habent. nam Moſellam ille uerſu terſiſsimo, hic Martium Narbonē Pha-
leco haudquaquam ineleganti deſcripſit. e Hedui.] A Sequanis non longe diſtantes. Ho-
rum Auguſtudunum Ptolemæo memoratum, & Marcellino lib. 15. quod Autum uernacula
Lutetia Pariſiorum. lingua Galli uocant. Celeberrima eſt hodie Pariſiorum Lutetia, præter cætera gymnaſio ma-
xime inſignis, è quo uiri prodiere tum religione, tum multifaria doctrina inſignes, & merito
quidem Ioannem Gerſonem nominauerim, in quo perditæ per ea tempora eloquentiæ reli-
quiæ quædam eluxere minime temnendæ. Alioqui profuiſſet, tantā artium alumnam urbē
caruiſſe quibuſdam, qui barbariem tanquam poſtliminio reuerſam aſſerere tutariq; conati
ſunt, quam tamen fœcunda rurſum literarum, & merito aurea uocanda ſecula, ut exoticā Scy
thisq; dignam exploſerunt, quando Gallis ſuis lucem attulit ueræ eloquentiæ, & exquiſitæ
Gulielmi Budæi laus humanitatis Gulielmus Budæus Pariſienſis, uir ſupra communem uel literatiſsimorum ho-
die captum eruditus, & ut ipſa indicant doctrinæ ſuæ monimenta, integer uitæ, ſcelerisq; pu-
rus, amansq; æqui & honeſti, quæ dum doctrinę accedunt paulo ampliori, magno in loco ſta
tuenda mihi uidentur. Hunc ſi ex ſuis pleriq; fuerint imitati, non eſt dubium habituram Gal
liam olim barbaram dictam, uiros, qui uel comptiſsimæ Italiæ nulla in parte florentium ſtu-
Eraſmus. diorum dignitate ſint ceſſuri. Quod ipſum & de ERASMO Germano dixerim: ſed de hoc
Treueri. uiro alibi. f Treueri.] Vetuſti ſanè, nomenq; retinentes, nec priſtinæ cedentes famæ, a-
pud quos inſignis olim cognoſcendarum cauſarum P. Romani curia, Treuirorum cogno-
minata, cuius in Floriano meminit Vopiſcus. Refert Ammianus, horum omnium caput ue-
teres Belgas fortiſsimos dictos fuiſſe, ea propter quod ab humaniori cultu lōge diſcreti, nec
aduentitijs effœminati delitijs, diu cum tranſrhenanis certauere Germanis. Aquitani enim,
ad quorum litora ut proxima placidaq; merces aduentitiæ conuehuntur, moribus ad molli-
ciem elapſis, facile in ditionē uenere Romanam. Id obiter notandū, Belgicam Rheno uicinam
Ptole-

Ptolemęo in Germanias diuidi, inferiorem,& quę ab Obrica fluuio, quem Moſellã hodie no minant,initiũ habet,ſuperiorem. Marcellinus lib. 15. ſuperiorem primam Germaniam uocat Moguntiacos, & Vagiones,& Nemetes, & Argentoracos ambientẽ, quorũ hodie nata ſunt nomina,alterã ſecundam Germaniã,quę ab occidentali exordiẽs cardine Agrippina, & Tungris amplis & copioſis ciuitatibus muniatur. Mox primam Belgicam iuxta Treuiros & Mediomatricos: ſecundam autem,qua Ambiani ſunt,& Cathelani,& Rhemi, qui tractus,ut eſt coniectura, hodie in ſuperiorem & inferiorẽ Burgũdiam abſumitur. Supra uero hos omnes Heluetijs adnexos,Sequanos, Biſantios, & Rauracos clariſsimis oppidis celebres,idem author ſtatuit, qui hodie quoq́ bona fœderatorum Heluetiorũ pars ſunt. a Garumna.] Nemo de eo Mela diligẽtius. meminere aliâs multi. Auſonius in Moſella amnium horũ, qui terminos trium faciunt Galliarũ, hiſce duobus uerſiculis perelegan ter meminit, Non tibi ſe Liger anteferet, non Sequana princeps, Matrona nõ Gallis Belgisq́ inter ſita fines. Idem de Garũna: Aequoreæ te cõmendabo Garumnę. Aequoream uero dixit, quod ęſtu oceani, cuius Mela meminit, pariter ſtagnet. b Oceani exæſtuantis.] Sidonius in Panegyri ad Socerum: Qua pulſus ab æſtu Oceanus refluum ſpargit perculta Garumnam, In flumen currente mari, trãſcendit amarus Blanda fluenta latex, fluuijq́ impacta per alueum Salſa peregrinum ſibi uendicat unda profundũ. Idem in Burgij, quæ Pontij fuit, deſcriptione: At cum ſummotus lunaribus incrementis Ipſe Garumna ſuos in dorſa recolligit æſtus, Præcipiti fluctus raptu redit, atque uidetur In fontem iam non refluus, ſed defluus ire. Sunt & alij iuxta plerique amnes, quorum Auſonius in Moſella partim, Sidonius partim, cum alibi meminit, tũ in Panegyri ad Maiorianũ ſic: Rhenus, Arar, Rhodanus, Moſa, Matrona, Sequana, Ledus, Clitis, Claris, Atax, Vacalis, Ligerimq́ bipenni Exciſum per fruſta, &c. De Matrona multa Ammianus. c Si aliò uẽtus.] Tũc enim è contrario agitatu magno impetu undę inſoleſcũt. Nec mirũ ſi ſit inſula, quę reſtagnantibus undis operiatur, q̃d de Antro hic Põponius refert. d Ex loco ſuperiore.] Cũ ſuper eam nauibus uecti in plana deſpiciũt, aliâs nõ niſi latera & ripã cernẽtes. De Santonib. & Oſiſmijs Ptolemæus, Strabo, cęteri. Cæſar li. 2. belli Gallici, eo in litore Venetos, Vnellos, Oſiſmios, Curioſolitos, Seſuiuos, Aulercos, Rhedonesq́ cẽſet, oceanũ attingentes. Sunt & Morini inibi notiſsimi. Geſoriacũ eum hodie eſſe exiſtimat Hermolaus, qui Cluſias uocetur, ſiue, ut uulgus Belgicum nominat, Callys. Ptolemæus certe Geſoriacum à Brugis magno interuallo ſeparat. e Rhenus.] Omnium Germaniæ amnium celeberri-

Germania inferior et superior. — *Duplex Belgica.* — *Garumna.* — *Oceani æstus.* — *Rhenus.*

Heduis Auguſtudunũ, in Auſcis Eluſaberris. a Garũna ex Pyrenęo mõte delapſꝰ, niſi cũ hyberno imbre, aut ſolutis niuibus intumuit, diu uadoſus & uix nauigabilis fertᷓ: at ubi obuius [b] oceani exęſtuãtis acceſsib. adauctus eſt, iiſdẽq́ retro remeantibus ſuas illiusq́ aquas agit, aliquantũ plenior, & quãto magis procedit, eo latior fit, ad poſtremũ magni freti ſimilis, nec maiora tantũ nauigia tolerat, uerũetiã more pelagi ſęuiẽtis exurgẽs iactat nauigãtes, atrociter utiq́, [c] ſi aliò uẽtus, aliò unda præcipitat. In eo eſt inſula Antros nomine: quã pendere & attolli aquis increſcẽtibus ideo incolę exiſtimant, quia, cũ uideatur editior, aquis obiacet, ubi ſe fluctus impleuit, illã operit, nec ut prius tantũ ambit: & q̃d ea, quib. ante ripę colleſq́, ne cernerent, obſtiterãt, tũc uelut [d] ex loco ſuperiore perſpicua ſunt. A Garũnæ exitu latus illud incipit terrę ꝓcurrẽtis in pelagus, & ora Cãtabricis aduerſa litoribus, alijs alijſq́ populis media eius habitãtibus, ab Santonib. ad Oſiſmios uſq́ deflexa: ab illis enim iterũ ad ſeptentriones frõs litorũ reſpicit, pertinẽtq́ ad ultimos Gallicarũ gentiũ Morinos, nec portu, quẽ Geſoriacum uocãt, quicquã habent notius. [e] Rhenus ab Alpib. decidẽs, propè à capite duos lacus efficit, Venetũ & Acroniũ: mox diu ſolidus, & certo alueo lapſus, haud ꝓcul à mari huc & illuc diſpergitᷓ: ſed ad ſiniſtrũ amnis etiã tum &, donec effluat Rhenus ad dexteram, primo anguſtus, & ſui ſimilis, poſt ripis longè ac latè recedentib. iã nõ amnis, ſed ingens lacus, ubi cãpos impleuit,

celeberrimus, ab ĳſdem propè Alpibus decidit: è quarū iugis non adeo magnis interuallis, in meridiē fluens Abdua, Atheſis in ortum, in occaſum Rhodanus, ipſe uero maximus Rhenus in ſeptentrionē elabuntur. Hic quidem à primo fonte modicus uagusq; eſt, mox riuis utrinq; uenięntibus auctior ualido fluxu cōfœderatos Rhetos & Heluetios diſterminat. A Borea in uallem ſui nominis elapſus, oras abluit bellicoſarum gentium, nec infœcundos præterit optimi uini cliuos, ab auſtro montium prærupta, quæ ſolem brumalem, aut orientē, aut *Lacus Acronius.* alto ſitum haud facile admittāt, late proſpectans. Lacū Acronium gemino alueo ingreditur, quorum alterū uetuſti Rheni cognomine uocant accolę, paluſtri effigie adeo tardum, ut quā in partem eat, uix obſerues: alterum Rheni nomine, plenis ripis, tanta ui undas emittentē, ut candidus amnis fluxus, ſuum inter cœruleas lacus undas iter in multā à litore diſtantiam retineat. De Acronio & Veneto in ea epiſtola, quam ad Agricolam noſtrum aliquando ſcribebamus, ſatis dictum. Solinus Brigantinum, Ammianus Brigantiæ lacum, à Brigantia uetuſtiſsimo oppidulo nominauit. Id adhuc haud longe à Rheni oſtĳs meridiem uerſus priſti- *Marcellinus.* na lacus litora tenet. Libet uero Marcellini uerba adſcribere, quæ quantum è corruptiſsimis exemplaribus colligere potui, ſic habent: Inter montium celſorum anfractus impulſu immani Rhenus decurrens extenditur, qui penes Alepontios in deciduas cataractas inclinatione pernici, ut Nilus, funditur, torrens ab ortu protinus primigenio, copĳs aquarum proprĳs irruit curſu ſimplici: iamq; adiutus niuibus liquatis ac ſolutis alta diuortia riparum abradēs, lacum inuadit rotundum & uaſtum, quem Brigantiū accola Rhetius appellat, quadringenta & ſexaginta ſtadia longum, pariq; penè ſpacio late diffuſum, horror ſqualentium ſyluarum inacceſſum efficit, niſi qua uera in Alemania uirtus, & ſobria uita compoſuit locum, barbaris & natura locorum, & cœli inclementia refragante. Hanc ergo paludē ſpumoſis ſternendo uerticibus amnis irrumpens, & undarum quietem permeans, mediam uelut funali interſecat libramento, & tanquā elementum perpetua diſcordia ſeparatum, nec aucto, nec imminuto agmine, quod intulit, uocabulo & uiribus abſoluitur integris, nec cōtagia deinde ulla perpetiens, oceani gurgitibus intimatur, quodq; eſt impendio mirū, nec ſtagnum aquarum rapido tranſcurſu mouetur, nec limoſa ſub colluuie tardatur properans flumē, & confuſum miſceri non poteſt corpus. quod niſi ita agi ipſe doceret aſpectus, nulla ui credebatur poſſe diſcerni. Hactenus Ammianus. Cuius tēporibus lacum eum nō adeo oppidis fuiſſe celebrē exiſtimo, *Acronĳ latitudo & longitudo.* atq; hodie eſt. Sed in hoc decipitur, etiam ſi ipſe uiderit, quod propè tam latum eſſe ait, q; eſt longus. Cōſtat enim 12. millia paſſuū, ubi latiſsimus eſt, nō excedere, cum longitudinē habeat paſſuum nō minus .24. milliū. Longe aūt falſiſsimum eſt, àquę eum eſſe limoſę, cuius colluuie Rheni undæ uidelicet nec tardentur, nec inquinentur. Quanquam hodie ſunt, qui amnis undas reliquis impermixtas medium Acroniū traĳcere è uulgi ſententia ſibi perſuaſerūt: quod non eſſe obſeruaui, etiam ſi ab oſtĳs paulo ampliori impetu, quod grandia ubiq; flumina ſolent, ſeſe immergit. Quod ad oram attinet, omnia hodie uinetis pomarĳsq; cultiſsima ſunt, *Oppida Acronĳ.* paucis in locis planicies litorum mollior, ſcirpo & arundine ſterilis eſt. Oppida Brigantium uetuſtiſsimum cum amne & arce comitū de Monteforti. de oppido ſic Vualaphridus medię ętatis author nō ignobilis, Locus, inquit, eſt antiquæ ſtructuræ, ſeruans inter ruinas ueſtigia, ubi terra pinguis, & fructuarĳs prouentibus apta, montes per gyrum excelſi, eremus uaſta & imminens, oppido planicies copioſa. Et infra paulo, Nomē, inquit, eius Brigantiū: Lindauiū in inſula ſitū, opportuniſsimo portu, & claris ædificĳs nobile. Hydropurgū pagus infra eſt, nomen dedit eius loci alumnus Rudolphus noſter Agricola. Mox oppida, quę latine non facile protuleris, Longonargū cum amne, Buchorna, Merſburga, quę antiſtitis eſt Cōſtantienſis. Is erat, dum ſcribebam, Hugo de Landenberg uetuſtiſsimę ex Heluetĳs proſapię præſul. Mox Vberlingum. Altero uero in litore citra Rhenum omniū clariſsima opibus, dignitate, *Conſtantia.* & magnitudine Cōſtantia, ſupraq; eam in ora propè media Arbona cum arce, antiquiſsima illa & diui Galli morte nobilitata. Non longe uero ſupra Rheni oſtia in eius ripa ſitum oppidulum Rhinegum, Comitū quondā eius nominis, nunc à multis annis, Heluetiorum. Prætereo pagos plurimos, aliaq; ſcitu memoratuq; digna, quę referre alius operæ fuerit. Ab Arbonæ litore occaſum uerſus paſsibus plus minus octo millibus, intra mōtana non admodū *Oppidum ad ſanctum Gallum.* ſylueſtria, nec infœcunda, oppidum extat imperiale ad ſanctum Gallū cum cœnobio ſectæ diui Benedicti, ueteri doctrina quondam & eximia ſanctimonia celebre, hodie opulentū, & ſtudĳs ad opes conuerſis magno potentatu uiſendum. Cui Gallus quidā è Scotia profectus, originem prębuit, uir tam uitæ ſanctimonia, quàm rerum omniū contemptu, & ſpontaneæ paupertatis uoto clarus: qui annis retro ferè nongentis à Rhetorum oppidulo peruetuſto Brigantio digreſſus, cum in montana abĳſſet, eremi quærendę gratia, in luco deſerto antea feriſq;, & ſyluarum aſperitate horribili, tenuibus iactis fundamentis (tam exilia magnarū rerum exordia eſſe ſolent) urbi cū primis celebri neſcius ac nolens auſpicatiſsimū initium prę- *Vadiani patria.* buit. HAEC dulcis patria noſtra eſt, hæc familię Vadianorū non uno ſeculo beneuola & munifica nutrix eſt. Debeo igitur tantæ altrici cùm publico gentis nomine, tum obligatione priuati debiti. Cui enim non ingrato nec ignobili patrię facies iocunda nō ſit? cui non dulce natale ſolū? ea maxime gratia quòd genuit, quòd educauit. Ac ne quis amore me magis

quàm

quam ſtudio ueritatis motum, ut plura de ea referam, exiſtimet, ab omnibus prorſus hoc in
loco præconijs abſtinendum cenſui. Alio in opere conati ſumus, & porro, ubi poterimus, co-
nabimur, ne quis erga patriam ingratos non fuiſſe aliqua in parte obijcere queat. Quod ſi lo-
ci cõmoditatẽ ob montes, ob flumina, ob aëris gratiſsimã ſalubritatẽ, & cœli affluxũ minime
noxium, ſi ciuium religionem, prudentiam, æquitatem, humanitatem, belli paciſꝗ admini-
ſtrationem, nõ ſatis pro rei dignitate retulero, ſi ſtudia probatiſsima, & famigerata per Euro-
pam mercimonia, non fuero pro dignitate cõſequutus, ueniã mihi poſteri dabunt, quod pri
mus illa fuerim auſus, quandoquidem in magnis, ut Propertius ait, & uoluiſſe ſat eſt. Et ple-
riꝗ qui poſt me alij erũt in annis, noſtra audacia ducti fortaſſe meliora proferẽt. Quorũ e nu
mero futurũ ſperamus Melchiorẽ Vadianum fratrẽ noſtrum ea etiamnũ iuuenẽ indole præ- *Melchior Vadianus.*
ditũ, ut polliceri mihi auſim, modo bonus genius uitæ dux fuerit, cõſarturum eum poſt nos
quicquid diſparibus ſtudijs occupatæ uires noſtræ inabſolutum ediderint. IVXTA patriã *Heluetij.*
intra Rhenum & Rhodanũ Heluetij ſunt, quibus & ipſis paginę noſtrę debetur locus. Libe-
ri illi hodie, & ſuis iuſti legibus, armis uiam faciunt, ubi aut religioni, quam peculiariter ob-
ſeruant, aut æquitati ſuus non datur locus. Bellicoſiſsimi uero, & quod in armorum ſtudio
raro alioqui cernitur, mire humani & manſueti, peditatu adeo ualidi, ut herbã uel uictores
præbeant. Nulla his mora, quin uel paratiſsimo ad uictoriam hoſti pugnæ faciant copiam.
Ex æquo certatur, quoties ea defenduntur, quę publicis cõſilijs decreta ſunt. Nihil autem re-
fert, pauper an diues, plebeius an imaginibus clarus quis ſit, iuxta uitæ mortiſꝗ periculum
omnibus eſt, ne queri quis poſsit eandẽ aleam fortibus uiris pari ſorte non ludi. Vtinam au-
tem ſecura doli fiducia cautius quandoꝗ de ſe periculum faceret. Nimius nonnunquã (pace
meorũ Heluetiorũ dixerim) nimius eſt impetus, nec eſt ſatis ualere uiribus, niſi ipſis magna
induſtria utaris. Haud fruſtra Palladẽ, galea, ægide, & haſta armatã uetuſti, hoc eſt, doctiſsimi
poëtæ finxerũt, cũ ſit cõpertũ in bello plurimũ quidẽ loci uirib. eſſe corporis. Cæterũ multo
præſtantiores eſſe in quo ſuis uſus, ſi eædẽ rationis frenis obtẽperent. Id quod in Heluetiorũ
caſtris alioqui peculiariter, & nullo neſciẽte ſolet retineri. Verũ ſemel iterumꝗ peccaſſe quid
obſit? Errare turpe uidetur. eſto: at certe nulla ſolida ſine errore uirtus. Tunc enim cautius ſa
pimus, quũ uirtutis amorẽ nobis cõmiſsi errores peperere. Nec eſt in toto inquirẽdę pruden
tię genere maior uirtutis fomes, quàm quũ ſæpe errando, ſępe periclitando, ſine magno incõ
modo noſtro tandẽ, quid pro ſalute agendũ ſit, cernimus. Quorſum hæc? quũ Heluetiorũ ex *Pugna Heluetiorum cum Gallis.*
officio memini, pugna mihi incidit ea, quę anno ab hinc tertio prope Mediolanum multorũ
ſanguine incruduit. Quãdo in euidentiſsimũ admirãdę fortitudinis præſtandũ de ſe indiciũ,
Helueticus exercitus nihil cõſtanti ꝓditionis rumore territus, ſine equitatu, nec totus, nec or
dine, ſine ducibus, ſine die, imminente iam ueſpere, ſubito tumultu, Gallorũ inſigniũ, immo
Germanorũ, Hiſpanorũ, Vaſconũ, Venetorũ, nullis nõ uigilijs, nullis nõ tormẽtis, nullis nõ
foſsis munitas copias, unis in caſtris, tãta alacritate adoriri eſt auſus, ut ſingulari uel ipſi hoſti
ſpectaculo fuerit, pepereritꝗ ea res ingentẽ terrorẽ. Quo in loco, quod in feruida pugna pars
Heluetici exercitus profligata eſt, eruperunt uelut ex equo Troiano uiri non indocti, qui tan
quam ad Triarios res Heluetica iam inclinaſſet, Gallorũ potentiſsimo regi Franciſco, neſcio
an munerũ captandorũ magis, an ſtudij ueritatis gratia, cõgratulari nõ plane modeſtis nume
ris utcunꝗ uoluerũt. Nimirũ quod inauditũ eſſet ceſsiſſe Heluetium, aut quod hæc res, quę
nulli olim imperio, nulli regno nõ contigit, quod Heluetijs cõtigiſſet, digna memoratu uiſa
eſt. Nec enim facile dixerim, quantã inuidiã eius gentis felicitas paſsim nutriat. Sed nõ licet,
inquis, gratulari? licet utiꝗ. Et magnum eſt candidi amoris teſtimonium, lętari ex pectore,
quoties his, quos amas, bene ſucceſſerit. Verum contemnere faſtu quodã, & maledictis laceſ-
ſere, quid aliud eſt, quàm publicis perturbationibus fidelia fundamenta iacere? Nemo Hel-
uetius Ludouico ampliſsimo Gallorum regi eſt congratulatus, quãdo ad Idus Maias Anni. *Venetus exercitus profligatus.*
1509. inter Caſſanum, Triuium, & Riuoltam ſiccam oppida Venetum exercitum fudit, fuga
uitꝗ, decem amplius millibus deſyderatis, ut tertio libro an. lect. ſcribit Cœlius, idꝗ Helue-
tici roboris cum primis opera. Abſit autem ut quiſpiã noſtrum non agnoſcat, cõmunẽ hanc
eſſe regnorũ & imperiorũ ſortem, ut uincere & uinci, prout iuſſerit quandoꝗ fortuna, tranſ-
laticium ſit. Cedimus enim (ut Perſij uerbis utar) inꝗ uicẽ præbemus crura ſagittis. Audio
uero & alios eſſe, ꝗ neſcio quã Iliada edituri ſunt, ꝓ gloria illi agẽt etiã ſua, ſi ueritatẽ hiſtorię
ducẽ cõſtituent, ſin aũt aut amori tribuent quicquã, aut odio indulgebũt, audient male: nam
niſi me fallit animus, multi erunt inter Heluetios Scęuolę, qui olim in publicę huius inuidię
flammas ſeueri ſtili manum inijcient. Adeo enim durum nobis cœlum nõ eſt, ut perſuadere
ſibi quis debeat, Latias Muſas amœnos Alpiũ receſſus nõ aliquando petituras. Quod ad pu
gnam attinet, ſcio quàm fortiter Gallus, ꝗ cõſtanter Germanus cõgreſſus ſit. Veſpere quidẽ
utrunꝗ uicerat Heluetius, niſi pugnę nox abfuiſſet. Mane ſequẽtis diei cum diu præliũ anci-
piti alea cõmitteretur, Gallus uictoriã retinuit: magna ibi ſeueritate decertatũ eſt, & multæ
utrinꝗ generoſę efflatę animæ, multũꝗ ab utraꝗ cruoris parte datũ, atꝗ utinã alterutri alio
quopiam periculo aut uincere, aut uinci datum fuiſſet: caſus enim fortiũ uirorũ, quicũꝗ illi
ſint, me miſeret. Heluetius quidẽ pręter uires in lacertis poſitas nihil habuit reliqui, quo in

hoſtem impetũ facere potuiſſet. Id enim à patribus maioribusq́; ſuis habẽt, ceu gentiliciũ,ut
magis uirtute contendant,quàm aut dolo,aut inſidijs nitãtur.Nulla erant tormẽta,&,ſi quæ
fuiſſent, nullus erat uſus, puluerẽ corruperant foſſę aquis plenę toties ſuperandę. At Gallus
equitatu & tormentis tota nocte in Heluetiũ adparatis, non alio uicit magis. pauci enim ex
noſtris pugna comminus facta cæſi ſunt, incautos tormenta rapuere, quæ fugiturus miles,
dum nullo ordine in latera hinc & inde diſpaleſcit,urgentem in equitem incidit, ubi coit rur
ſus, rurſum conferta diripiũt
tormenta,eaq́; immani neceſ-
ſitate factum eſt, ut multa cla
de accepta (quinq; enim mil-
lia deſyderata ſunt)cedere ſen

[a] **Fleuo dicitur, eiuſdemq́; nominis inſulã ample xus fit iterũ arctior,iterumq́; fluuius emittitur.**

ſim Heluetius fuerit coactus. Quo primum tempore,quod in hominum memoria ſit,Helue
tica acies inclinari uiſa eſt. Neutiquam autem illa refero eo animo, ut aut noſtratium proban
dam temeritatem,aut hoſtium uerſutiam incuſandã putem,tanquam belli iure illa aut amiſ-
ſa,aut parta uictoria non fuerit, Dolus enim an uirtus (ut Virg. ait) quis in hoſte requirat?
ſed multo magis, ut rebus actis ſua fides conſtet. Porrò bene habent res noſtræ, hoſti pulſo
Franciſcus Gallorum rex. uictor inſigne præbet compertę uirtutis teſtimonium. Scimus Franciſcum potentiſsimum
Galliarum regem, poſt uictoriam illam ſuam pari clade cruentam, eueſtigio legatos miſiſſe
pacis gratia cum Heluetijs ineundæ: quam ægre impetratam ſepties centenis millibus ſcu-
tatorum ſole inſignium perſolutis ſtabiliuit. Ea noſtratiũ clades eſt uidelicet,quando uictis
Heluetijs id obtigit,quod paucíſsimi uictores conſequi ſolent. Sed nimium digredior,reuer
Oppida Heluetiorum potiora. tamur ad inſtituta. Oppida Heluetiorum fœderatorum potiſsima ſunt Tigurum, cum ſitu,
tum potentia inſigne, Berna,Lucerna,Baſilea,Friburgũ,quod Auantici nomine uocari mul
torũ hactenus ſententia creditũ eſt, cæterum uernacula uox liberam ciuitatẽ ſignificat,Solo-
turris uetus,Schafhuſia,& trãs Rhenũ,dum hęc ſcribebã,perpetuo fœdere ſocia facta Rotuui
la. In montanis altioribus pagi quidem ſunt,ſed qui uetuſtam illam,& imperiorum altricem
parſimoniam,atq; uirtutem adhuc retineant. Extat de his non inelegans catalogus ab Hen-
Henricus Glareanus. rico ſcriptus Glareano,& nuper Oſualdi Myconij Lucernatis commentariolis haud quaquã
indoctis illuſtratus. Illud non præterierim, Heluetios Romanis iam olim fœderatos fuiſſe,ea
Heluetiorum laus. tantum conditione adiecta, ne in ciues reciperentur, ne quis hodiernum libertatis ſtudium
aut nouum eſſe his gentibus,aut prorſus tale quid permitti eis non debeat, occlamet. Memi
nit eius fœderis in oratione pro Cornelio Balbo M. Cicero. Illud fortaſſe miretur quiſquã,
nullam hodie ciuitatem eſſe ſuis uiuentem inſtitutis & legibus,in orbe Chriſtiano, ad quam
crebriores maximorum principum legationes uiſantur: neque hodie gentẽ eſſe ullam ,quæ
grauioribus ſtipendijs foueatur,maiori principum cura ambiatur,pluribus fœderum condi
tionibus inuitetur,parte quidem ut proſint,parte ne noceant,adeo magnis regibus non pol
licitationibus tantum, ſed Græca etiam, quod dici ſolet, fide in eos munificis. Proinde uide-
mus eſſe, qui alienæ felicitati inuidentes, non deſinant ruſticos Heluetijs mores, uictum ari-
dum, horridam atque incultam uitam obijcere, non admodũ memores his uirtutibus,quas
uitiorũ opinione ſuggillare pergunt imperia creuiſſe,uictorias partas eſſe,leges ſanctas, & a-
uitos mores ſumma ſeueritate retentos fuiſſe, ambitione & auaritia atrocibus ciuitatum pe
ſtibus neglectis. Vere enim non minus quàm eleganter M. Cicero in diſerta illa oratione,
quam pro Roſcio habuit, uitam ruſticam, quam per contumeliam Erucius agreſtẽ uocabat,
parſimoniæ,diligentiæ,iuſtitiæq́; magiſtram eſſe dixit. Hanc tantum abeſt,ut in noſtris uitio
dandam exiſtimem, ut uehementer etiam optem ne nos recentibus uicta moribus illa deſe-
rat, & luxui omnia hodie tentanti,ſimulq́; auaritię uarijs ſcelerum notis aſperſæ, facile locum
cedat,ueterum nimirum cum conſtantiam,tum innocentiam unice ſeruatura. a Fleuo di
citur.] Plin. 15. capite libro 4. alterum oſtiorum Rheni Fleuum, alterum Helinũ appellatum
ſcribit. Per Fleuum ad ſeptentrionẽ in lacus effunditur, à latere occiduo in Moſam corriuat,
ea parte Vualis dictus,libro 4. belli Gallici Cæſari, medio inter hæc ore modicum nominis
ſui cuſtodiens alueum. Cornelius Tacitus libro tertio. Fleuum caſtellum eſſe ait prope Rhe-
ni in oceanum exitum,in quod Olemius infenſos fuga Phryſios prętuertit,à quo aut ſumptũ
nomen, quod alueo daretur,aut certe mox ab alueo natum retentum eſt. Maro Aeneid. 8. bi-
cornem Rhenum à claris oſtijs duobus dixit,uno Romanum olim imperium terminante,al-
Batauorũ inſula. tero effluente per barbaros,ut inibi Seruius ait. Intus nobiliſsima Batauorum inſula eſt, Ger
maniæ attributa Plinio,& Cęſari,etiam ſi Tacitus libro uigeſimo exiguam Galliarũ portio-
nem uocat. Eſt hæc uetuſtiſsima rei militaris fama inſignis, tum clara hodie, ut ego iudico,
Eraſmus Roterodamus. E R A S M O Roterodamo alumno, multifariam erudito homine, tum & græcarum & lati-
narum literarum peritiſsimo, in quo natura ſatis indicauit Germanorum ingenijs nihil de-
eſſe,modo ſtudium ac diligentia non deſit, quo minus Græcè Latineq́; ita proficiant,aut cer-
Rheni oſtia. tare cum linguarum indigenis uel de palma queant. Quod ad Rhenũ attinet, inquit Cæſar
multis eum capitibus in oceanũ elabi. Cæterũ de duob. oſtijs receptior ſententia eſt. Claud.
in Alarici uictoria, Te Cimbrica Tethys, Diuiſum biſido conſumit Rhene meatu. Tacitus

Auguſtæ

Auguſtę hiſtorię li.2. Rhenus, inquit, uno alueo cõtinuus haud modicas inſulas circũueniẽs, apud principiũ agri Bataui uelut in duos amnes diuiditur, ſeruatq; nomẽ & uiolentiã curſus, qua Germaniam pręuehitur, donec oceano miſceatur, ad Gallicam ripam latior, & placidior affluens: uerſo cognomento Vahalem accolæ dicunt: mox id quoq; uocabulum mutat Moſa flumine, eiuſq; immenſo ore in oceanum effunditur. hactenus Tacitus. Cæſar igitur Vualin uocat, Tacitus Vahalin, eundem alueum, tantillum librariorum credo oſcitantia, in uno tantum nomine literarum uariatis apicibus.

GERMANIA.

GErmania hinc ripis ei9uſq; ad Alpes, à meridie ipſis Alpibus, ab oriente [b] Sarmaticarũ confinio gentiũ: qua ſeptẽtrionem ſpectat, oceani litore obducta eſt. Qui habitant, [c] immanes ſunt animis, atq; corporibus, & ad inſitã feritatẽ uaſte utraq;

GERMANIA.

GErmania. Albertus magnus à meridie Danubio Germaniam ſuã terminari ſcribit, in ea ferè ſententia Ptol. fuit: Agrippa à Danubio menſus eſt, ut ipſe Pli. indicat, qui tamen Rhetos, Vindelicos, Noricoſq; non omnino ſeiungit. Strab. ſeptimo libro id tradit, quod Pomponius. Quod ſi proprios limites obſeruare libet, intra Rhenum Danubiumq; Germania eſt: ſi gentium migrationem, & linguæ commercium attendimus, rectius Alpibus à meridie, nec omnino ab occaſu Rheno terminabitur. Sũt qui magnam uocant eam, quæ intra Rhenum, Danubium, & Iſtulam eſt: reliquam trans Rhenum Galliæ contiguam, ut diximus, in inferiorem diuidunt, & ſuperiorem, huic totum tractum adnumerantes, qui intra Alpes & Danubiũ uſq; ad Pannonas protenditur. Tacitus, Germania, inquit, à Gallijs Rhetijſq;, & Pannonijs Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Daciſq; mutuo metu & montibus ſeparatur. Diuus Ambroſius .2. Hexaëmeron ſcribit, Rhenum memorandum Romani imperij aduerſum feras gentes murum fuiſſe, ut haud obſcure, quanta rerum omnium uiciſsitudo ſit, uel ex hoc ipſo intelligere queas, quod pleno hodie maieſtatis nomine in feras illas uidelicet gẽtes translato, principium imperij cernere eſt, ubi uel Ambroſij ætate ditionis Aquilarum finis erat. *Imperium tranſlatum.* b Sarmaticarum.] Quas & Scythicas dictas conſtat, ipſamq; Sarmatiam Scythiam, ideo Plin. 15. cap. octaui, Germaniã conterminam Scythiæ fecit. Idem quarto libro, Scytharum nomen uſquequaq; in Sarmatas, & Germanos tranſijſſe author eſt, cui ſententiæ multis Strabo locis ſuffragatur. *Sarmatia Scythia dicta.* c Immanes.] Inſignium uirium, animoque ad arma cruoremq; prompto: tales Romani immanes frequenter dixere: utpote in quibus corporis robur quidem fuerit, uerum animus rudis, & ad arma magis, quàm artes promptus. Nam à uirtute & humanitate alienos eos fuiſſe Tacitus negat, etiam ſi ſylueſtri habitu, & uiuendi acerba quadam parſimonia naturæ modeſtiam ſatiarunt. Nam ut Cæſar tradit, à principio quarti commentarij, cum à reliquo luxu, tum uino maxime abſtinuerunt, nec ad ſe importari ſiuerunt, quod ea de re ad laborem ferendum molleſcere homines atque effœminari arbitrabantur. *Cæſar.* Addit Tacitus, auri eos & argenti maximarum peſtium fuiſſe ſpretores, tardamque uenerem admiſiſſe, nec alia in re magis quàm pecuaria ſuas ſtatuiſſe opes. *Tacitus.* Idem indigenas putat, minimeque aliarum gentium aduenis, & hoſpitibus mixtos, nec earundem connubijs infectos, propriam, & ſyncerain, & tantum ſui ſimilem gentem extitiſſe. *Germani indigenæ.* Id eueniſſe puto, partim modeſtia gentis, quæ nulla externa miraretur, partim fortitudine, qua appetentes ſe facile retuderunt. Ideoque & linguam, qua hodie utuntur, uetuſtiſsimæ illi non omnino abſimilem eſſe crediderim. nam nec ductis colonijs, nec hybernis latinarum legionum ſparſim habitis, nec planè Romana ditione alios mores, alia uerba propagante, uitiari potuit: id quod Gallijs Hiſpanijſque accidit. Nunquam enim tota ab aliqua externa gente uicta eſt. A Romanis quidem, in quos hoſtilem hæc geſsit animum, ut Strabo ſcribit, crudeliter petita, & non ſemel inuaſa eſt; quodq; miſeris, Mauris, Oſdrœnis, & Parthis ſagittarijs contra eos eductis, quod in Maximinis Capitolinus indicat, cæterum magna ſemper audaciæ pœna, & potiſsime Auguſti temporibus trium legionum clade, ut tradit Suetonius. Carbonem Caſsium, Scaurum, Aureliũ, Seruilium Cepionem, Manlium, magnos imperatores interim cæſos, interim fugatos mitto. Id addiderim, Romanos poſt ſexcenteſimũ &.40. conditę urbis annum Germanorũ arma in Cimbris primum omnium cognouiſſe: à quo tempore ad Traiani Imperatoris alterum conſulatum anni .200. &.10. computantur, ut Tacitus aſſerit, quibus annis Germania non uicta, ſed petita eſt. *Germania quando Romanis cognita.* Medio uero tam longi æui ſpacio, inquit Cornelius, multa inuicem damna. Nõ Samnis, nõ Pœni, non Hiſpanię, Gallięue, ne Parthi quidem ſæpius admonuere, quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorũ libertas. Hæc Tacitus. Hodie moribus mutatis molliores facti ſunt, & externũ deuictarum gentiũ luxum paulatim, ut fit, admiſerunt. Nec id quidem

Alpes Germanis contra externam mollitiem oppoſitæ.

Alpes ipſæ, quib. ſepſiſſe noſtros contra extrariæ molliciei illecebras natura uidebatur, quãuis altis iugis impedire potuere, niſi forte prius in Gallias Romani mores, mox trans Rhenum in Germaniam graſſati ſunt. Mirum uero non amiſſam priſtinam fortitudinem, quam etiamnum conſtantiſsime retinent. nuſquam enim non eſt bellicoſa gens. Et è Sileſia (ut hodie nominantur) Boiemia, Norico, Saxonia, Dacia, Noruegia, Baioaria, Vindelico, Heluetico, Rheticoq́ꝫ tractu: è Sueuia, Pomerania, Vueſtphalia, Alſatia, tum & toto illo oceani litore, quod intra Rhenum & Iſthulam eſt, uiri agunt, quos omnibus collatos gentibus, non ueteri tantum militiæ fama, ſed propria uirtute, & recenti fortitudine præſtare & uincere uideas: ut non fruſtra in Germaniam, uelut Aſylum quoddam delegiſſe ſibi Imperium Romanum, inque ea ſedem poſuiſſe uideri cuipiam debeat.

Germania græcas & latinas literas colit.

Id uero laudandum, quod græcas latinasq́ꝫ literas eximie colere cœpit, magiſtra Italia, è cuius ſcholis doctrinarũ allatus eſt ſplendor. Secundum eos autem, quos ante retuli, nominare libet Ioannem Capnionem, Bilibaldum Pirkhaymerum, præſtantes utraque lingua uiros. Addo è multis BEATVM Rhenanum, Huldrichum Zuingliũ, Philippum Melanchtona, Ioannem Alexandrum Braſsicanũ, Iacobum Ceporinũ, Henricum Glareanum, Nicolaum Gerbellium, Caſparem Vrſinum Sileſium nobilẽ poëtam, cuius illud extat ad me aliquãdo ſcriptũ in germanicas literas Eulogiũ.

Itala Cecropia cum Pallade Pallas obibant
Paßim Theutonici culta Lycea ſoli.
Altera uix magno in Latio, uix altera docta
Se tantum Cecropis ſenſit in orbe coli.
Atque nouem Phœbo uiderunt auſpice muſas,
Gorgonei ſacras pandere fontis aquas,
Et iuuenes duplici texentes carmina lingua,
Attica Romano iungere mella fauo.
Admirata prior Græca, inquit, Athena, uolauit
Huc etiam alato Calliopea gradu?
Vnde nouum hoc ſtudium? bello gens dedita Martis
Temperat Aonijs claßica ſæua modis?
Auſonis hæc contrà. poſt debellata Quirini
Mœnia Sueuorum Vandalicaq́ꝫ manu,
Paulatim ingenij cepit Germania cultum,
Atque tuo atque meo claruit eloquio.
Et merito, imperium qui tranſtulit, illicet artes
Transferat ingenuas, eloquijq́ꝫ decus.
Sic ego Romulidas inter, dum regna manerent,
Inter Cecropidas maxima tu fueras.
Hanc ſibi regna modo uſurpant uictricia laudem,
Quæ claudunt dominis Rhenus & Hiſter aquis.

Germani unde dicti.

Vnde autem Germani dicti ſint, non conuenit inter pleroſque. Sunt qui à uernaculo ductum uocabulum putent, quod Gar man illi totum uirum nominant, atque hinc dictos ab inſigni fortitudine ſibi perſuadent. Cui opinioni ut non refragor, ita non accedo: quanquam in uocabulo Alemannus nõ dubitem, quin è barbaro Germanoq́ꝫ in latinam linguam illud abierit: unde Lemannum lacum uocare uoluit Albertus, quem ſupra Acronium Pomp. nominat. iuxta enim habitarunt Alemanni toto in litore, quod ex Alberto & Ammiani libro decimoquinto planè conſtat.

Strabo.

Strabo libro ſeptimo ueriſimilius, Trans Rhenum, inquit, in ortum uergentia Germani colunt, nationem Gallicam pauliſper imitantes, & feritatis abundantia, & proceritate corporum, & colore flauo, &c. Ideo Romani hoc illis nomen iure indidiſſe mihi uidentur: perinde ac eos fratres legitimos Gallis eloqui uoluerint: legitimi nanq́ꝫ fratres Romano ſermone germani intelliguntur.

Tacitus.

Tacitus non à Gallorum cõſonis moribus, ſed ab eiuſdem gentis natione, quæ Gallis pulſis, Rhenum traiecerit, nomen ortũ ſcribit. Eius uerba ſunt hæc, Cæterum Germaniæ uocabulum recens & nuper additum, quoniam qui primum Rhenum tranſgreſsi Gallos expulerunt, nunc Tungri, nunc Germani uocati ſint: ita nationis nomen, non gentis eualuiſſe paulatim, ut omnes primũ à uictore ob metum, mox à ſe ipſis inuento nomine Germani uocarẽtur. Hæc Cornel. At ſi Romana dictio eſt, & adeo ſero cogniti eis Germani ſunt, neceſſe eſt aut uernaculũ latino conſonum nomẽ habuiſſe, quodcunque illud fuerit, ut hodie ſe maxime Bruder uocant, quod Germani uocabulo reſpõdet: aut certe Germanos dictos, ſiue quod & ipſum tritum eſt Lantzman, quo moti Romani Germanos dixerint: aut ante aliud habuiſſe nomen, quale fuerit, quærendũ relinquatur: niſi quis Rhenos ab amne, ut ſępe fit, dictos uelit: quod certe & Stephanus indicat. Minime uero

meo iu-

meo iudicio male de his ſentiendum eſt, qui quacunque diligentia populorum noſtratium
locorumq́ꝫ uocabula, etymo reddito, à ueteri & inuiolato uernaculæ linguæ uſu deriuãt: cum
idem in Libycis, Scythicis, Mœdis, Aſſyrijs, & id genus alijs gentium uetuſtis nominibus
Græci Latiniq́ꝫ fecerint: uelut in Aſtuſape Nili, & Aſtabora Plinius in Arimaſpis, Exam-
pęo, Mende, & id genus non paucis alijs Herod. Conſtat enim omnium gentium propria
quædam eſſe, quæ indigena ſint, uelut apud nos Alemannus, Germanus, Longobardus, Her
cynia ſylua, Marcomannus: quæ quanquam fortuita perſępe & impoſita ſine cauſa rebus ui-
dentur, plerunque tamen ſuæ ſecum originis ueſtigia trahunt, &, unde enata ſint, indicant.
Extat autem hodieq́ꝫ Alemannorum agri nomen uetus ſupra Brigantium & lacum Acro- *Alemanni.*
nium Algovu uernaculæ linguę, pro eo, quod integrius antea, das Almangovu dicebatur,
hoc eſt, Alemannorum ager, ſiue conualiis, compoſito nomine, teſte etiã Vladislao. Proin-
de Almãgauij rectius dicerentur, quos hodie Algauios uocamus. Porro illis in locis, & utro-
que Acronij litore Alemãnos coluiſſe, Ammianus Marcellinus idoneus inprimis author in-
dicat, & teſtatur in uita Proculi Vopiſcus, Germanorum eoſdem nomenclatura complexus.
Quanquã in Marij uita Spartianus tanquam ſeiunctos referens, Deniq́ꝫ, inquit, ut omnis Ale
mannia, omniſq́ꝫ Germania cum cæteris, quæ adiacent, gentibus &c. Item in uita probi Fla-
uius Vopiſcus, Teſtes, inquit, Franci in uijs ſtrati paludibus, teſtes Germani & Alemãni lon-
ge à Rheni ſummoti litorib. &c. Præterea in Caracalla Spartianus, Cum Germanici, inquit,
& Parthici, & Arabici & Alemannici nomẽ aſcriberet (nam Alemannorũ gentem deuicerat)
&c. Vualafridus certe mediæ ætatis non temnendus author, in uia Diui Galli, Rhetis pro-
ximos, & ſupra Acronium Rhenumq́ꝫ, tum & in occaſum ad Tigurinum lacum & Lima-
gum habitantes, ubi hodie longe lateq́ꝫ Heluetij habent, Alemannorum nomine cenſet.
Iam à promiſsis barbis Longobardos dictos Paulus hiſtoricus ſcribit. Marcomannos au- *Longobardi.*
tem, ſunt, qui à Marca dictos exiſtiment. quo nomine equum Celtæ uocarunt, & hodie uetus *Marcomanni.*
horum ſedes, Merhenlandt dicatur. Ergo à limite, qui Germanis mark dicitur, ſic uocatos cre
dere mallem, amne eorum magno & piſcoſiſsimo nomen adhuc retinente: & iuxta late pa-
tentes campi, croco, uino, frumento, & frugibus mirifice fertiles, cis Danubiũ è regione Via-
næ Noricæ, ſiue Oſtriæ, Marckfelt cognominati ab amne, ſiue limite Pannonico Noricoq́ꝫ, in
quos extremi Germanorũ inclinarent. Porro fatentur illi Germanicè ſe, die Merker, ſiue anti-
quius die Markmenner cognominatos. Nec aliorum id relatione trado, ſed obſeruaui ipſe, ut
alia multa non indiligenter, cum anno ſuperiore è Sarmatia Viennam illac pergerem, Olo-
munzij clariſsima horum ciuitate toto triduo eius rei gratia apud Marcum meum Ruſtini- *Marcus Ruſtinimicus.*
micũ inſignem in literis hominem, moratus. Habuerũt olim principes ſuos Marchiones di-
ctos indigenas, mox Oſtrijs ducibus paruerunt, hodie ditionis Pannonicæ & regni Boiemici
pars, uiris doctrina, & humanitate pręſtantibus, præterea & oppidis & arcibus munitiſsimis
clari. Cæterum quoniam de limite incidit mentio, quo uero ſimilior ſententia noſtra fiat, ad-
notandum duxi Romanos in Pannonico, Norico, Rheticoq́ꝫ, ut alibi frequẽter, limites impe-
rij ſtatuiſſe olim, cum legionum excubijs aduerſum liberas gentes, & iugi neſcias, quarum mi
lites poſtea Limitanei & Stationarij dicti ſunt, ſicut duces limitanei uocati, quod limitibus *Limites.*
tuendis præeſſent: à quibus Marchionibus noſtris & Margrafijs, ita uocamus, ſua nomina ii- *Limitanei.*
nã cum nobilitatis fama obtigiſſe, ut mihi perſuadeam, coniectura minime leuis efficit. Lam- *Stationarij.*
pridius in Alexandro Seuero, Sola, inquit, quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus, &
militibus donauit, ita ut eorum eſſent, ſi hæredes eorum militarent, nec unquam ad priuatos
attinerent, dicens attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit ſane his &
animalia & ſeruos, ut poſſent colere, quod acceperant, ne per inopiam hominum uel per ſe-
nectutem poſsidentium desererentur rura uicina barbariæ, quod turpiſsimum ille dicebat,
&c. Quem locum ſi diligens lector paulo attentius obſeruarit, intelliget ſane illiuſmodi li-
mitum cuſtodibus occaſionem perpetuæ iuxta barbaros mãſionis datam fuiſſe: quippe qui
proprijs bonis hæredi prouidere ampliſsime potuerint, & turpe fuerit, quæ ſemel hoſtes rura
occupaſſent, ea demum deſerere. Præterea in Aureliano Vopiſcus, ubi de Valeriano Augu-
ſto mentio eſt, ita limitaneorũ ducum meminit, Aſsidentibus etiam Amulio Saturnino Scy
thici limitis duce, Murentio ad Aegyptũ deſtinato, Iulio Triphone orientalis limitis duce, &
Meceo Brũduſino præfecto annonæ oriẽtis, & Vlpio Crinito duce Illyriciani limitis, & Thra
cij, & Fuluio Boio duce Rhetici limitis, &c. Rurſus de limite tranſrhenano idẽ in Taciti uita.
nam limitem tranſrhenanũ Germani rupiſſe dicuntur, occupaſſe urbes ualidas, nobiles, diui-
tes, & potentes, &c. Item Rufus conſularis in epitome ad Valentinianũ, Machoniani, inquit,
& Scadi de locis Valeriæ, quæ ſunt inter Danubium & Drauum, pulſi ſunt, & limites inter
Romanos & barbaros ab Auguſto per Vindelicum, per Noricũ, Pannoniam & Mœſiam eſt
conſtitutus, &c. His ego locis moueor, ut credã, aut certe ſuſpicer Marchionũ, ſiue, ut Germa-
nice dicimus, Margrafiorum originem in illos limitũ duces referendã eſſe, quemadmodũ &
ducũ. Indubiũ aũt eſt Margrafios à marca, hoc eſt, limitibus dictos, quorũ Grafij, id eſt, pręfecti
pręſides ue fuerint, ueteri officiorũ cõſuetudine hodie penitus abolita: durãtibus tantũ nomi- *Auſtriæ Margrafij.*
num ueſtigijs, ſicut & in Marcomannis, & Oſtrijs Margrafijs, qui tamẽ rebus felicius auctis,

exercent bellando animos, corpora ad conſuetudines laborum, [a] maximo frigore nudi agunt, antequam puberes ſint, & [b] longiſsima apud eos pueritia eſt. Viri [c] ſagis uelantur, aut

cum Alaudarum legionis inſignibus præcellerent, imaginibus mutatis in ducum nomenclaturam abiere, nomen autem retinent Badenſes & Brandenburgenſes Marchiones. Porrò li-
Limitē reſtituere. mitem reſtituere dicebantur, qui longius graſſatum hoſtem repreſsiſſent, finibus priorib. uendicatis: quod ubi contigiſſet, pacatus limes dicebatur. Vopiſcus in Aureliano, Exercitum duceret, limitem reſtitueret, prædam militibus daret. Auſonius in Panegyri ad Grat. Teſtis, inquit, eſt uno pacatus anno & Danubij limes & Rheni. Magnificam aūt limitum curam fuiſſe apud ueteres idem Vopiſcus teſtatur his uerbis, quę ſunt Flauij Claudij ad Aurelianū: Omnes exercitus Thracios, omnes Illyricianos, totum limitem in tua poteſtate cōſtituo, ſolitam nobis ede uirtutem. &c. Ne qs uiliora iſthęc exiſtimet, quàm ut noſtratium origo principum inde petenda ſit. Ac de Alemannis quidem & Marcomānis, deq; limitibus horum occaſione dictum ſit hactenus. Ad Germaniam reuertamur. Galli, cum olim uiribus ualerent, ingreſsi ſunt, ſedesq; locauerunt Boij ualida gens, uereq; Gallica, ut ſcribit Tacitus: rurſum Treuiri & Neruli circa affectationem Germaniæ originis ultro ambitioſi fuerūt, tanquam per hanc gloriā ſanguinis à ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur, eodem authore. Heluetij quoq; è Gallia in Germaniam profecti intra Rhenum & Mœnin habitarūt. quemadmodum Tectoſages illi, quorum ſexto Commentariorum belli Gallici Cæſar meminit. Contra uero Heluetiorum uetuſtorum tractū hodie habitāt è Germanis illuc pro-
Heluetij ſunt Germani. fecti. Nec mihi de hoc dubitandum uidetur, cum linguę cōmercio intimis Germanis reſpondente, tum maxime, quod morum & uirtutum, quibus olim Sueuos uſos Cæſar ſcribit, inſignia apud eos ornamenta adhuc durant. Atq; utinā non placuiſſet ueterū Germanorū etiam uitia retinere in illa bellorum & fundendi ſanguinis facilitate, tum & apud exteros merendi amore, qualiter Punicis olim bellis, & ciuilibus Pompeij & Cæſaris diſcordijs mediæ ſeſe Romanorum aciei immiſcuiſſe Germanos, ex Liuio & Appiano nouimus. Pręterea ut olim Romanorum aliquot principum cuſtodes & ſtipatores Germani fuerunt, id quod in Tyberij geſtis libro primo Tacitus tradit, & in Maximino & Balbino haud obſcure teſtatur Capitolinus: ita regum ſunt, pontificumq; hodie ſtipatores Heluetij, Leone, dum hęc ſcribebā, ponti-
Heluetij Principum ſtipatores. fice maximo duas centurias ad eam operam magnificis ſtipendijs alente, Gallorum autē rege Franciſco, pari liberalitate & beneficentia alteram. Faxit autem Deus Opti. Maximus, ne unquam probroſum illud & extremæ perfidiæ facinus noſtrorum conſilia ita rapiat tranſuerſa, quemadmodum ab Antonino imperatore aduerſus Germanos bellū moliente Germanorum auxilia contra Germanos coēmpta auroq; impetrata ſunt, teſte Capitolino, ita noſtri contra Heluetios auro corrupti Heluetica auxilia deſtinent. Vitium enim iſtud etiam ſi Germanorum fuit, noſtrum eſſe nollem: cum quod alieniſsimum eſſe à bonorum cogitatione debet, tum etiam quòd hac una ratione aduerſam fœderibus diſcordiam, multorū principum expectatione in pręſens & ineuitabile excidium Reipublicæ noſtræ cieremus. Sunt porrò & alia migrationis Germanorum in Galliam teſtimonia. Sicambros trans Rhenum ex Germania Auguſtum trāſtuliſſe, author eſt in Auguſto Suetonius. Tyberius quoq;, ut idem author refert, Germanorū dedititiorum millia. 40. in Galliam traiecit, iuxtaq; ripam Rheni ſedibus aſsignatis collocauit. a Maximo frigore.] Frigora atq; inediam cœlo ſolóue tolerare aſſueuerunt, Tacito. Verum ut calor ſoluta & languida efficit corpora, ita modo contrario frigus, dum conſuetudine ſubigitur, membra firmat, & calorem corporis unit magis, unde maior
Seneca. quoque animorum ad arma uehementia eſt. Seneca libro de ira primo, Germanis, inquit, quid eſt animoſius? quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur innutriunturq;, quorum una illis alia negligentibus cura. Quid induratius ad omnem patientiam? at quibus magna ex parte non tegumenta corporum, non ſuffragia aduerſus perpe-
Indicia legitimæ prolis. tuū cœli rigorem &c. Quin & prima legitimæ ſobolis indicia, Rheno iudice, olim data ſunt. à partu enim filios ad Rhenum detulerunt, ſcutoq; impoſitos alueo uel rapidiſsimo commiſerunt, agnoſcentes pro ſuis, quibus unda pepercit, quos hauſiſſet, adulterio conceptos opinati. Claud. in Eutropium: Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus. Quem locum poſt
Ianus Parrhaſius Cœlium Calcagninum, Ianus Parrhaſius exquiſitę doctrinæ Grāmaticus primus explicuit. b Longiſsima pueritia.] Id in hodiernum uſque natura ſeruat, nec emendat induſtria. Verum tracta illa pueritia optimam ſenectuti nauat operam, ſi nullus interueniat luxus. Cauſam tribuo cum cœlo calido minus, tum etiam uictui, qui uulgo craſsior eſt, ut uideri poſsit animos in noſtratium corporum mole tardius ſui compotes fieri. Quanquam, quod ad doctrinarum attinet ſtudia, nil deeſt Germanis ingenijs, modo pręceptor ſit idoneus, & qui (quod multis deeſt) præcipere calleat, lente, fateor, diſcentibus nobis. At hærent fideliſsime, quę paulo tardius capiuntur: pręcoxq; animus, ut ille inquit, raro ad frugē peruenit. c Sagis.] Veſtib. uillo linoue groſsiore textis, qualib. nō multos ante annos Heluetij uel in caſtris

pro

pro thoracibus,ut diximus,ſunt uſi,paſsimq́ hodie uulgus induitur. Sago,ut paludamento uſos ueteres Romanos Salluſtius teſtis eſt. Tacitus, Tegumen, inquit,omnibus ſagum fibula,aut ſi deſit,ſpina conſertum. Lege Tacitum. a Libris.] Subere, quo adhuc more quodam gentis magis,quàm corij penuria,plebeij alicubi calciamenta conſuunt. Strabo libro 11. Maſſagetum quoſdam inſularium in Scythia arborum cortice ueſtiri ſcribit. b Nandi.] Herodianus 7. libro multa de ſuperioribus Germanis, deq́ amnibus Rheno & Danubio loquut9, inter alia, ut Politianus trãſtulit,ſic refert:Sũt aũt Germani peritiſsimi natãdi,ut qui tantũmodo in fluminibus lauentur. In eandem ſententiam Tacitus tradens Germanos,ut fluminibus ſuetos, nandiq́ peritia eximios frequenter commendat. Durat hodie quoq́ id ſtudiũ: ſed quod ſciam,hyeme minus. *Germani nandi peritiſsimi.* c Prolatandiq́.] Extẽdendi limites, ſed magis, ut, uaſtatis proximis, hoſtis à caſtrametãdi cõmoditate prohibeatur. Tacitus quoque prodigos alieni, & ſui cõtemptores ueteres Germanos fuiſſe ſcribit. d Ius in uiribus.] Idq́ue maxime, ſi laceſsitus incuria quis ſit. Vnde illa certi iuris in Germania quondam duellorũ ſeueritas, ſacris hodie canonibus prohibita, quod iuſtitiam haud quaquã tueantur. in duello enim nemo debilis,nemo imbellis iuſtitiæ palmã obtinet. Durãt ueſtigia apud Sarmatas & Boiemos maxime,apud quos graui aliqua iniuria affectos, non aliud eſt uotũ ardentius,quàm ut collatis publice pari armatura uiribus periculum fiat, utri iuſtitia fauere uelit. Id nobilitati maxime conceſſum,nec aliud gratius mortalib. illic ſpectaculum:ita mihi retulit Vuolfgangus Halimarius Morauus,homo præter eximiam eruditionem,& humanitatem,ueteris ſimul & recẽtis hiſtoriæ in primis peritus. Ius autem reuera in uirib. habent,qui ui parta ui tuentur:iudicem nõ uerentes, nec ſequeſtro morigeri. e Latrocinij.] Tacitus in eandẽ ferè ſententiam,Materia,inquit,munificentiæ per bella & raptus, nec arare terram,aut expectare annum tam facile perſuaſeris, quàm uocare hoſtes,& uulnera mereri. Pigrum quinimo & iners uidetur ſudore acquirere,quod poſsis ſanguine parare. Cæſar quoq́ Commentario ſexto, Latrocinia, inquit,nullam habent infamiam, quę extra fines cuiuſq́ ciuitatis fiunt,atq́ ea iuuentutis exercendæ ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prędicãt. Latrocinia autẽ dicuntur furta publica uiolentaq́: & latrones prędatores illiuſmodi peregre proficiſcentibus moleſti. Fuit aũt quãdo ſtipendia militaria latrociniorum nomine ſignificarentur,& latrones dicerentur,qui mercede militarent. Rurſum & principum ſtipatores latrones aliquando dicti,id quod uulgo notum eſt. f Hoſpitibus.] Tacitus: Quemcunq́ mortalium tecto arcere nephas habetur, pro fortuna quiſq́ apparatis epulis excipit:cum defecere,qui modo hoſpes fuerat,monſtrator hoſpitij & comes proximã domũ non inuitati adeũt: nec intereſt,pari humanitate accipiuntur,notum ignotumq́, quantum ad ius hoſpitij nemo diſcernit. Hanc hoſpitalitatem,ut alia pleraq́,quorum Tacitus meminit, etiamnũ incredibili humanitate Heluetij cuſtodiunt. *Heluetiorum hoſpitalitas.* Quod de cruda carne Pomponius refert,nuſquam hodie apparet:niſi ſuillæ carnis ſalitæ,adipiſq́ porcini uſum,inter cruda referimus: nam ne elixatis quidẽ pleriq́,niſi conditiſsimę ſint, ueſci conſueuerũt,adeo uetuſtatis duritiam admiſſa uicit mollities. Cæterum miraculum uiſum eſt, quod homo Germanus ſemel Auguſtæ Vindelicorum,ſpectante magnanimo Cæſare Maximiliano,crudam carnem haud grauate comedit. g Rigentem.] Frigore. Quod ad piſces attinet, crudis hodie quoque ueſcimur:nã Halace ſalito crudo cum aceto & cepe nihil uel meo ſtomacho gratius eſt. *Haleces ſaliti.* h Renouarunt.] In priorem mollitiem redegerũt. i Terra ipſa.] Nemo expectet, ut urbes referã tam cultę hodie terræ,ſatis ſit hactenus de Germanis retuliſſe. Illuſtrare Germaniam 4. libris Cunrandus Celtis uoluit,ſtudioſiſsimus uetuſtatis obſeruator: ſed cum iam orſus eſſet, aliud fata iuſſerunt. Sunt hodie,qui idem pręſtabunt,eruditi uiri, deq́ literis & literatis optime meriti: è quibus nominare uel honoris gratia libet Iacobum Spiegelliũ Cęſareum à ſecretis acutiſsimo ingenio,nec uulgari eruditione pręſtantem,ueterũq́ & nouarum Germanię rerum peritiſsimum, qui nunc in manibus habet Commentarios in Auſtriadem Bartholini noſtri cœptos nuper, *Iacobus Spiegel Cæſareus à ſecretis.*

[a] libris arborum, quamuis ſęua hyeme [b] nandi non patientia tantum illis, ſtudium etiam eſt: bella cum finitimis gerunt, cauſas eorum ex libidine accerſunt: neque imperitandi [c] prolatandiq́, quæ poſsident, nam ne illa quidem enixe colunt,ſed ut circa ipſos,quæ iacent, uaſta ſint. [d] Ius in uiribus habẽt adeo,ut ne [e] latrocinij quidem pudeat, tantum [f] hoſpitibus boni, miteſq́ ſupplicibus: uictu ita aſperi incultiq́, ut cruda etiam carne ueſcantur, aut recenti, aut cum [g] rigentem in ipſis pecudum ferarumq́ corijs manibus pedibuſq́ ſubigendo [h] renouarunt. [i] Terra ipſa multis impedita fluminibus, multis montibus aſpera, & magna ex parte ſyl-

mox

mox edendos, ut mihi retulit. De quibus ſanè polliceri ſtudioſis auſim,nihil ab illuſtrib.au-
thoribus paſsim de rebus Germaniæ annotatum,nihil traditum olim, quod illi non clarius,
aptiusq́ & ſuauiori guſtu auido lectori ſint exhibituri.Porrò qua copia,quo ornatu, qua di-
ligentia,cura,dexteritate Iacobus noſter ueterem,ſimul & recentem ſuorū hiſtoriam reddere
poſsit,prçter genuinam ſuam in hoc ſcribendi genere facilitatem,& gratiam prçclari aliquot
antea ab hoc acerrimi iudicij uiro emiſsi commentarij haud obſcure indicant.

uis ac [a] paludibus inuia: Paludum [b] Sueſia, Meſia, & [c] Melſiagum maximæ. Syluarum [d] Hercynia, & aliquot ſunt, quæ nomen habent: ſed illa dierū ſexaginta iter occupās, ut maior alijs, ita & notior. Montium altiſsimi [e] Taurus &

a Paludibus.] Quas plurimas admittit
ea maxime parte, qua in Rheni
oſtia & oceanum expanditur,
ubi primum nota eſſe Roma-
nis armis cœpit: parū enim cis
Rhenum, qua lōgius ab ocea-
no abeſt, Caio Cæſari negotij
fuit: ſatis erat uiſam eſſe ab ſe
Germaniæ oram. Libuit autē
huc attinentē locū ſubſcribere,Pomponianæ ſententiæ ſatis ſuperq́ ſuffragantem, qui apud
Germania ſyluis & paludib. impedita. Capitolinū in Maximinis ferè ſic habet:Ingreſſus Germaniā tranſrhenanā per 300. uel 400.
millia,barbarici ſoli uicos incendit,greges abegit,prædas ſuſtulit, barbarorum plurimos in-
teremit, cepit innumeros,militem diuitem reduxit:& niſi Germani per amnes & paludes &
ſyluas confugiſſent,omnem Germaniam in Romanam ditionem redegiſſet. Idem Capitoli-
nus infra paulò, ex imperatoris ad ſenatum epiſtola,Perueniſſemus,ait,ad ſyluas, niſi altitu-
do paludum nos tranſire non permiſiſſet.Præterea Tacitus, Terra,inquit,&ſi aliquanto ſpe-
cie differt,in uniuerſum tamē aut ſyluis horrida, aut paludibus fœda, humidior, qua Gallias,
uentoſior,qua Noricum & Pannoniam aſpicit,ſatis ferax,frugiferarum arborum impatiens,
pecorum fœcunda,ſed plerūq́ improcera.&c.Idem libro primo, Anguſtus in his,inquit, tra-
mes uaſtas inter paludes, & quondam à L.Domitio aggeratus, cætera limoſa,tenacia,graui
cœno,aut riuis incerta erant,circum ſyluæ paulatim accliues. Et paulo infra, Cuncta, inquit,
pariter Romanis aduerſa,locus uligine profunda, idem ad gradus inſtabilis,procedentib.lu-
Germaniæ fertilitas. bricus,corpora grauia loricis neq́ uibrare inter undas poterant.Hodie qua in ſeptentrionem
uergit,magis humida, & minus eſt fertilis: quia in meridiem, uel fertiliſsima, maxime uerò
ubi in Pannonias inclinat.Nam crocum gignit optimum, & uino prçſtat nobiliſsimo, terra
adeo fertili,ut nihil non genitura uideatur. Fit autem,ut cum amniū magnitudine latis oſtijs
exeuntium,tum etiam oceani impetu,proximi litorum tractus alicubi paludoſi exiſtant, la-
cusq́ ambiant præpatulos. b Sueſia.] A Suedis, ut puto, quos inter Germanos Tacitus
Suionas nominat.Durant hodie regno ſubditi Daciæ, uerum à ſeptentrione obuerſis terris
& magno oceani ſinu intermedio, horum propè totus tractus lacubus paludibusq́ peruius
Miſnij. eſt.Meſiam quoque à Meſijs dictam eſt cōiectura,qui hodie longius à mari inter Salam & Al
bim ſiti Miſnij nominentur,& eorum regio Miſnia. c Melſiagum.] Extat hodie Melſin-
gum,ſiue, ut uulgus nominat,Elbingum,uerum trans Iſtulam in Prutenorum litore,ubi pi-
ſcoſiſsimæ Viſulæ paludes ſunt:nec mirū,ſi inter Germaniæ loca Pomponius numerat, cum
&Tacitus non Iſtula,ſed confinio Sarmaticarum gentium hanc terminarit: & Gleſſum à Ger
manorum litore afferri Plinius tradat:quod tamen longe ultra Iſtulam in ortū expandi con-
Hercynia. ſtat. d Hercynia.] Nomen quidam è barbaro ortum autumant, quod Germani uerna-
cula ſua Hartzuualdt eum uocarint:de quo equidem non dubitauerim.Cçſar Horcyniam uo
cari illis ait, uoce planè uernacula. Illud mirum, Eratoſtheni & ueteribus Græcis notam eſſe
potuiſſe. Huic, quemadmodum Aſia Tauro, priuatim multa nomina ſunt, prout aliæ at-
que aliæ gentes adhabitant: alicubi quoque à pinuum abundantia nigra dicta.In uniuerſum
uero ſylueſtria omnia à Rheni ripis per Germanos Sarmatasq́ tractim aduſque Rhiphços &
Mæotin, ipſaq́ Aſiç confinia, Hercyniç nomine comprehenduntur:ideo ſexaginta dierū ſpa
cio extendi Pomponius dicit. Cçſar Commentario ſexto: Huius Hercyniç ſyluç, quç ſupra
demonſtrata eſt,latitudo nouem dierum iter expedito patet:non enim aliter finiri poteſt, ne-
que menſuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum, & Raureco-
rum finibus, recta fluminis Danubij regionibus pertinet ad fines Dacorum & Anartium:
hinc ſeſe flectit ſiniſtrorſus diuerſis à flumine regionibus, multarum gentium fines propter
magnitudinem attingit: neque quiſquam eſt huius Germaniç, qui ſe aut audiſſe, aut adiſ-
ſe ad initium eius ſyluç dicat, cum dierum iter 40. proceſſerit,aut quo ex loco oriatur,accepe-
rit.Hactenus Cçſar,apud quem prçpoſtero characterum ordine 40. pro 60. legi uidetur.Por-
rò uitioſam apud alterutrum lectionem eſſe indubium fuerit. e Taurus.] Durant hçc in
Taurus. Nerico & Carnithia nomina. Multi uerò Tauri ſunt, hoc eſt Taurn, ut ipſi uocant, uarie
ab accolis cognominati: adeo alti, ut, qui media çſtate ſuperant, cum ad uerticem per-
uentum eſt, frigore infeſtentur: nullus curribus locus, anguſtiſsimi tramites, adeoq́ præ-
cipiti ſubinde aſperitate, ut iumentis tantum clitellarijs,ac ne his tuto quidem,niſi aſſuetis il-
lac iter eſſe queat: grandia uerò pericula, cum aut ſubito exorti uenti in prçcipitia deturbant

euntes,

euntes, aut uerno tempore immenſi conuolutarum niuium globi ſyluas, ſaxa, iumentaq́, & iuxta ſitas perſæpe domus funditus auferunt. Mirum uero in pleriſq́ horum montium locis, cum paulo altius acceſſerit ſol, in ipſis niuibus natos uermiculos, ceu tineas quaſdam cerni, quod uiri mihi uero maxime idonei, dum annis ſuperioribus in Carnithia agerem, retulerũt, nec eſt, ut quiſpiam uacillet. Tacitus quoque grauis author, ſuperioris Germaniæ montem alicubi Taurum uocat libro duodecimo. a Rhetico.] In Rhetijs, quorum pars Engedini

Rhetici.

[a]Rhetico, niſi quorũ nomina uix eſt eloqui ore Romano. Amnium [b] in alias gentes exeuntium Danubius & Rhodanus: in Rhenum [c] Mœnis & [d] Lupia: in oceanum [e] Amiſius, [f] Viſurgis, &

hodie dicti, ſupraq́ eos in Rhenum uergẽtes Curienſes à Curia Rhetiæ uetuſtiſsimo oppido, quiq́ in uallem Telinam & Larium uergunt bellicoſiſsimi, & Heluetijs transrhenanis fœderati, in ortum Vualganij hodie & Algauij, hoc eſt, Almangauij dicti, quorum paulo ante meminimus, & pars Atheſini, fortes & ipſi, & ad arma promptiſsimi. Ducum Auſtriæ, Rheticonis uero non continua, nec paris altitudinis iuga, uaria ſunt nomina, & iuxta uallis Montaſun hodie dictũ, q̊d Comitibus de Sunnenberg, à quibus nomẽ habet, paret, iuxtaq́ alia uallis uetuſti nominis reliquias ſeruãs Pretikeuu p. litera addita, ut facile corrũpũtur uocabula, aliâs Rhetikeuu, hoc eſt Rhetico. Vnde Illus clarus amnis elapſus Rhenum intrat haud longe ab oppido Feldkirch, quod Vellcircũ uetuſtiores nominarunt, quod uallibus ſeptum eſſet, ut Ladislaus Sunthaim geographus diligentiſsimus, & digniſsimus fide in Rhetiæ deſcriptione, quam ſua lingua, hoc eſt, Germana edidit, teſtatus eſt: fidem faciunt multa circum loca, quorum Lombardica hodie nomina durant: uelut arcis prope Vellcircum uallis dulcis cognomine, quæ hodie corrupte, uudutz, ac ſi ualldulcz dicas, nominatur: & infra ad monticulum iacens uiculus, montiglum adhuc nomen habet, hoc eſt, monticulum à ſitu. Porrò & Rhetorum oppidulum Lombardis Magauella, id eſt, magna uilla olim uocatum, corrupta, ut fit, uoce hodie Magenuelt appellatur. Prope thermas illas Fabarienſes, iuxta in Heluetijs uicus ſterili in loco monti ſubiacens uilis terræ cognomine Vilters dicitur, ſicut in lacus Veſenij litore meridiano ſextanorum & quintanorũ etiamnum in modicis uiculis ueſtigia ſunt, oppidulum item Vualhenſtad, intra quod & Veſenium uicum, in lacum à Borea prominens locus amœniſsimus, & agro paſcuo uiſendus, quia prominet, & difficili aditu rupium præcipitijs undique clauditur, ueteribus accolis Amont, tanquam monte extantem & conſpicuum locum dicas, nominatus. Magno argumento illis in locis aliquando ex Italia profectos habitaſſe, quibus pulſis Germanica gens ſucceſſerit, Lombardos illos fuiſſe, non temere autumant, etiam ſi libro uigeſimo Iuſtinus uetuſtiſsimos Rheticonis accolas Thuſcos fuiſſe teſtètur. b In alias gentes.] A fontibus enim ad oſtia uſque a Germanis Rhenus habitatur, Rhodanus in Gallos egreditur, Danubius in Pannonas & Dacos: omnium clariſsimus Rhenus, ut ſatis quarto commentario Cæſar, & libro ſexto Herodianus indicant, & ipſa res habet: quanquam ſi undarum uim, curſusq́ longitudinem æſtimas, multo Rhenum Danubius ſuperat. At ille, quia maximis oppidis frequens eſt, & fortiſsimarum gentium terminus cenſetur, claritatis prærogatiua quadam pollet. De eo peruetuſtus ille eſt Germanorum rhythmus: Die Tuonou, aller uuaſſer ein frau. Aber der Rein, mag mit eren ir man ſein. Ex Ladislao. c Mœnis.]. Tacitus quoque Mœnin nominat. Sunt, qui Mœuis hic legendum putent, ut legit capite decimoquinto libri noni Plinij Hermolaus: ego Mœnis malo. d Lupia.] Coniectura eſt eum eſſe, quem hodie Neccharum uocant, qui haud longe à Danubij fontibus ortus per Vuirtenbergenſem Ducatum lapſus, moxq́ in occaſum uerſus Rhenum ſeorſum illabitur. Aliâs nullus in ea ora adeo clarus eſt, qui Rhenum intraret, præter Mœnin, quem Mœnum hodie nominant, per medios Francones gentem uetuſtam & nobilem incedentem, & Francfordia celeberrimo Germaniæ emporio clarum. Strabo longe à Pomponio alius, Lupiam in Viſurgim deferri ait, ut Lupiæ nomine non Neccharus, ſed is amnis, quem hodie Fuldam uocant, intelligatur. Melæ magis accedo. Quanquam Tacitus (adeo in re tantilla uariant ſcriptores) libro Auguſtæ hiſtoriæ ſecundo, Lupiam uocat amnem non in Rhenum, ſed oceanum elapſum. e Amiſius.] Strabo Amaſium uel Amaſiam, Ptolemęus Amaſium, qui Vidrum tamen alium, neſcio an bene, iuxta nominat: hodie Ems uocatur, quaſi Emiſus corrupto uocabulo: quanquam uerius eſt latina illa nomina ex Germanis nata deflexaq́ fuiſſe. Ortus hic in Vueſtphaliæ montanis inter Friſios, & quos hodie Bremenſes uocant, oceano miſcetur. Tacitus libro in Teuthopurgenſi ſaltu inter Lupiam & Amiſiam tres Vari legiones à Germanis fuſas fuiſſe tradit, non admodum conſona plerorumq́ traditioni ſententia. f Viſurgis.] Hodie der uueſer, tanquam dicas der Viſurg. hoc enim inde natum eſt. Difficile autem eſt dictu, quàm plerunque diſtorte, quàm barbare latini noſtris proprijs gratiam ſuæ linguæ induerint: cum in dandis nominibus uertendisque multo iudicio ſit opus, nec unquam committendum, ut à natiuo barbaroq́ adeo eloquio diſtent, ut agnoſci nequeat etiam

Vallis Mõtaſun. *Illus fluuius.* *Vellcircum.* *Ladislaus Sunthaim.* *Rhenus.* *Mœnis.* *Lupia.* *Amiſius.* *Viſurgis.* *Nota.*

meliora facta. Propria enim nomina, ut rectiſsimè docet Hermolaus, per omnes linguas in-
uiolata manere, nec, niſi parte detorta, in alius linguę ſiue idiomatis uſum tranſumi debent.
Viſurgis per Ducatum Braunſchuuitzenſem in oceanum exit. a Albis.] Quem & Al-
Albis. bium Strabo uocat: ad hunc olim Sueuorũ fuit & Caucorum ſedes: hodie Saxones clara gens
adhabitant, corriuat è Boiemorum iugis: aliquotq́;, quorum Sala præcipuus eſt, amnibus ac-
ceptis, ubi Hamburgam clarum oppidum attigit, in oceanum egreditur. Trans hunc & Sue-
uus fluit uetuſti nominis Stra
boni. Viſtulæ eſt proximus Si-
leſiorum Odera, ad quẽ Franc-
fordia huic, quę ad Mœnũ eſt,
cognominis, clara etiam Gym
naſio. Non auſim dicere Gutal
lum uocari Plinio, quanquam
coniectura eſſet, niſi ante Vi-
ſtulam nominaret, cũ inquit:
Amnes clari in oceanum deflu
unt, Gutallus, Iuſtillus, ſiue Vi
ſtula, Albis, Viſurgis, Amiſi9,
Rhenus, Moſa. à Ptolemæo ta-
men Viadum dici propè indu
Codanus ſinus. bium eſt. b Codanus.] Pli
nius decimotertio capite libri
quarti, de extimis Europę gen
tibus, Seuo, inquit, mons ibi
immenſus, nec Rhiphæis iugis
minor, immanem ad Cimbro-

[a] Albis clariſsimi: ſuper Albim [b] Codanus in-
gens ſinus magnis paruisq; inſulis refertus eſt.
[c] Acre mare, quod gremio litorum accipitur,
nuſquam [d] late patet, nec uſquã mari ſimile, ue-
rum aquis paſsim interfluentibus, ac ſępe [e] trãſ-
greſsis, uagum atq; diffuſum [f] facie amniũ ſpar-
gitur: quà litora attingit, ripis [g] contentũ inſula-
rum non longe diſtantibus, & ubiq; penè [h] tan-
tundem, ut anguſtum, & par freto, curuansque
ſubinde ſe longo [i] ſupercilio inflexum eſt. In eo
ſunt [k] Cimbri & Theutoni, ultra ultimi Ger-
maniæ Hermiones.

rum uſq; promontorium efficit ſinum, qui Codanus uocatur, refertus inſulis, quarum clariſ-
ſima Scandauia eſt incompertę magnitudinis, & infra parum, Quidam hęc habitari Iſtulam
uſq; fluuium à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hyrris tradunt. Hactenus Plinius. cuius uerbis ſi ta
bulam Europæ octauam, aut uerius picturam Nicolai Germani reliquis Ptolemęi adnexam
contuleris, quis Codanus ille, quantusq́; ſit, intelliges. Ptolemęus oceani Sarmatici nomine
dignatus eſt, eiusq́; partem Venedicum ſinum fecit, ut in eo alios quoque ſinus minores Pli-
Seuo mons. nius nominat. De inſulis inferius mentio fiet. Seuo mons ille, qui paſsim Daciæ, Suetiæ, Go
thiæ, Noruegiæ, & illi tractui, quem Engronelant nominant, imminet. Cimbricum promon
torium in extima eſt Cherſoneſo Daciæ, Plinio. Inter quod & oppoſitum litus nõ amplo in-
troitu ſinus initium habet. Applica, ſi ſapis, lectioni picturam, & memoriam tantilla re adiu-
ua. c Acre mare.] Infeſtiſsimũ nautis, & creberrimis naufragijs propè infame. uadoſum
enim eſt, tenijs alicubi fundum exaſperantibus, & crebris inſularum anfractibus retuſum,
expoſitumq́; Aquiloni. d Late.] Si ad oceanum reſpicias: unde fit, ut ingens lacus magis,
quàm mare uideatur. e Tranſgreſsis.] Quod ſeptentrionis oceanus peculiariter ſolet, ut
ante dictum eſt. f Facie amnium.] Terras enim lancinat, anguſtisq́; affluxibus ingredi-
tur. g Contentum.] Clauſum, preſſum. h Tantundem.] Pari diſtantia. i Super-
Hermiones. cilio.] Longo margine, eoq́; inflexo, ſenſim ſe in Sarmatica & Gothica litora incuruat.
k Cimbri.] Mariana notiſsimi uictoria: ſunt & trans Iſtulam hodie Theutonici cognomi-
nati equeſtris ordinis, eò nomine paſsim per Europam fuſi. Hermionum etiam Tacitus me-
minit, hodie ut coniectura eſt, Pomerani uocantur. Nec uero putandum ſolos
hos Codanum ambire, ſed trans Iſtulam quoque gen-
tes plurimas, de quibus mox.

SAR.

SARMATIA.

SArmatia.] Quemadmodum Ptol. ſcribit lib. 3. à ſeptentrione oceano Sarmatico, & parte terræ in Arctos incognitæ terminatur, ab occaſu Iſtula, ab ortu confinibus Cherſoneſi Tauricæ, ipſaq; Mæotide, & Tanai aduſque Rhiphæos, & ignota, quæ ſupra eos ſunt, à meridie Carpathijs montibus. Huius iuſta pars hodie Polonia dicta, à planitie uidelicet terræ, quam ipſi uernacula lingua Pole etiamnum uocant. Orientale eius latus in 2. lib. principio pro uirili explicuimus. Reliqua ſequi calamo non pigeret, niſi hodie reddidiſſent pleriq;, inter quos uel diligentiſsime Raphaël Volaterranus. Coloni plane è Germania profecti uidētur: nã cũ Boiemis lingua cõmunicant, & ſunt cum uitæ ſynceritate, tum morũ candore manſuetiores, quàm ut Scythici ſanguinis eſſe, qui nũc habitant, quiſpiam exiſtimet. Vtq; in Germania uetuſta ferocitas, ita Germanorum in Polonia Scythica feritas hodie incognita eſt. Regem habent: is erat, dum hæc ſcribebam, Sigiſmundus Caſimiri filius, princeps ſeculorum dignus memoria. Eſt enim & bello (ut paucis ambiam) & pace inſignis, tanta formæ præſtantia, ut dignam regno maieſtatem uel ſola uidentibus offerat. Huius mater longe Lampido illam Lacedæmoniam uincens, regis uxor, regis filia, neptisq;, regis ſoror, & ſex regum pientiſsima parens; ut alibi ſumus teſtati, extitit. Gens ipſa Chriſtiana religione inſignis, & optimorum antiſtitum hodie cuſtodia incolumis. Quos inter, quos equidem nouerim, Eraſmus eſt Vitellius pręſul Plocenſis, Ianus Ludbrantius Poſnanienſis, Mathias Dreuicius Vladislauienſis, Ioannes Conarsky Cracouienſis, & candidiſsimi animi Petrus Tomitius Premislienſis, uiri in uniuerſum, cum ſeorſum literatiſsimi, & nullis non doctrinis dediti, tum ſtudioſorum amantiſsimi & magni patroni. Id quod in præſulibus Chriſtianis non naturæ ſolum, ſed etiam gratiæ munus eſſe uidetur. Noui enim pleroſque uel æſtimatiſſimos, quibus magis curæ eſt, quid habeant, quàm quid ſciant: nec quàm docti adſint, ſed quot compti miniſtrent, reſpiciunt. Porrò & altiſsimo in ocio ſocordes ab opibus & auaritiæ ſtudio ſpectari uolunt, quibuſuis ueteribus tyrannis in deglubendis pauperibus ſæuiores immitioresq;. A quibus longe & uere δὶς διὰ πασῶν, quod aiunt, illi diſſentiunt. Inter quos nomino cum honoris præfatione Sileſiorum Ianum Thurzonem Vratislauienſem, & Morauorum Stanislaum fratrem ſuum Olomuncenſem, genere, doctrina, uirtubus magnos, eoq; mihi commendabiles uel maxime, quod hic Ianum Dubrauium inter multos, ille CASPARVM Vrſinum amplectitur, uiros, ut ipſa indicant ſtudiorum ſuorum uel nunc edita monimenta, doctrina elegantiaq; præſtantes. De Iano Conarsky iureconſulto inter inſignes regios oratores clariſsimo, quid ſentiendum ſit, ipſa me humanitas ſua, ſimul & eruditio monuit: ſatius uerò eſt modeſtum uideri me ſuarum laudum præconem, ſi minus, quàm fert animus, hoc in loco retulero, quàm affectatę laudis ſuſpicione premi, dummodo fatear nihil eſſe, quod adeò de me merito uiro non debeam. b Latior.] Nam ab Iſtulę fontibus ad Tanaim circũq;, Euxinum uerſus multo erat Melæ tẽporibus ſpacioſior, quàm in ora ſeptentrionalis litoris, cuius magna ignota pars fuit. Viſula.] Mira nominis uariatio: nam Viſula, Iuſtula, Iuſtilla, Iſtula, Viſtula uocatur. Oritur in Carpathijs, qua in Iaziges, & Marcomannos Polonia imminet: in Codanum ègreditur non uno oſtio, & ampliſsimo, antequam Dantiſcum attingat alueo, ubi mira piſcium copia. Dantiſcum clarũ & opulentum aduectis mercibus oppidum, aëre ob uicina, quę paluſtri humore mandent, nonnihil inſalubri, memorabile uerò ętate noſtra Ioannis Dantiſci nomine, iureconſulti, poëtę, & Sigiſmũdi Polonię regis (quod fidei ſuę & eruditioni debebatur) ſecretarij. d Ad Iſtrum.] Ideo Ptol. non Iſtula tantum, ſed & montibus, qui in Iaziges imminent; & Germanię parte terminari ait. e Armis.] Hodie quoque equitatu maxime pręſtant, habentq;, qui arcubus antiquo gentis more utantur. f Vrbibus.] Clariſsimę ſunt hodie Cracouia & Poſnania inter plurimas. At maiores multo in Lituania, & ea ora, quę in Tauricam Cherſoneſum & Euxinum ſpectat, ſitę: inter quas eminet Vilna pręcipue, tum & Orſcha arx munitiſsima, Kyovu Rutenorum metropolis, & in Podolia cęteris munita Camyenyetz, quam latine ob ſitum loci ſaxeam cognominant. Quod ſi quis ad terrarum regniq; amplitudinem reſpicit, nõ erit adeo celebris oppidis Polonia. Conſtat autem ampliorem eſſe, quàm tota ſit trans Pyrenęos Hiſpania. g Ne ſtatis.] Omnia hęc abolita migratione, ut credo, gentium. Similia his libro primo, de Amazonibus, & ſecundo libro de Scytharum fœminis retulit. Id magis miremur, cur totus is tractus in Scythiam uſq; adeo apibus abundet, ut cerę mellisq; nuſquam maior

Polonia unde dicta. *Sigiſmundus Poloniæ rex.* *Poloni religioſi.* *Antiſtites Sarmatici.* *Ianus Thurzo præſul Vratislauienſis.* *Ianus Conarsky* *Viſtula.* *Dantiſcum.* *Ioan. Dantiſcus.* *Poloniæ magnitudo.* *Sarmatia apibus abundat.*

SARMATIA.

SArmatia intus quàm ad mare [b] latior, ab ijs quę ſequitur, Viſula amne diſcreta, qua retro abit uſq; [d] ad Iſtrũ flumen immittit, gẽs habitu [e] armisq; Parthicę proxima, uerũ ut cœli aſperioris, ita ingenij, nõ ſe [f] urbib. tenet, [g] & ne ſtatis quidem ſedibus; ut inuitauere pa-

copia ſit. Nec artem ibi expectant, nec induſtria iuuari uolũt, ſibimet aluearia intra roborum
excauata latera conſtruunt, adeo ut grauiſsimas hyemes iuxta facile ferant. Eſt hæc terra pla-
nè ſuis prædita floribus, & per æſtiua nullos magis ſol aſpicit, quãdo longiſsimus eſt dies, qui
animali ad labores nato breuib. umbris operam intercipit. a Equitare.] Scribit libro octa
uo Plinius, Sarmatas equos habere tolerantiſsimos laborum, quos cum iter acturi ſunt, ine-
dia pridie præparant, exiguum tantum potum impertientes, atq; ita per centena millia, &

bula, ut cædens, & ſequens hoſtis exigit, ita res
opesq; ſecum trahens ſemper caſtra habitat bel
latrix, libera, indomita, & uſq; eò immanis atq;
atrox, ut fœminæ etiam cum uiris bella ineant,
atque ut habiles ſint, natis ſtatim dextra aduri-
tur mãma, ut inde expedita in ictus manu, quæ
exuritur, uirile fiat pectus: arcus tendere, [a] equi-
tare, uenari, puellaria penſa ſunt: ferire hoſtem
adultarũ ſtipendiũ eſt, adeo ut non percuſsiſſe
pro flagitio habeat, ſitq; eis pœnæ [b] uirginitas.

quinquaginta continuo curſu
cũtibus inſident. Iidem & Scy
thicarum gentium more her-
barijs quibuſdã ſuccis corpora
tinxerunt, fuitq; adeo agreſtis
uictus, ut pulte alerentur, fari-
næ crudæ equino uel ſanguine
uel lacte admixto. Durant cru
Tartarorum immanitas. delitatis reliquiæ in Tartaris,
qui pars quidem Sarmatarum
ſunt, ſed Scythicis immanes
moribus. Vaga illa gens, & in-
certis contenta ſedibus, nec a-
liud lucri, quàm quod præda
adijcit, improuiſis incurſib. ma
xime noxia, profundis & truci
bus oculis, ac ferè cæſijs, turbi-
nato craneo, & circum tempora capite preſſo. Pleroſque nuper Cracouiæ, & haud ita pridem
aliquot Viennæ in ipſis catenis uidimus: ac neſcio, an uiderit Apollinaris, qui de ijſdem tum
Sidonius. uere, tum eleganter in Panegyri ad Artemium Auguſtum ſic refert: Iacet axe ſub urſæ Gens
animis membriſq; minax, ita uultibus ipſis Infantum ſuus horror ineſt, conſurgit in arctum
Maſſa rotunda caput, geminis ſub fronte cauernis Viſus adeſt oculis albentibus, acta cerebri
In camerã uix ad refugos lux peruenit orbes. Horum ſemper iuſtum numerum, qui diuerſum
opus faciãt, cõpeditos, & ergaſtularios habet in arce ſua Cracouiana rex Sigiſmundus: equi-
Tartari hippophagi. na his carne non eſt cibus alius gratior. Certa fides, ſi equum utcunq; morbidum indicaueris,
rem egiſti gratijs dignam, adeunt, cadauroſum extrahunt, ſuoq; in carnario euiſcerant, car-
nibusq; partim aſsis, partim elixis, grandi in fornice focis circumſidentes hiantem exaturant
uoluptatem. Cum Cracouiæ eſſem, leonem catulum, qui in aula tum forte mortuus erat, cui
ſcerabant, celebriq; deuorabant conuiuio, adſtantibus etiam nobis, & feritatem demiranti-
bus, ridiculo nutu, ut comeſſemus, inuitatis. Equorum oſsibus mire expolitis, & faberrime
efformatis manubria ſcuticarum præmuniunt, intus uiſenda arte cultros ceu in uaginã con-
dentes, quorum in itinere pro Tartarorum more poſsit eſſe uſus. Equidem cum è Cracouia
Bochniam uiſum abijſſem Salinas, & Ioannis Boneri Salinarũ præfecti beneficentia in arcem
Bochnianam hoſpitio receptus eſſem, à Iano de Oleſchincky Damiani domino, qui tũ Bone
ri uicem gerebat, uiro & uirtutib. & literis iuxtà claro, humaniſsime tractatus, inter cætera mi
hi homo Scytha oſtendebatur, præterquã quòd agreſte Sarmaticũ fidibus ludebat, ad noctur
nas tantum uigilias natus: qui nec minis nec uerberib. ab eſu demortuarum felium canumq;
deterreri potuit, clanculum uel è cœno cadaueribus, quibus ueſceretur, raptis aſsiſq;. b Vir-
ginitas.] Cogitur enim eſſe uirgo, ſi nullũ occiderit. Eſt ergo pœna, cum ſit maxime honori-
ficum, id manu conſequutã fœmellam, ut nubere poſsit. Nihil horum hodie uſuuenit, præter
miram in pleriſque Sarmatis equitandi agilitatem. Vulgare eſt medio in curſu ex equo in
equum inſultare, idq; ſine mora ſine caſus metu. Quod ipſum anno ab hinc tertio in Panno-
niæ claro oppido Poſonio, cum illuc ad Vladiſlaum Vngariæ regem frater Sigiſmundus ue-
niſſet, ſpectaculi gratia (nam noſtri mirabantur) iterum iterumq; exhibuerunt, ut mihi retulit
Victor Gampus iureconſultus. Victor Gampus Viennenſis, iurecõſultus clariſsimus, & dignus omni fide homo, qui tũ cum
Cæſareis oratoribus Poſonium profectus, crebris illis ludis interfuit. Cornelius Tacitus au-
thor grauiſsimus in his maxime, quæ ad Chriſtianorũ hiſtoriã nihil attinent, libro Auguſtæ
hiſtoriæ 17. equitatum Sarmaticũ cõmendans, Mirũ, inquit, dictu, ut ſit omnis Sarmatarum
uirtus uelut extra ipſos, nihil ad pedeſtrem pugnam tam ignauum: ubi per turmas aduenere,
uix illa acies obſtiterit. Libet aũt hoc in loco, quoniam digniſsima res eſt, nec aliena propoſi-
Salifodinæ Sarmaticæ. to, utpote de terræ inſignibus locis commentantib. nobis, ſalifodinas Sarmaticas orbi pate-
facere, præſertim quòd hanc admirandam naturæ fœcunditatẽ à ſcriptoribus, quos equidem
uiderim, latinis, aut hiſtoriæ penuria, aut certe experientiæ inopia, ſiue (quod ſuſpicor) raris
alibi gentium Salinis, copia magnitudineue Sarmaticis illis reſpondentibus, neglectius tra-
ditam uideam. Nec uerò facile aut Arabum Carras illas, iuxta quas è ſalis fruſtis, ut Plinius
tradit, aqua ferruminatis ædificia exſtruuntur: aut Oromenum Indiæ montem, è quo ſalis gle
bæ lapidicinarũ more cæduntur, quantũ ſcriptorum lectione cõſequi animus poteſt, ualde mi
rabitur,

rabitur, qui Sarmatiæ aut Bochniam, aut Veliſcum uidit. Duobus in locis cæditur metallicus atq; foſsilis, oppidis utrobiq; ob mortalium frequentiam, & operum magnitudinem, enatis. Horum propius Veliſcũ uocant, à Cracouia paſsibus plus minus. 5. mil. alterũ Bochniam. 30. maximum millibus diſtans cum arce perelegante, à Salinarum præfecto, quē ſua lingua Zupparium uocant, habitata. Veliſci ſitus æquus in ſeptentrione, ad meridiem & ortum molli aſſurgit cliuo altiusq; atq; altius: perinde montanis extantibus, agri, quemadmodum & Bochniæ, iuxta ferè ſteriles ſunt. Intra oppidulum prope ſacram ædem uno hiatu, quē ipſi Schibum nominant, in illa tenebrarum regna deſcenditur. Foſſa ipſa undiq; præceps, roboribus in quadratum ferè cõtignatis altiſsime demittitur, fune prægnandi è machina pendente, quo glebę ſalis, quas Bancas ipſi appellant, ex uarijs cauernis ad eius fauces deuolutę, tandem in lucem extrahuntur. Qui deſcendunt, reſtibus ex ſubere ima in parte craticulæ in modum contextis, & grandem illum ad funem nexis inſident, manibus ſeſe retinentes, atque altero crure ad funem applicito, quo minus, qui ita pendet, uacillet. Bini frequẽter iunctis lateribus penſiles intromittuntur, ita tamen ut ſepteni atq; etiam octeni ordine appenſi demittantur. Stupentibus autem & inexpertis antea periti rerum foſſores intermiſcentur, qui altera in manu lucernam geſtantes, pede alterutro funem immani altitudine fluctuantem regunt, ne, in compacta quadrato robora ſi impingat, leuiſsime ſedentes excutiat, eneceťq; caſu. Cum ad fundum peruentum eſt, ocyſsime ſeſe primi explicant, funemq; diuerſum in cuniculum trahentes, ſequentibus cõſiſtendi relinquunt locum. Hic primus per puteum, qualem diximus, introitus eſt tantæ altitudinis, ut ſubtus ſtantibus nullus unquam cerni dies queat, & omnis deſuper clamantium uox euanida ſit, nec quicquam eo modo ab his illisúe ſignificari queat. Stipulas accenſas & carbones deijciunt, qui ſuperne aſtant, illis inuicem funem magno nixu criſpantibus, aut grandi malleo contignata robora in imo quatientibus, talem impetum pedibus magis, quàm auribus horum excipientibus. Hic mutuus ſignorũ modus eſt. Aduenis non raro, qui deſcendere aut nolunt, aut non audent, putei altitudo indicatur ſtraminis ſuccenſo faſciculo, iniectoq;, uiſu ſequentibus eum, qui aſtant, hoc modo altitudinis parte deprehenſa. Nec facile periculum in igne fuerit, udis ſemper primarum faucium roboribus. Veliſci uno tantũ puteo (ita uocare libet) deſcenditur, Bochniæ pluribus: ſed uno tamẽ frequentiſsime demiſsis operarijs, ex alijs interim ſalis micis extractis: & Bochnia quidẽ profunda, & undiq; decliui planicie iacet, Veliſco, ut dixi, prominente. In huius fodinis amœniora omnia ſunt uiſu. nam uix uſquam periculoſus timidis etiam & inſuetis intus gradus eſt, & in latera abeuntes cuniculi ita panduntur, ut erectus queas incedere. Bochniæ in profundum omnia abeunt, altiſsime ſubſidentibus foſsis, graduq; inſuetis prēſertim periculoſiſsimo. Ab puteorum lateribus ſcalę demiſſæ tenuibus ferramentis, funiculiſq; roboribus annectuntur, exilibus ſubtus proceribus nixę, & operariorum frequentia detritæ plerunq;: à quibus pro foſſarum ſpecie abeuntibus, crebro flectendus ſit gradus, idq; immani ſubtus altitudine, qua quidem ab ignaris primum ſine metu deſcẽditur, lucernis proxima tantum illuminantibus, non etiam profundum aperientibus. Magno uero metu aſcenditur cogitantibus præſertim, quantum inanis altitudinis ſubſit, quamq; pendulo nitantur gradu, qui uadunt. Equidem ut de me dicam, nõ raro terra mariq; cum timuerim mihi, haud leuibus in periculis uerſatus, nunquam tamen frequentius præſentiusq; de morte cogitaui, quàm cum naturæ noſcendarum opum cupiditate uictus, in Bochnianum illud barathrum deſcendiſſem: de quo etiamnum ita cogito, ut incolumem me omnia uidiſſe gaudeam, non amplius quacunque occaſione oblata uiſurus. Veliſci, cum demiſsi eſſemus per primum puteũ, uario ac perplexo, & uere quoſuis Labyrinthos uincẽte cuniculorum ambitu, in antra nõ parum ſpatioſa ducebamur: cameras appellat Sarmata, è quarum lateribus ingentes micæ ferreis cuneis malleiſq; cædebantur. Vix autem fidem ceperit, quantum omnia ſalis politiſsima munditie reſplendeſcant. Ac Veliſci quidem, quo magis in latera cuniculos adigunt, eo ſalem ſalſiorem mundioremq; deprehendunt profunditate ferè ſterili, aut micis certe ob intermixtam glaream impuris. Rariſsime uero (id quod in fodinis metallicis Carinthiæ obſeruaui) in his uſuuenit, ut ligneis columnis, aut fornicibus compaginatis tellus, ne ſidat opprimatúe operarios, ſuſpendatur. Solidę ſunt perinde effoſsis ſalis rupibus cryptæ, nec temere unquam inde periculum euenit; ſicut nec uapor uſquã noxius, aut fumus peſtilens ſtrangulat. Solo caſu quotannis ſunt, qui pereunt fractis interdum ſcalis, ac nõ raro glebis pręgrandibus, dum attrahũtur, & rumpitur funis, miſerabili clade recidẽtibus. Porrò & primo in deſcenſu periculũ eſt præſens, ſi funiculi ſiue reſtes, quibus inſidere ſolent demittendi, diſrumpantur. Operarijs merces ſoluitur, non à tempore, quod in his cauernis nullum eſt, ſed operis modo ęſtimatione facta. Inſtituta quoq; ad eam rem regula, & in ſalis (mirum) glebis uirium & laboris indicia inſunt: hoc modo diſpar ſalarium recipientibus, nec unquã deſidia eludentibus, qui cędunt. Cumq; nullę ſint illic lucis, & tenebrarum uices, ſit ut nec uigiliarum, nec ſomni modus ullus exiſtat, ſemper laboratur, opera tamen per uices fortuitas diſtributa: ut primi graues micas forma quadrata, ſed oblongiori excidant, mox ſint, qui demolientes, per multiplices eas cuniculos ſub introitum primi putei trahant, ut tandem in lucem attollantur, quibus ab opere uacantibus, poſtremi

Veliſcum.

Bancæ ſalis.

Puteorum altitudo.

Bochnia.

Scalæ.

Salinæ Veliſcenſes.

Merces pro labore.

Operum uices.

ſuccedunt, qui tenui mercede puluerem ſalis conuerrunt, & fragmenta legunt, in ueteres & exhauſtas ea foſſas conijcientes, aut in factitij ſalis uſus extrahentes, humeris portantes, & certatim ſub ipſa puteorum trahentes ora, ut attracta demum edantur. Ad hanc autem operam
Venæ fontales. & iuuentus conducitur, cum illa non niſi à robuſtiſsimis perficiatur. Fontales uenas Veliſcenſes fodinæ paſsim habent, cæterum modice ſcaturientes, quas canalibus è cryptarū ambagibus commodum in puteum corriuatas mox dolijs attollunt, coquūtq; harenoſi ſalis iniectis fragmentis. Veliſci enim & Bochnię non tam foſsiticij ſalis, quàm factitij copia eſt. Ille ſolidis è rupibus cæſus paulo eſt amarior recēs, mox cū aëre ſuperno inuaditur, extractus dulceſcit, fitq; optimus. Hic paulo ſalſior aqua, ut dixi, & fragmentis extractis coquitur, grādi ſubiecto igne, uelut in Germaniæ Galliæq; locis pluribus. Bochniani micas, ſtatim ut editæ ſunt, probant, purę ſint nec ne, glareæ ſiue argillæ uenis interturbatas confeſtim in fruſta, ut coquātur, findentes. Puriores integras uendunt, non pondere, ſed magnitudine tantum æſtimatã. Mi-
Sal fragilis. rum autem adeo facile frangi ſalem, cum noſtro ab aëre humeſcere cœperit: rurſum, dum in
Albertus. cauernis eſt, leuiorem & duriuſculum eſſe, extractum ingraueſcere maxime. Albertus noſter ex terreo combuſto, craſſoq;, & aqueo commixto, ac terræ frigiditate congelato ſalem natura calidum, & ſiccum conſtare autumat: poroſum uero eſſe, & hiare rimis ſubtilibus: unde coniectura ſit minime audax, leuem eſſe ſalē, dum ſicco in aëre trahitur, mox noſtro, qui humidior eſt, per hiantes poros hauſto, grauiorem fieri, ac facile frangi poſſe, quoniam laxior molliorq;
Plinius. factus ſit. Plin. 31. li. 7. capite, prodidiſſe ait quoſdam, leuiſsimū intra ſpecus ſuos ſalem eſſe, qui in lucem uniuerſam prolatus uix credibili pondere ingraueſcat. Cuius euidentem cauſam putauit eſſe à cuniculorum madido ſpiritu ſic adiuuante molientes, ut aquæ ſolēt, in quibus grauiora pondera facile mouentur. Mihi certe prior cauſa magis arridet, qui ſum expertus ſiccū, calidum, acutum, & perquam ſubtilem in his fodinis aërem eſſe, ut ſuadent obambulātes, & nudi etiam Cyclopum more laborent Bochniæ, ocreatis tantum, & braccis pudibunda uelatis, qui fodiunt. Micę, cum ad ſupremi putei fauces peruenere, appenſę funi iumentis extrahuntur, prægrandem rotam anhelo & in circū reducto gyrantibus curſu. Et Veliſci quidem
Bochniarum ſalina operoſior. leuiori opera omnia conſtant, Bochnię magnus in extrahendo labor eſt, cum quòd multis in locis extrahitur, tum etiam quòd ex altiſsimis foſsis interim per cuniculos trahitur, interim machinis ſubtus fabrefactis attollitur, donec hac & illac uario flexu per cryptas prouolutus, & ſexies minimum ſubterraneis illis machinis ſublatus, demum ad ſupremi introitus fauces conuoluitur, ut claram in lucem attollatur. Cumq; Veliſci foſſæ ſint præter cameras, alicubi octodecim ſcalarum altitudine, quarum nulla breuior ſit octo cubitis, multis interim lōgio-
Bochniæ ſalinæ altitudo. ribus: conſtat Bochniæ, præter primarum faucium immanem profunditatem, in altiſsimam foſſam octoginta ſcalarum altitudinem durare, & quotidie fieri altiorem, innumera ſalis exci-
Ludouicus Decius. ſa copia. Scalas numerauit Ludouicus Decius noſter, regi Sarmatiæ à ſecretis, & Iano Bonero Salinarum præfecto à rationibus, amœniſsimi ingenij, & eximiæ doctrinæ homo. mihi ſanè nonnullo metu perturbatiori, tum & alia demirato, quorum gratia ueneram, id ipſum obſeruare non dabatur. Bochnianæ glebæ puriores ſalſioreſq; exiſtimantur. Vtrobiq; per reliqui
Salis gemmæ. ſalis rupes uenæ quædam euegantur pellucidæ, & cryſtalli modo nitidæ ſalis gemmæ, ut recentiores cognominant, cuius præcipuus eſt in medicinis uſus. apparent & uenæ extincto carboni nigrore ſimiles, quarum materiam aurei pondere contritam, & modico uino ſum-
Salis factitij ratio. ptam alueum ſoluere aiebant. Sal qui coquitur, uiſendæ magnitudis patinis ex ære, ferroúe factis non ſanè profundis, nec craſsis admodum infunditur, ubi aquis flammarum in bu-
Plinius. lientibus concretus, & ſidens ſal, poſtquam incanduit, extrahitur. Quod Plinius intellexit, quando ſcripſit in Gallia Germaniaque ardentibus lignis aquam ſalſam infundi. Et libro
Tacitus. tredecimo Tacitus in Hermunduris ſalem prouenire ait, non ut apud alias gentes, eluuie maris, areſcente unda, ſed ſuper ardentem arborum ſtruem fuſa, ex contrarijs elementis igne atque aquis concreta, &c. Et hic quidem quamuis in metallico illo ſiue foſsili acutior paulo
Salis in Sarmatia montes. ſalſiorque eſſe ſolet, parum tamen à natiuo ſale abeſt acuminis ui. Mirum uero inter tot fœcundæ naturæ miranda opera ſpectaculum, tanta altitudine ſolidos ſalis demitti montes: & cuniculis in tanta ſpatia adactis, ad lucernarum lumina moles ſubterraneas excauari. Nullus illic dies uelut Cimmerijs olim, nulla nox, ſed umbræ tantum ſine cœlo. Porrò & adeo altum ſilentium ineſt, ubi ab opere uocatur, ut manes ineſſe loco credas. Veliſci non raro ingentium ſeſe templorum ſpecie cameræ offerunt, immanibus ſalis columnis extantibus, quibus ſuperiora ſolido & ipſa concreta ſale, ceu fornices quidem ſuſtinendis montibus ena-
Glebarum ſalis pondus. ti imminent, grauiſsimo ſeſe pondere admirabili quadam operariorum induſtria librante. Bochniæ mille quingentorum pondo Germanicorum graues micas extractas uidimus: hæc autem Romana pondo tria millia æquant. Aiebant interdum maiores cædi, neque id difficile creditu æſtimantibus, ſalis illic non glebas tantum, ſed montes etiam eſſe. Ex in-
Magnum è Salinis uectigal. genti uero illo Sarmatiæ theſauro maius eius regni principi uectigal eſt, quàm pleriſque eſſe ex auri aut argenti fœcundiſsimis fodinis poſsit. Etiam ſi hoc, quicquid eſt emolumenti, uix æſtimandis ſumptibus conſtat. Illud non præterierim, in multis Sarmatiæ locis copiæ ſalis euidentia ueſtigia ſpectari, in quibus tamen fodere lege cauente prohibentur, qui adhabitant,

ac rei

ne rei precium euileſcat, & detrimentum emolumento maius fiat. Veliſcenſem fodinã quatuor plus minus horis bona parte colluſtrauimus, comitantibus nos Rudolpho noſtro Agricola, Benedicto Vadiano fratre, & adoleſcentibus duobus Cracouianis Seuerinorum familiæ, ſpectatiſsimæ indolis, qui unà ſe in horrendam illam altitudinem demiſere. Solus Agricola, cui caput eſt natura uertiginoſum, & ex ſtudijs debile, nullusq́ omnino ad ſcandendum incautius animus, tantiſper donec extraheremur, & noſtro redderemur cœlo, nos operiebatur. Bochniæ ijdem ferè nobiſcum deſcenderunt, ducente nos & ſingula diligenter commonſtrante Ioãne de Oleſchincky, Damiani domino, uiro preter humanitatem & candidiſsimos mores imaginibus etiam & literarũ peritia claro. Cui pro ſingulari beneuolentia & liberalitate ſua, non ſatis uidebatur in hominem peregre aduenam collatum officij, quòd unà periculoſa uectura demiſſus in fodinas eſſet, quòd omnia indicaſſet & expoſuiſſet, niſi ſexta ferè hora demum reductum, cum feſſum ſqualidumq́ cerneret, & lauandum curaret, & apparatiſsimo prandio in regia arce exciperet, toto ſodalitio noſtro biduano hoſpitio incredibili humanitate tractato. Porrò ne is quidem beneficentiæ finis erat, poſtridie nos in uillam ſuam Damianam deduxit, fertili agro ad piſcoſi amnis ripam extructam, & undique amœniſsimo nemore clauſam, in qua iucunda deambulatione facta, rurſum elegantiſsimo & planè ſaliari prandio non tam ferculorum apparatu, quàm morum & facilitatis ſuæ comitate mirifice exhilarauit: additis mox, qui nos compendiarijs itineribus Cracouiam reducerent. Quid ni autem fatear, ſummam beneficentiæ me Ioanni Bonero debere ſalinę utriuſque præfecto? qui ſimul ac ituros nos Bochniam intellexit (iam enim Veliſcum uideramus) literis actutum præmiſsis, ut his modis cum uniuerſo ſodalitio exciperemur, curauit. Eſt hic uir grauiſsimus prudentiſsimusq́ authoritate, & gratia nullis ſanè in Sigiſmundi regis aula cedens, præterea exterorum (ad Rhenum enim natus eſt) primus, qui tantis fortunæ ornamentis, tantaq́ dignitate apud Sarmatiæ principes inclaruerit. Ac de ſalis quidem fodinis Sarmaticis hactenus.

Rudolphus Agricola.

Ianus de Oleſchincky.

Ioannes Bonerus.

S C Y T H I A.

INde Aſię confinia, niſi ubi perpetuę hyemes ſedẽt, & intolerabilis rigor, [a] Scythici populi incolũt, ferè omnes etiã in unũ [b] Sagæ appellati. In Aſiatico litore primi [c] Hyperborei ſuper Aquilonẽ Rhiphæosq́ montes ſub ipſo [d] ſyderum cardine iacent, ubi ſol non quotidie, ut nobis, ſed primũ uerno æquinoctio exortus, autumnali demũ occidit, & ideo ſex menſib. dies, & totidẽ alijs nox

S C Y T H I A.

SCythici populi.] De Scythicis populis non indigna lectu Rhodiginus Cœlius uigeſimoquarto capite decimi libri. Nos pleraque à ſecundi libri principio reddidimus. Moſchi hodie tenent ſiue Moſcouitæ, perpetua Sarmaticarum uictoriarum materies. Nam non ſemel proximis annis miſerè ſunt cæſi. de his ſecundo libro diximus. Id addo, nullum Imperatorem hominum memoria magis ab his obſeruatum Maximiliano Auguſto, ad quem crebrę ſunt eorum è longiſsimis itineribus legationes: & paulo ante quàm hæc commentaremur, denuo aliquot menſe Februario Viennæ uidimus eximia ſtatura, & decentiſsimo habitu, quodque mirabar, uno ex eis linguæ latinæ peritiſsimo, ut dubitauerim, ac ne nunc quidem planè ſciam, Italus ne an Moſchus fuerit. Ducem ſanè Moſchorum Baſilium, magnanimum eſſe, & immenſarũ opum, nec tenuibus hodie uiribus præſtantem, & ad Tanaim Scythicũq́ oceanum longe lateq́ dominantem Cæſarearũ legationum relatu accepimus. b Sagæ.] Herodotus libro ſeptimo, Perſæ, inquit, Sagas uocant omnes Scythas. Idem decimoſeptimo capite ſexti Plinius ſcribit. c Hyperborei.] Sic dicti, quòd in Boream, id eſt, Aquilonem expoſiti ſint. Totum uero locum illum in ſua tranſtuliſſe uidetur Plinius. Perelegãter alicubi Solinus nõ indigna lectu. d Syderum cardine.] Diximus ſupra ſub polo alterutro commodam habitationem eſſe non poſſe propter omnem illic naturæ uarietatẽ uicibus rerum temporumq́ renaſcentem, abiectã, teſtibus cum alijs, tum ipſo Alberto. Ideo non dubitarim falſum eſſe, quod Pomponius de ſitu tradidit. nam ipſi etiam Ptolemæo ultra. 70. gradum declinationis ab ęquatore non uergunt. Quanquã ueriſsimũ eſt, cõſequens eſſe, ut ſex menſibus dies duret his, qui ſub polo agerent, ſi illic commodus habitationis locus foret. & è regione ſex menſium nox. Cauſa eſt, quòd ęquinoctialis horizon eſt polorum, hic aũt per primum gradum arietis, & oppoſitũ primum gradum libræ procurrit maximus parallelus cognominatus.

Sagæ.

Sex menſiũ dies.

gnominatus. Intelligo autem polos, ne quis obiter aliud ſentiat, duo illa in firmamento fixa immotaꝗ puncta, axem ſphærę terminantia, ad quos circumagi mundum, & ſyderum cardines eſſe eos Aſtronomi tradidere, ne quis circulos me intelligere putet cum Varrone, qui, ut Gellius decimo capitę tertij libri ſcribit, πόλους circulos uocauit, qui in ſphæra κρικώτη, hoc eſt, pertuſa ſiue plana uideri uix queant, uelut hodie in aſtrolabiorum inſtrumentis minimi paralleli cernuntur circa punctum zenith, quos orbiculos Vitruuius quoque libro nono à Græcis πόλους nominari tradit: recentioribus non ipſi ipſa cardinum puncta, hoc eſt, parallelorum centra intelligentibus.

Locus Plinij. Plinius quoque in eandem ſententiam ſic habet, Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremiꝗ ſyderum ambitus, ſemeſtri luce, & una die ſolis auerſi, ut non imperiti dixere, ab æquinoctio uerno in autumnum. Semel in anno ſolſtitio his oriuntur ſoles, brumaꝗ ſemel occidunt. Eum Solinus, ut ſolet, ſequutus, ſic de Hyperboreis: Sũt ergo in Europa, apud quos mundi cardines eſſe credũt, & extimos ſyderum ambitus, ſemeſtri luce auerſum tantum una die ſolem: quanquam exiſtant, qui putent non quotidie ibi ſolem ut nobis, ſed uernali ęquinoctio exoriri, autumnali occidere, ita ſex menſibus infinitũ diem, ſex alijs continuam eſſe noctem. hæc Solinus. Per extremos ille ſyderum ambitus, circuitus extimarum ſtellarum in minimis parallelis intelligit, una uero die dixit, hoc eſt, continua, id quod Solini uerba teſtantur. Quanquã non neſcio maius eſſe id tempus aliquot diebus, quo ſolſtitialia ſiue æſtiua ſigna ſol permeat, quàm hoc ſit, quod ei per brumalia ſigna tranſeunti reſpondet. Cauſa eius eſt ecentricintas (liceat mihi aſtronomico uocabulo uti) ſolis in augem altius deferente ſuo aſſurgentis. nam in cancro hodie aux eſt, ut oppoſitum augis in capricorno. Benę igitur Pomponij uerba penſanda, ne quis putet parem omnino eſſe eius diei noctisꝗ quantitatem. Cæterum ſolſtitio latus ſolſtitij nimirum intellexit, ſicut bruma latus brumæ, hoc eſt, hemicyclum brumalium ſignorum: à ſolſtitio enim aduſque maximum parallelum tota ſolis circumuolutio apud illos occaſu caret: ſicut è regione eius ambitus à brumalis ſolſtitij parallelo aduſꝗ mediatorem ortu caret & è regione: ut capite ſeptuageſimoſeptimo ſecundi libri. Solſtitiales dies dixit eos, qui ab æquatore in ſolſtitium uſque uergunt: alioqui cum tantum unus ſit ſolſtitialis, unius lateris dies improprie ſolſtitiales dicerentur. Auerſum uero doctiſsime dixit, quod illis propter maximam elongationem ſemper ad latera immineat, nunquam ad zenith, quemadmodum nobis, inclinet. Sunt qui legant, non ut imperiti dixere, tranſpoſitis tantum duabus uoculis, & contrarium Pomponio ſen-

Gulielmus Budæus. ſiſſe exiſtimant, in quorum numero Hermolaus Barbarus eſt Plinianus Ariſtarchus, & Gulielmus Budæus Pariſienſis, uir mehercule magni iudicij, & Galliarum ex literis honeſtisꝗ doctrinis decus, qui lucis & umbrarum durationem, quam ſub polo ſiti habeant, Plinium non ab æquinoctijs, ſed ſolſtitijs magis menſum eſſe credidit. quod ſi admittimus, ut certe obiter legenti ex ipſis Plinij uerbis apparet, nemo tantum authorem ab errore uel pudendo facile defenderit. Nemo enim omniũ eſt, modo prima ſphæricæ rationis rudimenta non neſciat, quin ſciat ſole æquatorem tranſgreſſo, tanto longiorem eſſe eius lateris diem, quanto maior ſit declinatio, nullas uero penitus umbras his, qui ſub ipſo ſunt, deſinẽtis in latera de-

Thule. clinationis uertice. De Thule uerò, quod Plinius ex Pythia refert, indubie ita non eſt, cũ non ſit hæc inſula ſub polo ſita, ideo obſtringere fidem ſuam authore citato noluit. Quare alibi uerius ſcribit, ſole Cancrum tranſeunte nullas in Thyle umbras eſſe, & è diuerſo in bruma, hoc eſt, tempore brumalis ſolſtitij ob parem contrariorũ rationem. Quandoquidem, ut primo libro docuimus, citra polum noſtrum loca ſunt habitata, quæ ſole cancrum tenente aliquot dierum horis, nec his quidem paucis, umbris careant. Hæc autem ratio, in globi obſeruatione, per coſmographica inſtrumenta non doceri tantũ, ſed quod potius eſt, demonſtrari

Contra Plinium. poteſt. Quod ad Plinium attinet, iudicio locus eſto. Nam apud me nullum eſt dubium, quin (quod ſalua tanti authoris dignitate dictum uelim) clarius tradidiſſet pleraque præclarus ille author, ſi rectius intellexiſſet, neꝗ authorum fide adeo ſe ubique eſſet tutatus, id quod homines aliud agentes aſſolent. Solini errores æmulatio excuſat. ſimiarum enim eſt, omnia

Locus Plinij. etiam ſuo periculo imitari uelle. In illo Plinij multo euidentior mihi erroris neuus ineſſe uidetur, quod ait fuiſſe, qui Hyperboreos medios fecerint inter utrunque ſolem, occaſum ſcilicet Antipodum, & exorientem noſtrum, quod fieri, inquit, nullo modo poteſt, tam uaſto mari interueniente. Ecce rem ueram, aut certe uериſimilem falſa ratione confutat. Nam ſi ſint Antipodes, ut eſſe poſſunt, quorum horizon Hyperboreos aut attingat, aut traijciat, illi reuera inter ortũ occaſumꝗ Antipodũ erunt. Eſto uero id fieri nullo modo poſsit, nondũ conſequens eſt, ut Plinij ratio uera ſit. Cum enim idem ſit horum horizon, qui fieri queat, ut inter ortum horum & illorum occaſum magnum aliquod mare intermediet, cum ex eo ipſo loco ſol nobis oriatur, in quem Antipodibus noſtris occidit? Quod ſatis Manilius teſtatur libro primo, Diuerſasꝗ umbras, leuaꝗ cadentia ſigna, Et dextros ortus cœlo ſpectantia uer-

Cur Auguſtinus Antipodes eſſe negarit. ſo. Addo quod in eam hæreſim Plinius inclinat, quam Macrobius, & ipſe quoque Manilius ſequitur, mari ſcilicet adeo uaſto Antipodas ſeiungi, ut raro uel nunquam aut horum ad illos, aut illorum ad hos tranſitus ſit. Quæ opinio cum Auguſtini temporibus ueriſsima uiſa eſſet, adeo clariſsimum illud noſtræ eccleſiæ columẽ perculit, ut Antipodas eſſe negarit.

negarit, quemadmodum in epiſtola noſtra ad Rudolphum Agricolam adnotauimus. a Aprica.] Aut loci priuata poſitione natura'ue, quemadmodū C. Cæſar Britanniæ loca tēperatiora eſſe ait, quàm in Gallia, remiſsioribus frigoribus, cum longe tamen amplius in ſeptentrionem abeant alicubi Britanniæ; aut quod uerius duxero, fama pollicēte, quod re ipſa non ſit. At Plin. Nec libet, inquit, dubitari de gente ea, cum tot authores prodant. b Vitio gentium.] Ante enim hoſpitio gentium uenerabiles fuerant, mox, fide uiolata, inuaſa uirginitas

uſq; cōtinua eſt. Terra anguſta,[a] aprica, per ſe fertilis, cultores iuſtiſsimi, & diutius, ꝙ ulli mortalium, & beatius uiuūt. Quippe feſto ſemp̱ ocio læti, nō bella mouere, nō iurgia, ſacris operati maxime Apollinis, quorū primitias Delon miſiſſe initio per uirgines ſuas, deinde p̱ populos ſubinde tradētes ulterioribus, morēq; eum diu, & donec[b] uitio gentiū temperatus eſt, ſeruaſſe referuntur. habitant lucos ſyluasq;, & ubi eos[c] uiuēdi ſatietas magisq; tædium cepit, hilares redimiti ſertis ſemetipſos in pelagus ex certa rupe præcipites dant. Id eis funus eximium eſt.[d] Mare Caſpiū ut anguſto, ita lōgo etiā freto primū terras quaſi fluuius irrūpit, atq; ubi recto alueo influxit, in tres ſinus diffundit,[e] contra os ipſum in Hyrcanū, ad ſiniſtrā in Scythicū, ad dextrā in eum, quē proprie & totius nomine Caſpium appellant: omne atrox, ſæuū, ſine portibus, procellis undiq; expoſitū, ac beluis magis quàm cætera refertū, & ideo minus nauigabile: ad introeuntiū dextrā Scythę[f] Nomades freti litorib. inſidēt. Intus ſunt ad Caſpium ſinū[g] Caſpij &[h] Amazones, ſed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum[i] Albani &

eſt: quo factum, ut uirgines, quæ ante Delon uſq; deferre cōſueuerant, ad finitima tantum portarent, unde ab accolis alijs alijsq; in Delon exportata ſunt: quod ipſum quoq; exoleuit, ex Plinio. c Viuendi ſatietas.] Legimus Diogenem aliquando interrogatū, quis nā anxietate maiori premeretur, reſpondiſſe, non alium magis, quàm qui ſe felicem ac quietum eſſe cuperet. Omnium autē minime hoc ipſum ſenectuti cōtingere, ut quieta foret, propterea quòd malorum omniū portus eſſet, adq; eam magna morborum uis confugeret. Qua de re nil mirū fuerit, fuiſſe mortales, qui ſenij morboſi tędio ducti mortem ſibi conſciuerint: cum ęgritudinum ſeorſum uis ad idipſum perſępe laborantes impellat, & conſtet Euphratem philoſophū grauiſsimum tempore Hadriani uoluntaria morte exceſsiſſe è uita, ueniam dante ei Hadriano; ut citra ignominiam & infamiam, cum propter ſenectutem, tum etiam propter grauem morbū cicutā bibere poſſet, authore in Hadriani uita Dione. Hoc genere mortis extinctos Iulius Firmicus biothanatos uocat, hoc eſt, uiolenta morte, fato non expectato, confectos. Quos in Phedone Plato coarguēs, mortē, quā omnibus natura cōſtituit, nō inferendā, nec accerſendā eſſe, ſed expectandā tradit. Vitiorū autē quærendā mortē ait, qua homo ſeſe ipſum abnegās, corporeas illecebras philoſophia docēte contemnit, & cupiditatū dulces inſidias, reliquasq; omnes paſſiones exuitur. haud quaquā aliena à Chriſtiana doctrina ſententia. d Mare Caſpiū.] Diuerſa uetuſtorū de Caſpio ſentētia fuit. Herodotus, quē multi alij imitati, primo libro Caſpiū, inquit, alterū ac per ſeipſum mare eſt, longitudinis quindecim dierū curſu nauis, quę remis utatur, latitudinis, ubi ſpacioſiſsimū eſt, dierū octo. Contrariū tradūt Dionyſ. Stra. Plin. quos uiderim. Plinij uerba hęc ſunt. 13. cap. lib. 6. Nanq; id erūpit Scythico Oceano in aduerſa Aſiæ, pluribus nominibus accolarum appellatū, celeberrimis duobus, Caſpio & Hyrcano. Ideo Patroclem nobilem ſcriptorē Strab. lib. 11. in ea fuiſſe ſententia ſcribit, ut ex India ad Hyrcanos nauigari poſſe crediderit. e Cōtra os.] Contra aluei fauces oppoſito in litore. Hyrcanum eſt ab Hyrcanis accolis dictum, ab ortu autē Scythicum accipiendū à ueris Scythis, ab occaſu Caſpium, quod illic in ora meridiana inter Armenios & Caduſios ſiti Caſpij ſunt, Ptolemęo: à quibus mari nomen: quanquam hic indifferenter nunc, Caſpiū, nunc Hyrcanum nominat, ut ferè alij. f Nomades.] Alijs in locis Scythę eōdē dicti nomine, iuxta q̊s & Sauromatas locat Plin. Meminit Strab. 11. li. g Caſpij.] Apud hos canes ſęuiſsimi, ut li. 6. Valer. Flaccus ſcribit, & portæ cognominatæ Caſpiæ. Quin & pietas quædam eſt, parentes nō ſecus ac feras immanitate inſignes occluſos inedia conficere, cum. 70. annos complerunt. Strab. h Amazones.] De ijſdem lib. 6. Plin. Sauromatides autem cognominantur, ad differentiam harum, quæ ad Thermodoontem in Ponto habitarunt, quarum prius facta eſt mentio. i Albani-

Euphrates philoſophus.

Plato.

Caſpium mare.

Hyrcanum.

Caſpij.

[a] Moſchi & [b] Hyrcani: in Scythico Amardi & Pæſici, etiã ad fretũ [c] Derbices. Multi in eo ſinu magni paruiq; amnes fluunt, ſed qui famã habent, ex [d] Ceraunijs mõtibus uno alueo deſcẽdit, duobus exit in Caſpium [e] Araxes, Tauri latere demiſſus: quoad cãpos Armeniæ ſecat, labit̃ placidus & ſilens, neq; in utrã partẽ eat, quanquã intuearis, manifeſtũ: cũ in aſperiora deuenit, hinc atq; illinc rupib. preſſus, & quãto anguſtior, tãto magis pernix: frãgit ſe ſubinde ad oppoſita cautiũ, atq; ob id ingenti cũ murmure, ſonanſq; deuoluit̃, adeo citus, ut quà ex præcipiti caſurus eſt, [f] in ſubiectã nõ declinet ſtatim undã, ſed ultrà quam canalem habet, euehat, plus iugeris ſpacio ſublimis, & aquis pendẽtib. ſemetipſum ſine alueo ferẽs: deinde ubi incuruus arcuatoq; amne deſcẽdit, fit trãquillus, iterumq; per campos tacitus, & uix fluẽs in id litus elabit̃: [g] Cyrus & Cãbyſes ex radicibus Coraxici mõtis uicinis editi, & in diuerſa abeũt, perq; Iberas & Hyrcanos diu & multũ diſtantibus alueis defluunt, pòſt nõ longe à mari eodẽ lacu accepti in Hyrcanũ ſinum uno ore perueniũt.

Ptol. non Hyrcanis, ſed Caſpijs iungit, intermedia tamen parte Armeniæ maioris. horum regio Albania, quã à Colchide ab occaſu dirimit Iberia immanib. clauſa mõtibus. *Iberes.* Tacitus li. 5. Iberi, inquit, & Albani ſaltuoſos locos incolẽtes, duritia patientiaq; ſueti, à Theſſalis ſe ortos dixerunt, quãdo Iaſon poſt auectã Medeã, genitoſq; ex ea liberos, inanẽ mox regiã Aeetæ, uacuoſq; Colchos repetiuit. Phrixi oraculũ celebrant, & arieti parcunt, nunquã eo immolantes ob Phrixũ uectum. Hæc ille. Præterea apud Albanos homines gigni Græci ſcriptores tradiderunt, qui in pueritia ſtatim canescant, & plus cernãt oculis per noctẽ quàm inter diẽ, ut Gellius. 4. cap. 9. lib. tradit. Lege lib. 11. Strabonẽ, qui preter alia Iberos ſcribit quadruplici hominũ genere degere. Ex primo reges duo deliguntur, alter qui genere & ętate antecedat, alter qui iura det, & exercitum ducat: ſecundum genus eſt ſacerdotũ, qui inter affines ius dicunt: tertium militum & agricolarũ: quartũ uulgi, quod regibus ſeruit, quæq; ad uitã neceſſaria ſunt, miniſtrat. *Moſchi.* a Moſchi.] Moſchorũ tractus ad Iberũ amnẽ in Cyrum defluentẽ iacet Sacaſſanis uicinus, ut 10. ca. lib. 6. Plin. tradit: ab his iuxta Moſchici mõtes, de quibus alibi. b Hyrcani.] In Margianos & Oxi fluminis oſtia inclinãt, cæteris: niſi totũ eum tractũ ab Hyrcanis habitari Pomponius credidit. Iuxta Amardi & Pæſici. Ptol. illorũ fluuium Amardum uocat. Apud Plinium Amarbi, non Amardi: niſi, quod ſuſpicor, uitiatus eſt codex. Mardi, ut & hoc annotem, è numero ſunt Perſarum, *Mardi.* ab Amardis alij, Plinio. Strabo libro undecimo utrinq; Amardos nominat. c Derbices.] *Derbices.* Dionyſius Dercebios uocat, Strabo Derbicas, Plin. Derbices, ut rectius Derbices apud Pomponium, quàm Debrices legi uideatur, nec ignoro aliquibus Derbiccas, aliquibus Derbios uel Therbiſſos appellatos, ex Stephano ut Cœlius Calcagninus in ſcholijs illis ſuis Dionyſianis adnotauit. *Derbicum ſeueritas.* Hi ſupra Stoicam ſeueritatem minimũ quodq; delictũ pœna capitis puniunt, terram uenerantur, fœmininum animal neq; edunt, neq; ſacrificant, qui 70. annos exceſſerunt, iugulant, cognatorum carnes uorant, anus ſtrangulant, deinde ſepeliunt, citra ſeptuageſimum annum obeuntes non edunt, ſed humant, ut libro undecimo. Strab. ſcribit.

Araxes. d Ceraunijs.] Hi iuxta Moſchicos Coraxicos in Albanos, Iberos, Armenios, Colchos inclinant, ut ante dictũ eſt. e Araxes.] Ex Armenia cadens, & eodẽ mõte ortus, quo Euphrates. 6. millium paſſuũ interuallo, Plinio. Herodotus li. 1. ſcribit, alicubi multo eũ Iſtro maiorẽ, *Fructus inebriãs.* & inſulas ambire Leſbo magnitudine pares, quarũ accolæ radicibus ueſcantur æſtate euulſis. Addit, arboris illic decerpi fructũ, qui in ignẽ iactus circumſedentes ſic ebrios reddat, ut Græcos uinum, eoq; magis, quo plus eius fructus flammis iniectũ fuerit, id quod Thracibus obtingere ſeminibus quibuſdã in ignẽ iniectis ſupra Põponius tradidit. Sunt iuxta qui crudis piſcibus ueſcuntur, & pellibus marinorum uitulorũ ſe ueſtiunt. Araxis nomine quondã Peneus in Theſſalia uocatus fuit, quod aſperitate propè pari per abrupta montium proruat, ex Stephano. Diodorus in Alexãdri geſtis Araxis Perſici meminit, qui Perſepolin præterfluat.

f In ſubiectam non declinet.] Adeo citis undis, cum urgetur, accelerat, ut in aërem egreſſus, longo quaſi arcu ſubtus iacentem terrã exuperet. Id multos Scythiæ amnes ſolere, dum ex rupiũ præcipitijs in mare exiliunt, & ſubtus uiam relinquunt itinerantibus, Strab. ſcribit undecimo libro. Sunt & indigenæ, qui in eiuſmodi loca epulandi, aut ſacrificandi gratia deſcendunt, interdum in antris diſcumbentes, interdum ſub ipſo fluctu apricantes, eodem authore. *Cyrus.* g Cyrus.) Vide tabulam Aſiæ Ptol. quintã. Ipſe Põponius, quẽ ſequutus authorem ſit, du-

[a] Iaxartes & [b] Oxos ꝑ deſerta Scythię ex Sogdianorũ regionibus in Scythicũ exeũt: ille ſuo fonte grãdis, hic incurſu aliorũ grãdior, & aliquandiu ad occaſum ab oriẽte currẽs, iuxta [c] Dahas primũ inflectitur, curſuq; ad ſeptentrionẽ cõuerſo inter Amardos & Pęſicas os aperit. Syluæ alia q̊q; dira animalia, uerũ & [d] Tigres ferũt utiq; Hyrcaniæ ſæuum ferarũ genus, & uſq; eo pernix, ut illis longe quoq; progreſſum equitem conſequi, nec tantum ſemel, ſed aliquoties etiam, curſu, unde cœperint, ſubinde repetito, ſolitum & facile ſit. Cauſa

ſit, dubiũ, à Ptolemęo longe diſſentit. nam huic per Scythas Caſpios è Caſpijs montibus orti diſtantibus oſtijs in Hyrcanum effluũt, longe ab eo tractu cum Albanis, tum Hyrcanis abſentibus. Plin. ſexti lib. 13. cap. haud obſcure indicat Cyrum, & Cambyſem ſupra Armeniam maiorem ſeptentrionem uerſus per Iberos & Albanos defluere: hunc autem in Caucaſijs, illum in Coraxicis ortum montibus. Idem decimo capite eiuſdem lib. Planitiem, inquit, omnem à Cyro uſq; Albanorum gentes tenent, mox Iberum, diſcreto ab his amne Aragone in Cyrum *Cyrus & Cambyſes ubi.* è Caucaſijs mõtibus defluente, &c. In eadem ſententia eſt Stra. qui tamen Aragum amnem non Aragonem uocat, & iuxta Cambyſenã regionẽ à Cambyſe ſcilicet. Quod ſi ſitũ obſeruamus loci, non eſt dubiũ Cyri nomine & Cambyſæ Plinium & Strabonem eos intellexiſſe, quos è diuerſis tandem cõfluentes Ptolemæus utrinq; Thyras uocat. Cyrũ ex Armenia oriri ideo Strabo ſcribit, quod è iugis Armeniã à ſeptentrione claudẽtibus elabitur. Quid ſi Põponianus locus ille ſic legatur, *Locus Melæ.* perq; Iberos & Albanos diu, & multum diſtantibus alueis defluunt, poſt non longe à mari eodem lacu accepti in Albanum ſinum uno ore perueniunt? De parte Caſpij, quod Albanum illic uocetur, ipſe Plinius. Ante Albanos, inquit, mare, quod Albanum nominatur. Cæterum quod prius Araxis meminit, uidetur omnino alio in loco ſtatuere, tanquam ſupra Araxem hi amnes meridiem uerſus extent, quod & Ptole. placet, ſed diuerſa etiam deſcriptione. Ipſe Plinio & Straboni magis aſſenſerim, quanquam de longiſsime diſtantibus locis dubia ſit fides. Quod ſi lapſus Pomponius eſt, minime mirum, cum id perhumanum ſit. A' Cyro amne Cyrum regem uocatum Strab. lib. 15. teſtis eſt. Aliâs uidebatur à regibus ipſos amnes ſortitos nomina. nam Cyrus, ut libro undecimo Strabo refert, ante Torus dictus eſt. Ammianus. 23. libro, Cyrus, inquit, cui magno & ſpatioſo Cyrus ille ſuperior rex amabilis abolito uetere id uocabulum dedit, cum exercitum ire in regna Scythica deſtinaſſet. Multi recentiorum in Ptolemæi ſententiam pedibus eunt, in quorum numero & Marcellinus eſt claſsicus ſcriptor. Strab. & Plinij authoritas mihi ea in re potior eſt. a Iaxartes.] Scythæ Silin uocant. amnium ab oriente in *Iaxartes.* Caſpium influentium uel maximus: nam multos ſecum rapit & immani undarum copia extumeſcit. oritur in ultimis Sogdianorum finibus ex montibus, quos Sogdios Ptolemęus uocat. Alexander militesq; eius Tanaim putauerunt, cum ſit alius. Trans amnem Apollini Didymæo aras olim ſtatuit nominis gratia Dęmonas Seleuci & Antiochi dux. Citra uero, Herculis, Bacchi, Cyri, Semiramidis, & Alexandri quondam erectæ, ut 16. cap. ſexti libri Plinius refert. meminit lib. 11. Strab. & libro ſexto Cur. Sunt qui alium Iaxten eodem in tractu locent, *Iaxtes.* cuius Claud. meminerit, Sic nobis Scythicus famuletur Iaxtes. b Oxos.] Hic multis in lo *Oxus.* cis ſex ſeptemue ſtadiorum amplitudinem habet, ut lib. 11. Strabo aſſerit. notiſsimum uero eſt *Ochus.* ex Curtio, Ammiano, cęteris, Ochum ab Oxo alium eſſe. nam in Oxum Ochus fluit, maximos amnes recipit, inter quos ex Margianis Margus defluens, & è Bactriana Ochus. Curtius libro ſexto ſic ſuperatis deinde Oxo & Ocho ad urbem Marginiam peruenit. Ammianus quoq; 23. lib. Itidemq;, inquit, Ochus & Orchamones iuncti cõuenis amnibus augent immania Oxi fluenta. Eius alueo, ut Strabo ait, Indę merces in Caſpium deuehuntur, mox è Caſpio in contrarias Cyri undas, donec per breui itinere ad Phaſim traijci poſsit, mox Phaſis undis in Euxinum: quod ſi hodie feritas gentium ſineret, nulla eſſe poſſet mercium Indicarũ ad nos uectura celerior. Ab Oxo Oxiſagæ accolæ nominati, Solino, cęteris. Quanquã Hermol. Oxiſtage legit. Arrianus libro ſexto Oxidracas uocat. Iuxta & Araxatas eſt alius ab Araxe, de quo alibi, ex Marcellino. Vide tabulam Ptolemæi Aſiæ ſeptimam. De Oaxe alio Cretenſi *Oaxes.* in Catecheſi ex Hermolao dictum eſt: meminit & in Miſcellaneis Angelus Politianus.
c Dahas.] Dubium an ijdem Sachæ Ptol. nominentur, & Marcel. Sacæ Scytharum in- *Dahæ.* tra Imaum ultimi lib. 23. Curtius libro ſexto Sagas nominat. Meminit Daharum 17. cap. lib. 6. Plin. d Tigres.] Idem 18. cap. 8. libri, Tigrin, inquit, Hyrcani & Indi ferunt animal ue- *Tigres.* locitatis tremendæ, & maxime cognitę, dum capitur, totus eius fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur, equoque maxime pernici, & qui in recentem ſubinde transfertur. At ubi uacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non eſt ſobolis) fertur pręceps odore uaſtigans, raptor appropinquante fremitu abijcit unum ex catulis, tollit illa morſu

ex eo eſt, quod ubi ille interceptos earũ catulos citus cœpit auehere, rabiem appropinquantiũ fruſtraturus, aſtu unũ de plurib. omittit: hę proiectũ accipiũt, & ad cubilia ſua referũt, rurſumq́ꝫ & ſæpius remeãt, atq́ꝫ idẽ efficiũt, donec ad frequẽtiora, q̃ꝫ adire audeãt, ꝓfugus raptor euadat. Vltra, Caſpiũ ſinum [a] quid nam eſſet, ambiguũ aliquandiu fuit, idémne oceanus, an tellus infeſta frigorib. ſine ambitu, ac ſine fine proiecta. Sed præter Phyſicos [b] Homerũq́ꝫ, qui uniuerſum orbẽ mari circũfuſum eſſe dixerũt, Cornelius Nepos, ut recentior authoritate, ſic certior tradit: teſtẽ aũt rei Q. Metellũ Celerẽ adijcit, eũq́ꝫ ita retuliſſe cõmemorat, cũ Gallijs procõſul pręeſſet, Indos quoſdam à rege Sucuorũ dono ſibi datos, unde in eas terras deueniſſent requirẽdo, cognoſſe ui tẽpeſtatum ex Indicis æquoribus abreptos, emenſosq́ꝫ, quæ intererãt, tandẽ in Germaniæ litora exijſſe. Reſtat ergo pelagus, ſed reliqua lateris eiuſdem [c] aſsiduo gelu durantur, & ideo deſerta ſunt.

Claudianus.

& pondere etiam ocyor facta remeat, iterum conſequitur, & ſubinde donec in nauem regreſſo irrita feritas ſæuit in litore, hæc Pli. At Põp. nõ litore, ſed frequẽtia colonorũ redhiberi tigridis ſæuiciã ſcribit. Meminit eius ingenij pereleganter lib. 12. Sil. Claud. uerſus ex lib. 3. de Proſerpinæ raptu adſcribere libuit, Arduus Hyrcana quatitur ſic matre Nyphates, Cuius Achemenio regi ludibria, natos Auexit tremebũdus eques, fremit illa marito Mobilior Zephyro, totãq́ꝫ uirentib. irã Diſperſit maculis, nimiumq́ꝫ hauſtura profundo Ore uirũ, uitreæ tardatur imagine forma. Hæc ille, qui uitrea forma planiciẽ niteſcẽtis Caſpij ſignatè ad Plinianã ſententiam dixit, aut reuera, quemadmodũ ex Ambroſij traditione inibi Ianus Parrhaſius interpretatur, orbem uitreũ à uenatore, ut beſtiæ curſum moretur, ꝓiectũ, de quo 6. Hexaëmeron Ambroſium lege. a Quid nam eſſet.] Dubitatum enim fuit, terráne ulteriora, an oceanus occuparet, ſed à Phyſicis deprehenſum tandẽ, terrã claudi oceano. Eſt enim aquæ elementũ natura altius ampliusqúe, q̃ꝫ terra, ut. 2. lib. de generatione & corruptiõe Ariſtoteles tradit, & Ariſtotelici confirmãt. quia uero animantibus, quæ ſpirant, ut ante retuli, ſuę uitæ accõmoda ſuperficies relicta eſt, parũq́ꝫ eminet tellus, neceſſe eſt, eam oris terminari in undas, quarum imperiũ certis limitibus dominatrix rerum natura cohibuit: quanquam non tota aquarum deſinente ſęuitia, ſępe, qui iuxta ſiti ſunt, obrutis, & indulget natura priuatim, quod aliâs prohibuerat. Sed Plin. citemus, cuius hæc ſunt. 68. cap. 2. lib. uerba, Eſt igitur in toto ſuo globo tellus medio ambitu procincta, circumfluo mari: nec argumentis hoc inueſtigandum, ſed iam experimentis cognitum. Idem ſequenti capite oſtendit regum cura, ſeptentrionis oram magna parte nauigatam: nec ueriſimile eſſe illic maria deficere, ubi tanta humoris uis ſuperet. Ad id aſtruendum, recentiſsimorũ authorum, qui uero idonei ſint teſtimonio, Pomp. utitur, quẽ Plin. idem tradendo ſequutus eſt.

Terra oceano clauſa.

Homerus.

b Homerum.] Cuius tanta eſt authoritas, ut citari ſemper poſsit, cum certam fidem expoſcimus. nam non eloquentiæ ſolũ, ſed & philoſophię magnũ authorem eũ eſſe Quintil. teſtimonio ſcimus. Ob ambitum aũt undarum parentẽ Homerus, Virgiliusq́ꝫ dixerũt. Vnde & illud: ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θαλάσσα, κὶ πᾶσαι κρῆναι, κὶ φρέατα μακρὰ νάουσιν, Ex quo omnes fluuij, necnon maria omnia circum, Atq́ꝫ omnes manant fontes puteiqúe profundi. Difficultas autem nauigandi, ſicut. 5. capite de natura locorum Albertus ſcribit, ex eo eſt, quòd intenſa eſt illorum litorum frigiditas. tempore enim hyemis congelata glacie ſolidiſsima ſunt, æſtatis autem tempore uerisimile eſt glaciem fractam paſsim fluere: alio uero tempore uentus tempeſtuoſus adeò mare agitat, ut nauigari nequeat. Sol enim non cõſumit uapores, ſed magis eleuat, præbetq́ꝫ alimenta uentis. Eam ob rem docte admodũ lib. 3. hexaëmeron Diuus Ambroſius Aquilonis oceanum inauſum nauigantibus atq́ꝫ intentatum mare uocat, quod in abdita ſeſe atq́ꝫ ipſis etiam fabulis inacceſſa loca recipit. De glaciali oceano libro 1. diximus. Meminit & in Germaniæ deſcriptione Tacitus, nec indigna lectu habet libro rerum Danicarum. 1. Saxo Grammaticus, hiſtoricus haud quaquam temnẽdus. Tradit Plin. libro 6. Scythicum mare, cuius & Caſpium pars eſt, hauſtu dulce eſſe, nimirum influentiũ amnium magnitudine uicto ſale, &c. Quod de Caſpio uerisimile eſt, at de magno illo oceano nõ adeo hæc ratio magis locum habet, quod cum cauſa ſalſedinis in mari ſit aduſtum quoddam terreſtre undis admixtum, quando ab eius ſummo uapores dulces ui ſolis eleuantur, ut ſecundo Meteororum Ariſtoteles tradit. In ſeptentrionali oceano minor erit ſalſedo, cum illic debilior ſit reſolutio, & partium dulcium conſumptio. Non eſt ergo dubium, meridiana æquora acerbiora ſalſioraqúe eſſe, quàm illa ſint, quæ in Arcton uergunt. c Aſsiduo gelu.]

Difficultas nauigandi mare Arctoum.

Scythicum mare cur dulce.

Tradunt

Tradunt naturæ ſtudioſi authores marinas aquas lente gelu infeſtari, propter uapores calidos, qui, ut alicubi tradit Albertus, ad huius ſuperficiem frequẽtes fumant. Cæterum ſeptentrionis maria, quoniam iam dicta cauſa minus ſalſa ſunt, & hybernis magis obnoxia frigoribus iacent, facile brumæ tẽpore circum litora glacie rigeſcere cõſtat, ijsq; in locis maxime, quibus remotius abeuntes ſinus coactior claudit margo, aut amnes iuxta illabuntur ſuauib. undis cum ſalſis mixtis: accolæ ea de re Amalchium uocant, id eſt, congelatum, ſicut ex Hecatæo Pli. ſcribit. Mẹotis aũt tota, & circa Boſphorũ Cimmerium Pontus lõge lateq; gelu duratur: nec id rationibus ſolum, et ipſa Pomp. authoritate, qui ita lib. 1. fine tradit confirmatum, ſed cognitum etiã, ut dixi, experientia Sarmatiæ mercatoribus, quos ſæpe ſuper hac re ſciſcitatus ſum, nõ aliud referentibus, ut uere ſcripſiſſe Herod. exiſtimẽ: ſunt enim minus ſalſæ ſeptentrionis undẹ propter debilem radiorum ſolis in ipſis reflexionẽ: ut ſit conſequẽs congelari eas poſſe, in tãto prẹſertim frigore, quo id cœlũ brumæ diebus ſẹuit. Quanquam Gel. 5. cap. li. 17. Tauri nixus authoritate, Cimmeriũ mare, earumq; partiũ omne, quod Scythicum dicitur, gelu ſtringi, & cõſiſtere negat, mare omne incongelabile exiſtimãs: quã ſententiam ex Gell. mutuatus Macrob. lib. Satur. 7. differente Diſario latius prodidit. *Gellius.*

HISPANIAE ET SEPTENTRIONIS INSVLAE.

HIs oris, quas angulo Bæthicæ hucuſq; perſtrinximus, multæ ignobiles inſulæ, & ſine nominibus etiam adiacent, ſed earum, quas prẹterire non libeat, [b]Gades fretum attingit, eaq; à continenti anguſto ſpacio, & [c]ueluti flumine abſciſſa, qua terris propior eſt, pene rectã ripam agit: qua oceanum ſpectat, duobus promõtorijs euecta in altũ, mediũ litus abducit: & fert in altero cornu eiuſdẽ nominis urbẽ opulentã, in altero templũ [d]Ægyptij Herculis, cõditoribus, religione, uetuſtate, opib. illuſtre. Tyrij cõdidere. cur ſanctum ſit, oſſa eius ibi ſita efficiũt: annorũ quis manet numerus, ab

HISPANIAE ET SEPTENTRIONIS INSVLAE.

HIs oris.] Hactenus de ora in ſeptentriones expoſita, nunc more ſuo ad Gaditanum fretum reuerſus, inſulas potiores, ut paſsim deſcriptæ oræ obiacent, enumerat. b Gades.] Præclara inſula longitudinis 12. mil. paſſuum, lata trium mil. ut ex Polybio Plin. in fine quarti tradit. c Veluti flumine.] Minus enim pedibus 700. à continente abeſt proximo ſpacio, Plin. Cẹterum Gadir dicta, quod Gadira Punica lingua ſepem uel ſeptum ſignificat. Hermol. non Gadira, ſed Gadiruta legit apud Pli. Gadir igitur quaſi γῆς δειρή, hoc eſt, terrẹ ceruix uocatur, quod in longum expanſa eſt, aut reuera quod aggeribus contra maris affluxum emineat. Plin. lib. 4. duarũ uidetur meminiſſe exiguo interuallo diſtantium, quarũ maior Erythrẹa dicta ſit ob Tyrios, quorum origo ad Erythrẹum mare relata eſt, tũ & Cotinuſa ab Oleaſtri copia, qui Grẹcis κότινος dicitur, à Pœnis autem, ut dixi, Gadiruta: Romani etiam Tarteron uocarunt, quæ Geryoni, cuius armenta Hercules abduxerit, ſedes credita: quanquam hic Mela & in Periegeſi Dionyſius omnino aliam ab hac Erythiam fecerunt, quam Geryon tenuerit. *Gades.* d Aegyptij Herculis.] Ita ſcribit tanquam idem Tyrius Hercules fuerit, qui Aegyptius: quod non eſſe, lib. de natura Deorũ 3. Cic. & lib. 2. de Alexandri geſtis Arrianus docet. Nã Aegyptius è Nilo natus phrygias literas conſcripſiſſe traditur: Iouis autem & Aſteriæ ſororis Latonæ filium Tyrium fuiſſe, uetuſtiſsimum, & à Tyrijs cultum, antequam Cadmus è Phœnicia profectus Thebas occupauerit. *Hercules multi.* Cui uero alij illi Gades nauigantes templum ſtatuiſſent? Quapropter, inquit Arrianus, Herculem illum, qui apud Tarteſsios in Hiſpania colitur, à quo columnæ nomen ſumpſerũt, Tyrium arbitror, eo quod Tarteſſos à Tyrijs condita eſt. *Hercules ad Gades nũquã uenit.* Geryonem uerò, aduerſus quem Hercules Argiuus ab Euriſtheo miſſus, ut boues eius abſtractas Mycenas duceret, Hecatæus hiſtoricus tradit nihil ad Iberiam pertinere, neque ad inſulam ullam Erythiam in oceano ſitam miſſum fuiſſe Herculem, ſed Geryonis regnum in continenti fuiſſe circa Ambraciam, & Amphilocos, indeq; Herculem boues abegiſſe &c. Lege apud Arrianum reliqua. Ego nominum cõſenſu, quod & in Grẹcia & Hiſpania Geryon regnauerit, natã eſſe fabulã crediderim: quanquã ut rem geſtam Iuſtinus lib. ultimo refert, & Arrianus negat Geryonem ullum in Hiſpania cognitum. Sed uidetur ille quondam mortalitatis fuiſſe cõſenſus, ut (quemadmodum Tacitus ſcribit) inſignia omnia & magnifica in Herculem Argiuum referrentur. Philoſtratus lib. de Apollonij uita. 5. ſcribit in illo templo duos Hercules cultos eſſe, Aegyptiũ & Thebanũ, nullo prorſus ſimulacro, cẹterũ Aegyptio duas aras ẹneas, Thebano unam

Iliaca tẽpeſtate principia ſunt, opes tẽpus aluit. In Luſitania[a] Erythia, quã Geryone habitatam accepimus, aliæq; ſine certis nominib. adeo agri fertiles, ut cũ ſemel ſata frumẽta ſint, ſubinde recidiuis ſeminib. ſegetẽ nouantibus,[b] ſeptẽ minimũ, interim plures etiã meſſes ferãt. In Celticis aliquot ſunt, quas (quia plumbo abũdant) uno õẽs nomine[c] Caſsiterides adpellãt.[d] Sena in Britannico mari Oſiſmicis aduerſa litorib. Gallici numinis oraculo inſignis eſt, cuius antiſtites perpetua uirginitate ſanctæ numero nouẽ eſſe tradunt. Gallicenas uocãt, putãtq; ingenijs ſingularib. prẹditas, maria ac uẽtos cõcitare carminibus, ſeq; in quę uelint animalia uertere,[e] ſanare quæ apud alios inſanabilia ſunt, ſcire uẽtura & prędicere, ſed nõ niſi[f] dedita nauigãtibus, & in id tm̃, ut ſe cõſulerẽt, profectis. Britãnia qualis ſit, qualesq; progenerct, mox certiora & magis explorata dicent. Quippe tã diu clauſã aperit ecce[g] principũ maximus, nec indomitarũ modo ante ſe, uerũ[h] ignotarũ quoq; gentiũ uictor, quæ propriarũ rerũ fidem, ut bello affectauit, ita triũpho declaraturus portat. Cæterũ, ut adhuc habuimus,[i] inter ſeptentrionẽ occidentẽq; profecta grãdi

tantum erectã. Iuxta quam Hydra Diomedis equi, & in uniuerſum duodecim Herculis opera ex lapide ſculpta conſpicerentur. Templi meminit Strab. lib. 3. Liuius. 1. 3. Decad. & li. 3. Si-
Erythia. lius, qui Geryonis li. 1. meminerat. a Erythia.] De hac Dionyſ. ut dixi, & Herod. lib. 4. Tũ ex Steſichoro & Eratoſthene lib. 3. Stra. Fertilitatis meminit, & Iuſtin. li. ultimo. b Septem minimum.] Hoc eſt, non infra ſeptem ſegetes, cum interim etiã plures reddant. Eſt autẽ ſenſus, tantam eſſe inſularum iuxtà fertilitatem, ut ſepties una ſatio continua fruge meſſem prębeat. Nã ex ariſtis primum maturis decidunt grana, quæ ſecũdam meſſem augent, mox illis alia fruges, ſicq; deinceps, ut in ſeptimã uſq; meſſem nec coli, nec ſeri agrũ ſit neceſſe. c Caſ-
Caßiterides. ſiterides.] A plumbi ſtanniq; copia, q̊d græcis κασσιτερὸς dicitur: meminere Strab. Plin. cæteri. d Sena.] De hac, quod equidem ſciam, apud nullum alium legi hactenus. Cæterum Gallico numine id intelligit, quod generaliter Galli uenerati ſint. Quodcunq; id tandem fuerit, nam niſi aut Heſum, aut Theutatem intelliges, quærendum alijs relinquo. Gallicenas autẽ dictas credo, quòd & Gal-
Gallicenæ. licæ mulieres fuerint, & cecine-
Fœminæ fatidicæ. rint, hoc eſt, uaticinatæ ſint, quod eius gẽtis, quemadmodum & Germanorum fœmellis, peculiare fuit. Nam & Velledam quandã Germanorum numinis loco habitã, temporibus diui Veſpaſiani uidiſſe ſe Tacitus ſcribit, & ante Auriniam, & pleraſq; alias ſine adulatiõe uenerati ſunt. Prẹterea, ut in Numeriano ſcripſit Vopiſcus, apud Gallos mulieres fuere præſagæ, quas ipſi Druidas dixerunt, quarum una Diocletiano imperij apicem uaticinata, Diocletiane, dixit, iocari noli. nã imperator eris, cũ aprũ occideris. Id mox euenit. Apro enim præfecto prætorij ſua manu interempto, Auguſtus appellatus eſt. Nimirũ tales Gallicenæ fuerũt. Cęſar li. 6. bel. Gall. & li. 14. Tacit. Monę inſulę præ cęteris meminere, quã tenuiſſe Druidas cõſtat illas, ſæuis per lucos ſuperſtitionib. cruore captiuo adolere aras, & hominũ fibris cõſulere deos ſuetas. e Sanare.] Cãtu uidelicet, aut uerborũ ui magica, quale uatũ medicorũq; genus in Gallijs fuiſſe li. 30. ſcribit Plin. tãta eius artis ſuperſtitione etiã in inſulis, ut Perſis ipſę dediſſe uideri potuerint. Durant hodie quoque eius uanitatis reliquiæ. Nam ſunt, qui credant interire uermes certis adflatos precibus, uerbiſq;, nec ſenſus plane, nec decoris capacibus: quorũ uanitatẽ exẽplis aliquot in li. quẽ de uermib. ſcripſit Hier. Sauonarola clariſsimus medicus reddidit. f Dedita.] Nemini futura explicãt, niſi qui adnauiget, modo nõ alia gratia, quàm futura capiendi illuc uenerit. g Principum.] Claud. intelligit, ut in Catecheſi docui, quanquã nõ niſi cõiectura ductus, quę uerò mihi uiſa eſt proxima. h Ignotarũ.] Ingreſſus enim cã Dictator magis, quàm uiciſſe uidebatur, at Claud. ulterius profectus Orchades imperio adiecit authore Euſeb. Quãquã ne ipſe quidẽ totã inſulam ceperit, dubiũ an fortiſsimis uiris reſiſtentibus, an, quod Appian. in hiſtoriarũ ſuarũ prologo autumat, quòd magna parte nec utilis admodũ, neq; ferax ſit, ideoq; à P.R. contempta.
Britannia. i Inter ſepten.] Plin. 16. cap. 4. libri. Ex aduerſo, inquit, huius ſitus Britannia inſula clara Græcis noſtriſq; monimentis, inter ſeptentrionem & occidentem iacet Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ multo maximis Europę partibus magno interuallo aduerſa. Albion ipſi nomẽ fuit, cum Britanniæ uocarentur uniuerſę &c. De ſitu quoq; lib. 1. Strabo, de alijs quarto libro. Meminit & Cæſar comment. quinto, & in Agricolæ uita Tacitus. Pleraque Appianus in Celtico, &

diligen-

diligenter multa Solinus, ut Diodor. & Bedam mittam. Inter ſeptentrionem aũt & occaſum ſitam dicit, quod parte in Arctos, parte in Hiſpaniam & latus occiduũ inclinat, idq; in reſpectu oræ ſeptentrionalis. a Angulo,] Prominentium litorum, non recedentium. Vide tabulam Europæ apud Ptolemæum primam. b Retro.] Hinc in Boream, illinc in occaſum. c Margine.] Oræ exterioris & in Orchades uerſæ, ideo dixit ab tergore abducta. d Triquetra.] Cęſar quoq;, natura, inquit, triquetra, cuius latus imum contra Galliam: huius alter

[a]angulo Rheni oſtia proſpicit, deinde obliqua [b]retro latera abſtrahit, altero Galliã, altero Germaniam ſpectans: tum rurſus perpetuo[c] margine directi litoris ab tergore abducta, iterum ſe in diuerſos angulos cuneat[d] triquetra, & Siciliȩ maxime ſimilis, plana, ingens, fœcũda, u:rum ijs, quȩ pecora, quàm homines, benignius alãt. Fert[e] nemora, ſaltus, ac prægrandia flumina alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, & quædã gemmas margaritasq; generãtia. Fert[f] populos regesq; populorũ, ſed ſunt

angulus, qui eſt ad Cãtium, ad oriẽtem ſolem ſpectat, alter ad Hiſpaniam uergit & occidentem: qua ex parte Hybernia dimidio minor, ut ęſtimãt, quàm Britannia. &c. Reuera autẽ triquetrã non eſſe conſtat, nec mirum, ſi certi nihil uel Cæſar, uel qui propè eũ ſequuti ſunt, tradiderunt, cũ uel Plinij temporibus non ultra uicinitatẽ Calydoniæ ſyluȩ Romani ſuam in ea ditionem propagarint, ut ipſe 16. cap. li. 4. ſcribit. Pars in Calydoniã uergens, Scotiæ regnũ hodie ſuſtinet, reliqua Angliæ ſunt: utrinq; nationes ualidiſsimæ, uerum paulo ſęuiores Scoti, ut audio, ſed potentiſsimi Angli, auriq; maxime: & alioqui in Scotos, quanquam ſuo pręclaros regno, imperioſi, & ferè ſemper uictores, rege Scotorum, non multo antequam hęc ſcriberem, cum multis inſignibus uiris magna clade cęſo. Sunt qui Scottos gemino t ſcribant, quorum de numero & Hermolaus eſt: à quibus certe nec uernaculæ uocis ratio diſſentit.

Britanni.

Scoti.

e Nemora.] Inter quæ ſylua, quȩ Calydonia cognominatur. meminimus eius libro primo. Claudianus Calydonias pruinas pro Arctoo frigore poſuit, in quarto Honorij conſulatu: Ille Calydonijs poſuit qui caſtra pruinis. Amnium maxime eſt celebris Tameſis, qui Londinum præterfluit. De gemmis aũt Britannicis præter Pliniũ Solinus, & in fine 23. lib. Ammianus. f Populos.] Scotos & Anglos ſuis potentes regibus. Anglorum erat, dum hęc ſcribebam, Henricus octauus, & forma prȩſtans, & moribus, animoq; ad res prȩclaras haud quaquam deſide. E Germania in hanc inſulam, qui habitarent, profectos lingua indicat. nã à Germana etiamnum non multum abeſt. E Sarmatia gentem quoq;, quam ipſi pictos uocãt, & ex Germania Saxones illuc perrexiſſe ſuis annalibus conſtat: ideo ipſa Britannia apud Claudianum in ſecunda ad Stiliconem Panegyri uerba faciens, ſic ait, Ne bella timerem Scotica, ne pictum tremerem, ne litore toto Proſpicerem dubijs uenturum Saxona uentis. Quanquã Cæſar libro belli Gallici quinto, Britannię, inquit, pars interior ab his incolitur, quos natos in inſula ipſi memoria proditum dicunt: maritima pars ab his, qui prædȩ & belli inferendi cauſa ex Belgico tranſierant, qui omnes his nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eò peruenerunt, & bello illato ibi permanſerunt, atq; agros colere cœperũt. &c. Nutrit hodie ingenia, ut ſemper nutrijt, ſuntq; qui grȩca latinaq; iuxtà percallẽt, inſignis olim Beda presbytero, uiro in ſacris literis, quod eius relicta opera teſtantur, aliquãdo maximo, deq; pietate optime merito. Nec erat quod capere non potuiſſet Ioannis Duns Scoti ingenium, ſi tempora, quæ tum ſuis literarũ in primis ornamenta denegabant, permiſiſſent: nũc in ſcholaſtico illo neſcio curioſo ne magis an utili diſceptandi de rebus ſacris genere nihil eo ſubtilius, nihil abſolutius eſt. In uniuerſum autem è Britannia profecti ſancti uiri, qui illuſtrium paſsim locorum authores, tanquam colonias quaſdam reipub. Chriſtianæ deduxerunt. In horum numero Gallus eſt eremita, Benedictinȩ factionis monachus, & à Colũbano ſacris initiatus, uir non perinde doctrinȩ nomine, ac uitȩ ſanctitate inſignis olim, ſed apoſtolicȩ tamen paupertatis obſeruatione pertinente uenerabilis. Proinde & piſcationi deditus, ut ocium quoque horum exemplo deſtinaret. Ferunt molliſsimo in gremio fortunȩ educatum, repente parentibus derelictis, Euangelij ſeſe pera & baculo inſtruxiſſe, ut noxijs illecebris ſubtractum animum ſuaui CHRISTI iugo ſubderet, tanta ſemper abſtinentia, ut ab ambitione, diuitijs, luxu, dominatu, Chriſtiano homini perinde atq; animi toxico, & religionis ueneno, cauendum eſſe dicere fuerit ſolitus, re ipſa ſe hoc ſentire teſtatus, quãdo ne honeſta quidem & religionis cauſam agentia munia, quæ tantillum honoris aut dignitatis ſecum traherent, obire noluerit. Porrò multis annis Euãgelio frequentib. in contionibus patrocinatum, cum mirifice eo labore profeciſſet, dubium ſolitudinis amore, & quietis ſtudio, an aduerſariorum, quos immaniſsimos ſemper Euangelij candor expertus eſt, moleſtia, procul à dulci patria ſyluestria ingreſſum loca, & altiſsimo in ſilentio nemorum, intraq; immania ferarum latibu-

Henricus Anglorum Rex.

Claudianus.

Bedá.

Ioannes Scotus.

Sanctus Gallus.

Gallus diuitiarũ et dominatus oſor

latibula ſpontaneæ paupertatis delitijs fretum, reliquum uitę tranſegiſſe Vualafridus monachus in eius uita tradidit. Hic eſt Gallus, cui patriæ noſtræ ad diuum Gallũ cognominatæ originem debemus, obſcuris, ut fit, initijs, in illud famæ decus & nomen, quo hodie celebratur, prouectæ: ut ubi ſeculis retro ferè nouem, pauperis eremitę laceram cellulam uix indagaſſes, frequẽs hodie & mirifice exculta ciuitas, quæq; ciuitatum imperij ſocia eſſe uirtute meruerit, promineat: ſylueſtri iam olim, & planè horrido loci genio, memorabili ciuium & humanitate & prudentia ita exculto, ut pro recẽti rerum facie uix fidẽ retineat uetus hiſtoria. Durat adhuc intra oppidi pomeraria cœnobiũ fratrũ, ſiue mauis, dominorum ſancti Benedicti, cũ Aſylia ueteri, cumq; Bibliotheca ueterum ſtudiorum indice, alijsq; priſtinæ ſanctimonię nõ obſcuris monimẽtis: niſi quantum recentium ędificiorũ magnificentia uiſendis mediæ ętatis reliquijs obfuit. Eo uix aliud hodie per Germaniam opulentius inueneris: luxuriãte tẽplorum ornatu, uaſis ceremoniarum redundãtibus, auro argentoq; clauſis diuorum oſsibus nitent omnia. Omniũ uero maxime uenerata Galli & Otmari monimenta, illius quidem, quod rebus felicibus prima iecisse fundamenta ſanctitatis occaſione creditur, huius, quod cœptam non ita pridem potentiã, coẽmptis paſsim agris populiſq; principũq; ambito fauore, ad opes dominatum etiam adiecerit, utroq; celebri ſanctitatis fama indigetato. Porrò hodie cohortibus, decimis, cenſibus, dominatu ingenti, pagis, arcibus, oppidis poteſt, & negant tamen ueteribus diuitijs præſentem rerum faciem reſpondere, adeo ſplendidiora olim extitere τὰ ἀγαθῶν μυρμηκιά: Abbate aliquot retro ſeculis ob ampliſsimas illas rerum opes inter imperij antiſtites numerato: quo titulo ne hodie quidem ad opes & dominatum reſpiciens indignum dixeris.

Ciuitas apud diuum Gallum.

Cœnobium ſancti Galli diues.

[a] inculti omnes, atq; ut longius à continenti abſunt, ita [b] aliarum opum ignari magis: tantum pecore ac finibus dites, incertũ ob decorem, an quid aliud ultro corpora [c] infecti. Cauſas aũt & bella contrahunt, ac ſic frequenter inuicem infeſtant, maxime [d] imperitandi cupidine, ſtudioq; ea prolatandi, quæ poſsidẽt. Dimicant nõ equitatu modo, aut pedite, uerum & bigis & curribus Gallice armati. [e] Couinos uocant, quorum [f] calcatis axibus utuntur. Supra Britanniã [g] Iuuerna eſt, penè par ſpacio, ſed utrinq; æqualis, tractu litorũ oblonga, cœli ad maturãda ſemina iniqui: uerum adeo luxurioſa herbis nõ lętis modo, ſed etiã dulcibus, ut ſe exigua parte diei pecora impleant, & niſi pabulo prohibeantur,

Scoti quondã anthropbagi.

a Inculti.] Nam è Scotorũ numero feri & ſylueſtres adhuc plerique appellantur. Et Hieronymus libro cõtra Iouinianum ſecundo, Quid, inquit, loquar de cæteris nationibus? cum ipſe adoleſcentulus in Gallia uiderim Scotos gentem Britannicam humanis ueſci carnibus, & cum per ſyluas porcorũ greges, & armentorum pecudumq; reperiant, paſtorũ nates, & fœminarũ papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborũ delitias arbitrari. Hæc ille. Cui diuus Chryſoſtomus in ſermone Pentecoſtes, ſtudia pietatis cõmendans, ita ſubſcribit, Ante hoc autem quotiens in Britannia humanis ueſcebantur carnibus? nunc ieiunijs reficiunt animam. Lingua omnibus ſibila, ideo libro 4. Strab. Britannos balbutientes uocat, quos ipſe Romæ uiderit. b Aliarũ opum.] Hodie opulentiſsimi, & mercimonijs uel maxime dediti, celebreſq; nobili panno ob lanæ copiam. c Infecti.] Solinus, Regionem, inquit, tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, iam inde à pueris uarię animaliũ effigies incorporantur, inſcriptiſq; uiſceribus, hominis incremento pigmenti notæ creſcunt, nec quicquam magnæ patientię loco nationes ferę ducunt, quàm ut per memores cicatrices plurimũ ſucci artus bibant. &c. Hodie armorum nitelę magis ſtudent. Herba eſt plantagini ſimilis, in Gallia Glaſtum uocatum, quo aliquando Britanni omnes infecti, propterea quòd (ut inquit Cęſar) cęruleum efficiat colorem, ut ea ratione horridiores hoſti ſeſe ingererent in pręlijs. Propterea Martialis cęruleos Britannos indubie dixit, ut, Claudia cęruleis cum ſit Rufina Britannis Edita. &c. d Imperitandi cupidine.] Eadẽ inter Scotos & Anglos durat. e Couinos.] Vehiculi notum genus couinus eſt, non Britannis ſolum, ſed Belgis etiam & Germanis. Lucanus libro primo, Et docilis rector monſtrati Belga couini. A couino couinarium Tacitus in ſoceri uita dixit, pro eo, qui couinum regit. f Falcatis.] Falcatę quadrigę in hunc modum armatę erant. Cuſpides circa temonem ab iugo decem cubitos extantes, uelut cornua habebant, quibus quicquid obuium daretur, transfigerent: & in extremis iugis binæ circa eminebant falces, altera ęquata iugo, altera inferior in terram deuexa: illa, ut quicquid à latere obijceretur, abſcinderet, hęc, ut prolapſos ſubeunteſq; contingeret. Item ab axibus rotarum utrinq; binę eodem modo diuerſæ deligabantur falces. Liuius eſt author ſeptimi lib. belli Macedonici. g Iuuerna.] Ita quoque Iuuenali dicitur, ut Satyra ſecunda,

Britanni olim tingebantur.

Glaſtum.

Couinus.

Quadrigæ falcatæ quales.

Iuuerna.

ſecunda, Arma q̃d ultra Littora Iuuernę promouimus, & modo captas Orchadas, ac minima cõtentos nocte Britannos. Cęſar libro 5. Hyberniam uocat, dimidio quàm Britãnia minorẽ: Græci ἰούερνον Hermolao teſte, quanquam & Strabo ἰέρναν dixit. Claud. in 4. Honorij Aug. conſulatu, Maduerunt Saxone fuſo Orchades, incaluit Pictonum ſanguine Thule, Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierñæ. Ita Hermolaus legit. nam aliâs codices frequenter habent Hybernæ. ut in ſecunda Stiliconis Panegyri quoq; Hybernam uocat, niſi uitiatus codex eſt, Totam cum Scotus Hybernã mouit. &c. Hodie Hybernia retinet nomen.

diutius paſta [a] diſsiliant. Cultores eius [b] inconditi ſunt, & omnium uirtutum ignari, magis quàm aliæ gentes, aliquatenus tamen gnari, [c] pietatis admodũ expertes. Triginta ſunt [d] Orchades anguſtis inter ſe diductæ ſpacijs, ſeptem [e] Hemodes contra Germaniam proiectæ in illo ſinu, quem Codanũ diximus. Ex ijs [f] Codanonia, quam adhuc Theutoni tenent, ut magnitudine aliâs, ita fœcunditate anteſtat. Quæ Sarmatis aduerſa ſunt, ob alternos acceſſus re

a Diſsiliant.] Solinus, Aliâs, inquit, ita pabuloſa, ut pecora, niſi interdũ ęſtate à paſtibus arceantur, ad periculũ agat ſatietas. b Inconditi.] Strab. ait in Hybernia aliquãdo anthropophagos & ingentes manducones fuiſſe. Solinus certe inhumanos & uictu aſperos uocauit. c Pietatis.] Ideo Solinus. Fas, inquit, & nephas eodẽ loco ducunt. Quod non fieret, ſi pij eſſent. Lõge hodie alij mores: &, ut Vualafridus ſcribit, ubi olim peccatum abundauit, iam ſuperabundat gratia: nam Chriſtiani ſunt, clari Patricio ſanctiſsimo uiro, à *Patricius.*
quo Chriſtiani facti. Durat ſui nominis antrum, quod ingreſſos fabulantur ad manes uenire, *Antrũ Patricij.*
nec ridere ultra, cum redierint, magna uanitate. Antiſtitem habent hodie Mauricium Hyber- *Mauricius Hy-*
nicum, ſacrarum literarum doctiſsimum, & de me etiam, quum Paduæ Ariſtotelicam philo- *bernicus.*
ſophiam profiteretur, quàm humaniſsime meritum. d Orchades.] Notiſsimæ ex Ptole- *Orchades.*
mæo, Strabone, Plinio, inter eas Domna eſt maxima: parent hodie regi Scotorum. Fama eſt, *Mira arbor.*
apud Orchades arborem eſſe maritimam, quę ſupra amnium ripam enata, fructum ferat non nihil anatibus ſimilem, eumq́; cũ maturuerit, decidere: qui ſi in undas cadat, mox animatum enare ex undis, & eſſe uolucrem: putreſcit uero, quum in terram decidit. Meminit & Syluius Aeneas in Scotiæ deſcriptione. Dubium autem, an ita fiat, quãquam nemo id temere explodit, qui potentis naturę uim, & maieſtatem animo amplectitur. Multa alibi paris miraculi à græcis latinisq́; tradita ſunt. Id indubium eſt, eſſe in ſinu Codano uolucres aquatiles, quæ ad maritimas arbuſculas conuolare ſolent, & inibi coire multa uenere, nec ouum parere, ſed ſtatim poſtquam concubitum eſt, mixtum ſperma in undas egerere: id, aquis cogentibus, mira quadam ui in corpuſculum efformatur & fingitur: fitq́;, ut ubi ſinus & litorum ſunt receſſus paulo quietiores, ibi enare & plumeſcere uideantur, inq́; ſuũ genus cum forma, tum ingenio abire. Fabularis, dicet aliquis, Vadiane. Nũquam ipſe credidiſſem, niſi uerenda me maximo-
rum teſtium fides adegiſſet: in quorum numero potiſsimi ſunt Eberhardus Ferberus Danti- *Volucres Codani*
ſcus eques auratus, & Georgius de Baſen uir imaginibus clarus, ille ſummus tum Dantiſco- *miræ.*
rum magiſtratus, hic Palatinus Marienburgẽſis in Pruſsia, uterq; ad mare natus, atq;, ut ſic dicam, ſeptẽtrionalis oceani alumnus. Hi anno ab hinc tertio, quum inuictiſsimus Polonię rex Sigiſmundus cum fratre Vladislao Vngariæ rege ad Maximilianum Cęſarem officij gratia Viennã ueniſſet, me, Ioanne Dantiſco uate laurigero curante, non ſemel elegantiſsimis conuiuijs pro ſingulari ſua humanitate ſuſcipientes, illa ſerio retulerunt, ſuntq́; magnis indicijs fidem ſuam teſtati. Nec uero eſt quicquã quod magis nollem, quàm uiris tanta dignitate, prudentia, & doctrina pręditis fidem non adhibere. Porrò ſicut multa fieri non poſſe iudicantur, ut libro ſeptimo Plinius ait, antequam ſint facta, ita quoq; multa paulo tenuius expertis impoſsibilia uidẽtur, quę in natura uel maxime inſignia ſunt. e Hemodes.] Plinius quoque ſeptem numerat. Sũt iuxta alio loco Hębudes inſulę; quarũ Mela non meminit: niſi quis pro eo quod eſt, ſeptem Hemodes, quinq; Hębudes ſubſtituere uelit, quod equidem non fecero, etiam ſi Hermolaus indicet: nã plerũq;, quę nota inſigniaq́; ſunt, neſcio an ſcribendi celerita-
te, an induſtria potius ſiue breuitatis ſtudio Mela prætерijt. f Codanonia.] Crediderim eã *Codanonia.*
eſſe, quam Scandiã uocat Ptolemęus, Plinius Scãdiauiam. hodie Selandia dicitur, unde Longobardorum origo ducitur, teſte Paulo Diacono. Omnium autem eſt celeberrima, ut merito à ſinu Codanonia dicta uideatur. Eſt & alia contra Liuoniã expanſa Gothia, Plinio, ut eſt coniectura, Eningia dicta, non minor opinione. In hoc litore gleſsi copia eſt, quod electrum Græci, Latini ſuccinum uocant. Id eleganter in epiſtola ad Hieronium arborei metalli lachrymam Apollinaris uocitauit: & Ambroſius capite quinto tertij Hexaẽmeron, uirgulti lachrymam
eſſe tradit, quæ in tantam materię ſoliditatẽ indureſcat. Cuius rei argumentũ eſt, quod folio- *Succinum.*
rum fragmẽta, ac nõ raro formica muſcaúe intus cerni contigit, liquore muſteo obuolutas. A

Gleſſo autem & Gleſſariæ inſulæ multo in eo ſinu. Hodie in Prutenorum litore legitur haud
uno quidem in loco, nec ſimili ubiq; materiæ præſtantia. Reperitur & abſente mari, ſed rarius,
Succini piſcatura ſuccini leuitatem undis in refluxu uendicantibus. Ita enim uolubile eſt, uel Plinio teſtante, ut
pendere uideatur, atq; conſidere in uado. Potiſsima eius & uberrima piſcatio eſt uerius quàm
captura, æſtiuo tempore, pelago ui uentorū inſurgente, maxime uero Aquilone tumultuan-
te, impetu ſuo pendulum à fundo liquorem procellis agitantibus. Legere in uniuerſum niſi
ad hanc operam conductis nō
licet. Conducti, ubi mare intu-
Succinū quomodo legatur. muit, ad litus decurrentes ſeſe
nudant, aluoq; tenus ingreſsi,
ut quęq; procellarū altiſsima
fuerit, ita attētiſsime inſpectāt,
in procinctu ueluti cū fera pu-
gnaturi ſtātes, mox propius il-
li uadoſa obruētes, bifurcatum
ad baculum tēſum rete magno
niſu ſuffigunt, algamq; fundo
excitatam hauriunt. Inde uerſi
illico, & in ſiniſtrum humerum
reiecta pręda, continuo impe-
tu procellæ impulſu rapiente,
cum reticulo à dorſo pendente
litoris oræ mirando ſanè ſpe-
ctaculo reddūtur. Mox iterum

ceſſusq; pelagi, et quod ſpacia, [a] queîs diſtāt, mo
do operiuntur undis, modo nuda ſunt: aliâs in-
ſulæ uidentur, aliâs una & continens terra. In
his eſſe [b] Oonas, qui ouis auium paluſtrium, &
auenis tantum alantur, eſſe equinis pedib. Hip
popodas & [c] Satmalos, quib. magnæ aures, &
ad ambiendū corpus omne patulæ, nudis alio-
qui pro ueſte ſint, præterquam quod fabulis
traditur, authores etiam, quos ſequi non pige-
at, inuenio. [d] Thule Belgarum litori appoſita
eſt, Graijs & noſtris celebrata carminibus.

iterumq; pari modo ingreſsi, ceſſantibus demum uentis, aut tenebris laborem auocantibus,
ex maris purgamentis & algæ congerie ſuccinum, quod caſus ingeſſerit, excerpunt, precio
ſubinde operæ non admodum reſpondente, ut inde augeri æſtimationem uериſimile ſit. La-
Lacteum. cteo hodie ſuccino ingenti precio taxato prima authoritas ineſt: fuluo minus precium, & le-
Fuluum. uior æſtimatio. Calliſtratus Chryſolectrum dixit ab auri colore, Plinio. Poſtremi generis te-
Atrum. trum eſt, ſed ex candido gratiſsimi odoris pręcipuum eſt, quod uelut rimis translucentibus
uariegatur, non raro quę muſteo adhæſerunt incluſa offerens aſpectui. Plinij ætate maximo
in honore fuluum fuit, hodie candidum pręfertur, auro etiam à quibuſdam repenſum, præci
puæ ad medendum uirtutis: magno interim argumento, pręcia rerum plerunq; pro morta-
Germau. lium libidine uariari. Sūt uero adhuc apud Prutenos Germanici litoris ueſtigia. Germau uo-
cant locum, ad quem plurimū ſuccini extrahitur. Porrò unde Geſſum aquæ uehant, & in quę
litora ſtillantibus arboribus decidat, cum ſuccum arboris eſſe conſtet, incertum eſt, occultan-
te ſeſe hac quoq; parte naturę munificentia. Certum eſſe & in India naſci electrum Plinius tra
dit. a Queîs.] Quibus: ſenſus eſt, Sarmaticas inſulas faciem modo continentis habere, mo
Oonæ. do inſularum, prout mare fluxu refluxuq; ſuo uariauerit. b Oonas.] A uictus ratione gen
ti datum olim nomen, Græcis ὠὸν ouum dicitur. C. Cæſar libro belli Gallici quarto intra Rhe
ni oſtia, & alueos fuiſſe ſcribit è barbaris nationibus, qui piſcibus ouiſq; auium uiuere ſint
exiſtimati: ſimili ratione Hippopodes dicti, quod equinis ſint pedibus. c Satmalos.] Qui-
bus ſimiles in India eſſe libro decimoquinto ſcribit. Enotocœti uocantur, quod auribus pro
ſtrato quoq;, cum dormiūt, utantur. Gręcis ὠτίον auricula dicitur, ut ὦτα ipſæ aures, κοῖτος
ſomnus: aures enim ad talos uſq; dependentes habent, adeo fortes, ut arborem uellant, & ner
uum frangant. Crediderim horum tractum memoria ſaltem, ſi non præſentia rerum uerna-
Bilappen. culo Bilappenland uocatum, congelato mari, ut uocant, proximum. Plinius capite decimo-
tertio libri quarti, Feruntur & Oonæ, in quibus ouis auium & auenis incolę uiuunt: aliæ in
quibus equinis pedibus homines naſcantur, Hippopodes appellati: Faneſiorum aliæ, in qui
bus nuda alioqui corpora prægrandes ipſorum aures tota integant. Ita placuit Græcis fabu-
landi licentiā in remotiſsima quęq; detorquere: longinquitas enim, ut libro undecimo Stra-
bo ſcribit, non facile redargui poteſt. Cæterum per Oonas Plin. non tam homines, ut Mela,
Thule. quàm inſulas intelligit. d Thule.] A Thule rege, cuius aduſq; oceanum aliquando reg-
num pertigerit, ſi Suidæ credimus, nomen adepta. De hac obſcura eſt hiſtoria propter eius in
ultima loca remotionem, ut Strabo ait: qui Pytheam Maſsilienſem multa de ea figmenta po
ſteris reliquiſſe exiſtimat. Plinius decimoſexto capite quarti, Vltima, inquit, omnium, quæ
memorātur, Thule, in qua ſolſtitio nullas eſſe noctes indicauimus, cācri ſignū ſole trāſeunte,
nulloſq; contra per brumam dies. In eandem ſententiam & Solinus, niſi quod explicatius cer
tiuſq; dixit, brumali ſolſtitio diem illic eſſe nullum. Quod ſi ita ſit, neceſſe eſt eius inſulæ lati-
tudinem ad ſexagintaſeptem gradus plus minus extendi: eius enim declinationis horizon ſo
lem primum toto ambitu conſpicuum non occulit. At Ptol. ut recentior authoritate, ſic cer-
tior latitudinem Thules 63. graduum eſſe lib. coſmographię ſecundo tradit: quod ſi eſt, nun-
quam in Thule dies eſt, quo ſol non occidat: quanquam circa ſolſtitium aliquot diebus tene-
bræ

in ea quod ſol[a] longe occaſurus exurgit, breues utiqꝫ noctes ſunt, ſed per hyemē ſicut alibi[b] obſcurę, æſtate lucidæ, quod per id tempus iam ſe altius euehens quanquam ipſe nō cernatur, uicino tamen ſplendore proxima illuſtrat: per[c] ſolſtitiū uero nullæ, quod tū iam manifeſtior non fulgorē modo, ſed ſui quoqꝫ partem maximam oſtentat.[d] Talga in Caſpio mari ſine cultu fertilis, omni fruge ac fructib. abūdās: ſed uicini populi, quę gignunt, attingere nephas, et pro ſacrilegio habēt, dijs parata exiſtimātes, dijsqꝫ ſeruāda. Aliquot & illis oris, quas deſertas diximus, ęquè deſertę adiacēt, quas ſine ꝓprijs nominib. Scythicas uocāt. Ab ijs[e] in Eoū recurſus inflecti

bræ propè nullæ ſint ob uicinitatem ſolis ad horizontem: ſicut nobis ſole nondum orto, aut ſtatim poſtquam occiderit, diurna ſerenitas manet, etiam non uiſo ſole. Et Viennæ ubi declinatio. 45. graduum eſt ſole in cancro & iuxta ſito, ſerenis noctibus toto ſolis ambitu craſsior, quædam aurora latere ſeptentrionis apparet, donec matutinum eluceſcat. Eſt in Liuonia oppidum Nogardia percelebre, eiuſdem propè cum Thule latitudinis: ibi ſole cancrum tranſeunte adeo tenebræ dilucidæ ſunt, ut teſſerarum iactus in alueolo ludentibus facile cernātur: *Nogardia.* ita referūt dignisſimi fide mercatores, qui illuc pelliū gratia Scythicarum, quas exportant, æſtiuo maximo tempore pergunt. Cæterū nec Pli. nec Pōp. adeo à Ptol. ſententia alienus eſt: nam fieri poſſet, ut reflexione radiorū ſolis facta ibi altior cerneretur, medio aëre craſsitie uariato: de qua re in Idæ hiſtoria lib. 1. diximus. Certior ſemper in hac re poſterorū eſt fides multo uero explicatius Pomp. circa ſolſtitiū tenues umbras, in ipſo uero nullas: q̄d ſol bona parte ſui ſeſe ſupra horizontis limitem extollat, quod omnino proximis terris trās Thulen, quas habitari conſtat, euenit. In ea aūt inſula, quæ longe ſupra Arcticū circulum in ampliſsimo oceano ſita eſt, Iſlādia hodie dicta, & terris congelati maris proxima, quas Engronelant uocant, menſes ſunt plures ſine noctibus: quod ex ſphera uel pueris demonſtres, ſi ad tantū ſpatiū polum noſtrum eleuaueris, quanta horum declinatio eſt, mox punctum tropici, hoc eſt, initiū primi gradus cancri ad horizontem circumuolueris. uidere enim eſt, ſi id feceris, quanto interuallo ſol circumactus illorū horizontem non attingat, quoqꝫ gradu ſigni cœperit emergere, & quo gradu rurſum ſe condat. *Menſes plures ſine noctibus.* Libet adſcribere Dionyſij de Thule locū, ut Pomponianæ ſentētię collatus intelligatur. *Dionyſius.* Verſus Dionyſij Rufo interprete hi ſunt, Longa dehinc celeri, ſi quis rate marmora currat, Nocte ſub illuſtri rota ſolis fomite flagrat Cōtinue, larumqꝫ diem nox æmula ducit. Nam ſola obliqui torquetur cardine mūdi, Decretoſqꝫ ſuper radios uicinior axi Occiduo inclinat, donec iuga rurſus anhela Deuexo accipiat cœlo Notus &c. a Longe occaſurus.] Longo enim ambitu extat, & cum ad horizontem peruentū eſt, tranſuerſo eum curſu ſtringit iuſto ſpatio antequam mergatur. Ideo Dionyſ. dixit, uicinior axi occiduo inclinat, id eſt, in occaſum longe proſpiciens radios ſolis longo ambitu ſuſtinet, donec rurſum exiguo interuallo ab ortu meridiem uerſus tendentem rurſus aſpiciat. Sol enim illis ortus in meridiem abire ſecundum latus uidetur, propter magnitudinē declinationis. b Obſcuræ.] Breuiſsima luce interceptę, contraria ratione. Nam Aeneas Syluius idoneus uero author ſcribit ſe, cum brumæ tēpore in Scotia ageret, animaduertiſſe diem ipſis non multo ultra tres horas plena luce durare. c Solſtitium.] Verum ſolſtitium inter ultimum geminorum & cancri primū gradum eſt, in ipſo maxime declinantis ab æquatore eclipticæ puncto: at quia multi gradus circa primum gradum cancri, propè in ipſum ſolſtitialem parallelum incidūt, multi dies à die ueri ſolſtitij non multū in quātitate abſunt: tūc enim ſol per plurimos gradus minimū latitudinis uariat, ſicut à decimo gradu geminorū ad uigeſimū cācri, imò à geminis ipſis in leonē. *Solſtitium.* Ideoqꝫ & Lucanus li. 6. leonis caput ſolſtitiale dixit, At medios ignes cœli rabidiqꝫ leonis Solſtitiale caput nemoroſis ſubmouet utris. *Locus Lucani.* Quanquam ad nonam ſpheram reſpiciendo, ſtellæ capitis leonis etiam Lucani temporibus in bona parte graduum cancri fuerunt. d Talga.] Ptolemęo Talca dicitur. Plinius in Caſpio maxime uulgatam inſulam Tazatam eſſe ſcribit 17. cap. ſexti libri. *Talga.* Variat igitur nomen, ut in mille alijs librariorum maxime, ut mihi perſuadeo, negligentia: quorum ignorantia perſępe fit, ut dum in exſcribendis authoribus tota uerba corrumpere non poſſunt, literas ſaltem ſtultitię teſtes uitient, quibus ęuo eunte eam dignitatem codicum parit ex uetuſtate reuerentia, ut emendare errata amplius nemo queat. Ita Sarmatiæ fluuius Viſtula, Iſtula, & Iuſtillus, & Iſula diuerſis dictus. e In Eoū.] ſcilicet Pelagus. Nam primo libro in Aſiæ deſcriptione, orientalem oceanum uocari dicebat Plin. Pomponij tantum non uerbis uſus 17. capite, libri ſexti ſic: A Caſpio mari Scythicoqꝫ oceano in Eoum curſus inflectitur, ad orientem conuerſa litorum fronte: inhabitabilis eius prima pars à Scythico promontorio ob niues, proxima inculta ſęuitia gentium, androphagi Scythę inſident. *Scythicum promontorium.*

humanis corporibus ueſcentes. Ideoq; iuxtà uaſtæ ſolitudines, ferarũq; multitudo haud diſsi
milem hominum immanitatem obſidens: iterum deinde Scythæ, iterumq; deſerta cum be-
luis uſq; ad iugum incumbens mari, quod uocant Thabin. Hæc Pli. At recentiorum tabula-
rum fide, ipſaq; terræ incognitæ apud Ptol. formula, ora, quę poſt Scythicum promõtorium
eſt, in ſeptentrionem magis quàm ortum longo procurſu ſuſpectare uidetur, licet nonnihil
in ortum reclinet, & eſt multo alia procurrentis Aſiæ forma, gentesq; ultra Seres cõpertę ma
ximę, quę prouincias habitant
potẽtes, inter quas Tagũ, Tho
loniã, Chairã, & Cathay uocãt,
magna ultra Thabin habitatæ
terræ portiõe aduecta. a An-
drophagi.] Qui uirorũ carne
ueſcantur: rectius Anthropo-
phagi, quod humana carne ue
Sagæ. ſcãtur, ut Plin. ait. b Sagæ:]
De Sagis antea. nã generatim
id nomẽ Scythis cõuenit, quã-
quã Gręci Sacas dicere malũt,
ut Hermol. ait. c Seres.] De
his ex Virg. Pli. Strab. Solino,
omnia nota ſunt. Marcellini
Seres qui? uerba adſcribere placuit perue
nuſta ex lib. eius. 23. Agũt, inqt,
ipſi quietius Seres armorũ ſem
per & præliorũ expertes: utiq;
hominib. ſedatis & placidis eſt
ocium uoluptabile: nulli finiti
morum moleſti, cœli apud eos
iucunda ſalubriſq; temperies,
aëris facies mũda, leuiũq; uēto-
rum commodiſsimus flatus, et
abũde ſylue ſublucidæ, à quib.
arborũ fœtus aquarũ aſpergi-
nibus crebris uelut quædã uel-
lera mollientes ex lanugine & liquore mixtã ſubtilitatem tenerrimã petunt, nentesq; ſubte-
gmina conficiunt ſericum: ad uſus antehac nobilium, nunc etiã infimorũ ſine ulla diſcretione
proficiens: ipſi pręter alios frugaliſsimi pacatioris uitæ cultores uitant reliquorũ mortalium
cœtus. Cumq; ad coëmenda fila, uel quędam alia tranſeunt flumen aduenæ, nulla ſermonum
uice propoſitarum rerum precia ſolis oculis ęſtimantur, & ita ſunt abſtinentes apud tradẽtes
genita, nihil ipſi comparant aduentitium. Hanc Ammianus. Cæterum ut pluratiuo Seres di-
citur, ita ſingulari Ser. Apollinaris, Aſſyrius gemmas, Ser uellera, thura Sabæus. Hermolaus.

tur, inq; oram terræ ſpectantis orientem perti-
net. Hæc à Scythico promõtorio appoſita pri-
mum omnis ob niues inuia eſt, deinde ob im-
manitatem habitantium inculta. Scythæ ſunt
[a] Androphagi, & [b] Sagæ diſtincti regione, quia
feris ſcatet, inhabitabili. Vaſta deinde iterũ lo-
ca belue infeſtant, uſq; ad montem mari immi-
nentem nomine Thabin: longe ab eo Taurus
attollitur. [c] Seres interſunt genus plenum iuſti-
tiæ ex commercio, quod rebus in ſolitudine re-
lictis abſens peragit.

INDIA.

NOtiſsima India non Eoo tantũ appo-
ſita pelago, ſed & ei, quod ad meri-
diem ſpectans Indicum diximus, &
hinc Tauri iugis ab occidente inde finita, tantũ
ſpacium litoris occupat, quantum per [e] ſexagin
ta dies noctesque uelificantibus curſus eſt. Ita

INDIA.

NOtiſsima.] Patefacta enim eſt non modo Alexandri Magni armis regumque,
qui ei ſucceſſere, circumuectis etiam in Hyrcanum mare & Caſpium Seleuco et
Antiocho, pręfectoq; claſsis eorum Patrocle, uerum & aliјs authoribus Gręcis,
qui cum regibus Indicis morati ſunt, ſicut Megaſthenes, & Dionyſius à Phila-
delpho miſſus, ut Plin. 17. cap. ſexti libri tradit. Proſequitur omnia diligentiſ-
ſime Strabo lib. 15. Dignum eſt ſcitu, quod Megaſthenes tradidit, nec ab Indis
unquam emiſſam expeditionem, nec in Indiam quenquam aliunde cum exercitu penetraſ-
ſe, præter Herculem, Liberum, & Alexandrum. Multa in rebus Alexandri Diod. Arrian. Q.
Curt. tum & Philoſtratus nonnulla, nec indiligenter pleraq; Solin. quanquam in illo ſcripto-
re propè omnia hactenus edita mutila corruptaq; ſunt. Emendata & in ſuum redacta ordi-
Ioan. Camers. nem, à Ioãne Camerte Picentino doctiſsimo uiro, nec minus de bonis literis quàm ſacris me-
rito, qui propediem multi laboris fœturam ſuper Solino ſtudioſis, ut nobis retulit, imper-
tiet. Vtinam id paſsim omnes non tam pro gloria ſua, ſi quid aptius exierit, quàm ſtudioſo-
Indiæ termini. rum utilitate præſtarent. Indiæ ſpatium ex Strab. & Plin. intra Indum ab occaſu, à ſeptentrio-
ne Tauri iugis, ab ortu Eoo pelago, à meridie ſuo, hoc eſt, Indico clauditur: ſpatioſiſsima ipſa,
& non gentium tantum, atque oppidorum propè innumerorum, ſed omnium rerũ prouen-
tu, ære tantum & plumbo excepto, felix: flumina cum plurima, tũ maxima, quorum irriguo
procurſu fit, ut in udo ſolo proximantis ſolis uis nihil non magna quantitate gignat. Maxi-
me autem ſi reliquas terras cogitas, orienti ſuppoſita uidetur. Ideo in Herc. Oetæo Seneca,
Indusq; Phœbo ſubditus, cancro Libys. e Sexaginta dies.] Plinius complures, inquit,
totam ipſius longitudinem 40. dierum noctiumque uelifico nauium curſu determinauere.

Fieri

mutlū à noſtris abducta regiōib9, ut in aliq̄ parte ei9 [a] neuter ſeptētrio appareat, aliterq́, q̄ in aliijs oris, [b] umbrę rerū ad meridiē iaceāt: cæterū fertilis & uario genere hominū, aliorūq́ animaliū ſcatet.

Fieri autem potuit, ut tranſpoſitis characteribus illic.xl.pro.lx.legatur. a Neuter.] De hoc, ubi ad Taprobanen peruentum fuerit, referemus. b Vmbræ.] Certe non aliter quàm in aliijs oris, cum idem in Arabia interiori, Aethiopia, Libyaq́ reliqua, quę intra tropicos eſt, contingat, niſi per alias oras eas intelligas, quæ extra parallelū primi gradus cācri in noſtrū latus uergunt. Admonet uero hic locus, ut de umbrarū diuerſitate dicā paucíſsimis. nam alibi hæc diſcenda ſunt. Cum umbram dico, tria intelligo, radium illuminantem, corpus, quod umbrā efficit, & tractū, in quē umbra deijcitur. de umbra enim à corpore radij tranſitū intercipiente proiecta hic mētio fit. Ad ſolē igitur mundi oculū, & lucis fontem cum reſpicimus, inuenimus duplicē umbræ rationē. Quædam enim orientalis, quam corpora reddunt oriente eo, aut occidente, aut cum his horizontis lateribus uicinus eſt. Hæ communes omnibus ſunt, quibus oritur occiditq́. Sed illa diuerſitas eſt, quod qui extra tropicos habitant, eas ſemper obliquo tractu ſiue tranſuerſo à parallelo oriētis aut occidentis ſolis habent, exceptis æquinoctij diebus, quibus ex una dioptræ linea ortus occaſusq́ cernuntur, magno argumento in medio iacentis terræ, & punctum ad ingentes illos collatę orbes referente. Qui autē intra tropicos ſunt ſiti, eo die, quo per Zenith eorum ſol tranſit, umbram matutinam habent recte in occaſum ſolis eiuſdem parallelo proiectam, ſicut pomeridiana, recta in ortum ad punctum horizontis, ſuper quo ſol oriebatur, extenditur. Vmbræ autem in meridiano, à quibus gnomonis & analemmatorum ratio à mathematicis deſumpta eſt, commode obſeruatę, & uel in meridiem, uel in ſeptentrionem his corporibus, quæ eas reddunt, uerſę, multiplici ſunt differentia, non ſeorſum quidem, ſed magis horum reſpectu corporum, quæ ſol, dum per ſigna graditur, uario radiorum illapſu intuetur. De his dediſſe canones iuuentuti, cuius gratia commentamur, haud quaquam ab inſtituto noſtro fuerit alienum. Primum igitur omnium quorumcunque Zenith extra tropicum cancri in ſeptentrionem uergit, illi non niſi unam habent meridiani ſolis umbram, & eam uerſam in ſeptentrionem. Voco autem Zenith capitis, ut eſt notum, & Linconiēſis in ſphęrę compendio refert, extremitatem lineæ rectæ, directę à centro terræ per caput hominis uſque ad firmamentum. Vmbra autem illa reſpectu orientalis aut occidentalis, ſemper eſt breuior, ſicut in meridie breuiores, ut dicitur, & ueritas habet, umbræ eſſe aſſolent. Ouidius libro Metamorphoſeos.14. Et maris & cœli medio cum plurimus orbe Sol erat, & minimas à uertice fecerat umbras. Idem libro tertio, Fecerat exiguas iam ſol altíſsimus umbras. Plinius libro 18. In decuſſando agro ad uentorum obſeruationem, initium meridiei ab umbra breuiſsima ſtantis hominis accipiendum. Ipſa tamen ad ſui uariationem collata nuſquam breuior eſt, quàm quum ſol in puncto eſt maximę ab æquatore elongationis: à quo quanto magis in Auſtrum uerſus abierit, tanto meridiana illa noſtra & ſeptentrionalis umbra fit protractior, idq́ in certo gnomone, & corpore ad perpendiculum erecto: quod in huiuſmodi umbrarum obſeruatione fieri debet. Simili modo unam umbram in meridiem uerſam hi habent, qui extra tropicum ſunt capricorni, breuiſsimam quidem, cum in ipſo capricorno ſol eſt, longiorem autem cum magis magisq́ uſq; in cancrum abierit. Rurſus omnes hi, qui Zenith ſub tropicorum punctis habent, unum habent umbrę genus, uerum in contraria latera proiectę, pari modo cum his, qui utrinq; extra ſuos tropicos ſiti ſunt. Quod ſi incidentiā radij perpendicularē inter umbræ ſpecies numeramus, ut certe in lib. de ordinib. cœleſtibus Cleomedes numerat, umbram appellās per κάθετον, hoc eſt perpendiculū, tunc ſemel in anno utrinq; cū in tropicis ſol circumuoluitur, id umbræ genus habēt, ſed potius nulla eſt umbra, ut in Syene fit, de qua Lucani notus eſt locus, nec in Syene tantum, ſed in toto eius paralleli ambitu, ubiubi tellus extiterit, etiam ſi homines non habitent: corpus enim rectum quodcunque illic ſit, ſemel in anno cum in meridiem ſol abierit, nullam umbram reddit, aut, ſi mauis, umbram per κάθετον, hoc eſt, normalem, ſiue quod idem eſt, perpendicularem. Nam ut Lucanus libro nono ait, Hic quoque nil obſtat Phœbo quum cardine ſummo Stat librata dies, truncum uix protegit arbor, Tam breuis in medium radijs compellitur umbra. In quem locum quoniā prouocante memoria incidimus, monendus fidus lector eſt de uerſiculis ſtatim ſequentibus, Deprenſum eſt hunc eſſe locum, &c. Quibus circa terræ tractum uix tropico cancri ſubiectum ex Ptolemęo, Strabone, cęteris, æquatorem inducit, tanquam Hamonis Abaſis ſub æquatore, & non potius ſub tropico ſit. Certum autem eſt, frequentiſsimę Africæ partem citra parallelum eſſe cancri, quod ignoraſſe uatem tantum, uix crediderís, utcunque in loco alieno æquatoris eleganter & docte meminit. Miror uero Sulpitium, & Omnibonum uiros doctiſsimos annuere Lucano potuiſſe tanquam apta referenti, cum Hamonis Abaſim citra cancrum eſſe notius ſit, quàm ut referri debeat. Non abſimilis huic locus eſt apud Lucret. libro ſexto, qui latera terræ maxime in contrarios cardines diuerſa daturus, ſic ait, Nam quid Britannis cœlum

Vmbra.

Vmbrarum multa differentia.

Primus de umbris canon.

Secundus canon.

Locus Lucani.

Locus Lucretij.

differre uidetur Id quod in Aegypto eſt? qua mūdi claudicat axis. Quidúe quod in Pōto eſt, differre à Gadibus, atq; Vſq; ad nigra uirùm percocto ſecla colore? Vbi, niſi fallor, Aegyptū putat in altero trans æquatorē latere ſitam, qua mundi claudicet, hoc eſt, in latus meridiei uergat axis. Nimirum falſò, cum tota ſit Aegyptus citra æquinoctialē in noſtro hemiſphærio ſita, Ptolemæo, reliquiſq;. Nec ſunt Antœci nobis Aegyptij, multo autem minus Antipodes, quod doctiſsimus tamen, & plurimę lectionis interpres inibi tradit. Quod ſi qui Aegypti uocabulo interiorem Aethiopiam intelligere malūt, uideant illi quanto abuſu id committant, cum plerique omnes Aethiopiam ab Aegypto ſepararint. Ad umbras reuertamur. Quo- *Tertius canon.* rum Zenith intra tropicos eſt, his bis in anno, cum in meridiano ſol eſt, nullæ fiunt umbræ: ſemel quidem ex acceſſu ſolis è tropico capricorni ad cancri parallelum euntis, & rurſum cum hinc in capricornum egreditur. Hoc enim modo fit, ut quodlibet punctum meridiani dati ſol ſuo ambitu bis atttingat. Rurſum uero omnes illi duplicem umbram habent, alteram in Auſtrum proiectam cum ipſis ſeptentrionalis ſol eſt, alteram in Aquilonem expanſam, cum ſolem ab Auſtrino latere habent: hæ umbræ longiores breuioresqúe ſunt, prout aut prope Zenith fuerit Phœbus, aut ab eo ipſo remotior. Præterea umbra meridiana illis longiſsima eſt, qui proxime tropicum capricorni adhabitant, breuiſsima ſeptentrionalis, ſicut ſeptentrionalis his maxime expanſa, qui proxime ad cancri tropicum adhabitant, & breuiſsima Auſtrina umbra. Qui autem ſub æquatore ſunt, eas habent certo tempore alternatim pares: umbra enim proiecta à corpore recto ſub æquatore, dum ſol cancrum tenet, par eſt umbræ proiectæ, quam habet, quum in capricorno eſt. Niſi longiorem Auſtralem ea cauſa putamus, quòd ſol, dum in capricorno uerſatur, terræ eſt propior, & contrapoſitum augi ſuæ locum tenet: alioqui in æqua parallelorum ſolſtitialium diſtantia par ratio fuerit. Gratia autem exempli duplicis umbræ, ſtatuo ſub æquatore corpus rectum. Id à tempore uerni æquinoctij, quum in æſtiuis ſignis ſol eſt, omni meridie umbram in Auſtrum proijcit, tanto longiorem, quanto magis ſol cancro adproximat, in ipſo autem cancro longiſsimam habet. Vice uero uerſa ab Autumnali æquinoctio per omnia brumæ noſtræ ſigna, ſole ad meri- *Lucani locus.* dianum aſcenſo, umbras in ſeptentriones uertit, quas Lucanus tertio libro dextras intellexit, ut eas, quæ in Auſtrum abeūt, ſiniſtras, quando inquit, Ignotumqúe Arabes, & uos ueniſtis in orbem, Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras. Bona enim Arabię Felicis pars trans tropicum cancri in rubrum imminet pelagus: unde qui in Macedoniam Pompeij auſpicia contra Cæſarē ſunt ſequuti, in latus noſtrum egreſsi, admiratione capti ſunt, cauſam in promptu non habentes, quod æſtiuo tempore illic quoq;, ut in Arabia, ſiniſtras, id eſt, in Auſtrum pro- *Solini locus.* iectas umbras non haberent. Dubium uero eſt, quod Solinus ait, umbras, quæ nobis dextræ ſint, illis eſſe ſiniſtras. Nam & ipſi umbram habent dextram noſtræ conformem, id eſt, in ſeptentrionem uergentem, cum ſol in latere ipſis Auſtrino eſt: ſiniſtràm uero, quam ipſi habent, nos, qui ſeptentrionis latus inhabitamus, à meridie habere nullo modo poſſumus. Quomodo igitur, ut ille putat, eædem umbræ ſint? Mirum autem quod Lucani expoſitores ſicco pede eum locum prætererierunt. Plinius ſexto libro ſcribit, legatos, qui è Taprobana ad Romanos uenerint, maxime miratos fuiſſe, quod umbras in noſtrum cœlum cadere animaduertiſſent, non in ſuum, ſolemq; à læua oriri, & in dextro occidere, potius quàm è diuerſo. Quem lubricum Plinij locum non cuiuis grammatico intelligere promptum eſt. Addo ad illa, quòd, qui intra tropicos propius ęquatorem habitant, etiam in ortum proſpicientes, modo à dextris oriri ſolem uident, modo à ſiniſtris. Præterea citra tropicos ſub ſeptentrionibus habitantibus ſolem deteriorem fieri æſtate orientem, quàm his, qui quouis intra tropicos loco habitant. Dextrū ipſum Lucanus ab ortu menſus eſt. Sicut Ouidius libro ſecundo Meta. Neu te dexterior tortum declinet ad Anguem, Néue ſiniſterior preſſum rota ducat ad Aram. Nam oriens, unde initium motus ſolis eſt & aſtrorum, dextrorſus ſeptentrionem habet, ſini- *Vitruuius.* ſtrorſum meridiē, ut Raphaël ſcribit Volaterranus. Nā Vitruuius capite ſexto, libri de Architectura noni, Sydera Borealia, quæ citra tropicum ſunt cancri, orientis dextra uocat, ut illa quæ ultra capricorni parallelum in meridianas partes à natura diſtributa ſunt, orientis ſini- *Macrobius.* niſtra eſſe ait. Macrobius quoque libro Satur. primo, ubi de zodiaci ſignis ſic ait, Et ut ab ariete incipiam, magna illi cōcordia eſt. Nam & is per ſex menſes hybernales ſiniſtro incumbit lateri, ab æquinoctio uerno ſuper dextrū latus, ſicut & ſol ab eodē tempore dextrū hemiſphęrium, reliquo tempore ambit ſiniſtrum: Hæc Macrobius, quibus innuit, meridiana ſigna in *Ouidius enarratus.* ſiniſtrum, ſeptentrionalia in dextrum uergere à uetuſtis fuiſſe creditum. Quod locus Ouid. digniſsimus notatu indicat libro Meta. 2. Signaqúe ſex foribus dextris, totidemqúe ſiniſtris. Quo in loco aduertendū, fores cœli obſeruatione Aſtronomica bifariā deſcribi poſſe ſecundum duplicē ſolis motū: eo enim quo cum firmamento ab ortu in occaſum abit, fores in lateribus orientis & occaſus deſignat: quas Ianus, quē ueteres ſolē temporum authorē intellexe- *Fores cœli.* runt, apud Ouid. lib. faſt. 1. intelligit, quādo ait: Præſideo foribus cœli cum mitibus horis, Et redit officio Iuppiter ipſe meo. Alio motu, quē, ueluti ſuū ſinguli errones, propriū habet, per ſigna zodiaci meās, iā Auſtrinū, interim Aqlonis latus oberrat, & eius in eqnoctijs fores ſta- *Fores anni.* tuit, quas uerſu pauloante citato Naſo intelligit, & uocari fores anni poſsūt, quę nobis reuera

in arie-

Alit [a] formicas non minores maximis canibus, quas more Gryphorũ aurũ penitus egeſtũ, cum ſumma pnicie attingẽtiũ cuſtodire cõmemorãt. Immanes & [b] ſerpẽtes aliqui, ut elephãtes morſu atq; ambitu corporis afficiãt. Tam pinguis alicubi, & tã feracis ſoli, ut in eo mella frõdib. defluãt, [c] lanas ſyluę ferãt: [d] arundinũ fiſſa internodia, ueluti nauitas binos & quędam ternos etiã uehãt. [e] Cultorum habitus moresq; diſsimiles: [f] lino alij ueſtiuntur, aut lanis, quas diximus, alij ferarũ auiumq; pellibus, pars nudi agunt, pars tantum obſcœna uelati, alij [g] humiles paruiq;, alij ita proceri & corpore ingentes, ut elephãtis etiam & ibi maximis, ſicut nos equis, facile atq; habiliter utãtur. Quidã nullum animal occidere, [h] nulla carne ueſci optimum exiſtimant: quoſdã tantũ [i] piſces

in ariete ſunt. Neq; nõ à Martio ueteres annum orſi, id obſeruaſſe uidentur, quanquã Georg. 1. lib. Maro, Candidus, inquit, auratis aperit cum cornibus annum, Taurus, &c. Seruius tamẽ noſtram ſententiam cõfirmans, aliud eſſe ait annum aperire, aliud annum incipere. In tauro enim longiori iam facto die, & calore augeſcente cœptum eſſe annum intelligimus, qui in ariete tamen cœperit. nam in piſcibus eum Ouidius finit Meta. lib. 10. Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum Finierat Titan. &c. Quod autem nobis Boreale latus tenentibus aries efficit, hoc idem Auſtrino lateri libra præſtat, pari per omnia ratione. Nam in ariete autumnũ habent illi, & in libra uernũ tempus. Sũt igitur ſiniſtri ſignorum ambitus fores in libra, dextri in ariete. Aliæ uero ſolis portæ ſunt in ipſis ſolſtitiorum initijs ſitæ: quas ambitus ſolis ceu metas quaſdã eſſe li. de ſomnio Scip. primo Macrobius teſtatur. Aliæ igitur ſunt cœli fores, quas horas tenere doctus Homerus lib. Iliad. 5. ſcribit: aliæ fores anni, aliæ ſolis portæ. Porrò alias dextri & ſiniſtri obſeruatio maxime uariat, quod inter recẽtiores perquã diligenter adnotauit Cœlius Rhodiginus li. 1. cap. 9. meminit & in Placitis philoſophorum Plutarch.

Solis portæ.

a Formicas.] eandem ſententiã Strabo, & lib. 3. Herod. Plin. ca. 31. undecimi, tantas eas eſſe ſcribit, quantus Aegyptius lupus eſt: hos autem conſtat alijs eſſe minores, ut lib. 8. idẽ tradit. Nõ igitur ad Indicos, ſed ad noſtrates referamus. Indici enim maximi ſunt, ut lib. decimoſexto. Diodorus de canibus à Sophyte Alexandro donatis, & decimoquinto libro Strabo teſtantur. Quanquam Plinius. 8. lib. & Solinus (ut id obiter annotẽ) de canibus Albanis referũt Alexandro donatis, alios forte authores ſequuti. Albanorũ aũt ſęuiſsimos canes eſſe, ante ex Valerio Flacco docuimus. Philoſtratus contra plurium ſententiam in India Gryphes locat auri effoſſores, lib. 3. b Serpentes.] Plinius, 8. lib. ex Megaſthene tradit Indiæ ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, ut ſolidos hauriant ceruos taurosq;. Idem uerbis, ut ſolet, mutatis Iulius Solinus Plinij ſimia retulit. c Lanas.] Ideo 10. cap. 12. libri Plinius ait, ſuas arbores uęſtire Indos, quibus uerbis lanigeras eſſe conſtat. d Arundinũ.] Plinius. 2. cap. ſeptimi de inſignibus in India, Arundines tantę, inquit, proceritatis, ut ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Sunt enim, ut Strabo ſcribit, erectiores tricenum paſſuum longitudine, humiles quinquagenũ, tanta craſsitudine, ut quibuſdam diametros ſit ternum cubitorum, quibuſdam dupla. De harundinibus Indicis lib. 3. Herodotus. Saccarũ edunt, quod Zucarum uulgus nominat, magni in medicinis uſus. Id non eſt aliud quàm mel in arundinibus collectũ gummi modo candidũ, dentibus fragile, authore Plinio cap. 8. lib. 12. Ideo de Indis lib. 3. Lucanus: Quiq; bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos. e Cultorũ.] De Indorũ moribus multa Strabo, pleraq; omnia Solinus, nec indiligenter hodie Cœlius Rhodiginus ex Strabone, cap. trigeſimoprimo, lib. decimi multa. f Lino.] Lucanus lib. tertio. Et qui tingentes cròceo medicamine crinẽ, Fluxa coloratis aſtringũt carbaſa gemmis. g Humiles.] De humilib. Strabo ex Megaſthene, ſed fabuloſa exiſtimat. De proceris cap. 2. lib. 7. Plinius qui multos in India quina cubita longitudine excedere conſtare ait. h Nulla carne.] Ex Herodo. ita & Græci, qui Pythagorã ſequuti ſunt. Nam Bracmanũ philoſophandi genus, ut indicat Strabo, non adeo à Pythagoricis placitis alienum eſt. Adnotauit Porphyrius Platonicus, ſapientes Indorum nominatos fuiſſe Gymnoſophiſtas: qui quidẽ ſi generis ſucceſsione in ſtudio religionis & ſapientiæ procederent, Bracmanes dicti ſint: qui uero idem electione tantum profiterentur, Samaneos dictos ait: quorũ uitam Bardeſanes Babylonius deſcripſit. Hi tantum futuræ uitæ tribuerunt, ut ualidi, & quieto in corpore bene habentes, uitam tamen præſentem inuiti tulerint, ac nõ raro nulla urgente cauſa ultro ſibi mortem conſciuerint. Aliâs in India ſunt rei pecuariæ dediti, qui cruda carne ueſcuntur, Herodo. i Piſces.] Vt hodie quoq; ſunt è noſtris, qui à carnibus abſtinent, rem magnam uidelicet præſtare ſe putantes: quaſi ille maiori uictoriæ corolla indignus ſit, qui carnibus

Formicæ Indicæ.

Indici canes maximi.

Arundines Indicæ.

Saccarum unde.

Bracmanes.

Samanei.

ueſcens

aluñt, quidã proximos [a] parentesq; priuſquã annis aut ægritudine in maciem eant, uelut hoſtias cędunt, cęſorũq; uiſcerib. epulari fas & maxime piũ eſt, at ubi [b] ſenectus aut morbus inceſsit, procul à cęteris abeũt, mortẽq; in ſolitudine nihil anxij expectant, prudentiores eis, quib. ars ſtudiũq; ſapiẽtiæ cõtingit: non expectãt eam, ſed ingerendo ſemet ignibus lęti & cũ gloria accerſunt. Vrbium, quas incolunt (ſunt autẽ plurimę) [c] Nyſa eſt clariſsima & maxima, montiũ [d] Meros Ioui ſacer: famam hinc præcipuã habent, quod in illa [e] genitũ, in huius ſpecu Liberum arbitrãtur eſſe nutritum: unde Gręcis authoribus ut femori Iouis inſutũ dicerent, aut [f] materia ingeſsit, aut [g] error. Oras tenent ab Indo ad Gangẽ [h] Palibotri:

uefcens nec genium defraudans ſuum, illæſum pudicitiæ & caſtitatis candorẽ ſeruat. Equidẽ, niſi fallor, præclariora illi trophæa ſtatuenda puto, qui pugna acriori uictor euaſerit. Melę uer- *Indorum ferit as.* ba uidetur in ſua tranſtuliſſe Solinus. a Parentesq;.] Herod. 3. li. Quoties, inquit, ciuiũ aliquis aliquáue ægrotat, uirum quidẽ ſui maxime familiares interimũt, quod dicant illum morbo tabeſcentem carnes ipſis corrupturum: & licet ſe neget ægrotare, nihilominus iſti non ignoſcentes necant eum epulanturq;. Idemq; mulieres ſolent. b Senectus.] Quin nec ſenectuti parci Herod. tradit. At Solinus, Sunt, inquit, qui cũ incubuere morbi, procul à cęteris in ſecreta abeunt, nihil anxie mortẽ expectãtes. Curtius lib. 7. Quęis autẽ ſegnis ætas, aut incommoda ualetudo eſt, expectatam mortẽ pro decore uitæ habent. Idem: Vnũ agreſte & horridũ genus eſt, quod ſapientes uocant, apud hos occupare fati diem pulchrum, & uiuos ſe cremari iubẽt. Hinc illud Lucani li. 3. Quiq; ſuas ſtruxere pyras, uiuiq; calentes Aſcendere rogos, &c. Habent autem ſuos, ut dixi, ſapientes Indi, quorũ *Bracmanes.* potiſsimi Bracmanes, quos Apollonius in terra eſſe, & non eſſe in terra dixit, ſicut Philoſtratus ſcribit libro 3. ob perpetuam, ut puto, rerũ cœleſtium cõtemplationem. Hi mundum dixere creatum corruptibilemq;, & ſphæricum, quem uniuerſum conditor & adminiſtrator omnium Deus peruadat: noſtram autem uitam nil eſſe aliud, quàm uiuidum quendam hominis conceptum, mortem uero natiuitatem ad ueram illam & felicem uitam, his qui *Germanæ.* recte philoſophati ſunt, authore Strabone. Germanæ alij ut plurimum ſyluas habitant, ſyl- *Gymnoſophiſtæ.* ueſtribus fructibus ueſcentes, uiniq; & ueneris expertes. Gymnoſophiſtas. 7. lib. Plinius ait ab ortu ad occaſum perſtare ſolere, contuentes ſolem immobilibus oculis, & ob feruẽtes harenas toto die alternis pedibus inſiſtere. *Nyſa.* c Nyſa.] Plinius, Nyſam urbem pleriq; Indiæ adſcribunt, montemq; Merum Libero patri ſacrũ, unde origo fabulæ Iouis femine editum, &c. Rectius Ioui ſacrum montem Pomponius dixit, unde locus fabulæ datus ſit. Arrianus. lib. 5. Inter Cophenem & Indum amnes ſitam eſſe retuliſſe ueteres ait: à Dionyſio uero conditam, *Meros.* quo tempore ad Indos profectus eſt, propè omnes tradunt. d Meros.] Curtius. 8. li. Nyſa, inquit, ſita eſt ſub radicibus montis, quem Meron accolæ appellant, inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis femine Liberum patrem eſſe cælatum. Græce enim μηρὸς femur dicitur. fecit igitur uocis ambiguitas diuerſa ſignificantis, ut commode Græci fabulati ſint. Arrianus iuxta Nyſam magnam copiam eſſe tradit hederæ, quæ nuſquam alibi apud Indos naſcatur, montem ipſum ea & Lauro ueſtitum, lucos amœniſsimos habere, & omni ferarum genere abundare, in quem cum equitatus peditatusq; parte uiſendi gratia Alexander conſcenderit. In hoc uero, niſi fallor, à Mela Curtioq; diſſentit, quod Liberum ait ita uocari montem *Plures Liberi.* uoluiſſe memoriæ gratia, quod in Iouis femore ſuccreuerit. e Genitum.] Ergo Thebanus non fuit? Arrianus certe dubitat an ad Indos unquam Liber Thebanus uenerit. nam fieri potuit ut ad Indos profectus crederetur, quod in India, ut libro quarto. Diod. ex multorum ſententia ſcribit, Liber fuit indigena, qui terra ſponte uitem ferente ex uua uinum elicere docuit. Ita & Argiuo Herculi, ut diximus, ea attributa ſunt, quæ plurium erant. Lege à principio libri decimiquinti Strabonem. Herodotus. 2. li. (tanta diſſenſio eſt, niſi ad diuerſos referas) ſcribit Græcos tradere Dionyſium editum ſtatim in Iouis femore inſutum, portatumq; in Nyſam illam, quæ ſupra Aegyptum in Aethiopia eſt. In quam ſententiam & Diod. 4. li. de Dionyſij ortu refert, nec planè femori inſutum, ſed Mercurio datũ, ut in Nyſam deferretur, à Nym*Tortellius labitur.* phis omni ſtudio curaq; educandum. Labitur autem Tortellius, quod illam Indicã Nyſam, hanc Aethiopicam, ſiue, ut ipſe putat, Arabicam Nyſam nominari tanquam ad differentiam credidit. Fabulam refert. 3. Metamor. Ouid. & loco iam citato Diod. f Materia.] Argumentum fabulæ idoneum. g Error.] Si ita re ipſa contigiſſe crediderunt. h Palibotri.] *Praſij.* Plin. decimonono cap. 6. lib. multa de Indię gentibus loquutus, Sed omnium, inquit, in India propè, non modo in hoc tractu potentiã claritatemq; antecedunt Praſij, ampliſsima urbe ditiſsimaq;

uiſsimaqꝫ Palibotra: unde quidam ipſam gentẽ Palibotros uocant, immo uero tractũ uniuer
ſum à Gange. Regi eorum, peditum ſexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum
nouem millia per omnes dies ſtipendiantur: unde cõiectatio eſt ingentiũ opum. Hęc Plinius. *Palibotri.*
In illa ſentẽtia Mela quicquid inter Gangem & Indum eſt, apud maritima Palibotris tribuit.
a. Iolida.] Iolin promontorium, quod intra Gangem & Tamon interſit, ſolus mihi Pom
ponius reddit. nã alibi, quod ſciam, non legi, ſicut ne de Tamo quidẽ, nec de Cudo, quanquã *Iolis.*

à Gãge ad [a] Iolida [b] Nyſij, ubi [c] magis, ꝗ ubi habitetur, exæſtuat, [d] atræ gentes, & quodammodo Æthiopes. Ab Iolide ad Cudum recta ſunt litora,

notum eſt ex ipſis uerbis ſuis,
ita à meridie Eoã Aſiæ partẽ
Tamo terminari, ſicut ad Tha
bin finitur eadẽ, flexu litorũ
in ſeptẽtrionẽ uerſo. Sed quæ
inſignia ſunt in extimo lito-
re, ſinus eſt Magnus cognomi *Sinus magnus.*
natus, in Cherſoneſum, quam Auream cognominant, & eam terram, quę longo tractu in me-
ridiem procurrit: poſt quem Gangeticus eſt, ab amne, quem recipit, dictus, inter quem & In- *Gangeticus.*
di oſtia amplíſsimus litorum & innumeris populis urbibusqꝫ habitatus tractus. b Ny-
ſij.] à Nyſæis alij, manifeſto argumento. nam hos propius Indum à Nyſa dictos Curtius, Ar-
rianus, & Diodorus referunt: illos Pomponius extra Gangem ſtatuit, ut inde ad Cudum uſ-
que alterum litus, & id quidem rectum in Tamon immineat. c Magis quàm ubi habite-
tur.] Maior æſtus eſt quàm uſque alibi ubi habitatur: quod non tam ex eo prouenit, quod
ſub cancro ſunt, quàm quod aut planicie ſiti nuda, aut aquarum penuria torrida, aliáue hu-
iuſmodi ratione, unde fiat, quod inſolentiores illic æſtus ſint: aliâs ſole cancrum tenente non
eſt dubium omnem Indiæ tractum parallelo uicinum tropico grauiſsimo calore infeſtari
diebus multis, niſi priuatæ cauſæ temperent: multo enim ſæuior æſtus eſt tropicos tenenti-
bus, quàm eſſe ſub æquatore aliquo modo poſsit, quod primo libro late docuimus. Conſtat
autem totam litoris Indici oram ultra cancrum exporrigi, cum Aurea Cherſoneſus etiam æ-
quinoctiali ſubſit, & extimæ oræ pars trans eum aduſque capricorni parallelum pertingat;
ut recentis experientię tabulę monſtrant. d Atrę gentes.] Minus tamẽ quàm Aethiopes. *Indi atri.*
Plinius libro 6. A Gange, inquit, uerſa ad meridiem plaga, tingũtur ſole populi, iam quidem
infecti, nondum tamen Aethiopum modo exuſti, quantum ad Indum accedunt, tantum co-
lore pręferunt ſydus, &c. Ferunt & Aegyptios Thebaicæ nigreſcere nonnihil, uerum tertio
in loco eſſe, ut primi Aethiopes ſint, reliqui Indi, poſtremi Aegyptij. Ideo libro quarto, Mani- *Manilius.*
lius ſic: Aethiopes maculant orbem, terraſqꝫ figurant, Perfuſas hominum gentes minus In-
dia toſtas Progenerat, mediumqꝫ facit moderata tenore. Iam propior tellusque natans Aegy
ptia Nilo Lenius irriguis infuſcat corpora campis. Quod ad nigredinem attinet, Alexander
libro problematum primo quęrit, qua de cauſa ſol hominem nigrum reddat, linteum candi- *Cur nigri Aethiopes.*
dius faciat, ceram emolliat, lutum induret? & reſpondet prædictorum cauſam eſſe materiæ
patientis aptitudinem. Materiæ nanque noſtri corporis, inquit, excepta pituita, quoties ni-
mium recaleſcunt, per cutem nigrant. Albertus Germanus, magnus in omni philoſophia *Albertus.*
uir, in eo libro, quem de locorum natura ſcripſit, Auſtrinos homines & Aethiopes maxime
nigros eſſe cum ob locorum, quę incolunt, ęſtum ex ſole, tum etiam propter ſui corporis ca-
liditatem. Nam primum horum ſemen generationis calidum eſt, & matrix mulierum admo-
dum calida & ſicca: unde fit, ut decoctione fortiſsima conceptum ſperma digeratur, fiatque
creſcentis fœtus ſanguis aduſtus: cumqꝫ humidum ſubtile calore loci educatur, & groſſum
terreſtre aduratur, manet ipſum, & nigredinis eſt cauſa. Fiunt itaque terrenæ complexionis
membra ualida, & oſſa albiſsima, ut in dentibus eorum uidere eſt: caro autem ſanguine perfu
ſa fuſco, & oculi ex calore frequentibus uenulis ſanguinei, qua de re & Aethiopum ipſis no-
men eſt. Præterea corpora leuiſsima, & animi uis in ipſis, qui magnam ſuſtinent ęſtus intem-
periem, imbecillis & hebes eſt, propter euaporationem & defectum ſpiritus animalis. Quan-
quam qui ſub ęquatorem uergunt, propter temperiem maximę animo ualeant: nam agilem
habent ſpirituum ſubtilitatem, ut qui nimis frigidis locis degunt, non minus fiunt hebetes,
atque illi qui nimis calidis. Siccitas etiam & caliditas cauſa eſt, quare Aethiopũ Indorumqꝫ pi
li pauci ſint, & criſpi, ut eſt notũ. Strabo decimoquinto libro fuiſſe indicat, qui aquis cauſam *Strabo.*
nigredinis tribuerint, quod peregrina quoque pecora eam potantia colorem uarient. Theo-
dectes clarus ſcriptor ad ſolem retulit, quem male Oneſicritus reprehendit, etiam ſi annuit *Theodectes.*
Strabo: nam propinquior eſſe ſol dicitur, cum in zenith magis inclinat, hoc modo & Indis
& Aethiopibus adproximat. Falſum uero eſt ſolem ab omnibus ęqualiter diſtare, cum in ca-
pricorno propinquior ſit terræ, quàm quando in cancro eſt, ex communi Aſtronomorum
ſententia. Theodectæ ſenarij hi ſunt, Quibus propinquam Phœbus admouens rotam, Atra
fauilla corpora infecit uirum, Caloribuſqꝫ adurens præpotentibus, Retorridas criſpauit illo-
rum comas. Strabo tradit in India penſiles eſſe ipſis comas ob aëris humiditatem, nec ob ad-
uſtionem, ſed ex genitura magis nigros eſſe. In quam ſententiam Arrianus quoqꝫ lib. 8. perpul
chra ſcripſit. Ego in Alberti ſententiam pedibus eo. Cur uero ſol nigriorem inducat, & non

[a]timidiq́; populi, & marinis opib. affatim dites. Tamos promontoriū eſt, quod Taurus attollit: collis, alterius partis angulus, initiūq́; lateris ad meridiē uerſi. Gāges & Indus amnes: ille multis fontibus in [b] Hęmodo Indię monte cōceptus, [c]ſimul unum alucum fecit, fit omniū [d] maximus, & alicubi latius, quādo anguſtiſsime fluit, [e]decē millia paſſuū patens, in ſeptē ora diſpergitur. Indus ex monte [f] Paropamiſo exortus, & alia quidē flumina admittit, ſed clariſsima Cophen, Aceſinē, Hydaſpen, conceptamq́; pluribus alueis undā lato ſpacio trahit: hinc penè Gangē magnitudine [g]exęquat: poſt ubi aliquot ſępe magnis flexibus cingit iugū, ingens iterū rectus ſolidusq́; deſcendit, donec ad læuā dextramq́; ſe diducens, [h] duobus oſtijs longe diſtātibus exeat. Ad Tamū inſula eſt [i] Chryſe, ad Gangē Argyre: altera aurei ſoli (ita ueteres tradidere) altera argentei, atq́; ita, ut maxime uidetur, aut ex re nomē, aut ex [k] uocabulo ficta fabula eſt. [l] Taprobane aut grandis admodū inſula, aut prima pars orbis alterius Hippar-

ignis, apud Ariſtotelē lege ſectione ultima problematū: & adde ſolem uideri radio ſimul & calore parto agere, idq́; continua duratione in multos menſes. Ignem autē nō pariter, porrò *Cur Auſtrales timidi.* ſolis uehementiſsimus influxus eſt, ignis nullus. a Timidiq́.] Nam cum poroſa eorū ſint corpora, multa ſpirituum reſolutio ob aërem calidū, & magnam ſolis uim, corda frigidiora habent, ideoq́; timidi ſunt, Alberto. Ideo Ariſtoteles, Sunt, inquit, fortes, qui calida ſunt natura, timidi uero qui exangues refrigeratiq́; ſunt: fit igitur, ut qui loca inhabitant calida, refrigerentur: qui frigida, concaleſcant, &c. Ea cauſa qui Europam inhabitāt, & in Aſia Scythiam, ſi alijs conferas, omniū bellicoſiſsimi ſunt. b Hęmodo.] Tauri parte. indigenæ enim per partes uocant Paropamiſum, & Hæmodū, & Imaū, & alios, ſed Caucaſum Macedones, ex Strabone lib. 15. c Simul.] Poſtquam. d Maximus.] Decē & nouem amnes in eum corriuāt, quorū plurimi nauigabiles. e Decem millia.] Plinius. 1?.ca. ſexti, octo milliū paſſuū amplum eſſe ſcribit, ubi minimum patet: ubi immodicū, ſtadiorum centum, altitudine nuſquā minore paſsibus. 20. De hoc & Indo omnia ex Plinio, Strabone, Dionyſio, Curtio, Arriano, Solino, cæteris propè notiora ſunt quàm ut referri debeant. Id notauero, Hypanim in India Euſtathio, & pleriſque alijs dictum, Ar- *Hypaſis.* riano & Philoſtrato Hypaſim dictum: ut non re ſolum ab illo Scythico, ſed nomine differat. In qua ſententia & Hermolaus eſt apud Pliniū ſexti libri. 17. cap. Hypaſin, nō Hypanin legens, cum Hypanin tamen uetuſta Martiani exemplaria retineāt, nec refragetur Plinij locus eos reprehendentis, qui Hypanin in Aſiæ parte ſtatuerint, cum per Aſiæ partem Scythiam Aſiaticam intelligat, ipſo etiam Hermolao teſtante. Hoc obiter & in tranſcurſu adnotandum duxi, Plinium. 12. capite quarti libri, & decimo cap. libri trigeſimi ſcripſiſſe in Boriſthenem Hypanin Biropeum corriuari diligentiorum authoritate, mox eodem in quarto tanquam ſui oblitus, niſi fallor, Hypanin ait manufacto alueo in Bugem, naturali in Coretū *Paropamiſus.* influere. f Paropamiſo.] A quo & Paropamiſus Satrapia, & Paropamiſadæ accolæ dicti. Tauri ille pars eſt, iuxta quem brumæ tempore adeo altæ niues premunt terram gelu, & perpetuo penè rigore conſtrictæ, ut ne hominum quidem feræ'ue ullius ueſtigium extet: obſcuri cœli uerius umbra, quàm lux nocti ſimilis premit terram, uix ut, qui prope ſunt, conſpici poſsint. Ibi Alexandri exercitus maxime aliquādo ob gelu periclitatus eſt, ut. 7. libro Curtius *Indi magnitudo.* tradit, ex quo illa deprompſimus. In Paropamiſo fabuloſus ille ſpecus monſtratus, in quo ligatus Prometheus fuerit, cuius primo libro meminimus ex Philoſtrato. Eius ſententiæ accedūt libro ſeptimo Curtius, & quinto libro Arrianus. De amnibus, quos Indus recipit. 20. ca. 6. Plin. g Exæquat.] Quadam aquarum modeſtia nuſquam latior, inquit Plinius. 50. ſtadijs, aut altior quindecim paſsibus, ampliſsimam inſulam efficiens, quæ Praſiane uocatur, & aliam minorem, quæ Patale, Deltæ Aegyptiæ perſimilem Curtio. h Duobus oſtijs.] Strabo quoq́; duorum meminit, ſed plurium Ptolemæus. Tradit libro ultimo Arrianus Indicos amnes omnia illa animalia gignere, quæ Nilus, Hippopotamo excepto, præterea & rigare latosq́'e in campos diſpaleſcere, quibus in cognito orbe nuſquam maiores exiſtant.

i Chryſe.] Plinius non ad Tamum, nec Gangem, ſed extra oſtia Indi Chryſe & Argyre, inquit, inſulæ fertiles metallis, ut credo. nam quod alioqui tradidere aureum argenteumque ijs ſolum eſſe, haud facile crediderim. k Vocabulo.] ἀργύριον enim argentum, χρυ- *Taprobane.* σός aurum ſignificat, l Taprobane.] Plinius lib. 6. Taprobanen, inquit, alterum orbem

terrarum

terrarum eſſe diu exiſtimatũ eſt Antichthonum appellatione: ut liqueret inſulã eſſe, Alexan-
dri Magni ætas resq; præſtitere, &c. Meminere huius inſulę paſsim alij, ſed nemo Plin. diligen
tius, cum quo tamẽ mihi hoc in loco amplius agendum eſt, ut certe non glorię aut æmulatio-
nis, ſed ueritatis ſtudio oſtendam lapſos ueteres, ipſumq; Plinium citra delectum tradidiſſe,
quæ pro ueris indubijsq; haberi uoluerit, quorum eſt deprehenſa falſitas. Nam 22. cap. ſexti li-
bri, ubi multa de hac inſula mentio, inter alia refert, legatos ex Taprobane cum ad nos ueniſ-
ſent, miratos eſſe ſeptentriones & Vergilias, ueluti in nouo cœlo: lunam uero apud ipſos nõ
niſi ab octaua die ad quintamdecimam ſupra terram aſpici. Paulo uero ſupra ait ex ueterum
traditione ſeptentrionẽ non cerni. Quæ uerba, pręterquã quod nimis ſunt ieiuna in re expla-
natius tradenda, dubiũ faciunt, quonam loco Taprobanẽ eſſe Plinius crediderit. nam uerum
nunquam erit non cerni ſeptentrionem, niſi multo ſpatio ultra æquinoctialẽ ſita ſit, cum ha-
bentibus declinationem Auſtrinã. 24. & amplius graduum, urſę maioris ſtellæ cerni poſsint.
Porro extremum caudæ maioris urſæ à polo diſtans. 35. graduum interuallo, his primum ad
horizontem uoluitur, qui trigintaocto graduum latitudinem meridianam habent. Præterea
ultimum caudæ minoris urſæ, ut principes tradunt aſtronomi, à uero puncto polari. 4. gra-
duum interuallo abeſt, & cerni poteſt ab omnibus his, qui latitudinem meridianam habent.
3. graduum, cum ipſis adhuc ſupra horizontem ſit. Dubitas? Quis neſcit omnem ſtellam, in- *Canoni.*
ter quã, dũ altiſsime mergitur, & zenith proſpiciẽtis fuerint gradus nonaginta, hoc eſt, qua-
drantis interuallum, eam in horizonte primum eſſe proſpicientis? Zenith enim ad horizon-
tem undiquaq; ſpatium eſt 90. graduum. Eam uero, quę pluribus gradibus abfuerit, perpetuę
eſſe occultationis, ſicut illa ſemper apparet, aut apparere poteſt, quæ citra. 90. gradus in cõſpi
cuo cœlo eſt. Quod ſi minor urſa tota cernitur uel ab his, qui certo ſpatio trans æquatorem
ſunt ſiti, quis dubitat de maiori, cuius ſtellæ multo amplius à polo elongantur? In uniuerſum
autem ita contingit, ut ſtella maioris declinationis quàm ſit eleuatio æquinoctialis perpetuo
appareat, ſi declinatio ſeptentrionalis fuerit, ſi uero meridionalis eſt, ſemper lateat, referendo
hoc ad eos, qui citra æquinoctialem in Arcton uerſus habitãt. In Auſtrum enim uergentibus
modo contrario eueniret, ſuis ſemper ipſis apparẽtibus, noſtris interim occultis. Quod ſi Pli-
nij uerba paulo diligentius legerimus, deprehendemus citra æquatorem Taprobanen ſta- *Taprobane ubi.*
tuiſſe, quemadmodum Ptolemæus, de quo mox dicam. Nam à Colaico promontorio Indiæ
quatridui tantum nauigatione abeſſe ipſius Claudij temporibus legatos retuliſſe ait. Addo,
quod Solis inſulã dicit medio in curſu obuiam fieri nauigantibus. Conſtat etiam ex tabula-
rum fide nullam eſſe celebrem adeo inſulam in Auſtrino oceano, quæ quatridui nauigatione
peti poſſet, ea excepta, quam Taprobanen uocat Ptolemæus. Addo, quod Seras quoque ab
ipſis aſpici ſcribit, quod quidem intelligi poterat de his, qui ad ſe mercium gratia ueniſſent.
ſed addidit, notos etiam commertio, quod Solinus explicatius referens, Cernũt, inquit, latus
Sericum de montium ſuorũ iugis. & Hermolaus hanc ſententiã probat, uideri ſcilicet Serum
ex Taprobane tractum. Poſtremo ab Oneſicrito prius, mox ab Amij Plocamij liberto cogni- *Locus Plinij.*
tam indicat, qualis eſſet. Cum uero hic è ſinu Arabico, ille ab Indi oſtijs ſoluit, uериſimile eſt,
utrunque in eam appuliſſe inſulam, quam Taprobanẽ Ptolemæus uocat. Sed quid opus de
inſulæ ſitu quærere? In continente Indiæ ea, quæ intra Gangem eſt, urſas non uideri in anno,
niſi ſemel diebus quindecim aſſerit. 75. capite ſecũdi lib. & 19. ſexti. Modeſtius Mela alicubi in
India neutrum ſeptentrionem cerni dixit: quam ſententiam, pro recenti locorum experientia
non adeo reiecerim. Quod ad Plinium attinet, conſtat hanc orã omnem, cuius ipſe meminit,
citra æquinoctialem terminari, ubi maxime prominet. Et ſub æquatore, cuius horizon per
polos tranſit, omnes ſtellæ oriuntur & occidũt, apparentq; circumquaque proſpicienti, quid
obſit, quo minus urſæ citra æquinoctialem cernantur? Quanquam minus cerni ſeptentrio-
nem concedam, quando in eo ſigno ſol eſt, in quo urſa cum eo occidit per noctem latens: ita
ut quando ex eo ſigno ſol abijt, poſt occaſum apparere incipit, ſemperq; deinceps apparet, do
nec circuitu facto idem ſignum ſol annuus intraturus eſt. Fit itaq; ut pauco tempore non ui-
deatur ſeptentrio in India, alioqui multis menſibus toto anno ſupra horizontem cõſpicuus.
De Vergilijs, quod ait, non cerni eas, multo inſignius erratum eſt: nam ſi damus ut tantum *Alius Plinij*
ultra capricorni tropicum ab æquinoctiali abſcedat Taprobane, quantum noſtræ habitatio- *locus.*
nis parallelus ſeptentrionem uerſus ab eodem abeſt, adhuc conſpicuæ ſupra horizontem
Vergiliæ ſunt. At ne Plinio quidem perſuaſeris, tantum ab India Taprobanen amoueri. Di-
cam explicatius illa, gradus declinationis Vergiliarum, quę in tauro longitudinem habent,
ſunt plus minus uiginti trium graduum. Eſt ergo conſequens ex canone demonſtrato,
quem retuli, primum eos, qui declinationem habent Auſtralem, uel diſtantiam Zenith ab
æquatore gradibus. 67. in horizonte ſuo Vergilias habere. Videre ergo poſſunt quicunque
intra illam declinationem habitãt. Sed nulla hodie uel maxime in Auſtrum procurrentis A-
fricæ tanta deprehenſa eſt declinatio. Quid illud, quod ait, lunam quidem apud ipſos non *Locus Plinij.*
niſi ab octaua ad quintamdecimam ſupra terram aſpici? Id legatorum non erratum dixerim,
ſed mendacium: illudere enim placuit credulis, ut hi ferè ſolent, qui ex ignotis uulgo locis
redeũtes ſui admirationẽ fabulis aſtruunt. Mirũ uero, cur id tãtus author nullo planè iudicio

 ueri ha-

ueri habito,tradere poſteris ceu indubiū foret, uoluerit, cum conſtet nullum eſſe in tota triū
terræ partium continente locum,nullam in omni mari inſulam,quæ lunam creſcentem decre
ſcentemq; non uideat,eo modo quo nos,ſi modo ipſis oritur & occidit.Porrò quis nō intelli-
git minime dictum proprie, ab octaua in .15. tanquam luna ſemper eodem in loco lucis,tene-
brarumq; uices peragat,cum adeo id uariet, ut toto anno ſolari nullus idem ſit plenilunij in-
terlunij'ue gradus,quod ita eſt notū,ut referre pigeat.Quod ſi ſub polis habitatio foret, cōtin
geret quidē alterutris per ſex
ſigna lunā non uideri, ſecluſa
latitudine.nā æquator ita ha-
bitantibus horizon eſſet, ue-
rū non à decimaquinta in reli

cho dicit:ſed quia habitatur, nec quiſquā circum
eam eſſe traditur, propè uerū eſt. Contra inde illa

quos dies,ſed continuis diebus.14. hoc eſt medio anno lunari, ſicut ijdem dimidio anni ſola-
ris ipſo ſole carerent: rurſum uero eo tempore continuis quatuordecim diebus planè lucen-
tem intuerentur,ſicut dimidio ſolaris anni ſolarem haberent continuum. Quod ſi quæ terræ
ſunt adeo ab ſectore in polum alterutrū abeuntes,ut ſigni gradus aliquot,aut ipſum ſignum,
ſignáue zodiaci ſupra horizontem habeant,certum eſt lunam his quandoque non uideri,ue-
rum eo modo,quo Plinius tradit, ſed continuis diebus noctibus'ue, immo uero menſe, aut
menſibus,prout minus hæ magis'ue abfuerint.Falſiſsimum eſt uero omnium,quod aſſeruiſſe
Oneſicritum ſcribit libro ſecundo Plin.his in locis ſeptentrionem cerni,quibus in locis in die
umbræ non ſint.Nam hoc modo ſub tropico cancri ſitis non cerneretur urſa. Quoniam au-
Locus Plinij. tem in id caput incidimus, corrigendus eſt error, non Plinij culpa, ſed librariorum, ut credo,
ignorantia admiſſus. Rurſus, inquit, in Meroë inſula, quæ eſt caput gentis Aethiopū,quinq;
millibus ſtadiorū à Syene in amne Nilo habitatur,bis in anno abſumi umbras, ſole duodeui
ceſimam tauri partem,& quartamdecimā leonis obtinentem, &c. ubi nō quartamdecimam,
ſed tredecimam legendum: is enim gradus.18. gradui tauri correſpondet,& in parallelum æ-
que à polo & æquatore diſtantem,cum contrapoſito gradu incidit. Quanquam non dubito,
& in decimoquarto alijsq́ue uicinis gradibus idem fieri multis Meroën habitantibus pro-
pter inſulæ magnitudinem,& nō adeo præcipitem uariationem declinationis etiam in leone:
uerum huic non decimuſoctauus, ſed decimuſſeptimus gradus tauri reſpondet. Deſyderat
autem ratio, aut quoties eiuſdem incidentiæ ſolis in certo parallelo bis nullam umbram in
meridiano efficientis mentionem facimus,toties gradus ſignorum æquidiſtantia contrapo-
ſitos nominemus, quandoquidem illa cauſa eſt, cur bis umbra in certo parallelo non ſit. In
Maleus mons. eodem capite, Maleum, inquit, montem æſtate in Auſtrum, hyeme ad ſeptentrionem um-
bras iacere, &c. Minime id mirum, cum omne corpus intra tropicos duplex habeat um-
brarum genus, ut ante docuimus. Verum quod libro ſexto ait, Monedes & Suari, quorum
mons Maleus, in quo umbræ ad ſeptentrionem cadunt hyeme, æſtate in Auſtrum per ſenos
menſes, id prorſus nego,niſi doceat Plinius Maleum ſub æquinoctiali circulo iacere. Id enim
his ſolis, quæ ſub æquatore ſunt, corporibus accidit. At Monedum & Suarorum inter gen-
tes, quæ Gange & Indo clauduntur, meminit, toto illo litore longe ab æquatore abſente.
Quod Ptol. docet princeps coſmographus, cuiq́ue in ſitu locorum tractus Auſtrini, quod
Alexandriæ ſcripſiſſe creditur, magna fides adhibenda eſt, nec eſt ut de latitudinis ſiue decli-
nationis certitudine quis ambigat: nihil eſt ad deprehendendum facile magis: utinam adeo
de longitudine conſtaret.Porrò quàm ſcite, quamq; exacte dictum ſit Taprobanen iacere in-
ter ortum & occaſum, eruditis iudicandum relinquo, etiam ſi hoc modo referre Solinus uo-
luit. Quis autē Indiæ locus,quis totius Aſiæ eſt,qui inter ortum & occaſum non iaceat? Mul
to doctius aptiusq;.30.capite libri ſexti, Aethiopiā ab oriente hyberno ad occidentem hyber-
num ſitam eſſe: preterea Italiā inter horam primam & ſextam brumalem incedere dixit, hoc
eſt inter meridianam lineam, & hybernum ſolis exortum. Illud autem cum ad ſolam Tapro-
Locus Plinij. banen non attineat, omnibus illic inter ortum, & occaſum ſitis, ieiunum mihi (ſaluo tanti
uiri honore) conciſumq; uidetur.Retuliſſem & de Arcturo,quem in Carmania nec omnibus
cerni noctibus, nec totis unquam,credidiſſe ueteres Plinius tradit,preterea quòd ad eiuſdem
tractus amnem Hithanim ex India profectis primum urſę apparere incipiāt, niſi ipſa ſemet ſa
tis falſitas reuelleret. Ad Taprobanen reuertamur,quam Ptolemęus docet ita ſubiectam æ-
quatori,ut in Auſtrū gradibus ferè tribus,in ſeptentrionem tota reliqua mole uergat.In ea ui
Locus Vergilij. deri urſæ poſſunt, uerum humiliori eleuatione, & qui ipſis oriantur, & occidant: nam quod
Maro dixit Georg.1. Arctos oceani metuentes æquore tingi, ad eos referendum eſt,quorum
declinatio eſt non minor.35. graduum. ſub horum enim horizontem primum non mergun-
tur,alioqui falſa eſſet Virgiliana aſſertio. Quanquam nō dubito pleroſque ex his,qui uerbo-
rum ornatui omnia tribuentes, præter hiſtoriam fabulam'ue nihil tenet reliqui, ita accipere,
ut in uniuerſum nullis urſæ mergi uideantur. Deimachus clarus author urſas in nulla Indiæ
parte occultari ſcripſit, ut Strabo libro ſecundo tradit, ubi permulta de Taprobane, uerum
Strabonis obſcu- adeo perplexe tralata,ut niſi attentiſsime legas,capere hærentem ſententiam non poſsis, ma-
ra tralatio. nifeſto argumento, nunquam bene transferri quod ad amuſsim non undiquaq; intelligitur.

Ideoq;

oſtia ſunt, quæ uocant[a] Solis, adeo inhabitabilia, ut ingreſſos uis circumfuſi aëris exanimet confeſtim, & inter ipſa oſtia rara tenet regio ob æſtus intolerabiles alicubi cultorib. egens. Inde ad principia [b] rubri maris pertinet inuia atque deſerta humus, & cineri magis, quàm pulueri ſimilis: ideoque per eam rara & nõ grandia flumina emanant, quorum [c] Tuberonẽ, & Aruſacem notiſsima accepimus. Rubrum mare Græci, ſiue quia eius [d] coloris eſt, ſiue quia ibi Erythras regnauit, ἐρύθραν θάλασσαν appellãt, procelloſum, aſperum, mare profundum, & [e] magnorũ animalium magis, quàm cætera capax: primo recedentis oras [f] æqualiter impellit, & ut non intret interius, aliquantum patens ſinus erat. Sed quas ripas inflexerat, irrumpit, duosque iterum ſinus aperit. Perſicus uocatur [g] dictis regionibus propior, Arabicus ulterior.

Ideoque Ianus de monte regio queritur alicubi in Strabonis translatis codicibus eſſe ad mathematica præſertim attinentia, quæ corrupte legantur, nec Græcis admodum reſpondeant. a Solis.] Plinius inſulam Solis hoc tractu deſcribit, quæ & cubile Nympharum rubens dicatur, in qua nullum non animal abſumitur incertis cauſis: ſed & Solis oſtia iuxta nominari potuere ob æſtum intolerabilem, & aquarum longo tractu penuriam: ideo periclitatũ Alexandri illis locis exercitum Diodorus decimoſeptimo libro ſcribit. *Inſula Solis.* Notum uero eſt in locis maritimis æſtum ſupra modũ augeri ob uehementiſsimam radiorum ſolis perpendiculariũ, aut rectorum repercuſsionem. b Rubri maris.] Plinius quoque ſexto libro poſt Carmanos eius initium facit, magno horum errore, qui ſinum tantũ Arabicum rubri maris nomine cenſent, cum oceanus, qui & Arabicũ findit, totamque Eudæmonem abluit, eo nomine cenſeatur. *Rubrum mare quod.* Verba Plinij hæc ſunt, Irrũpit deinde poſt Carmaniam & in hac parte geminum mare in terras, quod rubrũ noſtri dixere, Græci Erythreũ à rege Erythra, aut ut alij, ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes, alij ab harena terraque, alij à tali aquæ ipſius natura. Herodotus libro quarto ſinum Perſicum rubrum mare uocãs, altera, inquit, ora à Perſis incipiens porrigitur ad Rubrum mare, quod & Perſicum uocatur: dein gradatim Aſſyria, atque inde Arabia, definitque in ſinu Arabico. In eadem ſententia ſunt Pomponius & Plinius. Curtius libro nono tradit rubrum mare non à colore undarum, ut plerique crederent, ſed ab Erythra potius appellari. Multa de eo Strabo decimoquinto libro. c Tuberonem.] Plinius, ni fallor, Tuberum nominat libro ſexto nauigabilem: inibi & Nabrum uocans alium, Ptolemæus Arabem, dubium an illũ, quem Aruſacem Pomponius nominat. d Coloris.] Audiui uirum digniſsimum fide, qui ad litora uſque ſinus Arabici à Hieroſolymis peregrinatus, rubras quidem undas uideri aiebat uerum non eſſe: nam claram eam admodum, & fontali ſimilem aquæ dicebat, ſi hauſta in uas quodpiam funderetur. *Cur rubrũ mare.* Tribuit igitur ruboris cauſam arenæ nonnihil rufæ: lateque a litore in altum uadoſum eſſe id mare aſſerebat, unde eſſet, ut aquarũ perſpicacia fundi haud alte diſtantis colorem aſpectantibus redderet. Cæterum id, quod extra ſinũ eſt, altiſsimum eſſe propè omnes, quos legerim, affirmant. e Magnorum animalium.] Idem Curtius, Arrianus, Diodorus referunt. Rufus in Periegeſi ex Dionyſio, Feruent Erythrei marmora ponti Tota feris: hæc ut rigidi iuga maxima montes Nubibus attollunt, latus omne & terga tumeſcunt, *Dionyſius.* Inſtar in his rupis ſpinæ tenor arduus adſtat, Molibus in celſis ſcrupus quoque creber inhorret. At ne quis rapidi ſubuectus gurgitis unda, Hæc in terga ſalis lembum contorqueat unquam, Aut ſe monſtrigenis, hoſtem licet, inferat æſtus Fluctibus, immodice late patet oris hiatus. Quippe feris antro panduntur gnttura uaſto, Protinus hæc ipſas abſorbent fauce carinas, Inuoluuntque ſimul mox monſtra uorantia nautas. Hæc Dionyſij lectio propè in omnibus exemplaribus nõ tam corrupta eſt, quàm obſcura, ac multo clarius à Palæmone uerſa: multis enim in locis à Dionyſio tradita Rufus præterijt: rurſum de ſuis paſsim inſeruit, quæ apud Dionyſium non leguntur: quod ante alios nuper prodidit collatione facta Petrus meus Moſellanus homo Græcè & Latinè iuxta doctiſsimus. *Petrus Moſellanus.* f Aequaliter impellit.] Aequali flexu. Nam ſi duos illos ſinus non feciſſet irruendo, ſeorſum patens fuiſſet.
g Dictis regionibus.] Carmaniæ, & Indico litori.

SINVS PERSICVS.

Sinus Perſicus. *Arabicus.* a Grande oſtium.] Quod tamen latitudinem habet nō maiorem quinq; millium paſſuum. nomen ſinui datum ab adhabitantibus Perſis, quemadmodum ab Arabibus alter Arabicus dictus: utroq; interim rubri maris retinente nomen. Cerne tabulas, & ſitum diſce. b Ceruice.] Collo. nam Perſicus ſinus propè capitis effigiem habet, & introitus ceruicis proceritatem. c Maior receſ.] Ideo inter intimum eius ſinum & Aegyptiū mare Iſthmus intereſt nō amplior. 125. mil. paſſuum interuallo tā paruo dirimitur: ibi tāta naturæ diuerſitas, ut Plin. 11. cap. quinti libri ſcribit. De Caſio 1. li. diximus. d Faſtigio.] Trans oſtium ſtatim quantā poteſt amplitudinem occupat, mox ſeſe faſtigiat, eſtq; anguſtiſsimus ubi intimus. e Ab ijs.] Oram hactenus pręſcripſit, iam repetit accolas ſuo, quemadmodū ſępe *Chelonophagi.* monui, more. f Chelonophagi.] Qui oſtreis ueſcuntur, ſiue teſtudine, q̃ Gręcè χελώνη dicitur. Hę, ut lib. 9. Plin. tradit, adeo in Indico mari magnę ſūt, ut ſingularū ſuperficies habitabiles caſas integāt. Strab. 16. lib. adeo magnas alio in loco reperiri ſcribit, ut Chelonophagi in *Carmania.* eis nauigēt. g Carmani.] Ex oceano in Perſicū nauigantib. à dextra Carmani ſunt. Carmania ad oſtium ſinus magis frequēs, ea parte, qua Parthis imminet, deſerta eſt, Ptol. cæteris ferè. De ea perpulchra libro 15. Strab. h Carne.] Ideo Ichthyophagi dicti. Quanquā lib. 8. Arrian. ſupra Carmaniam in Gedroſios Ichthyophagorū tractum eſſe ait: meminit & lib. 4. Philoſtratus. Curtius. 9. lib. tradit, iuxta ad Indicam oram gentes eſſe, quibus ungues promineant nunquam reciſi, comæ hirſutæ & intonſæ ſint, tuguria conchis & cæteris purgamentis inſtructa, qui ferarum pellibus tecti, piſcibus ſole duratis, & magnarum quoque beluarum, quas fluctus ejicit, carne ueſcūtur. Stra. certe ſæuis eos morib. immanes eſſe teſtatur, & Crinit. adnotauit ult. cap. 6. Omnes Ichthyophagos Alexandrū uetuiſſe ueſci piſcib. ſcribit lib. 6. Pli. *Hirti homines.* Teſtis uero Gel. 4. cap. 9. lib. corporib. hirtis in extima quoq; India homines inueniri. Hieronymus lib. cōtra Iouinianū. 2. Ichthyophagos ait gentem aliubi errātem in litore maris rubri, qui ſuper petras ſolis calore feruentes piſces aſſent, & hoc ſolo alimēto uictitent. i Gedro- *Gedroſia.* ſij.] Quorū regio Gedroſia, ſupra quam Drangiana eſt, & Arachoſia, ſupraq; eas in Taurum uergentes Aria & Paropamiſus, omnes ſatrapiæ dictæ, hoc eſt, præfecturæ, quas quidam In- *Perſæ.* diæ attribuerunt, authore Plin. cap. 20. lib. 6. k Perſæ.] Potentiſsimi olim, & frequentiſſimæ Aſię domini: quorum aliquando metropolis Suſa, hi ſemper ad rubrū mare habitarūt, unde & ſinus Perſicus dictus: ſupra omnem uero urbium elegantiam Perſepolis effulſit, à Macedonibus conſenſu Alexandri direpta: meminere Curtius & Arrianus: arcem eius deſcripſit diligentiſsime lib. 17. Diodorus. l Cethis.] Eſt & oppidū cognomine, cuius Plin. meminit. De Andane uero & Corio etiam Ptol. m In parte.] Intimi ſinus, quæ oppiſito tractu ſinus faucibus reſpondet. uide tab. Ptol. quintam Aſiæ. n Chaldęorum.] Infra confluen- *Chaldæi.* tem Euphratis & Tigris, lęua fluminis Chaldęi, dextra Nomades Scenitæ habitant, Plinio. Strab. 17. lib. Conſtituta eſt, inquit, habitatio quędam Babyloniæ philoſophis indigenis, plurimum circa philoſophiam uerſantibus, qui Chaldęi appellantur. Horum magna in ſacris literis memoria eſt. Conſtat autem nuſquam diligentius ſeueriuſq; mathematica ſtudia exculta fuiſſe, quàm apud Chaldęos. Ammianus uigeſimotertio lib. Hic prope, inquit, Chaldęorū eſt regio altrix philoſophię ueteris, ut memorāt ipſi, apud q̃s ueridica uaticinādi fides illuxit.

SINVS PERSICVS.

Perſicus, quà mare accipit, utrinq; rectis lateribus [a] grande oſtiū quaſi [b] ceruice complectitur, deinde terris in omnem partem uaſte et ęqua portione cedentibus, magno litorum orbe pelagus incingens, reddit formā capitis humani. Arabici & os arctius & latitudo minor eſt, [c] maior aliquāto receſſus, & multo magis longa latera, init penitus, introrſusq;, dum Ægyptū penè, & montē Arabię Caſiū attingit, quodam [d] faſtigio minus ac minus latus, & quo magis penetrat anguſtior. [e] Ab ijs, quæ diximus, ad ſinum Perſicum, niſi ubi [f] Chelonophagi morantur, deſerta ſunt. In ipſo [g] Carmani nauigantium dextera poſiti ſine ueſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe uelant, [h] carne ueſcuntur, præter capita toto corpore hirſuti. Interiora [i] Gedroſij, dehinc [k] Perſę habitāt. [l] Cethis per Carmanos, ſupra Andanis et Corios effluunt. [m] In parte, q̃ pelagi oſtio aduerſa eſt, Babyloniorum fines [n] Chaldęorumq; ſunt,

& duo clari amnes, [a] Tigris Perſidi propior, ulterior [b] Euphrates. Tigris, ut natus eſt, ita deſcendens uſq; ad litora permeat. Euphrates immani ore aperto [c] non exit tãtum, unde oritur, ſed & uaſte quoq; decidit: nec ſecat cõtinuo agros, ſed late diffuſus in ſtagna, diuq; ſedentib. aquis, & ſine alueo patulis piger: poſt ubi marginem rupit, uere fluuius eſt, acceptisq; ripis celer & fremens per Armenios & Cappadocas occidentem petit, [d] ni Taurus obſtet, in noſtra maria uenturus. Inde ad meridiem auertitur, & primum [e] Syros, tũ Arabas ingreſſus, [f] non perdurat in pelagus, uerũ ingẽs modo & nauigabilis, inde tenuis riuus deſpectus emoritur, et nuſquã manifeſto exitu effluit, ut alij amnes, ſed deficit.

a Tigris.] Oritur in regione Armeniæ maioris fonte cõſpicuo in planitie. loco nõmẽ Elongoſine eſt, Plinio: cuius caput 27. ſexti libri lege. Strabo 16. lib. ſcribit Tigrim & Euphratẽ flumina ſecunda eſſe poſt Indica ad Auſtrales partes defluentia. Noſtri é paradiſo eos fluere autumant, ut & Nilum: quod niſi allegoricôs intelligas, aut terram etiamnum habitatam paradiſum eſſe dicas, non uideo, quomodo id ſit uerum. Allegoriam mihi uidetur ante alios reddidiſſe Ioannes Picus in ea oratione, quam de hominis dignitate ſcripſit, uir ſupra omnẽ ingenij captũ eruditus, & magnus in religione noſtra futurus author, niſi aliud diuina ꝓuidentia iuſsiſſet. Diuus Ambroſius allegoriã ſequitur, non negans interim paradiſum eſſe, quemadmodum Hieronymus & Gregorius, itemq; Auguſtinus, qui monet tamen hiſtoriam literæ omnib. modis allegoriæ pręferendam eſſe, id quod profecto Moſaicæ ſcripturæ authoritati debetur. b Euphrates.] Penultima producta cõtra uulgi uſum hęc dictio proferẽda. Extat diſtichum elegans in uerſificatorẽ, qui ſemel edito carmine penultimã corripuerat: Venit ad Euphraten, undis perterritus hæſit, Vt cito trãſiret, corripuit fluuiũ. Meminit amnis Plinius. 24. cap. 5. libri. Ptolemæus montem maioris Armeniæ, ex quo oritur, Periardẽ nominat, qui Araxem in Caſpium effluentẽ edit. De hoc amne nõ indigna lectu libro belli Perſici primo Procopius tradit: eius aquas, quemadmodum Nili, fœcundas eſſe aſſerunt. Lucanus 3. lib. Phariæ, inquit, uice fungitur undæ. Ideo multis canalibus paſsim in uicinos agros rigandi gratia abducitur. lege 16. lib. Strabonem. Ammianus lib. 23. Euphrates, inquit, cũctis excellens, qui tripartitus nauigabilis per omnes eſt riuos, inſulasq; circumfluens, & arua cultorũ induſtria diligentius rigans, ueneri & gignendis arbuſtis habiles efficit. c Non exit tantum.] Statim enim ab ortu in paluſtria quædam diffunditur, ſtagniq; magis quàm fluuij faciẽ habet: ideo dixit, Non ſecat alueo, certo ſcilicet, ſed late diffuſus. &c. d Ni Taurus.] Vide Ptolemæi tabulam Aſiæ tertiam. Tauro arcetur, quo minus breuiſsimo curſu in Euxinum defluat. e Syros.] Ad Comagenem & orientalem Syrię oram, donec Arabes Scenitas accolas attingat. Vide 4. Aſiæ tabulam. f Non perdurat in pelagus.] Plinius confluere eos & in Perſicum elabi tradit. in qua ſententia Ptolemæus eſt. Philoſtratus primo libro, de utroq; amne loquutus, Flumina, inquit, ubi eã, quam diximus, continentis partem ambierunt, in idem mare decurrunt. Sunt, qui dicant in paludem quandam partem maximam Euphratis dilabi, ita ut ad mare non perueniat, ſed in terra curſus ſui finem recipiat. Quidam audacius de eo loquentes, aſſerunt ipſum cum diutius ſub terra fluxerit, rurſus in Aegypto apparere, & Nilo cõpleri. Hęc Philoſtratus. Pomponio Lucanus uidetur ſuffragari libro tertio, Quos non diuerſis fontibus edit Perſis, & incertum eſt tellus ſi miſceat amnes. Quod potius ſit nomẽ aquis, ſed ſparſus in agros Fertilis Euphrates Pharię uice fungitur undę, At Tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu, Occultosq; regit curſus, rurſusq; renatũ Fonte nouo flumẽ pelagi non abnegat undis. Nã quod ait, tellus ſi miſceat amnes, indubie credit non miſceri eos: pręterea Tigrim abſorptum iterum enaſci, nec abnegare undas ſuas ſinui Perſico, tanquam id Euphrates non faciat, ſed in agros ſparſus proxima irriget, atq; ita euaneſcat: qui uerus eſt poëtę ſenſus. Fontes igitur non diuerſos ad originem potius quàm oſtia referemus. An non falſum eſt, quod Perſis edat? cum in Armenia maiori uterque oriatur. Neſcio an lapſus ſit Lucanus, ut in illo quoque labitur, quod Oritarum & Carmanorum cœlum in Auſtrinum latus trans ęquatorem flecti credidit, cum ait in eo ipſo loco: Carmanosque duces, quorum iam flexus in Auſtrum Aether, non totam, mergi tamen aſpicit Arcton, Lucet & exigua uelox ibi nocte Bootes. Id ita non eſſe ſupra docuimus. Magis crediderim poëtam ueterũ quorundam opinionem ſequutum, qui ſupra Perſidem oriri hos amnes putarint. Nam & Curtius quinto libro de Alexandro, quartis, inquit, caſtris peruenit ad Tigrim fluuium. Phaſim Tigrim incolę uocant: oritur in montibus Vxiorum & per 50. ſtadia ſylueſtribus rupibus pręceps inter ſaxa deuoluitur: accipiunt deinde eum cãpi, quo clementiore alueo prę-

terij t,

Tigris.

Picus.

Euphrates fœcundus.

An in Tigrim Euphrates influat?

Locus Lucani.

Lucani locus.

terīj,nam nauium patiens eſt.600.ſtadia ſunt,molliorisq; ſoli,per quod leui tractu aquarum Perſico mari ſe inſinuat. Hęc Curtius: qui eo ipſo loco Vxiorum regionem Suſis finitimam eſſe ait. Conſtat autem Suſa ipſa in Perſide eſſe. Canis palinodiam Vadiane, qui primo libro *Boetius.* Boëtium reprehendiſti,tanquàm diuerſa à Lucano ſentientem? Liberum ſit candidis lectoribus ſequi,quod malint,prǽſertim quod ſunt,qui tradunt unum in paradiſo fontem eſſe omnium horum authorem amniū,quos Moſes nominat, è quo reſolui Tigrim & Euphratē Boë-

[a] Alterum latus ambit plaga, quæ inter utrunque pelagus excurrit, [b] Arabia dicitur, cognomen Eudæmon, anguſta, uerum cinnami & & thuris aliorumque odorum maxime ferax: maiorem [c] Sabæi tenent partem oſtio proximam, & Carmanis contrariam partem [d] Macę, quæ inter oſtia oſtenditur, ſyluæ cauteſque

tius intellexerit. Fateor quidē ingenue me ante mēſes tres in illa fuiſſe ſententia, iam in alia eſſe. Fecit id attenta magis lectio. Quod ad confluentem attinet, Plinio utiq; & Ptolemęo accedo: tantam enim aquarum uim, quæ ampliſsimo ponte in media Babylone uix potuit traīci, ut Curtius indicat, euaneſcere magis quàm corriuare in Tigrim ueriſimile nō eſt: cū etiam Herodotus lib.1. magnum & altum & celerem Euphratē ex Armenīs in rubrum mare decurrere dicat: in qua ſententia & Diodorus eſt libro tertio. Strabo libro undecimo, Tigris, inquit, & Euphrates, qui Meſopotamiā circundant, & apud Babylonios inuicem cohærent, deinde in mare Perſicum emittunt. Dion quoq; nobilis ſcriptor tradit Traianum Cæſarem pontē feciſſe iuxta Babylonem ea parte, qua Euphrates in paludes emiſſus Tigridi miſcetur: ut propè indubium ſit etiā in paludes emiſſum nō euaneſcere, ſed corriuare in Tigrim. Per rubrum uero mare ſinū Perſicū, qui eius pars eſt, intelligūt, ut Plinius quoq;, qui Perſas ſemper habitaſſe ait ad rubrum mare: id Græci ἐρύθραν θάλασσαν uocant, id eſt, rubrum mare, Pōpo- *Dionyſius.* nio, cæteris. De Meſopotamia interamne primo libro dictum eſt. Rufus ex Dionyſio: Medio qua tellus funditur agro, Hos amnes inter nomen tenet, ut ſitus illam Flumine præcinctā ge- *Solini incuria.* mino per aperta locaui. Ita legendū, non ſinus, ut aliqui codices habent. Solinus credidit Euphratem ad Nili naturā inundare, fœcundaq; facere proxima arua, nō alia cauſa magis, quàm quòd gnomonici tradunt ſimilibus parallelis id accidere, quos pares in terrarum poſitione æqualitas normalis faciat lineæ: ex quo appareat iſta duo flumina ad modulum eiuſdem perpendiculi conſtituta, licet è diuerſis manent plagis, eaſdem incrementi cauſas habere. Indicēt Coſmographiæ ſtudioſi, an ita ſit, uel eſſe poſsit: habent quidē, authore Ptolemæo, certos parallelos, quibus ſubſunt, uerum iuxta oſtia, inq; ipſis oſtīs, ad quæ illa ſuæ inundationis cauſa nulla extat: ad fontes enim recurrendum eſt, non ad oſtia, ſi quis amnis aut Nili, aut Euphratis incrementa quęrit, aut certe ad loca defluxui naſcentium undarum uicina. Meminimus cauſarum inundationis libro primo, ubi de Nilo. a Alterum latus.] Sinus Perſici, quod trans confluentem eſt amnium in occaſum. b Arabia.] εὐδαίμων, hoc eſt, felix cognominata. Et Eudęmones inde Arabes dicti. Capitolinus in Macrino, Pugnauit tamen & cōtra Parthos, & contra Armenios, contra Arabas, quos Eudęmonas uocāt, non minus fortiter quàm feliciter. Aduertendum tamen, eſſe quoq; in Meſopotamia Arabiam. Ideo Curtius quinto libro, Arabia odorum fertilitate nobilis regio campeſtris eſt, inter Tigrim & Euphratē iacens, tam ubere & pingui ſolo, ut à paſtu repelli pecora dicantur, ne ſatietas perimat. Cauſa fertili- *Arabia Merorū.* tatis eſt humor, qui ex utroq; amne manat, toto ferè ſolo per uenas aquarum redundante. etc. Ideo libro quinto Plinius Euphratem ait trans Taurum egreſſum, à læua Arabiā Merorum dictam, dextra uero Comagenen diſterminare. De deſerta, quę Scenitarum eſt, haud multis *Arabia felix.* in locis fertili, deq; Petrea libro primo dictum eſt. Felix, tribus lateribus mari clauſa, à ſeptentrione montanis attollitur: quanquam Pomponius ultra Arabicum ſinum durare eam indicat, de quo infra paulo. Hæc thure, cinnamo, myrrha, & balſamo abundat, imò ſola thus gignit. De ea Plinius uiceſimooctauo capite ſexti libri. Solinus diligenter multa. Ditiſsimi ſyluarum ſunt Sabęi fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis ceræq; prouentu. *Arabum mores.* Ipſi mitrati degunt, aut intonſo crine barba abraditur, prǽterquam, quod in ſuperiore labro eſt, Plinio. Strabo decimoſexto libro imbelles eſſe dicit, cauponasq; & mercatores magis quàm milites. Ideo Catullus: Siue in Hyrcanos Arabasq; molles. & Virgilius: molles *Sabæi.* ſua thura Sabæi. Conſcripſit de moribus pleraque capite trigeſimoquinto libri decimi Cœlius Rhodiginus. c Sabæi.] Oppidum eorum Saba Ptolemęo thurifera frequenter co- *Macæ.* gnominata. Strabo Mariabam uocat eorum metropolin. d Macæ.] Meminit eorundem Ptolemęus & Plinius, contrapoſiti Carmanis eo in tractu & Nardum & myrrham ferente, Straboni. Eſt & Aethiopiæ regio Saba, è qua regina illa fuit, quę Salomonis fama excitata in Palęſtinam uenit. Et è Saba ueniſſe ad CHRISTVM recens natum reges, quidam à noſtris contendunt, dubīj etiam utra è Saba illáne Arabię, an hac Aethiopię. Mul- *Tres reges Magi.* ti tribus è regnis coīſſe duce ſtella confirmant, adduntq; nomina, quorum tamen Euangelicæ historiæ

hiſtoria nuſquam meminit, ſanè non reges, ſed magos uocans, nec è Saba, ſed ab oriente ueniſſe tradens, teſte Matthæo, & eius interprete diuo Chryſoſtomo, qui è Perſide ueniſſe non dubitat, & ante natum puerum ipſis apparuiſſe ſtellā ait: præterea non reges, ſed magos fuiſſe ait, hoc eſt, philoſophos, qui ſuorum ciuium magiſtri fidei eſſe potuerint, de nominibus eorum nullà prorſus mentione facta. Quicquid tandem contexat legendarum (ut uocant) author, cui certe nec indecorum, nec damnoſum uiſum eſt in diuorum hiſtoria pie paſsim fabulari, tanquam id ſtudium gentilium ſcriptorum in ſuorū numinum commemorandis miraculis uaniſsimū iam olim nō fuerit, equidem Auguſtini authoritatem non temnendā eſſe exiſtimo, qui in quadā ad Hieronymum epiſtola, in ſacris tractandis literis ne officioſa quidem mendacia admittenda eſſe monet, quo magis illarū authoritas ſeruetur illęſa. Vtinā aūt illi uiro, quiſquis fuit, quęſtuoſę pietatis, & ſuperſtitioſorum alicubi cultuum iuſtā partem non deberemus. Scribit Galeottus Narnienſis eo lib. quem de uulgo incognitis inſcripſit, cap. 25. magos, qui ad Chriſtum uenerint, nō reges, ſed aſtrologos fuiſſe, Auguſtini nixus authoritate, qui in hunc modum in libro de natura dæmonū tradiderit. Præterea nec Euangelium, nec Eccleſiā pro regibus habuiſſe ſcribit, addita ſimul ratione minime aliena. Locum autem pſalmi 71. reges Tharſis & inſulæ &c. hiſtorico ſenſu ad Salomonem regem, myſtico ad Chriſtum refert: nec dubitat regum nomine non magos tantum, ſed etiam gentium principes in Chriſti olim fidem cōſenſuros intelligere. Porrò ut non magnæ frugis fuerit inueſtigaſſe Arabes ne an Syri, Aethiopes an Perſæ fuerint, ita ſuffecerit credo, à pio Chriſtiano cōmendabilem horū, & omnibus regnis dignam pietatem in Euāgelij ueritate agnoſci. a In medio.] Duorum ſinuum è regione Eudęmonis. b Ogyris.] Plinius lib. 6. Inſula, inquit, in alto obiacet Ogyris clara Erythra rege ibi ſepulto. Solinus hūc Perſei & Andromedæ filiū fuiſſe ſcribit. Rufus ex Dionyſio, Ogyris inde ſalo promit caput, aſpera rupes Carmanidis, qua ſe pelagi procul inuehit undis, Regis Erythrei tellus hic nota ſepulchro Tēditur, & nudis iuga tantum cautibus horret. Meminit inſulæ perpulchre lib. 9. Curtius à principio.

Author legēdarū.

Galeottus Narnienſis.

Ogyris inſula.

exaſperant, aliquot ſunt [a] in medio inſulæ ſitæ: [b] Ogyris, quòd in ea Erythræ regis monumentum eſt, magis clara, quàm cæteræ.

SINVS ARABICVS.

ALterum ſinū undiq; Arabes incingunt. Ab ea parte, quæ introeūtib. dextra eſt, urbes ſunt [d] Carræ, & Arabia, & Gandamus: in altera ab intimo angulo prima, [f] Beronice inter Heroopoliticum & Scrobilum:

SINVS ARABICVS.

ALterum ſinum.] Arabicum. Fuerunt tamen, qui Aegyptum rubro mari ab ortu terminarunt, ut libro ultimo Strabo ſcribit. Horū ſentētia Aegyptij partem oræ occiduę tenent, ſed rectius Arabibus tribueris. Ptolemęus cōtractis nominib. Arabes Aegyptios toto litore aduſq; Aethiopes, qui ſub Aegypto ſunt, uocat, mox Arabes Addeos cognominatos Troglodyticę, q̊s Auteos & Gnebadeos Plinius uocat. Addo quòd eodem authore rex Iuba tradidit accolas Nili à Syene nō Aethiopum populos, ſed Arabum eſſe uſq; ad Meroēn. Hic eſt ille Arabicus ſinus, cuius frequentiſsimis quondam in Indiam & Troglodyticen nauigationibus adeo Aegypto uectigal auctum eſt, ut Auletę Cleopatrę parenti, quemadmodum ultimo libro Strabo ſcribit, annua talentą duodecies millena & quinquagena obuenerint, longe poſtea populo Romano prouinciam adminiſtrante, adauctis omnibus, quando omnium mercium unum receptaculum Alexandria fuit. Durabant hodieq; priſtinarum opum reliquiæ. Cæterum Hiſpanica nuper inuitis Venetis, nauigatione in Indiam à Portugalliæ regibus inſtaurata, ſplendorem ſimul & nomen ueteris famę amiſerunt. d Carræ.] Plinius iuxta Sabęos Carreos eſſe ſcribit ad Badanatha oppidum: puto à Carris illis dictos, quorum & Stephanus meminit in Arabia. Rufus ex Dionyſio, Cathramis eſt tellus Carræ uicinia. Carra enim dici uel ſingulari teſtis eſt Hermolaus. Sunt qui Carnę legere apud Dionyſium malunt: nam de Carna libro decimoquinto, ſi modo alia eſt, meminit Strabo. Alię ſunt in Meſopotamia Carrę Craſsi fato celebres, & Caracallę imperatoris etiam nece. Hic enim, ut Rufus Conſularis ſcribit, intra Euphratem apud ciuitatem Edeſſam propera morte obijt. Spartianus inter Carras & Edeſſam periJſſe ait, cum leuandę ueſicę gratia ex equo deſcendiſſet. A Carris illis Carreni dicti, qui Lunum Deum contra uxorum inſultus, & muliebres inſidias coluerunt, ut Spartianus adnotauit. Lege de Arabia Plinium. Gandami mihi ſolus Pomponius eſt author, ut aliorum plerorumque. e In altera.] Parte, quę ſiniſtra eſt introeuntibus. f Beronice.] A Philadelphi Ptolemęi matre nominata, ſicut Arſinoē ab eodem in ſinu Charandra ſororis nomine condita, Plinio. Cognomines his & in Cyrenaica urbes ſunt,

Aegypti quondā uectigal.

Carræ.

Dionyſius.

Carreni.

Beronice.

deinde inter promõtoria Moronenon & Colaca, [a] Philoteris & Ptolemais: ultra [b] Arſinoë & alia Beronice: tum ſylua, quæ [c] Hebenum [d] odoresq́ue generat, & [e] manu factus amnis, ideoq́ue referendus, q̃d ex Nili alueo Dioryge abductus extra ſinum, uerum inflexus, & non rubri maris pars, beſtijs infeſta, ideoq́ue deſerta eſt. Partem [f] Candei habitant hi, quos ex facto, quia ſerpentibus ueſcuntur, Ophiophagos uocãt. Fuere interius [g] Pygmæi minutum genus, & quod pro ſatis frugib. cõtra grues dimicãdo defecit.

quarum primo libro meminimus. De Heroopolitico ſinu ex Plinio & Strabone eſt notum:
Ieſſe. dictus ab urbe, quam Græci ἡρώων πόλιν uocant, id eſt, heroum ciuitatem: in ſacris literis Ieſſe dicitur. De Scrobilo non memini legiſſe me, ſicut nec de Moroneno & Colace: ſi qui erunt, qui iuuerint nos, & illa loca aliorum auxerint teſtimonio, gratias habebimus: nihil ego prorſus, dum hęc ſcribebam, comperi. Verum non eſt, ut inuerſam Melę lectionẽ quis putet. nam ut loca innumera ſunt, ita eſt interminus nominum uſus. Plinius & Strabo. Aelaniticum Heroopolitico proximum faciũt, ab Aelana oppido dictũ, quem neſcio an Scrobili uocabulo intellexit Pomponius. a Philoteris.]
Philoteris. dicitur & Philotera Plinio, & Straboni, celebris admodum in hoc litore ciuitas. Ptolemaida cõdidit Philadelphus, qui primus Troglodyticen excuſsit ad uenatus Elephãtorũ, ideo & Epiterias à Græcis cognominata. b Arſinoë.]
Arſinoe. Duę ſunt huius nominis in hoc litore, ſicut triplex Berenice: de prima iam dictum eſt, ſecunda Panchryſos cognominata, tertia itẽ Epidires, quòd ſuper ceruice fauces rubri maris urgente ſita ſit. uide Ptol. tab. Africæ 4. Nomina his ab Aegyptijs reginis data ſunt, tum Philoteris & Epiterias à uenationis ſtudio ſortita uocabula. c Hebenum.]
Hebenus. Solinus, Ut piper, inquit, ſola India, ita hebenum ſola mittit, Maronem ſequutus, qui lib. Georg. 2. ſola India, inquit, nigrum Fert hebenum. At Herodotus & hic Mela locuples teſtimonium prębent, & in Aethiopia eam arborem prouenire. Ex ea Perſarum regibus pro tributo tertio quoq; anno centenas phalangas ex materie eius penſitarunt cum auro & ebore, ut 4. cap. lib. 12. Plinius tradit. Ideo
Lucanus Lucanus Mareoticam cognominat, hoc eſt, Aegyptiam, quod ex Aethiopia in Aegyptũ trãſportata primũ illic cognita ſit, Hebenus Mareotica uaſtos Non operit poſtes etc. Multa enim huiuſmodi non à patrijs, ſed mercatibus, aut locis, ubi primum cognominata fuerunt, nominantur: ſicut Dioſcorides caſiæ genus Moſyleticum nominat, quod ad Moſylon Arabici ſinus in Aethiopia promontoriũ frequenter aduectum, inde in alias terras tranſportatum ſit. Plinius uero 30. cap. 6. libri in meridiana Africæ parte ſyluas hebeni maxime uirere ait. d Odoresq́ue.]
Dioryges. Aromata. e Manu factus.] Dioryges foſſæ dicuntur manu factæ. Id uocabulum apud Strabonem frequens eſt. Vſus eſt eo diuus Hieronymus in Eccleſiaſtico, Ego quaſi fluuius dioryx, & ſicut aquęductus exiui de Paradiſo. Eiuſmodi in Meſopotamia propter Euphratem, in Aegypto propter fertilis Nili undas abducendas, tum etiam quod cõmodior eſ-
Seſoſtres. ſet in pleraq; loca nauibus tranſitus, plurimæ fuere. De illis alueis è Nilo & in Nilum ductis paſsim libro ultimo Strabo. Fodiendi authorem Seſoſtrem fuiſſe exiſtimant: qui ex proximo rubri maris ſinu alueum ducere in Nilum excogitauit, quod poſt eum & Darius conatus eſt, mox uero Ptolemęus, qui foſſam eduxit latitudine pedum centum, altitudine 30. Cæterum ne perduceret, metus effecit inundationis, cum rubrum mare tribus cubitis altius cõpertum eſſet, quàm Aegypti terra foret. Meminit Plinius 29. cap. 6. Diod. 1. lib. & libro Meteororũ ſecundo Ariſtot. inibiq́ue nonnulla in eandem ſentẽtiam Albertus. Strabo Seſoſtrem aliosq́ue deceptos ait, foſſa poſterorum curæ & induſtria in rubrum uſq; mare ducta, ſimili nauigãdi op-
Tacitus. portunitate ad oceanum quęſita. Ideo Tacitus lib. 13. L. inquit, Vetus Neronis principatu ex Arari in Moſellam foſſam ducere ingentem aggreſſus eſt, ut copię ex Italia primũ per mare, dein Rhodano, & Arari ſubuectæ, per eam foſſam mox fluuio Moſella in Rhenum, exin ocea-
Ambroſius. num ſublatis itinerum difficultatibus decurrerent. Diuus Ambroſius tertij Hexaẽmeron ſecundo capite illam Seſoſtris & Darij hiſtoriam libans, uim cœleſtis ſtatuti inhibere exiſtimat, quo minus per plana Aegypti, quę humiliori ſitu iaceat, mare rubrum Aegyptio pelago miſceatur. Huc uſq; enim uenies, ille dixit, nec tranſgredieris: ſed in teipſo cõterentur fluctus tui, uelut apud Iob 38. capite legitur. Mela Diorygẽ illam memorabilem eſſe putauit, quod è Ni-
Candei. lo abducta proxima ſinus litora longo flexu ſtringeret, nec tamen pars eius eſſet. f Candei.] Plinius quoq;, Introrſus, inquit, quos Ophiophagos uocant, ſerpentibus ueſci aſſueti, neq; alia regio fertilior earum. Sunt qui Panchæi legunt, ſed illi ad Panchaiam potius referendi, quæ in Eudæmone eſt, de qua 2. Georg. Virgilius: Totaq́ue thuriferis Panchaia pinguis harenis. g Pigmæi.] Ante paludes ſiti, è quibus Nilus oritur, ut quidam tradidere, Plinio.
Epiſtola Vadiani ad Agricolam. Philoſtratus in India ſtatuit, ut & Plinius cap. 2. lib. 7. Eorum meminimus in epiſtola quadam ad Rudolphum Agricolam Rethum; quam quoniam ipſe edidit, & uiſa eſt pleriſque digna

lectu

lectu, ad calcem operis adprimendam curauimus. a Ibidas.] Cicero lib. de nat. Deorum primo, Ipſi, inquit, qui irridentur Aegyptij, nullam beluã, niſi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, conſecrauerunt: uelut Ibes maximam uim ſerpentum conficiunt, quum ſint aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceroq́; roſtro, auertunt peſtem ab Aegypto, quum uolucres angues ex uaſtitate Libyæ uento Aphrico inuectas interficiunt, atq; conſumũt. Meminit & Pli. 28. ca. 10. Solin. Herod. lib. 2. & lib. ultimo Strabo. b Phœnix.] Athiopes atq; Indi diſcolores maxime & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabiæ phœnicẽ, haud ſcio an fabuloſe unũ in toto orbe, nec uiſum magnopere, inquit cap. 2. decimi libri Plin. quem legito. Scribit multa lib. 2. Herod. Philoſtratus li. 3. Ouid. lib. 15. Solinus diligenter. Extat carmen de Phœnice, quod Lactantio tribuunt. Cõuenit & in ſymboli expoſitione diuus Hieronymus & libro Hexaëmeron quinto 23. capite Ambroſius. c Quingentorum.] Plinius annis ſexcentis ſexaginta uiuere eũ ſcribit, ſeneſcentem autem caſia thurisq́ue ſurculis conſtruere nidũ, replere odoribus, & ſuper emori: ex oſsibus deinde & medullis naſci primo ceu uermiculum, inde fieri pullum, principioq́; iuſta funeri priori reddere, & totũ deferre nidum prope Panchaiã in Solis urbem, & in ara ibi deponere. Ita Manilius ſenator, nobilis doctrinis doctore nullo tradidit. In ea ipſa ſententia & Pomponius eſt. Tacitus lib. 5. author eſt Tyberij tempore in Aegypto uiſum Phœnicẽ, nec dubitat quin id Aegyptijs ſæpe accidat, ſed pleraq; tamẽ de eo incerta auctaq́ue fabuloſius ait. d A Ceraunijs ſaltibus.] Supra Arabici ſinus fauces ingentia mõtana prominent, Ceraunia Pomponio dicta, ut in Europa Aſiaq́ue eius nominis extant: inter hæc uero & ultimo ſinus promontorio flexus deſertus. Ideo Plinius uigeſimonono capite ſexti, Hinc, inquit, in ora Aethiopiæ ſinus incognitus, quod admiremur, cum ulteriora mercatores ſcrutentur, &c.

Ibes. *Phœnix.* *Phœnicis ætas.*

Sunt multa uolucrum, multa ſerpentum genera. De ſerpentibus memorandi maxime, quos paruos admodũ, & ueneni præſentis certo anni tempore ex limo concretarum paludiũ emergere, in magno examine uolantes, Ægyptũ tendere, atq; in ipſo introitu finiũ ab auibus, quas [a] Ibidas appellant, aduerſo agmine excipi, pugnaq́; confici traditũ eſt. De uolucrib. pręcipue refereñda [b] Phœnix ſemper unica: nõ enim coitu concipit̃ partúue generat̃, ſed ubi [c] quingentorũ annorũ æuo perpetua durauit, ſup̱ exaggeratã uarijs odorib. ſtruem ſibi ipſa incubat, ſoluit́q;: deinde putreſcentiũ membrorũ tabe cõcreſcẽs, ipſa ſe cõcipit, atq; ex ſe rurſus renaſcit̃: cũ adoleuit, oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Ægyptum exportat, atq; in urbẽ, quã Solis appellãt, fragãtibus nardo buſtis inferens memorando funere conſecrat. Ipſum promõtorium, quo id clauditur, [d] à Ceraunijs ſaltibus inuium eſt.

AETHIOPIA.

Aethiopes ultra ſedent, [f] Meroëni habent terrã, quam Nilus [g] primo ambitu amplexus inſulam facit: pars, quia uitæ ſpaciũ dimidio ferè, quàm nos, longius agũt, [h] Macrobij, pars, quia ex Ægypto aduenere, dicti, Automolæ, pulchri forma, æqui corporis, parumq́;

AETHIOPIA.

AEthiopes.] Hactenus orã Arabicã Mela reddidit: reliqua, quę ſequũtur, Aethiopibus tribuit: quorum regio Aetheria prius & Atlantia dicta, mox à Vulcani filio Aethiope Aethiopia, ita Plinius ſcribit. 30. cap. 6. lib. arma eo Romana intraſſe teſtatus, Pub. Petronio Aegyptijs præfecto duce Auguſti temporibus. f Meroëni.] Qui Meroen tenent, de qua in Aegypti deſcriptione lib. 1. dictum eſt. g Primo ambitu.] Strab. certe à principio. 17. lib. aliam intra Nili alueos inſulam ſupra Meroẽn eſſe ait, quam Sebritæ, qui à Pſametícho deſciuerant, inhabitarint, eosq́ue Sebritas, hoc eſt, aduenas uocatos, cum prius in Aegypto Aſmach, hoc eſt, ſatellites, uel regis latrones dicerentur, ut libro ſecundo Herod. tradit. Dubium igitur an primo amplexu Meroẽn cingat, quod tamen ferè creditur. h Macrobij.] Longæui, aut priuato loci munere, ut in Scythia Arimphei & Hiperborei, aut propterea quòd in ęquatoris tractũ uergũt, iuxta quem temperatã admodũ habitationẽ eſſe lib. 1. ex Alberto & Auicẽna oſtendimus. i Automolę.] *Macrobij.*

Hos illos adſignificare uidetur, quos Strabo, ſed alio in loco: hoc uocabulo Græci perfugas uocant, Hermolao. a Plus auri.] Solinus quoq;, Macrobij, inquit, iuſtitiã colunt, & amãt *Macrobij.* æquitatem, plurimum ualent robore, præcipua decent pulchritudine, ornãtur ære, auro uincula faciunt noxiorum. Nos uero, qui Chriſtum confitemur, diuerſo, ac neſcio an probabili inſtituto, quod rarior eſt auri apud nos copia, & in eius amorem tacitus inclinat mortalium conſenſus, non uincula ſontium, ut probe & ſapienter illi, ſed neſcio quid rari muneris cœleſtibus dijs oblaturi, auro ſimulacra obducimus, ſanctorum oſſa huius laminis ueſtientes, quaſi uero in cœlum translati, amare demum incipiant, quæ tantopere, dũ in humanis agerent, ſunt aſpernati.

ueneratiores, ueluti optimatũ alũni uirtutum: in illis mos eſt, cui potiſsimũ pareant, ſpecie ac uirib. legere: apud hos[a] plus auri, quã Perſis eſt:

Contra nimiũ tẽplorum ornatum. Porrò omnia propè omnium ceremoniarum uaſa argentea, aut ſi opibus corradendis felicius profecimus, aurea eſſe iubemus: ut ſit, quod homines ſaltem mirentur, ſi Deos ad illa, ut ſolent, cæcutire conſtet. Ita iuuat uidelicet ſacris in locis opum nos deſideria prodere, in quibus à uirtute & ſancto mentis receſſu ſpectari innocentes oportebat. Tanta *Lex pulchra.* ſtultitia moribus noſtris fauemus, ut præcepti uiolatores, & mandati tranſgreſſores eo maxime in loco uideri uelimus, in quo pręcepti rationem, uel conſcientia expoſtulat. Vetus lex eſt: Ad diuos adeunto caſte, pietatem adhibento, opes amouento, qui ſecus facit, Deus ipſe *Perſius.* uindex erit. Cuius libro ſecundo de legibus M. Cicero meminit. Et miratur Perſius eſſe potuiſſe, qui auri uſum in ſacra admiſerint, Dicite pontifices, in ſacro quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatæ à uirgine puppæ. Quod ſi Euangelij conatus in horum animis, qui diuitiarũ ſibi palpantur illecebris, locum non habebat, Gentilium ſaltem præceptis commoneri debebant, ut à ſacris luxum arcerent; & Chriſti ſeruatoris doctrinam, non nouam, du- *Odioſa hypocryſis.* rámue, aut inaudita ſeueritate ſtabilitam, ſed decentem, & quam uetuſtas partim prodiderit, obſeruandam, imitandamq; intelligere. Vt interim non dicam, quàm peſtiſentis illud diſsimulationis, quàm damnatæ uerſutiæ exiſtat, quod Chriſti, quod apoſtolorum, quod ueterum Chriſtianorum, hoc eſt, ſanctorum patrum, paupertatem & abſtinentiam in templis, in concionibus, in ordinarijs etiam preculis, noctę dieq; adeo decantamus, prędicamus, præconijs extollimus, nihil interim à rapaciſsimis lupis, à portentoſis tyrannis in fœnore cenſuq; exigendo, in plebis exugenda innocentia, diuerſis nobis, ac à ueteri ſanctorum manſuetudine δὶς διὰ πασῶν, quod aiunt, diſtantibus: niſi uero maxime Chriſtianum eſſe hodie ducimus aliud dicere, aliud facere, uirtutem admirari, uitium amplecti, terraſq; cœlo, & cœlum terris immiſcere, ut cum de cœlo loquimur, de cœlo quidem eſſe uideamur, dum terreſtribus immergimur, uere interim terreſtres ſimus: hoc uno mortalium ſimplicitatem ſatis ſuperq; eludentes, ſi altiſsimã auaritiam parſimoniæ titulo, ſi inſolentiſsimas animi perturbationes uili laceroq;, aut obſcuro habitu egregie mentiamur: propè omnibus hodie religionis ſtudijs, à ſolida pietate, tantum non ad forinſecus illitos fucos, & nugacia quędam uirtutis tectoria conuerſis, ut mirari amplius nemo debeat, ſi ſint paſsim, qui tales coram hominibus uideri uelint, quales in Dei conſpectu operum ratione prohibente eſſe nequeant. An uero, inquis, paruo pietatis ſtudio fieri putas, quod auro omnium metallorum æſtimatiſsimo, bonorum reliquias cingi claudiq; curamus? Neſcio: hoc ſcio, nullum hodie talem aut ære, aut auro, aut argento, aut gemmis, ſeu uiſendis extimarum gentium monſtris templorum luxum eſſe poſſe inter Chriſtianos, quem uetus & delira gentilitas ſuis *Delphicus dæmon.* moribus non uicerit. Quis Delphici dæmonis diuitias neſcit? in cuius delubro inter anathemata ab omnibus orbis regnis delata quędam non inaurata tantum, ſed ſolido etiam *Hammon.* ex auro fabrefacta cernebantur, tradente Herodoto. Talibus opibus Hammonicus Iupiter *Diana.* ualebat, ſi Diodoro credimus: nec imparibus Epheſiæ Dianæ templum illuſtre erat. Aurelius autem imperator, ut Vopiſcus tradit, quindecim millia librarum auri ex pręda unum in templum Romæ contulit. At melior nobis, inquis, longeq; diuerſus auri in ſacris uſus eſt. Porrò & diuerſis in rebus belli paciſque tempore, ſi ita neceſsitas expoſtulet, quod inde depromamus, quod in multorum uſum conuertamus, pręſto eſt. Ita'ne? Fatere interim te anxie agere, quod iuſſus non es: uideq; in illo auri ſtudio, ne animus delíteſcat Chriſtiano nomine indignus. Porro ſi, quod iuſſus es, feceris, curioſam hanc magis, quam utilem deaurandi diligentiam ſuſq; deq; tulero. Illud caue, ne, dum rebus aduerſis templorum aurum ceu in Saturni æde reconditum adeo ſeruas, inſigni teſtimonio frigere te in Euangelij profeſsione, & contra Chriſti doctrinam de craſtino ſolicitum eſſe, præterea & theſaurizare Deus uideat, conuincatque. Sed acerrimum ueterum ſuperſtitionum oppugnatorem Lactantium audiamus, qui libri aduerſus gentes ſecundi capite ſeptimo, rem uaniſsimam & maxime omnium ridiculam Ethnicis opprobrans. Tanta, inquit, homines imaginum cu- *Lactantius.* piditas tenet, ut iam uiliora ducantur illa, quæ uera ſunt: auro, ſcilicet gemmis, & ebore delectantur: horum pulchritudo ac nitor perſtringit oculos, nec ullam religionem putant, ubi illa non fulſerint. Itaque ſub obtentu Deorum auaritia & cupiditas colitur. Credunt enim

Deos

Deos amare quicquid ipſi concupiſcunt, quicquid eſt propter quod furta & latrocinia, & homicidia quotidie ſæuiunt, propter quod bella per totum orbem populos urbesq; ſubuertũt. Conſecrant ergo dijs manubias rapinasq; ſuas, quos certe neceſſe eſt imbecilles eſſe, ac ſummæ uirtutis expertes, ſi ſubiecti ſint cupiditatibus. Cur enim cœleſtes eos putemus, ſi deſyderent aliquid de terra? uel beatos, ſi aliqua re indigent? uel incorruptos, ſi uoluptati habent ea, in quibus appetendis cupiditas hominum non immerito damnatur? Veniunt igitur ad Deos non tam religionis gratia, quę nulla poteſt eſſe in rebus male partis, & corruptibilibus, quàm ut aurum oculis hauriant, nitorem leuigati marmoris, aut eboris aſpiciant, ut inſignes lapillis, uel coloribus ueſtes, uel diſtincta gemmis fulgentibus pocula inſatiabili contemplatione contrectent: & quanto fuerint ornatiora templa, & pulchriora ſimulacra, tanto plus maieſtatis habere credantur, adeo religio aliorum nihil aliud eſt, quàm quod cupiditas humana miratur. Hæc Lactantius. quibus quid oro aptius, quid uberius, ueriusq; in noſtrorum ſeculorum mores dici, ſcribiúe poſsit? Ita proficimus, eò dementię ſtudia plerorumq; abeunt, ut, quod olim grauiſsimi authores pro noſtræ religionis dignitate, & commendatione in perditos gentiũ mores, & ueſanã ſuperſtitionũ curioſitatẽ dicta, ſcriptaq; ſunt, hodie magna ignominia morum noſtrorum in nullã magis, quàm Chriſtianam religionẽ retorqueri poſſit. Quod ſi reuiuiſcat Lactantius, & noſtra templa (propè theatra dixiſſem) ingrediatur, uideatq; nihil ſculptorum, & pictorum licentiæ non parere, omnibus oculos & aures mortalium demulcendi magis, quàm Deorum gratia inſtructis comparatisq;, præterea in operum mole, in reliquijs reſplendentibus, in adytis magno luxu adparatis gloriola quæſita, ut de lucello interim & uiſcatis aucupijs nihil dicam, quid putas dicturum, qui temnendam opinionem adeo inter Ethnicorum ſuperſtitioſa inſectatus eſt? Equidem timerem ne iſtud obiter Lucretij depromeret, O ſtultas hominum mentes, ô pectora cœca, Quamlibet in tenebris uitæ, quantisq; periclis Degimus hoc æui? Sed & Hieronymus ad Nepotianum de clericorum uita ſcribens, Multi, inquit, ædificant parietes, & columnas eccleſiæ ſubſtruunt, marmora nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neque uero mihi aliquis opponat diues in Iudæa templum, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabantur à domino, quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum redemptio erat peccatorum: quanquam hæc omnia præceſſerint in figura, ſcripta ſunt autẽ propter nos, in quos fines ſeculorũ deuenerũt. Nunc uero cũ paupertatẽ domus ſuę pauper dominus dedicarit, cogitemus crucẽ eius, & diuitias lutũ putabimus. Hæc Hieronymus. Equidẽ ſæpe mecum multumque cogitaui, inuidiáne alienæ doctrinæ, an iuſta magis cauſa aliqua moueri illos exiſtimare debeamus, qui magna contentione poëſin, quæ loquens pictura eſt, & manſuetiſsima bonarum literarum ſtudia, à templis, à ſacris, immo ab urbibus, & hominum ſocietate contra ueterum Theologorum ſententiam, arcenda eſſe decreuerunt, & picturam interim, quam mutam poëſin eſſe Plutarchus tradidit, tanta licentia laſciuientem, tanta luxuriantem libertate, ſub ipſos templorum fornices, & intima penetralia deorum admittant. Quorum libidine fit, ut militari habitu cernere cogaris, quem euangelij pax ueſtierat, ut atrox, ſæua, inhumana eius facies appareat, qui mitis, facilis, humilis ad pauperum etiam pedes reſpexerit: porrò torquibus onuſtas puellas in ipſis cernas ædiculis, quæ regnum mundi, & omnem eius ornatum contempſerunt. Ita permittimus, ut pro rudium & imperitiſsimorum hominum arbitrio noſtri mores in ea loca transferantur, in quibus omnia à luxu & ab ornatu aliena eſſe decebat: in quibus nec Polycleti, nec Parrhaſij, neque ſanè aut Apellis, aut Phidiæ opera, ſed ueteris tantum ſanctitatis ueſtigia, & ſeuera Chriſtianæ doctrinæ exempla in crucibus, rotis, gladijs, carceribus, præſenti ęmulationis ſtudio ſpectari debebant. Cur non iubetis pręclari uiri, ut Chriſtum illi nullo auro (auratus enim nunquam inceſsit) pingant? affectus non ſuos, ſed Chriſti prodant? ſimplici colorum fide reddant, ut nudis pedibus inceſſerit, ſimpliciſsimo ueſtitu cœli iniuriam propulſarit: effigient faciem illam ęterna doctrina grauem, capillum hominis neglectum, barbam horridam, corpus fuſcum: appingant diſcipulos, ut coniectis in eum oculis, ut attentis animis, arrectisq; auribus ſpiritale illud animę renaſcentis alimentum exceperint, ut didicerint diuitias mundi leues, faſtum odioſum, ambitum inanem, cultum umbratilem, ipſumq;, ut omnia complectar, mundum negligendum, de craſtino non habendam curam: denique ex fide ita uiuendum, ut nec corporis negocio, nec uitæ huius amore deprehẽdi ſeſe, qui profitentur ſinant. quin per fidẽ in Dei & proximi amore, quacunq; aduerſitate ſtabiles, & inuicti tantiſper, dum uita durat, accelerent? Pingant illi Paulum à Iudæorum perſecutionibus alacrem, ut ſtrenuum euangelij miniſterium citra metus, citra fauoris curam obierit: pingãt palleſcentẽ à naufragijs, liuidũ à uibicibus flagellorum, ſqualidum à tot carceribus, ſpirantem à tot concionibus, nigricantẽ à tot peregrinationibus: poſtremo macilentum non alia re magis, quàm euangelij labore, ut hoc modo ad paria ſtudia contuentes moueant, inflamment, rapiant. In auro enim & torquibus, in recentiſsimarum ueſtium effluxu, nihil mihi adeo aut à Pergea Diana, & Gnidia Venere diuerſum prodideris. Veterum illa fuere in Idolis excolendis ornamenta, taxata Lactantio,

Lucretius.

Nota.

Pictorum deteſtabilis licentia.

Chriſtus pingendus.

Paulus pingendus.

ideo [a] quod minus eſt, precioſius cēſet. Ære exornantur, auro uincula ſontiū fabricant. [b] Eſt locus apparatis epulis ſemper refertus: & q̃a, ut libet, ueſci uolentibus licet, [c] ἡλίου τράπεζαν appellāt, & quæ paſsim apposita ſunt, affirmāt naſci ſubinde diuinitus. Eſt [d] lacus, q̃ perfuſa corpora, quaſi uncta pernitēt, bibitur idem, adeo eſt liquidus, & ad ſuſtinenda, quę incidunt, aut immittunt, infirmus, ut folia etiā proximis deciſa frondibus non innatātia ferat, ſed paſsim & [e] penitus accipiat. Sūt & ſęuiſsimę ferę, omni colore uarij [f] Lycaones, & q̃les accepim⁹ [g] Sphingas, ſunt mirę aues cornutæ [h] Tragopanades, & ęqnis aurib. Pegaſi. Cęterū

Templum animi exornandum. reprehenſa omnium uetuſtati. Extrue igitur templū animi, ut iactis fidei fundamentis, rationalis uictimę aram immaculatam conſtituas. Nec ſemper ad ueteres opum figuras reſpice. ſpiritalis eſt lex CHRISTI, carnem & opes negligit: hæc in corde ſita hominis niſi fide ornari nequit, aurum contemnit, abſtinentia nititur, luxum odit, iuſtitia, patientia, caſtitate, & innocentia aurigatur. Hoc cędo, ut admoueā templis, & farre litabo, uelut ait Perſius. Iam ſi ſunt, qui auri ornamenta doctrinæ, & uirtutum ornamentis anteponunt, tantoq́ æſtimant omniū uitiorum materiam, cogitent obſecro alicubi terrarū gentē eſſe, quæ ex auro ſontium uincula fabricet, ut ſcelerum magis retinaculum, quàm uirtutis, & ſanctæ uitæ ornamentū eſſe aurum tandem ueriſimile fiat. Auro, inquis, illi abutuntur, uirtute nemo abuti poteſt: aurum igitur, quod abuti eo quis poſsit, leuioris æſtima. Quanquā & ſcelerum authores, & ſupplicijs deſtinatos ſontes alicubi auro ambiri teneriq́, ſi eius tanta copia eſt, quid prohibeat? a Quod minus eſt.] Res enim plerūq; raritas cōmendat & æſtimat: quanquam aurum, cum pondere, nitore, & cōſtantia, tum ui ſalubris naturę inter metalla præſtantiſsimum eſt. b Eſt locus.] A legatis à Cambyſe miſsis deprehenſus, ad quem uiſendum Seuerus Imperator cum Alexandriam ueniſſet, rei fama permotus contendit, authore Spartiano. Cæterum nihil à Pomponij ſententia diuerſa ſcribit Herodotus libro ter- *Hieronymus.* tio. Meminit Solinus. Diuus Hieronymus in epiſtola præliminari ueteris inſtrumenti ad Paulinum de Apollonio, Ad Alexandriam, inquit, perrexit, & Aethiopiam, ut gymnoſophiſtas, & famoſiſsimam ſolis menſam uideret in ſabulo. Quo in loco Aethiopiæ gymnoſophiſtas tribuit, cæteris ferè in India ſitos, niſi Indiæ nomine Aethiopiam ambire uelimus, quod ſecundo Georg. Virgilij Seruius iubet, cæterum quo authore incertum mihi eſt. *Solis menſa.* c ἡλίου τράπεζαν.] Hoc eſt ſolis menſam. Nam Græcis ἥλιος ſol, τράπεζα menſa dicitur. Cœlius multæ uir lectionis, & quem nominatim citare uel recentiſsimum non pi- *Adagium.* geat, libro decimoſexto antiquarum lectionum ſcribit, ſolis menſam adagio dici diuitum, opulentorumq́ue hominum domos, omnium rerum copia ubertim affluentes, expoſitasq́ inopum neceſsitatibus, & alimentis. d Lacus.] Solinus, Eſt ibidem lacus, quo perfuſa corpora uelut oliuo niteſcunt, ex hoc potus ſaluberrimus eſt. Scripſit Theophraſtus, ut libro 31. adnotauit Plin. in Aethiopia fontem eſſe Licon nomine, cuius aquæ olei uice ſint, ſicut in India ſtagnum Silan Strabo memorat leuiſsimis ponderibus peruium. In fontium ſanè miraculis locupletiſsima natura, referente pleraque digniſsima ſcitu Plinio capite 106. libri ſe- *Fontes miri in Carpatho.* cundi. Ipſe cum in Sarmatia proximis annis agerem, audiui fontem eſſe in Carpathi conualle quadam, haud multorum dierum itinere à Cracouia, cuius aquis maceratum ferrum mox ſemel iterumq́ fuſum, & ea ipſa reſtinctum aqua, in æs, quod hodie Cyprium cognominant, ueriſsime mutetur. Iuxta item alium eſſe mortiferæ aquę, nec longe ab his tertium, cuius undæ, ut in marginem profluxerint, ſtatim lapideſcunt. Neque eſt ut de his dubitemus. e Penitus accipiat.] Quę undę tenuitatem indicat, & dulcedinem: quanto enim ſpiſsior eſt ſalſiorq́ue latex, tanto magis immiſſa ſuſtinet, ut. 105. capite ſecundi libri ſcribit Plinius. Albertus ſecundi Meteororum tractatu tertio, illud probat, quòd ouum recens immiſſum aquę *Andreas Perlachius Styrus.* dulci mergitur, quod in ſalſa ſupernatat. Quod ita eſſe uidi, cum experiretur Andreas Perlachius Styrus, é Collimitiana ſchola profectus, aſtronomus inſignium doctrinarum eximie *Lycaones.* peritus. Aſphaltites ergo, quod aquæ eſt ſpiſſæ & bituminoſæ, quæque iniecta pondera, nulla fabula, ſuſtinere creditur. f Lycaones.] Lupus eſt ceruice iubatus Lycaon, & tot modis uarius, ut nullum colorem ei dicant abeſſe, Solino. Plinius in Indis Lycaones eſſe libro octauo ſcribit, niſi exemplarium uitium eſt. Certum eſt Plinianam lectionem inibi à Solino, ut ſępe aliâs, conturbatam eſſe. Tharandum enim inter Aethiopię animalia retulit, quem Plinius Scythię eſſe manifeſte prodidit, non alia cauſa Lycaonis hiſtorię connexum, quàm quod colorem mutat. g Sphingas.] Fuſcus huic beſtię pilus eſt, & geminę in pectore māmę, ut Plinius, & Solinus tradūt. & Diodorus libro quarto meminit. h Tragopana- *Tragopanades.* des.] Aquila maiores, cornua in temporibus curuata habentes, ferruginei coloris, tantum

capite

capite phœniceo. Hos & Pegaſos fabuloſos exiſtimat Plinius capite. 49. libri decimi, ſicut & in Scythia fabuloſos Gryphes. a Oras.] Quæ ſupra memoratam Aethiopiam in meridiem & ortum inclinant. b Ripæ.] Ob præcipitem aſperitatem, qualis in amnium ripis frequenter eſt, cum litora ut plurimum plana ſint. c Dubium aliquandiu.] Quemadmodum de oceano ſeptentrionali paulo ante retulit. At deprehenſum eſſe ait circumcirca mare eſſe, cū Hannonis, tum Eudoxi ambitu. Hodie inſtaurata per Portugalliæ reges nauigatione

[a] oras ad Eurum ſequētibus nihil memorabile occurrit, uaſta omnia, uaſtis præciſa mōtibus, [b] ripæ potius ſunt q̃ litora. Inde ingēs & ſine cultorib. tractus: [c] dubiū aliquādiu fuit, eſſet'ne ultra pelagus, caperet'ne terra circuitū, an exhauſta fructu ſine fine Africa ſe extenderet: uerū ſi [d] Hāno Carthaginēſis exploratū miſſus à ſuis, cū per oceani oſtia exiſſet, magnā partē eius circūuectus, nō ſe mari, ſed cōmeatu defeciſſe memoratū retulerat, & Eudoxus quidē auorū noſtrorū temporib. cū Latyrū regē Alexādriæ ꝓfugeret, Arabico ſinu egreſſus per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades uſq; ꝓuectꝰ eſt, ideo eius oræ nota ſunt aliqua. Sūt aūt trans ea, quæ modo deſerta diximus, [e] muti populi, & q̄bus pro eloquio nutus eſt: alij ſine ſono linguæ, alij ſine linguis, alij labris etiā cohærētibus, niſi q̄d ſub narib. etiā fiſtula eſt, per quā bibere auent: ſed cū inceſsit libido ueſcēdi, grana ſingula frugū paſsim naſcentiū abſorbere dicuntur. Sūt quibus ante aduentū Eudoxi adeo [f] ignotus ignis fuit, adeoq; uſus mirū in modū placuit,

totus circuitus eius innotuit. Nec eſt dubiū oceano terras claudi pari undarū ui in Auſtrino latere, cū in omnibus, quæ ad uberem aquarū prouentum faciūt, Auſtrinus polus, ſeu zona illa extima cum noſtra frigida ſeptentrionali cōueniat, ut ſupra oſtēdimus. d Hanno.] Plinius capite. 69. libri ſecūdi, Hanno, inquit, Carthaginis potentia florēte circumuectus à Gadibus ad finē Arabiæ nauigationē eam prodidit ſcripto. De Eudoxo idem inibi pari ſententia meminit & Strabo pluribus ſecundo li. e Multi populi.] Meminit horum à capitis trigeſimi principio lib. ſexti Plinius, & in Aethiopiæ deſcriptione Solinus: par monſtrorum uarietas in Indiæ locis, de quibus Plinius ſecūdo capite libri ſeptimi. Auguſtinus octauo cap. 16. de ciuitate Dei, exiſtimat monſtroſas gentes, aut nullas eſſe, aut ſi ſint, homines non eſſe, aut ex Adam ortos, ſi homines ſint. Deus enim creator omniū, qui ubi, & quando creari quid oporteat, uel oportuerit, ipſe nouit, ſciens uniuerſitatis pulchritudinem, quarum partium uel ſimilitudine, uel diuerſitate contexat. Lege Auguſtinum, qui melius doctiusq; quàm Plinius, cuius hæc uerba ſunt, Animalium hominumq; effigies monſtriferas circa extremitates eius gigni minime mirum artifici ad formanda corpora, effigiesque cælandas nobilitate ignea, &c. tanquam igni cœloque hominis generatio potius, quàm homini debeatur. f Ignotus ignis.] Plinius, Quibuſdam, inquit, ante Ptolemæum Latyrum regem Aegypti ignotus fuit uſus ignium. Sed conuenit, quod ſub Latyro floruit Eudoxus. De ignis uſu, quàm commodus, frugifer, quàm noſtræ maxime naturæ, quæ à crudis rigidisque abhorret, conueniat, omnes norunt: quanquam & magna nocumēta inſunt, & propè ineuitata pericula. nihil enim eſt omnium, quod ignis impetum facile ſubterfugiat. Præterea ex calore ſæui morbi & celeres, quos inuaſiſſe mortales poetæ fabulantur, quando Promethei furto ignis uſus innotuit. Mundum uero igne periturum præter uetuſtatem contra Senecam fidei noſtræ confirmat ueritas. Scribit Rhodiginus octauo libro, hominem, quoniam cœleſte ac immortale animal ſit, igne ſolum uti, qui nobis in immortalitatis argumentum datus ſit, quia ignis è cœlo eſt, cuius natura quoniam mobilis eſt, & ſurſum nititur, uitæ continet rationem. Ideoque in ſacris ſemper eius tantus uſus in omni religione exiſtit, cum cæteris, tum uel Romanis Veſtali delubro eum pudica uirginitate aliquando cuſtodientibus. Docte autem nimirum non minus, quàm eleganter M. Cic. lib. de natura deorum. 2. triplicem ignem ex Cleantis ſententia facit: noſtrū ſcilicet, quē uſus uitæ requirit, confectorē, & conſumptorē, & quôcunq; inuadit, cuncta diſturbantē, ac diſsipantē: præterea corporeū alium, qui uitalis eſt, & ſalutaris, ac omnia in animantibus cōſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuq; afficit: tertium ſolis eſſe ait, quo, quia omnia florēt, & in ſuo quæq; genere pubeſcūt, adſimilē facit huic, qui in corporibus eſt. Addit & ſtellarū naturam flammeam, ideoq; futurum autumat, ut quoniam humido uapore aſtra, ut pabulo foueantur, abſumptis magis magisq; humoribus, & augeſcēte ſiccitate, mūdus olim igne periturus ſit.

Hannonis nauigatio.

Auguſtinus.

Plinius.

Ignis magnus uſus.

Ignis in ſacris.

Triplex ignis.

Mundus igne periturus.

ut amplecti etiã flãmas, & ardentia [a] ſinu abdere, donec noceret, maxime libuerit. [b] Super eos grandis litoris flexus grãdẽ inſulã includit, in qua tãtũ [c] fœminas eſſe narrãt toto corpore hirſutas, & ſine coitu mariũ ſua ſpõte fœcũdas, adeo aſperis efferisq́ moribus, ut quędã cõtineri, ne reluctentur, uix uinculis poſsint. Hoc Hanno retulit, & quia detracta occiſis coria pertulerat, fides habita eſt. Vltra hũc ſinũ mons altus, ut Gręci uocãt, [d] θεῶν ὄχημα perpetuis ignibus flagrat: ultra montẽ uiret collis lõgo tractu, lõgis litoribus obductus, unde uiſunť patẽtes magis cãpi, quàm ut proſpici poſsint. [e] Panũ, [f] Satyrorumq́ hinc opinio cauſæ fidẽ cœpit, quòd, cum in his nihil culti ſit, nullæ habitantiũ ſedes, nulla ueſtigia, ſolitudo in diẽ uaſta, & ſilentium uaſtius, nocte crebri ignes micant, & ueluti caſtra late iacẽtia oſtenduntur, crepãt cymbala & tympana, audiũturq́ tibię ſonan

curus ſit. Quod quanquã futurum credimus, hac tamen Cicer. ſiue malumus, Cleantis ratione, quæ re falſa nititur, non probatur, ut recte de ea ipſa dubitauerit Panetius: cæterum & cœleſtem ignem, & corporeum, ſi à temperamento modoq́ decidat, adurere, quanquam diuerſa ratione conſtat. a Sinu abdere, &c.] Satyrus quidam, quum primũ ignem uidiſſet, eumq́ cõplecti uellet & exoſculari, Prometheus, heus, inquit, niſi caues Hirce, profecto dolebit tibi mentum: urit enim, ſi quis attingat; non ualet ad iſtum uſum, ſed lucem & calorem miniſtrat, cum artium omnium inſtrumentum eſt, ſi quis uti norit. Refert fabellã Plutarchus in libello, qui de utilitate ex inimicis capienda inſcribitur.

b Super eos.] In occaſum uerſus. Eſt autẽ opus, ut pro hac Pomponij lectione Africæ oram interiorẽ non eo modo, ut hodie ſecundum oram deprehenſa eſt, ſed pro ueterũ tabularum fide magna parte meridianæ plagæ carentium, animo proſequamur. Nã ne Ptolemæo quidem tota nota fuit, & illi, qui circũnauigaſſe olim ferũtur, monſtra magis quàm terrę ſitum commemorantes, cætera inabſoluta reliquere, quod hodie imperiti

Fœminæ hirſutæ. nautę quoq́ ſolent. c Fœminas.] De iiſdem Plinius trigeſimoprimo capite 6. Gorgones appellat, & ipſas inſulas Gorgonas, quarũ, ut alio loco, infra meminit Mela. Pelles his abſtractas Hanno, cum rediiſſet incolumis, Carthagine in Iunonis tẽplo ſuſpẽdit, quæ aduſq́ eius urbis ruinam durauerunt. Quod autem ſine marium concubitu gignant, fabuloſum eſſe indubiũ eſt, niſi Zephyro, in quem inclinãt, fœcundas eſſe eas quis putet, eo modo, quo in Hiſpania Aſturum equæ: concinnæ enim illis & hæ nugæ ſunt. d θεῶν ὄχημα.] Deorum uehiculum, quòd in eo deorum eſſe ſedes uideatur, ita nominat libro ſexto Plinius.

Paradiſus. Quoties de hoc monte lego, toties mihi Paradiſi ſitus incidit, adeo incertus noſtris, ut quo loco ſit, aut planè quid ſit, ipſe neſciam. Et eſt mirum Bedæ traditionem tantum ualuiſſe, ut tota propè poſteritatis cohors in eius uerba iurarit. Scripturus fueram hoc in loco quicquã, ſed pœnituit conſilij, cum quòd curſim illud & improuida feſtinatione futurum intelligebam, tum etiam quòd offendere eos nolui (immane enim ſæuiunt) quorum obſtinatia, qua Iudæos etiam antecellunt, nullum amplius quærendæ ueritatis ſcrutinium admittitur. Nam ſunt, qui erroribus ſuis, quos ὅτι τεμένων ἱερὰ obſeruare ſolent, immori malunt, quàm pati, ut alij ſcire uideantur, quod ipſos pręterierit. Aliorum iſtud eſto, ne quis nobis illud obijciat, Sutor non ultra crepidas. Non enim ignoro quanti uiri in ea deſudarint harena, à quibus diſ-

Aegypanum ſilentium. ſentire fortaſſe piaculum fuerit. e Aegypanũ.] Meminit eorundẽ Plinius, uerum propius Atlantem primo capite quinti libri, immo in ipſo Atlante. Cuius incolarum, inquit, neminem interdiu cerni, ſilere omnia haud alio quàm ſolitudinum horrore, ſubire tacitam religionem animos propius accedentium, præterq́ horrorem elati ſuper nubila, atque in uicinia lunaris circuli, eundemq́ noctibus micare crebris ignibus, Aegypanum Satyrorumq́ laſciuia impleri, tibiarum ac fiſtulæ cantu, tympanorumq́ ac cymbalorum ſonitu ſtrepere, celebrati authores tradidere. Spacium quoque immenſum & incertum iuxta eſſe ait. Addit Plinius pleroſque græcorum latinorumqúe Hannonis Carthaginenſis illa loca explorare iuſſi commentarios ſequutos, fabuloſa quædam tradidiſſe, quorũ nec memoria ulla, nec ueſtigium aliquod extet. Quin & Strabo libro ultimo fabuloſa multa de interioris oræ tractu ueteres retuliſſe commemorat.

Satyri. f Satyrorumq́.] Satyrorum nihil eſſe hominis pręter effigiem ſcribit, at homines eſſe recepta hodie hiſtoria teſtatur, quæ diuo Antonio Satyrum obuiam factum, quæſitumqúe, quis eſſet, permodeſte reſpondiſſe tradit. Græci σάθην uirile membrum uocarunt, à quo ipſis exiſtimant eſſe nomen, quoniam laſciui, & in libidinem propenſi eſſe crederentur. Sunt iuxta eos & Blemię, quorum Pomponius libro primo meminit, eos truncos credunt na-

dunt naſci, parte, qua caput eſt, os tantum & oculos habere in pectore, ut ſcribit Solinus. a Aethiopes.] Strabo quoq; libro primo, in Homeri defenſionem, duplices Aethiopas facit; alteros ad orientē Africæ ſitos, quos primi cognouerunt; qui ex Arabia ſoluerunt, alteros aūt in occiduam partem expoſitos; qui in notitiam uenere primum horum, qui à Gadibus egreſſi occiduum litus perluſtrauerunt. Nam medij illi in Auſtrum uerſi, ſicut & regio eorum, prorſus ignoti fuerunt, ait Strabo. Pauci enim ambierunt, & ſi qui circunuecti ſunt, ut diximus, nulla illi terrarum habita obſeruatione, nihil certi unquā tradiderunt.

Heſperij Aethiopes.

tes maius humanis. Tūc rurſus [a] Æthiopes, nec iā [b] dites, ut hi, q̄s diximus, nec ita corporibus ſimiles, ſed minores incultiq; ſunt, & nomine Heſperio. In horū finib. [c] fons eſt, quē Nili eſſe aliq̄bus credibile eſt, Nuchul ab incolis dicit̄, & uideri poteſt nō alio nomine appellari, ſed à barbaro ore [d] corruptius, alit & flumē, & minora quidē, eiuſdē tamē generis animalia gignens, alijs omnibus in oceanū uergentibus, ſolus in mediā regionē ad orientem abit, & quò nam exeat incertū eſt. Inde colligitur Nilum hoc fonte conceptum, actumq; aliquādiu per inuia, & ideo ignotū, iterum ſe, ubi ad [e] Eoa proceſſerit, oſtendere; cęterū ſpacio, quo abſcondit̄, effici, ut [f] hic aliò cedere, [g] ille aliunde uideat̄ exurgere. [h] Catoblepas nō grādis fera, uerū grande, & pergrande caput ægre ſuſtinens, atq; ob id in terrā plurimū ore cōuerſa, apud hos gignitur, ob uim ſingularē magis etiam referenda, quod cum impetu morſuq; nihil unquam ſæuiat, oculos eius uidiſſe mortiferum. Contra eoſdem ſunt inſulæ [i] Gorgones, domus (ut aiūt) aliquando Gorgonum. Ipſæ terræ promontorio, cui [k] ἑσπερουκέρας nomen eſt, finiuntur.

b Dites.] Eorū enim regio magna ex parte male habitatur, habet aūt camelopardales, elephātes, leones, & camelos Indicis magnitudine ſimiles, ut ex Iphicrate tradit libro ultimo Strabo. Heſperios autē dictos, uel ab Heſpero Atlantis fratre, uel quod in occaſum uergāt. c Fōs eſt.] De hoc primo libro, ubi de Nili ortu mentio erat, dictum eſt. Plin. iam Niger, iā Nigris dicitur, niſi, quod non puto, diuerſi ſunt. Soli. falſò Tigrin nominauit, ut oſtendit Hermolaus. d Corruptius.] Latinis enim Nigris uocatur: aliqui codices, quos uiderim, ſic habent, ſed barbaro ore corruptius, aliter purius Nigris, ut ſenſus ſit, Barbare Nuchul dici, cū purius alijs Nigris dicatur: ſed alia mihi lectio potior eſt. Indicat enim Nuchul barbaris adeò aſpere dici, ut ex nomine propè alio alius exiſtimari poſsit fons, cum reuera non niſi barbara, hoc eſt, durior prolatio uocabuli diſcrimen facere uideatur. e Eoa.] Vbi, inquit, per deſerta fluens orientalem oram attigit. f Hic.] Fons Nuchul. g Ille.] Nilus. Incertam enim hic originem facit, quod crebro euaneſcit, & mox alibi rurſum enaſcitur. h Catoblepas.] Fera modica alioqui, cæteriſque membris iners, caput tantum prægraue ægre ferens, ideo deiectum ſemper in terram, aliâs internecino humani generis malo, omnibus, qui oculos eius uidere, confeſtim expirantibus. Plinius uigeſimo primo capite octaui libri. i Gorgones.] Sunt qui Dorcades legant, ut Perottus legit, uerum Gorgones Pl. antiquam Gorgonum domum bidui nauigatione diſtantem à continente. Meminit loci eiuſdem quarto Meta. Ouidius, ex quo notior quoque fabula eſt, quàm ut referri debeat. Tres fuerunt, Stenia, Euriale, & Meduſa, Phorci filiæ. Ideo Lucanus libro nono, Finibus extremis Libyes, ubi feruida tellus Accipit oceanum demiſſo ſole calentem, Squalebant late Phorcinidos arua Meduſæ, &c. k ἑσπερουκέρας.] Heſperi cornu. Plinius trigeſimo primo capite ſexti, Promontorium, inquit, quod uocamus Heſperionceras, inde primum circumagente ſe terrarū in occaſum ac mare Atlanticum. Inter hoc & Theonochema montem quatridui nauigationem intereſſe alibi refert. Quanquam in locorum ſitu per hunc tractum non planè inter Plin. Ptol. & Melam conuenit. nam pleraque prope Atlantem illi ſtatuunt, quæ longe ab eo Mela ſeiunxit. Cæterum Heſperionceras Plin. Solino, ut emendatiores codices habent, Heſperuceras dicitur, ut & Pomponio, mutato tantum caſu. Addit Solinus confines Mauritaniæ Aethiopas locuſtas legere, inq; uitæ præſidium ſeruare duratas ſalſugine. Cui ubſcribens diuus Hieronymus libro contra Iouinianum ſecūdo capite. 6. Orientales tradit, & Libyę populos, quia per deſertum, & calidam eremi uaſtitatem locuſtarum nubes reperiant, locuſtis ueſci ſolere. Hoc uerum, inquit, eſſe Ioannes etiam Baptiſta probat. Hucuſque Hieronymus contra eos, qui locuſtas animalia Ioannem comediſſe negant. No-

Solini incuria.

Catoblepas.

Gorgones.

Heſperuceras.

Locuſtarū eſus.

Ioannes locuſtas comedit.

candum uero obiter, locuſtas dici Plinio, quos deprauate uulgus noſtrũ Cancros uocat, lõge à Cancris gãmaris, & quas ſquillas uocant, alios. Cãcer enim cauda caret. Gãmarus & Squilla ſenectam non exuunt, nec cruſtas mutant. At uero locuſtę ueris principio ſenectutem anguiũ more exuunt, reuocatione tergorum, ait Plinius. 30. cap. libri noni, & libro quarto de natura animalium Ariſtoteles teſtatur: apud quem Theodorus Gaza locuſtam tranſtulit, qui Ariſtoteli κάραβος dicitur, ſicut alibi uolucris illa ἄκρις, quam Parthis quoque in cibo gratam libro 11. Plinius ſcripſit.

ATLANTICI MARIS ORA, ET INSULAE.

Heſperidas.] hę, ut Lactantius apud Statiũ tradit, Heſperi fratris Atlãtis fuerunt filiæ, ad quas Hercules uenit, & dracone, qui hortũ cuſtodiebat, interempto, aurea abſtulit poma, ut retulit Ouid. li. Meta. quarto. Hiſtoriam perquam diligenter reddidit Solinus. De iiſdem lib. 4. Silius, Quid domus Heſperidum, aut luci iuuere dearũ Fuluos aurifera

Atlas. ſeruantes arbore ramos? b Mons eſt.] Atlantem intelligit, de quo nihil nõ retulit primo capite quinti lib. Plinius, Silius primo libro multis uerſibus, Strabo lib. ultimo, & in mundi memorabilibus Solinus. Virgilius Aeneidos 4. Iamque uolans apicem, & latera ardua cernit Atlantis duri, cœlũ qui uertice fulcit Atlãtis, cinctum aſsiduis cui nubibus atris Piniferum caput, & uento pulſatur & imbri, Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba. Fuit hic Mauritaniæ rex aſtronomiæ ſtudioſiſsimus, qui, Plinio teſte, ſyderum rationem primus inueniſſe creditus eſt: & quia Herculem ad Heſperidas tendentem motus ſyderum docuit, uterque cœlum ſuſtinuiſſe humeris fertur, quòd altiſsimo in monte cœlum eſſent contemplati. A Perſeo, quem hoſpitio prohibuit, quòd Iouis proles eſſet, in montẽ Gorgonis capite uiſo uerſus eſt, ut tradit Seruius. Lege Ouidium libro Meta. quarto: Allegoriã ſuper Atlãte haud indignam ſcitu ex Ioanne Grammatico Cœlius adnotauit libro antiquarum lectionum nono capite. 15. Diximus ante duplicem Atlantem in Africa eſſe, Herodoto, Ptolemæo, cæteris

Fortunatæ inſulæ. ferè: priorem Mauritaniæ, & illum, cuius hic Pomponius meminit. c Fortunatæ inſulæ.] De harum nominibus, inquit Solinus, expectari magnum mirum reor: ſed infra famam uocabuli res eſt. Meminit earum Plinius trigeſimoſecundo capite ſexti. Sex numero ſunt etiam Ptolemæo, quarum qualitas non penitus ad nuncupationem ſui nominis congruit, ait Solinus, unica tantum nonnihil fertili, ſed calore tamen retro infecta, ut Iuba rex idoneus author tradidit. Fertiliſsimas Mela putat, ne quis nomen temere inſulis datum exiſtimaret. d

Ingenium. Ingenio.] Natura, ut Gellius ſexto capite libri tertij de palma, Quoniam ingenium, inquit, eiuſmodi ligni eſt, ut urgentibus, premẽtibusque non cedat. Ouid. lib. decimoquinto, At quibus ingenium eſt immanſuetumque ferumque, Armeniæ tigres, iracundique leones. e Riſu.] Planè Sardonio ſimili, de quo celebre eſt adagium, cum coactus riſus, aut miſeriam, qua premimur, aut ſeruitutem doloremue diſsimulat. Conſtat mirabilem paſsim fontium naturam

Miri fontes. eſſe cum ex Plinij trigeſimoprimo libro, tum alijs uero idoneis ſcriptoribus: nec in corporis ſolum qualitatem, ſed & in affectus & ſcelera. Sicut in Sardinia fontes eſſe Solinus confirmat, qui oculis medentur, & ad coarguendos fures ſunt efficaces. Nam ſi quis ſacramento raptum negat, & lumina aquis attrectat, ubi periurium non eſt, clarius cernit: ſi perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis commiſſum tenebris fatetur. Philoſtratus author eſt libro de Apollonij uita primo, iuxta Tyanam, quæ Cappadociæ urbs eſt, aquam eſſe Ioui, ut accolæ referunt, ſacram: fons eius frigidus ſanè ſcatet; ebullit autem non ſecus atque igne ca-

ATLANTICI MARIS ORA, ET INSULAE

Inde incipit frõs illa, quæ in occidentẽ uergens, mari Atlantico abluit. Prima eius Aethiopes tenent, media nulli. Nã aut exuſta ſunt, aut harenis obducta, aut infeſta ſerpẽtib9. Exuſtis inſulę appoſitę ſunt, quas [a] Heſperidas tenuiſſe memorãt: in harenis [b] mõs eſt ſatis de ſe cõſurgẽs, uerũ inciſis undique rupib. præceps, inuius, & quo magis ſurgit, exilior: qui, quòd altius, quàm cõſpici poteſt, uſque in nubila erigitur, cœlũ, & ſydera nõ tangere modo uertice, ſed ſuſtinere quoque dictus eſt. Contra [c] fortunatæ inſulę abundant ſua ſpõte genitis, & ſubinde alijs ſuper alijs innaſcẽtibus nihil ſolicitos alũt, beatius, quàm aliæ urbes, excultæ, una ſingulari duorũ fontiũ [d] ingenio maxime inſignis, alterum qui guſtauere, [e] riſu ſoluuntur in mortẽ, ita affectis remedium eſt ex altero bibere. Ab

eo tractu, quē ferę infeſtāt, proximi ſunt[a] Himantopodes, inflexi lentis cruribus, q̊s ſerpere magis quàm ingredi referūt, deinde Pharuſij, aliquādo tendēte ad Heſperidas[b] Hercule, dites, nūc inculti, & niſi quod pecore alūtur, admodum inopes. Hinc iam lætiores agri, amœniqꝫ ſaltus. Terotæ & Berini[c] ebore abundāt.[d] Nigritarum Getulorumqꝫ paſsim uagantiū ne litora quidē infœcunda ſunt,[e] purpura & murice efficaciſsimis ad tingendū, & ubiqꝫ quæ tinxere clariſsima. Reliqua eſt ora Mauritanię exterior, & in finē ſui[f] faſtigiātis ſe Africę nouiſsim9 angulus, iiſdē opibus, ſed minus diues: cęterū ſolo etiā ditior, & adeo fertilis etiā, ut frugū genera non, cum ſerantur, modo benigniſsime ꝓcreet, ſed quædā[g] profundat etiā nata. Hic[h] Antæus regnaſſe dicit, & ſignū quod fabulę clarū prorſus oſtendit, collis modicus reſupini hominis imagine iacētis illius, ut incolæ ferūt, tumulus: unde ubi aliqua pars eruta eſt, ſolēt imbres ſpargi, & donec effoſſa repleant, eueniunt. Hominū pars ſyluas frequentant[i] minus, q̃ quos modo diximus, uagi. Pars in urbibus habitant, quarū ut inter paruas opulentiſsimę habentur procul à mari,[k] Gildano, Dulbritrania: pro-

igne calefactus lebes: hanc puris & iuramenti fidem ſeruantibus uiris aſpectu placidam, & guſtu dulcē eſſe perhibent, periuris uero, & infidis palàm aduerſari. Epota nancꝫ oculos pedesqꝫ ac manus peierantis inuadit, puſtulis ac uomicis totum corpus inquinans: nec diſcedendi facultas eſt, palàm his quæ commiſerint confitentibus. Bene agit, qui hæc locat inter fabuloſa: Quanquam audio uulgo credi in Badenſibus Thermis, quæ ab Rhenū ſunt, fonticulum eſſe feruentis aquæ, in quem ſi quis pullum, gallinamue, aut huiuſce generis merſerit, facile deplumari uolucrē: ſi furto ſubtraxerit, nihil efficere calorē, nec plumas ſolui, aperto furti iudicio. Iuuat hoc loco, etiam ſi parū attinet, referre de Thermis Pannonicis, quę ipſe obſeruaui, & hiſce oculis uidi. Budæ, quæ metropolis Vngariæ eſt, thermæ ſunt ſubtus urbis mœnia, inter occaſum & ſeptentrionē, haud ita longe à Danubij ripa, ex humili colle fonte duplici ſcuturiente: quorū alter frigidiſsimus odore ſulphureo, alter ita calidus, ut digitū immerſum tenere nequeas, utriuſqꝫ uberrimo effluxu. calidus autē piſces ferè palmares alit, nō paucos in feruentibus undis oberrantes: quorum tamen, dū coquūtur, ſapor nullus extet. Similes uidi, ac non raro cepi in Carinthiæ thermis alumine tinctis prope oppidū Villacum magna copia, mirabili in his rerum natura, & uere contra omnem ſolertiæ, & induſtriæ uim ſecretis cauſis triumphante. a Himantopodes.] Noti ex Plinio Solinoqꝫ Loripedes. Autololis inibi cōtraria natura eſt, nā mira præſtant uelocitate. Silius tertio libro, Nec non Autololes leuibus gēs ignea plantis, Cui ſonipes curſu, qui ceſſerit incitus amnis, Tanta fuga eſt, certant pennæ, campumque uolatu Cum rapuere, pedum fruſtra ueſtigia quæras. De Pharuſijs libro primo dictum. b Hercule.] Beroſus libro antiquitatum quinto Herculem eum, qui Oſiridis filius Libycus cognominatus eſt, Antæum in Libya ſuſtuliſſe ſcribit: quem & ad Pharuſios perueniſſe uerſimile eſt, ſuperato Atlante. Conſtat autem in illa loca, ut Plinius tradit, præter Herculem & Perſeum, Hannonem Carthaginenſem primum ex barbaris perueniſſe, ac commentarios de his edidiſſe: è Romanis autem Suetonium Paulinum Claudij auſpicijs, quem ſe conſulem uidiſſe ait. c Ebore.] Nam & illic elephanti ſunt, cęterum Aethiopicis Indicisque comparati, nothi, hoc eſt, ſpurij, ut primo libro dictum eſt. De Berinis & Terotis ex innumera gentium ea litora habitantium multitudine nihil, quod afferrem, reperio. d Nigritarum.] Hi iam ſunt noti, ſed à Nigri flumine dicti Nigritæ. De Getulis alibi retulimus. e Purpura.] Plinius ſexto capite libri trigeſimiquinti, purpuras fuiſſe præſtantiſsimas, Tyrias, Getulicas, & Laconicas ſcribit, quibus Puteolanas confert. De Maurorum moribus ante dictum eſt, lege Procopium libro belli Perſici quarto. f Faſtigiantis.] In angulum contrahentis, ut libro primo oſtendimus. g Profundat.] Edat ſponte nata. h Antæus.] Hic Neptuni, & Terrę filius creditus, ſexaginta cubitis adcreuiſſe fertur. Strabo ultimo libro ſcribit Gabinium Rom. ſcriptorem apud Lingem Antęi ſepulturam eſſe tradidiſſe, & tibiam cubitorum .60. quam à Sertorio nudatam fuiſſe ait, & rurſum terrę mandatam. Quod indicat creditum eſſe id, quod refert Pomponius, non licuiſſe nudata eius oſſa iacere propter imbres ſparſos. i Minus uagi.] Quàm Getuli, quique ſupra eos degunt, ante recenſi. k Gildano, Dulbritrania.]

Thermæ Badenſes.

Buda.

Budenſes thermæ.

Piſces calidiſsimis thermis innatantes.

Himantopodes

Autololes.

Elephantes nothi.

Nigritæ.

Purpura optima

Antæus.

De his urbibus neſcio an alibi legerim. At Pomponio danda fides, haud longe ab his oris na-
Lixus. to. a Sala.]Fluuio, cuius Plinius meminit cognominis. b Lixo flumini Iunxo proxi-
ma.]Eadem Lixa, Lixus, Lixum, itemque Lixo atque Linxum: ipſe autem amnis etiam Lix
Ptolemæo & Antonino nominatus, ut à quinti libri principio apud Plinium Hermolaus do-
cuit. De Gna, quod ſciam, nec Plinius, nec Strabo meminit, nec ſanè Ptolemæus. De ampe-
luſia unde cœperat, primo libro legito. c Operis huius, atque Atlantici.] Eleganter ad-
modum dictum. nam quod in terræ ſitu alibi finem facit, hic decurſum ſecundum tot ingentium terrarum oras ſtilum cohibet. Pari elegantia Horat. 1. ſermonum Satyr. quinta itineris ſui claudens nomenclaturā, ita ait, Brunduſium longæ finis chartæque uiæque eſt.

pius autem [a] Sala & [b] Lixo flumini Iunxo proxima. Vltra eſt colonia & fluuius Gna: & unde initium fecimus, Ampeluſia in noſtrum iam fretum uergens promontorium, [c] operis huius, atque Atlantici litoris terminus.

LIBRI TERTII, ET VLTIMI POMPONII MELAE, ATQVE VADIANI COMMENTARIORVM FINIS.

IOACHI-

IOACHIMVS VADIANVS HELVETIVS candido lectori.

Habes tandem candidiſsime lector,quiſquis es (omnem enim bonum candidumq; com
pellare libet)in tres emendatiſsimos Pomponij libros,utcũq; abſoluta,& intra paucos men-
ſes ſucceſsiuis laborib:à me conſcripta ſcholia,quæ boni conſulas uelim. Id enim,bona numi
na teſtor,cum hunc laborem ſuſcepiſſem , unice erat in uotis , ut ratione ſtudioſæ iuuentutis
habita,doctis per Germaniam uiris teſtatum facerem,operam noſtram ſeuerius,ſi quando fo
ret opus,efflagitatam nulla in parte ſtudiorum utilitati pro uirili defuturam eſſe, modo in-
telligerem non ingratos futuros eos , quorum gratia laboraremus.Quod ad me attinet,nul-
li gloriæ locus eſto , nam nulla me urget ambitio. Quod ſi pro genuino illo amore, quo ſi-
bi humanę fragilitatis ſolicitudo blanditur,curandum eſt, ne inglorij plane, ignotique apud
poſteros ſimus,uixiſſe me alio in opere tum teſtabor,cũ & firma magis erit lectio,& ipſa,quæ
ſapientiæ condimentum eſt,ætas auctior fuerit:neque id quidẽ hercule alio ſtudio,& ut pro-
deſſe multis pergam,tantum Deus optimus maximus uitam mihi longiorem eſſe uelit.Scio
non defuturos,qui modeſtiam noſtram non agnituri,uerboſa nos commentaria edidiſſe con
tendent Liberum ſit illis,uocare quo uelint nomine.Ego tenuia breuiaq; prægustamenta, in
tanta cœli,terrarum,gentium,oppidorum,marium,fluminum,montium uarietate, quę ſcri-
pſi,ægre ab initio ſcholiorum titulo dignabar,quod uiderem minimum eſſe,ex immenſitatẽ
quadam intermina quod deprompſiſſemus, etiam ſi longius fuſiusq;,quã ipſe author,quem
interpretati ſumus,ſcripſimus.Porro quod noſcendæ terræ ſtudium intermiſſum hodie à no
ſtris magna parte intelligebam,non potui abſtinere,quin paſsim ex nobilibus authoribus in
medium adductis locis,hiſq; paulo diligentius expoſitis,quæ nõ uulgaria,aut omnino pro-
trita uiderentur, ſtudioſam iuuentutem admonerem,quanta,ingenuis illis ſtudijs neglectis,
in caligine ignorantiæ uerſaretur, quantaq; cura,ſtudio, diligẽtia optimi quidem & receptiſ-
ſimi ſcriptores,eas artes,quę hodie uel doctioribus quibuſdam deſpectui ſunt, tractauerint.
Quanquam pro ueritatis cuſtodia ſine diſcrimine recẽtiſsimos , ſimul & uetuſtiſsimos in his
ſcholijs noſtris citauerim,aliam rationem ſequutus,ac illi ſolent,qui contra ueterum conſue-
tudinem ita deſitę uetuſtati inhiant , ut nemini iuniorum ſuę paginæ concedant locum,tan-
quam aut illis pręcluſa induſtrię uia ſit,animis noſtris penuria quadam rerum emorientibus,
aut hi non uel recentiſsima ediderint, quando,quod multiplici lectione & uaria experientia
comparatum eſſet,ediderunt. Et eſt aliâs nuſquã maior recentioribus adhibenda fides,quàm
in terræ noſcendę ſitu, in gentium moribus, in naturæ locorum perquiſitione.mutãtur enim
pleraq; intereuntq;,quę dũ illi ſcriberent, maxime floruere. Minime uero dubites candide le
ctor, urbes multas à Põponio redditas, quarũ ne rudera quidem hodie extent:earũ nihilomi
nus ita nos meminimus,ut extare etiãnũ & florere uideri poſſent,q̊d nõ abſq; cõſilio factũ eſt.
Nã dum ipſam animo uetuſtatẽ ſequimur,dum hiſtoricos,poëtas , eoſq; qui inſignes naturæ
uires ſcrutati ſunt,legimus,euenire ſolet,ut niſi promptã uel eorũ, quæ deſierint,memoriam
habeas,nihil proficias.Quot claras urbes in catalogo illo ſuo gręci roboris in Troiam euntis
uatum pater Homerus enumerat, quarum paucę extent? quot Maro paſsim? quot Thucydi
des? quot Liuius? ut alios prætereain.Quas ſcire pręſtat,non ubi ſint,ſed ubi fuerint:porrò &
illud prudentiam iuuat ſcire , quo modo plurimę ex illis interierint. Nemo uero miretur me
nihil, aut parũ in recentia paſsim euagatum eſſe nomina , nec tradidiſſe, quę hodie urbes ter-
rarum potiſsimę,quę gentes,qui mores ſuperſint.Regum illud onus eſt,& uictriciũ gentium,
non noſtrũ:& tale quidem ut uni alicui fides dari nõ facile debeat,niſi multa eruditione & ma
thematicis in primis doctrinis pręſtiterit.At ſunt hodie fuſtuaria pœna digni,qui lucri gratia *Georgius Collimitius.*
quaslibet picturas , modo illę gratiam ex coloribus monſtriſq; interſertis pariant, imperitę
plebeculę oſtentare audent,nugas ſuas celatum iri ſperantes , quod exterrarum gentium im-
manitate,ne Europa quidem tota nobis hodie pateat. Ad Pomponium redeamus, quẽ mul-
tis in locis emendatiorem factum cognoſces, cum priuata diligentia,tum exemplaris ſcripti
fide,cuius mihi ex Andree Stiborij mathematici libraria ſupellectile copiam fecit Georgius
Collimitius mathematicus doctiſsimus, Andreę quidem,dum in humanis eſſet, diſcipulus:
nunc illo mortuo,in nullo doctrinarum genere doctiſsimo pręceptore minor. Cui
gratias haberi uelim, quod eo beneficio & Melę nitorem , & ſtudio-
ſorum commodum maxime iuuit. Confer noſtra
alijs,& ita eſſe fateberis.

H 3 IOACHI

IOACHIMI VA-
DIANI HELVETII POETAE LAVREATI DE
Vadianorum familiæ inſignibus à Sigiſmundo primo R. Rege donatis, ad Melchiorem Vadia- num fratrem Exegeſis.

RVDOLPHI AGRICOLAE
Rheti ad Ioachimum von Watt, alias Vadianum carmen.

Bina homini proſunt cœleſti præſtita nutu
Virtutis clarum ſanguinis atq; decus.
Quæ duo ſi fuerit quiſquam ſortitus, abũde
Fauſtus, & ad normam rite beatus erit.
Anne utrunq; tuũ eſt? Certe nõ ullius unquã
Indigus, utrunq; hoc mi Vadiane tenes.

CVr proauis data ſint quæris inſignia frater,
Quæ uolucres referant parte ab utraque feras.
Mirariſq; grauem galeam, clypeumq; choruſcum,
Curq; auro Gryphes texta cathena liget:
Anne aliquid teneat ratio diuerſa colorum,
Et ſignis lateat cauſa petenda ſuis.
Noſce breui, Frater germane, ex carmine cau(ſas)
Et muſis præſta per ſua ſacra fidem.
Non tibi palpanti reſonabunt pectine nugę,
Nec feret expertes pagina caſſa logos.
Veraces rerum ſeruãt monimenta camœnę,
Et memori hiſtoriæ pulcher Apollo fauet.
Ad iuga Ryphei, gelidus ubi cominus axis
Girat in ambiguas Arctophilaca uices,
Quà geminis terræ facturus partibus oram
Fert Tanais celeres ſorte ſuperbus aquas,
Eſt animal Scythicis fodiens è montib. aurũ,
Inq; ferens clarum cœca metalla diem.
Hoc Europęis opibus natura dicauit,
Sarmata quà ſyluas, trux & Alanus habet.
Torua quidẽ ſpecies animali, horrẽdaq; forma ẽ
Et dubito an uolucrem dixero an eſſe ferã.
Quadrupedãte gradu nõ uictũ robore corpꝰ
Per patulos cruda meſſe uagatur agros.
Sæpe leuatur humo, nigriſq; innititur alis,
Et denſo frendens aëre ſæpe uolat.
Igne micant oculi, curuatur acumine roſtrũ,
Sibilat & grandi lingua retorta ſono.
Fulta toris ceruix, pręacutis auribus extat,
Fronſq; minax acris ſigna uigoris habet.
Horreſcunt uillis armi criſpantibus atri,
Aſperat & fiſsos ungula acuta pedes.
Cauda ferit clunes, talos ſummiſſa ſub imos,
Et nodum hirſuto turbine finis habet.
Parte hac Marmarico forma confine leoni,
Qui Maſyle tuas depolatur oues.
Ipſa uocat Gryphem ſęclis ſpacioſa uetuſtas,
Hocq; hodie durãs nũc quoq; nomẽ adeſt.
Vnoculi gens rara colit uicina Arimaſpi,
Qui debent Scythicis moribus eſſe feri,
Queîs corpꝰ ſylueſtre, horrens, incultaq; mẽ(bra,)
Queîs fronti uiſus unicus orbis ineſt.
Nominis hinc poſiti ratio fluxiſſe putatur,
Quod nota compertis cõſona rebus erat.
Stat flauus tereti collectus uertice pilus,
Oraq; nigreſcens marcida barba tegit.
Diuitibus rapto crinis ſubſtringitur auro,
Inq; rudi formam corpore præda iuuat.
Hirſutis tegitur brumali frigore braccis,
Et terram raro uomere pauper arat.
Sedibus incertis nunc hic, nunc conſidet illic,
Vt iubet inſertum uaſta per arua nemus.
Vtrinq; inſolitæ durãti ſydere uires,
Vitaq; maturo reddita fine manet.
Accola Geſglitron tractũ uocat, aurea moles
Et laudem uiridis inde Smaragdus habet.
Hi, quum rimatur locupletes mõte cauernas
Gryphs celer, & uænis aurea grana legit,
Inq; diem fœtam precioſæ mercis harenam
Et flauum duro pondus in ore uehit,
Scilicet inſignem genio ſtructurus aceruum,
Et ſolitas tumulo compoſiturus opes,
Conantur prædã uerſuti, atq; omnia tentãt,
Nec ſolitis abſunt bella cruenta dolis.
Peruigil intento ſpectans Arimaſpus ocello,
Vicinum ſpolijs deſtinat arte locum.
Et quamuis gemini priuetur luminis uſu,
Grana tamen uęnis aurea fracta uidet.
Et uidet haud paruo penſandas ęre Smarag(dos,)
Inq; illis lucri prima cupido manet.
Tum uarias trepido diſcernit pectore curas,
Et ſparſas uires colligit ira procax.
Tunc animus pugnæ ſtatuit momẽta futurę,
Tunc licitæ pergit fraudis inire uiam.
Nec uolucrem ſpecula fodientẽ ceſſat ab alta
Sectari

Sectari in longam uaſta per antra diem.
Ceu ſolet è ramis iūctus Scytha Phaſidos un
Hic ubi Diſcheris arua inimica patēt. (dis,
Qui, dum ſecurus damni per denſa uiator
Arbuſta, & uirides itq; reditq; rubos,
Labitur elati furibundus caudice trunci,
Et miſero ſaturat prædo cruore manus.
Ceu draco in eois Elephantē plectere ſyluis,
Seq; ſimul caſu præcipitare ſolet.
Poſt ubi fulgentes precioſæ mercis aceruos
Innata ſolito Gryphs tulit arte ſpecu,
Et numerat, genio ſic inſtigante, lapillos,
Computat & læto candida fruſta die,
Quod ſolet enixo luxata puerpera fœtu,
Dum ſobolis membris hęret amore nouę,
Ille ſuā tandem pernix ſtatione relicta
Prouocat affines horrida in arma uiros.
Nec mora, conueniunt, & acutas ære ſagittas
Suſtinet ad læuum nexa pharetra latus.
Et rigido laxus neruo contenditur arcus,
Quo celerem feriant ſpicula iacta feram.
Sunt qui nodoſam uicino ſtipite frondem,
Lapſaq; ſaxifero culmine fruſta petant.
Vtq; cito prædæ rapitur mens cœca furore,
Sic ſubitus quæuis prenſat ut arma furor,
Ô nimium ſtudijs hominum ſociata cupido,
O nimium ueris æmula facta bonis,
Quid tāta ardētes rapis in diſcrimina motus?
Quid faciles animos implicuiſſe iuuat?
Vt uili uendat precioſas ęre Smaragdos,
Cenſuram fati trux Arimaſpus obit.
Comparat & fuſo flauentem ſanguine glebā,
Veneat ut grandi præda redempta lucro.
Nam fera dum ſolitis experti militis armis,
Dum ſeſe nota conſpicit arte peti,
Perſtat, & extemplo rabioſam colligit iram,
Ceu Getula ſolet lapſus in arma leo.
Tenſaq; uerſuto proſpectat cornua uiſu,
Et forti uitat tela agitata manu. (ma,
Quin etiā quū prenſa furor nimis ingerit ar-
Non eſt frendenti ſaxa per alta modus.
Inſilit & nigris craſſum quatit aēra pennis,
Et gyro illudit tela inimica uago.
Cominus inſultat iā nūc delapſa Arimaſpo,
Iam dicto citius celſa ſub aſtra uolat,
Iam conuerſa cadit, roſtroq; armata cruento,
Hoſtica multifido uulnere membra petit.
Sępe oculum ſola nutantem fronte papilla,
In prædam uiſus ungula iacta rapit.
Sępe etiam celeres (ſi uera eſt fama) ſagittas,
Et tenſos arcus ferre ad inane ſolet.
Nec iaculis arcuq; feroces ſegnius hoſtes
Ordiri, & liquido bella ciere polo.
Interea ſi quis raptor procumbit in aurum,
Subtrahit & cupida gemmea fruſta manu,
Ditia uix patiens iugi ſibi parta labore,
Dona rapi, inſuetum frēdere in arma ſolet.
Inſultuq; fero fugientes cominus hoſtes
Sectari, & prenſis ſępe parare necem.
Vt ſolet Hyrcanis Tygris in uallibus errans,
Caſpia terrifico dum ſubit antra gradu,
Et fœtu priuata furit, catulosq; ferentem,
Raptorem ſęuo dente inimica petit.

Non hāc impediunt longa interualla uiarū,
Nō, qui mœrentis pignora portat, equus.
Quin luſtris ſobolem repetitis paſsib. indat,
Perq; auctum nunquam feſſa recurrat iter.
Gryphibus hęc pugna eſt, frater, cęcisq; Ari-
Quę ſolet eoæ tractib. eſſe plagę, (maſpis
Quum ſolidis formica legit de rupib. aurum,
Indus & excerptę fragmina mercis adit,
Quum Phœbi longo tellus incenditur ęſtu,
Et medio fugitur ſub caua luſtra die.
Iſta adeo finem renuit ſcelerata cupido,
Nec habet armorū peſtis auara modum.
Hęc noſtri quondam maiores pręlia norant,
Venerat Arctoo fama petita mari,
Nouerat, aligerę regni qui ſceptra gerebat,
Siſmundus pugnas ingeniumq; ferę.
Et placuit rebus conformia ſigna reponi,
Per quas uirtutum conciperentur opes.
Hic uoluit Gryphes reb. monimēta gerēdis,
Et geſtis noſtrę munus adeſſe domus.
Hic ſenſum expoſuit, quē prę ſe ferret imago,
Quem non obſcuro carmine, frater, habe.
Aurea nonnūquā, quę ſunt precioſa, uocamus,
Aut quę momentum nobilitatis habent.
Nam graue nec flāmis nec tēpore uincitur au
Inq; ſuo perſtat ſęcula cūcta gradu. (rum,
Aurea progenies, atq; aurea uęna loquendi,
Aurea quin uatum carmina nomē habēt,
Aurea cœleſtis dicuntur ſidera flammę,
Aurea lux terris, aurea uere Venus.
Deniq; Saturni quondam aurea ſęcla fuere,
Quod nulli uitio tunc erat orbe locus.
Et ſteterant placido connexa elemēta uigore,
Aſtraq; per terras munera grata dabant.
Recte igitur uirtus nomen ſibi uendicat auri,
Quo nil ſidereo pulchrius orbe bono eſt.
Quoq; animis paritur noſtris non falſa uolu-
Et uitę nullo turbine fracta quies, (ptas,
At Gryphes in fruſta auri, uiridesq; Smara-
Vt nō ulla lucri ſpes ratione mouet, (gdos,
Sed duce natura, genioq; ad pulchra uocāte,
Sola uoluptatis dona & amoris habent.
Sic animus cœlo dignus & perpete fama,
Virtutis merito pręmia cuncta locat.
Et molles uitę tenuis contemnit honores,
Nec, niſi quos clare facta merentur, obit.
Prōptus in obſequiū miſeris, patrięq; labanti
Securas mortis exhibuiſſe manus,
Quū ſcelus oppoſitis meditatur mœnib. ho-
Et tacitos ſolita colligit arte dolos. (ſtis,
Nec placidis nimium confidit nauita uentis,
Cum iacet, & cunctans ocia pontus agit.
Nec nimis in medijs animo collabitur undis,
Quū mare non æquis fluctibus aſtra ferit.
Sed medius conſtansq; ſibi ſubit obuia fato,
Suſtinet & fortis cum ratione uices.
Nullius hic rerum molitur commoda dāno,
Nec per quęſitas fraude ſuperbit opes.
Nec ſinit ut ſæuos agitet uiolentia motus,
Iudice ſe magnum eſt ui rapuiſſe nephas.
Iraſci uitijs, ferro punire nocentes,
Fas putat & ſanctis legibus eſſe locum.
Fabricij menſas, Agathoclis pocula laudat,

Et non magnifica uult habitare domô.
Quicquid & eſt reliqui notis impertit amicis,
Inq; leui uirtus pondere pondus habet.
Vtq; ſui Gryphem torques circumligat auri,
Quod rigida multo caute labore uerit,
Quod ſũmo partũ uolucris defendit amore,
Nec, ut amat, patitur ui ſine parta rapi.
Sic uero mentem uirtus circumligat auro,
Quæ ſine non hercle parta labore uenit.
Quæ niſi per ſeriem texat ſociata cathenam.
Altera & alterius grandia facta iuuet.
Non fluet exacto fulgor deductus honeſto,
Et uitij ſemper culpa ſuperſtes erit.
Eſt tamen, ut uirtus ornet priuata tuentem,
Et uicina malo nobile tractet opus.
Ebria ſæpe fuit grauitas matura Catonis,
Iuſtitiæ incaluit regula ſæpe mero.
Cæſaris extollit famam clementia primi,
Qui libertatis prima ruina fuit.
Quicq; malo uires auxit Catilina furore,
In caſtris pugnæ non fuit arte malus.
Pontica dũ Syllæ rapti furor arma repreſsit,
Pro patriæ augendo limite, pulcher erat.
Martius at poſtquã temerato ſanguine cãpus
Vndauit, uires non niſi abuſus erant.
Queq; ſuos Mario peperit uirtute triũphos,
Infauſto facta eſt indice ſacra manus.
Cui non Alcidæ geſta inclyta nota fuere?
Cui nõ quę uicit tot fera monſtra manus?
Et tamen hæc fertur molli formidine quõdã,
Stipatam fuſo ſuſtinuiſſe colum.
Theſea cognouit Marathon diſcrimine tauri,
Dictæo norunt facta relata ſolo.
Et tamen hunc uacuo fugientem littore Diç
Perfidia inſignẽ Creſſa puella uocat. (thena
Quocirca ille orbis uirtutum, hęc pulchra ca
Qua nitet omnimodis mẽs opulẽta bonis.
Quacq; ꝓcul uitijs animus iubet omnia recte,
Et proba uel minimũ pẽſat amuſsis opus.
Efficit, ut duret candentis gloria famæ,
Vt nulli ſubſint cætera geſta notæ.
Nam male cõſulitur titulis, ubi culpa peracti
Criminis, & uitij conſcia facta patent.
Eſto alijs digni uideamur laude, probati,
Attamen & uitium, qui trutinetur, erit.
Sic duplici ſemper tracti retinebimur hamo,
Et ueri nullo regula fine manet.
Rumpit & inſomnis decretam cura, quietem
Quæ niſi ſyncera ſiſtere mente nequit.
Priſca fides docuit, cœlorũ ex arce cathenam
Pendere, & preſsi tangere culta ſoli.
Quam cœlos terris, & terras nectere cœlis,
Et media extremis ordine cuncta ferunt.
Nimirum hæc illa eſt ſtellis deducta cathena,
Quę per uirtutis conſona facta fluit.
Quæ ſimiles diuis animos extollit in aſtra,
Quin & terricolis aſtra ſubeſſe iubet.
Membrorũ quæ ſola diem ſub carcere donat,
Quæ mira quoduis luce peragrat opus.
Hæc ſocios hominũ cœtus cõponit & urbes,
Hæc ſanctas leges, ſanctaq; iura locat.
Hęc pulchri, frater, menſuram uẽdicat omnẽ,
Cętera perfragili conditione ruunt.
Sola hęc momento perſtat fulgoris, ut aurũ,
Et parat in cyclum ducta perenne decus.
Cęcutiens uno petit hanc Arimaſpus ocello,
Aſtruit & falſum caſſa per arma decus.
Hic Arimaſpi ambit, frater, me iudice nomẽ,
Qui ſeducentis fallitur ore boni.
Et putat illecebris faciles capientia ſenſus
Inter uirtutes poſſe tenere locum. (ptas,
Quũcq; boni ſpeciem prę ſe ferat ampla uolu-
Et molle ingreſſo pollice monſtret iter,
Neſcius atrocis ſequitur ueſtigia metæ,
Orſaq; peruigilis prima doloris adit.
Hęc auidam cœnæ comitãtur uulnera prędã,
Idalia hęc nouit ponere dona Venus.
Dãnantur merito doctis, Arimaſpus Ariſtõ,
Quiq; ſibi comites Pyrrho & Heryllus erãt,
Quod uero longe uirtutis calle relicto,
Malebant ſenſu degenerare leui.
Et deſertores potius per caſtra uocari
Impia, quam iuſto tendere ad arma duce.
Hos, qui uirtutis felicia ſigna ueretur,
Perdet, & inuictus hac duce miles erit.
Hoſtica nec ſubito depugnans arma timebit,
Palma eſt, erranti non habuiſſe fidem.
Idcirco albenti clypeum depingere gypſo,
Et Phaleras placuit caſsidi adeſſe nigras.
Vt ſolidum uitę ſignarent iuncta tenorem,
Innato perſtat robore uterq; color.
Frater habes breuibus noſtri pręconia doni,
Et quid picturę pars ſibi quæq; uelit.
Tu recti ſectare uiam, nec te urgeat inſtans
Error, & hoc tandem munere dignus eris.
Ridendũ eſt titulis ſpectari & imagine auita,
Si mens uirtutis perdita fruge caret.

FINIS.

LOCA

LOCA ALIQVOT ex Pomponianis commentariis repetita, indicataq́ꝫ, in quibus cenſendis, & æſtimandis Ioanni Camerti Theologo Minoritano, uiro doctiſsimo, ſuis in Solinū enarrationibus, cum Ioachimo Vadiano non admodum conuenit.

DE VADIANICIS, HOC EST NVMERIS omnibus abſolutiſsimis in Melam Commentarijs, Ad D. Ioannem Fabrum ſuum, literarum literatorumq́ꝫ Mecœnatem pientiſsimum Ioannis Alexandri Braſsicani Elegidion.

Cum paſsim auratis ſtudijs Germanicus orbis
Surgeret, Oenotrijs clarior ingenijs,
Cum paſsim uarijs campis Germanicus orbis
Luderet, herbā omnem pollice utroq́ꝫ ferens,
Scripta Melæ nigri tenebroſa ubi παλλὰς ἀθήνη
Vidit, in omniiugos diua benigna libros,
Concilium incidit ſuperum uenerabile, & atras
Qui pulſet nubes, quærit habere Melæ.
Poſtulat ante omnes genij Vadiano namœni,
Cuncta ait hunc medica poſſe iuuare manu.
Iuppiter accedit, Cyllenius annuit, omnes
Pierides plenis dant ſua puncta modis,
Dexter Apollo fauet, iuſtoq́ꝫ adſpirat amicè
Iudicio, haud cunctis notus Apollo uiris.
Docte Faber, quàm ſe noſter ſuperarit amicus,
Quàm liquidis uincat Pallados auſpicijs,
Inuidia ipſa probat, Momus probat ipſe ſeuerus,
Germani laudant lumina clara ſoli.
Quinetiam externos ſenſus ſi ex ordine uertes,
Vndiq́ꝫ par priſcis ſtat Vadianus auis.

Ioachimus Vadianus Heluetius do-
CTISSIMO IOANNI FABRO. REVEREN.
diſs. Epiſcopi conſtantienſis uicario, colendiſsimo
domino, & Synceriſsimo amico
S. P. D.

Camertis laus.

REcognoſcenti mihi proximis menſibus, ampliſsimè Faber, inabſoluta illa noſtra in Pomponium Melam commentaria, ut excuſa typis denuo cura, & expenſis Lucæ noſtri Alātſei bibliopolæ, in multorum manus auctiora paulo, atq; emendatiora exirent, commodū adoleſcens quidam è Vienna profectus, Ioannis Camerris in Iulium Solinum enarrationes attulit, plenas doctrinæ, & diligentiæ, ac omnibus modis tales, quales olim futuras in editis ante ſcholijs noſtris præſagiebamus. Nam acre ingeniū hominis, ſtudium indefeſſum, & multifariam lectionem, ab his ferè annis, quibus illo per adoleſcentiam præceptore ſum uſus, nō ignorabā. Has cum ꝓpere, & in tranſitu reuoluiſſem, animaduerti Camertē, ſecunda editione non expectata, nō paucis in locis, hiſq; maximè de quibus minimè ſuſpicabar, non admodū cōuenire mecū, porrò & temeritatis notá haudita merentē taxare. Quod ſanè ſuorū cum noſtris collatione facta, non difficile deprehendet quiſquis legerit, etiā ſi à me nominatim indicando ꝓ confeſſa fortaſsis amicitia noſtra paſsim abſtinuit. Id ego primū apprime miratus, cum alijs de cauſis, tū maximè, qđ præter opinionem id inijſſe conſiliū Camertem deprehendiſſem, quo nec iuſtis, nec multū attinētibus cauſis, noſtræ ſe diligentiæ opponere uoluerit, dolere fateor cœpi. neq; Hercule parū, uidebā eñ ita me inuito cecidiſſe, ut retinendæ, aut certè explicandæ ueritatis ſtudio, ab eo mihi uiro diſſentiendum foret, cū quo partim doctrinæ & humanitatis, partim perſpectæ amicitiæ nomine, nunquam antea non ſenſiſſem. Poſtremo cōplura animo uoluenti, & de Camertis uoluntate cogitanti mihi optimū factu uiſum eſt, ut quoniā ab officio noſtro, & candore alienū non eſſet, ſingula obiter loca ex noſtris in Pomponium cōmentarijs, quibus mihi Camers offendi uidebatur, cum ſua legerē, huc huc deprompta, ac ſeorſum ſpectanda, cū alijs eruditis, tum tibi cum primis acerrimi iudicij uiro proponerem, ne quis poſt teſtatā utriuſq; monimentis mutuam beneuolentiam noſtram, aut æmulationem, quampiā iniquiorem, quàm amicitiæ ferret nomen, qualis mihi cum Camerte nec eſt, nec unq̄ fuit, aut aliud quippiam iniquiorem, q̄ amicitiæ ferret nomen, qualis mihi cū Camerte nec eſt, nec unq; fuit, aut aliud quidpiā nō attinens, & noſtræ culpæ tribuendū, qui illa legeret, ſuſpicaretur, ſimul ut candido lectori qſquis ille foret, conſilij noſtræ & ſententiæ, qua pleraq; omnia tradidiſſemus, rationem redderem. Fateor autē ingenue tacere me potuiſſe, & Camertis placita, quæ non ualde offendebāt, eruditi lectoris collationi. ſimul & iudicio bona ſpe cōmittere, modò aliquis mediocris literaturæ cenſor obſtrepuiſſet. At uerò ubi tanto uiro diſplicere mea ſemel cœpiſſent, nuſq̄ ab eo aut citata, quod ſciam, aut recepta, niſi ubi acri ferula caſtiganda ueniebant; & ego ueritatis ſtudio ductus, iuſtiſsimis mihi cauſis motus uiderer ad ea tradēdum, quæ ille carpit, minimè tacendū eſſe putaui. Ea de re bonā in partem accipiant uelim, qui hæc noſtra ſunt lecturi, ſimulq; perſuadeant ſibi, me merito culpandū fuiſſe, ſi ab optima cauſa, & attinentibus nixa rationibus cecidiſſem, & authotitatē ueritati prætuliſſem, maximè quod libere decernendi optimis & doctiſsimis uiris copiam faciam: idq; interim bona fide teſterpluris apud me eſſe (modò ipſe permiſerit) Camertis amicitiam, & tot annis cum in clariſsima Viennnſi academia profiteremur, ſancte cuſtoditā familiaritatē, q̄ ut ulla literaria uelitatione ꝑ me uiolatā aut tractatā indecentius cuiq̄ uideri uelim. Saltē hoc mihi, uel inuito in hanc iuuandæ ueritatis harenam tracto, detur ut uel Europæ teſtatum faciā, me in his æſtimandis, quæ Camerti ſtomachū mouerunt, non uſq; adeo ꝓtritis fortaſſe, & uulgatis, nec alieno adeo iudicio, nec perfricta proſtitutaúe fronte fuiſſe. Quod ipſum ſi tu mihi ante alios doctiſsime Faber, qui non iniuria Camertis eruditionē admirari, amplecti, & prædicare, uel me monitore ſoles, ex hac ſecundaria παλινῳδία, ſeu mauis, declaratione noſtra, non dabis, & ꝓ doctiſsimo alioqui & plurimæ lectionis homine Camerte noſtro ꝓnunciaueris, ita me ad q̄uis palinodiā accinē gā, ut non ſolū errata, quæ admiſerim, ingenuè ſim agniturus, uerūetiā gratias acturus melioꝛa indicantibus, qđ me decepto, denuo ueritatē nauiter iuuerint. Lege igitur o Faber decus literarū, cōfer, iudica, & poſthabito fauore acribus oculis noſtra diſpice, ita nanq; paratus ſum animo, ut uelim nō tā alijs eruditis, q̄ tibi errorem indicanti ſubmiſſe cedere locū. Vale, & iudica. Ex Imperiali ciuitate apud Diuum Gallū, Idibus Aprilis,

Anno M. D. XXI.

Camers à Vadiano diſſentit.

Vadiani ſynceritas.

Qua cauſa Vadianus ad reſpondēdum motus.

Doctiſsimos quoſq; Vadianus appellat & Fabrū in primis.

Ioachimi

Ioachimi Vadiani locorum aliquot ex ſuis in Melam comment. Explanatio.

APud Pomponium lib.ij.in Italiæ deſcriptione, Iulij Solini, & C. Sempronij locum, quem de urbis horoſcopo & Tarutij authoritate attulerunt, primus, quod ſciam, omnium, nec laceſſendi, deum teſtor, nec doctrinæ uenditandę nomine, à Collimitio meo aliquando monitus, ut corruptũ & erroneum annotaui. Nec uſquam dixi ita aut Sempronium, aut Solinum ſenſiſſe, ſed in hanc ſententiam retuliſſe. Camerti nobiſcum in errore à me indicato, cõuenit. Hoc male habet, qđ ingens erratũ Solino & Sempronio aſſcripſerim, quaſi uero male audire Solinus non debeat, quod manifeſtè falſa ſuis infulſerit, quãdo non alio magis nomine Caius Plinius eruditorum iudicio inceſsitur. Et quemadmodum luſcioſos eſſe deprendimus, qui ad ſaxum truncumúe quamlibet magnũ impingere ſolent: ita certe nec doctrinæ, nec diligentiæ, iudicioúe tribueris, ſi grandia quis errata præuaricando tranſmittat, maiori culpa, ſi pro ueris, quæ ſunt falſa, recipiat. Equidẽ quod in hæc uerba ſcripſi: Error ingens C. Sempronij & Iulij Solini, &c. credo ea mihi ratione licuiſſe, nullo nouo dictionis genere uſurpato, qua plerique omnes errorem Plinij, aut locum Plinij uocare hactenus ſunt ſoliti: qui tamen, ſi Camertem auſcultamus; non Plinij ſit, ſed eius potius ex quo in ſua iſthæc tranſtulit. Quanquam ſi ita ſenſit Tarutij motus authoritate Solinus, quis eum tranſmiſſo errore hallucinatum eſſe neget? Si minus, quæ impoſtura fuerit in hiſtoria tradenda authoritatem ueritati præferre? & cum Tarutio errare malle, quàm cũ Plinio bene ſentire? Sed aliorum, ais, hoc negocium eſſe uoluit, benè ne an male Tarutius. Probe teneo. Abſtinuit igitur à iudicãdo. Cæterum ita abſtinuiſſe, uelis nolis, fateberis, ut eius diſsimulatio erroris ſuſpitione non careat. Porrò quid Tarutio tribuendum exiſtimarit Solinus, paulo acrioris iudicij lectorẽ, uel his ſuis uerbis intelligere poſſe autumo, cum inquit, Sicut L. Tarutius prodidit Mathematicorum nobiliſsimus. Putamus Solinum hoc honore Tarutiũ dignari potuiſſe, ſi hominis authoritatem fide & ueneratione dignam non exiſtimaſſet? rurſum Tarutij horoſcopũ in mediũ afferre ceu inſignẽ, qui falſum tamen eſſe & erroneũ uidiſſet? Equidẽ C. Solinũ nunq̃ ita humanis exuã, ut nec labi, nec errare eum potuiſſe mihi perſuadeã. Quod ſi quis in Solino modeſtiæ tribuit parſiſſe Tarutio, ſi modò parſit, ac non credidit potius: belle fero; modò mihi diligentiæ plus q̃ diſsimulationi tribuenti moleſtus ne ſit. Arbitror autem ueteri lectioni Tarutianæ uitium librariorũ culpa, ut ſæpe fit, inditum, Planetas nec his in ſignis quibus ille, nec eodẽ ordine cenſentium. Nam ut à L. Tarutio aſſertum credam; quod illi referunt; adduci non poſſum, ratione ſemel in commentarijs noſtris reddita: cum hic uel Solini teſtimonio mathematicus nobiliſsimus, & Chaldaicarum etiam literarũ peritus, ſolius doctrinæ opinor nomine M. Varroni & M. Ciceroni familiaris eſſe meruerit. Nec eum à Cicerone, ut imperitum cœleſtiũ, aut aſtrorum motus neſcium uideo rideri: odioſum enim hoc foret; uel in Cicerone: reijci uideo & contemni, ut nimium Aſtrologiæ tribuentem, quippe qui fata urbis ex aſtrorum ſe poſitura tenere affirmarit. Qua de re ſententiam meam hoc in loco non interpoſuerim. Id ſanè conſtat, Aſtrologiam prognoſticis audentem, & fata rerum ex occulta quadam aſtrorum ui depromẽtem, non tam ab alijs, quàm à M. Cicerone eo ipſo in loco, quẽ Camers citat, imprimis male audire. Cæterum cœleſtiũ corporũ motuumque doctrina præſtantes uiros, qui adeo hactenus riſerit reieceritúe, ſcio ex ueteribus neminẽ. Cœleſtes animi, quibus hæc cognoſcere primum, Inque domos ſuperas ſcãdere cura fuit. Porrò quod non pauci de conditæ urbis origine diuerſa tradidere, plerique etiam fabuloſa, ad Tarutij locum intelligendum æſtimandumúe nihil facere arbitror, dummodo conſtet certis in ſignis fuiſſe Errones eo ipſo die quo Roma cœpta eſt condi, idque Tarutiũ ad amuſſim, ut aiũt referre uoluiſſe, poſt accidiſſe, ut quæ probe ille tradidiſſet, librariorũ corruperit oſcitantia, errore graſſante, qui hoc modo & Solino & Sempronio impoſuerit.

L. Tarutius Ciceroni familiaris.

Ouidius.

Libro.ij. Melæ, ubi de mediterranei maris inſulis ſpolias ſeptem à ueteribus nominatas indicaui, ſolum Seruium nullo authore nouem feciſſe. Miratur Camers eſſe potuiſſe, q non animaduerterint eundem authorem alibi ſeptẽ nominaſſe, & in hæc uerba infit, Quo in loco quidam, qui Seruij uix umbram referũt, durius q̃ par eſt, læſæ quaſi maieſtatis eum accuſant: miror plurimum eos non aduertiſſe alibi à Seruio ſcriptum eſſe has inſulas non nouem, ſed ſeptem eſſe. &c. Ego me Hercules, qui tum Singrenio Chalcographo ſpectatiſſimæ fidei uiro teſte, celerrimè, ne officinam morarer, conſcribebam, nõ animaduerti id alibi à Seruio dictum, cuius tamen nullum in Maronis opera uerbũ extat, quod non legerim:

de hoc tantum mihi loco, qui eſt Aeneid. primo, referre libebat, idꝗ non pro noſtra ſolum, ſed Hermolai quoque Barbari cenſoris, minime credo liuiduli ſententia, qui ſuper nono capite tertij naturalis hiſtoriæ Plinij, Illud, inquit, in tranſitu monuerim, omnes ueteres inſulas Aeolias ſeptem eſſe dicere unum Seruium, nullo authore, nouem. &c. Atqui Hermolaum ita doctrinæ Seruianæ umbrã in omni diſciplinarum genere retuliſſe exiſtimo, ut *Laus Hermolai* eum ipſum uel Solino non dubitem anteponere: Nec ambigam in opibus naturæ calamo reddendis, in ſuccincto floridoꝗ illo ſcribendi genere poſt Plinij præſertim recognitam hiſtoriam id præſtare Hermolaum potuiſſe, non multis mẽſibus quod Solini nobis lucubrationes reliquerunt. Hermolao autem Philippus Beroaldus accedit, uir eximiæ doctrinæ, & omnibus modis doctior, q̃ ut adeo ſalſe à Camerte morderi inceſſiꝗ potuerit, cuius in Seruianis illis annotationibus eadem ſententia eſt. Quod ſi diuerſum Seruius alibi ſenſit, eſtꝗ ſibi Camerte iudicante contrarius, nihil miror, cũ ſit humanum & procliue magnis uiris in leuiculis quandoꝗ rebus labi. Verum enim eſt illud Horatij: Atque opere in magno fas eſt obrepere ſomnum. Quale certè & hoc è Solini ſomno eſt, quod Iolaum interim *Solini Somnus.* Iphicli, interim Ariſtæi filium, tanquam ſui oblitus, ut Hermolaus ait, fecit, quem locum equidem miror Camertem noſtrum cum Hermolao acerrimi iudicij uiro agnoſcere, ut erroneum non maluiſſe, quàm tot parergis, ne demum memoria deſtitutum Solinum crederemus, oblinere.

Apud Pomponium libro tertio in Aethiopiæ deſcriptione, ubi de Lycaonibus ſcri-
5 pſi, certum eſſe Plinianam lectionem lib. naturalis hiſtoriæ. viij. ubi de Lycaonibus, à Solino, ut ſæpe aliàs, conturbatam eſſe. Hoc ipſum cum obſeruaſſet Camers, indignatus, apud Solinum ſic ſcripſit: Nec uerum eſt à Solino Plinianam lectionem conturbatam eſſe, ut quidam exiſtimant, cum hæc fera tam in Aethiopia, quàm in Indis reperiatur. &c. Equidẽ non ea gratia dixi conturbatam à Solino Plinij lectionem, quod in Aethiopia Lycaonem cenſeat, cum in hoc cum Mela maximè conueniat, ſed propterea quod Tharãdum feram colorẽ mutantem, ſicut & Lycaon, in Athiopia cenſuerit, & in Scythia hoc animal eſſe tradat cap. xxxiij. lib. viij. Plinius. Dignum autem admiratione fuerit, quid adeo Solinum impulerit, ut à Plinio ſuo, cui totam ferè operis ſui fœturam debet, ita diſſentire uoluerit, ut non Lycaonem ſolũ, quem in Indis ſpectari Pli. ait, uerumetiam Tharãdum, quem capi in Scythia *Tharãdus Scythiæ.* non dubium fuerit, eodem Plinio teſte, ipſe in Aethiopia quærendum exiſtimarit. At Camers, poſſibile eſt, inquit, ut in utraꝗ regione Tharãdus proueniat. Ita ne? Poſsibile eſt, & in Alpibus noſtris Crocum naſci. Equidem non quæro quid poſsibile ſit, ſed quid de Tharãdo Plinius, quid rurſum Solinus tradat. quod ſi authorem à Solino alium Camers appellauerit, qui Aethiopiæ Tharãdum donet, pedibus in eius ſententiam uadam. Quanquam cõſtat, id naturam in terrarum animantibus diſcrimen ſeruaſſe, ut quæ in Scythia & ſeptentrione inſignia ſint animalia, ea rarius in Indicis Aethiopicisꝗ ſpectari, rurſum innumera eſſe meridiani tractus animalia inſignia, quę Scythia prorſus ignoret. Quod ſi quæ utrinꝗ oberrant, authorum illa teſtimonijs indicantur. At Plinius Tharandum multis deſcribens in Scythia eum, non in Aethiopia locat.

4 Libro ij. Melæ ubi de Rhamnunte fit mentio, dixi haud dubiè hallucinatum, ut plerumque ſoleat, Solinum uideri, quod ſignum Phidiæ Dianæ nomine donarit, quod Põponius tamen, & plerique omnes, Nemeſis eſſe tradant, quanquam de authore non admodũ conueniat, Pomponio Phidiam, Plinio Agoracritum indicante. &c. Quam annotationem noſtram Camers cum obſeruaſſet, indignatus, Hinc, inquit, Solinum, ut ſolet plerunꝗ, hallucinatum dicunt. Quid ſi utriuſꝗ Deæ ſignum Rhamnunte fuerit? à Phidia unũ, alterum uerò à Diodoro, uel Agoracrito ſculptore confictum. Quid ſi rurſus eadem fuerit Nemeſis & Diana? &c. Primum hanc clauſulam, (ut plerumꝗ ſolet) ex Hermolao mutuatus ſum, qui primo cap. v. libri Plinij de Solino ſic, Nam in Solino corruptè, ut pleraꝗ, Rutulorum pro Autololum. &c. Quod quia modeſtius paulo quàm ego dixerim, Hermolaus prodidit ſentẽtiæ haud dubie meæ reddenda ratio eſt. C. Plinius, cuius ſimiam Solinũ eſſe propter addictiſsimum imitationis ſtudium, magni uiri tradunt, libro xxxv. narrat Agoracritum ſculptorem Athenis ab Alcumene condiſcipulo ſuo (ambos Phidias erudijt) iniquis po- *Agoracritus ſculptor.* puli ſuffragijs uictum, ſignum ſuũ ea lege uendidiſſe, ne Athenis deinceps foret, & appellaſſe Nemeſim. Id poſitum eſt, inquit Plinius, in Rhamnunte pago Atticæ. &c. Apage dicat mihi quiſpiam, cur à Plinio ſuo, & ueteribus, ipſoquè cumprimis authore Agoracrito, qui non ſine cauſa opus ſuum præclariſsimum, bona ſpe uindictæ, quam à poſteritate ſperabat Nemeſim, non Dianam uocari uoluit? cur inquam ab his diuerſus Solinus Dianam, quàm Nemeſim, uocare maluerit? Sed Camers: Quid ſi utriuſque Deæ ſignum Rhamnunte fuerit? à Phidia unum, alterum à Diodoro uel Agoracrito. &c. Doce id nobilium ſcriptorum teſtimonio, & recantabo quod hactenus intendi. Interim ego grauium authorum teſtimonia leui coniecturarum auræ anteponã. Varro, Plinius, & Pomponius in celebratiſsimi ſimulacri nomine conueniunt, etiam ſi de authore diſſentiant, quod euidens

dens tamen argumentum ſit Nemeſim dictam,non Dianam, quam aut Phidias aut Agora-
critus fabrefecerit.Rurſum inquis,Quid ſi eadem fuerit Nemeſis & Diana? Demus, nihilo
ſecius interim ex Agoracriti conſilio palàm fit,Dianam uocari potuiſſe,quando aliud in Ne
meſis,aliud in Dianæ uoce intelligitur,& Agoracritus iniquo populi iudicio reiectus,ultri-
cem deam, hoc eſt planè ipſam Nemeſim delegerit.Quanquam,quod ſciam,nuſquam legi,
idem harum dearum unquam numen fuiſſe creditum,ne autem meæ imperitiæ fauere uide
ar,nil morabor,& herbam tradam,ſi quis mihi idem fuiſſe Nemeſis & Dianæ numen ex claſ- *Nemeſis.*
ſicis,& aſsiduis authoribus oſtenderit,tantum abeſt, ut friuole quicquam à nobis pronun-
ciatum eſſe uideri uelim.Nec aliud hercle,niſi fallor,Cœlius in Antiquarum lectionum ope- *Diana.*
re,loco quem Camers citauit,indicat,quam à Lactantio creditum eandem Ledam eſſe & Ne
meſim, etiam ſi Auſonius eas diſparauit, porrò & alios fuiſſe, qui Adraſtiam & Nemeſim
pro eodem numine acceperint. De Diana interim nihil ille meminit. Qua de re ne pluribus
candidi lectoris iudicium morer,& ut in uniuerſum ſemel de leuiculis huiuſmodi Solinianis
lapſibus finiam,atque indicem me ſanè nec induſtriam , nec nomen noſtrum in his indican-
dis,tanquam in præclaro quodam,plenoq́ doctrinæ negocio literarum, uenditare uoluiſſe,
profecto non aliam ob cauſam ſtudioſæ literarum iuuentuti, cui tum maximè laborabam, *Cur Solini*
loca eiuſmodi ſubindicare uolui,quàm ut ſibi incauta alioqui caueret,rectius cum alijs quàm *lapſus indi-*
cum Solino ſenſura,incolumi interim nihiloſecius tanti uiri authoritate, quando idem ante *carit Vadia*
me Hermolaus Barbarus,alijq́ non pauci feciſſent. Quis uerò tam impudens, quis tam in- *nus.*
iquus eſſe uelit,ut Solino propter unum & alterum erratum,doctrinæ ſimul & iudicij orna-
menta adimenda eſſe exiſtimaret? & quemadmodum Stoici ſapientem effigiant, qui nuſquã
gentium reperitur,ita illi eum ſolum doctrinæ nomine dignentur, qui necubi errarit, aut
nunquam uel leuiter magno in opere connixerit,quando diuinum ſit, non humanum , tale
quid præſtare.Iam uerò notum eſt,quàm facile lapſus huiuſmodi carptim atque obiter anno *Obiter an-*
tantibus irrepere ſoleant,quin & durare plerumque,ſi extrema lima ſtringi opus non detur *notantes fa-*
quam certè occaſionem denegatam ſibi ipſe Solinus liminari ad Autium ſuum Epiſtola con *cile labũtur.*
queritur, quem quidẽ, ut indigniſsimum ſit,imperitiæ nota premi,ita ſanè fatendum puto,
multa ineſſe operi ſuo , quæ incuriæ ſuſpitione non carent. Qualis & ille ante alios inſignis
locus eſt,ubi Antiochum ſcribit Centaretrij in prælio occiſi equo oppreſſum , cum Plinius.
viij. libro dicat Centaretrio id contigiſſe, Antiochi equo inſidenti. &c. ſenſu ſimul &
lectione omnibus modis inuerſis & conturbatis. Præterea & ille, quod ternis non amplius
menſibus iuxta Taprobanem nauigari Plinius confirmat,Solinus manifeſto acceleratæ ſcri *Plinij lectio*
ptionis argumento quaternis menſibus id tempus finit. Eodem pertinet,quod Iaſſum Ba- *à Solino cõ-*
byloniæ urbem eſſe credidit,nec eſt (quod Camertis pace dictum uelim) ut de hoc dubi- *turbata.*
temus, cum Hermolao ita monente, tum propè confeſſa erroris occaſione ex ipſis Solini *Iaſſus.*
uerbis apparente,ut interim uetuſtiſsimi exemplaris,cuius mihi ex Sanctogallenſi Biblio-
theca nuper copia facta eſt,ſpectatæ fidei lectionem non afferam,Etenim Plinius cum capite
viij. noni libri.Babylonis meminiſſet,in qua Neptuni ſacerdotio puerum à Delphino ama-
tum, Alexander magnus propitij numinis indicium ratus,præfecit, Iaſsi urbis ita memi-
nit, ut quo in loco,quaue regione ſita foret,inibi non meminerit,quæ res quàm facile Soli-
num memoria fortaſſe lapſum,inducere potuerit,ut Babyloniæ eſſe Iaſſum crederet,candi-
dus lector non difficile intelligit, Pliniana præſertim lectione ad Solini locum illum adhi-
bita. Quandoquidem nec accerſiti ex Caria ab Alexandro pueri ulla in Plinio mentio fit,
referente id tantum ex Athenæo Hermolao, nec ſanè aliquid obſtat,quo minus Plinia-
num locum repente intuenti,haud ita procul à Babylone Iaſſus abeſſe uideri queat. Ad-
do quod & mare alicubi Babyloniæ litus alluit. Sed nemo mihi, ais, perſuaſerit, ut loci
quo Iaſſus foret,tum haud meminiſſe Solinum credam. Obſecro te,an non ſæpe iſtud
magnis uiris accidit? extra ingenij etiam aleam poſitis, ubi imperitiam aut ignorantiam
ne ſuſpicari quidem, niſi magna impudentia poſsis. Lucanus in Theſſalia Dorion ſitum *Lucanus.*
putauit, quod in Theſſalia ex Homeri & Statij authoritate Hermolaus docuit, & fuere
qui Tomon illam Ouidij exilio memorabilem in Colchidis litore ſtatuerint, quæ in
Thracio ſit. Facit hoc ſecuritas quædam doctrinæ, & exercitæ fiducia lectionis, cuius
perſuaſione, dum maiora urgemus,in opere præſertim miſcellaneo,ubi tot rerum, tot uo-
cum meminiſſe oporteat, leuiculi id genus lapſus non opinantibus obrepant, leui cul-
pæ, ſiue incuriæ magis quàm crimini tribuendi, quos certe ſicut ingenuum eſt indicaſſe,
ita non ſatis dextri mihi iudicij uidetur, quoduis diuinare malle, quàm erratum leui
culpa admiſſum fateri,de quo doctiores tamen iudicio adhibito pronunciauerint. Equi-
dem huius loci gratia, cuius à principio memini, haud ullas Tragœdias mouerim, cum-
uideamus Amyclas ſilentio perditas, quæ in Italia extitere, Solinum in Græcia quæ
ſiuiſſe. Nec unquam in eum ſcopum collimauerim, ut ueteris lectionis fidem ſubruen-
dam contra doctiſsimorum hominum exiſtimationem contenderem, quàm adeo libenter
ut inuiolatam agnoſcit Hermolaus ille Barbarus, cum quo me Hercules in reliqua Solini

Hermolai laus.

incuria paſsim taxata, pro Camertis alicubi ſententia, errare tutius fuerit, quam cum eo infe
rioribus, qui ariolatricem coniecturam ſectantes, quo certius hominem exuiſſe, hoc eſt, non
erraſſe Solinum credamus, in omnia ſeſe uertunt, uerum dicere.

5 Libro. ij. Pomponij, ubi de Danubio fit mentio, ſcripſi falſiſsime omnium de Danubij
ortu tradidiſſe Herodotum, qui Pyrenæis eum iugis fontes habere credidit. mox ſubiunxi,
in eadem ſententia Ariſtotelem fuiſſe, ex libro eius de Meteoris ſecundo apparere. Camers
hoc modo de Ariſtotele ſentire paulo inhoneſtius ratus, cum multis præfatus eſſet ſuis alicu
bi in Solinum enarrationibus, tandem ſic ait, Sæpe enim nobiles authores reperies alibi ex
propria, alibi ex aliorum ſententia locutos. &c. & paulo infra. Id, inquit, multo honeſtius
quàm Ariſtotelem hiſce in rebus ignorantiæ arguere. &c, Primum conſtat falſum retuliſſe
cum Herodotum, tum Ariſtotelē. Hic uerò ſua ne, an aliorum ſententia ita tradiderit, alij do
ceant, ego ut diuinare nolim, ita ſanè pronuntiare non auſim, cum quod authorem, quem ſe
cutus ſit, non indicat, tum maximè quod alibi, quod equidem legerim, fontium Danubij
& originis eius ne meminit quidem, ne dum ut diuerſum, & tantum ex ſua ſententia profe-
ctum tradidiſſe eum deprehendere potuerim. Abſit autem, ut propter Danubij fontes igno
ratos, ignorantiæ ſuſpicione Ariſtotelem principem philoſophum premere uelim. Careo
enim Sophiſtica ſeueritate, nec adeò infero conſequens eſſe, ut ſi quædam Ariſtoteles ignò
rauerit, ignorantiæ eum ſtatim accuſari poſſe. Nemo unus omnia nouit. Et ſunt hodie qui fu
iſſe indicent, quæ Ariſtotelem latuerint, nec Deum eum, ſed hominem fuiſſe fateantur, diui-
no tamen ingenio. C. Plinius decimo ſexto capite octaui de naturæ hiſtoria, quinquagin-
ta fermè nobiles Ariſtotelis de animalibus libros in arctum collegiſſe teſtatus, demum nō-
nulla addidiſſe ſe inquit, quæ ille ignorauerat. Ea de re, ut ueſano iudicio eos eſſe autumo,
qui Ariſtotelem alicubi non lapſum eſſe exiſtimant, ita homines mihi uidentur, qui nihil
humani alienum ab Ariſtotele fuiſſe putant. Sed hac de re meminiſſe non eſt huius inſtitu
ti. Vtrum autem impudentiæ fuerit ſentire, ut ego candide in huius loci annotatione ſenſi
an dicere falſum non eſſe quod Herodotus, quodque Ariſtoteles de Iſtri fontibus prodi-
derunt, ita credo manifeſtum eſſe, ut non pœnituerit in hanc me peccaſſe partem, ſi modò
peccat, aut inhoneſtius agit, qui locum in Ariſtotele manifeſte falſum, ſyncere commonſtrat.
Plinius certè iuſta admiratione ducitur, quod Herodoto credamus Padum neſcienti, quum
Thurijs tamen Italiæ oppido de rebus terrarum gentiumq́ꝫ ſuam hiſtoriam ſcriberet. Vt hęc
quidem fontium Danubij ignorantia non poſſit quidem illi Hiſtoriæ parenti non condo-
nari, præteriri autem quo minus annotaretur, non debuerit. Quod ad Ariſtotelem attinet,
mirari ſatis non poſſum in hac Camertem ſententia eſſe, ut Herodoti authoritati cedere
maluiſſe putet, quàm ex animi ſententia ueritati patrocinari, quando huiuſmodi diſsimula-
tionem in his etiam qui tepidius ſapiunt, nemo ſani iudicij æquo animo tulerit, nam falſum
erroneumq́ꝫ ſequi nemo ſolet alius, quàm qui ueri ſpecie decipitur. Ingenti nimirum illa &
deteſtabili animi libidine, ſi quis de induſtria, tanquam uera falſaq́ꝫ iuxta æſtimet, in ſeria re
rum hiſtoria nugacibus argumentis præuaricari pergat: Vero ſimilia uerò, & ſuis debita ſe-
culis ſi quis imitetur, citra ignominiam id fecerit. Quod igitur piaculum ſit, ſi dicam in Da-
nubij hiſtoria non aliud edoctum Ariſtotelem experientiæ penuria, cum ſuæ etatis ſcriptori-
bus ſentire maluiſſe, quàm ridicule diuinare? Nam ex ſuorum temporum conſenſu, Electri
das inſulas in ſinu Adriatico iacere putauit, quæ planè Plinio teſte, eo in ſinu nunquam fue-
rint. Præterea rem, ut erat, tradidiſſe Herodotus, & Hiſtri fontes planè acu (uelut aiunt) at-
tigiſſe uidebatur. Neque is erat Ariſtoteles, qui omnia coràm uidere atque experiri potue
rit, qui, ſi Plinio credimus, bonam hiſtoriæ partem aliorum experientia edoctus, literis
demandauit. In cætera uerò naturæ quærenda ueritate, quo ingenio, quantaque ſeuerita-
te in ueteres illos naturæ magiſtros fuerit, nouiſſe credo qui eius monimenta doctrina-
rum, uel à limine ſalutarunt. Nuſquam triumphat, ac ne ouat quidem, niſi hoſte ex ani-
mi ſententia profligato, porrò omnes uetuſtæ Græcorum ſapientiæ, ut ſic dicam, foru-
los excutit, nihil intactum relinquens, ac nominatim etiam in harenam quoſuis deducens,
exerta iugulare manu auſus, quos ipſe damnarit. Platonem præterea ob grauiſsimam illam
ſuam de Idæis diſputationem tantum non ridere libuit. Et Herodoti authoritatem
ueritati prætuliſſe Ariſtotelem putamus? Id dixerim, non parum mihi probato alio-
qui & recepto Ariſtotelis inſtituto abeſſe uideri, qui contra ueterem poſteritatis præ-
rogatiuā, ab antiquorum traditis, ceu oraculis quibuſdam nos hærere debere exiſtimant,
nephas eſſe ducentes, ſi quis in dubium uocare audeat iuuandæ gratia ueritatis, quod illi
quondam tradidiſſent. Quod ipſum ſi maioribus placuiſſet, ne Ariſtotelis quidem, qđ ſuſpi
cor, extaret nomen.

Ariſtoteles non omnia nouit.

6 Apud Pomponium lib. iij. ubi de Scythia & Hyperboreis facta mentio eſt, commodū
locos duos C. Plinij duodecimo ca. libri eius de hiſtoria naturæ quarti annotaui, in quorum
priore credo mihi cum Camerte conuenire, nihil enim eius attigit, nec ſanè iniuria, cū cōtra
conſtantem Plinianorum codicum lectionē receptiſsimi authoris exiſtimationem ab errore

tantum

tantum non Pædagogijs noto uindicare conatus fuerim,idq; nõ admodum inepte,etiamſi eruditiſſimi ſcriptores,à me non nihil,quod infra docebimus,diſſentiant. De altero tantum loco,cui euidentiorem erroris næuum ſubeſſe dixi,haud ita Camerti nobiſcũ conuenit, non quod male indicaſſe uideri debeam, & de eius confeſſa falſitate adeo in dubium uenire poſſit, ſed ea cauſa magis,quod cum Plinio ſic Vadianus agat,ut eum ita tradidiſſe ex ſua magis quàm aliorum ſententia credat,eoq; modo non admodum candide aliorum errata Plinio opprobet. Primum gaudere me fateor, quod de hoc loco paulo curioſius à Camerte noſtro annotato,tandem mihi extra Commentarium meum (quàm male ſuppetente ocio) ex animi ſententia referendi occaſio data eſt. Tunc enim cum commentarer,non uacabat, & uerebar etiam, ne toties alioqui inculcata parerga noſtra longiora frequentioraq; Gæographiæ ſtudioſis moleſtiam parerent. Igitur ut Camerti expoſtulanti reſpondeamus. Non exiſtimo in noſtris Cõmentarijs ita deprehendi,ut à Plinio Solino'ue ita creditum dixerim, ſed tantũ in hanc ſententiã utrũq; tradidiſſe. quanquã quis non uidet,ſuſpicari me minime temere potuiſſe,ita utrũq; ſenſiſſe etiam,cum neuter aliubi diuerſum prodiderit? Sed aliorũ,ais,non ſuam ſententiam ut oſtenderet,continuo ſubdit: Ibi creduntur eſſe cardines mundi, &c. Ego creduntur expono,hoc eſt, conſentanea ueterum traditione exiſtimantur,quo modo Plinij uerba doctiſſimos accipere uideo. Et Solinus: Sunt (inquit) igitur in Europa,apud quos mundi cardines eſſe credunt,id eſt,niſi fallor,exiſtimant,& pro uerò aſſerunt. Porrò creduntur Plinius dixit,non,putantur,in hoc autem uerbo ſuſpitio non receptæ ſententiæ ineſſe potuiſſet. Sicut paulo infra Solinus, Sunt,inquit,qui putant non quo cotidie ibi ſolem,&c. quod non inepte huic Pliniano quadrat,quod dicit, Non ut imperiti. Illis igitur uerbis Pliniũ exiſtimo non diuerſum ab illorum ſententia ſenſiſſe,ſed magis certa quæ proderet,nõ habuiſſe, ut non iniuria cum his interimi ſenſiſſe uideri queat. Iam quod ait: Gens felix ſi credimus,&c. & mox: Fabuloſis celebrat miraculis,&c. ad felicem cœli temperiem gentis præſertim in extimam Scythiam remotæ,tum & ad mores, illamq; longæuitatem credo retulit, idq; adeo quod ait: Nec libet dubitare de gente ea,cum tot authores prodant,& ſub cardine mundi ſitos eſſe ex ſua ſententia,tradidit,quod infra mox docebimus. Porrò quod prima illos Aſiæ parte ſtatuiſſe quoſdã ſcribit,ac rurſum alibi alios,haud dubie teſtatur, de ſitu horum,quod ad longitudinem (ita Coſmographi uocant) attinebat,fuiſſe à ueteribus dubitatum, de latitudine aũt quando magno conſenſu ſub cardine eſſe crederentur, cõſentanea tradita. Quod ſi quis ita mauult,ut aliud ſenſiſſe Plinium,aliud tradidiſſe credamus, quis non uideat quàm diſpendioſo non poſteritati ſolum,ſed etiam authoritati ſuæ ſilentio ueritatem obruendam exiſtimarit? & commiſiſſe hoc Plinium putamus, qui Græcis toties,ac neſcio an decore ſemper, leuitatem, illamque nugandi libidinem obijcit? Sed licet, ais, ex aliorum pleraque ſententia tradere, non interim quæ tua ſint, & quid ipſe ſentias referre, licet utique uerum tunc maximè quando ueriora certioraque quæ prodamus, non habemus, quod obſeruaſſe Academiam legimus. Id autem Plinius hoc ipſo loco, quem uerſamus,ita egerit,nec ne, mox uiderimus, non ea quidem gratia, ut aut noſtra defendamus in quibus confeſſum apud Plinium errorem cum Camerte agnoſcimus, aut illam recepti erroris notam Plinio in Commentarijs noſtris uſquam inuſſerimus, ſed hac potiſſimum cauſa, ut intelligatur quàm ſecure hunc locum legant,qui aliorum magis quàm ex ſua ſententia de Hyperboreis Plinium tradidiſſe autumant. Iam Hermolaus Barbarus raræ doctrinæ, & acerrimi iudicij homo ſuis in Pomponium caſtigationibus, cum ad locum illum de mundi cardinibus eſſet uentum,iudicio ſuo fateor non interpoſito (aliena enim tunc caſtigare magis,quàm ſua prodere uoluit) Plinius, inquit, contra ſentit libro quarto. Noſce Faber optime, quantum ab Hermolai ſententia abfuiſſem, ſi meis in Pomponium Commentarijs ita Plinium ſentire magis,quàm in hanc ſententiam habere dixiſſem. Proinde Hermolaum à Camerte in harenam trahi uideo,non me,hic enim ita ſentire Plinium ait,ego tantũ in hanc ſententiam habere aiebam. Porrò nõ Hermolaũ tantum,ſed & Gulielmum Budæũ trahi, inæſtimabilis doctrinæ uirum,plurimæq; lectionis,& uerendi iudicij, obq; utriuſq; linguæ ornamenta non ſuæ tantum Galliæ (ita ſentio) ſed totius etiam Europæ decus,qui libro de Aſſe & partibus primo hunc locum in primis ſcite & eleganter indicans, hallucinatum eſſe Pliniũ uideri ſibi ait,quod ſemeſtre illud lucis & tenebrarum ſpatium à ſolſtitio ad brumam,non ab æquinoctij die ad alterum æquinoctiũ fieri cõtenderit. Sed uerba eius huc attinentia citare libet,quæ in hunc fermè modum habent. Vt igitur illa omittam,quæ culpæ magis quàm crimini dari poſſunt,neminem eſſe arbitror eorum qui Plinij ſtudioſi ſunt,qui Plinio patrocinari in eo uelit,quod libro quarto de Hyperboreis dixit,&c. Idem author,tanto ſcriptori nihil non daturus, alibi, Enimuero, inquit, in ſupradictis lapſum eſſe Plinium per rerum mathematicarum ignorantiam, ut perſuadere mihi nolim, ſic nequeam ſi uelim, &c. Ac rurſus alibi, Quanquam, ait, in nonnullis alijs quoque locis, uel amanuenſium culpa,uel propria hallucinatione (ut fit in uaria ac multiplici lectione) lapſus eſt,tametſi id fidẽ excedere uidetur,uirũ uſqueadeo & ingenio acrẽ,& induſtria accuratum, apertis interdum rebus lapſum,ac ne id

Hermolai laus.

Budæi laus.

quidem modò, ſed eidem etiam antedictorum obliuionẽ obrepſiſſe, præſertim cum ad principem ſcriberet, & obſeruari præterea ſe acribus obtrectatorum oculis, captariq́; non neſciret, id quod facilè intelligimus ex librorum præfationibus, interdum amarulentis. Hucuſq; Budæus, à quo nemo credo diſſentiet, niſi cui perſuaſum eſſe poteſt, opus adeò uariũ & luculentum, è ueterum traditionibus ſine diſcrimine, nec adhibito iudicio, ut quæq; fortè ſeſe obtulerint, Plinium conſcribere uoluiſſe. Quod ipſum tantum abeſt, ut admittam in uiro præſertim lectionis tantæ, ut quamlibet inſignibus erratis oſtenſis, magno in opere Plinium aliquando dormijſſe ſi quis dicat, perpeti malim, quàm in illam ſententiam inclinare. Conniuere enim multo ſæpius ac falli propriũ eſt hominis. Nunquam autem adeò in ueterum memoriam iniquus atq; iniurius fuero, ut quę probè & erudite dicta ſcriptaq́; ſunt, ea ſtatim Plinio perinde atq; authori relinquam, quibus autem erroris culpam eximere nequeas, ea ueteribus ut obtrudam, non Plinio, tanquã raro illi bene ſenſerint, & Plinius ſua propè omnia delectu iudicioq́; habito è ueterum monimentis non tranſtulerit. Porrò ut inique illi triumphus decernitur, qui in acie non ſtetit, non pugnauit, ac ne hoſtis quidem minacem uultum ſuſtinere potuit, ita odioſa nimirum tergiuerſatione, ab hac expoſtulationis alea ſubductus Plinius, in ſolo, eoq́; undiq; incolumi doctrinæ nomine triumphauerit. cum ipſe Plinius epiſtola liminari ad Veſpaſianum fateatur, utilitatem iuuandi prætuliſſe ſe gratiæ placendi, Liuianam ambitionem acriter ſtringens, quod is alicubi gloriæ ſe quæſitæ ſtudio & ſcribendi oblectatione in opere ſuo abſoluendo perſeueraſſe faſſus eſſet. Quid autem cãdidius, quid ingenue magis dici potuit, quàm quod ipſe in hæc uerba dixit: Nec dubitamus multa eſſe quæ nos præterierint, homines enim ſumus? &c. Vt parum Plinij manibus gratificari uideantur, qui adeo hominẽ eum fuiſſe, hoc eſt errare potuiſſe diſſimulant. Præterea ubi in tertij libri præfatione in hac uerba tradidit: Authorem neminem unum ſequar, ſed ut quemque ueriſſimum in hac parte arbitrabor, &c. putas'ne Plinium ita in inſigni ſcriptorum delectu ſeriatum fuiſſe, ut iudicium nuſquam adhibuerit? Cur igitur non potius fatear, in paucis lapſum eſſe Plinium, in pluribus ac ferè omnibus doctiſſimè tradidiſſe? Equidem, ut dixi malim in hanc peccare partem, ut C. Plinium nonnulla præterijſſe dicerem, quàm in has ſalebras impingere, ut ingenij acrimonia poſthabita, à qua tamen Plinium cõmendari à doctiſſimis uideo, à lectione tantum perpetua, ab artifice ordine, à conſcribendi labore, quo tamen linguam Latinam haud parum iuuerit, Plinij conatũ cõmendabilem dicere, cætera captus & induſtriæ gloria priuare uiderer, præſertim quod multis in locis deligere eum quod affirmet & ſequatur, rurſum coarguere, & præfidente libertate taxare, præterea non raro in alterutram ſententiam pedibus ire conſtat. His accedit quod quædam apud ſe nata in medium affert, nominatim admonens ueteribus ea ceu accepta non referenda, uelut decimoſexto cap. ſecundi libri, in fine, ubi de errantium ſyderum abſidibus locutus, hæc eſt, inquit, ſuperiorũ ſtellarum ratio difficilior reliquarum, & à nullo ante nos reddita, &c. Hoc ueluti Parergon me attuliſſe ſit ſatis, ne quis me ſolum Plinio obijcere exiſtimet, quod candide obijcio, ſi quando ita in meis ſors tulerit, ut Plinij errata dicam, ac non potius in Plinio quæ legantur, errata indicem. Hoc mirari me iure poſſe candidus fortaſſè lector non inficiabitur, quòd cũ alia literatorũ cohors frequentiſſimè hæc uerba in ore, inq́; calamo habeat, Plinij locus explicatus, Plinius à calumnia defenſus, Doctiſſimè ſentit Plinius, Vbi Plinius benè, ibi nemo melius, Plinius hoc ignorauit, Illud Plinium pręterijt. Item, Aliud erratum Plinij, Miror cur illud Plinius non animaduerterit. Porrò & hæc amarulenta: Vtinam tã Græcè quã Latinè calluiſſet Plinius, Pleraq; Græca uocabula quid ſignificarent Plinius ignorauit, Ita quidem ſentit Plinius, ſed male. Id genus ſexcenta leguntur, æquo animo doctorum iudicio hactenus admiſſa. In ſolo Vadiano religio ſit, idq́; cenſente Camerte, dicere ex ſua ſententia Pliniũ dixiſſe uideri, aut locos manifeſtiſſime falſos in Plinio indicare, ſiue horum ſaltem meminiſſe, quæ iuſtiſſimis de cauſis in quæſtionẽ uenire quirent? Diuinare mihi non licet, ac ne ſi liceret quidem, hoc in loco uellem. Fateor interim neſcire me unde illud odium mei proficiſcatur. In me culpat Camers quod in alijs permittit irreprehenſum, cumq́; modeſtius alijs egerim, fit tamen ut culpæ in me nomẽ habeat, quod magnæ in alijs gloriæ tribuitur. Præceptor fuit olim Camers? fauere diſcipulo nihil committenti debebat, in errore præſertim quem indico adeo manifeſto confeſſoq́;, maximè uerò quod antea ſic Plinium aut Solinũ credere non dixiſſem, etiam ſi iam dicam argumentis paulo infra reddendis. Amicus eſt Camers? Amicitiæ fuiſſet monere ſaltem, & quo in Plinium animo forem, coram ut potuiſſet, aut literis expiſcari. Quod ſi illud moleſtum eſt, quod homo ſum Germanus ex Heluetijs, aut ſi imperitiorem me putat, quàm ut cum ueteribus agere mihi ex officio non licuerit, rem ipſam, non hominem æſtimare oporrebat, quando non ei ſolum, de cuius tamen iudicij æquitate nihil mihi non pollicebar, ſed optimis & doctiſſimis quibuſq; intra extraq́; Italiam uiris, de Scholijs noſtris ante editis nimirum copiam fecerim iudicandi: hac tantum adiecta conditione, ſi iuuentuti me, nec ſane omni, ſed paulo rudiori, hoc eſt Germanicæ laboraſſe, idq́; tumultuaria lucubratione meminiſſent. Et eram culpam faſſurus, ſicubi illi mihi citra calumniam erratum

Decipi humanum eſt.

Multa de ſuo Plinius edidit.

Camers Vadiano præmoleſtus.

ratum indicaſſent,ſuisq; confodiſſent rationibus,quod ipſum quoniam ſuis in enarrationibus non feciſſe mihi uidebatur,ea modeſtia reſpondere uolui,ut nihil mihi tribuerem, ſed, [*Vadiani modeſtia.*] planè optimi & doctiſſimi cuiuſque literarum,& Coſmographiæ profeſſoris iudicio relinquerem,æque'ne an iniquè noſtra ille inceſſerit. Sed annoſi fortaſſis æui prærogatiuam ſecutus Camers, eam uetuſtati Aſyliam ſtatuit,ex qua non modò iure ui'ue non trahi ueteres illi Scriptores,ſed ne indicari quidem ſicubi peccauiſſent,aut publici cõmodi gratia leuiter reprehendi debeant. Id ſi ita eſt,ut certè de quouis alio citius mihi quàm de Camerte perſuaſerim,uiro omnibus modis erudito,non alia quàm Budæi longè uerißima plenaqúe candoris ſententia diluere libet. [*Budæus.*] Huius de ueterum authoritate doctiſſimè differentis,lib. de Aſſe & part. primo,hæc ferè longiuſcula quidem, ſed mire tamen ad rem attinentia uerba ſunt. Ego,quod ad me attinet,non uſqueadeo ſacroſanctam Plinij authoritatem, ac ne cuiquam antiquorum debere eſſe cenſeo, ut non præſentiſſimum ueritatis numem fuiſſe ſemper apud æquos bonosq; iudices meminerimus, cuius ut ſacerdotes multi olim fuerunt,ſic Plinius ipſe antiſtes mihi fuiſſe uidetur. Non enim tantùm maioribus ipſe tribuiſſe uidetur, ut eorum quaque in parte culpam obruendam ſilentio cenſuerit poſteritati diſpẽdioſo, nedum ut cuiuſque errata quo iure, qua'ue iniuria tueri inſtiterit.In quo mihi,inquit,noſtræ memoriæ homines doctiſſimi abſurdula quadam religione obſtrinxiſſe æqualium ſuorum, & poſterorum iudicia uidentur, qui quidem eorum exemplo antiquitatis nomen nudum uenerandum eſſe numinis inſtar putant. Ego antiquós quoque illos homines fuiſſe ut nos puto, & aliqua etiam ſcripſiſſe,quæ parum intelligerent.Nec ita annoſi æui prærogatiuam ſequor, ut non in opus hoc Plinianum eximium omnino,& rerum propè omniũ ut digeſtione confertum, ſic uarietate diſtinctum,errores quoſdam irrepſiſſe affirmare præſidẽter auſim,quos nemo, quantumuis acer, modò non impudens ſit, defendendos recipere uelit. Hactenus Budæus, qui candide, ut ſolet, hominem fuiſſe Pliniũ agnoſcit,huius nomen tamen nunquam ita ſuperſtitioſe amplexurus, ut oracula eſſe putare uelit,quæ ille ex ſua etiam ſententia poſteris tradidiſſet. Sed ut euagatus longiuſcule,me tandem cohibeam, adq; ea reuertar, quæ ad inſtitutum attinent, noſtra interfuerit Plinij uerba ex xij. cap. quarti libri huc adducere,ut liquido conſtet,ſua'ne an,quod Camers mihi obtendit,aliorũ ſententia ita prodiderit. Plinij uerba hæc ſunt: Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremiq; ſyderũ ambitus, [*Plinius excuſſus.*] ſemeſtri luce, & una die ſolis auerſi,non (ut imperiti dixere) ab æquinoctio uerno in Autumnum. Semel in anno ſolſtitio oriuntur his ſoles,bruma'que ſemel occidunt,&c. Sic habet lectio frequens,agnoſcente eam Hermolao. Cæterum te compello doctiſſimè Faber, an non pro ſua ſententia ita tradidiſſe Plinius uideri debeat? qui iudicio interpoſito,& diuerſis ſententijs collatis,non ut imperiti dixere,ait,tanquam peritius ipſe tradat,quem indubium fuerit legiſſe cũ alios diuerſum ſentientes,tum ipſum Pomponiũ, cuius authoritatẽ ita alioqui [*Plinius Melam legit.*] ueneratus eſt,ut totos eius uerſus in ſuo tranſtulerit,maluiſſe autem in hanc ſententiam pronuntiare,quàm cum Pomponio,& ipſa ueritate ſentire,magna nimirũ incuria, ſi modò hæc nubes Plinium commentantem,ac non potius amanuenſes obruit, quanquam hæc uerba, non ut imperiti dixere, Plinij eſſe planè uideantur. Demus autem,ut iam citatum locum ex alio quopiam ſcriptore tranſſumpſerit, quo tandem lenocinio aut iudicij, aut doctrinæ, illam oſcitãtiam ueſties? quod Melę ſententiam adeo conſciam ueri,ut ſphæricæ rationis rudimẽta edocti negare ullo modo poſſint,auerſari uoluerit, iudiciũq; paulò acrius ſine ullo animi intentione aut labore promendum,adeo inſigniter ſeſe ingerenti ueritati nõ adhibere, qui toties antea adhibuiſſet. Hæc autem uerba, non ut imperiti dixere, doctiſſimi literarum profeſſores ita Plinio tribuunt (ne meum hoc gloſſema Camers eſſe putet) ut non dubitent diuerſam ſententiã ab eo reprehenſam. & Pomponium inter illos taxatum,qui Plinio cenſente,Sphæricæ rationis ignari fuerint. [*Vadianus Plinium iuuare conatus.*] Mihi autem,quo minus à Camerte acribus oculis captarer,non profuit, quod Plinio patrocinaturus aliam lectionem non admodum alienam indicaui,talem tamen fateor,ut ad priorem collata,torta coactaq; uideri queat,& à genuino ſenſu deflectere. Qua de re non ſim magnopere reſtiturus,ſiquis ita æſtimet, quod indicare tantum ueritatis iuuandæ occaſione,nõ etiam confirmare aut aſſerere uoluerim. Mouit me, fateor,ut ita proderem,codex impreſſus Plinij,à Ioanne Mario Norlingano,contubernali olim noſtro, doctiſſimo uiro, à quodam,qui bonis in literis in Italia promouiſſet, emptus,in [*Ioannes Marius.*] cuius margine uiri exiſtimo, non indocti manus, ut non imperiti,pro eo quod legitur,non ut imperiti, uerbis in contextu expunctis emẽdauerat.Quæ lectio arridebat,cum quod tanti uiri doctrinæ conſentanea,tum etiam quod à Mela Pomponio,quem diligẽter à Plinio obſeruatum multis argumentis conſtat,tranſſumpta uidebatur,poſtremo quod lectio nihil minus terſa & integra uideretur,modò ſolſtitij & Brumæ uocabula nõ rigide,aut propriè nimis interpretaremur,eo maxime modò quo indicaui. Quo minus autẽ hac leuis teſtimonij conjectura fidem diuerſa facit eruditorum ſententia, à qua diſſenſiſſe ut impudens fortaſſe fuerit,ita non adeò reprehenſum iri me ſperabam, quod hanc monendi occaſionem in errato, præſertim adeo inſigni non prætererim. [*Alius Plinij locus.*] Eodẽ uerò loco de Hyperboreis tradens Plinius in

hæc uer-

hæc uerba infit: Alij medios fecere eos inter utrunque ſolem Antipodum occaſum, exorientemq́; noſtrum, quod fieri nullo modo poteſt conſtare, tam uaſto mari interueniẽte, &c. Cui loco næuum ineſſe dixi, nec ſententiam mutaui, cum id non ſolum rationibus ſuaderi, ſed demonſtrari etiam ſphæricorum inſtrumentorum fide quæat. At aliorũ hæc ſententia fuit non ſua. Ita'ne? Demus igitur. Atqui ſi damus, nihil minus fatearis neceſſe eſt, ex ſua, non aliorum tantum ſententia, quod ueteres illi rectè affirmaſſent Plinium reprehendiſſe, quando dicit, quod fieri nullo modo poteſt conſtare, &c. rem ueram, aut uero certe ſimilem, falſa nec attinente ratione confutantem. Vt mirari ſatis non poſſim, quidnam Plinio hæc ſcribenti in mentem uenerit, ut non à Mela ſolum ueriſſime tradente, ſed ab illis etiam uetuſtioribus, qui inter Antipodum occaſum, & noſtrum exorientem Hyperboreos ſtatuerunt, ex diametro (quod aiunt) diſſentire uoluerit, & conſtet tamen Antipodum, utcunque ſtatuantur, modò Antipodes ſint, unum eundemq́; finitorem eſſe, non diuerſos, quod Plinio placuit, tantum mare interuenire arbitrato. Præterea demonſtrari poſſe Antipodes eſſe, ad quorum horizontem frequens longe lateq́; mortalium habitatio exiſtat, quod tamen nullo modo fieri poſſe Plinius ait. Quem profecto uellem pari cum Camerte uoto ex aliorum magis, quàm ſua ſententia tradidiſſe, ne quis antiquitatis præco deprehendere in loco poſſet, quo iure (ſic Budæus ait) quá'ue iniuria priores ſe aut tueri, aut inceſſere uoluerit. Ex his hactenus per me allatis in medium candidus puto lector, tuq́; ante alios doctiſſime Faber non difficile accipietis, quàm belle Pomponium exponenti mihi ſcopum attingere licuiſſet, ſi modò eo collimaſſem, ut ex ſua magis his de rebus, quàm aliorum ſententia Plinium tradidiſſe ſenſerim, quod ipſum tamen, etiam ſi obtrudit Camers, non feci, miratus tantum, quod multis in locis, in quibus æſtimandis exactius iudicium adhibere potuiſſet, authorum ſe fide tutari maluerit. Iam tertius locus eodem in capite, in Commentarijs meis ſilentio obrutus, huc afferendus eſt, hac ſolum cauſa, ne quæ præcedunt, quæu'e ſequuntur uerba apud Plinium parũ

Locus Plinij.

attente legiſſe me quis ſuſpicetur. Plinij uerba inibi hæc ſunt: Qui alibi quàm in ſemeſtri luce conſtituere eos, ſerere matutinis, meridie metere, occidente ſole fœtus arborum decerpere, noctibus in ſpecus condi tradiderunt, &c. Demus ut ita tradiderint aliqui, quemadmodum Plinius indicat, id tamen obiter monendum, nullis magis hanc operæ partitionẽ conuenire, quàm illis qui ſemeſtrem lucem una die habent, temporis ratione per omnia quadrãte. Nam cum ſex plus minus menſibus noctem & hyemem habeant, Sole demum in arietem regreſſo, primum ipſis ſol oritur, ad felicem cœli temperiem uerni temporis accedere tepor incipit. Matutino igitur ſemeſtris diei ortui Arietem & Taurum dabimus, meridiei Geminos & Cancrum, ueſperi & occaſu Leonem & Virginem, ita fiet, ut quod nobis ſex menſium mora perficitur, id ipſis pari temporis, ſed uno tantum diurnæ lucis ſpacio contingat. Verno tempore ſerimus nos & plantamus, Arietem & Taurum Sole permeante: In æſtate, hoc eſt, in Gemino & Cancro meante Sole, metimus, illos interim Sole altiſſime ambiẽte. In Leone & Virgine illi autumnum habent, nos tardius quidem, quippe quibus nulla nox in Libra obtingat. fœtus tamen arborum, Leonem & Virginem Sole tenente communi cum illis labore decerpimus, uuas legimus, uinum condimus, tempore pro regionum ſitu paulum uariante. Habent igitur illi in ortu Solis Ver, in meridie æſtatem, in occaſu Autumnum, reliquis ſex menſibus ſignisq́; noctem, ita tamen ut in aliquot Libræ partibus diem habeant, ſicut & in ultimis piſcium gradibus, Sole etiam ſub horizontem merſo, quomodo nos ante Solis ortum, & poſt eius occaſum, liquidum diem habemus. Ita ueri ſimile foret, ut Sole in piſcibus ad horizontem approximante, necdum orto, illi ſeſe ad uernam operam accingerent, finito uerò autumno ſuo, Sole iam occaſo, fruges nondum defecta in uniuerſum die, intra ſpecus conderent, quam operam in noctes identidem referre poſſent. Quæ fabuloſa uideri ſibi paulò ante Plinius magno eruditorum conſenſu indicat: Horum ratione à nobis perinde reddita atque Ariſtoteles de uacuo in Phyſico auſcultatu, dequ'e infinito diſſerit, cum uacuum nuſquam ſit, nec uſquam infinitum habeat locum. Quanquam (quod pro Ariſtotele dixerim) magnæ doctrinæ eſt, uel de his aptè quærere, quæ aut non ſunt, aut eſſe non poſſunt, ut aut non eſſe intelligamus, aut diſcamus qualia aut quo itidem modo forent, ſi ita caderet, ut alicubi gentium extarent. Poſtremo Camers noſter (cur enim non noſtrum

Camers Vadiano Albertum obtẽdit.

Solinus ingratus.

dicam, quo cum plus decem annis in clariſſima Viennenſi Academia adeò amice, familiariterq́;, atque inoffenſe uixi) Albertum mihi Germanũ obijcit, clauum puto truſurus clauo, eoq́; ipſo indignatus, quod paulò acerbius quàm deceret, Solinum à me tractatum eſſe iudicaſſet. Ego Solinum excuſari poſſe docui, non alio magis quàm imitationis prætextu, quam tamen poſtergata candidi officij ratione ita uſurpauit, ut non potuerit, uel ab Hermolao ingratitudinis non accuſari, Plinio ferè ad uerbum tranſcripto, & ſuppreſſa authoris, à quo fœneratus eſſet, mentione, quod ipſum an incolumi candoris nomine licuerit, ex liminari epiſtola doctoris ſui intelligere debuit, quanquàm ne hoc quidem uſpiam, quod ſciam, in Commentarijs meis approbaui. Porrò quod Simiam uocaui, doctiſſimorum exem-

Solinus Simia dicitur.

plo feci, toties illis Plinianam Simiam Solinũ nominantibus. Si uerò acerbius à me dictum

exiſtimas,

existimas,ſusq́ deq́ tulero,dum uideam leuius crimen eſſe imitationis accuſari quàm ingratitudinis,quandoquidem non raro ſeruile hoc,illud etiam ingenuũ fuerit. Quod ad Albertum attinet,fateor me grauiſſimum authorem magno æſtimare, idq́ non Germaniæ ſolum exemplo,ſed & Italiæ.Nemo tamen adeo ſtupidum eſſe me ſibi perſuadeat,ut in manifeſtis erratis ueniam ei tot iuſtam nominibus non precari malim quàm culpam deprecari.Germanus fuit? non aliud crede manes ſui (ſi modò is affectus manes habet) orant, iubent, efflagitant,quã ut Germanicè,hoc eſt candide de ſuis æſtimemus.Homo fuit,labi potuit. Nec alio conſilio lucubraſſe eum putamus,quàm ut gratia apud poſteros adiutæ,aut ſaltem indicatæ ueritatis ſtudio inita, tum demum digna Cedro locutus uideri debeat, ſi ea tradiderit quæ aut recepta ueterũ authoritas,aut ratio euidens uerisſimilis'ue tueri poſſit.De uoculis corruptis toties,& in hoc authore deprauatis nihil dico, tantumq́ abeſt,ut harũ uel acrem annotationem Camerti inuideamus,ut ſummopere etiam ſim poſteritati cõgratulaturus, ſi quando ſua opera,grandiora ſcriptorum errata iuſtis confutata rationibus,in manibus habitura ſit,cum idipſum & nos longè impares,in Põponianis Commentarijs citra calumniã paſſim præſtiterimus.Porrò ubi ita auſum eſſe Albertum conſtiterit,ut aut temere & fidentius carpſerit,quæ carpi non debebant,aut falſa eſſe contenderit,quæ uera ſunt,quantumlibet receptæ authoritati magis,quàm aut rationi aut demonſtrationi acquieſcentem,ſiue pertinaci faſtu,obturatis ad quaslibet perſuaſiones auribus,perſiſtentem,ita me in aciẽ ulciſcendę frontis accingam,ut nemini magis hoſti quàm Alberto, Germano etiam bellum indicturus ſim. Tãtum abeſt,ut me aut meorũ fauore,aut exterorum,odio ueritatis,neglecta occaſione,præuaricari uoluiſſe ſuſpicari quiſquam debeat.

Albertus.

Apud Pomponium libro primo ubi de minori,hoc eſt ea quæ propriè Africa dicitur,mentio fit,dixi Plinium neſcio quomodo connixiſſe, quod Africam quarto capite quinti libri à Tuſca fluuio orſus cum eſſet,mox tanq̃ priorum oblitus in hæc uerba ſcripſerit: Ad hunc finem Africa à fluuio Ampſaga,populos uigintiquinque habet. Quibus ſanè uerbis non à Tuſca,ſicut prius,ſed ab Ampſaga cum Pomponio quem frequẽtiſſime imitatus eſt, Africæ principium ab occaſu ſumpſiſſe uidetur. Cui ſententiæ Camers apud Solinum 40. capite refragatus, cum multa in Plinij defenſionem adduxiſſet, in hæc tandem uerba infit: Aſſcripſi hæc,ne quis exiſtimet Plinium conniuere,cum inquit: Ad hunc finem Africa,&c. Fit enim ait,plerunq́ à nobiliori denominatio. Equidem C. Pliniũ conniuere dixi, non quod adeo labi,aut falſum mihi dicere uiſus eſſet, quando & Ptolemæus & Pomponius ab Ampſaga minoris Africæ initiũ ſumunt, cum quibus Plinio optimè conueniebat: Sed ea cauſa, quod cùm Tuſca fluuio,qui ultra Ampſagam eſt in ortũ, Africã finiſſet ab occaſu,eodẽ in capite uerbis iam nunc citatis,in enumeratione populorũ à præſcripto limite,hoc eſt à Tuſca amplius terris extenſis,ad Ampſagam declinarit,uelut cum Põponio ſenſurus.Sentiant autem alij quod uelint,ego in priori ſententia perſto, nihil noſtra offendentibus quæ in mediũ Camers attulit. Dixi enim a Ptolemæo ea loca,quæ in Numidiæ parte Pomponius cenſet, in Cæſarienſi prouincia ferè, à Plinio autẽ in deſcriptione Tingitanæ numerari. Nec aliã Numidiam Ptolemæus fecit,quàm nouã cognominatam, quæ minoris Africæ ſit pars, ſtatim ab Ampſaga cœptã. Plinius autẽ à Põponio & Ptolemæo diuerſus, non ab Ampſaga, ſed à Tuſca Africam orditur, Numidia inter hunc & Ampſagã memorata, quæ ab Africa omnino alia ſit, ideoq́ proprio in capite ab eodẽ relata Plinij uerba in 3. capite quinti libri hæc ſunt: Ab Ampſaga Numidia eſt, Maſiniſſæ clara nomine, Metagonitis terra à Græcis appellata,&c. Ab Ampſaga,id eſt ſupra Ampſaga in ortum uerſus,ubi minor iã Africa Ptolemæo accipitur,& Põponio Numidia finitur,nam lib. primo hic. Ab eo, inquit, Mulucham intelligens,Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagæ, &c. Iterũ Plinius eodem capite, Tuſca,inquit, fluuius,Numidiæ finis,&c. & mox à principio quarti capitis, à Tuſca, ait,regio Zeugitana,& quæ propriè uocetur Africa eſt.Quibus uerbis facile intelligit fidus lector,quã accuratè ſuis terminis hos tractus Plinius clauſerit,quã manifeſte minorem Africam à Numidia ſeiunxerit.At uerò paulo inferius de eadem Africa locutus, Ad hunc finem Africa,inquit,à fluuio Ampſaga xxv. populos habet. Quæ uerba ſi non urgemus, nec obliquè interpretamur,Ampſaga claudunt Africam. Quid ſi,ut ego quoq́ ſemel diuinem,de induſtria conniuere Plinius uoluit? ut incertos eius oræ limites eſſe lectorem moneret,interim Tuſcam Ampſagam nominans. Video enim in alio nimirum inſignius diſſentire Plinium & Pomponium,tãquam planè ignoratis limitibus,aut huic,aut illi culpa non poſſit non irrogari.Nam ultra Ampſagam,Sittianorum Cirtam in ortum Solis Plinius ſtatuit, Pomponius citra occaſum uerſus,quanquam uideo Plinio cum Ptolemæo conuenire. Quod ſi qui ſunt,quibus uerisſimile eſſe poteſt,à nobiliori factam eſſe denominationem,ut hoc modo & Numidiæ populi ſub Africæ nomine cenſeri potuerint,nihil refragor,nec mea ſanè interfuerit,quam quis ſententiam ſequatur,modò meæ non iniquus nimium eſſe pergat. Natiuum enim lectionis & ſponte ſeſe offerentem ſenſum,illæſa Plinij authoritate ſecutus ſum,tutius fortaſſe,nec temere,qua de re uelim interim candidus lector cognoſcat.

Plinius à Pomponio diuerſus.

8 Apud Pomponium libro primo, ubi de Mauritania, ſcripſi ſpatium freti à Bellone Hiſpaniæ oppido ad Tingi Mauritaniæ Plinium xxx. milibus paſſuum menſum: eoq́ꝫ modo in Solino legendum, in quo auctior extaret numerus: Camers indicauit à Solini ſententia Capellam eſſe, ideoq́ꝫ Solini lectionem emendatiorem quàm Plinij uideri. Primùm Plinij uerba caſte atq́ꝫ emēdate legi, cum commentarer, mihi perſuadebam, cum quod Barbarus ea recepiſſet, tum etiam quod pleriq́ꝫ docti uiri in hūc modum citaſſent. Quod ſi cuiquam cum Camerte ſuſpectus eſt Plinij locus, nihil refragor, præſertim quod notas numerorum in Plinio fluxæ fidei eſſe magni authores produnt. Spero interim mihi, qui Plinij lectionem uereri uolui, gratiam à ſtudioſis habitum iri, quod locum fideliter indicarim. Verba autē noſtra in Scholijs recognitis emolliui paululum, ne cui duriora uiderentur, idq́ꝫ iure quodam meo feci, qui ſecundam æditionem adeo conſtanter fuerim pollicitus, nec tertiam etiam aut quartam retractem, modò uitam mihi longiorem fata uelint, ne quis obiter arrogantiæ tribuat in noſtris, quod diligentiæ debebatur, aut peruicaciæ accuſet, quem tam facilè meliora certioráue tradentibus ceſſurum intelligit.

Numerorū characteres fluxæ apud Pliniū fidei.

Locus Plinij.

Vt autem fatear Iulium Solinum ipſumq́ꝫ Capellam, qui non pauca ad uerbum ex Plinio transſcripſerunt, uiam mihi Plinianæ lectionis indicaſſe, locum Plinij ex cap 12. libri quarti de Iſtri ortu huc adducam, quæ in hæc uerba habet: Ortus hic in Germaniæ iugis, montis Arnobæ ex aduerſo Taurici Galliæ oppidi, &c. Quem ex unius Solini lectione in Scholijs noſtris alicubi emendari poſſe rebar. Quādoquidem Rauricos Solinus, non Tauricos nominauit, ut ueterum quoq́ꝫ exemplarium fides teſtatur, à cuius lectione & Marcellinus eſt, quem ſolum tum citabam, Rauricos tantū mutata litera uocans, quemadmodū & Cæſar R. litera incolumi. Proximis diebus cum obſeruaſſem Camertem noſtrum Taurici uocabulum in Solino, Plinio, & Ptolemæo præfidenter defendere, ueritus ne in celeri, ut fit, ſcriptione lapſus eſſem, Hermolaum conſulo, idq́ꝫ eum ante egiſſe reperio, quod tum ſolus agere mihi uidebar. Sed Hermolai uerba citare libet, quæ ſuper 17. capite quarti libri Plinij ſic habent: Ptolemæus quidem Raurici & Raurica. item ſupra Plinius hoc libro, Ex aduerſo, inquit, Raurici Galliæ oppidi, &c. Cæſar tamen Rauracum uocauit, & municipes eius Rauracos, itemq́ꝫ Amianus Antoninusq́ꝫ. hactenus Hermolaus, cuius equidē loci cum illa ſcriberem, non uacabat meminiſſe, tantum monebat C. Solinus. Quapropter coniecturæ Camertis de Plinij numeris ob conſentaneum præſertim Capellæ locum, minime refragandum duximus.

Camers ab Hermolao diſſentit.

9 Apud Pomponium libro primo in Africæ minoris deſcriptione, dixi Solinum in enumeratione trium promontoriorū, Candidi, Apollinis & Mercurij, à Plinio, atq́ꝫ Pomponio diuerſum, Candidum orientale putaſſe uideri. Quod Plinius & Mela primùm in eo litore ab occaſu ſtatuerunt. Camers negat ſe uidere quomodo aut Plinio aut Melæ contrarius ſit Solinus, etiam ſi alio quàm illi ordine iam dicta promontoria cenſuit. Ego ſanè non pronuntiaui, ſed modeſtius, ita mihi uideri dixi: Primo, quod hic in Libyci litoris enumerandis locis cum Plinio cumq́ꝫ Pomponio ab occaſu ortum uerſus progreſſus eſt, eaq́ꝫ in re cum conſtantem alioqui ordinem cum illis ſeruauerit, quis non uideat incuriæ tribuendum, quod in enumerandis promontorijs diuerſum ab utroque ſeruauit ordinem, cum utrunq́ꝫ tamē ad manum haberet, & ſequi rectè potuiſſet? Iam illud in Solino nouum non eſt, Plinianam lectionem inuertere aliterq́ꝫ putare, ac ille tradidiſſet, id quod ante allatis in medium exemplis docuimus. Ne quis frontem periſſe de rebus clamet, quod hoc in loco non ordine tantùm uocabulorum, ſed re ipſa ſenſuq́ꝫ alio, diuerſum à Plinio ſuo & Mela noſtro credamus, ſuſtinētes interim ut libere quiſque quod uelit ſentiat, tantùm moleſtum non ſit hoc in locò argumenta, quæ me ſibi deuinxerunt, prodidiſſe. Poſt Mauritaniam primam ab occaſu Africæ prouinciam, mox Numidiam redditam, eo ordine quo Plinius, illam quæ propriè Africa eſt deſcribere, locis dignis memoratu enarratis Solinus cœpit. Vbi illud obſeruandum, prius eum Numidiæ proxima, mox Cyrenaicam uerſus, in Aegyptum expanſum litus legiſſe, ac primū quidem. Omnis, inquit, Africa à Zeugitano pede incipit, promontorio Apollinis Sardiniæ controuerſa, &c. At Plinius capite quarto quinti libri ſic. A Tuſca Zeugitana regio, & quę propriè uocetur Africa eſt: Tria promontoria, Candidum, mox Apollinis aduerſum Sardiniæ, Mercurij aduerſum Siciliæ in altum procurrentia, &c. Vides Plinium cum Pomponio primum Cādidum ſtatuere? cum dicat: Mox Apollinis, &c. ut hoc ſecūdum ſit, tertium uerò extimúmque in ortum Mercurij, id quod ex Plinij uerbis quæ ſequuntur, euidentiſſimè deprehenditur: Subdit uerò Solinus promontorio Mercurij procedens in frontem ſicanam. Proinde extenta in duas prominentias, quarum altera Candidum dicitur, altera quæ eſt in Cyrenaica regione Phycuntem uocant, &c. Quorum uerborum nimirum natiuus hic apertusq́ꝫ ſenſus eſt, quod Africa (hoc autem nomine & Cyrenaicam ambit) poſt Mercurij ꝓmontorium extēta, duas prominētias habet, alteram citeriorem in Cādido, ulteriorem Catabathmon uerſus in Phycunte, eo in loco Candidum prominere opinatus, ubi cæteris Mercurij eſt. Negas? Age probemus. Claud. Ptolemæus libro Coſmographiæ quarto in deſcriptione parallelorum latitudinis demonſtrat Africum litus noſtri maris nuſquam latius contra

Error Solini conuincitur.

Europam

Europam extendi & prominere, ꝙ in Mercurij promontorio , quod ipſe ſicut Strabo Her-
meã uocatá Mercurio,qui Græcis ἑρμῆς dicitur : ſicut illud quod Plinius & Mela Candidum
dixere,ipſe Hippi promontorium uocat,á quo Hipponenſi ſinui nomẽ eſt Plinio,ſecundo
autem loco Phycuntem prominere maximè, ut hæc duo promontoria doctiſſimis quibuſ-
que non poſſint cum Solino inter memoratas Africæ prominentias non cenſeri. A Mercu-
rij enim promontorio ſenſim ſeſe littora in Syrtes retrahunt,quæ á Philenorũ aris,& prin
cipio Cyrenaicæ mox reflexa,in Borion & Phycuntem abeunt,inibi rurſum maximè promi
nentia, & in Creticum expanſa mare, cætera ferè uſqꝫ in Aegyptum plana, id quod præter
Plinij & Melæ traditionem,ex ſecundæ & tertiæ tabulæ Africæ pictura deprehenditur, mi-
nimè uana illa nec oblectationis tantùm gratia inuenta , ſed Ptolemæi traditione in longi-
tudine & latitudine locorum obſeruata,congrua. Ex Solini autem lectione dubium eſſe ne-
quit, quin poſt Apollinis & Mercurij promontorium ipſe alteram prominentiarum cen-
ſere uoluerit, modò uerum & ſponte ſeſe offerentem ſenſum non urgeamus. Vt apud me
dubium non ſit eo loci Iulium Solinum Candidum ſtatuiſſe , ubi Plinius, Mela, Strabo, &
Ptolemæus Mercurij promontorium ſtatuere, ubi Clypea illa eſt, Aſpis antè Siculis dicta,
cuius Solinus in tranſcurſu meminit. Quod ſi quis uocabulum, proinde, apud Solinum
non accipit pro eo quod eſt,deinde,uel ſequente loco, ſed pro ideoqꝫ ſiue propterea(hoc enĩ
lenocinio eludere aliquis poſſet)ut á Candido tanꝙ primo horum, non poſtremo promon-
torio alteram prominentiã indicare uoluerit, maiori errato Solinũ implicat, cum uel Apol-
linis promontorium altius emineat ꝙ Candidum , littore illo á Numidia ſenſim ſe, omniũ
teſtimonio , in altum faſtigiante. Ex his igitur paucis,quæ leuiculo in negotio fuſius Her-
cle ꝙ uolebam, afferre coactus ſum, exiſtimo candidum lectorem uidere poſſe, ꝙ non arro-
ganter natiuam lectionem ſecutus Solino incuriam obijcere potuiſſem, qui cõſueta mode- *Vadiani mo-*
ſtia tamen malui dicere, ita mihi uideri, ꝙ ita eſſe pronuntiare. Vt interim non dicam *deſtia.*
quanta facilitate totum illud Solini de Africa principium tranſmiſerim inexcuſſum,in quo
non ſolum perplexè pleraqꝫ tradidit uſque ad Syrtium explicationem, uerumetiam Cyre-
naicam ab Africa contra ſui Plinij diligentiam non ſeiunxit. In qua quidẽ re parua culpa fu-
iſſet, niſi ſibi demum hoc ipſum placuiſſet, ut inter duas Syrtes Cyrenaicam ſtatueret, á ſuo
Plinio,nec eo ſolum,ſed á Ploleme̜o, Strabone,& Pomponio,ut hos interim ſolos nominẽ
diuerſus. Quod Camers ſi non uidit,non admodum intendit animum : ſi uidit,diſſimulare
uoluit, candidi interpretis officium eſſe ratus,authori quem exponendum ſuſcepit,priuati
honoris gratia parcere.

In Pomponij libro primo, ubi de Oea Africæ oppido, dixi Tripolim Africanam á trium 10
urbium numero dictam Solino , Oeæ uidelicet Taphræ, & Leptis magnæ , mox ſubiunxi
quoſdam Abrotanum in his numeraſſe, ſed falsò, Camers mihi non lectionem ſolum,ſed &
iudicium & authoritatẽ Hermolai obijcit, qui ſuper capite 4. quinti libri Plinij,in hæc uer-
ba Solinum citat. Achei Tripolim ſua lingua ſignant de trium urbiũ numero, Taphre, Ab-
rotani, Leptis magnæ,&c. Quo loco non admonet Hermolaus,nec cenſet adeo ita legendũ
ſed tantum Solini locum in hæc uerba citat : ne quis ex Camertis traditione Hermolaum
ita legendum contendiſſe, aut monuiſſe arbitretur. Porrò uetuſti codices Soliniani,& ſimul
recens æditi libri Oeam retinent, Abrotani nulla mentione facta. Hoc modo codex, quem
uenerandæ uetuſtatis nuper ex Bibliotheca Sanctogallenſi impetraui, qui titulo indicante
ex archetypo Solini recognito tranſſcriptus uidetur, Oeam habet. Quanꝙ ſint uolumina
quæ pro Taphræ Sabatræ nomen præferunt,uidere tamen mihi non contigit, qui pro Oea
Abrotanum habuerint. Equidem uideo non dubitaſſe Hermolaũ de Abrotano, nihilomi-
nus autem de Oea contendentibus reliquiſſe locum, quando nullam lectionis rationẽ ſtu-
dioſis hac nuda citatione præſcripſit, & aliud ſit ita legete, aliud ita legendum pronunciare
ſeu contendere. Præterea cum uiderem Pomponij lectionem Abrotani uocabulo,quod in
tripoli cenſeretur,non parum patrocinari,malui tamen cõmuni exemplarium fide periclita
ri, ꝙ Pomponianæ lectionis occaſione , Oea expuncta Abrotanũ ſubſtituere, præſertim ꝗd
obſeruaſſem á Ptolemæo proximam Taphris,ſiue ut ipſe nominat, Taphruræ Oeam loca-
ri. Vtcunque id me egiſſe puto,ut temere me apud Solinum Oeam pro Abrotano ſubſti-
tuiſſe calumniari nemo quæat. Abſit autem ut Hermolaum falsò Abrotanum adnumeraſſe
Tripoli unꝙ dicam,cuius lectionis cum cõmentarer, Hercle non ſuccurrebat. Illos notare li-
bebat, qui Hermolaum fortaſſe ſecuti Abrotani meminere , qui tum mihi minimè rectè id
facere uidebantur, nulla aut ueterum authoritate,& ratione quæ id ſuaderet, in medium al-
lata, refragante denicꝫ ut dixi, exemplariũ fide. Porrò illud, falsò, quod Camerti adeo ſtoma
chum mouit, cõfeſtim expunxi, ne quod in celeri cõmentatione obiter iuſtiſſimis cauſis mo
tus aſſeruiſſem , Liuiduli cenſores ſiniſtram in partem interpretati, Hermolai me authori-
tati, quam ubique in Scholijs meis tantum non adoraui, obtexiſſe ſuſpicari poſſent. Iam
autem meo quodam iure mihi licuit, qui ſecundam æditionem adeo candidè pollicitus fue-
rim , haud neſcius ineſſe meis quæ aut mutanda, aut de medio tollenda poſterior dili-

gentia iudicaret. Quanquam quod ad Oeam attinet, hodieq; in priori ſententia maneam,
donec futurus ſit, qui nõ Oeam, ſed Abrotanum legendum, apicum ſaltem literarum, quæ
in Solini ueteribus libris extent, argumento comprobet. Porrò quæ affinitas Oeæ ſit cum
Abrotano, ſi forte à librarijs uitiatam lectionem hac occaſione corruptam ſuſpiceris, non ui
deo. Profecto Abrotani nulla ueſtigia ſuperant in impreſsis ſcriptiſq;, quod uiderim, codi-
cibus. Silius autem libro tertio Oeæ commeminit, & Lepti connumerat. Et inter Tripolis
oppida Iſidorus libro decimoquarto cenſet, quanquam huius authoritate parum niterer,
niſi à Camerte adductam uidiſſem, qui ſecunda editione noſtra non expectata, tutius inte-
rim arbitratur errare cum Hermolao, quàm cum eo inferioribus uerum dicere. Acri certè
nec ineleganti iocatus ironia: quando minime aut tutum ſit aut decorum errare. Ego uerò
extra iocum, quod candidè dixerim, cum Camerte bene ſentire malo, quàm errare cum Her
molao, ſicubi erraſſe Hermolaum, quem & ipſum hominem fuiſſe ſcimus, conſtiterit. Quan
quam non poſſim illud non ſatis admirari, quomodo acciderit, ut huius conſilij ſui tenore

Camers ab Hermolao diſſentit.

conſtanter non ſeruato in Raurici Galliæ oppidi uocabulo, quod apud Plinium de Danu-
bij ortu, & apud Ptolemæum Hermolaus agnoſcit, Camers ſuo Marte uerum dicere malue
rit, quàm cum Hermolao ac propè omnibus quos legerim errare: ipſum etiã Solinum Tauricos
uocaſſe contra ueterũ exemplarium fidẽ arbitratus. Præterea tot inſignibus locis magno iu
dicio, & ſingulari ingenij acrimonia ab Hermolao illo adnotatis, & obelo confoſſis: quod-
uis excogitare & prætexere malle, ne erraſſe Solinũ credas, quàm cum Hermolao tutius erra-
re. Rurſus ægerrimè ferre quòd Seruiũ taxauerit in ſeptenario Aeoliarũ numero, tanti uiri do-
ctrina ad Seruianã umbrã uix collata. Itẽ in Hermolai de Oaxe traditione poſt Politianũ eti
am edita, nõ quieſcere magis, quàm tutius cũ Hermolao errare. Poſtremo etiã cũ in Iaſſi ſitu lap
ſum eſſe Solinum conſtanter & omnium eruditorum hactenus conſenſu pronunciarit Her-
molaus, Camers tanti uiri authoritate poſthabita, Babyloniæ uoculã ut ſubditítiã et adul-
terinam ſuſpicari maluit: illud addens, Plinium Babyloniæ in illa pueri hiſtoria non memi
niſſe, quo tamen in loco tutius multò mea quidem ſentẽtia cum Hermolao errare potuiſſet,
quàm ſuo indulgere iudicio. Eo tantum loco quo mei puto taxandi captata occaſio eſt, er-
rare cum Hermolao tutius duxit, quàm cum eo inferioribus uerum dicere, cenſurã ſecutus,
quæ nuſquam extat, cum tantum ita legat Hermolaus, non etiam ita legendum cenſeat.
Quod ipſum tantum abeſt ut culpem, ut gratiam etiam Camerti habeam, quod ſponte cur
rentem illo urgere calcari uoluit, ne in alijs iuxta obſeruandis, ſi paulo negligẽtior futurus
ſim, acribus me obtrectatorum oculis errare poſſe ſperarem.

11 Apud Pomponium libro primo, ubi de Cyrenaica Solini ſententiam de condita Cyre
ne, cum ab Euſebij traditione omnibus modis diuerſam obſeruaſſem, adnotare placuit: ne
que id alio modo quàm quod ei cum Euſebio non conuenire lectorem monerem. Hic em
quanquam diuerſa de Cyrenes origine pro uariorum puto authorum ſentẽtia tradat, nuſ-
quam tamen ſibi cum Solino conuenit. Et in proximo quidem ſupputationum confinio
Euſebius quadrageſimam Olympiadem eamq; ſolam compleſſe ætate ſua Ancum, nec am-
plius tradit. Quando & Halicarnaſſeus Dionyſius, quem Camers citat, anno ſecundo qua-
drageſimæprimæ Olympiados obijſſe Ancum ſcribat, ut dubium non ſit, quartum an-
num quadrageſimæprimæ Olympiados Ancum Martium non uidiſſe. At Solinus, quinta
& quadrageſima Olympiade Ancum res Romanas tenuiſſe ait. Obſecro te docte Faber, di
ligentis'ne, an curioſi magis uideri debeat iſthæc annotaſſe. Porrò quòd Euſeb. à ſe diſſentit, ni
hil ad me, hoc tantũ mihi detur, quod omnib. modis à Solino diſſentit, cum in tempore con
ditæ Cyrenes, tum etiã annis Anci Martij. Sed Camers propter curioſos, inquit, aduerten-
dũ fieri potuiſſe, ut Anco Martio res Romanas tenente Cyrenæ cœptæ fuerint ædificari, li-
cet poſt huius regis obitũ finem acceperint. Ego an ita factum ſit, neſcio, nec diuinare mihi
tum licebat, nec quicquam Camers probat, ſed ita fieri potuiſſe indicat, æque atq; ego ſum an

Nota.

ita ceciderit dubius. Quod ſi ueterum ſcriptorũ per incuriã aut celerẽ ſcriptionem admiſſos
lapſus his coniecturarum lenocinijs obumbrare, eoq; modo authoritatem uindicare licet,
nullum adeo grande crudum'ue in aliquo authore ulcus erroris fuerit, quod nõ illico (quã-
quam haud magna lectorum fruge) id genus Medico ſplenio ſi non curari, obduci tamen
& foueri poſsit. At uero Plinianæ ualetudinis Aeſculapius ille Hermolaus Barbarus, ma-

Hermolai laus.

gna eruditione & accerrimo uir iudicio, quiq; exemplum eſſe alijs non leui præiudicio me
retur, cum anxie plerunq; medeatur, & ad temperandum pharmacum nullas non pyxides
excutiat, omnia accuratiſsime collibrando, illo tamen malagmate rariſsime quidem uti con
ſueuit, coniecturam leuiuſculam nõ admittens, niſi morbo ex corruptiſsima lectione ita in
crudeſcente, ut aliorũ etiã conſilijs ad medelam excogitandam admiſsis ipſe de ſalute polli
ceri non audeat. Proinde ubi ſanum lectionis corpus (ut ſic dicam) fuerit, & genuina paſ-
ſim uitia prominent, quæ à genitura indita altius iecere radices, quàm ut curam facilem re-
cipiant, indecora fateri maulult quàm ulla Calcythe, ut eximantur inurere, ſiue mox malag-
mate fouere inſalubri, quando multa ſunt id genus errata, quæ morbũ exprimãt, nõ ægri-
tudinem,

tudinem, quæ curari poſſit, nec infeſtent malicia, ſed ſpecie tantum, & ſitu dehoneſtent. Ca-
mers autem ut Solino ſuo more patrocinetur, & curioſitatis notet diuerſa ſentientes, ex Cin
cij traditione & annis regnorum, Romuli, Numæ, Tulli, Anci Martij ſupputatione facta,
Ancum Martiũ Olympiade quadrageſimaſexta mori potuiſſe colligit. Quod ſi permit-
tatur, dubium non fuerit, Ancũ Martiũ Olympiade.xlv.res Romanas tenuiſſe, id quod Soli
nus tradit. Ego uerò calculo, ne quid temere committerem, repetito, reperio ex Cincij tradi-
tione, & illis quatuor regum annis in trigeſimam nonam Olympiadem duraſſe Ancum, nec
multò amplius: præterea magis à Solino diſſentire Cincium ꝙ Euſebium deprehendo, Ca-
mertis coniectura non conſiſtente. Quandoquidẽ anni.cxxxvi. Olympiades.xxvij. efficiunt,
uno die reliquo: quibus ſi duodecim Olympiades addis, una ſumma xxxix. efficies, die uno
reſiduo. In ſupputandis enim temporibus Olympiadi annos quinque tribuimus, id quod
notius eſt ꝙ ut multis hoc loco explicari debeat, quanquam Camers quatuor tantum an-
nos Olympiadi reliquit: quippe qui annis.cxxxvi. Olympiadas trigintaquatuor conflauerit
quod ſi permitteremus, quatuor agones Gymnici, qui ſpatium uiginti annorum amplectũ-
tur, ſedecim non amplius annos haberent, quatuor annis peſſum elabentibus: quod ipſum
quantũ annorũ diſpendium in longa Olympiadũ ſupputatione pareret, nemo non nouerit
pereuntibus nimirũ ipſis Agonũ annis, hoc eſt Olympiadũ certaminibus, quæ Camers u-
nà cũ ſuis annis in calculo ſuo præterijt. Agon eñ Gymnicus annũ habet nimirũ quo pera-
gitur, iſq; Olympiadis initiũ facit, mox ſecundũ numeramus, dein tertiũ, poſtremo quartũ:
ut gratia exempli, Olympiadis primæ anno ſecundo, Olympiadis primæ anno tertio, quar-
toq;, id eſt ultimo, &c. Ineunte eñ Olympiade, id eſt anno certaminis prioris Olympiadẽ fini
tã eſſe intelligimus. Vbi aũt ſeorſum Olympiadẽ ponimus, ipſum agonis Gymnici annũ in
dicamus, qui nõ à numero primus, ſed ab Agone Olympiadis tantũ uocabulo cẽſetur quan
quã cõſtet inter Olympiadẽ & Olympiadẽ quatuor nõ amplius annos interuenire, quos ſi
ſolos ſupputando colligis, nõ Olympiadas, ſed Olympiadũ interualla numeraſti, ipſis Ago-
nũ annis effluentibus. Porrò & Grammatici Olympiada dicunt id Græcis ſpaciũ eſſe, quod
Latini Luſtrum uocent, quinque annis comprehenſum. Proinde Pauſanias tradit Hercu-
lem Olympiadem inſtituiſſe quinquennij ſpatio ob quatuor fratres ſuos, Pœoneum, Epi-
menidem, Iaſium, & Idam: quibus ipſe connumeratus quinarium compleſſet numerũ. Hoc
Camertem neſcijſse credam? minime. Quid igitur? Dum in Solino ab incuria uindicando,
et me capiendo, ne dicam carpendo, paulò curioſius occupatur, tantilla incuria labitur, quod
humanum cum ſit, condonari debet. Hoc miror Camertẽ in ſupputato annorum cõditæ Ro
mæ numero fateri uoluiſſe, firmiorem Dionyſij ſupputationẽ eſſe ꝙ Solini: hoc uerò, cuius
iam memini loco, donare mihi noluiſſe, quod pari candore, nec minus uerè ꝙ candide Soli-
num ab Euſebij traditione diſſentire affirmaui, idq; ea modeſtia, ut dicerem, non quidem er-
raſſe Solinum, ſed apud alterutrum in ſupputando erratum eſſe ſuſpicari me oſtenderem:
cum tamen Euſebij loco quem citaui, Cinciana ſupputatio ſuffragetur: nemine, quod equi-
dem ſciam, Solinianam aſſertionem iuuante.

Quomõ Olympiades ſupputandæ.

Olympias.

Camers labitur.

In Pomponij libro tertio, ubi de India paulò fuſius ob fideliter inſtituendam iuuentu-
tem de umbris diſſerui, quod eam rem à Grammaticis paſſim commentantibus, rarius pro 12
fide, proque rei dignitate & utilitate traditam obſeruaſſem. Interq; alia, quoniam ita incidiſ-
ſet, Lucani loci memini ex libro tertio, eúmque obiter in tranſcurſu ſum interpretatus. Non
Hercle ea gratia quod nodum ineſſe loco arbitrarer: quis enim rudimentorum Sphæricæ ra
tionis peritus, hoc eſt tantum non Aſtronomiæ principiorum ignarus, inibi nodum tanq̃
in ſcirpo quærat? Sed magis ne quis occultiorem quandam doctrinam ineſſe ei ſuſpicaretur
adeo facilè capiendo, ſi paulò accuratior interpretatio adhibeatur. Tantum aberat, ut gloria
ri mihi libuerit nodum me, quem non offenderim, ſuſtuliſſe. Porrò ſicco pede prçteritum ab
expoſitoribus dixi, non quod ſiluiſſe adeo, aut falſa tradidiſſe putauerim, ſed magis quod
ieiunè, nec ſatis explicatè quædam adduxerint. Id quod adeo mecum Camers fateri uo-
luit, ut occultiorem etiam doctrinam rimatus, multis eum locum ex Macrobio, Cleomede,
Ariſtotele, & Seruio magnis authoribus, quibus cum belle mihi conuenit, enodare uolue-
rit, additis quæ me non præterierant, ipſe tantum præterij. Iam quod Lucanus ſiniſtrarum
meminiſſet, quis neget attinuiſſe? ut uterque paulò fuſius, cur ſiniſtras umbras Lucanus no-
minarit, quóue modo, aut cuius poſitionis reſpectu ſiniſtræ dicerentur, diſſeruiſſent: aut ſal-
tem alteruter id lectori explicuiſſet, quod ſiniſtræ forent quæ in meridiem cadunt, dextrę
quæ in Septentrionem: quod tamen uterque præterijt. An non igitur ieiunè interpreta-
tos dicam, qui in umbrarum ratione indicanda, ne hoc quidem attigiſſent, ſine quo reli-
qua ſciri non poſſent? Sulpitius Solinum citans, Vmbræ (inquit) quæ nobis ad Occiden-
tem conuerſis dextræ ſunt, illis ſiniſtræ, mox Iani de ſacro Buſto uerba in medium affert, qui
bus hoc tamen non agebat Ianus, ut dextri & ſiniſtri rationem redderet, qui indicare tan-
tum uoluit ex authoritate Lucani, inter æquatorem & tropicum habitantes, quorum in
numero bona Arabum pars foret, duplex umbræ meridianæ genus habere. Porrò neque

hoc dictum, ad cuius umbræ proiectum iſthæc dextri & ſiniſtri ratio potiſsimè referenda, Orientis ne ſolis, an Occidentis. Atqui cõſtat pleroſq; ex nobis, qui ad Arctum habitamus paulò grandiori latitudine, cum in Cancro ſol eſt, umbram habere ad meridiem, hoc eſt in ſiniſtrum inclinantem, ſicut & Arabes, ſole ſcilicet oriente aut occidente, quod cum demonſtrari poſſit, multis probandum non eſt. Ad ſolam igitur meridiei umbram Poëtam reſpexiſſe docere debebant: quam aut in meridiem aut Septentrionem uergere, ſi catheto non incidit, neceſſe eſt: cum interim Orientis & Occidentis umbra non rarò ita incidat, ut nec dextra ſit nec ſiniſtra, quando ſuper illorum uertices ſiue Zenith ſol meat: &, ut dixi, ad Septentrionem etiam remotis, non ſolum Arabibus ſiniſtra eſſe poſſit. Quæ nouiſſe interim mirè referebat ad Lucani uerſiculum doctè explicandum. Camers priorem Sulpitij expoſitionem tum ueram eſſe, tum Poëtæ ſenſui plurimùm conſonam ait, quod ſi permitto, hoc conſequens non eſt, ut Poëtæ ſenſum accurate explicet, ut ne dicam interim, quàm lubrica ſit

Omnibonus.

Soliniana lectio, quod mox docebo. Omnibonum audiamus, qui ſic inquit. Nam his qui habitant in Oriente, cum ſol ad Occaſum tendit, umbra ſiniſtrorſum uergitur: ſed habitantibus in Occidente, ſicut nos, cum ſol tendit ad Occaſum, umbra dextrorſum uergitur ſicut apud Indos, ubi dicitur Maleum montem ſex menſibus in Auſtrum, id eſt, in dextram partem uergere umbram, & totidem menſibus in Septentrionem, &c. Vides lector optime qua moderatione animi dixerim, ſicco pede hunc Lucani locum ab interpretibus præteritum: cum dicere potuiſſem non ſicco tantum, ſed luxo etiam & uaro preſſum. Vmbram hic Auſtrinam dextram uocat, Borealem ſiniſtram, contra Lucani ſententiam, præterea Orientem & Occidentem ita inculcat, tanquam Occidente Arabes, nos Oriente careamus, quaſi uerò referat in Occaſum ne an in ortum abeas, umbram mutaturus: cum latitudo, hoc eſt abſceſſus à Tropicis in alterutrum latus hoc umbrarum genus, dextri ſcilicet & ſiniſtri uariet, non autem Oriens aut Occidens, quorum utrumque Arabes cernunt. Nam qui extra Tropicos, habent alterum umbræ genus: qui intra Tropicos, utrumque uident. Præterea Arabes, inquit, populi ſunt Orientis: qui quia habitant in Oriente, ideo admirati ſunt cum ueniſſent in Occidentem. &c. Fateor Arabiam non paulò magis Orientalem eſſe quàm minor Aſia aut Theſſalia ſit, in quam Arabes ueniſſe Lucanus ſcribit. Conſtat tamen hos alterum umbræ genus habere non potuiſſe, non ea cauſa quod in Occaſum, ſed quod in Septentrionem abijſſent. Neque noſtris in locis tantum qui in occaſum uergunt, ſed apud Syros, Medos, Bactros, quique magis in Orientem prominent Indos. Idem Arabibus uſu uenire poterat: cum bona etiam Arabiæ pars noſtram tantum, hoc eſt dextram umbram habeat. Adeo nihil ad hanc umbræ dextræ ſiniſtræ ue rationem reſpectus orientis aut occidẽtis facit. Porrò ſi quis intra Cancri tropicum maneat, & ex Arabia in Athlanticum, in extimos Aethiopas, qui ab occaſus latere Heſperij dicti ſunt, abeat, nihil ille umbræ rationem mutauerit. Nimirũ qđ longitudinis uariatio nihil attineat: ſed ſola, ut diximus, latitudinis. Quid igitur oportebat occidentem inculcare, ubi Septentrionis rectius memineris. Sed de his olim fortaſſe nobis ſeorſum diſſerendi occaſio dabitur: tantum ita ſors ferat, ut ociari à profeſſionis moleſtia, & tantiſper ad literas reuerti occupatiſsimo mihi liceat. De Solino uideamus, cuius de umbris locum doctè à Camerte explicatũ lubricæ fidei ſuſpicatus ſum, & dubium eſſe dixi quod ille tradidit, non etiam incuriæ notaui. Vmbræ autem quæ nobis dextræ ſunt, illis quoque dextræ ſunt, & ſiniſtræ eſſe non poſſunt. Eſt enim omnino diuerſum umbrarum genus, quod in Boream cadit, ab illo quod in Auſtrum proijcitur, & umbræ quas ipſi ſiniſtras habent, tales ſunt ut dextræ eſſe nequeant: quanquam & dextras habent, tamen alio tempore habent, & diuerſo ſolis poſitu. Huc accedit quod ſiniſtrarum umbrarum ita meminit Solinus, ut putare poſſis non aliud Arabes umbræ genus q̃ ſiniſtrum habere, cum nobis dextras tribuat, nec aliud interim innuat. Quod ſi Solini uerba hoc ſenſu accipimus, ut ſole nobis ſiniſtro, illis interim dextro umbras ipſi ſuas in Auſtrum uergentes habeant, noſtris eodem tempore in Septentrionẽ abeuntibus, quis non uideat uere dictum? ita tamen ut diligentiæ ſit, non curioſitatis lectorem monuiſſe, ne aliud ſibi ex Solini uerbis obiter perſuadeat: quando in clariori Lucani loco Omnibonus, doctiſsimus alioqui inter-

Seruius.

pres, longè à ſcopo aberrauerit. Proinde in Seruij loco, quem Camers citat, idẽ moneo. Sunt enim nobis cœlum intuentibus ſiniſtra, quæ & ipſis ſiniſtra: rurſum dextra illis, quæ & nobis dextra: ut ſimpliciter ille locus, nec accipi recte nec intelligi queat, ſicut & illud Macrobij lib. de Somnio Scipionis ſecundo, ubi ait, nũquam uere ſolem feneſtram Septentrionis ad-

Nota.

mittere. Sunt enim in noſtro latere ad Septentrionem remoti, qui uigintiquatuor horarum ſpacio elabente Orientalem & Occidentalem umbram, tum & dextram Septentrionis & ſiniſtram Auſtrinam habent: ad quos ſi Arabes illi Pompeiani perueniſſent, dextras umbras in ignoto orbe agnouiſſent: quanquam impoſſibile Macrobius autumat. Ego ad demonſtrandum idipſum dubitantibus me offero, nec multis opus eſt, res ipſa certiſsima eſt & cognitu facillima. Primum omnium hi quibus aliquot ſaltem gradus Cancri ſub horizontẽ nõ merguntur, latitudine ultra ſexageſimumſeptimũ gradum expanſa, ſpatio minimum uiginti-

uigintiquatuor horarum præſente ſole fruuntur, nulla prorſus ingruente nocte, quo ſpacio
uoluente ſole, cum nobis mediæ noctis horam efficit, apud illos ſupra horizontem extans,
umbram proijcit in meridiem: eſtque ea ſiniſtra umbra, quam frequentius habent, quibus
multi dies nulla nocte intercepti, luce cohærent. Velut hodie de his qui ultra parallelum
Arcticum ſummouentur, experientia deprehenſum eſt. Cæterum illud umbræ genus
quod ſiniſtrum eſt, à ſole meridiano, hoc eſt ab eo puncto meridiani in quo ſi ſol ipſis occi-
deret, meridiem metirentur, habere nequaquam poſſunt: cum eo tempore noſtrum latus ter
ræ ſolem ſemper à ſiniſtris habeat: eoq; modo Macrobium intellexiſſe exiſtimandum eſt. Li-
buit hæc adſcribere, prolixa fateor, ſed attinentia tamen, ne quis exiſtimaret me ſine cauſa
Lucani expoſitorum meminiſſe. Simul ut candidus lector cognoſceret, quarum rerum ap
paratu me ad Lucani locum interpretandum accingere potuiſſem, ſi is mihi animus fuiſſet,
ut de re tantilla gloriandum unquam duxerim, obſeruatione præſertim ſiniſtrarum umbra-
rum ab ignoto Arabibus orbe in medium producta, de qua equidem dicere auſim, ante me
neminem recentiorem manſuetiores literas profeſſum, quem quidem legerim, indicaſſe tra-
didiſseq;.

Apud Pomponium libro tertio, ubi de Tygri & Euphrate inter alia fit mentio, Solini lo
cum de fertili ad modum Nili Euphratis rigatione ex Gnomonicorum ſententia in medi-
um attuli, primũ, qđ dignißimus mihi animaduerſione uidebatur: mox etiãqđ nec attinen
tem nec uerã iudicabam: ita tamẽ egi, ut pro ſolita modeſtia mea, eius rei peritis, hoc eſt Coſ-
mographis iudicij copiam non detrectarim: quorum ſententiæ, ſi unquam à noſtra illa di-
uerſa futura eſt, non grauabor ita cedere, ut gratiam etiam habiturus ſim meliora docenti-
bus, eo' que me ſcrupo liberantibus: tantum id non friuolis, ſed ſuis, hoc eſt dignis fide ra-
tionibus agant. Eo loci Camers cum Solinum premi iudicaſſet, non hoc aſſeruiſſe Solinum
ſed id Gnomonicos contendiſſe ait, ſatis his uerbis teſtatus quid rationi illi tribuat, quando
in Gnomonicos quàm Solinum culpam referri mauult. Equidem non neſciebam ita Gno
monicos contendiſſe. Cæterum dignam fide eſſe Gnomonicorum rationem Solinus credi-
derit necne, id in quæſtionem uocamus: quod ſi tribuiſſe quicquam ei uidebitur, & ſit quiſ
falſam eſſe conuincere queat: communi certè aut incuriæ aut ignorantiæ culpa non uacabit:
de qua tamen præfidenter nihil pronunciaui, nedum ut Solino eam ceu compertam uſpiam
obijcere uoluerim. Age quando Camers noſter ex Plinij, cui fidit, ſententia alicubi dixit, ex-
perientia conſtare, ut ubi in die umbræ non ſint, ibi Septentrionem non conſpici. Probari *Simile.*
autem uel Plinij authoritate, demum & demonſtrari queat falſum eſſe, quod Camers ex Pli
nio prodidit. putas ne, in ſolum Plinium errati culpam, ac non in Camertem etiam, qui id
aut non uiderit, aut certe uidere præ fauore noluerit, reijciendam? quanquam illum incuriæ
hunc etiam fidentiæ accuſare poſſis, qui refragante ueritate, à Plinij ſententia uelis nolis, ſta
re uelit, quicquid tandem aut rationes aut demonſtrationes occlamarint. Demus autem, ut
Gnomonicorum rationi nihil tribuiſſe Solinum ueriſimile ſit: nihilo ſecius mea referebat,
ut quæ ille ex Gnomonicorum ſententia tradidiſſet, propteriam dictas cauſas in quæſtio-
onem uocarem. Cæterum ſi hoc modo culpæ eximere Solinum libet, cum propè omnia
ex Plinio mutuatus ſit: non uideo quantum illi ſcriptori poſteritas debeat, extante præſer-
tim Plinij opere, niſi bonam eum partem probaſſe, & pro ſua quoque ſententia aliunde
deſumpta adhibito iudicio poſteritati relinquere uoluiſſe fatearis. Mihi certe nemo per-
ſuaſerit ut credam, admiratorem illum Plinianæ doctrinæ, tot efficaciſſimis rationibus præ
teritis hanc unam ſolamq; nec Plinio, nec alijs quos legerim familiarem, ita de Euphratis au
ctu in medium afferre uoluiſſe, ut de ea tamen tanquam indigna fide ſuſpicaretur. Non
exiſtimo hunc morem ueteribus ſcriptoribus fuiſſe, ut pro certis dubia, pro ueris ſimilia ue-
ro mandare literis, & poſteritati relinquere dignum duxerint, melioribus interim aut cæla- *Mos ueterum*
tis inuidia, aut maleuolentia diſſimulatis, tanquam illis hoc modo illudere, nobis ceu falſis *ſcriptorum.*
imaginibus, ac non potius ſyncero iuuandæ ueritatis ſtudio prodeſſe libuerit. Quin re-
ctius credimus doctiſsimum quemque, & optimum ſciptorem in naturæ præſertim hiſto-
ria referenda, uera compertaq;, aut ea ſaltem, in quæ aut ueterum inclinarit authoritas, aut
temporum ratio, quæ artium peritiam non æqua lance ſimul aut omnibus diſtribuit, con-
ſenſerit, indicare bona fide uoluiſſe. Quanquam uideo plerumque Solinum, & frequentiſsi-
mè Caium Plinium, alióſque nõ paucos ita ſolere, ut in cauſis rerum æſtimandis, magis quid *Nota.*
alij ſenſerint in medium afferant, quàm priuatim de ſuo quicquam depromãt, præſertim ubi
rei difficultas decernendi fiduciam adimit meditanti, aut rationum ueriſimilitudo dubi-
um ſuſpendit in diuerſa tractum, quando in aliorum traditis argutari tutius iudicatur,
quàm in propria, aut una quapiam ſententia confirmanda periclitari. Quod ipſum quan-
quam plenum eſt uerecundiæ & modeſtiæ, & planè Academicum, cum multis ueterum,
tum ipſi ante alios Archeſilæ atributum, uitio tamen non caret, & oſcitantiæ cuidam non
poteſt non tribui, ſi illud ita agas, ut ſine iudicio & delectu alba, ut dicitur, linea copia
quadam affectata, ne quid prætereijſſe te credamus, quæuis ut obuia fuerint inſulſeris, nec

priuatim quædam eruditorum obſeruatione fretus, ut manifeſtè falſa coarguis, quædam autem ut frigide & ieiune dicta conuellis, aut ut non attinentia reijcis. Quam rationem inter noſtros ſeuerisſimè cuſtodijt diuus Hieronymus, accuratisſimè præſtitit Auguſtinus, conſtanter retinuit Ambroſius, & mira ſequutus eſt felicitate Cyprianus. Nec ſanè deſerit Lactantius, niſi quod hic author, amore credo iuuandæ religionis, ueterum ſapientiæ non iuſtis ſemper cauſis refragari uoluit. Ex ueteribus autem naturæ interpretibus, Ariſtoteles princeps & ipſe philoſophus, magna fiducia & minime infelici libertate, tantum ſemper præſentisſimo ueritatis numini tribuit, ut eximiam ueterum doctrinam, & ſeculis etiam adornatam authoritatem contemnere maluerit, quàm ſua negligere, ſi quando attingere (quod aiunt) ſcopum, ſuisq́ꝫ conſiſtere rationibus uiderentur, pro his cum ſuo Platone, immo cum ſuo quoque ſeculo depugnare paratus. Ac illis quidem hac tantum re fauet, quod ueſtigandæ ueritatis uiam ſibi feciſſent. His etiam riſu moleſtus eſt, quod aliud ſentire auderent, quàm ipſe opinaretur. Nunc ut ad inſtitutum reuertamur. Qui ſciamus peritisſimè Faber, cum Gnomonicis Solinum non ſenſiſſe? ac planè non crediſſe qđ illi tradidiſſent de Euphratis auctu, propterea quod illos ita contendiſſe ait? cum ſolam tamen hanc rationem adducat, nec reijciat nominatim. Porrò ſi uarias cauſas attuliſſet, nec indicaſſet quàm præcipuè probandam exiſtimaret, dubitare de Solini ſententia iuſtè potuisſemus, iam quod hanc ſolam attulit, quid dubites uериſimilem ſibi uiſam eſſe? Doce autem quo ſenſu hæc eius uerba accipere debeã. Vnde apparet iſta duo flumina &c. Ego uerbũ apparet, ꝓ eo accipio qđ eſt, uidetur, ſiue uеriſimile eſt, nec uideo quid aliđ indicet, ut minime temere dixiſſe uideri debeã ita crediſſe Solinũ. Quod ſi Camers non eſt daturus nobis, & putat cõuincere me non poſſe, ut eo modo Solinũ ſenſiſſe exiſtimemus, id credo dabit qđ oſtendere ipſe non poſſit, Caiũ Solinum Gnomonicorũ ſententiæ non acceſſiſſe. Igitur ne uerba perdamus amplius, ut iudicij mei rationem reddam ſtudioſis, & illam temeritatis ſuſpicionem amoliar, ſimúlque Solini locum à Camerte in meis reuellendis occupato præteritum explicem. Solini uerba ex capite quinquageſimo afferam, quæ in hunc fermè modum habent: Meſopotamiam Euphrates opimat annuæ inundationis exceſsibus, ad inſtar Aegypti amnis terræ ſuperfuſus, inuecta ſoli fœcunditate ijſdem fermè temporibus quibus Nilus exit, Sole ſcilicet in parte Cancri uigeſima conſtituto, tenuatur cum iam Leone decurſo ad extima Virginis facit tranſitum, quod Gnomonici ſimilibus parallelis accidere contendunt, quos pares & cœli & terrarum poſitione æqualitas normalis efficit lineæ: unde apparet iſta duo flumina ad modulum eiuſdem perpendiculi conſtituta. Hactenus Solinus. Quorum ſenſum ut obiter reddamus, ſatis fuerit illud nouiſſe à Græcis τοὺς γνωμονικοὺς doctos ſiue ſcientes appellari, non raró quando τὴν γνώμην & ſcientiam & conſilium uocent. Sed à Solino hoc uocabulo cenſos uideri, quos recentiores Coſmographos frequentius nominant, deſcriptis terrarum locis cœli etiam poſitum ad exactam parallelorum longitudinis latitudinisq́ꝫ obſeruationem accommodantes, cũ explicatione quantitatis lucis, hoc eſt diei, & umbrarum meridiei, quas diuerſas ad Gnomonem proportione longiores breuioresq́ꝫ eſſe contingit, prout lõgius ab æquatore abſceſſerint ſiue à loco Solis abſuerint paralleli. His autem nomen eſt ἀπὸ τοῦ γνώμονος, hoc eſt à Gnomone, quo Græci ſtylum etiam horas indicantem appellant, à quo Gnomonice ipſa ars & ratio ſolariorum dicitur. Proinde Gnomon & umbilicus ſolis uocatus, quoniam in umbræ quantitate metienda ſummitas eius umbilico, id eſt centro Solis reſpondet, quandoquidẽ ſummitas illa uicẽ gerit. De hoc Plin. lxxiiij. ca: 2. ubi de Gnomonica. Solis itaqꝫ umbilici, quẽ Gnomonẽ appellant, umbra in Aegypto, meridiano tempore, æquinoctij die, pauló plus q̃ꝫ dimidiam Gnomonis menſurã efficit. Idẽ libri. vi. ultimo capite. In hoc cœli complexu æquinoctij die media, umbilicus, quem Gnomonem uocant ſeptem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. De eodem Vitruuius libri noni capite octauo Nanqꝫ, inquit Sol æquinoctiali tempore Ariete Libráque uerſando, quas ex Gnomone partes habet nouem eas umbræ facit octo in declinatione cœli, quæ eſt Romæ, &c. Quia uerò Gnomon umbrarum, ſiue in planiciem horizontis, ſiue in ſuperficiem Zenith (ut Gnomonici hodie uocant) infigitur ſemper cum umbra à ſe proiecta rectangulum facit, eo nimirũ ad perpendiculum directo factum eſt ut à Geometricis & Architectonicis inſtrumentum, quo recti anguli deprehẽduntur, ad perpendiculares lineas exactũ Græcis Gnomon dictus ſit. Latini ueteres normã uocarũt, tribus rectis regulis ſiue lineis trianguli forma coeũtibus, quarũ una cubitos tres, altera quatuor, tertia cubitos quinqꝫ longa fuiſſet, uelut lib. ix. tradit Vitruuius. Non refert autẽ utcũqꝫ diſpares ſint longitudine regulæ, modó duarũ regularũ ancones ita coëant, ut perpẽdiculo decurſus marginum reſpondeat. Gnomon uerò abſolutus ea linearum paritate conſtabat, ut quadratum perfectum duobus Gnomonibus, ſiue qđ idem eſt, duabus Normis conficeretur. Hic eſt Gnomon cuius in prædicamentis Ariſtot. meminit, quadrangulo additũ, eũ augeri quidẽ quadratum aſſerens, uerùm nihil aliud fieri à quadrangulo. A Norma illa linea normalis, cuius meminit Solinus, dicta eſt aſſiduis authoribus pro ea quã alij perpẽdentem

Lactantius.

Ariſtotelis fiducia.

Locus Solini obſcurus explicatus.

Gnomonici.

Coſmographi.

Gnomon quid.

Norma quid

Linea Normalis.

tem ſiue perpendicularem,græci Catheton uocant,rectum ſeu rectos angulos cum linea re
cta,in quam incidit, conſtituentem. Proinde Quintilianus lib.xi. Normalē angulum dixit
quem alias rectum uocāt.& Cenſorinus in libello de die natali normalem eo modò lineam
nominauit,ut alicubi doctiſsime decus illud literarum poſtliminio reuerſarum Gulielmus
Budæus prodidit. Aliud autem eſt perpendiculum,aliud norma,ne quis idem ſignificare au *Perpendiculū*
tumet,quanquam normale à perpendiculari non differat. Norma enim ut ad angulorum re
ctorum rationem exigendam utimur,ita perpendiculum ad altitudinum æquatarū obſer-
uationem accommodum eſt,quemadmodum longitudines regula metiri Architectonici ſo
lent. Virtuuius libro de Architectura ſeptimo, Longitudines,inquit,ad regulam & lineam
altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur.&c. Eſt igitur
uerborum Solini ſenſus Gnomonicos contendiſſe horum amnium defluxum ita contro
uerſa poſitione æquari,ut quātum Euphrates in Septentrionem à meridie,& auſtro à paral
lelo ſolſticiali ſeu Cancri tropico,ad quem auctus Nili fieri ſolet,recedit,tantū alueo ſuo Ni
lus oppoſito latere à Septentrione & Borea in meridiem & Auſtrum ſeſe retrahat,eoq́ mo
do fontes amnium parallelis ſubeſſe ſimilibus,id eſt pari diſtantia à loco Solis diuerſis, eaſ-
dem incrementi cauſas propter parem declinationem habere,ut gratia exempli,parallelum
xv. gradus declinationis Borealis ſimilem eſſe dicimus parallelo quindecimi gradus Auſtri
næ declinationis,à quorum medio,hoc eſt puncto meridiano æquatoris,ſi perpendicularē
demitti ſuper axe mundi imaginaris,erunt anguli recti pares,&,ut Solini uerbis utar,modu
lus eiuſdem perpendiculi pares habebit hinc & inde ad parallelos procurrentes lineas, con-
formi Gnomonis ratione,& umbræ æquinoctialis pari quantitate,licet diuerſi ſint,id eſt cō
trapoſiti paralleli,qui pares tamen dici poſſent tum propter æquidiſtantiam & magnitudi
nem,tum etiam quod pariter habent quæ iam diximus, Sole æquinoctium faciente. Ad Eu
phratem autē & Nilum ſi reſpicis,inuenies plus minus uigintitribus gradibus Euphratis
fontes à Tropico abeſſe Cancri Ptolemæo,rurſum Nilum ubi iam Nilus eſt & dicitur, hoc
eſt iuxta Meroēm,ubi Aſtapus & Aſtaboras eidem authori corriuant,propè tantundē à tro
pico diſtare,ut ſimilibus hoc modo parallelis ſubeſſe uideri queant hi amnes. Sed non exa
cte ſatis hoc quadrare indicat,quod non à fontibus,ſed manifeſto, amnis Nili defluxu hæc
diſtantiæ ratio ſumitur,undecunq́ tādem Nilum manare putes,quanquam Solinum non
fontium,ſed amnium meminiſſe uidemus. Quod ſi quibus ſententia Camertis arridet, ut
per ſimiles parallelos eoſdem quibus hi fluuij alicubi ſubſunt,intelligamus, quemadmodū
& ego intelligi poſſe in Scholijs obiter innuebam, nihil proprium Euphrati illi tribuent,
quandoquidem & Ganges & Indus,ſimulq́ Tygris in Aſia,in Africa autem Cyniphs,Bra
gada & Ampſaga,ut alios interim his non minores prætereamus,id ipſum cum Nilo cum
que Euphrate commune habent,ut neceſſe ſit opinantem aut ab iſthac ſententia cadere,aut
permittere,ut amnes iam nunc à me recenſi pari cum Nilo auctu redundent, ſitq́ uulgarē
pluribus fluminibus,quod hactenus in paucis amnibus uetuſtas mirata eſt Porrò ut dubita
ri nequit contrario fluxu contra ſe tendere Nilum & Euphratem, hoc in Meridiem,illo in
Aquilonem abeunte,ita certe ex Ptolemæi traditione conſtare poteſt,eorundem longitudi
nem longo interuallo ſecerni,ut ne hoc quidem modo perpendiculo contrarij inceſſus re-
ſpondeant,& longe remotos habeant circulos meridianos, illo demum in noſtrum mare,
hoc in rubrum mare,hoc eſt ſinum Perſicum exeunte. Quo in loco(quemadmodum ita inci
dit)fateor mirari Camertis noſtri opinionem, mare rubrum à ſinu Perſico ita ſeparantis, *Camers Perſicum ſinum à*
ut Hieronymi & Ioſephi de Euphratis exitu,itemq́ Herodoti, Curtij & Diodori ſententi- *rubro mari ſe*
am,Plinij,Solini,& Ptolemæi contrauenire traditioni exiſtimauerit. Dicit enim apud Soli- *perat.*
num cap.xlix. Diuus Hieronymus,Ioſephus cap.ij. primi antiquitatum, & plures alij aſſe-
runt Tygrim amnem non in ſinū Perſicum,ſed in mare rubrum inferri &c. Quum hi tamē
ſola nomenclatura diuerſi eundem ſinum intelligant, eſt enim rubri maris pars ſinus Perſi-
cus,quemadmodum & Arabicus,id quod Plinius,& Pomponius docent,& xiiij. libro præ
clarus author Strabo teſtatur. Herodotus quoque lib.iiij ſinum Perſicum rubrum mare uo
cans, Altera,inquit,ora à Perſis incipiens porrigitur ad rubrum mare,quod & Perſicum uo
catur,dein gradatim Aſſyria atque inde Arabia,deſinitq́ in ſinu Arabico. Plinius lib.ix. de
unionibus: Præcipue autem laudantur circa Arabiam in Perſico ſinu maris rubri.&c. Eſt er *Mare rubrū.*
go rubri maris uocabulum generale Perſico & Arabico ſinui,ipſiq́ utrunque ſinu funden
ti Oceano,quo felix Arabia clauduntur. quod uidere Camers potuiſſet,ſi tantiſper tabula-
rum pictura ſeſe oblectare uoluiſſet. Iſthæc autem perſequi iam nunc non uacat,ac ne ſi ua-
caret quidem,liberet,tantillum enim ocij quod in præſentia dabatur,in noſtris explicandis
magis quám alienis annotandis inſumendum ducebamus,atque utinam feriari nobis in u-
niuerſum Camertis æquanimitate licuiſſet. ſed de hoc ſuo loco. Nunc dico me non uidere,
quomodo ex parellelorū obſeruaſſe iſta,qua Gnomonicorum ratio,& Solini ſententia ni-
tuntur, auctus aut Nili aut Euphratis deprehendi queat. Nec dubito (quod citra arrogan-
tiam dictū uolo)deceptos eſſe & Gnomonicos & Solinum,eoq́ modo libēter periclitor,do

nec extent,quibus gratiam habere poſsim,hoc eſt qui his noſtris certiora dicturi me hallu-
cinatum,non friuolis coniecturis, ſed attinentibus argumentis conuincent: Ne quis obi-
ter glorietur cauſam ſe incrementi Nili aut Euphratis reddidiſſe, quod Moſis teſtimo
nio producto, eodem illos principio, hoc eſt eodem Paradiſi fonte oriri amnes con
tendat, ac propterea eos ſub uno aliquo perpendiculo conſtitutos uideri uelit. Hoc
enim ſi eſt, ab una eademqúe plaga fluere eos dicemus, non diuerſis plagis, ue-
lut Solinus ait, rurſum uni à fonte parallelo ſubeſſe, non ſimilibus, hoc ſenſu
cum Solini lectione ſe collidente. Fateor autem nunquam me in Moſis teſtimonio
dubitaſſe. cæterum quo minus ab hoc fonte (etiam ſi hæc parallelorum obſeruatio quic
quam ad rem attineret) incrementi cauſam petamus, recentium Theologorum conie-
cturæ monent,adeo nunquam eum uidelicet,aut pluuijs undis,aut niualibus augeri poſſe
tradentium,quippe qui perpetua ſerenitate tranquillus maneat,ac ne diluuij quidem un-
dis obrutus fuerit. Et aliàs conſtabat me in explicanda Solini & Gnomonicorum ratio-
ne,Moſis authoritate non urgeri,quando nec hos, nec quenquam ueterum Ethnicorum
fuiſſe in hanc uſque horam legendo,audiendoúe obſeruare potuerim, qui Gangem, Ni-
lum,Tigrim,& Euphratem ex eodem oriri fonte affirmauerint,tantum abeſt,ut Gnomoni
cos Moſis authoritate monitos,ita tradere uoluiſſe credere debeamus,. & perſuadere no
bis Moſis hiſtoriam Gnomonicis aut Solino notam fuiſſe. Quid igitur proderat Camer-
ti noſtro, in Solini uindicanda authoritate ad eam rationem confugere,quam pro recen-
ti præſertim Theologorum opinione,ne Solinus quidem,ſi reuiuiſcat,unquam ſit agnitu
rus?nec Gnomonici ut eã admitterent,facilè perſuaderentur,niſi fide noſtra,cuius nullæ in
Solino reliquiæ extant,hanc ſcripturæ reuerentiam exhibere didicerint,ut quæ Moſes tra-
didiſſet,temere negare non liceret.Dubitamus autem,Iulium Solinum hunc quatuor am-
nium inſignem fontem,in hiſtoria rerum in orbe memorabilium præterire potuiſſe, ſi un-
quam legiſſet fuiſſe qui ita prodiderint,nedum credidiſſet?Fuere quidem, ſicut Philoſtra-
tus ſcribit,qui Indum & Nilum eundem amnem crediderunt,rurſum qui Euphratem à Ni
lo non alium eſſe uel incremẽtorum paritate moniti putarint,quos ſi bene ſentire Solinus
exiſtimaſſet,non paulo minus his quàm Gnomonicorum ſententiæ credo acceſſiſſet.Cæte-
rum falſum tradidiſſe illos ante Strabo monuerat, & Moſes monet ne nos eóſdem pute-
mus,quos diuerſos eſſe ipſe docuit.Conſtat autem præter Platonem,non paucos ueterum,
ſi Euſebio credimus,é Moſis hiſtoria promouiſſe, ut mirum ſit,ſi neminem pari ſentẽtia de
iam dictis amnibus tradere uoluiſſe conſtare queat.Quis autẽ non uideat,nos qui fidei mu
nere exultamus,hanc ueritatem chriſtianæ religioni debere,occaſione nimirum nouæ legis
Hebræorum recepta hiſtoria,quam toties recipiẽdam ipſe,cui uitam & ſalutem debemus,
Nota Chriſtus monuit.Porrò quod dubitare contingit de fonte illo uno altius cogitantes, nihil
mirum,cum & Ambroſius ſola allegoria nitatur,& Auguſtinus libro ſuper Geneſim 8. de
ſe fateatur fuiſſe tempus,quo fieri non poſſe crediderit, ut omnia quæ de Paradiſo Moſes
tradidit,ad hiſtoricum ſenſum referri commodè poſſent.Proinde duos contra Manichæos
de ſenſu ſcripturæ libros allegorica ſe tantum interpretatione fulciſſe ait, hiſtoria poſtha-
bita. Sed de Paradiſo quatenus ad ea explicanda attinuerit,quæ in commentario Pompo-
niano deſcripſi,ne quis aliter atque ego ſenſerim ſuſpicetur,mox referam. Ad Euphratem re
uertamur,quẽ hac quoq; ratione,quam Thales prodidit,augeri poſſe Camers indicat,uen-
torum impetu ſuſpendente undas,& harenis agitatis ſimul oſtia obducentibus. Cui equi-
dem ut non accedo,ita ſanè homini hac de re moleſtus non fuerim,Tantum id monere can
Fluxus Euphratis ab Eteſijs impelliur. didum lectorem libuit, Euphratis defluxum ab Eteſijs iuuari,nõ ſuſpendi, ſimul enim ſe-
cũdo amne in meridiem abeunt nec uerſimile eſſe poſſe,ut quo tempore annui Aquilones
Nili decurſum contrario flatu ſuſpendere dicuntur in litore noſtri maris, eodem tempore
Auſtrini flatus ſinum Perſicum,& rubrum Oceanum trahant, ut hoc modo uicina amniũ
oſtia diuerſis plagis ſimul egreſſos uentos uno tempore præcludere ueriſimile uideri debe-
at ſcilicet. Alioqui qui credas,ijſdem uentis,hoc eſt Eteſijs utriuſq; amnis undas ſuſpendi,
cũ hic ſecundos,ille contrarios habeat?rurſus ex diametro,quod aiũt, & ad perpendiculi æ
quationem,ut Gnomonici contenderunt Soliniani,contrapoſitis illis? ut ne referam inte-
rim,quàm non certa Thaletis ratio exiſtat,non temere à Seneca,Herodoto,ipſoq; principe
Philoſopho Ariſtotele,ſicut alibi indicauimus,reiecta confutataq;.Quod ſi tabularum pi-
cturis ſeſe oblectare Camers noſter,& coràm uidere uoluiſſet, quàm nihil Euphratis decur
ſui flatus Eteſiarum obſit,Thaletis,puto,rationem à Nili oſtijs ad Eupratis alueũ non tran
ſtuliſſet.His igitur atq; alijs hucuſq; argumentis,ut obiter reminiſci potui,allatis,facile erit
cuiuis lectori,modò attentius legerit,intelligere quàm nõ arroganter Gnomonicorum ſen
tentiam in quæſtionem uocauerim,deq; ea æſtimanda ſitus terrarum peritis fecerim copiã
Cauſa incrementi amniũ præſertim quod alibi tradidiſſem acceſſum ſolis ad Cancri parallelum, & latus noſtrum po
tiſsimam incrementi cauſam illis amnibus mouere,nec illis tantum,ſed alijs pluribus lon-
ge citra uniuerſæ Armeniæ limites ad Vrſas remotis, ubi nulla normalis lineæ æqualitas,
prȩſertim ad Nilũ collata,locũ habeat,idẽ præſtet,quando dieb. æſtiuis lõgiſsimis,radioq;

minus

minus obliquo,nec imbecilli,ſole terras noſtras proxime altiſsimeq; illuſtrante,infimus aë-
ris tractus radiorum paulo firmiori reflexione accenditur, eoq; modo pertinax montium
frigus expugnans,in undas niues reſoluit, & oppletis fluminum alueis(miram naturæ pro
uidentiam)ſiccis terris riguam undarum uim elargitur. Quod ipſum terrarum ſitus peri-
tiſsimus author Strabo lib. Coſmographiæ xvi. in Euphratis effluuio agnoſcens, Exun- *Strabo.*
dat,inquit,Euphrates in æſtate,à uere incipiens,cum iam niues in Armenia liquefiunt, ut
neceſſe ſit ſtagnare arua atq; obrui.&c. Idem & Nilo geminam ob cauſam obtingere poſſe,
uerſimili coniectura ex uarijs grauium authorum argumentis in commentario meo Pom
poniano non ita pridem diſſerui. Et conſtat experientia(ut de noſtris amnibus comperta re
feram)Rhenum à fontibus,ſole iuxta Cancri tropicum obuerſante,propter Rheticorum al *Rhenus.*
pium liquefactas niues,& anteactæ hyemis ratione,plus minsue accreſcere, noxia plerũq;
accolis undarum ui longe lateq; intumeſcente,maxime ubi imbrium ubertas effluuium au
xerit,proinde Brumæ tempore limpidum tenuemq; patenti in alueo reſidere,cum nulla nõ
æſtate intumeſcat.Quod & in Danubio principe Germanorum fluuio obſeruauimus, qui *Danubius.*
glacie uerno ſole dehiſcẽte, ſenſim creſcit,ac nõ raro exũdat,ſed æſtiuis menſib. frequentiſsi
me tamen, Autumni tempore ſeſe in alueo cohibens,mox niſi pluuioſa obturbet hyems,li
quidus perſpicuuſq; defluens,cum tota æſtate cœnoſus ob agitatas harenas,flauuſq; deſcẽ
dat. Nec dubium fuerit æſtate eum multo maiorem,quàm hyeme ferri,quod ipſum Herod.
neſciuit,& contra conſtantem experientiam negauit Seneca Iam de Rhodano & Atheſi
non attingam. Plinius libro iij.cap.xvi.Padus,inquit,augetur ad Canis ortus liquatis niui- *Padus.*
bus.&c. Quibus putas niuibus?nempe inalpinis: quæ adeo medijs etiam æſtibus lente ce-
dunt,ut in frequentibus Leopontiarũ & Rheticarum alpium iugis perpetuæ ſint, ne quis
putet uerni tantum ſolis materiem eſſe alpium niues, quas abſumat,atq; ijſdem cauſis Eu-
phratem & Nilũ ab immanibus Tauri & Athlantis iugis augeri poſſe diffidat. Porrò quod
in ſcholijs noſtris in horum amnium ueſtigandis incrementis ad fontes recurrendum
eſſe dixi, idque adeo plerunque falſum Camers affirmat,candidi lectoris iudicio relinquo
Equidem de alijs fluminibus non pronunciabam,de Nilo tãtum & Euphrate memini,quo
rum alterum augeri undis ab oſtijs ſuſpenſis Herodotus,Ariſtoteles,& Seneca,ut dixi, ne-
gant. Alterum Eteſijs ſtagnare nõ poſſe demonſtraui. Et à fontibus,hoc eſt defluxus princi
pio Euphratem Armeniæ liquatis niuibus Strabo tradit. Sentiant autem alij quod uelint,
mihi uериſimile non uidetur,Nili fluenta ulla uentorum ui adeo retroagi poſſe,ut inundare
tantopere hac cauſa eum credamus,quando Aethiopiæ quoq; partem longe ab oſtijs remo *Aeſtu maris*
tiſsimam longè & latè undis obtegat. Neq; uero ſum neſcius æſtu maris ſtagnare amnes, *amnes ſtag-*
undis uidelicet ab oſtijs regurgitantibus,uelut Bethim Tagumq; in Hiſpania, Ligerim & *nant.*
Garumnam in Gallia,Rhenum, Amiſium,& Albim in Germania,alibiq; alios, uerum nul-
lis Eteſijs,nec planè illo incrementi genere quo Nilus,nec æſtate,& ſub Cancri ardoribus
tantum,deniq; non niſi Oceani æſtu,quantus in noſtro mari nullus exiſtat. Quod ſi ſunt ꝗ
reciproco procellarum impetu uentorum uiolentia ſuſcitato ſuſpendi defluxus amnium
contendant,nihil moror uerſimilem ſententiam,modo nequis eò nolentem me adigat, ut
hanc unam tantarum inundationum cauſam eſſe credere debeam. Scimus enim aliquan-
do non rigaſſe Nilum,nihil minus interim credo & Eteſijs flantibus, & Aegypti litoribus
uentis æſtibuſq; infeſtatis. In hæc diuertiſſe candide lector,moleſtia ne ſit,uberiores enim ne
dicam loquaciores,ut eſſemus placuit,non tam ut noſtra tueremur,quàm ut omnis conſilij
noſtri,quò illa ſcripſiſſemus,ratione prodita,benène an ſecus de Solini loco ſenſerimus, in-
telligere ſine labore poſſes.

Apud Pomponium libro 3.ubi de Tigri mentio fit,obiter memini noſtrorum ſententiæ 14
qui Moſis authoritatem ſecuti, Tigrim,Euphratem,Nilum,& Gangem, è Paradiſo re ipſa
manare confirmant,quod me non uidere dixi,quomodo uerũ eſſe queat, niſi aut allegoriã
ſequamur,aut terram habitatam Paradiſum eſſe intelligamus. Quo de loco tametſi à nemi-
ne hactenus male,quód ſciam,audiui,referendum tamen aliquid dignum duxi,ne quis me
ſolàm allegoriam ſequi ſuſpicaretur,tanquam planè ab hiſtoria abhorruerim,& Auguſtini
contempſerim authoritatem. Dixi eñ Paradiſi ſitum adeo noſtris incertum,ut quo loco ſit *Recentiũ The*
aut quid ſit,ipſe neſciam. Quod quidem ut facerem,partim Auguſtini monuit authoritas, *ologorum opĩ*
partim in cauſa fuere recentium Theologorum frequentiſsimæ opiniones,quæ ſine ſcriptu *niones.*
ra,ſine ueterum authoritate,ita de Paradiſi ſitu decernunt, ut qua fidentia fuerint,qui ita
tradidere,uidere quidẽ poſsint paulo eruditiores,cæterum quibus cauſis moti ut ita trade
rent,nemo facile dixerit. Niſi ſuſpicari licet Ariſtotelico inſtituto animatos illos,id ſibi per
ſuaſiſſe,ut quẽadmodũ Ariſtot. in naturæ tractata uarietate ꝓ ueterũ Philoſophorũ reie-
ctis,aut receptis opinionib. ꝓnunciare libuit contra receptum Academiæ morẽ,cũ ipſe Pe-
ripateticam inſtituiſſet,ita noſtris in ſacris literis exponendis, ut de multis inueſtigare dili- *Auguſtini*
gentius,ita pronunciare de omnibus contra ueterum ſcripturæ interpretum modeſtiam li *modeſtia.*
ceat. Cum Auguſtinus tamen in Paradiſi hiſtoria texenda nihil ſe temere affirmaturũ dicat

quin

Locus Paradiſi à cognitione hominum remotiſsimus.

quin & meliora afferentibus libenter ceſſurum, frequenter interim monens ſine affirman-
di temeritate quærenda eſſe quæ non aperte ſcriptura loquitur, ſicut in Paradiſi mentione,
quem ut re ipſa eſſe non dubitat, ita locum eius ab hominū cognitione remotiſsimum eſſe
credendum exiſtimat. Et pientiſsimus ille ſcripturæ æſtimator Ambroſius, in eo libello quē
de Paradiſo ſcripſit, rem eſſe periculo obnoxiam exiſtimat, ſiquis etiam ſciens certuſqúe de
Paradiſo iudicaret: quapropter in ſolam allegoriam, & ſpiritalem captum ſiſus, locum qui-
dem eſſe Paradiſum nō negat, cæterum talem eſſe indicat, qui ſpiritu magis cerni, dum quæ
ritur, quàm ſenſibus deprehendi queat. Ego ſanè cum Auguſtino libro ſuper Geneſim octa
uo, non dubitabam Paradiſum re ipſa locum eſſe, terram uidelicet ubi habitaret homo ter-

Paradiſus terreſtris.

renus, locum utique amœniſſimum, & fructuoſis nemoribus opacatum, eundemq́; magnū
& magno fundo fœcundum. quem Auguſtinus alicubi latæ regionis terram uocat, non ra-
ro admonens non poſſe eum non ſpatioſum eſſe, ſicut Ioſephus locum uocauit refertum ar-
boribus, uirgultiſq́; plurimis. Lactantius quoq; xiij. cap. libri ſecundi, hortum fœcundiſsi
mum & amœniſsimum, quem Deus in partibus Orientis omni genere ligni arborúmque
conſeruiſſet. Porró Græcis παράδεισος hortus dicitur, Hebræis Ran dictus, teſte Hierony-
mo. Vbi uerò ille eſſet, editóne in loco, an humili; quàm ampla, quibus terminis, quóue
ſub cœlo ſita, neſciebam, quippe cum ne quærendum quidem Auguſtinus exiſtimaret,
& coërceret inquirentem religione Diuus Ambroſius. Tantum abeſt ut attigiſſe hacte
nus ſcopum credere debeamus, qui inquirere, & pronunciare ſunt auſi, adeo diuerſa pugnā
tiaq́; commenti, ut niſi quis naſo caret, odorari queat, quàm nihil habuerint penſi, quod de
prompſiſſent. Longe illis mea ſentētia, cum iudicio & eruditione, tum ſingulari quadam a-
nimi moderatione uincentibus, qui in Petri Lombardi libris interpretandis locum illum
de ſitu Paradiſi, aut prætereunt inexplicatum, aut leuiter attigerunt. Demus autem ut Peri
pateticum ſit ſingula excutere, & ubilibet pronunciare, ut planè ſcire frequenter uideantur
qui pronunciant. Pij tamen & eruditi ſcripturæ interpretis fuerit, ueterum eccleſiæ Docto-
rum ueſtigia ſequi magis quàm ad Ariſtotelis diligentiam reſpicere, præſertim quod nuſꝗ
maiori laude fateri queas neſcire te quod neſcias, & ſint quædam quæ neſcire præſtet, quæ-

Nota.

dam etiam quæ ſciri ab homine citra reuelationem non poſſunt. Vt ne dicā interim, quàm
fœdum iſtud plerumq; temeritatis, & inſcitiæ conſilium ſit, ſi quis aut uanæ gloriæ ſtudio,
aut arrogantis doctrinæ perſuaſione, ſcripturæ diuinitatem humanis opinionibus urgen-
dam duxerit, quod ipſum ne quis unquam ineat, non ſolum Auguſtini & Ambroſij grauis

Diuerſæ de Paradiſo ſententiæ

in primis authoritas iubet, ſed publicus etiam ſtudiorū cōſenſus uetat. Iā, ut ad Paradiſum
reuertamur, ſunt qui ſub æquatore illum locent, ſunt qui ſub Cancri tropico, quidam inte-
rim ſub Capricorni ſydere, quod ea terræ pars præſtantius influenti cœlo ſubſit, & conſtet,
Ariſtotele teſte uidelicet, polum Auſtrinum ſurſum uerſus ſitum eſſe, noſtrum uerò, id eſt ar
cticum deorſum, ad mundi poſitionem reſpicientibus illis. Fuere præterea qui prope fortu
natas inſulas, rurſum qui in Oriente ſtatuerent, nulla amplius terræ parte reliqua, in qua illi
Paradiſi delitias non quæſierint. Multis etiam anxiè contendētib. ne credamus ullo in loco
arctici lateris ſitam eſſe, etiam ſi ſint, qui Hyperboreis clementiſsimi cœli auram tribuant.
Porrò & altiſsimo in loco ſitum contendunt, ac ne hoc quidem modo pariter omnes. Sunt
enim qui ad globum Lunæ attingere dicant, ſunt qui ſub æquatore ad initium mediæ regio
nis aëris ſtatuunt, ut ſcilicet ex reflexione radiorum adurente, amœni loci delicias eximant.
Alij rurſum in parte infima ſupremæ regionis aëris locant, eoq́; modo factum aiunt, ut nec
diluuij undæ attigerint, neque hodie imbres, & reliqua cœli iniuria illic deſæuiant. Quibus
alijſq́; cogitādis ſentētia Bedæ presbyteri occaſionē, puto, dedit, hic eñ ſine ulla aut ſcriptu
ræ aut ueterū authoritate ad Lunarē globū attingere Paradiſum credidit. Quod alij hiſtori

Diuus Thomas.

am referentes cōſtanter negant. alij doctius, uelut Diuus Thomas primæ partis eius operis
quam Summam uocant, ſecunda & centeſima quæſtione ex Iſidoro, à Beda ita dictum
uideri ait, non quidem propter ſitus eminentiam, ſed ſimilitudinem quandam ob perpe-
tuam aëris temperiem, quæ in Paradiſo eſſe credatur. Idem Thomas nihil alioqui de ſitu
aut altitudine ex ſua ſententia afferens, tantum ait credendum eſſe Paradiſum in loco tem-
peratiſsimo conſtitutum, ſecluſum etiam à noſtra habitatione, aut montium mariumq́; ob
ſtaculo, aut æſtuoſæ regionis tractu, quæ pertranſiri nequeat. Quod ut ſcripturæ authorita
te probare nequit, ita intra coniecturæ limites relinquat neceſſe eſt. Memini uerò me non ita

Paradiſus prope Hieroſolyma.

pridem magni nominis Theologum, cuius recentiſsimi extant in Lombardum commenta
rij, in ea ſententia deprehendiſſe, ut diceret Paradiſum propè Hioroſolyma in terra promiſ-
ſionis ad Orientem probabiliter ſtatui, nec eſſe ut Sanctis aliquot diuerſa ſentientibus fi-
dem adhibeamus, quando ſine ſcripturæ teſtimonio ſua tantum prodiderint, cauſa etiam,
cur ita ſentirent, nō reddita. Idē pater, Tigris, Euphratis, Gangis, & Nili nomine, alios quoſ-
dam ab his amnib. quos Auguſtinus cenſet, intellecturus erat, niſi adeo cōſtantē Sanctorū
de prædictis amnib opinionē inualuiſſe animaduertiſſet. Quod certe uel hac de cauſa retule
rim, ne quis mihi alicubi dubitāti moleſtus eſſe pergat, quādo ne huic quidē uel ex profeſſo

Theologo

Theologo grauiſſima Auguſtini ſententia ſatisfeciſſet. Iam quod ad diluuij undas attinet, non uideo quo ſcripturæ teſtimonio illud obtineri queat, ut opus habeamus credere diluuij undas Paradiſum terreſtrem non obtexiſſe, cum Moſes Geneſis 7. cap. interprete Hieronymo, in hæc uerba referat: Porrò arca ferebatur ſuper aquas, & aquæ præualuerunt nimis ſuper terram, opertiq́ꝫ ſunt omnes montes excelſi ſub uniuerſo cœlo, quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat, &c. Quibus uerbis uniuerſam terram, & omnes montes ſub aqua fuiſſe manifeſtè indicat, atque ita ſanè accipit hunc locum, & defendit ultimo capite decimiquinti de Ciuitate Dei Diuus Auguſtinus. Sed ita fieri potuiſſe ais, ut undarum illuuiem Deus à Paradiſo coërcuerit? Hoc eſt coniecturis agere, non ſcriptura. Deniqꝫ neqꝫ uerax hoc modo Moſis hiſtoria fuerit, omnes ſub uniuerſo cœlo montes opertos fuiſſe aſſerentis, ut pro ſcripturæ fide propè neceſſe ſit, aut ſoli allegoriæ relinquere locũ Paradiſum in cœlo quærenti, quomodo fecit Ambroſius, quod certè ab hiſtoriæ Moſaicæ decoro alienum fuerit, aut cum Moſe dicere terreſtrem Paradiſum, hoc eſt, terræ habitatæ tractum amplum, qui Adam recens creato ad inhabitandum deſtinatus fuit, undis diluuij obrutum fuiſſe. Quid autem obſit quo minus ita ſentiamus? quando Adam fœdere Paradiſi uiolato, omnem hominem eius decore, quem maledictio abſtulerat, priuauit, & immortalitatis contempta lege, ac mandati tranſgreſſione, ſpiritalem uoluptatẽ, quæ in obedientis animæ beatitudine ſita erat, alteram ſcilicet uoluptatis Paradiſi partem amiſerat, & graue mortalitatis iugum mundo præuaricatus, & carni nobis, qui ſua ſumus proles impoſuerat. Poſtremò Cherubin & flammeo illo gladio, ac uerſatili inter nos, nimirum à ſpiritu ad carnem perfugas, ac terrenis illecebris delibutos, & lignum illud communionis uitæ æternæ ad cuſtodiam interpoſito, particeps eſſe cœleſtium bonorum amplius non poterat. Ac mihi quidem contemplanti ſæpe uiſum eſt, eum terræ habitatæ locum, in quo Chriſtus ſaluator homo factus, natus, in quo captus, & paſſus eſt, qui defixam in uili terra crucem Domini erectamq́ꝫ ſalutis mercem panſis brachijs, & tenſo corpore in altiſſimi myſterij conſummatione ſuſtinuit, non paulò ſanctiorem, præſtantiorẽ, & memorabiliorem eſſe eo ipſo, in quo Deus Adæ, ſi modò operatus fuiſſet & cuſtodijſſet, incomparabilem Paradiſi uoluptatem adparaſſet. In hoc enim uiolatum præceptum fuit, in illo conſummatum: in hoc peccati catena fabricata per hominis lapſum, in illo rurſum alligato ſerpente, id eſt Lucifero, Chriſto nato diſrupta eſt, & in hoc quidẽ mors falſis conſilijs admiſſa, in illo ueraci repromiſſione uita inſtaurata. Porrò ſicut illic per inobedientiam unius hominis, ueluti dixit Paulus, peccatores conſtituti ſunt multi, ita hic per obedientiam unius hominis iuſti conſtituuntur multi. In hoc tantum huic cum illo conuenit, quod ubi ſemel in primo homine lapſus eſt omnis homo, nunquam labi & peccare deſinimus, neqꝫ unquam tantum uacat, ut carnis & ſenſus imperio non urgeamur. Hoc ſolo bono firmiores, quod cœleſtis paradiſus (ſolus hic ſupererat) qui poſt Adam lapſum clauſus erat, Chriſto moriente & reſurgente recluſus eſt. Et patet hodie peccatori pœnitentiam agenti ad felicitatem uia, quæ nullis antea uirtutibus, nullis meritis eluctabilis erat. In hanc ſententiam pedibus it D. Chryſoſtnmus ſuper illo Matthæi 18. Domine quoties in me peccabit frater meus, &c. homilia ſeptuageſimaquinta, Dei in nos collata beneficia commemorans. Omnia (inquit) propter nos creauit, uiſibilia, cœlum, mare, terram & quæ ſunt in eis, omnia animalia, plantas, ſemina (opus eſt enim ſuccidere propter immenſum operum pelagus) immortalem nobis animam uiuentem ex omnibus, quæ ſunt ſuper terram, inſpirauit, plantauit Paradiſum, adiutorium dedit, omnibus præfecit brutis, gloria coronauit & honore. Mox effectũ in benefactorem ingratũ maiori dignũ munere cenſuit, &c. Et paulò infra: Poſtqꝫ eñ ex paradiſo ꝓiecit, & illis innumeris affecit bonis, & infinitas inſtituit diſpenſationes, ſuumq́ꝫ miſit filiũ ꝓ affectis beneficio, licet exoſis, cœlumq́ꝫ nobis aperuit, & ipſum patefecit paradiſum, & filios inſtituit inimicos & ingratos, ꝓpterea nunc opportunũ eſt dicere, O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Huc uſqꝫ Chryſoſtomus, manifeſtè teſtatur munus redemptionis nulla in parte inferius fuiſſe munere plantationis paradiſi, quinetiã patefactũ paradiſũ ait, tanqꝫ terreſtri illo abdito, cœleſtẽ hortũ ſanguine Chriſti repaſtinatũ, ad colendũ nobis relictũ eſſe intelligere debeamus. Locũ aũt, quẽ ad docendũ & humanũ genus redimendũ Chriſtus elegerat, frequenti hominum, atqꝫ utinã non rebelliũ & Ethnicorũ habitatione aſperſum cũ uideamꝰ qd ꝓhibeat & illic homines habitare, ubi terreſtris paradiſus à mũdi initio plãtatus fuit? Eſt eñ locus terrenus paradiſꝰ, cæterũ talis, ut q̃ ſpiritalia fuerũt, & inuiſibilia, in eo capienda lõgè terrenis anteceſſerint, ſicut in fidei noſtræ cardine magis, q̃ ſpiritus ſunt uoluuntur, q̃ꝫ quæ carnis aut ſenſus. Nec ſenſibus obuia tantũ in Moſis hiſtoria referũtur, ſed præter allegoriã, cœleſtia quoqꝫ & ſpiritalia, quę nullus capiat ſenſus, nedũ ut ullo ſermone rectè accipi queant, niſi ſpiritalis ille ſit, & reuelationis conſcius, per quẽ modeſtiſſimè tamen indicare Paulus magis q̃ꝫ explicare quæ uiderat uoluit. Doctiſſimè igitur Auguſtinus libro ſuper Geneſim 8. cum diuerſam eſſe ſcriptorũ de Paradiſo traditionem indicaſſet, multis corporaliter, pleriſqꝫ ſpiritaliter tantũ eam intelligentibus, mox ſubiũgit fuiſſe, qui Paradiſi hiſtoriã aliàs corporaliter, aliàs ſpiritaliter intellexerint,

Paradiſus an ſub undis diluuij fuerit.

Moſes.

Coniectura.

Chryſoſtom.

Nota.

Auguſtinus.

xerint,breuiterq; inquit,ut dicam, tertiam mihi fateor placere ſententiã. Eodem in libro oſtẽ
dit non parum multa in Paradiſo etiã ſi re ipſa extiterint, magis tamen ſpiritalis hiſtoriæ ſa-
Lignum uitæ. cramenta quædã fuiſſe, uelut lignum uitæ in medio Paradiſi, quod ſapientiam interpreta-
tur, quæ utiq; uita eſt amplectentibus eam, ut ſapiens dixit. Hoc modo Dauid uirum iuſtũ, ſi
cut D. Hieronymus interpretatur, arbori uitæ quæ in Paradiſo eſt comparans, inter cæteras
uirtutes hoc etiã intulit: In lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac no-
cte. Quod certè non ineptè quadrat ad hoc quod ſcriptura dicit: Deum Adam poſuiſſe in
Paradiſo, ut operaretur & cuſtodiret. Etiam Auguſtino, qui iam citato libro hoc inter cæte
ra (ne quis malè allegoriæ fidat) docet, Deum ſine myſterijs rerũ ſpiritaliũ corporaliter præ-
ſentatis hominẽ in Paradiſo agere uoluiſſe, ut quemadmodũ in arboribus ei cæteris alimen
tum fuerit, ita in illa uitæ, itemq; in alia dinoſcentiæ boni & mali, etiã ſacramentũ eſſet. Por-
rò in ligno dinoſcentiæ boni & mali præcepti tranſgreſſionẽ figuratã fuiſſe ait, nõnunq; lig-
no datam, ut ne de fructu quidẽ aut pomo quicq; huiuſcæ efficatiæ fuerit, ſed ab ipſa magis
re quæ ſecutura erat, ſi quis lignũ cõtra uetitum tetigiſſet. Id quod Lombardus diſtinct. 17.
ſecundi uariarum ſententiarũ, ex Auguſtino mutuatus tradidit. Præterea uidemus ab ini-
Paradiſus in tio nouæ legis Paradiſi mentionẽ factam quidẽ à Chriſto & Paulo, ſed ſpiritalis. Nam quod
noua lege. Chriſtus latroni dixiſſet: Hodie mecũ eris in Paradiſo, Lucæ 23. fatetur Auguſtinus uideri
ſibi latronẽ de cruce miſſum in Paradiſum ſpiritualẽ, longè alium à terreſtri illa manſione, q̃
Adæ præceptũ ſeruaturo plantata erat, quanq; non facturus eſt, uel de corporali negotium,
modò quis oſtendere argumentis non leuibus queat, animas à corpore exutas locis corpo-
raliter uiſibilibus cõtineri poſſe, quod adeo ipſe cognitu difficile iudicauit, ut pronunciare
noluerit. At Origenes homilia 13. in Ezech. hunc Lucæ locũ tractans, terreſtris Paradiſi non
Paulus. meminit. Paulus aũt cap. 12. poſterioris Epiſt. ad Corinthios, ſcribit ſeſe fuiſſe raptum ad ter
tium cœlũ, & in Paradiſum ubi audierit arcana uerba quæ homini profari nõ licet. Quæ uer
ba ad Paradiſum ſpiritalẽ, hoc eſt tertiũ cœlũ, & beatitudinis ſedẽ referẽda eſſe, peculiaris ho
die Theologorum ſententia cõfirmat, etiã ſi D. Auguſtinus leui paſſu ꝑ omnẽ Geneſeos in-
terpretationem, ne quid temere aſſeruiſſe poſteritati uideretur, incedens, decernere noluerit,
tertio'ne in cœlo Paradiſus à Paulo nominatus exiſteret, an ueriſimile fuerit, prius in tertiũ
cœlum Paulum mox in Paradiſum raptũ. Quam tamen Auguſtini diuiſionem ſunt qui ar-
gutiorem eſſe arbitrentur, ꝙ ſimplex & aperta Pauli ſententia ferat, nec terreſtrẽ, ſed ſpirita-
lem intelligant, quod codices tam Græci ꝙ Latini indicent arcana uerba in Paradiſo audiſſe
Ambroſius. Paulum quæ profari non liceret. Ita D. Ambroſius Pauli antè citatũ locũ exponens, cũ eum
ultra omnia mundi ſydera dubiũ in corpore an extra, raptũ fuiſſe dixiſſet, demũ ſic infit: Bis
ſe raptũ dicit, id eſt, hinc uſq; ad tertiũ cœlum, deinde in Paradiſum cœleſtẽ, in quo latroni di
xit Dominus quod futurus eſſet cum eo in Paradiſo inquit patris illic, ubi ciuitas dicitur, &
Hieruſalẽ mater noſtra, &c. manifeſtè indicans ſe in paradiſum terreſtrẽ nõ intelligere raptũ
Athanaſius. Paulũ. Athanaſius quoq; in 2. ad Corint. ſic de hoc raptu: A tertio (inquit) cœlo in Paradi-
ſum ſum raptus. Sublatus eſt igitur in Paradiſum, ne in eo fruendo inferior cæteris Apoſto
lis eſſet, qui cum Chriſto iam uerſarẽtur, &c. Ecce Paradiſum in quo Chriſtus agit, apud quẽ
Lactantius. noſtræ beatitudinis locus erit. Ita ſanè & Lactantius Firmianus cap. 13. lib. 2. Tum Deus (in
quit) eiecit hominẽ de Paradiſo, ſententia in peccatores lata, ut uictum ſibi labore cõquire-
rent, ipſumq; Paradiſum igne circumuallauit, ne homo poſſet accedere, donec ſummũ iudi-
cium faciat in terra, & iuſtos uiros cultores ſuos in eundẽ locum morte ſublata reuocet, &c.
Conſtat aũt in cœlos nos reuocatum iri, ut non alium ꝙ cœleſtẽ Paradiſum ſupereſſe horũ
teſtimonia indicent. Et Adam è Paradiſo eiectũ hac quoq; parte Lactantius innuit, quod cœ
Paradiſus leſtium rerum cõmunione priuatus erat, quam demũ Chriſto redimente retinuimus. Vtcũ
multiplex. que cõſtat Auguſtino authore libro ſuper Gen. 12. uerbo tranſlato omnem ſpiritalẽ regionẽ
ubi animæ bene ſit, Paradiſum uocari poſſe, ut non tertium cœlũ tantum, quicquid illud eſt,
quod profectò magnum ſublimeq; & præclarum eſt, uerum etiã in ipſo homine lætitia quæ-
dam bonæ conſcientiæ Paradiſus eſt. Proinde eccleſia (inquit) in Sanctis temperanter & iu-
ſtè ac piè uiuentibus Paradiſus rectè dicitur, pollens affluentia gratiarum caſtiſq; delitijs, in
tribulatione gloriam, in patientia gaudium quærens. Qua de re aliquot adductis ſcripturæ
locis Ambroſius agit ad Sabinum ſcribens, lib. Epiſt. 6. Et quoniã certò ſcire nequibat Pau-
lus an in corpore, an extra corpus in tertium cœlum raptus eſſet, non uideo quid adeo horũ
Helias in cœ- ſententiam refellat, qui Heliam in cœlum raptum ſuſpicantur, ſicut 4. Regnorum cap. 2. ſcri-
lum raptus. ptura teſtatur, & cap. 5. Geneſ. tradit Moſes Enoch à Deo ſublatum non apparuiſſe amplius,
Enoch raptꝰ. nulla aut hic aut illic terreſtris Paradiſi, ac ne Paradiſi quidem mentione facta, niſi idem cœ-
Eccleſiaſticus li & Paradiſi nomine intelligendum eſſe putamus. Sed obijcis mihi Eccleſiaſtici 44. caput,
in quo dicitur: Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in Paradiſum, ut det gentibus ſapien-
tiam. Reſpondeo me locum agnoſcere, uerum quẽ eo ipſo in loco Paradiſum intelligat du-
bitari poſſe iuſtiſſimis argumentis. Quorum primum eſt, quod Eccleſiaſticũ in ſuis ſapien-
tiæ præconijs Moſen imitatum eſſe conſtat, ſicut & Regnorũ libros, & Prophetas non pau-
cos, ex

cos,ex quibus uelut racematione quadam,ſui operis materiam deſumpſit. At uerò Moſes in
Enoch hiſtoria Paradiſi non meminit,& capite 2. quarti regnorum,ubi de Helia,cœli mentio
fit,non Paradiſi. Accedit ad hoc,quod diuus Hieronymus in prologo hiſtoriæ regum, li- *Hieronymus.*
brum Ieſu filij Sirach, qui hodie Eccleſiaſticus appellatur,in Canone receptæ à ueteribus ſcri
pturæ non eſſe conſtanter aſſeuerat. Magis igitur placet,ut uerbi translatione in Paradiſi uo-
ce locum ſpiritalem,ſiue aëreum,ubi homini iuſtitia delibuto bene ſit, intellexiſſe Eccleſiaſti
cum exiſtimemus. Sicut alibi eodem,ut uidetur,tropo uſus 41. capite, Gratia, inquit, ſicut Pa
radiſus in benedictionibus,& miſericordia in ſeculum permanet. & iterum: Timor dei ſicut
Paradiſus benedictionis,&c. uoce ad ſpiritalia translata. Auguſtinus autem cap. 19. libri 15. de
ciuitate dei, ſcribit in raptu Enoch figuram fuiſſe reſurrectionis Chriſti & noſtræ. Quod ſi
eſt,à terris eleuatum magis quàm in terram translatum eſſe uerìſimile fuerit. Porrò ſancta
Moſis hiſtoria, ut Enoch in terreſtrem Paradiſum translatum intelligamus, non permittit,
niſi impie aliquis manifeſtum eius ſenſum detorquere uelit. Omnem enim terram tempore
diluuij,ſub undis fuiſſe Moſes aſſeuerat,& ante diluuium raptum eſſe Enoch ſcribit. Pro-
inde libenter fatebor neſcire me, quem in locum rapti ſint Enoch & Helias, in conſolatio-
nem gentium & Iudæorum aſſeruati prophetæ,etiam ſi in Paradiſum terreſtrem raptos non
exiſtimem, idq; citra periculum,puto,aut impietatis aut ignorantiæ fecero. Nec me offen-
derit,ſi conſtare queat hos ſanctos uiros eo tēpore, quo raperentur, cœleſti beatitudine pro-
pter primi parentis præuaricationem perfrui non potuiſſe. Medius enim locus eſt Augu- *Nota.*
ſtino, præſtantior Paradiſo,& cœli manſione inferior, in quem Enoch, & Helias transferri
potuerint, Moſis hoc modo hiſtoria incolumi. Sed Auguſtinum adducamus, qui libro ſu- *Auguſtinus.*
per Geneſim nono,de loco delitiarum, in quem ut meliorem è Paradiſo homines iuſti & in-
nocentes transferri potuerint, aperte teſtatur ſe non ſentire, aut Enoch aut Heliam in terre-
ſtrem Paradiſum Adæ plantatum olim,fuiſſe translatum,& inter cætera, Neque enim arbi-
trandum,ait, Heliam uel ſic eſſe iam,ſicut erunt ſancti,quando peracto operis die denarium
ſunt accepturi pariter, uel ſic quemadmodum ſunt homines,qui ex iſta uita nondum emigra
runt,de qua ille tamen non morte, ſed translatione migrauit, iam utique aliquid melius ha-
bet quàm in hac uita poſſet. Hactenus Auguſtinus, qui nimirum hoc agit,ne credamus He
liam in ea eſſe felicitatis conditione,in qua ſancti futuri ſunt,cum accipiunt laborum merce-
dem. Quam ſuſpitionem facile haud dubiè amoliri potuiſſet,ſi in eum Paradiſum,in quo A-
dam fuit,translatum Heliam dixiſſet,quod quia non dixit,ne ſenſiſſe quidem eum uerìſimi-
le fuerit. Eiuſdem libri loco alio clarius, Si Enoch, inquit,& Helias in Adam mortui, mortiſ-
que propaginem in carne geſtantes, quod debitum ut ſoluant, creduntur etiam redituri ad
hanc uitam,&,quod tamdiu dilatum eſt,morituri,nunc tamen in alia uita ſunt,ubi ante re-
ſurrectionem carnis,antequam animale corpus in ſpiritale mutetur,nec morbo,nec ſenectute
deficiunt,quanto iuſtius atque probabilius primis illis hominibus præſtaretur,ſine ullo ſuo
parentumq; peccato uiuentibus,ut in meliorem aliquem ſtatum filijs genitis cederent,unde
ſeculo finito,cū omni poſteritate ſanctorū in angelicā formā,nō per carnis mortem, ſed per
Dei uirtutē multo felicius mutarentur. Vides aſſeuerare Auguſtinū Enoch & Heliā in loco
quodā,ubi eis bene ſit,agere credidiſſe,in qualē & Adā & poſteri,ſi in innocētia perſtitiſſent,
è Paradiſo terreſtri genitis filijs transferri potuiſſent,atq; inde in fine ſeculi demū in angelicā
formā mutari. Quod ſi hos in hortū terreſtrē translatos exiſtimaſſet,hoc certè Enthymemate
uſus non fuiſſet,præterea breuiter in Paradiſo eſſe eos dixiſſet,quod non fecit,etiam ſi Eccle-
ſiaſtici more uel hunc locum Paradiſi nomine donare potuiſſet. Porrò xix. cap. libri de ciui-
tate Dei xv. ubi de trāslatione Enoch, Paradiſi non meminit,ſicut nec in Heliæ hiſtoria pen-
ultima capite uigeſimi libri. Et Ambroſius ad Horontianum libro Epiſtol. ſexto, Helias,
inquit,in terris uicit,in cœlo triumphauit. Qua de re ut impium fortaſſe fuerit,liberius affir-
mare quicquam, ita ſanè digna ea eſt, quæ pro ſcripturæ reuerentia,& abſconditiſſima con
filiorum dei ratione, in dubio relinquatur. Nihil enim ad nos,ſi quos ita manere uoluerit,
donec ſit uenturus. Vt igitur ad terrenum Paradiſum reuertamur, fateor in illa me, cum in
Pomponio commentarer,de Paradiſo nec impia,nec aliena adeo à ſcripturæ ſenſu ſententia
fuiſſe, Paradiſum uideri tractum ampliſſimum,& iuſtam habitabilis terræ partem, cui à prin
cipio Deus benedixiſſet, & inhabitationem ſelectam in Oriente Adam de limo terræ for- *Paradiſus*
mato reliquiſſet, in quo quidem priuatim illi lignum oſtenderit uitæ, & dinoſcentiæ boni *Quid.*
ac mali, ſpiritualium bonorum ſacramenta,& immortalitatis alimenta quædam è cœlo pro-
fecta,ac ſoli innocentiæ, quam originalem iuſtitiam noſtri uocant plātata. Minimè uerò con-
uenire, ut anguſtum fuiſſe intelligeremus, cum Deus (ſcriptura teſtante) dixerit: Faciamus
hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,& præſit piſcibus maris, & uolatilibus
cœli,& beſtijs, uniuerſæq; terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra. Quibus in uer-
bis nondum creato homini, imperium quoddam in mare, terras & animalia à ſe creata, iam
tum Adæ & progeniei ſuæ, pro innocentiæ etiam ſtatu, & præcepti reuerentia conſtituiſſe
Deum cōuincitur, unde primus homo etiam Ambroſio κοσμοπολίτης dictus eſt, hoc eſt mun-

di ciuis. Accedit ad hoc quod nomenclaturam omnium animantium terræ & uolatilium cœ-
li Adæ in Paradiſo uoluptatis poſito obtulit Deus, manifeſto argumento, quod ea ipſa ho-
minis cauſa creaſſet, quodq́; in ea longe lateq́; paſcẽtia hominis poteſtas eximia futura eſſet,
non lapſi tantum & inobedientis, cum illa omnia creatorem deſtinaſſe ſcriptura indicet, an-
tequam Adæ præceptum daretur, ſed in innocentiæ etiam ſtatu poſito, in qua nimirũ, ſi Dei
Auguſtinus. uoluntati magis quàm ſuæ parere uoluiſſet, perſtitiſſet. Bene igitur Auguſtinus. Sicut, in-
quit, factus eſt homo propter Deum, hoc eſt, ut ei ſeruiret, ita mundus factus eſt propter ho-
Nota. minem, uidelicet ut ei ſeruiret, homine hoc modo in medio poſito, ut & ei ſeruiretur, & ipſe
ſeruiret. Idem author libro ſuper Geneſim nono de Iuſtorum, ſi ſuperſtitiſſent, propagatio-
ne locutus, An uerò inquit ita quis cœcus eſt mente, ut non cernat quanto terris ornamento
ſit genus humanum, etiam cum à paucis rectè laudabiliterq́; uiuatur, &c. Et paulo inferius:
Quis autem ita ſit excors (ait) ut putet eam minus ornari potuiſſe, ſi iuſtis non morientibus
impleretur? Ecce fatetur Auguſtinus etiam iuſtis innocentiæ ſtatum ſeruantibus terram im-
Ambroſius. plendam fuiſſe. Ita Ambroſius ad Horontianũ libro Epiſt. 6. Hominem poſtremo creatũ ſcri
bit, ut ſubiectas haberet omnes mundi opes, omnia uolatilia, terreſtria, etiam piſces, & uſum
maris, tanq́; rex elementorum, ac ſine labore, ſine indigentia, ad imitationẽ & ſimilitudinẽ ue
nerandi authoris, abũdanter omnibus, atq́; in ſumma degeret copia, & uias ſibi aperiret, gra-
Lactantius. dusq́; admoueret, per quos ad cœli aſcenderet regiam, &c. Item Lactantius libro 2. Deum A-
dæ fœminam iunxiſſe ſcribit, ut propagata ſobole omnem terrã multitudine opplerent. Fu-
it ergo Paradiſus terreſtris nil aliud quàm terra longè lateq́; homini iuſto ad inhabitandum
diſpoſita in Oriente, ne quis hortulum fuiſſe Paradiſum putet, præcelſis munitum mœni-
Nota. bus, uelut pictorum tradit licentia, & aniles referunt fabellæ. Proinde quoniam ex fide ſcri
pturæ poſſeſſio terræ, repletio, & ſubiectio diuino uerbo Adæ & ſuis promiſſa eſſet cum be-
nedictione, ut capite primo Geneſis legitur, non dubium uidebatur Paradiſum à principio
plantatum, eximium quendam locum habitabilis, ut dixi, terræ, non anguſtum, nec difficili
ſeceſſu ſecretum, nec adeo eleuatũ in aërem, ſed loco quopiam quo hodie frequẽs etiam mor-
talium habitatio exiſteret, intra quatuor amnium, quos nominat Moſes, capita longe ac late
patentem. Idq́; ipſum ueriſimile fecit, cum memorata hodie Syriæ, Indiæ, & Aegypti fertili-
tas, à qua æſtimari etiamnum poſſet amœnitas, qua germinauit Paradiſus antequam in ope-
re Adam lapſi terram maledixiſſet Deus. Tum uerò maximè nota ex Hebraica hiſtoria uetu
ſtiſſimarum gentium, & primorum hominum ab India & Aſſyriæ Babylone memoria, quæ
omnia Paradiſum Orienti non poſſint non tribuere. Quod ſi quæ illic loca poſtea aut calo
re adurente deſerta facta, aut ſiccitate & ſqualore harenæ inhabitabilia reddita ſunt, nil offen
derit, cum tantæ temperiei & clementiæ aëris ſcriptura non faciat mentionem, & alioqui non
ambigendum eſſe uidebatur, quin tempore benedictonis diuini uerbi omnia tẽperata amœ-
naq́;, & quemadmodum ueteres Poëtæ de aureo illo Saturni ſeculo meminerunt, perpetuo
ueſtita Vere fuiſſent, mox peccato ingruente, & præcepti neglecta reuerentia, ſpinas & tribu-
los terram germinare cœpiſſe, cætera præterea elementa, quando uſui eſſe homini miſeriæ re
licto cœpiſſent, à ſua quoque non nihil puritate defeciſſe. Quod ipſum uel Ioſephi uerba li
bro Antiquitatis Iudaicæ primo teſtantur, ſic interprete Rufino: Deus autem Adam uictum
conſilio mulieris, pœnæ ſubiecit, præcipiens terræ ne quicquam eis ſponte proferret, ſed la-
borantibus, & operatione contritis alia quidem fructus daret, alia denegaret. Quanquam
propter alimentum ligni uitæ, cum dono immortalitatis Adam & Eua perfruerentur, nul-
lam intemperiem, quam alicubi natura ſuis acta legibus efficeret, moleſtam eſſe potuiſſe
uerisimile eſt. Hæc monendi tantum gratia dico, non neſcius quidem quàm plerique de re-
bus ad Paradiſi hiſtoriam attinentibus, nullis ueterum teſtimonijs nixi, nulla ratione perſua-
ſi, ac ne coniecturis quidem ſatis attinentibus moti, præfidenter aſſeuerare quàm monere ma
luerint, quos equidem nihil moror, tãtum id non ambiant, ut quæ ſua ſunt, ſcripturæ eſſe, &
Auguſtinus. ſacræ hiſtoriæ credere opus habeamus. Auguſtinus certe libro ſuper Geneſim primo, quæ
in ſcriptura ambigua ſunt, & ſalua fide alias atq́; alias ſententias parere poſſunt, præcipiti af-
firmatione in alterutram partem non eſſe trahẽda docet. Namq́; euenire nòn raro uidemus,
ut diligentiori ſcrutinio indagata ueritate, illi diuerſa tradendo, fateri cogantur non ſcriptu-
ram ſe diuinam, ſed humanam ignorantiam prodidiſſe. Sanè fontem iſtum ſeu fluuium de lo-
co uoluptatis ad irrigandum Paradiſum egreſſum, & mox diuiſum in quatuor capita, Ocea-
Fons Paradiſi. num eſſe arbitrabar, occultis meatibus terram ſubintrantem, & paſſim amnium uenis erum-
pentem, ubere in terras fertilitate inducta. Hic enim ille eſt fons, qui cum Deus ſuper terram
nondum pluiſſet, è terra aſcendebat, teſtante ſcriptura, & uniuerſam terræ ſuperficiem riga-
bat. Hic eſt fons, quem diuerſis regionibus terrarum ſcaturire, quem præaltis etiam monti-
bus erumpere ueteres tradiderunt, artifice natura aquarum copiam in hunc non temere u-
ſum ordinante. Quam etiamnum uidemus rigandæ terræ gratia (quis enim imbribus om-
nia inundarit?) ingentes ſinus in terram immiſiſſe, uelut à Borea Caſpium, ab Occaſu no-
ſtrum mare, à Meridie Arabicum, Perſicum, Gangem, & illum, qui magnus ſinus Ptole-

mæo

mæo cognominatus eſt, non alia magis cauſa, quàm ut fluminum ui adaucta propius, edendo pabulo, & mouendis frugibus, nec animalibus planè, nec homini deeſſet. Vnde & Damaſcenus, non tam doctrinæ præſtantia quàm ſanctimoniæ fama clarus author, nono cap. ſecundi libri, Oceanum delabi per terram putat, eoq; fluxu dulcorari etiam, & alicubi fluuiorum eſſe authorem, ut hoc modo Oceanum non Oceanum, ſed fontem amnium, & dulcem, & magnum appellare rectiſſimè queas. Porrò nec is locus refragatur, qui apud Eccleſiaſten legitur: Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Ambroſius autem manifeſtiori ſententia libro Epiſtolarum ſexto ad Sabinum Epiſcopum ſcribens, Ioſephus inquit, utpote Hiſtoriographus Paradiſum dicit locum refertum arboribus, uirgultisq; plurimis, irrigari etiam flumine, qui diuidatur in quatuor fluuios. Collecta etenim in unum congregatione aquarum, non ſe penitus exinaniuit terra, & fraudauit irriguis ſuis, ſed hodieq; in fontes prorumpit, & deducit meatus fluminum, quibus pignora ſua quaſi pia mater plenis lactat uberibus, &c. Quibus uerbis diuinus ille ſcripturæ interpres indicat, aquis in ſuum locum ſegregatis terram nihilominus partem ſibi undarum uendicaſſe, qua amnibus alimenta ſubderet. Has autem undas & ab Oceano latentibus, ut dixi, uenis ingredi ueriſimile eſt, etiam ſi non ſit obſcurum alias quoque amnium fontiumq; cauſas, quo minus deficiant, exiſtere. Sed Ioſephi uerba libro Antiquitatis Iudaicæ primo, quæ explicauit Ambroſins, interprete Rufino hæc ſunt: Rigatur uerò hortus hic ab uno flumine circa omnem terram undiq; perfluente, hoc in quatuor diuiditur partes, &c. Iam doctrinarum fons Homerus libro Iliados φ. fontium amniumq; parentem Oceanum eſſe ſcriptum reliquit. Conſentanea ueterum, & recentiorum frequenter, inq; primis Alberti noſtri ſententia. Quid autem obſit candide lector, quo minus fontis nomine, dum amnes fundit, cenſeri Oceanus debeat? Sed alienum eſſe à ſcriptura ſenſum hunc ais. An minus alienum non à ſcripturæ tantum ſenſu, & hiſtoriæ etiam gratia putes, quod ſint qui ſub concauo orbis lunæ quatuor magnorum amnium fontem quærunt? qui in media aëris regione, ſupraq; eam ſcaturiginē eſſe Tigris & Euphratis, Gangis & Nili exiſtimant, interim aliȷs iam ab ortu, aliȷs à meridie, porrò nonnullis à Septentrione etiam & Auſtro immanium fluuiorum fontes quærētibus. An uerò neſcire potes, diuinam prouidentiam, ut elementis remotioribus, ita Oceano terris proximo, & uelut regnorum participatione quadam, decretis limitibus innixo, id inter cætera tribuiſſe, ut terræ, quæ ſuapte natura ſicca atque arida eſt, natiui humoris copiam ſubminiſtraret, ut amnibus aliȷs productis, quibus temporariæ alioqui aut niuibus liquatis, aut imbribus obortis incrementi cauſæ forent, rorem fœcundi fœtus aſpergeret? Fluuius igitur ſcaturiebat de loco uoluptatis, in quatuor diuiſus capita, quatuor enim Orientalis & meridiani literis potiſſimos amnes Moſes nominauit, quibus Paradiſus allueretur, non quod alibi frequentes amnes non funderet fons ille altiſſimus, de quo modò diximus, ſed quod hanc illi potiſſime terram rigarent, quæ non Adæ ſolum, & Euæ, quos anguſto loco quopiam cuſtodiſſe uerîſimile eſt, ſed & poſteris quotquot in innocentiæ ſtatu futuri erant, deſtinata fuerat. Porrò quo in loco fons ille extet, in undetq;, incertum eſt, multis enim à partibus habitabilis noſtræ irrumpit, ut diximus, Oceanus, & ut Phyſici tradunt, mutari marium in terras introitum contingit, quanquam Ambroſius certos limites ex teſtimonio Iob, undis Oceani ſtatutos tradit. Quod ſi coniecturam non audacem nec alienam ſequimur, & remotiſſimæ uetuſtatis placita deprõmimus, in hanc certè ſententiam inuitamur, ut penitiſſime terras intrantem Oceani ſinum fontis loco intelligamus, cum primis autem Caſpium ſiuè Hircanum, quem ſeorſum mare eſſe, nec ab Oceano euidente illapſu deriuari ueteres, authore Plinio & Strabone, crediderunt. Quod ſi ita fuiſſet nimirum inſignis ille fons, ita tamen ut occultis Oceani meatibus editū, rurſum occultis meatibus diffundi, & amnes parere eum intelligeremus. Nunc uerò cum ex recentiorum traditione Caſpiū ab Aquilonari Oceano anguſto meatu fundi conſtet, & in eum omnium teſtimonio amnes maximi circumquaq; illabātur, maris undis nihil interim auctioribus factis, quis non credat occultis illum meatibus dilapſum amnium in alias oras exeuntium authorem eſſe poſſe? Proinde, ne quis indigna ſide comminiſci me ſibi perſuadeat, fuere qui Caſpium ſinum cum Euxini maris undis ſubterraneis cauernis coire (magno argumento per occultos meatus exeuntis Hircani) prodiderint. Qua de re quatuor patentiſſimos amnes, Gangem, Indum, Tigrim, & Euphratem fertiliſſimam omnium terrarum oram rigantes, tametſi immanibus Tauri iugis ingentem aquarum uim deſumere non ſit dubium, augeri tamen & occultorum meatuum commertio, inde originem tanquam ex fonte deriuare, nec à naturæ potentia, nec à ueterum traditione abhorret. Demus autem ut ita non eſſe manifeſtis argumentis conuincere poſſis, non ſtatim conſequens eſt, ut horum amnium partem ſub terra deflexu Oceani augeri non poſſe credamus. Sed de Indo, inquis, Moſes non meminit. Geon enim ut Auguſtinus lib. ſuper Geneſ. octauo interpretatur, Nilus eſt per omnē Aethiopiæ terram fluens. Agnoſco equidem Auguſtini interpretationem. Conſtat tamen à uetuſtiſſimis, aduſq; Alexādri & Artaxerxis tempora, dubitatum fuiſſe diuerſus'ne eſſet à Nilo Indus, an idem amnis, id quod Ariſtot. ſcriptum

Damaſcenus.

Ambroſius.

Quatuor capita fontis.

Caſpius ſinus.

Nota.

Indus & Nilus iȷdem crediti.

reliquit,

reliquit,& lib. decimoquinto memoriæ prodidit grauis in primis author Strabo,ut uerũ &
Cur Indum Moſes prætericrit. humanarum,& diuinarum peritiſſimum paſtorem Moſen,ea cauſa Indum præterijſſe exiſti-
mare debeamus,quod populari ſuorũ temporũ hiſtoria in Nili nomine Indum cõprehendi
uideret, & quanquam diuerſos amnes eſſe nouiſſet,populari tamẽ opinioni primordiorum
myſteria ſubdere uoluerit,quando & angelicæ naturæ creationem rudibus tantum, & uulgò
expoſitis creationis uerbis ſubdiderit,nihil nominatim admonens,& tacuerit non pauca,ne
quod Ambroſius ait,cœleſtis diſpoſitionis ſe arbitrum & conſiliariũ præſtare uideretur. Por
Aethiopes. rò in Aethiopiæ nomine ſunt qui Indiæ partem intelligãt,& Aethiopes dictos à ueteribus,
qui in India ſint,uelut honoratus Grammaticus Seruius prodidit. Cæterum quo in loco ha-
rum regionum Deus optimus maximus arborem illam,cui uim corporeæ uitæ retinẽdæ in-
Hortulus ligni uitæ ignoratur. diderat,plantauerit,quó ue in agello lignum dinoſcentiæ boni & mali,ad cuius ſignum A-
dam præcepti moneretur,ſeuerit, credo cum Auguſtino à cognitione hominum remotiſſi-
mum eſſe: Etiam ſi ſciam eſſe qui de Damaſcenæ regionis amœnitate ſuſpicentur, tum
Damaſcena regio. quòd in ea iuxta Libanum montẽ poſtea urbs fuit Plinio & Ptolemæo Paradiſus dicta,tum
etiam quod Eden, hoc eſt delitias,ſiue, ut ſeptuaginta interpretati ſunt, uoluptates,ibi eſſe
uetus hiſtoria tradiderit,ubi à Caym poſtea Enos urbs extructa fuerit. Quibus accedit,quod
Daphne. locum ſupra Antiochiam Libanum uerſus Daphnen etiam Latina uocat hiſtoria,amœnita
tis uiſendæ, ubi Romanas cohortes quandoque uſque ad perniciem uoluptuatas conſtat.
Cæterum quo minus cum his ſentiamus, Auguſtini facit authoritas, nec facilè amplius lo-
cum illum quiſpiam ex corporalium delitiarum ubertate deprehenderit, qui diuinus eſſe
poſt peccatum primorum parentum deſierit, fructu illo immortalitatis nimirum euanido,
in cœlum redactis perpetuæ uitæ ſeminibus. Credimus autem ea omnia in Paradiſo,quæ ad
animi uoluptatem a tinuerunt,terrenis & ſenſui expoſitis incomparabiliter præſtantiora fu
iſſe,quæ mox deſijſſe ueriſimile eſt,quãdo homo dei per peccatum,hoc eſt,ut Ambroſius ait,
præuaricationem diuinæ legis,& cœleſtium inobedientiam præceptorum,uiolato innocen-
tiæ ſtatu, cita rebellione amiſerat. Vt locum quidẽ,ubi decore ornatus Paradiſus fuit, etiam-
num inſignem eſſe intelligere debeamus: Paradiſum autem non eſſe,qualis fuerat,ſed decorẽ
Ezechiel. amiſiſſe,cum ille præceptum non retinuiſſet. An non Prophe1a Ezechiel cap. 31. Cedrum il-
lum Libani arboribus Paradiſi comparans, omnium ita meminit, ut fuiſſe magis quàm eſſe
intelligi queant? Cedri,inquit,non fuerunt altiores illo in Paradiſo Dei, abietes nõ adæqua-
runt ſummitatem eius,& platani non fuerunt æquæ frondibus illius, omne lignum Paradiſi
Dei non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini eius, quoniam ſpecioſum feci eum, & multis
denſiſq; frondibus,& æmulata ſunt eum omnia ligna uoluptatis,quæ erant in Paradiſo Dei.
&c. Erant,inquit,non ſunt,ad præterita deſitaq; referens. Porrò ſcimus Adam & Euam e-
ueſtigio poſt fructum uitæ arboris deguſtatum pudere cœpiſſe, timereq;,& fugere, ut eo ip-
ſo momento Paradiſi illos delitias in loco amœniſſimo alioqui,& cœleſti adhuc fœcundita-
te uernante,perdidiſſe, non poſſis non aſſerere,gladio nimirum ultionis Dei tenui de ſilo in
horum uertices dependente. Status enim innocentiæ,& ea iuſtitia,quam originalem Theolo
gi noſtri uocant,ueras illas Paradiſi delitias in communicatione ligni uitæ & ſapiẽtiæ efficie
bat,quod illud Ezechielis quoque confirmat ex 28. quando ait, Tu ſignaculum multitudi-
nis, plenus ſapiẽtia, perfectus decore,in delitijs Paradiſi Dei fuiſti,&c. Quem locum Diuus
Ambroſius cap. 2. de Paradiſo,ad Diabolum refert,quem & ipſum in Paradiſo delitiarum fu
iſſe conſtat. Lapſis ergo nullus amplius terrenus Paradiſus uoluptati erat,urgente in dolo-
rem conſcientia,& rebellionis ſcelere,quo creatorem offenderant,magnam delitiarum par-
tem obturbante. Etenim quod cœleſte erat,quod gratiæ dei,quod munificentiæ incompara
bilis,id propè uniuerſum amiſerant, & merebantur ob ſuperbiam, quemadmodum & mali
angeli,in æternum periere. Seruati tamen imperſcrutabili diuinæ prouidentiæ conſilio ad
ſalutem ſunt. Lucifer enim ſponte ceciderat, Adam Eua ſeduxit, Euam ſerpens lubricus
perſuaſerat,itaq; non tam ſibi ſuperbia,quàm nobis inuidia,dum aliena huic felicitas mole-
Ioſephus. ſta eſt, callidus Dæmon nocuit. Sed Ioſephum citare libet, qui libro Antiquitatis Iudaicæ
primo, Deum ad Adam præuaricatum ſic loquentem facit,interprete Rufino. Mihi quidem
de uobis notum eſt, quemadmodum felicem uitam extra omnium malorum paſſionem ha-
bueris, nulla ſolicitudine animum ueſtrum conturbante, cum uobis ſponte ad fruendum,&
ad uoluoptatis abundantiam orirentur uniuerſa,me prouidente uirentia ſine ueſtro labore
& miſeria. Sed nunc male præſentibus ſenectus uelox uobis aduenit,& non longa uita ſucce
det, quoniam mihi contumeliam tali uoluntate feciſtis,mea mandata præuaricando, neque
enim uirtutis cauſa taciturnitate conſtringeris,ſed mala conſcientia retineris. Et mox inquit:
Adam uerò peccati ueniam poſtulabat, rogabatq; Deum,ne nimis eum affligeret,& de facto
coniugẽ accuſabat, dicens ſe ſic ab ea ſeductum fuiſſe,&c. Quibus uerbis intelligimus in ma
xima perturbatione fuiſſe Adamum,cum propter uiolatum præceptum, tum uerò quod in-
tellectu mali,quod commiſerat, & timore pœnæ,quæ imminebat,longe alium ſe ab eo qui
fuiſſet,futurum uidebat. Dimiſſi igitur ſunt è Paradiſo,qui culpa etiam ſua delitijs eius per-

fruſ

fruí amplius non poterant,& maledixit deus terræ in opere Adam, & miſeros in erumnam *Adam & Euaè Paradiſo miſsi.*
& ſudorem ueſtiuit,erepto ſemel nobis immortalitatis munere, & mortalitatis iniecta cate-
na,omnem generationem naturæ à ſe creatæ legibus ſubdidit. Emiſſos autem intelligo non
in longinquam regionem,quam peterent,ſed uicinam, non à portentoſæ altitudinis monte
quo deſcenderent,non ingenti aliquo interpoſito pelago,quod tranſirent,qualia cogitare ſo
lent,qui recentiorum opinionibus acquieſcunt,ſed eo ipſo in loco,cum potiora, hoc eſt ſpi-
ritalia,nec obuia ſenſibus,contẽpta lege,perdidiſſent,à terra benedictionis in terrã, cui mox
maledicebatur,abierunt. Adam enim ut extra Paradiſum è limo formatum credimus,ita cer *Nota.*
te hoc ipſo quod immortalitate donatus,quod cœleſti ſapientia eruditus,quod ſpiritalibus
ornamentis mirificè decoratus à Deo fuit,in Paradiſi delitias poſitum eum,haud alienum à
ſcripturæ myſterio fuerit. Ambroſius enim,uides,inquit,quomodo qui erat, apprehẽditur, *Ambroſius.*
erat autem in terra plaſmationis ſuæ, apprehendit ergo eum uirtus dei, inſpirans proceſſus
atq; incrementa uirtutis,&c. Adam enim non tam in locum delitiarum, quàm ad perfectio
nem ſtatus innocentiæ translatus eſt. Atque hic quidem intellectus quanquam ſpiritalis eſt,
& ad inuiſibilia bona parte refertur,hiſtoricum tamen eſſe,& rem geſtam continere quis ne-
get? Hoc enim conſilio Geneſim à Moſe traditam poſteris excellenti doctrina uiri prodide- *Quo conſilio Geneſim Moſes ſcripſerit.*
runt,ut rudi & ſimplici uerborum cortice per figurarum & ænigmatũ inuolucra, hiſtoriam
penitiſſimis myſterijs confertam, & (ut Auguſtinus ait) myſticis ſignificationibus plenam
clauſiſſe intelligeretur, qua ſcribendi ratione in arcanis etiam naturæ,memoriæ prodendis
uſam eſſe uetuſtatem conſtat. Porrò ſi doctor ille gentium Paulus priori ad Corinthios Epi *Paulus.*
ſtola,uidere nos ait per ſpeculum & in ænigmate,mox uiſuros de facie ad faciẽ, nos inquam
quibus patefacta in aduentu Chriſti ueritas eſt,& oſtenſa digito ad felicitatem uia, quis am-
plius admirari uelit Moſen ſuis,qui in umbra legis,& figura futurorum uerſabantur,hoc ſim
plicis picturæ genere in his tradendis,quæ ſpiritus forent,& ſenſu capi non poſſent, uſum fu
iſſe? quando & Chriſtus alluſionibus alicubi obſcurus fuit, nominatim interim admonitis
Apoſtolis,ne omnia ſeſe capturos ſperarent,antequam cœleſti numine adiuti, ad penitiorem
ueritatem intelligendam diuina ope firmarẽtur. Natura autem comparatum eſſe uidemus, *Nota.*
ut ea quoque quæ haud ita longè à ſenſuuũ captu abſunt,niſi crebris corporalium rerum fi-
guris ueſtiamus,rudiori paulò,& à ſenſibus hærenti concione perſuadere nequeamus. Ea re *Menenius*
nimirum factum eſt, ut plebem à patribus ſecedentem,facili apologo citius Agrippa perſua- *Agrippa.*
ſerit, quàm ullis Numæ legibus potuiſſet. Vt populum Athenienſem res nouas molien-
tem,fabella ſitibũdæ uulpeculæ citius deterruerit Themiſtocles, quàm ullis Academiæ pla *Themiſtocles.*
citis eualuiſſet. Et potuit cohibere militem in ordine Sertorius,duobus equis in concionem
productis, qui Catonis militaria præcepta, ſi deprompſiſſet,perſuadere celerius haud potu-
iſſet. Denique ſcimus recentes ficus à Catone in Senatu oſtenſas,Patrum animos uehemen- *Cato.*
tius perculiſſe,quàm ſi decem Carthagine allatas hoſtiles legiſſent literas. Adeo ad mouen-
dum efficacia ſunt,quæ corporeis tectoribus clauſa,à ſenſibus proficiſcuntur. Oportuit igi-
tur Moſen,ut eruditis ſimul & imperitis operam cõmodaret,altiſſima primæ creationis my-
ſteria,eaq; cum primis,quæ nec cernere oculus,nec auris audire,imò uerò nec ſpiritus facilè ca
pere quiret,familiari atq; humi repenti eloquio ſubdere,rebusq; uulgò notiſſimis accommo
dare. Vnde etiam factum uideri poteſt,quod cœli tantum nomine, noto utique, & omnium
oculis expoſito,angelorum creationem difficilem captu,atq; omnibus modis ſpiritualẽ, in-
telligendam reliquerit attentè legentibus. Ea de re uerè Diuus Auguſtinus libro ſuper Gene *Auguſtinus.*
ſim 11. dubiam diſputationem finiturus,Conſcriptam quidem eſſe legem dixit,ſicut eam legi
ab hominibus oporteret,etſi à paucis hæc intelligeretur,ſicut oporteret,&c. Porrò ut rerum,
quæ ab his primordijs extiterunt,quædã ſenſibus obuiæ ſunt,quędam uideri nequeunt,præ
ſtantiores cæteris,ita ſanè in Moſis Geneſi non minus hiſtorica uideri debent, quæ de inuiſi-
bilibus,& à ſenſibus alienis ſubſtantijs monent magis quàm docent,quàm quæ rerum mani
feſtiorum productionem continent,uelut cœli,elementorum,hominis, animalium, quorum
in uniuerſum conſiſtendi ratio angelica natura impurior eſt,& ignobilior. Vt his obiter re- *Allegoriæ hiſtoricæ.*
ſpondeamus,qui ab hiſtoria ad diuerſam ab ea Allegoriam confugere illos exiſtimant,qui in
corporeis,& ſenſui expoſitis rebus,incorporea & intellectui obuia intelligunt. Porrò ut de-
mus,Allegoriæ nomine id genus ſententias comprehendi,quæ ex priori aliqua narratione
facta colliguntur,ſintq; illæ planè Allegoricæ,conſequens tamen non eſt,ut omnem Allego-
ricum ſenſum ab hiſtorico diuerſum eſſe dicere opus habeamus. Auguſtinus enim libro de *Auguſtinus.*
trinitate 15. Allegoriam locũ habere ait,cum aliud ex alio intelligitur,& ænigma,in quo fre- *Allegoria.*
quenter tamen hiſtorię continentur,ab Allegoria ſola obſcuritate diſcerni tradit. Quod ſi ita *Aenigma.*
eſt,non oberit hiſtorico ſenſui omnis Allegoria,& quæ ſpiritalia incorporeis intelliguntur,
à Paradiſi hiſtoria non ſecernẽtur. Nanq; in ſerpentis hiſtoria non anguem tantum, uerum- *Serpens.*
etiam dæmonem intelligimus,qui re ipſa in Paradiſo poſitus,primis hominibus peccati oc-
caſionem præbuit. Nam lib. 2. Lactantius, Tum,inquit,criminator ille inuidens operib. Dei,
omnes fallacias & calliditates ſuas ad decipiendum hominẽ intendit, ut ei adimeret immor-

 talitatem,

talitatem,& primo mulierem dolo illexit,ut uetitum cibum ſumeret, & per eam ipſi quoq;
homini perſuaſit,ut tranſcenderet legem Dei, &c. Anguis autem corpus erat anima uiuū,dæ
mon ſpiritus incorporeus:nec fefellit ſerpens,ſed in ſerpente dæmon,erat enim ille in genere
ſuo reptile, quod Deus cum feciſſet,uidit quod eſſet bonum,ut Moſes ait. Propterea Augu
ſtinus libro ſuper Gen. 11. ſerpentem ait in ſcriptura prudentiorem ſeu callidiorem dici cun-
ctis animantibus terræ,non quidem irrationali anima ſua,ſed alieno ſpiritu, hoc eſt diaboli-
co,quo rectè potuit ſapientiſſimus dici omnium beſtiarum. Et inferius mox: Quid ergo, in-
quit,mirum? ſi ſuo inſtinctu diabolus iam implens ſerpentem,eiq; ſuum ſpiritum miſcēs, eo
more quo uates dæmoniorū impleri ſolent,ſapientiſſimum eum reddiderat omnium beſtia
rum ſecundum animam uiuam,irrationabilemq; uiuentium,&c. Hoc eſt, quod alibi idē au-
thor probat,in Paradiſi hiſtoria corporalia & ſpiritalia,id eſt inuiſibilia ſimul intelligi opor-
tere. Tam enim in anima Adam Paradiſi delitias plantaſſe deum exiſtimamus,quàm pro cor
poris non mortalis ratione,amœniſſimam illi & poſteris habitationem eo in loco,quem inco
lere cœpiſſent,inſtituerat. Nec dubito quin incomparabiliter maior animi uoluptas fuerit in
Paradiſi delitijs per ſpiritalia,quā corporis à corporeis rebus eſſe potuerit. Vt igitur de Alle
goriæ ratione finiamus,conſtare arbitror hanc demum allegoriam ab hiſtoria longiſſimè re-
cedere,quæ à natiuo literæ ſenſu ita recedit,ut ne cogitaſſe quidem de ea unquam uideatur,
qui cætera prodidit,nedum ut aut innuiſſe eum quicq; tropis , aut uerbis, quæ ad penitio-
rem ſenſum trahi poſſent,monuiſſe uideri queat. In Geneſi autem Moſi cū pleraq; omnia ita
tradita ſint,ut lectoris animū ad penitiora remotioraq; contēplāda primo ſtatim ſenſu cohor
tentur,nō minus culpabilis eſſe eos exiſtimamus,qui hiſtoriæ Paradiſi Allegoriā non cōiun-
gunt,q̄ qui ſola nixi Allegoria,re ipſa quod Moſes tradidit,eueniſſe fuiſſe ue negant, quorū
in numero Manichæos fuiſſe Auguſtinus indicat. Ideo bene Hieronymus cap. 10. Expoſitio-
nis in Danielem, Domino,inquit,Saluatori,& Baptiſtæ Ioanni ſuper fluenta Iordanis aperi-
untur cœli. Vnde eorū deliramenta conticeſcant,qui umbras & imagines in ueritate quæren
tes,ipſam conantur euertere ueritatē,ut flumina,& arbores, & Paradiſum putent Allegoriæ
legibus ſe debere ſubdere. Iam quod Moſes tradit Deū,poſtq; Adā cum Eua eijeciſſet è Para
Cherubin. diſo uoluptatis,Cherubin ſtatuiſſe,& flammeum gladium,atq; uerſatilem additum ad cuſto-
diendam uiam ligni uitæ, Auguſtinus libro ſuper Gen. 11. non gladium ipſum, ſiue (ut ipſe
Gladius uer ait) Rhomphæam,quæ uertitur,ſed Allegoricōs ignem intelligit,qui per cœleſtes poteſtates
ſatilis. circū uiſibilem Paradiſum excitatū eſſe credendum ſit,ut per angelicum,inquit,miniſterium
eſſet illic ignea quædā cuſtodia,quā quidē non fruſtra, ſed ad ſignificandū quicq; de ſpiritali
Rhomphæa. Paradiſo factam eſſe non utiq; dubitandū ait. Hæc eſt Rhomphæa, quæ recētes aliquot Lom
bardi interpretes in eam ſententiam traxit,ut intra torridam Zonam ſub æquatore Paradi-
ſum eſſe uideri tradiderint, cum terram,quæ æquinoctiali ſubeſt,multis in locis frequentiſſi-
mæ habitationis eſſe experientia conſtet. Præterea ne temperie illa cœli adeo ipſis memo-
rabilem Paradiſum intra torridam Zonam priuaſſe uiderentur,monti altiſſimo,& ad quem
radiorum reflexa acies non pertingeret,impoſuerunt, præſertim qui in cōfinio primæ & ſe-
cundæ regionis aëris illum prominere dicunt. Nam ſunt qui ſuper ſecundam regionem ad
principium tertiæ regionis aëris Paradiſum extollunt,& quouis eum Olympo faciunt al-
tiorem,cum ut æſtui eripiant ſubdito,tum maximè quod eundem nec imbribus madeſcere,
nec premi aut nubibus,aut niuibus uelint. Excelſo uerò in loco eſſe,uel illud probat,quod un
dæ diluuij altiſſimæ Paradiſum non obtexere. Quandoquidem Enoch uir iuſtus illuc tranſ-
latus erat,ſcilicet (quod ex Eccleſiaſtico intelligere ſic uoluerunt) indignus, qui Cataclyſmi
Auguſtinus. undis ſuccumberet. At uerò Diuus Auguſtinus in fine libri de ciuitate Dei 15. Moſis de dilu-
Omnis terra uio teſtimonium mordicus retinens,cum grauiter in eos inuexiſſet, qui de Olympo neſcio
ſub undis di quid nugati,omnem terram undis diluuij tectam fuiſſe negabant,ridiculos illos,& naturæ re
luuij fuit. rum parum peritos exiſtimat,qui terræ aliquid ex undis illis quindecim Aegyptiacis (ſi Ori-
geni credimus) hoc eſt, quintuplo ſingulis,quàm noſtri ſint, quouis monte altioribus cubi
tis extare potuiſſe autumant. Factū autem eſt,ut quæ illi hoc modo de Paradiſo tradidiſſent,
non potuerint inter ueroſimilia non referri,poſtq; ſemel ad orbis Lunæ conuexum (altius e-
nim non poterat) Paradiſi hortum Beda extulit,grauis alioqui, & dignus ueneratione ſcri-
ptor,in quo tamen noua aut inaudita hæc montium altitudo non eſt. Iam olim enim fuiſſe
Plinius li. quinto ſcribit,qui Athlātis uertices ad uicina Lunæ extolli fabulati eſſent. Quod
ſi ita eſſet, quàm uanas,Deum immortalem,friuolasq; Mathematicorum demonſtrationes
doctiſſimorum quorumq; induſtria,terram rotundam eſſe uno ore confeſſa admiſiſſet? Iam
mirari me fateor,adeò nihil de gladio illo in libello ſuo de Paradiſo Ambroſium meminiſſe.
& in cēſenda hiſtoria difficilem hunc locum tam paucis ab Auguſtino indicatū,niſi fortè mo
nere nos uoluerunt,ne unquam in ſcripturæ myſterijs tractandis altius ſaperemus quā opor
Gladius teret,& de dubijs obſcuriſq; locis nihil temere præſumeremus. Sunt autem quibus allegori
Cherub. ce gladius ille pœnas tēporales indicet, primis hominibus ſtatim poſtq; peccaſſent, uerſatili
quid. quadā malorū occaſione irrogatas,quando & beſtijs,quibus paulò ante ſubiugis Adam no-

mina

mina dederat, nocendi nobis facultas conceſſa eſt. Ad quod illud Eccleſiaſtici accedit xxxix. cap. Beſtiarum dentes, & ſcorpij, & ſerpentes, rhomphæa uindicans in exterminium impios, &c. Impij enim erant, qui præceptum uiolauerant. Ad hæc mors, ſanguis, contentio, & rhomphæa, oppreſsiones, fames, contritio, & flagella mortalibus nobis immiſſa, quibus nimirum ante præuaricationis nefas carere potuiſſemus. Contempta autem lege factum eſt, ut omnis tranſgreſsio & inobedientia (teſte etiam ad Hebræos Paulo) iuſtam præmij repenſationem acceperit. Porrò ut in animo male ſibi conſcio Paradiſus delitiarum eſſe nequit, ita profectò ne ligni quidem uitæ fructum unq̃ decerpſerit, quem peccati labes in amaritudine animæ & mentis angore cõſpurcat, ut Allegoria haudquaquam aliena in rhompheę nomine, peccati furor, & animi perturbatio, qua intus (ut Perſius dixit) infelix palles, & in noctem quandã infelicium turba ſcelerum ageris, nec quietus unquam manes, nec tibi conſtas, intelligi queat. Eccleſiaſticus enim xxi. capite, Quaſi rhomphæa, inquit, bis acuta hòminis iniquitas, plagę illius non eſt ſanitas. Eodem authore conſtat, Spiritus eſſe, qui ad uindictam creati ſunt, & in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua. Et recentiores angelos etiam malos hominibus in exercitium immitti, qui Dei ſui iuſſa perficiant, tradiderunt. Mihi uerò ad hiſtoriam reſpicienti, Gladij nomine uiſum eſt ignem quidem ſignificari, cæterum eum ſolũ, qui inter mortale uarium caducumq;, & immortale, ac ſempiternum, interueniret, hoc eſt eum qui ſua in Sphæra giraretur, quem uerſatilem eſſe, & ad motum firmamẽti rapi Peripatetici confirmãt, ut iunctum Cherubin, hoc eſt intelligentiam mouentem, uel horum ſententia facile intelligeremus. Vtcunq; autem hæc lectores accipiant, conſtat ad conuexum Lunæ ambitum, cœleſtium rerum horizontem quodammodo eſſe, ſupra quem pura omnia lucidaq; & natura ſiſtentia, nec unquam mutata fortuito cernantur. Vbi (ut libro ij. de natura Deorum Cicero ait) nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec uarietas ineſt, contraq; omnis ordo, ueritas, ratio, conſtantia, &c, infra autem caduca omnia, & frequenter alia atq; alia ueſtita facie, pro elementorum & iugalium in eis qualitatum conſenſu diſſenſuq; (quodq; mireris) cœli uirtute in his uariandis præcipua. Qua de re magno omnium conſenſu creditur in cœlis beatorum ſedem eſſe, lucem habitare inacceſsibilẽ mortalibus, agere illic Deum authorem delitiarum Paradiſi, fontem omnis boni, plantatorẽ ligni uitæ æternæ, qui fructui quidem Paradiſi terreſtris diuinam quandam uim aduerſus carnis ſolutionẽ & mortem indiderat, ſed quo ueſci Adam, ad carnem & terram conuerſus noluit. Itaq; retractis illis, in cœlo ſuis Paradiſum plantauit, felicitate inſtituta, quæ nec cœpit unquam, nec unquam deſinet. Nam in quæſtionibus Hebraicis Diuus Heronymus manifeſtiſsimè comprobari ait, quod priuſquam cœlũ & terram Deus faceret, Paradiſum ante condiderat. Hoc in loco, ut mihi uidetur, poſt legis conſummationem, & partam per Chriſtum Ieſum ſalutem, cœliq; recluſas portas, & noxijs dæmonum poteſtatibus reuinctis, Paradiſum eſſe, & ueræ uitæ lignum exiſtimandũ eſt. Cuius arbor uitæ bonos fructus in Euangelio facit, & æternæ ſpei mandata diffundit per uniuerſos populos, ut ad Sabinum Ambroſius ſcripſit. In id regnum Paradiſi decus cõmutatum eſt, hic quærendum eſt quod Adam amiſit, quod Chriſtus reddidit. Libuit hactenus afferre de Paradiſo quæ ſenſerim, non Hercules, quo quicquam affirmandum unquam exiſtimarim, aut quæ prodidi, recipienda retinendaue conſtantius putarim, ſed hac potiſsimum cauſa, ut quoniam apud Pomponium innuiſſem in animo mihi eſſe, ut quicquam de Paradiſo in medium afferrem, hoc in loco, quæ mihi opinio potiſsimum arriſerit, proderem, ſimulq; ſiniſtram opinionem (ſi quam apud curioſos concitaſſem) amolirer. Nec ignoro diuerſa quædam ab his noſtris cum alios ueterum, tum ipſum cum primis Auguſtinũ tradidiſſe, qui Paradiſi terreſtris locum mortalibus inacceſſum credidit, cinctum cuſtodia gladij & Cherubin, præterea nec deſijſſe, ſed adhuc durare. Quã ſuã opinionem equidem non impugno, etiam ſi diſſentio, indicare tantum libebat, non etiam contendere, id quod magna tamen iuuandę ueritatis ſpe in recentiorum aliquot excutiendis opinionibus potuiſſem, ſi hæc ſtetiſſet ſententia, ut noſtra cõfirmanda duxiſſem. Porrò negociũ mihi ſeorſum uiſum eſt odioſum, non tã argumenti raritate & obſcuritate, q̃ ingeniorum ætatis noſtræ, nihil niſi ſua demirantium inuidentia, quæ certè iam ab initio ſtudiorum peſsimè ſemper his reſpondit, qui optime de uerirate mereri uoluiſſent. Et alioqui mihi occupatiſsimo non uacabat ſatis in hanc rem ut ex animi ſententia inquirerem, tantillo ſubciſiuarum horarum ſpatio, quo hæc annotauimus, uix impetrato. Opinor autem inculpabile eſſe, uel à receptis alicubi diſſentire, modò non ineptiſsime, aut impudentiſsime diſſentias, nec admodum ueſtigandæ ueritati leuis inquirentium diſcordia obfuit, quam certè & ipſam apud ſcholaſticos Theologos interminam eſſe uideo. Quibus equidem (ſoli enim ſunt qui aliorum placita acrius uenantur) ut præiudicare in hac re temere nolim, ita de me intelligant uelim, hanc me receptæ, hoc eſt ſacræ ſcripturæ reuerentiam tribuere, ut ſicubi eam coactius detorſiſſe, aut ſuo in ſenſu non cepiſſe conuinci queam, ita me ceſſurum illis, ut gratiam etiam certiora tradentibus ſim habiturus.

Eccleſiaſticus.

Nota.

Peccati furor rhõphæa quædam eſt.

Genij mali.

Quid gladij nomine intelligi queat.

Paradiſus ubi

Cur de Paradiſo tradere uoluerit Vadianus.

Theologiæ profeſſores ueretur Vadianus.

Apud Pomponium libro primo, ubi de terræ partitione in Zona, deq; cardinibus

cœli,& poſitus mortalium ratione mentio fit, longiuſcule cum commentarer in Antœco-
rum, Periœcorum, & Antipodum deſcribenda diuerſitate ſum digreſſus, re (ut mihi tum
uidebatur) minime protrita, & lubricæ etiam in celebrium authorum codicibus fidei, mul-
tiſq; obuoluta erroribus, ac planè digna in qua ſtudioſæ iuuentuti pro mea uirili pro-
deſſem Qua in re me uel hoc ipſo profeciſſe ſpero, quod ſupra recentiorum diligentiam quæ
dam non admodum protrita indicaui, ut eruditioribus ultra cogitandi benè ne an ſecus ſen-
ſerim, occaſionem darem. Equidem haud leuibus argumentis oſtendiſſe mihi tum uidebar,
Antœcos, & quos Periœcos uocamus, eſſe, & de quibus frequentius eruditi dubitauerunt
contrapoſitis plantis terræ innixos Antipodas. de quibus cum anno retro plus minus ſepti-
mo ad Rudolphum Agricolam, inſignem in literis hominem, ex traditione Georgij Col-
Rudolphus Agricola.
limitij eruditiſsimi, & poſteritate digni Mathematici ſcripſiſſem, non uidebatur ex re eſſe
cum mea qui ad alia feſtinarem, tum ſtudioſorum, quibus potiſſime laborabã, ut quæ abun-
de, & ad faſtidium uſque alibi enarrauiſſem, denuo prodendis inculcarem. Remiſi igitur
ad ea lectorem, quæ iſthic aſſeueraſſem. Quorum, ut candidè dicam, adeo me non pœnitet
pudet ue, ut ne iotam quidem unam, in hanc uſque horam, qua ad hæc ſcribenda Camertis
me authoritas compulit, mutare uoluerim, ac ne nunc quidem libeat uel latum (quod a-
iunt) digitum ab his diſcedere, quæ utrobique cum argumentis denſiſsimis, tum uerò ad-
oranda demonſtrationis fide perſuaſus, magna fiducia affirmaui. At uerò, quoniam nuper
Ioannes Camers Theologus doctiſsimus, ſuis in Solinum enarrationibus, poſt diligentiſsi-
Camers Theologus doctiſsimus
mè perſpecta Scholia noſtra Pomponiana, Theologos ait, hoc eſt (ut ipſe refert) ueritatis
authores, fabuloſa eſſe omnia quæ de Antipodibus ab alijs relata ſint, credere, rurſum mi-
hi, ſuperos teſtor, inuito inſtituendus de Antipodibus ſermo eſt, non alio fulciendus argu
mento, quàm ut paucisſimis oſtendam, in quo mihi cum Camerte non conueniat. Apo-
logiæ enim ſcribendæ nulla cauſa eſt, cum nemo hactenus quæ de Antipodibus prodidiſ-
ſem, inceſſerit. Nec ſanè conſultum mihi uidebatur, ut παλιλογία niterer, qua decore ta-
men potuiſſem uti, niſi uidiſſem Crambem illam fuſiſsimæ de Antipodibus explicationis
noſtræ amplius ſine graui lectoris nauſea reponi non poſſe. Satis igitur uiſum eſt monuiſſe
lectorem, ne aut nomine, aut authoritate Camertis motus, erratum paulo inſignius, quam
ratio quæſitæ ueritatis ferret, aut leuius quàm doctrinæ, aut diligentiæ nomen permitteret,
ineſſe noſtris ſuſpicaretur, quando peritus ille uir noſtra tanquam indigna fide præterijſſet
Hoc enim ſolum faſſus eſt Camers, non deeſſe quibus Lactantij perſuaſiones frigidæ nimis
Lactantij temeritas.
eſſe uideantur, quorum in numero me eſſe norunt, qui noſtra legerunt. Equidem inficias
non eo, ſuperbam & præfidentem Lactantij inſcitiam, qua in Antipodum hiſtoria con-
futanda ineptiuit, non potuiſſe mihi non uehementer diſplicere, quandoquidem (quod
honoris præfatione dictum uolo) non aliter de illis diſputat, quàm de coloribus cœcus
ſolet, nec aliud in medium affert, quàm meras nugas belliſsimo ſuauiloquentiæ fuco delini-
tas, ut uel hac uia rem magnam tradidiſſe literatori cuipiam uideri poſsit, qui certè non
aliud dedit quàm uerba. Qua de re uelim non Theologos ſolùm, ſed & Ariſtotelicos, hoc
eſt ſcholaſticos illos diſceptatores, & in primis Mathematicæ rudimẽtorum peritos iudica-
re, meo periculo. Nec uerò mihi perſuaſerim, Camertem noſtrum pro ſingulari eruditio-
ne iſta uidere nequiuiſse, quibus rationibus, quamquè euidentibus in Antipodum hiſto-
ria confirmanda fuerim uſus, ſentiente mecum Claud. Ptolemæo, omnium ſanè, qui à
proximis quatuordecim ſeculis Mathematica prodiderunt, citra controuerſiam peritiſsi-
mo, prætereà, ut mediæ ætatis ſcriptores, ſimulquè recentiores prætereàm, peritiſsimo illo
Georgio Collimitio, incredibili auditorum frequentia Methematicen in clariſsima Vi-
Georgij Collimitij laus.
ennenſi Academia profitente. Ex quo Camers quid in hac quæſtione recipiendum, quid
reijciendum foret, intelligere debuiſſet, uiro in omnium liberalium doctrinarum peritia
tanto, ut multis Academijs unus uelut Plato quidam ſufficere poſsit. Niſi forte ſuſpican-
dum eſt, Camertem à ſuis commode diſſentire non potuiſſe, atque hactenus quidem indica-
Bene de Camerte ſperat Vadianus.
re uoluiſſe, quid alij ſentirent. non etiam innuere qua in ſententia ipſe foret, id quod & Soli
num alicubi, & C. Pliniũ feciſſe autumat. Vtcunq; demum Camers ſtatuerit, perſuadeo mi-
hi ita caſurum olim, ut noſtræ ſententiæ pedaneum iudicem doctiſsimũ Camertẽ habituri ſi
Theologi dicũt Auguſtinum lapſum quod Antipodas negarit, ſed male dicunt.
mus, maximè qđ recentiorum quidam ex ſcholaſticis Theologis, quorum cõmentarij in Lõ
bardi ſententias prodierunt, Auguſtinum quod Antipodas negauerit, lapſum eſſe dicũt. Por
rò & culpa tantum ſcriptorem eximunt, quanquam nec attinẽtibus, nec ueris id rationibus
faciunt, ut mirum etiam ſit, uidere illos non potuiſſe, quibus cauſis motus Auguſtinus Anti-
podas eſſe negarit. Iam, ut rem inſtitutam proſequamur, conſtare arbitror candide lector, nul
lum prorſus in Canonica, ſiue ſacra ſcriptura locum eſſe, qui Antipodum mentionem faci-
at, nedum ut perſuadere nobis debeamus illic ineſſe quicquam, quod cum hac ſeſe traditio-
ne collidat, aut Antipodum poſitum non admittat. Nihil igitur negocij Theologis noſtris
Nihil Theol. cũ Antip.
cum Antipodibus futurum erat, ſicut nec cum Periœcis, aut Antœcis unquam fuit, ni-
ſi falſæ ueterum traditioni, quam mordicus & Macrobius retinet, & Martianus Capella
confirmat,

confirmat, nec admodum diſſentit Plinius, tandem occlamare fuerint coacti, idque Auguſtino authore, nam Lactantium uel ſui gratia tacuiſſe præſtitiſſet. Veteres autem non pauci Antipodum ſitum ita ſeiunxerunt, ut ingenti eos, & impenetrabili Oceano diſtare, nec unquã conuenire poſſe dicerent, frequenti utrobiq; mortalium multitudine. Id Auguſtinus intelligens, cum experientia deſtitutus, ſuo quoq; refragante ſeculo, aliud quod ſequeretur, nõ haberet, & iam pro fide ſcripturæ recepiſſet, omnem hominem utcunque monſtroſum, modò homo foret, ex protoplaſto illo Adam originem ducere, de quo nullus, inquit, fidelium dubitauerit, neceſſe erat ut receptam ſuorum temporum de Antipodum poſitu ſententiam, ut aduerſam ſcripturæ reijceret, quando illi, ut iam dixi, ſub duplici cœlo, & diuerſiſsimis terræ partibus, magno Oceano interueniente, duplex mortalium genus diuerſæ originis ſtatuiſſent, hic omnem hominem ex Adam originem ducere conſentanea cum ſcriptura ſententia traderet, collidentibus ſe ex Diametro, uelut aiunt, ſententijs.

Falſa ueterũ de antipodib. opinio.

Nolim uerò o lector, quæ hic præſcribo tibi, uelut apud me nata ſuſpicareris. Adi Auguſtinum, lege caput nonum decimiſexti de ciuitate Dei, & cum his quæ priori capite ſcribuntur, confer, ut demum benéne an ſecus de Auguſtini conſilio ſentiam, intelligas. Equidem exiſtimo neminem hodie peritiorum eſſe, qui cum Auguſtino ſentire nolit, quandoquidem nec hiſtoriæ fide, nec ulla ratione nitentem, ſed ſola coniectatione fluctuantem ſententiam, fauente Ptolemæo, & uniuerſa Mathematicorum neotericorum cohorte, reiecit, & contempſit. I nunc, & perſuade tibi ſodes in ea me unquam ſententia aut fuiſſe, aut eſſe potuiſſe, ut Antipodes eſſe hoc modo, quo Macrobius & Capella tradidere, credendum exiſtimarim. Potior mihi grauiſsima Claudij Ptolemæi authoritas eſt, & ipſa quæ rationibus præſtat, demonſtratio, firmuſque & celebris ueterum cum recentiſsimis de terræ rotunditate conſenſus, potior inquam friuolis Macrobij & Capellæ opinionibus.

Ptolemæus.

Et Ptolemæus quidem tradit ad hemicycli ſpatium, hoc eſt, cxc. graduum longitudine non interceptam undique Pelago, & in hemiſphæriorum ſuperficies diſcretam, ſed ſolidam, & cohærentem ſibi terram extare, cum frequentiſsima undiquaque mortalium habitatione, qui ne ullo quidem mari, nedum Oceano ſuperando coire commertijs, & eodem ſub cœlo cohabitare poſsint, ex quibus in extimis cognitæ longitudinis metis deprehendantur, qui terra ſenſim ſeſe obliquante ueſtigia ſibi controuertant, ſintq; utrinque non ſub terra, ſed ſupra terram, ſurſum non deorſum arrectis capitibus Antipodes, nec adeo ad caſum pronis, ac Lactantius putauit, qui ſurſum cadere Antipodes, ſi forent, Phyſice planè & Ariſtotelice uidelicet ſuſpicatus eſt. Hoc uerò quod Ptolemæus innuit, quod doctiſsimi permittunt, quod terræ ſitus peritiſſimi, quod rerum Mathematicarum ſcientiſsimi ſcriptores tradunt, cur negare Theologi malint, quàm rationibus & demonſtrationibus locum cedere? præſertim quod lite hoc modo compoſita nihil amplius ipſis cum Antipodibus negocij futurum ſit. Et ex diui Auguſtini uerbis conſtet, nunquam eum Antipodes eſſe negaturum fuiſſe, ſi illud quis docuiſſet, quod cohærentis terræ ſuperficie, ijsq; in locis à quibus ſine difficultate commigrare mortales poſſent, Antipodes forent, nimirum ab uno Adam prognati.

Theologi antipodas eſſe negare non debent.

Conſtat autem hanc Antipodum rationem nulli prorſus, aut Euangelij edicto, aut ueteris ſcripturæ ſententiæ, aut omnino alicui ueterum Theologorum aduerſari. Quod ſi non deſinis obijcere mihi, Theologi hoc negant, & fabuloſum putant, Reſpondeo, non eſſe confeſtim conſequens, ut ita non eſſe credendum ſit, ſi illi ita non eſſe contenderint. Porrò non ſcio ueterum quenque huius farinæ, qui Antipodes eſſe negauerit, præter Auguſtinum, cum quo conſentio, & Lactantium, cum quo ſentire nemo poteſt.

Quatenus Theologo non refragandum.

Enimuerò ſi quis ſanctarum literarum doctus, rationibus (quando ſcripturæ teſtimonio nequit) comprobet, quod non ſint, nec eſſe poſsint, aut in uniuerſum debeant, idq; magis aut artificio naturæ, aut recenti experientiæ ſcriptorum conſentiat, ita paratus animo illico meis cedam, ut pro dignitate ampliſsimæ alioqui profeſsionis, quam omni honore dignam iudico, pedibus in illorum ſententiam iturus ſim, & oraculi habiturus loco quod illi tradiderint. Quod ipſum quoniam à nemine factum in hunc uſque diem, quo hæc ſcripſi, animaduerti, obſecro moleſti mihi eſſe illi ne uelint, principis Mathematici authoritate nitenti, & demonſtrationum accincto fide, atque etiamnum paratiſsimo ad cedendum, ſi meliora certioráue Theologus quiſpiam in medium attulerit. Equidem ut ingenuè fateor, Theologo euidens ſcripturæ (cui hanc uenerationem debemus) teſtimonium producenti non niſi impudentiſsimè & impijſſimè reſiſti, ita puto non ſtatim legis loco habendum, ſi à diuinis oraculis ad humanarum opinionum & Leptologiæ inuolucra conuerſi illi, de his tradant, quæ uel inter ſeipſos perpetua diſſenſione in quæſtionem uocant, uel ab alijs ex profeſſo id agentibus rectius, uberius, doctius, atque accuratius explicantur. Igitur non dubito quatenus ad Mathematica à ſcriptura non diſſentiẽtia attinuerit, ueteribus Theologis quotquot ſunt, Ptolemæum præponere, recenſibus aũt Ioannem de Regio monte Germanum, & Camerti noſtro (pace hominis dixerim) Collimitium meum. Nec ambigendum uideo, quin in his, quæ ad naturæ explicationem, aut eorũ quæ Methaphyſica dicunt, enarrationem pertinent, Alberto Ariſtotelem, Auerroim Scoto,

Nota.

Thomæ

Thomæ Themiſtium,Capreolo Auicennam,itemq́ꝫ alios alijs præferre debeamus. Quan-
doquidem illos authores ſequi non dedignantur, & ex profeſſo docuiſſe fatentur, quæ ipſi
(modò Theologos agant,non Zenones,aut Chryſippos)non niſi aliud agendo,ac non ra-
Auguſtinus. ro extra rem præſtare ſolent.Quamobrem Diuus Auguſtinus Ethnicorũ placita uerẽda ar-
Nota. bitratus,libro ſuper Geneſim primo,turpe eſſe,& pernitioſum exiſtimat,ſi quis in re quapiã
ad ſcripturæ explicationem,& fidei profeſſionem non attinente,tanquam ſecũdum,chriſtia-
nas literas agat,temere aliquid affirmet,ut uel non chriſtianus,dum ita delirare eum, & toto
(quemadmodum dicitur) cœlo errare conſpiciat,riſum tenere non poſsit. Quem Auguſtini
locum utinam ætate permittente Lactantius legere potuiſſet, ne adeo inconſulte hiſtoriam
Antipodum labefacere orationis tectorio conatus fuiſſet. Porrò in eodem lib. Auguſtinus
Veritatis in multa eſſe inquit,quæ Ethnici de cœlo,de cæteris mundi huius elementis,de motu, de cõuer
quocunqꝫ eſt ſione,uel etiam magnitudine,& interuallis ſyderum,de certis defectibus Solis & Lunæ,de cir
à ſpiritu ſan cuitibus annorum & temporum,alijsq́ꝫ huiuſmodi ita nouerint,ut uel certiſsima ratione,uel
cto eſt. experientia teneant. Præterea tradit inibi Auguſtinus,ueterum tradita demonſtrataq́ꝫ ab ho
mine chriſtiano non reijcienda eſſe,ubi conſtiterit ſcripturæ ea authoritati non contraueni-
re. Nec leuiter ſuccenſet fratribus quibuſdam præſumptuoſè,ut ait, audacibus, qui ſine
ſcriptura,quamlibet friuolas opiniones contra certa & conſona Ethicorum tradita defendẽ
das ſuſcepiſſent.

16 Apud Pomponium libro de ſitu orbis tertio,ubi Taprobanes, inſularum,quas in Indi-
cò Oceano ueteres nominarunt,celebratiſsimæ mentio fit,obiter,& ut puto, in loco in Pli-
nianam incidi de Taprobane lectionem,locosq́ꝫ aliquot animaduerſione niſi conniuere ue-
lis,digniſsimos,qua potui in magna feſtinatione,diligentia explicaui. His uerò æſtimandis,
quod à Plinio diſceſsi,& Rachiæ comitibus,quibus aurem Pliniana diligentia præbuit,fidẽ
non adhibendam,niſi quo ſub cœlo ſitam eſſe Taprobanen noſceremus, contendi. Camers
noſter ſuis in Solinum enarrationibus indignabundus,ingentẽ nuper,hoc eſt, ut ego intelli
gò,friuolam apud quoſdam quæſtionem ortam eſſe ait,qua in parte orbis Taprobane ſita ſit
Mox longum præfatus pronunciat,atqꝫ ita pronunciat,ut demum quo animo diligentiã no
ſtrã æſtimarit,haud obſcure intelligere queas. Porrò mihi ne,qui primus, quod equidẽ ſciã,
hanc quæſtionem propoſui,an alijs qui eadem tractarint reſponderit,meorũ cum ſuis colla-
Vadiani æ- tione facta,ſine mora candidus lector cognoſcet. Equidem,quod ad me attinet, fateor litera-
quanimitas. riam hanc uelitationem,ꝗ mecum paucis de locis, hisq́ꝫ me Hercules indignis, quorũ cauſa
diſſentiremus,Camers inſtituit,nec ingratã mihi,nec adeo moleſtã demũ eſſe, maximè quod
illũ pro ſua humanitate,& cauſæ noſtræ bonitate,nec hoſtiliter,nec ſeuere admodum,ſed leui
tantũ armatura occurſantẽ,& Ferentarij equitis more eminus iaculantẽ ſuſtineã. Tantũ que-
ror non ſuppetere ocium,& illiberalibus negocijs diſtracto tantillum ſpacij non dari tempo-
ris,quo non ineptũ fortaſſe animi captũ candido lectori, tibiq́ꝫ cũ primis doctiſsimè Faber,
Vadiano nõ ea qua opus foret diligentia præſcribere poſſem,& afferre quicquã, qđ frugẽ ſecũ doctrinæ
ſuppetit o- traheret,ut fateri poſſet qui legeret,non tam ingenuã, ꝗ ꝑſpicuã eſſe hanc pugnã, eoq́ꝫ modo
cium. non ſolum Camerti,qui intendit,uerũ etiã mihi, qui coactus ſim reſpondere, gratia habere-
tur,qđ in hanc rei literariæ doctorũ ſpectaculo dignã harenã deſcendiſſemus. qđ ipſum quã
do in præſentia ut fiat,non datur,fecero fortaſsis olim, ocio cõmodius impetrato, & paulo
ampliore ꝓ animi ſententia perquiſitione in hanc rem facta,ubi & Põponio noſtro ꝓximis
aliquot menſibus utcunqꝫ recognito,ſimulq́ꝫ cõmentarijs meis in eum editis,ſicubi opus fu
erit,& docti interim uiri citra calumniã monuerint,ꝓdeſſe ſumma ope nitemur. Nunc quã-
tũ me ex media hominũ concione,& rei cũ domeſticæ,tum uerò Medicæ occupatione ad lon
go tempore intermiſſas literas recipere potui, illud ocij uel inuitis negocijs ſuffuratus ſum,
quo indicare tantum beneuolo lectori quirem,me per ea quæ attulit Camers, ne pilũ quidẽ
muratum,quo minus in priori ſententia mea perſtarem,idq́ꝫ me nec peruicacia,nec temerita-
te facere oſtenderem,mox Camertis reſponderem modeſtè,amicè,& ut hominem decet lite-
Camertis ratorem præſertim Germanum,candidè. Ut enim omnia alia præteream,quæ in hoc doctiſsi
laus. mo uiro à multis annis ſum admiratus,illud certè & doctrinæ, & diligentiæ ſuæ tribuo, ut
uerendũ eum ſtudioſis omnibus non poſſim,etiam ſi uelim maximè non fateri. Neqꝫ uerò is
ſum,qui adeo uitio dandum exiſtimem,quod aliter atqꝫ ſperaſſem ita de meis paſſim ſenſerit
ut non paucis etiam in locis diſſentire uoluerit,quandoquidem eruditorum uel acre iudiciũ
non ſolum non ſum aduerſatus,uerum etiam ita optaui,ut magnam in eius occaſione ſtudio
ſorum utilitatem ineſſe non potuerim mihi non perſuadere,maximè quod incolumi reſpon
dendi iure meo ſecundariã editionẽ noſtram non ſegniter adiuuari poſſe uidebã, ꝗ ſemel a-
deo cãdide & ingenue pollicitus eſſem. Nec difficulter admitto aleã,cui iã obiectauimus ca-
put,ut hac noſtra Apologia,ſiue mauis παλιλογία lecta relectaq́ꝫ, penes doctiſsimos q̊ſqꝫ tũ de-
Palilogia mũ in quæſtionẽ uenire debeat,æquène an iniquè noſtra Camers taxauerit,an uerò ego potius
Vadiani. odioſus ſtudioſis eſſe debeã,q locos ſatis ſuperq́ꝫ de errore & falſitate cõuictos, cœca quadã
peruicacia, quaſi exſtimulante me ambitione,rurſum poſt tam eruditi hominis latam ſen-

tentiam defendendos ſuſceperim. Id quod ferè ſolent, qui quod ſua oraculi loco haberi uelint,ad quaſuis rationes,atq; etiam demõſtrationes Endymionis ſomnium dormiunt.Illud dixerim non aliam cauſam mihi in animum de Camertis ſtomacho uenire potuiſſe, quàm quod Vadianus homo Germanus,& in literis,ſi non infimæ,certè mediocris necamplius notæ, qui Græce perparum,Latine mediocriter calleat,Plinij & Solini locos non adeo protritos,nec cuiuis naſuto etiam,& aceto perpurgato obuios,in repentina ſcriptione tanta fiducia adoriri,& iudicio adhibito expendere fuerit auſus.

Vadiani ſuſpitio.

Et ſi bene ariolor,nec me uetus experiẽtia fallit,à Plinio & Solino diſſẽſiſſe nocuit,nõ adeo qđ manifeſte uera collabefactare fuerim auſus,ſed magis qđ à Plinio & Solino diſſenſi,& Germanus diſſenſi. Quod quidẽ cum temere facere uiſus forem,non tam in me,q̃ in Albertum,quem libenter ſequor,itidem Germanum,iſthæc indignationis machæra diſtricta eſt.

Vadiano à Plinio & Solino diſſenſiſſe nocuit.

Vellem autem Camertem, quo conſultius noſtra æſtimare potuiſſet,uetus iſtud de me ſibi perſuaſiſſet,Sæpe etiam eſt olitor ualde opportuna locutus.aut ſi maluiſſet,iſtud ſaltem; πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν. Si hoc ipſum cogitare noluiſſet,quod quatenus ad Aſtronomica & Mathematica attinebat, nihil ferè ſcripſi,nihil dixi,quod Georgij Collimitij Mathematici ꝓbatiſsimi lima nõ ſtrinxerit, expoliuerit,probauerit.Proinde & Andreæ Perlachij, & Henrici Grammatei Aſtronomorum & Geometrarum,diſcipulorum quidem Collimitij, cæterum talium,ut præceptorum eos nomine in Mathematicis præſertim,dignari uel Camers poſſet,opera iudicioq́; frequenter ſum uſus,Idq́; non alia cauſa,q̃ ne quid de tantis alioqui in omni doctrinarum genere ſcriptoribus incautius proderem.

Georgius Collimitius.
Andreas perlachius.
Henricus Grãmateus.

Quamobrem in ſpem adducor fore,ut gratiam haud paruam apud Aſtronomiæ uel candidatos,ubi ubi noſtra legerint,indepturus ſim,quod nec rationibus,nec inſtrumentorum fide induci potuerim,ut quæ cita cogitatione cõmentus eſſem , in lucem ederem,niſi illorum qui ex profeſſo idem agere potuiſſent, quod ego egi, candidus calculus accederet.Iam ut ad Plinium,quo cum mihi negocium fuit,reuertamur:Scire te per uelim candide lector,duos apud Plinium in cap.de Taprobane locos eſſe, quibus æſtimandis adeo à nobis diſſentire Camers uoluit,ut tantum non impudentem me eſſe innuerit,qđ in eis indicandis obſtrepere Plinio fuerim auſus.Prior quidem,qđ Plinius ait Septentrionẽ in Taprobane non cerni,ideoq́; legatos , qui duce Rachia Romam uenerũt, Septentriones Vergiliaſq́; apud nos uelut nouo cœlo admiratos tradit.Alter,quod Lunam apud ipſos nõ niſi ab octaua ad decimamquintam ſupra terram aſpici prædicaſſent.

Loci Pliniani.

Ad quos ego locos cum paulo attentiorem adhibuiſſem cenſuram,cogitare cœpi quonã ſub cœlo iacere Taprobane Plinio uiſa eſſet,idq́; cum anxie in toto ſuo de hiſtoria naturæ opere perquirerem, non inueni,mox arbitratus hoc tantum adnotare Plinium uoluiſſe, qđ ex legatorum relatione accepiſſet,nec compertum admodum,nec fide dignum , ideoq́; paucisſimis ab eo traditum. Dubitare in uniuerſum de Taprobane cœpi,quo nã ſub parallelo latitudinis ſita foret, etiã ſi indicijs quibuſdam,quo minus de Plinij credulitate dubitarẽ,liquido monebar, hoc ipſo ſatis ſuperq́; qua in ſententia eſſet teſtante,qđ ait, Hactenus à priſcis memorata nobis diligẽtior notitia Claudij principatu contigit. Hanc ipſam igitur noſtram de inſulæ ſitu inueſtigationem, grandem uidelicet quæſtionem Camers uocauit, quam ego non tam grandem, quàm neceſſariam fuiſſe etiamnum confirmo. Quinimo ſi Poſidonium grauiſsimum authorem coarguendum duxit Strabo,quod ad clima & parallelos cum reſpexiſſet, Pelorum Siciliæ ad Septentrionem,Lilybæum autem ad Auſtrum ſtatuerit,forma inſulæ non admodũ reſpõdente,qui mihi nõ liceat iuſtiori cauſa moto,de Taprobane quærere. quãdo ſemel iterũq́; Septentriones in ea nõ cerni C.Plinius dixiſſet? Fieri enĩ nequit,idq́; Plinij , qđ mox adducã teſtimonio,ut ſine diligenti obſeruatione ſitus,hoc eſt latitudinis loci cuiuſpiã,de ſyderibus quę appareant lateantu'e,ad indicati loci ꝓſpectum quicq̃ ꝓnunciare,ac intelligere quidem apte queas.

Strabo poſſidoniũ excuſ ſit leui de cauſa.

Id enim rotunditas terræ, etiam ſi ad orbes cœleſtes, & mundi ambitũ collata,non niſi puncti & centri rationem habet,efficit, ut quemadmodũ ſub circulo æquationis habitantes utrũq; polum pari facilitate contuentur,omnibus inibi ſyderibus,& emergentibus, & occidẽtib.cũ utroq; à latere cõſpicua ſint,ita quædã occultari,quædã altiora fieri,& à finitore ſeſe attollere,ſi in alterũ latus abeas,neceſſe eſt aliter atq; aliter ambiẽte finitore,prout longius propiusu'e indicato habitationis tuæ parallelo æquator circulus abfuerit, qui quidem cum impari ratione proſpectus mortalium finiat,& ſtellam quampiam interim cõſpicuam relinquat Orientem,interim occultet nunquam uidendam,uelut Canopum nobis, qui Alexandrinis conſpicuus eſſe incipit,contingit haud dubie ut par ratio apparentiũ ſtellarum apud omnes eſſe nequeat.Ea de re docte lib.viij.Mart.Capella finitorem definiens talem eſſe ait,qui ex eo quod ſemper exurgẽtis demeantiſq́; mundi diuerſitatibus uarietur, certum aſtrorum ordinem non poterit retinere.

M. Capella. Horizon quid.

Neceſſe eſt igitur,ut in hanc rem paulo ſtudioſius inquirentes,primum omniũ quo ſub parallelo,quo'ue latitudinis quod idem eſt, poſitu locus iaceat in qua aſtrorum quicquam aut apparere ſemper,aut ſemper deliteſcere contẽdis.Porro ſi plana terra foret,nulla eſſet aut latitudo,aut longitudo,quæ uel ortus rationẽ

Nota.

uariaret,

uariaret,uel inæquales faceret dies,& hanc apparitionis ſtellarum diuerſitatem efficeret. Idē enim horizon omnibus foret ad normam ſphæræ,ut uocant,rectæ, idem igitur Ortus,Occaſus, Meridies,eadem quantitas diei,idem in cœlum proſpectus omnibus. Hoc ipſum & Plinius faſſus lxxij.capite libri ſecundi. Quod ſi plana, inquit, eſſet terra, ſimul omnia apparerent cunctis,noctesq; non fierent inæquales. &c. Atq; uariari hæc omnia propterea quod terra cū aqua Sphærica eſt, credo ex Sphæræ intellectis rudimentis,& uulgarium inſtrumētorum fide,niſi ſit qui cœcutire ad hæc de induſtria uelit,patere poſſe.Docet enim hiſtoricis, atq; adeo efficacibus ad perſuadendum argumentis,idem loco iam citato Plinius,Vitruuiū credo ſecutus,cuius libro de architectura nono de mundi ſyderibus hæc uerba ſunt, Quæ fi-

Vitruuius. gurata formataq; ſunt in mundo ſimulacra natura,diuinaq; mente deſignata, ut Democrito Phyſico placuit,expoſui, ſed ea tantum quorum ortus & occaſus poſſumus animaduertere, & oculis contueri. Nanq; ut Septentriones circum axis cardinem uerſantes non occidunt, neq; ſub terram ſubeunt, ſic & circa meridianum cardinem,qui eſt propter inclinationē mūdi ſubiectus terræ, ſydera uerſabunda latentiaq; non habent egreſſus orientes ſuper terram. Itaq; eorū figurationes propter obſtantiā non ſunt notæ.Huius aūt rei index eſt ſtella Canopi, quæ his regionibus eſt ignota,renūciantibus negociatoribus, qui ad extremas Aegypti regiones,proximaſq; ultimis finibus terræ terminationes fuerunt.Viden diſerte Faber? Vitruuiū tradere, terræ in globū intumeſcentis obſtantiam in cauſa eſſe, quo minus meridiani cœli aliquot ſtellarū configurationes nobis conſpicibiles ſint, ſicut è regione noſtræ arcticæ ſtellæ illis,q̃ æquata nobiſcū latitudine ab æquatore in meridiem uergunt, pari contrapoſi-

Plinius. torū ratione conſpicuæ eſſe nequeunt. Plinius ergo hunc Vitruuij locum mutuatus lxxij.c. libri ſecundi,Reliquorum,inquit,quæ miramur,cauſa in ipſius terræ figura eſt,quam globo ſimilem,& cum ea aquas ijſdem intelligitur argumentis.ſic em̄ fit haud dubie,ut nobis Septentrionalis plagæ ſydera nunq̃ occidant,contra meridiana nunq̃ oriantur,rurſus hæc ab illis non cernantur,attollente ſe contra medios uiſus terrarum globo.Hucuſq; Plinius,ueram & aſtronomicam rationem reddens, cur fiat quod certis in locis ſtellæ partim lateant, partim appareant.Nec id aut nebulis,fumis,nubibus ue (quis enim incerta hæc,& mutabilia ꝓ æterna non uiſorum ſyderum lege receperit?) fieri arbitrantur, ſed hac cauſa,quæ & peculiaris,& perpetua eſt,quod contra medios hominū uiſus terrarum ſe globus attollat.Hoc Pto-

Ioannes de mōte Regio. lemæus docet,hoc Vitruuius confirmat,hoc ipſum Ianus de regio monte Germanorum in Mathematicis gloria,& ſui æui rarum decus, ut triuijs etiam & tonſoribus notum relinquit hoc tota Aſtronomorum,& Geodetarum cohors inter præcipua receptæ ueritatis axiomata circunfert. Perpende igitur doctiſsime Faber,iudica,dinoſce, temeréne an minus hanc de ſitu Taprobanes quæſtiones mouerim,non admodum fateor grandem,cæterum quæ à diligēti,& iuuandæ ueritatis ſtudioſo interprete,præſertim ubi tanti uiri de re incredibili, ut ego ſentio, fabuloſa authoritas urgeret, prætermitti non potuerit. Ain? in Taprobane Septentriones non cerni? Quæſtio eſt,ubi ſitam eſſe Taprobanem credas, ultráne æquatorem an ci-

Acutè. tra uerò ſub æquatore.Quod ſi ultra eſſe putes,quāto ſpatio ultra poſitam exiſtimes, ut mergēte ſeſe polo noſtro,etiam Septētrio apparere deſinat. Porrò ſi ſub æquatore ſtatuis dico polum etiam cernere eos,nedum Septentrionem.Si citra ſtatuis,uelut bonam eius partem Ptolemęus,iam eximie conſpicibilis urſa fuerit. Si ultra,non dubium ſit eſſe etiamnum deuergētiam,in qua urſa cerni queat,nec licet de hoc dubitare,cum demonſtratione id conſtet.Quod ſi incolarum adeo aut hebes animus,aut ſtupida ſolertia eſt,nihil iſthoc ad hanc rem attinuerit,cum ſint apud nos etiam doctrinę nomine cenſi uiri,qui magnam partē ſyderum uerticem etiam obeuntium ignorant.Quod ſi non doceas ubi Taprobane ſita ſit, quid obſecro

Similitudo. de ſtellis in ea aut latentibus,aut conſpicuis,qđ dignū ſit fide,ꝓferes? Perinde iſtud tale fuerit,atq; ſi aſſeueres magnorum luminarium Eclipſes in quāuis indicatā longitudinem ſciri poſſe,& interim neges de magnitudine Solis & Lunæ nobis cōpertum eſſe.Porrò quēadmodum fieri nequit,ut incognita Solis Lunę ue magnitudine quicq̃ certi & penſi de Eclipſibus tradi poſsit,ita extantiū latentiūq; ſtellarū hiſtoriā de uno aliquo, ut ratio poſtulat,loco tradere nullo modò queas,niſi à cauſa eius rei principioq; ordiaris, parallelo ſcilicet latitudinis, cui locus,de quo ambigimus,ſubſit. At uerò Claudianus ille Ptolemæus, patria Aegyptius

Cl. Ptolemæi laus. qui ſub Antonio floruit,incōparabilis doctrinæ Mathematicus,eiuſq; artis,q̃ ꝓfeſſus eſt, totius poſteritatis iudicio princeps,ac multis etiam Plinijs citra controuerſiam anteferendus,q̃ primus apud Græcos cœli rationem omnem diligentius explicuit,& pleraq; ueterum inſtrumenta ab antiquitate uindicata clarius demonſtrauit,cuius eximiæ doctrinæ clariſsimi Mathematicorum id tribuere non ſunt ueriti,quod ſuo Pythagoræ magnæ olim Græciæ ſchola tribuit,ubi in re quapiam confirmanda ſatis eſſet dicere ἄυτος ἔφα, quando ille ſemel omnia aut ueriſimilibus argumentis, aut efficaciſsimis demonſtrationibus munijſſet. Ille inquam Ptolemæus libro Coſmographię ſeptimo, Taprobanen ita æquatori ſubdit, ut duodecim graduum citra hunc in Septentrionem, ultra in Auſtrū duorum graduum & dimidij latitudine abeat, à Boreo promontorio uerſus noſtrum latus extimo, & meridiem uerſus ab

Orneorū

Ornicorum extremis menſuratione ſumpta, ut exiſtimare tuto poſsimus Taprobanen longe amplius in latus noſtrum ab æquatore quàm in Auſtrum protendi. Quis autem cogitare etiam poſſet, nedum dicere, leuibus indicijs motum Ptolemæum, iſthæc in orbis terræ menſuratione mandare literis, & uſq; diligenti obſeruatione, quam uel ipſe adhibuerit, uel alijs adhibendam commiſerit, in hanc ſententiã poſteris tradere uoluiſſe? præſertim quòd Aegyptius fuit, & Alexandrinæ negociationis occaſione, quæ ſua ętate per ſinum Arabicum ab India & oriente uniuerſo uectis mercibus frequentiſsima fuit, omnia perdiſcere ſine difficultate potuerit. Vt interim ne dicam, quàm facilis certaq; uel pugillaribus inſtrumẽtis, quocunq; in pelago fluctues, quacunq; oberres regione, latitudinis obſeruatio eſſe queat. Quanquam haud ſatis certum habeam, quatenus receptiſsimæ Ptolemæi ſententiæ fidem adhibiturus ſit Camers noſter, ex quo cum Cynico quærere cœpit de cœlo differentem, Quando de cœlo ueniſti? Equidem neſcio fuerit ne in cœlo unquam, quando uixit Ptolemęus: id quod de Prometheo poëtæ fabulãtur. Illud ſcio, præclaro poëta teſtante, Cœleſtes animos, quibus hoc cognoſcere primum, inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit. Et Ptolemæum ferunt ueritatis magis quàm quęrendæ gloriæ ſtudio, hoc ſibi epitaphium ſe reliquiſſe, uerecundiſsimũ mea ſententia, & puriſsimum, Mortalem quamuis me norim ſorte creatum, Dum tamen aſtrorum ſcrutor in orbe uias, Sum pedibus tellure procul, iuxtaq; tonantem Aſsideo diuus, paſcor & Ambroſia. Quo quidẽ ſatis ſignificat in cœlo ſe fuiſſe, uerum aliter quàm Camers uelit: qui, niſi fallor, id quoq; cum Cynico expoſtulat, ut corpore præſentes aſtra manu prehendant, qui de eis ueri quicquam referre mortalibus uelint. Qua in ſententia ſi conſtare poſſe Camertẽ perſiſtere, litus (quod aiunt) hoc inſtituto meo ararem, quippe qui perſuadere nequirem uirum tantum, uniuerſæ aſtronomiæ nõ principia ſolũ, ſed ipſam etiam profeſsionẽ quantaquanta eſt, hac una interrogatione ſubuertentem. Vnum me ſolatur, ut, quoniam nuper ab Hiſpanię occiduo litore mira celeritate in inſulas meridiei, & remotiora Indiæ litora nauigari cœptum eſt, ſperari poſsit futurum, non priuatos tantũ, ſed etiam principes occaſione arrepta, in hanc rem inquiſituros, de qua adeo mihi cum Camerte non conuenit. Interea ſusq; deq; ferendos exiſtimo, qui Ptolemæi autoritatem, tanto eruditorum conſenſu tot ſeculis ueneratam negligere malunt, quàm Rachiæ comitibus, qui Romã uenerint, dubiũ quàm peritis, quamuis e ueracibus, fidẽ non adhibere, idq; non alia magis cauſa, quàm quòd dignos fide Plinius iudicauit. Iam Camers, reor, inquit, in hiſce rebus nobiliũ ſcriptorum autoritatẽ, hominumq; experientiam rationibus præferendã, &c. Suſpicẽtur alij, quod uelint, ego ut exiſtimare nolim, ita haud poſsim, ſi uelim, Ptolemæum in parallelorum latitudinis deſignatione reddenda, abſq; diligenti obſeruatione, & experientia memoriæ prodidiſſe, quę prodidit. Quẽ cũ exactiſsime tradidiſſe uideamus, quæ ad Europam, & ſeptentrionis latus pertinent, latitudine præſertim adamuſsim obſeruata, qui dubitemus pari eum diligentia, & certitudine de locis in Auſtrum expanſis, in Aegypto pręſertim agentem referre potuiſſe? Doleo profecto ita cadere hoc in loco, ut tanti uiri autoritas in re leuicula notaq; iuuãda mihi ſit. Atqui te nil refragari Ptolemęo forte dixeris. Si ita eſt, fateberis uelis nolis in India, inq; Taprobane conſpicuos eſſe ſeptẽtriones, urgẽte etiã, quod mox uiderimus, Plinio. Sed priuata, inquis, cauſa eſt, quę id prohibeat. Quæ? nebulæ ne aut craſſus aër? Cur ergo Seres aſpiciunt tanto interuallo oceani & continentis ſe iunctos? Porrò ſi Vergilias nõ cernunt, nec lunã ſemper uidẽt, nec ſeptentriones inſignia ſydera intuentur, qui credã alias eos uidere poſſe ſtellas? Non dubito aũt me nobilium ſcriptorum autoritatẽ, ſimulq; hominũ experientiam ueterum ſcriptorũ traditionibus & rationib. confirmatã, tuto ſequi, ſi in latitudine locorũ obſeruata, omnes alios, qui bene dixere, in uno Ptolemęo, eoq; principe mathematico fuero ſequutus. Tu uero iubes, ut Rachiæ legatis credã. Qui poſsim? Primũ aiunt nõ uideri lunã, niſi ab octaua die in decimamquintã, ſiue decimamſextã, hoc eſt, planè ab eo tempore, quo ſemiplena emergere incipit, uſq; ad id tẽpus, quo pleno orbe reſplendet, nec multo ultrà: hic enim dierum Plinianorũ numerus à noua luna initiũ ſumit. Cum uero conſtet lunam ingenti ſeſe altitudine omnibus, qui intra tropicos habitãt, attollere, etiã cum latitudine in alterutrũ latus ab ecliptica declinat, itemq; bis uerticẽ obire in menſe, qui poſsim credere non cerni eam, cum & maxime licet, alte incedentẽ, & toti alioqui orbi conſpicibilẽ? Pręterea cum ſemiplenam ſupra terram cernant, donec impleatur, quę (malũ) ratio obſtiterit, cum eo modo decreſcat, quo accreuit, quò minus eam his etiam diebus uideant, qbus in ſemiplenã deficit? Accedit adhęc, quod altior apud eos ęſtiuis menſibus umbra eſt nocturna propter dierũ noctiumq; maiorẽ ęqualitatẽ, ubi ſydera omnia magis cõſpicua fieri neceſſe ſit. Rurſum tenuis aëris liquida puritas eſt, qua fieri etiam Camers exiſtimat, ut Seras lõge in continente Indiæ à Taprobane remotos aſpiciant. Pariter aũt falſa friuolaq; exiſtimamus, quę de Vergilijs illi garrierũt, ſydere eximię lucis, & quod nõ temere unquã ſeſe uel lucidis noctib. oculis contuentiũ ſubtrahat. Hę cum ſtellę ſint quę ſeptẽ dici (ait Ouidius) ſex tamẽ eſſe ſolẽt, q fiat, ut, Canopo eximie lucente, quã ſtellam eſſe octauę ſphęræ indubium eſt, hic quidẽ noctu uideatur, illę aũt unà cum luna uideri nõ poſsint? Quod ad locorũ incolas attinet, quorũ fidẽ adeo extollit Camers noſter, neminẽ exiſtimo latere, q̃ lubricæ plerunq; fidei ſint, quę pleriq; ſuis de locis interdũ afferũt, plebeis ſubinde, & naturæ rerũ ignaris

Ouid.

Ptolemæi Epitaphium.

Vadianus Rachiæ comitibus non credit.

Peregre uenientium lubrica fides.

miras nugas,aut ambitione ingerente, aut ſuppeditante iactantia, adeo ut non raro de rebus
manifeſte falſis affirmare cõſtantiſsime nõ uereantur. Velut nõ ita pridẽ,cũ mihi cum homine
Scotto,nec inepto ualde,nec imperito,paulo tamẽ ad nugandũ proniore,de quantitate dierũ
noctiũq́ cõtentio eſſet, interq́ alia dicerẽ in Scottia brumę dies multo noſtris breuiores eſſe,
alte ille occlamare cœpit,& me tantũ non mendacij arguere,q̃d cõſtaret (ita nugabatur) diem
brumę in Scottia illa ſua eſſe amplius octo horarũ,ac ꝓpè uernæ ſerenitati ſimilem. Quod fal
ſum eſſe cõſtat ex demonſtratis Ptolemæi,& omniũ mathematicorũ aſſertionibus,etiã ſi tota
reclamet Scottia.Nuꝑ quoq́ miles ueteranus ex Heluetijs in magna hominũ frequẽtia, cũ me
Carolus Gallorum rex. pręſente multa miraq́ de graui illa Caroli Gallorũ regis expeditiõe in Neapolin & Calabriã,
cui interfuerat,meminiſſet,tandẽ in lenis,quæ illic foret, hyemis præconia incidit,mox æſtiui
caloris moleſtiam memorans,ea cauſa fieri utrunq́ aſſerebat, q̃d æſtatis dies noſtris longiores
eſſent,rurſum hyemis breuiores,nec dubitare de hac re oportere aiebat,quãdo diligentiſsima
obſeruatione id deprehendiſſet uidelicet.Id ego ſi ita mandaſſem literis, & poſteris reliqſſem,
quem putas docte faber riſum,uel rudimentorũ ſphærę peritis noſtra credulitas mouiſſet? cũ
Sententia. utrunq́ cõtrario modo euenire cõſtet.Naturę igitur maieſtatẽ eleuant,q frigidis & incertiſsi-
mis hiſtorijs moueri malunt, q̃ ſuis nixam legibus, & illuſtriũ ſcriptorum inuẽtis indicatam
Plinius. naturæ cõſtantiam,quam diuina quædam ratio moderatur,agnoſcere.Porrò quantũ Legatis
illis nugari libuerit, longinquitate credo fiſis, quæ (ut Strabo ait) facile carpi nõ poſsit, hoc
ipſo ſatis patet,quòd ex eorundem relatione ſubiũxit Plinius ſic, Sed maxime mirum ijs erat
umbras ſuas in noſtrũ cœlum cadere,nõ in ſuum, ſatis hoc ipſo q̃ periti eſſent rerũ naturæ te-
ſtati.Obſecro te,ſi ſub ęquatore Taprobane iacet,an nõ brumę umbram habet in noſtrũ cœlũ
cadentem,idq́ multis menſibus,ac nõ paulo longiorem, q̃ umbram habeat meridianam, cũ
maiori parte in noſtrum latus inſula deuergat? Quid igitur tãtopere admirari iuuabat, quod
Lucani Arabes. nullo nõ anno fuiſſent experti? Rectius multo Lucani Arabes,quod noſtro in latere umbras
tantum dextras haberent,mirabantur,quales & in Arabia frequenter obſeruaſſent,ita tamen
ut interim ſiniſtrę quoq́ caderẽt.Mirum aũt nihil à ueteribus illis,qui ante Taprobanen orbi
patefeciſſent,de hac re mira nihil tradidiſſe.Nam Solinum & Capellam ex Plinio,quæ de hac
inſula prodiderunt,mutuatos conſtat,ſuppreſſo (ut ſolent) autoris,à quo fœnerati eſſent,no
mine.Nec uerbo quidem uno,quod ſciam,eius rei Diodorus meminit,lubricæ & ipſe fidei in
multis autor, nec iniuria puto,perfaceta ironia taxatus à Plinio in epiſtola liminari ad Veſpa
ſianum,quando dixit, Apud Græcos deſijt nugari Diodorus,& βιβλιοθήκας hiſtoriam ſuam
Strabo. inſcripſit. Strabo autem magno iudicio in ueterum cenſendis lucubrationibus uſus, à prin-
cipio libri.15. manifeſte teſtatur, plerunque diuerſa tradidiſſe de Indiæ rebus etiam illos, qui
eam ſe intraſſe iactaſſent. Porrò & ſecundo libro Deimachum ait grauem authorem prodi-
diſſe memoriæ in nulla Indiæ parte ſeptentriones non cerni : quod auſpicijs,ut ſic dicam,Pto
lemæi ſupra omnem ueterum laborem , recentiorum diligentia deprehenſum eſt. & erunt
indubie magis clara omnia, cum,qui illuc nauigant,peritis rerum conductis,principum iuſ-
ſu nihil non obſeruabunt. Quantum autem recentiorum experientiæ tribui debeat, ut Pto-
Recentiorum experientia. lemæum miſſum faciam, Strabo teſtatur, toties cum uetuſtate congreſſus, quando interim
erraſſe eam, interim non exacte tradidiſſe, multa uero ad eorum notitiam non perueniſſe de-
Camers. monſtrat. Sed Camers , conſtat, inquit, multorum experientia in Auſtraliſsimis Indiæ par-
tibus umbram in meridiem ipſum cadere.quod ab authoribus probatiſsimis proditum eſſe
ait , tanquam ſint,qui in re confeſſa dubitare uoluerint. Rurſus Taprobanen multo Auſtra-
liorem quolibet Indiæ loco nulli in dubium uerti debere ait : qua de re conſequens eſſe ait, ut
in meridiem umbræ in Taprobane cadant. Primum, non eſt neceſſe,locum, qui in meridiem
umbram iaciat, planè Auſtraliſsimum eſſe, cum omnis locus inter cancri tropicum & æqua-
torem, noſtri lateris ſole ſolſtitium faciente,in meridianam umbram declinet: præterea in Au
ſtraliſsimis aliquot Indiæ partibus etiam in ſeptentrionem umbræ cadunt, neque unquam
legi à quopiam hac de re dubitatum. Cæterum quod aſſerit,indubium eſſe Taprobanen eſſe
auſtraliorem quolibet Indiæ loco, Ptolemæus negat : cum quo equidem errare malo , quàm
cum eo inferioribus uerum dicere. Hic autem & Cherſoneſum,quæ citra Gangeticum ſinum
eſt, æqua latitudine cum Taprobane in Auſtrum abire ait : & Catigaram Sinarum gentis ci-
uitatem in continente Indiæ trans ſinum Gangeticum ſitam nono ferè gradu ultra æquato-
rem iacere memorat,cum Taprobane ad alterum tantum & dimidium attingat. Accedit ad
hoc, quod Strabo & Plinius ſeptem dierum nauigatione à proxima ora continentis abeſſe
Taprobanen dixerunt. quod certe nõ aſſeueraſſent, niſi conſtitiſſet id tempus peculiariter ea
Simile. nauigatione abſumi. Qualiter Acronium noſtrum alicubi quatuor horarum ſpatio nauiga-
ri poſſe dicimus,quòd id tempus translatitium ſit, & quòd in mercede poſtulanda æſtimare
nautæ ſoleant. Quanquam ſi uehementes obſtent uenti, ne octaua quidem hora tranſmit-
tas : ſi ſecundi ſint & ualidi, etiam duabus horis ab Arbona Buchornam, ubi latiſsimus eſt,
uento feraris. Cæterum quoniam hæc fortuita ſunt, & inſperata,in conſueti & uſu deprehen
ſi temporis,ut ſic dicam,canonẽ non recipiuntur. Ita qui ex Venetijs in Paleſtinam nauigant,
tardius citiusq́, prout uentorum ratio tulerit,perueniunt. Nihilominus tamen tempus na-
uigationi

uigationi præſcribũt, cui ęſtimato merces à uectoribus expendenda reſpondeat. Quid, quòd Plinius haud recte credidiſſe ait illos, qui uigeſimo primũ die hanc oceani partẽ traijci prodiderunt? Cũ ueriſimile foret, Camertis ſententia admiſſa, ut aduerſis uentis cohibiti, uix etiam uigeſimo peruenirent. Rurſus aũt, inquit Camers, experientia deprehenſum eſt, quibus in locis in die umbrę nõ ſint, ſeptentrionem non cõſpici, &c. Sic quidẽ ex Oneſicrito Plinius. lxxv. capite libri ſecũdi in fine retulit. Ego uero, quoniam ratio ita poſtulat, & ut faciam, Camertis me de Plinianis oraculis fiducia urget, tria hic ordine probabo: primum, nõ Ptolemæi teſtimonio ſolum & omnium aſtronomorũ conſenſu, ſed ipſius Plinij authoritate conuinci, ſeptentrionem in his etiam locis conſpicuũ eſſe, in quibus in die umbræ nõ ſint: ſecundum, Plinij authoritate probari poſſe uel euidentiſsimé ſub æquatore habitantibus conſpicuũ eſſe ſeptentrionem, quanquam Plinius idipſum inibi tanquam uerum recipit, quod re ipſa falſum eſt: tertiũ, Plinium diuerſa, & ſeſe collidentia tradidiſſe, ita ut alterutrũ falſum eſſe neceſſe ſit, idq; nõ diuerſis locis, quod tamen ingenti in opere diuerſa cõgitanti ſibi nõ ſemel obtigit, ſed uno eodemq; ferè capite, ubi nihil magis ex profeſſo tractarit: quod equidem ut ignorantiæ adſcribi nõ debet, ita negligentię incuriæq; notę eximi non poteſt. Quibus tamen lõge diuerſa, & ex diametro, uelut aiunt, pugnantia pluribus ratiocinando contra ea, quę prius tradidiſſem, Camers collegit. cui ne amplius uindicandæ calumnię negociũ pariam, age dum ordinẽ omnia, quo inſtituimus, demonſtremus. Primũ omniũ Plin. ca. lxxij. ſecundi libri de ſeptentrione loquutus, Idẽ, inquit, à Rhodo abſconditur, magiſq; Alexandrię in Arabia Nouembri menſe prima uigilia occultus, ſecunda ſe oſtẽdit in Meroẽ ſolſtitio, ueſperi pauliſper apparet, paucisq; ante exortũ arcturi dieb. pariter cum die cernitur. Hactenus Plinius. Qui idẽ. lxxv. cap. quibus in locis in die umbræ nõ ſint, ſeptentrionem non cõſpici ait: & ea loca appellari ἄσκια, nec horas dinumerari ibi, &c. Horum priori loco fatetur Plinius in Meroẽ ſeptentrionẽ bis cerni: quam tamẽ inſulam cõſtat eodem authore (ne Ptolemæũ nominẽ) ſupra Syenen in Auſtrum uerſus quinq; milibus ſtadiorum in amne Nilo habitari, ut cap. lxxv. eiuſdẽ libri tradit. Atqui Syenen, ut eſt ex Plinio notum, parallelus ſolſtitialis ambit. Cõſequens eſt ergo, ut eo in loco quo in die umbræ non ſint, Meroẽ ſit, in qua, teſte Plinio, ſeptentrio cernitur, quod ſecũdo loco repugnat. Illud aũt nemo credo ignorat, quòd loca, in quibus in die umbrę non ſunt, intelliguntur omnia ea, quę intra tropicos parallelos, & ſub ipſis tropicis iacent. his enim ſolis in die umbrę nõ ſunt, nõ quidem cõtinuę, ſed quando in parallelo uerticali ſol uoluitur, cuius radius cum in meridiẽ aſcenderit, Catheto, id eſt, perpendiculo incidit, nec aliquã umbram efficit. Putare enim loca eſſe, in quib. umbræ ſemper in die non ſint, hoc eſt, meridiei tempore ſemper abſumantur, adeo ridiculũ eſt, ut Pliniũ ita putaſſe ſine uerecundia ſuſpicari nemo queat, aut debeat. Quanquam uideam ingenti ſuſpitione nõ carere, quod dixit, nec horas dinumerari ibi, tanquam ſcioterica horologia eſſe nequeant in locis, ubi umbræ nõ ſint: & hoc modo Plinius loca eſſe crediderit, quæ ſimpliciter umbra illa ſaltem meridiana careãt, quod ipſum ut uidere planè nõ poſſum, ita Camerti æſtimandũ relinquo. Ac dè primo quidẽ hactenus. Pro ſecundo, ſcribit Plinius cap. lxxv. ſecũdi libri, In India gente Oretum montem eſſe Maleum nomine, iuxta quem umbrę in æſtate in Auſtrũ, hyeme ad ſeptentrionem iaciantur: & addit quindecim tantum noctibus ibidem apparere ſeptentrionem: quo in loco ęſtatis nomine ſex menſiũ ſpatium intelligit, ſicut & ſex menſes in hyemis uocabulo. Quod mox 19. capite ſexti libri docet in hæc uerba, Quorũ mons Maleus, in quo umbræ ad ſeptentrionem cadunt hyeme, æſtate in Auſtrum per ſenos menſes, &c. Quod ſi ita eſt, neceſſe eſt ſub æquatore modis omnibus Maleum eſſe, alioqui fieri nequit, ut utranq; umbrã pari duratione ſex menſium habeat. Quod facile ſic demonſtro. Totus zodiacus, authore Plinio cap. 72. lib. 2. intra tropicos cõtinetur æquinoctiali medio ambitu eundem incidente, ita ut ſex ſigna in cancri ſolſtitialẽ, reliqua ſex (duodecim enim ſunt) in capricornũ uergant, medijs initijs arietis & libræ æquatore traijciente. Quanquam non ſum neſcius, in octonis ſignorũ cardinaliũ partibus ęquinoctia ſolſtitiaq;, & Vitruuiũ, & Plinium ſtatuiſſe. Quod ſi ita eſſet, ut nõ eſt, cõſtaret tamen nihilominus circulum zodiaci, Plinio teſte & Vitruuio, in ęquos hemicyclos duos diuidi: ad cuius initiũ hinc octaua pars arietis, hinc librę foret, ęquabili nihilo ſecius hinc & inde umbrarũ ratione. Sed de illo dicere iam nõ attinet. Quũ uero conſtet ſingulis mẽſibus ſingula ſigna ſolẽ permeare, æquabili ſupputatione facta: ſolis aũt motum, qui conſtantiſsimus eſt, & ab ecliptica nunq; exorbitat, annuũ eſſe, hoc modo ſex menſib. Maleo dexter, rurſus alijs ſex ſiniſter erit, iacietq; dexter ſiniſtrã umbrã, ſiniſter uero dextram, duobus tantũ æquinoctij diebus umbrã Catheto incidentẽ ſuo in uertice abſumens. Atqui ad Maleum quindecim diebus ſeptentrionem cerni ait. Quod ſi ut uerum Camerti donamus, fateatur neceſſe eſt ſub ęquatore ſeptentriones cerni poſſe. Taprobanẽ aũt Camers bona ſaltẽ parte ſub ęquinoctiali ſitam uideri non admodũ negat. Nũc quia falſum eſſe Ptolemęus indicat, Taprobanẽ ab Indiæ continente ſeiunctã ſubdens, & quantũ diſtet, explicans, cõſequẽs tamẽ eſt Pliniũ negare non poſſe, uel ſic uideri ſeptentriones ſub ęquatore cerni, poſtq; in hãc ſemel ſententiã retulit. Hoc enim tradidit, in loco uideri urſam poſſe, in quo ſol dextrã umbrã ſex menſib. iaciat, reliquis ſex ſiniſtrã: hic aũt locus niſi ſub ęquatore eſſe nequit, niſi forte Maleum montem, quem

Vadianus tria probat.

Primum.

Quibus in locis in die umbras non eſſe intelligendum ſit.

Secundum.

Maleus in Taprobane.

iam dicta in Taprobane lib. 7. Ptolemæus ſtatuit, intelligere malumus: proxime enim ſub æquatorem imminet, & iuxta nō Oretas, ſed Orneos populū habet, quorum & 15. libro Strabo meminit, tantillo à Ptolemæo diuerſus, quod inſulæ ꝓmontoriū alicubi Maleum uocat. Hęc aūt ratio multo magis ad uerum loci ſitum quadraret. Quanquā cum Plinio ipſe quoq; Hermolaus Oretas intelligere mauult. Sed de hoc ſuo loco. Et hactenus de ſecūdo: tertiū cōfirmare ex iam probatis nō eſt difficile.

Tertium.

Negat Plinius, & experientia cōſtare Camers ait, ubi umbrę in die nō ſint, ibi ſeptentrionē non aſpici. Idem in Meroē inſula, & iuxta Maleū montem, quē ſub æquatore eſſe Plinius uoluit: reuera aūt trans cancri tropicū ſitus eſt, ſeptentriones interdum cerni ait cōtrarijs ſententijs, & ſeſe collidentibus: ita tamen ut experientia & clarorū teſtimonijs conſtet, his in locis, quibus in die umbræ nō ſunt, ſeptētriones liquido uideri poſſe. Illud miror, Pliniū dicere potuiſſe in Troglodytice uicina Aegypto illos nō cerni, & permiſiſſe interim uel ſub æquatore eos cerni poſſe. Sed aliorū inquis placita prodit Plinius, non ſua.

Plinius diuerſa & ſeſe collidentia tradit.

Demus. ſpero tamen me id cōſequutum hactenus, ut negare nequeas diuerſa cōtrariaq; propè uno in loco Pliniū de eadē re, hoc eſt, de ſeptentrionibus, ſuo operi indidiſſe: quod eum de induſtria feciſſe quis exiſtimarit? tanta tradendi fiducia, & euidentiſsimis argumentis iudicij adhibiti, & ſelectus facti, non uno in loco eius libri extantibus. Quanquam ea modeſtia, cum commentarer, fui, ut indicare hos locos tum noluerim: iam cum uideā temeritatis ſuſpitione premi à quibuſdam, quæ officio, quę candori, & diligentiæ tributum iri ſperaſſem, monere lectorem libuit, ne Plinij autoritate ſeduceretur: multa in hoc pręclaro ſcriptore ineſſe, quæ nō aliorum tantum, ſed ſuo etiam ipſius teſtimonio falſa friuolaq; cōuincerentur. Suſpicari uero quis poſſet uel Atlantis iuga ſub Aegypto, uel Emodi Tauriue in India obſtare, quo minus utrinq; ab accolis cerni hoc ſydus poſsit. Profecto ſi hęc ratio mouere quenquā uelit, quando in Germania montiū accolis idem uſu ueniat, ut impediente altitudine cum circum radicem ipſi adhabitent, dicere opus habebimus, in Germania non minus, quàm in India urſam alicubi non cerni.

Nota.

Eam ob rem eruditioribus paulo in mentione apparentium uel occultorū ſyderum montiū altitudo non æſtimatur, ſed ſolius finitoris habetur ratio. Horizon enim propoſiti loci hemiſphæriū ambit, quocunq; è loco tandem proſpicias. Porrò ſi mons abeſt, quo minus cernas, montem aſcende, ut cōtuearis. par enim ratio fuerit, quantum ad Horizontem attinet, & cœli hemiſphæriū, è monte ne an loco plano proſpicias. Multi ſunt apud Heluetios pagi, ita in ſeptentrionem expoſiti, & immanibus Alpium iugis ſubiacentes, ut per brumā ne ſolem quidē aſpicere poſsint, nedū hydram illam Auſtrinā, crateremue aut cornū, ſiue aram. Propter quod tamen à nemine recte dici autumo, craterē aut aram apud Heluetios nō uideri. Similis ratio de nebulis aut fumis fuerit. Oportet enim nec craſſum nec turbidum aerem eſſe, per quem ad Seres, qui in Taprobane ſunt, proſpiciunt. Illam igitur non apparentium ſtellarum rationem, quæ mathematicis probatur, hoc eſt, quæ ad Horizontis deſignationem, & terræ rotunditatem pertinet, retinere debemus, ipſo ante alios Plinio monente,

Plinius.

qui. 72. capite libri naturalis hiſtoriæ ſecundi de ſtella, quam Cęſaris thronon uocat, deq; alijs in Italia nō conſpicuis loquutus, in hæc uerba tradit, Nec Canopū Italia cernit, & quā uocant Berenices crinem: item quam ſub diuo Auguſto cognominauerūt Cæſaris Thronon, inſignis ibi ſtella, adeoq; manifeſto aſſurgēs faſtigio incuruatur, ut Canopus, ut quartā ferè partem ſigni unius ſupra terram eminere Alexandriæ intuētibus uideatur: eadē à Rhodo terram quodammodo ipſam ſtringere, in Ponto omnino non cernatur. Viden faber doctrinarum decus, quàm manifeſte Plinius fateatur conſpicuam eſſe ſtellam, quàm diu ſupra Horizontem eſt, etiam ſi terram ſtringere aſpicientibus uideatur? quanquam graphice Cæſaris Thronon deuergentem depingat, donec ſub Horizontem cadens euaneſcat. Nulla apud Plinium uaporū, nubiumue aut nebularum mentio eſt, fortuita illa ſunt, cumq; uariēt, certi quicquam, quod in ſtellarum proſpectu recipiamus, afferre nequeunt.

Inſigne Plinij teſtimonium.

Idem Plinius in eodem capite hęc digniſsima memoratu uerba habet, Nauigantiū hæc maxime curſus deprehendunt, in alia aduerſo, in alia prono mari, ſubitoq; cōſpicuis, atq; ut è freto emergentibus, quę in anfractu pilæ latuere, ſyderibus. Neq; enim, ut dixere aliqui, mūdus hic polo excelſiore ſe attollit, ut undiq; nō cernantur hæc ſydera: uerū hęc eadem quibuſq; proximis ſublimiora creduntur, eadēq; demerſa longinquis: utq; nūc ſublimis in deiectu poſitis uidetur hic uertex, ſic in illam terrę deuexitatē tranſgreſsis illa ſe attollunt, reſidentibus, quę hic excelſa fuerant, quod niſi in figura pilæ accidere non poſſet. Hæc Plinius, quib. apertiſsime teſtatur totam rationē aſpectus ſyderū, aliam atq; aliam eſſe diuerſis locis propter rotunditatē maris & terræ, eoq; modo fieri, ut interim ſupra finitorem cōſpicua ſint, quæ paulo antè deliteſcebāt, rurſus alibi euaneſcere uideamus ex oculis, quę paulo ante extabant. Horum uanitatē coarguēs, qui certū ſyderum proſpectū eſſe uno ambiente Horizonte, neq; uariari eum poſſe tradidiſſent. Iam ut ad Taprobanē reuertamur,

Plinij locus euidens.

quo in ſenſu illud accipiemus, quod ca. 17. li. 6. de Malea loquutus, in hęc uerba ſubdit? Septētriones in eo tractu ſemel apparere, nec niſi quindecim diebus, Beton autor eſt: hoc idem pluribus locis Indię fieri Megaſthenes tradit. Vides? ut fateatur pluribus in locis Indiæ hoc ſydus cerni, etiam ſi raro, ut non poſsim in hanc ſuſpitionē non uenire, apud ueteres nō niſi in India ſeptentrionis opinionē inoleuiſſe, hac maxime cauſa, quod auium uolatu uelificantes illi ſtel-

las ſimul

las ſimul omnes negligant: quę ratio tamen urſis in noſtro mari magnã famam & præcipuam
notitiam peperit: ad quod accedit, quod in horizontem inclinãt illis urſæ, & quotidie nõ pa-
rum profunde occidũt. Tertiam rationem etiam Camers recipit, ea gentem uecordia uideri,
ut nec diſcernat inter ſydera, nec ſane q̃ motu, qua ue apparitione uariẽt, facile uidere queant.
Poſtremo conſtat ſeptentrionem illis uelut alia quoq; ſydera cum ſole occidere interdum, rur *Nota.*
ſumq; oriri oriẽte ſole: quo tempore ſane nec noctu cerni, nec die uideri queunt, mox ſenſim
enaſci, & iuxta horizontem primum paucis horis apparere ab occaſu, dein longiusq; donec
eximia altitudine luceant, ſicut ſolent ſtellæ, quę nobis heliace occidunt, ut aſtronomi tradũt,
poſt rurſum exorientes. Ita in Arabia & Meroë aliquãdo ſeptentriones apparere, ex Plinij tra
ditione licet ſuſpicari. Porrò quod autumant pleriq; latus ſeptentrionis ab Indis longiſsime *Refutatio uulga-*
diſtare, ac ideo mirum non eſſe, ſi urſæ, quæ proximæ ſunt polo, tanto interuallo non uidean- *ris opinionis.*
tur, ratione caret, & ignorantiæ ſecum ſuſpitionem trahit. Quandoquidẽ tota terra cũ mundi
centrum ſit, nõ aliam habet ad cœleſtes illos orbes collata rationẽ, ſiue proportionem, quàm
puncti cuiuſdam, ut ipſe etiam Plinius tradit, terrã uniuerſam non aliud q̃ mundi punctum
affirmans. 70. cap. ſecundi libri. Dioptræ quoq; uſus magno argumento confirmat, cum per
eam æquinoctij tempore ex eadẽ linea ortus occaſusq; cernantur, uelut recte Plin. docet. Por-
rò quocunq; in loco, quacunq; in regione cœlũ intueris, nullũ ſydus, nulla ſtella octauę ſphæ- *Nota.*
ræ magis ab oculi obtutu abeſt diſtatue, quàm alia, cũ horizontis tui centrũ ſemper ueſtigijs
premas, à quo nimirũ lineæ ductę, in quantamcunq; partẽ hemiſphęrij cœli trahi imagineris,
æquales ſint neceſſe eſt. Pręterea cuiuslibet horizontis punctus centro terræ reſpondet, & cũ
centro mundi eandem habet rationẽ, & quanq̃ ſemidiametri à centro mũdi ad punctũ ſuper-
ficiei terrę, quã occupas, ducti notabilis quantitas eſt, ea tamẽ à clariſsimis mathematicorum
inſenſibilis reſpectu cœli dicitur. ſi enim in tota terræ diametro pũcti ratio, hoc eſt, inſenſibilis
quantitas ineſt, ad ingentẽ cœleſtium orbium ambitum collatę, quid dubites & inſenſibilẽ in
ſemidiametro quantitatẽ ineſſe? ne q̃s obiter obijciat tales à puncto ueſtigij, hoc eſt, horizon
tis lineas ad circumferentiã ductas nõ eſſe æquales, quanq̃ æquales uel hoc modo ſint, qui cir
cumquaq; in latera ad horizontẽ à puncto ueſtigij mei ducũtur. hæc enim inęqualitas magis
foret iuxta zenith, q̃ iuxta latera horizontiũ, ad quę ſeptentriones tamẽ deuergunt ex India
proſpicientibus. Poſito igitur & conceſſo, quod ſub æquatore Taprobane iaceat, uelut Ptole *Propoſitio.*
mæus tradidit, nõ minus cõſpicua propter diſtantiã in illa ſeptentrio eſt, q̃ nobis aut Ara ſit,
aut Argonauis, nec ullam hi, q in Taprobane habitant, ſtellam uel à meridie, uel ab ortu occa
ſuue cernunt, quæ ipſis propior in octaua ſphęra eſſe poſsit, q̃ ſint ſeptentriones. Patet hoc ex
iam dictis. Id aũt referre libet, ne quis alijs ſtudijs deditus, dum hæc legat, uulgi captũ, ac non
magis ipſam ueritatẽ ſequatur. Nulla enim ſtella firmamenti inſpicienti tibi alia propior eſſe
poteſt, quocunq; proſpexeris. Digna aũt hoc in loco notatu rem non prætererim, omnẽ ho- *Horizontium*
rizontem partẽ cœli cõſpicuam à parte, quæ latet, ita diuidere, ut in duo ęqualia diuidat, cui *ratio.*
quidem ęqua terræ mariſq; diuiſio reſpondeat: cæterum hoc intereſſe, quod cœli dimidiũ ab
horizonte deſcriptum, in ſuperficie plana aut eminente cõtuemur, dimidiũ interim terrę ma
riſq;, q̃d huic reſpõdet, uidere nõ queamus. Prioris cauſa eſt collatio terrę ad cœlũ inſenſibili
quãtitate. punctũ enim eſt, ut diximus. Alterũ euenit ꝑpter magnitudinẽ terrę collatã ad nos,
& oculũ proſpiciẽtis, cuius certũ deſcriptũq; ſit proſpectus interuallũ, uelut Dioptici tradũt.
Videndum igitur, ne quempiã ſeducat Macrobius, qui libro de ſomnio primo de horizon- *Macrobius.*
te loquutus, Diopticorum placita ſequitur, nõ aſtronomorum, & horizontem punctis lineæ
uiſualis finit, ultra centum & octuaginta ſtadia uidentis aciem excedere negans, ita ut totius
diametri horizontis trecentaſexaginta ſtadia eſſe intelligamus. Nobis, qui de ſtellarum appa
ritione & occultatione loquimur, non uidendum, quantũ quis in terra proſpiciat, ſed quanta
cœli pars extet, in quã aſcendere ſydera, & à qua rurſum deſcendere ſtellas cõtingat. Dicimus
igitur horizontem circulum eſſe diuidentem inferius hemiſphęriũ à ſuperiori, ut aſtronomi *Horizon.*
tradunt, ex quo intelligitur in horizonte ſtante ſtellam uideri poſſe, quod & Plinius docet.
Ne quis obiter id negare audeat, cum conſtet ſtellam, inter quam & zenith proſpicientis in-
teruallum eſt non amplius. 90. graduum, liquido uideri poſſe. Atqui hęc dimenſio circumdu
cta hemiſpherium definit, & horizontem deſignat. Porrò ſi imaginemur terræ globoſitatem
in duo ęqualia diuiſam, ſuperiori hemiſphærio ablato, ita ut ab ipſo centro circumcirca pro-
ſpicere ſtantẽ contingeret, uelut imaginatur Petrus Cameracenſis, tunc haud dubie arcus de- *Petrus Came-*
ſignatus procurſu diametri mundi uideretur, hoc aũt eſt hemiſphærium cœli. Quod ſi ita fo- *racenſis.*
ret, quis neget cœli dimidium è terræ ſuperficie plana uideri poſſe? cum quod ſemidiametri à
centro mundi ad indicatam ſuperficiem terræ ductæ, quantitas inſenſibilis eſt, ad orbes cœli
& firmamentum collata, tum maxime quod tota terra unà cum aqua, una complexa rotun-
ditate puncti rationem habet reſpectu firmamenti. Nec obſtat, quod terræ conuexitas nobis
proſpicientibus non deprehenditur: & de ingenti eius magnitudine compertum habemus,
quando mathematicis demonſtrationibus cõſtat, hanc, quantaquanta eſt, terrę magnitudinẽ
ad immenſos illos orbes collatam, centri rationẽ habere, idq; ita eſſe & Dioptræ probet uſus, *Robertus Lin-*
& nobilium inſtrumentorum fides indicet. Propterea Robertus Linconienſis mathematicæ *conienſis.*

 periti ſi-

peritiſsimus autor, in eo libello, qui compendium ſphæræ inſcribitur, Horizon, inquit, eſt circulus, qui diuidit medietatem cœli uiſam à medietate nõ uiſa. Radius enim uiſualis eſt, ſicut linea contingens terrã, quæ ipſa circumrotata faciet circulũ diuidentẽ cœlum in duo ęqualia, cum magnitudo terræ ſit inſenſibilis reſpectu cœli. Ecce parem rationẽ ineſſe docet in abſciſſione cœli per radium uiſualẽ, circumductũ à puncto ſuperficiei terrę, cum ea, quam à uero centro Cameracenſis fieri imaginatus eſt propter inſenſibilem, ut dixi, ſemidiametri quantitatem. Quapropter non dubitandum mihi cum Ptolemæo, cumq; recentiſsimis optimisq; mathematicorũ uidetur, quin citra æquatorem, & ſub eo multisq; etiam ultra eum gradibus cerni ſeptentrio poſsit, efficaciſsimis rationibus idipſum comprobantibus, quarum partem pro ingenij noſtri captu in commentarijs Pomponianis explicuimus, idq; ſtudioſorum, & ueritatis iuuandæ gratia, quando mihi perſuaſiſſem, nec candoris ſatis, nec officij eſſe in rebus diſputatione dignis de induſtria cæcutire, & ob unius & alterius ſcriptoris gratiam, aut autoritatem iuuandam manifeſtarios errores intactos tranſmittere. At Camers, non laudo, inquit, eos, qui Heroſtrati more τὸν κληδόνα aucupantur. Hoc enim ante apud eum natum adagium erat, Heroſtrati gloria, in hominem, qui ex re nepharia famam quæritat, qui uirtute clarus eſſe nequit. Porrò famam κληδόνα Græci nominant. Quam nouam parœmiam quo minus in eos, qui nec quærendę gloriæ, nec laceſſendi libidine, ſed iuuandæ tantum ueritatis ſtudio, in loco ueterum tradita acriori paulo cenſura deliniant, & non raro in quęſtionem uocãt, detorquere poſsim, Camertis diligentia factum eſt, qui ſuis in Solinum enarrationibus, qua cura, quo iudicio innumeros Alberti Magni autoris citra controuerſiam docti, locos plurimos æſtimauerit, annotauerit, obelis confoderit, planè cõſtare arbitror. Abſit autem, ut in ingenuo labore, & nullis non frugifera opera uerſatum Heroſtrati more τὸν κληδόνα aucupari uoluiſſe dicam. Tanquam pręterire me potuerit, hanc à remotiſsima mortalium memoria ueritatis iuuandę ſtudio pręrogatiuam ſemper fuiſſe, cui nec temporis ſpacio, nec autoritate nominis cuiuſquam præſcriberetur. Proinde licere hodie, ſemperq; licuiſſe ſtudioſis, ut ſi quæ aut obſcure dicta, aut incogitantius admiſſa in ueterum libris inueniant, indicare ea, atque etiam cõarguere poſſent, modo hanc prouinciam candido atque ingenuo propoſito ſuſcepiſſent. Id quod ego in Plinianis locis paſsim indicatis ita præſtare uolui, ut hærere me, & doctiſsimorum quorunque iudicium ſuſtinere uelle intelligerer, modo non nimis fidenter illi leuiculis rationibus noſtra, quę certioribus niterentur, reijcerent. Quod cum in noſtris taxandis Camertem non admodum agere uidiſſem, & timerem maxime, ne ſua mihi incommodaret autoritas, fateor me non alia magis cauſa, ut homini reſponderem, compulſum eſſe. Porrò in Plinianis locis indicandis æſtimandisque, obſecro quid egi, quod in Alberto taxando Camers noſter non egerit? Senſus ego totos, aut falſos, aut obſcuros deprompſi, annotaui, prętерea & diuerſa attuli in medium: Camers ob ſubſultantem, aut perperam locatam ſyllabam aliquam, cuius culpam tamen librarijs rectius aut uitiatis, ut illis erant annis, codicibus, quàm inſcitiæ incurię ue authoris tribuas, ita cum receptiſsimæ autoritatis uiro agit, ut plerunque miſere ſpectandum tantum non traducat, ſæpe etiam ſalſiſsime rideat, ueniam interim tot nominibus merente Alberto, qui primum iniquiſsimis temporibus editus, & in rudi, nec niſi armis dedita Germania natus id præſtitit, ingenij felicitate non omnino ſuccumbente, quod hodie utriuſque linguæ peritia, felicium temporum ope, denique emendatiſsimorum codicum copia adiuti, ægre & cum labore aſſequuntur. Iam Plinium & Melam clariſsimos authores aureo literarum ſeculo floruiſſe conſtat, hunc Hiſpanum quidem, illum Tranſpadanum, utrunque tamen in magiſtra eloquentiæ urbe Roma altum, in Italia doctrinarum nutrice uerſatum, ut non potuerint editis literarum monimentis cum famæ priuatæ, tum publicæ poſteritatis utilitati non conſulere. Atqui ex hoc tercentum errata ſuſtuliſſe ſe Hermolaus ait, qui in eodem tamen authore, quæ poſteri emendarent, prætерijt. Cum illo autem ita egit, ut niſi fato quodã productus ad hanc operam nauandam Hermolaus fuiſſet, qui medicam manum, & ſalutarem tot crudis, & tabidis Plinianę lectionis ulceribus adhibuiſſet, actũ fuiſſe de Plinij authoritate eruditiſsimi homines exiſtiment. Id ſi temporũ iniuria media in Italia aſſeruatis ſcriptoribus obtigit, quid Alberto in media Germania lacero, à barbariſsimis trãſcripto, per omnia barbarorũ collegia proximo ſeculo tracto, deniq; corruptiſsimis olim codicibus in cõmentando uſo, quod manifeſte multis in locis dinoſcitur, in tanta linguarum, tanta eruditorũ penuria obtigiſſe ſuſpicemur? Huic nemo hactenus ſuppetias tulit, nemo ut ſuccurreret, miſertus eſt. Igitur coactus eſt aliorum etiam errata ſuæ doctrinæ iactura ſufferre. Cumq; hodie ſint, qui in emendandis præclaris ſcriptoribus, in obſcuris locis paſsim extricandis, immortalitatẽ quandam affectent, ac laudis occaſionẽ non ita raro ex aliorũ erratis petant, nullus mortalium repertus eſt, qui non moritura Alberti opera à temporũ ſaltem iniuria, & librariorũ pudendis erratis uindicare uoluerit, cum leui tamẽ opella quiſpiam, uel mediocriter peritus id efficere potuiſſet, ut non niſi paucis in locis tantopere ſudare Camertem oportuiſſet. Cui tamen gratiæ agendæ ſint, quod leuiuſcula non præterierit, & futuris Alberti ſectatoribus uiã fecerit emendandi, quæ uel ſua culpa, ut humanũ eſt errare, uel librariorum oſcitantia nõ paucis in locis admiſſa ſunt. Porrò iurène an iniuria aliquos locos ſtrinxerit, non

Adagium nouũ.

Camertis laus.

Nota.

Albertus ueniam meretur.

xerit, non eſt meum decernere. Ego certe Plinium in harenam deducturus, non raro petita uenia præſcriptis uerbis honorem præfatus ſum: quo in loco id Camers fecerit Albertum producens, nondum uidere mihi obtigit. Deniq; nuſquam adeo iniquo iudicio fui, ut Plinio receptæ citra controuerſiam authoritatis ſcriptori, quod uno & altero in loco, quod equidem obſeruauerim, de rebus ad mathematicam attinentibus incommodius dixerit, dicam illi, ut ille ait, imperitiæ, uelut ad tribunal Rhadamanti ſcriberem, aut quamuis aliam intenderem formulam, quæ tãtæ authoritati ignominioſa eſſe potuiſſet. At uero quo theatri eruditorum loco Albertũ Camers dignetur, alios æſtimare malo, quàm coràm, ne quid peccem, effari. Poſtremo cum indubie per omnia modeſtius cum Plinio egerim, quàm egit cum Alberto Camers, perſuadere mihi nequeo in eorum me numero ab illo cenſum, qui Heroſtrati gloriam aucupari exiſtimantur. Si uero crimen eſt, annotaſſe de quibus iuſte dubitari debeat, & illaudatus eſt, qui diligenti lectione & multiplici obſeruatione, non raro etiam lucerna adhibita, ſtudioſis pro ſua uirili prodeſſe pergit, non uideo, quid commiſerim, quod mihi cum Camerte, cumq; multis alijs doctiſsimis uiris non ſit commune. Porrò, ſi reuiuiſcat Albertus, idque obijciat Camerti, quod Palemoni obieciſſe Menandrum ferunt, quæſo Camers bona uenia, dic mihi, cum me uincis, non erubeſcis? Egóne Camerti erubeſcendum putem, qui tot locis adeo docte, tanto iudicio adhibito, lapſum eſſe Albertum indicat, ac de manifeſtario errore uelit, ac nolit, conuincit? Veritatis ſtudium candidum eſt, & pudoris neſcium, quin & ſua fruitur libertate. Erroris autẽ frequens comes eſſe uerecundia ſolet. Hercle, ne Menander quidem erubeſcendum eſſe Palemoni recte iudicabat, ubi non proprio ille, ſed concionis ſuffragio uiciſſet. Rectius enim dixiſſet, Quæſo Athenienſes bona uenia dicite mihi, cum Palemonis fabulas meis præfertis, non erubeſcitis? Quod ad me attinet, malo arrogantioris in annotãdo ſedulitatis accuſari, quàm ſuſtinere, ut diſsimulanti mihi, tum & adulanti illud Perſianũ quis obtenderet, An Romule ceues? nec dubito quin paulo æquiores Plinij manes habiturus fuiſſem, quàm illos habeam, qui ne attingi à me Pliniũ uellent, nedum coargui. Qui ipſe tamen ſi permiſit, ut priores ſe, quos paſsim ſequutus eſt, de dubijs rogarentur omnibus, quis dubitat & hoc permiſſurum fuiſſe, ut de manifeſte falſis conuincerentur? Vt interim non dicam, q; inſigni multis in locis exemplo ueritati patrocinandum eſſe, reiecta authoritate, monuerit. Nam libro ultimo Aeſchylo orbis ignorantiam opprobrat, quod Eridanum in Hiſpania eſſe, & eundem Rhodanũ appellari dixiſſet: præterea & Euripidi, & Apollonio, quod in Adriatico litore confluere Rhodanum & Padum credidiſſent. Poſtremo in Sophoclis ſententia adducta de ſuccino, demum ſic ait, Quod & credidiſſe eum, uel ſperaſſe alijs perſuaderi poſſe, quis non miretur? quam'ue pueritiam tam imperitam poſſe reperiri, quæ auium ploratus annuos (ita tradiderat Sophocles) credat? lachrymasq; tam grandes, auesq; è Græcia, ubi Meleager perijt, ploratum iſſe in Indos. &c. Quis uero neſcit toties mendaciorum & uanitatis leuitatisque Græcos à Plinio damnatos? nominatim alicubi taxatis, qui uel leuiter connixiſſent. I nunc, & perſuade mihi æquo animo non laturum in ſuis Plinium fuiſſe, quod ipſe in aliorum lucubrationibus tanta ſugillandi libertate egiſſet. Ego ſanè cum uiderem opus hiſtoriarum naturæ eruditum eſſe, nec minus uarium, quàm ipſa natura, uelut Plinius tradit Nepos, tantum ſemper illi tribui, quantum nemini alij, hodieq; nullum alium ſcriptorem libentius frequentiusq; lego. Sed labi tamen & errare potuiſſe, ut mihi perſuaſerim, primum illud inuitauit, quod ipſe humanum eſſe arbitratur hallucinari, & omnium non meminiſſe: prætera quod anno ſexto & quinquageſimo in ipſo propè ætatis flore uiolenta morte deceſsit, medio tempore cum officiorum moleſtia, tum principum cura & aulæ ſtudio inquietiſsimo, adeo diſtento impeditoq;, ut poſt cibum frequenter, ac etiam recumbens, non raro & in ſole iacens id ocium, quod alij aut geſtationi, aut deambulationi, ſeu leuiuſculæ uoluptati impendunt, ipſi tot rerum annotationibus deſtinare fuerit coactus: porrò & in itinere cũ à cæteris curis paulo liberior animus foret, idem agere: quodq; mireris, in balneis etiã dum diſtringeretur & tergeretur, audire quicquam aut dictare. Quibus omnibus conſtare poſſe arbitror, parciſsimum temporis diſpenſatorem tantopere publicarum occupationum moleſtiã præpeditum, feſtinanter pleraque, & tanquam aliud agendo conſcripſiſſe, quę parto commodiori ocio ad Ariſtophanis (quod aiunt) lucernam emendaturus, ſi licuiſſet, erat. Quanquam ſunt uiri erudítiſsimi, qui dicere non uereantur Caium Plinium mathematica, quæ ex Gręcis & Latinis tranſumpſit, non admodum intellexiſſe: cuius hoc manifeſtum argumentum eſt, quod lunam maiorem eſſe terra credidit, Martiano Capella, omnia alioqui Pliniana demirato, refragante, quòd manifeſte falſum nouiſſet, quæ ille tradidit. Pręterea diuerſis alicubi, & ſeſe collidentibus alicubi proditis, quæ ſanè non ita pridem a me Pomponium interpretante tranſmiſsa, demum referenda erant. Porro & illud decimoſexto capite ſecundi falſum eſt, quod ſcripſit, Nihil habitari ab hominibus, quam quod zodiaco ſubiaceret. Atque hęc leuicula. Prægrandia quędam, & ſcitu digniſsima adnotauit Georgius Collimitius noſter, mathematicus ſcientiſsimus, dicato uolumine, quod breui (ut ſperamus) in lucem edet. Interim diligentiæ noſtrę in locis Plinianis cenſendis, uel tantillum guſtum ſtudioſæ iuuentuti propinare libebat, quo ab uno cętera ęſtimaret, uideretq; non conuenire,

Pro Camerte ſententia.

Plinij in caſtigãdo libertas.

Plinius Græcis præmoleſtus.

Laus Plinij.

Plin. labi potuiſſe.

Georgius Collimitius.

ut Plinium ueritatis authorem eſſe crederemus, quod Camers autumat. Qui quoniam aperte mihi calumniæ notam inuſsit, placuit ut hoc in loco, quam poſſem breuiſsime, doctiſſimorum teſtimonijs citatis indicarem, quàm libere, nec dicam ſalſe, aut arroganter, in media propè Italia nati eruditiſsimi homines de Plinio pronunciarint, ut inde quoq; candidus le-

Nicolaus Leonicenus.

ctor intelligeret, qua per omnia uſus modeſtia fuerim. Ante alios Nicolaus Leonicenus Vicentinus, ætate noſtra in Græcis Latinisq; literis, & uniuerſa philoſophia peritiſsimus, & planè Aeſculapius quidā in re medica, minimè uero propè ſo alioqui, quod ex ſuis ad me literis intellexi, ad carpendum mordendumúe animo, præterea Plinij conterraneus, ſiue Veronenſem hunc facis, ſeu Nouocomenſem eſſe mauis. Hic non admodū magnum negociū uel huic facturus eſt, qui Plinium nō ſatis Græce calluiſſe dixerit, mox, Vtinā. inquit, Plinius tantā habuiſſet in corde ſapientiam, quantā habuit in lingua patria eloquentiā &c. Quando ego, cha-

Nicolai de Plinio iudicium.

re Camers, tale quicquam in Plinio deſyderaui? Sed audi, quid dicat amplius, Quod homines eruditi Plinianam elocutionem diuinam iudicent, eamq; præcipue imitandam cenſeant, non equidem improbo, ſed magis laudo: & quibus iſta non ſapiat, eos deſipere arbitror. Sed illos uiciſsim puto eſſe in altero deſipientiæ genere, qui Plinio tantam tribuunt diuinitatem, ut nullo pacto in animi eorum captum uenire poſsit, Plinium in aliqua ſui operis parte deerraſſe, ſiue de imaginibus herbarum atq; natura, ſiue de terræ & maris ambitu, ſiue de ſyderum magnitudine loquatur. Cæterum leuia hæc, & quę uix credas hominem Tranſpadanū Trāſpadano obijcere potuiſſe. Illius potius meminiſſe oportet, quod in doctiſsima quadam, & elegantiſsima epiſtola, qua Politiano in uocabulo κιϑὸς pro hedera Plinij patrocinium ſuſcipienti reſpondet, idem Nicolaus ſic ait, Ego uero, & ſi non inficias eo omnium doctrinarum ſtudia excoluiſſe, multa tamen, de quibus in ſuis de naturali hiſtoria libris conſcripſit, non ſatis illi comperta atque explorata fuiſſe crediderim. Ex quo illud ſequutum eſt, ut cum non ea ſcriberet, quæ ipſe nouiſſet, ſed quæ potius à diuerſis authoribus uarie ſcripta collegiſſet, ſæpius diuerſa pro eiſdem, atque eadem pro diuerſis retuliſſe uideatur. Hæc Leonicenus, qui in eiuſdem epiſtolæ loco alio ſic infit, Quod ſi is mihi animus fuiſſet, aut nunc etiam eſſet, Plinij errata in lucem patefacere, potuiſſem & tūc, & nunc quoque poſſem integrum de eiſdem implere uolumen, &c. Quibus uerbis credo odorari Camertem poſſe, quot errata in opere Pliniano Leonicenus, non Germanus, ſed Tranſpadanus, & Plinij conterraneus ſupra Hermolai uigilias, & reliquorum diligentiam obſeruauerit, quando uolumen erratis Plinianis im-

Plinij lapſus.

pleturus erat, ſi ita habuiſſet. Is etiam Leonicenus alicubi Plinij de Lunæ magnitudine uerba cauillum uocat, eiq; notam inurit manifeſtarij errati, tanquam ad Plinianam diligentiam attinuerit, non conſcribere ſolum ex alijs, uerum etiam iudicio adhibito ſecernere: cum hæ res tamen alijs, qui ſupra ætate de mathematicis literis prodiderunt, notæ compertæq; fuerint. Porrò notius eſt, quàm ut multis dicam, quibus modis Plinium tractet, quod de Dorcade & Caprea, de Veſpertilione & Nycteride, de Siluro & Glani, de Paſſere & Pſittaco animalibus, interim Græce ea, interim Latine nominans, ita meminerit, ut lectorem tamen non admonuerit, eadem 'ne an diuerſa eſſent, ut planè uideri queat putaſſe non eaſdem eſſe. Idem de Gallica Nardo, & Saliunca, tanquam de diuerſis herbis Plinium tradidiſſe ait, cum Dioſcoridi capite ſeptimo idem ſint: quanquam ſcio præclarum herbariæ rei profeſſorem Virgilium Marcellum nuper editis in Dioſcoridem commentarijs Plinio patrocinari cœpiſſe, & apud Dioſcoridem non Saliuncam, ſed Gallicam legendum eſſe contendere. Quod ut miſ-

Nicolaus Perottus.

ſum faciamus, quid illud quod in Plinio Gręcarum literarum peritiam deſyderans, ignoraſſe eum ait, quid uocabulum *Myrmetion* Gręcis ſignificet in deſcriptione Phalangij Myrmetij? quem errorem ne Hermolaus quidem diſsimulare potuerit. Iam Nicolaus Perottus eximię doctrinæ ſcriptor mirari ſatis nequit, quod Daſipodem diuerſum à lepore fecerit Plinius, & multis tamen argumentis conſtet idem animal à Gręcis Daſipodem, à Latinis leporem dici. Porrò hęc atque his ſimilia innumera, cum mira quadam libertate, & fiducia in Plinianis uoluminibus eruditi obſeruent, annotent, taxent, ſintq; hodie, qui tanquam in ſeminario quodam, ita in Plinio eſſe tradant, quod magno poſteritatis emolumento eruditi quotidie explicare & interpretari queant. Quid mihi egregijs argumentis intento moleſtus eſſe pergis, quod alicubi inuitus etiam diſſentire à Plinio cogor? Quando ne tantillum quidem Plinianę maieſtati detraxerim, ac de imperitiæ ſuſpitione ne cogitarim quidem. Præterea no-

Salſe.

ſtro id exemplo non faciam, niſi forte Plinianam autoritatem numinis loco ita uenerandam cenſes, ut indignum iudices, aut rationi eam, aut demonſtrationi cedere. Qua in ſententia ſi perſtas, faceſſo libens, & Perſianū illud ſubdo, Per me ſint omnia protinus alba. Iuuabit priuatim de his tradere, & animum ab odioſa contentione auocatum liberiore parto ocio ad alia quoq; ęſtimanda, nulla minus parte frugifera ſtudioſis, cōuertere. Scio enim priuato in opere id curaturum Collimitium, ut quantum illi uenerandę alioqui autoritatis ſcriptori, in rerum Aſtronomicarum tractatione tribuendum ſit, haud difficile omnes intelligant. Libuit autem

Apoſtrophe ad Fabrum.

doctiſsime Faber, ut conſilij mei demum rationem tibi patefaciam, in exponēdis Pomponij libris huiuſmodi locis paſsim immorari, non admodum triuialibus, neq; alienis à ſuſceptæ prouinciæ inſtituto; ne quis claudi more, ut ille ait, pilę me inhęrere, nec quicquam ex ingenio,

genio, quo amplius prodeſſem multis, depromere arbitraretur, & uidebam conſcribendi laborem gloriũ non minus quàm inutilem eſſe, ſi tantũ ex cõmentario ſaperem, & quid ueteres ſenſerint, nõ etiã, quid pro recentiorũ cum eruditione promouente, tum uero digniſsima fide experientia ſentiendum eſſet, proderem, rariuſculis quibuſdam apud aſsiduos ſcriptores locis annotatis. Proinde eum me modum in illo ipſo opere ſeruaſſe exiſtimo, ut quoad incolumi ueritatis ſtudio liceret, nullius planè aut nomini, aut famę obfuerimus, aut infectã cruore gloriolam illam captauerimus. Quod ſi ſunt, qui digito monſtratos quoſdam ęgreferũt, tribuant precor illi ueritati, quod nobis daturi alioqui nõ erant. Equidem quod ad me attinet, tantũ ſyncero liberoꝗ à calumnijs ueritatis ſtudio tribuo, ut, quod ſæpe ſum prefatus, meliora certioraue depromentibus libenter ſim ceſſurus: quin & errata in noſtris ubiubi illa extiterint, agniturus, nec deprecaturus culpã; modo rationibus illa, nõ quibuſuis, ſed attinentibus & dignis fide conuincantur. Si quis aũt leui me teſtimonio uſum fuiſſe docebit, nõ grauabor & authoritati dare locum, modo, quos citaui, rationibus dignis fide non præmunierim, tantum illa ſcriptoris fuerit claſsici & aſsidui. Quod ad Camertem attinet, uirum omnibus modis doctum & diligentem, uellem equidem quouis alio modo monitum me fuiſſe, quo commodius neceſſarijs occupationibus noſtris horas ęgre ad hanc diſputationem impetratas dedere potuiſſem. Cęterũ quoniã hac uia incedere maluit, uiſusꝗ ſibi eſt pro uindicãdis ab incuria calumniaꝗ Solino & Plinio nauiter agere, nihil adeo ęgre tulerim, ſciens hãc literariam uelitationem, uel inter amiciſsimos locum habere poſſe. Qua de re nec ipſum quidem tot nominibus amicum, quod ueritatis iuuandæ gratia potiſsimum ei reſponderim, his noſtris offenſum iri ſperamus. Vnum id dolere me non poſſum non fateri, quod cum anno ſuperiori è Sarmatia Viennam ueniſſem, ſcholijs meis iamdudum in lucem editis, & ſuas ipſe in Solinum enarrationes iam tum in officinam chalcographariam deſtinaret, non ita magno utrius commodo cecidiſſe, ut his de locis (quod ante ſæpe in alijs facere conſueuiſſemus) fideliſsime contulerimus, ut, hoc modo alia ratione inita, & Camers non inſulſiſſet ſuis, quæ inſulſit, & ego poſt reuiſos auctosꝗ his proximis menſibus commentarios noſtros, ijſdem indicandis noſtri rationem habere non fuiſſem coactus. Tuum fuerit omnium inſignium doctrinarũ peritiſsime Faber iudicio adhibito, & utriuſꝗ collatis ſententijs perpendere, fauore'ne an odio, an magis aſſerendæ ſtudio ueritatis ea tradiderim, quæ Camerti noſtro digna uiſa ſunt, quæ carperentur, aut certe non reciperentur.

Nota.

Vadiani candor.

Vadiani in Camertem animus.

F I N I S.

IOACHIMI VADIANI HELVETII POETAE LAVREATI AD RVDOLphum Agricolam Rhetum epiſtola, in qua locorum ſequentium fit explicatio.

Quid Plinius capite ſecundo libri ſeptimi per dodrantem intelligat, ubi de Pygmæis ſcribit: & ibidem de Pygmæis pulchra.

Quid idem per unciam capite decimoſexto intelligat, cum Gabbarem ſcribit longitudinem habuiſſe nouem pedum, & totidem unciarum.

Locus Perſij, Si coſtam longo &c. ex Saty. prima.

De Antipodibus, quod ſint, & quomodo ſint, pulchra diſputatio.

Quæ cauſa Auguſtinum ad negandum Antipodas eſſe impulerit, & an recte negauerit.

An Lactantio in Antipodum refutatione adhibenda ſit fides, & inibi quàm temere aliquando idem author, de rebus non ſatis ſibi compertis diſſeruerit.

Macrobium & priſcos ferè in Antipodum ſitu lapſos fuiſſe.

De lacu Acronio, & Veneto, quos Rhenus fundit, pulchra, & quod apud Melam libro tertio non Acromus, ſed Acronius legendum ſit.

P R AE T E R E A

Locus ex libro ſexto de Dorio.

Locus Virgilij ex primo Georgicorum de uertice Auſtrino.

C V N R A D V S S C I P I O L E C T O R I.

Lector in his ſi diſplicuere inuenta, repente
Diſpeream: dubitas? perlege, certus eris.

VADIA-

RVDOLPHVS AGRICOLA IVNIOR RHETVS CASPARI VELIO Vrſino Syleſio inſigni poëtæ S. D.

DEdico ego tibi mi Caſpar laborem minimum, quo in ſcribendis literis ego & Vadianus uti ſolemus. Niſi enim, quod ad me attinet, extemporarium dicerem, quod ad amicos perferẽdum literis includo, planè mihi ipſi non iniuria uideri poſſem iniurioſus, qui aliud, quàm res habeat, aſſererem. Idem & Vadianũ ſolere per hos proximos menſes, quibus contubernio ſuo mihi datur perfrui, quotidie experior. At cur, ais, non grandia nobis dicas potius? paruo enim ea æſtimari noſti, quæ facile ad manũ ſunt. Qui ſcis, Caſpar, an maiora apud me ſuperſint debita tibi? id quod & ingenium tuum, & eruditio omnium bonorum ſtudiorum acceſsione in te parta meretur. Quanquam, ut quod ſentio dicam, ne hæc quidem à te contemni uolo. eſto ſubito fortaſſis labore parta ſint. Cauſa eſt, quia ingenia paulo acutiora, et peritiora paruo ſæpe labore ea, quæ minus eruditis magno ſudore uix excogitari poſſent, edere ſolent, digna doctorum, & tui ſimilium lectione. An de me loquar, quæris? Non equidem, ſed de Vadiano noſtro, cuius tibi eruditio, et humanitas perinde ac mihi nota eſt. Poſtremo, quia & me & Vadianum pari amoris officio complecteris, perſpectum erat mihi te utriuſq; idylliis, hoc eſt, ſubciſiuis horis conſcriptis animi laxamentis, immo literis oblectatum iri. Valebis igitur, legesq; iſta aliis, non ut ἀναγνώστης, ſed cenſor. VIENNAE 14. Calend. Iulias.

Anno M. D. XIIII.

IOACHIMVS VADIANVS HELVETIVS POETA A CAEſare Laureatus, Rudolpho Agricolæ iuniori Rheto S. D.

CRatæ admodum iſtæ gratiæ fuerunt, quas egiſti mihi proximis literis tuis
Rudolphe amiciſsime, quod paulo diligentius, &,ut amicum decebat, eni-
xe de tua ualetudine certior eſſe cupijſſem. Ego,poſtquam rumore quodam
ad me perlatum erat, te,cum Cracouiam egreſſus Iſtrogranum ueniſſes, in
grauem morbum incidiſſe,uix dixero quantum animo cõſternatus fuerim.
Nam & dolui impenſe, & pro tua incolumitate dijs immortalib. uota nun-
cupaui,eademq́; lectis proxime literis tuis exolui,quod leuiuſcula febri cor
reptum ex integro conualuiſſe intelligebam. Quæris,quæ cauſa ſit? Non ea quidem, quod *Agricolæ laus.*
mihi de facie notus, paulo ampliorem mecum per mutuam uitæ conſuetudinem familiari-
tatem contraxeris, quo bono, utpote primo amicitiæ glutino, ambo hactenus priuati fui-
mus,partim locorum interuallo,partim conditionum noſtrarum ratione, ut puto, cogente,
ſed ob id magis, quod tuæ mihi literæ eruditionis, & humanitatis teſtes, indicesq́; extitere,
quandiu iſtud gratæ notitiæ inter nos oblectamentum durauit. In his enim pręter elegãtiam,
quam tibi propemodum peculiarem eſſe animaduerti,prætereq́; omnia humanitatis,& amo-
ris officia, perſpicacis animi tui indefeſſa in rerum ſcitu dignarum perquiſitione, ſolicitudo
deprehenditur, qua ſoles quaſi ignorantiæ impatiens, adeo indies magis magisq́; promoue-
re,ut ex his quęrere, & ſciſcitari non ducas erubeſcendum, quibus doctrina,tolerantiaq́; ſtu-
diorum,ſi non ſuperior, certe non impar es. In quorum numero me cũprimis ſtatuo, tenuis
eruditionis,& nullius conſilij hominem:qui tamen cõplura quæri abs te perhumaniter fero,
cum quod eo fine non facis, ut de meæ ignorantiæ caligine hoc modo factus certior, ut me-
diocrem,aut fortaſsis in literarum iudicio proletarium abijcias & aſperneris, tũ etiam,quod
ingenua ſemper confeſsione,& citra uerecundiæ ruborem, unà dubitare, & hærere me dicere
ſoleo,ſi quãdo interrogatus rei minus quàm deceat, & tua depoſcat eruditio, ſatisfacere po-
tero. Nec communem inueſtigandi laborem,quo ſimul & doctior & exercitatior euadã,adeo
ſubterfugio,quin & gratificari libeat quærentibus, quod oſcitanti mihi plerunq; alacritatis
& diligentiæ ſtimulos adhibeant. Id quod tu quoque ſubinde facis,cui utinam aliquando of
ficio & ſedulitate reſpondere uidear. Vellem tamen, ut quoties aliquid à me eſſes petiturus,
id & ſimpliciter ageres,& breuibus. Volo equidem tibi eſſe perſuaſum,amicitię apud me plu
ris eſſe momenta,quàm ſuauia iſta tua tectoria uerborum,quibus tu mihi neſcio quid philau
tiæ conaris ingerere. Nam amplius quàm par ſit commendas,&adeo extollis,ut,niſi tuũ con
ſtans alioqui,& acre iudiciũ amoris erga me tui onere uacillare uiderem,ex illiberali quadam
blanditiarum oſtentatione hęc tua encomia proficiſci ſuſpicarer. Cæterũ ut petenti tibi pro
mea uirili fiat ſatis, ſcias uelim ea me reſponſurum conditione, ut proximis literis ex te, quid
de ſententia iudices noſtra,& quid rerũ ſit apud uos nouarum, de literis pręſertim paucis in-
telligam. Quod de Quintiliano ſcribis, perquam probo,eum ſcriptorem adeo probari ti-
bi,quem nemo hactenus (Ciceronem ſemper excipio) in tradendi exquiſitiſsima diligentia,
uerborumq́; luculenta quadam proprietate uicit. Bibliopolæ noſtri, qui Venetias codicum
emendorum gratia petiere,ſignificant mihi,inſtitutiones ſuas caſtigatiſsimas imprimi ab Al
do Manutio Romano,cui hodie in edendis bonis ſcriptorib. palma datur:quamprimũ ad nos *Locus Plinij.*
exemplaria perferentur, faciã quod optas. De Plin. loco quod quæris,paucis accipe. Pes Ro
manus,authore Vitruuio capite primo de Architectura tertij, ſedecim digitis conſtat: cui ſi
ſemipedem,hoc eſt,digitos octo addideris,cubitum facis,id eſt,ſeſquipedem, quod idem eſt.
Palmus aũt Græcis duplex eſt,maior duodecim digitorum,de quo in eo,de quo quæris,loco
Plin. intelligit. illi nominant Spithamen:minor, qui Paleſtes,&etiã Doros uocatur,digitorũ
tantũ quatuor,ſuppreſſo pollice. De quo in hęc uerba Vitruuius, Cubitũ intellexerunt ex ſex
palmis cõſtare,digitis uigintiquatuor &c. diuiſis enim uigintiquatuor per ſenariũ proueniũt
quatuor,ut noſti. Idem paulo infra ait, Palmus autẽ habet quatuor digitos. Maior igitur pal-
mus dodrans nominatur Plinio,nõ ſeorſum quidem,cum iſtud nomen ſine reſpectu dici ne-
queat,ſed ad pedem reſpiciẽdo,qui, authore Vitruuio,ex palmo creuit. Dodrans aũt cum in
pondere,tum in menſura,totum dicitur propoſitum,dempto quadrante, ut duodenarij nu-
meri nouenarius dodrans eſt,eo quod quarta pars, id eſt, ternarius deſit:hęc autem numero-
rum collatio ſecundum mathematicorum traditionem,proportionem facit, quam ſeſquiter
tiam uocãt. Nouem itaq; uncię in reſpectu ad aſſem,qui uncijs duodecim conſtat,dodrantem *Proportio ſeſqui-*
faciunt,quæ ad aſſem proportionem ſeſquitertiæ habent:duodecim enim nouem continent *tertia.*
in ſe,& tertiam nouenarij partem,unde recte ſeſquitertia dicitur. Simili modo palmus, quod

duode-

duodecim digitos, id eſt, tres pedis quadrantes continet, ad pedis menſuram collatus, pari proportione dodrans eſt: ita enim ſeſe habet iſtorum numerorum facta collatio. Nè autem quiſpiam apud Plin. palmum minorem intelligeret, dixit expreſsius, ternas Spithamas, id eſt, ternos dodrantes non excedere: quid Spithama ſit, perpulchre indicans per hoc; quod dodrantem appellauit: quacunq; ergo lõgitudine propoſita (ut illa exactius capias) ſi eam in ſedecim partes æquales abſumpſeris, duodecim partes reſpectu totius dodrans erunt: aut ſi in duodecim portiones diſtinxeris, nouem dodrantem conſtituent. Simile eſt & in alijs numeris, qui quaternario diuiſi in æquas partes ſecernuntur, ut 18. dodrans ſunt reſpectu. 24. Itẽ 30. ad 40. collata &c. Sume in manum mi Rudolphe, gratia exempli, bacillum quempiã, eiusq; totam longitudinem ita coërce, ut ad numerum uigintiquatuor digitorum, tranſuerſo pollice, ut hodie ſolemus, metiendo excurrat, & proportione cubitum ſtatues in extremo eius digito, in fine decimiſexti digiti pedem ſignabis, in duodecimo autem Spithamam, cernesq; oculis tuis, cur dodrans ad pedis proportionem dicatur, & quomodo palmum faciat, & in-

Alius Plinij locus

telliges clarius in eodem libro locum Plin. alium. Capite enim decimoſexto de Gabbara ſcribens, Claudij principis temporibus ex Arabia aduecto, longitudinis eum fuiſſe nouem pedum, & totidem unciarum ait: ubi per unciam duodecimam partem totius lõgitudinis, quæ pedi reſpondet, intellexiſſe uidetur. tali enim unciæ pes pro aſſe eſt. Quando enim gratia exempli 16. digitorum longitudinem in partes æquales 12. diſcerno, quælibet harum uncia, id eſt, pars duodecima ad datam longitudinem erit: quanquam audierim, qui per unciam digitum ibidem intelligendum eſſe putarint: quod, ſi ita eſſet, non unciam, ſed digitum Plinius ſcripſiſſet: in uncia aũt digitus intelligitur, & tertia eius pars, hoc eſt, triens, quod idẽ eſt, ſiue quatuor partes digiti. Porrò aliud eſt dicere, quartam partem digiti, aliud, quatuor partes digiti. hę enim tertiam partem totius, hoc eſt, aſsis digiti faciunt, hoc eſt, trientem conſtituunt, illa tantum quadrantem. Hanc unciam etiam pollicem eruditi dixere medium inter digitum & palmum. Boëtius certe cum Plin. unciam uocat, ut ex 16. digitis pollices 12. ex 8. autem 6. pollices, id eſt, ſemiſsis pedis, ſiue alio nomine ſex uncię conſtituantur. Id quod numeris citius deprehenſum, menſura, & longitudine propoſita, facilius intelligitur. At de hoc equidem nil temere aſſeruerim, cum eo modo nouem uncias etiam dodrantem appellare potuerit, id eſt, duodecim digitos proportione ad palmum. In utroq; autem hæc uocabula demonſtrationis locum habent, ſicut communia ſunt Plin. quantitati & continuæ, & numeris diſcre-

Pygmæi.

tæ. Pygmęi ergo, ut ad inſtitutum reuertamur, quos Auguſtin. cap. octauo, lib. Ciuit. Dei, Græcis à cubito, quemadmodum Euſtathius, nomẽ obtinuiſſe ait, Spithamæi, id eſt, palmares ob miram eorum breuitatem, tres dodrantes non excedunt. Gręcis certe πυγών cubitus dicitur. Horum illuſtres perſępe meminerunt, quadam tamen ſitus diuerſitate. Nam cum eos inter Indię gentes Plinius cenſeat, Pomponius lib. 3. in ea ponit Arabiæ parte, quæ ultra ſinum Arabicum in Athiopiam uergit, Strabo lib. decimoſeptimo in ijſdem locis fuiſſe creditos quidẽ, ſed conſictos exiſtimat, hinc occaſione fictionis ducta, quod in interiori Aethiopia, qua extima eius terrę inhabitari uidebantur, omnia ferè animalia exigua prouenire compertum ſit. Contra uerò Philoſtratus, qui lib. 3. ait Pygmęos ſub terra degentes, ſupra Gangem poſita loca incolere, & uiuere non uanum eſſe. Cui cum Ariſtot. in eo quod ſpecus habitari ab eis ait, conuenit. Albertus lib. de animalibus 21. eſſe & uiuere eos quidem, humanæ tamen rationis exactum uſum habere negat: eamq; ob rem ca. 3. eos homines ſylueſtres nominat, aliquid noſtræ naturæ habentes in quadam, ut ait, deliberatione, & cap. 4. 2. tractat. 1. lib. Simiam & Pygmęum hominis ſimilitudinem habere inquit, Plin. cap. 11. 4. & Solin. in Thracię deſcriptione ad Geraniam urbem iuxta Hæmum, & Strymonem Pygmæos creditos fuiſſe, Catizos barbaris dictos, & à gruibus pulſos ait. Noſti quàm eleganter de ipſis Iuuen. & Gel. ſcribant. Volui hęc tanquam coronidem, quo magis tibi gratificarer, alijs, quæ quæſiuiſti, ſubiungere, ut meam in rebus ad te pertinentibus ſedulitatem, perinde atq; in proprijs promptã intelligeres. Miror uero unde meorum tibi ſtudiorum ratio pateat, aut quo demũ nuncio me Perſium interpretatum fuiſſe acceperis, qui tam feſtinanter, & quaſi aliud agens,

Locus Perſij.

ſtudioſis nonnullis id ut præſtarem poſtulantibus, tam paruum Satyrarum opus tranſcurrerim. Cuius Satyrę primæ loco eodem, quem tu mihi nominas, me aliquando non parũ tortum eſſe fateor, liberatum autem anguſtia felici euentu, ceu deo quodam (ut aiunt) ſubito ap-

Petreius Aperbacchus.

parente. Nam anno ab hinc quarto, cum ego, & Petreius meus Aperbacchus, magni ingenij, & plurimę lectionis homo, bibliothecam fratrum prędicatorum Viennæ bonorum librorum innumera multitudine confertam eſſemus ingreſsi, dum poëtas diligentius excutio, incido in Perſij codiculum perquam uetuſtum, cumq; loci, qui me premebat maxime, memor eſſem, cœpi reuoluere Satyram primam, & carmen illud reperio in hęc uerba, Sic os tam longo ſubduximus Apennino. Quo uiſo, perinde quaſi Babylonas ceperim, exultans Petreium aduoco, qui unà mecum ſyncero iudicio adhibito, tam caſtigatam lectionem non potuit non probare. Nam & uerſus hac ratione mollior, leniorq; efficitur, qui alioqui ob c literam ingeminatam aſperior erat: Sic coſtam longo, quemadmodum multi legunt: & interrupti montis pars ſaxoſa oſsis nomine ſignatius, quàm coſtę dici uidebatur: quanquam & Apennini

pars

pars coſtæ nomine non inepte dicitur, propterea quod ipſe in modum ſpinæ totam Italiam medius dorſo ſuo dirimit. Quod ſi quis (ſi coſtam) legit, ſenſus carminis, quaſi ad ſequentia pertinens ſuſpenditur, quod eſſe nequit. Doctiſsimos autē Perſij interpretes, quo minus illi loco iudicium adhibuerint, eo ipſo prohibitos exiſtimo, quod corruptæ lectionis dictio ad ſenſum fecit, pariter cum hoc uocabulo os, cū coſta ſit os. Hoc ergo modo præterierunt, quod alioqui diligentius introſpicienti non obſcurum eſſe debebat. Verſum autem illum deromptum exiſtimo ex aliquo de Hannibalis per Alpes trāſitu poëmate, in quo Pœnus quiſpiam hiſtoriæ enarrator introductus, finemq́; loquendi facturus, ſic finiat, Sic os tam longo ſubduximus Apœnino, id eſt, & hoc quidem modo, præcipites Alpium rupes, & uicta flammarum impetu iuga confregimus, uiamq́; fecimus, &c. quomodo factum eſſe indicat Liuius Decad. tertiæ lib. 1. Præterea non placet, omnino uideri eos à Perſio per eius uerſus exemplum reprehendi, qui regione quinta ſpondeo pro dactylo utantur, quod ipſum maxime aliquando addecet, ut in illo Maronis, Cornua uelatarum obuertimus antennarū. Sed hoc potius à Satyro notatum fuiſſe, quod hęc ſibi temere nimis metaphora uſurpata uiſa eſt, ut os pro rupe, ſaxóue dixerit, cum ſcribere potuiſſet, Sic iuga præcelſi confregimus Apœnini, uel ſimiliter. Siue, quod eſt uerius, quod Apœninum nominauerit, cum reuera Hannibal nō Apœninum, ſed Alpium Pœnarū, uel Pœninarū infregerit igni, & aceto iuga tam alta, ut authore Liuio, nono primum die difficili itinere ad ea peruentum ſit, à quarum orientali latere Apœninus incipit. Seu certe quod illi fabuloſam hiſtoriam ſectati, Græcorū more mollia quædam & elumbia redderent, grauioribus interim, & magis frugiferis omiſsis. Tametſi non multi damni, nec adeo magnæ frugis ſit, utrum defenderis, niſi quod hoc mihi uero ſimilius uidetur. Nam & Ouid. dixit, magna parens terra eſt, lapides in corpore terrę Oſſa reor dici, &c. Hoc auſim aſſerere, uocabulum Apœninus, carmen nec elegans, nec politum conſtituere, niſi aut prima, aut penultima hexametri regione locetur. Hinc & Lucan. libro ſecūdo, Vmbroſis mediam qua collibus Apœninus. Ouidius libro meta. ſecundo, Aëriæq́; Alpes, & nubifer Apœninus. & Silius libro 4. Piniferum cœlo miſcens caput Apœninus. Quod ſi hoc in tam claris ſcriptoribus commode factum uidemus, cur ut indecenter uſurpatum Perſius culpet, tu uide Rudolphe, & iudica, ego ad te quid ipſe ſententiam ſcribo, qui locum iſtum Perſianum ita curaſſe uideor, ut nec ſplenio, nec malagmate amplius fouendus ſit, ſed cicatrice etiam abolita planè conualuerit.

De Antipodibus.

De Antipodibus quod ſcribis, non eſt tam difficile, quàm uideri poteſt diuerſos ſcriptores legenti, quorum ſæpe diuerſa, ſæpe pugnante traditione contingere ſolet, ut legentis animus, dum, quid ſequendū ſit, diligētius inueſtigat, adeo diſtrahitur, ut quò tendendū, aut quæ demū anſa apprehendenda ſit penitus ignoret.

Antipodes eſſe indubium eſt.

Primū omniū Antipodas eſſe indubiū eſt, mathematicis idipſum demonſtrationibus, & Coſmographorū diligēti obſeruatione euidentiſsime indicantibus. Scribam de ea re cōpluſcula in cōmentarijs meis in Pomp. Melam, quos ubi commodius ocium dabitur, ut ſtudioſis aliquot adoleſcentibus ſum pollicitus, conſcribā. Interim aūt, ne uel ab Auguſtino diuertas negante, uel Lactātio fidē prębeas ſomniāti, qui ſint Antipodes, & quomodo ſint, paucis accipe. Scire te arbitror, mathematicę peritos uniuerſum circuli ambitū, partibus trecentis ſexaginta, quos ipſi gradus appellant, metiri, & abſoluere ſolere, ex quibus nonaginta tribuunt quadrāti, centum & octoginta hemicyclo, ut eſt notum. Quum ergo tota terrę habitatę moles contēplanti tibi in animū uenit, cum ſit rotunda, ut nō mathematicis ſolū, ſed etiā phyſicis placet, eam ipſam ſic cōcipito, ut quaſi ceſpes ex ampliſsimo oceano parte ſui emineat, & una rotunditate ſeſe, aquamq́; ſimul, in qua partim latet, partim eminet, abſoluat. Id quod nos tibi paulo poſt uberius oſtēdemus. Tum quatuor mūdi cōmunes cardines, id eſt, ortum, occaſum, meridiē, & ſeptentrionem, ex Ptol. maxime traditione, quē nemo eius rei nō fatetur principē, conſiderare te eſt opus.

Terra quæ extat, longior eſt, quàm ſit lata.

Poſtremo quantū latitudinis habitatę terræ portioni reſpōdeat, quantumq́; longitudinis, in animo cōſtituere. Quo facto, conſtabit tibi, terræ ſolidæ in longitudinē excurſum multo eſſe maiorē, quàm in latitudinem. Longitudinis autem dimenſio à meridiano proximo Gadibus, ſiue columnis Herculis, & Fortunatis inſulis ſumitur, ultra quem priſcis nihil erat cognitum, gradibus ordine per æquinoctialem metientibus. Latitudinis autem ratio de polo in polum ſe extendit, ſi hemiſphærium metimur, medio æquinoctiali, ſiue à maximo parallelo, qui æquinoctialis eſt: ita ut æqua diſtinctio longitudinis à meridiano expreſſo in meridianum excedat, latitudinis autem à parallelo in parallelum, id quod in communibus tabularum deſcriptionibus perfacile eſt uidere. Quia igitur ex Ptolemæi deſcriptione, ut interim recentiorum diligentia expanſæ terræ ſpacium omittam, cōpertum eſt, ad centeſimum & octuageſimum gradum, id eſt, hemiſphæriū longitudinem habitatæ, & cōtinentis terræ pertingere, & in extimis oris frequentem eſſe mortalium habitationē: negare id nemo poterit, quin tanta interuenientis ſpacij diſtantia ſiti Antipodes ſint, ſi modo ex deſcriptione Antipodū punctos diametri per centrum terræ ductæ, & ad ſoliditatem habitatæ terræ terminatæ attingant. Qui igitur in extima India ultra ſinum magnum Catagaram habitant, cui 10. graduum ultra æquinoctialē in Auſtrum latitudo eſt, hi ducto ex eodē gradu diametro, quæ centrum terræ trāſeat, Antipodas habent, id eſt, pedes ſibi ex oppoſito loco cōtrouertentes, uerticesq́; à diametro traiectos,

N in ſinu

in ſinu Heſperio: quorum latitudo 10. graduum citra æquinoctialem in Boream tenditur ad occidentalem interioris Africæ partem. Pro qua re uide Ptolemæi communem ſitus terræ tabulam, & quod aſſero deprehendes. Secundum latitudinem autem, cum nec iuniorum, nec uetuſtiorum quiſpiam ſub mundi uerticibus habitationem compererit, Antipodes eſſe nequeunt, in uno ſcilicet hemiſphærio, cuius æqua dimenſio ab æquinoctiali accepta in utrunque polũ. 90. graduum diſtantia extendatur, quemadmodũ hic de ea intelligo. conſtat enim continentem terram, ut dixi, intra polos in longitudinem ad hemiſphæriũ expandi, & ultra, ab æquinoctiali uero ad polos minime. dum uero hęc conſideramus, opus eſt animum quaſi in aërem ſuſpenſum, ceu omnia colluſtrantem, & metientem erigere. Demus ergo quòd terra ſecundum latitudinem in Arctos ad gradus. 71. uel circiter excurrat (nolo enim in hoc tibi adamuſsim tradidiſſe, tanta præſertim feſtinatione ſcribens) & iterum in Auſtrũ ad gradus 50. nondũ tamen Antipodas habebis, cum nondum habeas hemiſphęriũ, quod punctis diametri per centrum terræ excurrentis, ut dixi, terminetur.

Cauſa anguſtiæ terræ à lateribus contractæ.

Cauſam autẽ terræ anguſtię ſecundum latera, cum Alberto Germano maximo philoſopho puto eſſe abundam aquæ circa uertices mundi generationem, quæ utrinqꝫ terræ extanti incumbit, magnoqꝫ fluctuum impetu, quo minus lata ſit, coërcet: hinc & illorum laterum iniquitas etiam prouenit, cum orientalis ora, & occidua multo rectiore excurſu æquetur. Sed uideri tibi poſſet ex his, quæ hactenus ſcripſi, Antipodes ſecundum latitudinem quoque locum habere poſſe. Nam ſi à punctis diametri Antipodas ſecundum longitudinem ſub ęquatore conſtituentis, circunferentiam duxero, hæc ipſa per polos diſcurret, & hemiſphęrium complectetur: hoc autem ſi marginibus longitudinis eminet, ſecundum latitudinem idem eminere neceſſe eſt: niſi quis dixerit aquas à polis in eminentis terræ portionem aſcendere, & latera occupare, quod contra naturam motus aquę eſſet. Data igitur ſub polis terra, datur & Antipodum ſecundum latitudinem diſtantia. Videri poſſet hoc Rudolphe his, qui terram ex aqua, tanquam cliuum rotundum aliquem ex plano lacu, iuſta parte ſui prominere exiſtimant: aut ueluti pomum natans, ut priſci quidam putarunt, quomodo Nicolaus Lyranus in exponenda Moſis Geneſi, propoſita figura, ſphæram terræ ſphærę aquę ita innectit, ut partibus harum tantum connexis, conſertis úe, globum ſimul rotundum non abſoluant: Cum terra, ut Plinius, & multiplicia demonſtrationum experimenta docent, & Georgius Peurbachius Germanus mathematicæ ſcientiſsimus in ſuis ſuper ſphęram Ioannis de ſacro buſto collectaneis ſcriptum reliquit, unà cum circumfluis undis globum abſoluat, ut contemplari, & colligere animo ſit opus, terram, quam naturæ artifex animalibus, quæ ſine aëris communione uiuere nequibant, aquis uacuam & diſcoopertam reliquit, tanquam tenuem ex lacu paludéue ceſpitẽ eminere, unàqꝫ cum undis inflecti, inqꝫ globi ſpeciẽ, quatenus extat, inclinari. Cui ſententię Strab. li. 3. à principio accedit in hæc uerba, Subiectum ergo ſit rotundũ unà cum mari terram eſſe, unamqꝫ & eandem cum æquoribus ſuperficiẽ habere. Vitru. quoqꝫ lib. 9. Terram ſcribit in medio locatam, unà cum in mari centri loco naturaliter collocatam eſſe: ut probe intelligendus ſit Plin. locus cap. 67. lib. ſecundi, ubi in hæc uerba habet: Eſt igitur in toto ſuo globo tellus medio ambitu pręcincta circumfluo mari, nec argumẽtis hoc inueſtigandum, ſed iam experimentis cognitum.

Lyranus.

Terra cum aqua rotunda eſt.

Terræ prominentia.

Sicut & illud Cic. lib. de natura Deorum. 2. ubi inquit, Eademqꝫ ratione mare cum ſupra terram ſit, medium tamen terrę locũ expetens, cõglobatur undiqꝫ æqualiter, neqꝫ redundat unquam, neqꝫ effunditur. Nam error eſſet non paruus, ſi quis telluris dimidium ex aqua undiqꝫ prominere dicere aut Plin. aut Cic. exiſtimaret, qui per medium ambitum excurſum eius, in 10. gradus minimum ſecundum longitudinem intelligunt, quod Ptol. quoqꝫ indicat uerisſimum eſſe: aut certe medium terræ locum intelligunt, quòd ea ex medijs undis promineat. Ex quo illud conſequens eſt, non idem eſſe centrum magnitudinis terræ, & centrum grauitatis. Cum uero, ut dixi antea, undarum grandior eſſet à polis impetus, propterea quod ob aëris in his locis uehementem ex frigore inſpiſſationem perpetua eſſet, & abundans aquæ generatio, ut Albertus, quod dixi, indicat, non potuit tantum ſpaciũ ſecundum latitudinem relinquere terrę, quantum longitudinis habet. Nec ſequitur, circũferentiam ab Antipodum ueſtigijs ductam circumcirca terram contingere debere, ſi uno in loco attingit, ex cauſis iam dictis. Latitudinis autem & lõgitudinis menſura certo & immutabili limite in terrę forma pręſcribi non poteſt, propterea quod Oceani rapina (ut Plin. ait) in incerto eſt, terras dãs & adimens, uiciſsitudine illa rerũ naturæ ſempiternis legib. inſtituta: quod ipſum multis oſtẽdit Põp. li. 1. in Africę deſcriptione, & Ariſtot. lib. Meteo. 2. cap. 6. in hæc uerba, Nõ ſemper eadẽ loca terræ aquoſa ſunt, aut arida, ſed permutantur ſecundũ fluuiorũ generationes & defectus: & nõ ſemper hoc quidem mare, hoc autem terra perſeuerat: ſed fit, ut ſit mare, ubi eſt arida, ubi autem nunc mare, iterum hic terra, &c. Ex recentiorum autem inquiſitione, ſi Americam à Veſpuccio repertam, & eam Eoæ terrę partem, quę terrę à Ptolemęo cognitę adiecta eſt, ad longitudinis habitatę rationem referimus, longe ultra hęmiſphærium habitari terrã conſtat: imò non uſqueadeo immenſum pelagus intereſſe inter extimum ab America occidens & oriens Ptol. poſtremum, quin ferè toto globi ambitu terra habitationis frequentia culta ſit, quod ex geographicæ deſcriptionis globulo perpulchrę dinoſci poteſt. Sed ſunt, qui huiuſmodi demonſtrationibus

Nota.

Terræ mutantur.

nibus minus fidei adhibeant, ut hi ſolent, qui ſuum agellum nunquam egreſsi, totum orbem anguſtæ ſepis ambitu circumſcribunt; docti nihilominus, ut ſibi uidentur, & magnæ naturæ conſcij. At neſciunt quantum eorum animos fallax philautiæ leuitas obfaſcinet. Nam mirari non adeo debemus, quod aut plana obambulantib. nobis, aut exaſperata montibus pleraq; uidentur, cum ingentis aquæ, terræq; mutua compagine globum conſtituentium extrema ſuperficies, ſiue circumferentia, ſenſu apprehendente decliuis eſſe nequeat, uiſu præſertim noſtro tam exiguam eius partem apprehendente, quocunq; ſe conuerterit. Nec putemus montium iniquitatē terræ rotunditati obeſſe, qui adeo nobis uidentur eſſe ſublimes, utpote uaſtū illum ambitum ſimul nō contuentibus, quaſi uero omnia quæ ad rotundi huius corporis rationem pertinent, hoc modo defendi nequeāt. Si enim totam terram ſimul cōſpiceres quoad liceret Rudolphe, quemadmodum Scipionem in ſomnio conſpexiſſe Cicero fingit, montes tibi turbecula quędam leuia per terrę planitiē ſerpentia uiderentur, eo ferè modo, quo agrum quempiam ſuſcitati à fodientibus talpis harenarum cumuli exaſperant. Quod ſi planam in primis terram imaginaris, & deinde ab illo rerum creatore, cuius omnia opera rationem habent, montes ſuperimpoſitos planitiei conſideras, intelliges facile, quomodo ſe terræ rotunditas ſtudioſis cognoſcendam exhibeat. Ridiculum uero eſt contendere, terram undique tam eſſe æquabiliter politam, ut ad unguem reſpōdeat, uel ad tornum, ſeu Geometræ menſuram, ut inquit Strabo, cum ad ſenſum correſpondeat, & hoc modo craſsiorem. Hoc retinendum eſt potius, hanc rotunditatem, quam ex terra naturæ leges in prima elementorum ex Chao ſegregatione poſtularunt, eam eſſe quæ montium tumore non offendatur. Sed ut ad Antipodes reuertamur, proponā tibi Axiomata quædā, & receptæ ueritatis dogmata, ut omnia tibi plus eſſe queant in aperto, quæ me aliquando ſumma cum animi oblectatione didiciſſe ingenue fateor ex Georgio Collimitio medico ac mathematico, præceptore mihi cum honoris præfatione nominando, non in his modo, quę ad terræ ſcrutinium, ſed & in illis quę ad ſalubrem medicinam, aliaq; pleraque digna ſcitu pertinent. Ac neſcio an alius quiſpiam adeo facile, adeoq; conſummata tradendi ratione ſtudioſis faciat ſatis. In eo ego tria eſſe dicere frequenter ſoleo, quæ non uulgare ſit paſsim conſpicere, in his etiam qui & ſibi, & alijs placent, ſummam fidem & integritatem, eruditionem ſingularem, & minime tamen inſolentem, nec oſtenſam, humanitatem ſummam. Quorum nexu factum eſt, ut ueneretur indies uehementius ab his, qui uerorum ſtudiorum rationem ſectantur. Quandoquidem neminem ipſe excludit eorum, qui non fucum oſtentant, ſed momenta diligunt rerum, ſynceri & amicitia digni, in quorum album poſtquam me retulit, nunquam deſij eum pręceptoris nomine dignari. At ipſe (quod ſua eſt humanitas) & comphiloſophum me ſuum, & quod nunquam admiſi fratrem dicere aſſolet, quem tu cum Viennam ueneris, & noſces libenter, ut uirum modeſtum, & auidiſsimum ſtudioſorum, & ſubinde aliarum etiam, quæ in eo inſignes ſunt uirtutum gratia ueneraberis.

Georgij Collimitij laus.

Hic mihi, ſicut ſolet, quærenti, ut memoria teneo, de Antipodum ſitu ferè in hanc ſententiam retulit: Vnum parallelum tantum eſſe, ſub cuius ipſius poſitione Antipodes darentur oppoſitis ueſtigijs, Equinoctialem ſcilicet, à cuius quolibet interſecante meridiano diameter ducta per centrum, in eundem meridianum & parallelum contrario hemiſphærij puncto tranſcenderet. Rurſum nullum parallelum ab æquatore recedentem hoc poſſe, propterea quod per nullum diameter quæ centrum traijciat, traduci poſsit. Ex hoc autem iſtud euidens ſequi aiebat, quod nullorum Antipodum, qui ſub æquatore non ſint, poſsit eſſe conformis, hoc eſt in eandem partem inclinans latitudo. Cauſa eius eſt, quod diameter ex certo puncto paralleli ſeptentrionalis per cētrum ducta, neceſſario in parallelum incidit, habentem latitudinem Auſtralem, æquabili cum oppoſito diſtantia. Sicut Antipodes paralleli quindecimi gradus latitudinis Borealis his eſſe poſſunt, qui parallelo quindecim graduum latitudinis Auſtralis ſubditi ſunt, quemadmodum hi, qui extimam Indiam ultra Gangen ad gradus. 1 o. longitudinis habitant, illis qui ultra ſinum Heſperium Ptol. in extremam Aethiopiam uergunt, adſumptæ longitudinis initium.

Nota.

Prætèrea ſic referebat, Omni puncto in terra dato correſpondere ei punctum Antipodum, quod ſi in terram excurrat habitatam, Antipodes habere aiebat, ſi in mare, ut plurimum contingit, habere poſſe, propterea quod inter huiuſmodi puncta hemiſphærij diſtantia eſt, ut nauium etiam gubernatores reuera in tali diſtantia, eorum qui in terra loco contrapoſito agerent, Antipodes eſſent, quod mihi ſolertis obſeruationis, ſcituq; admodum dignum uidebatur. Rurſus idem mihi oſtendebat, quod latitudine proprie accepta, quæ ad menſuram parallelorum per polos tranſcurrat, omnes iſti qui Antipodes ſecundum longitudinem ſint, etiam ſecundum latitudinem eſſe, eo quod diameter oppoſitos eos conſtituens, & longitudinis in ipſis, & latitudinis regulā præſcriberet. Quod ita eſſe demonſtratio indicat, nec his quæ ſupra retuli, id contrauenit: illic enim id tibi oſtendere uolui, quod nullo interueniente mari per unius hemiſphærij longitudinem in ſolida terra Antipodes eſſent, qui tamen ſecundum latitudinem ab æquinoctiali in polos ductam eſſe non poſsint. In uniuerſum igitur dici poteſt in hęc uerba: Datis terrę accolis, quorum ueſtigia diameter per centrum traiecta contingat, Antipodes illos eſſe, nullo habito aut ad longitudinem, aut ad latitudinem reſpectu. Nam hoc modo eſſe eos certum eſt.

Nota.

Quod tibi diligenter eſt perpendendum. Præterea contra uulgatam opinionem ſcriptorum, Antipodibus omnia contrario modo euenire exiſtimantium, notiſsimũ eſt, ſub ęquinoctiali, pręterquam quod contrarijs uicibus diem & noctem habent, ut ubiq; omnia paria eſſe, hoc eſt eandem noctis, & diei quantitatem habere, ſimul æſtatem, ſimul ſuo modo hyemem, & id genus alia. Cauſa in promptu eſt, quod ſub hoc circulo locatis, una eſt perpetua diei noctisq; æqualitas, cumq; eandem habeant ad ſolem, ubicunq; ſit, locationem, ſequitur quod & tempora anni ſimul habeant. Et aliâs exiſtimo te intelligere, quod ſub omni parallelo ſitis Periœcis omnia ſimul accidunt, excepta diei noctisq; ſucceſsione, ita ut ſimul hyemem, ſimulq; æſtatem habeant. De Periœcis tamen, qui polis uiciniores diem noctemq; ſimul habere poſſunt, ſcribam diligentius in commentarijs meis in Pomponium. Quod ſi quibus unus eſt meridianus, his eodem momento, & unum meridiem, & medium noctis eſſe neceſſe eſt, ſicut hi quibus eſt parallelus unus, eandem habẽt noctis, & diei quantitatem, ſimulq; ſingula anni tempora ſuſtinent.

Nota.

De Antipodibus uero ab æquinoctiali uergentibus ſic habeto, ut quanto plus ab æquatore receſſerint, tanto magis eis inæqualia eſſe omnia, fieriq; ordine contrario ipſis, quæcunque fiunt, exiſtimes, poteſt enim hoc demonſtrari. Poſtremò, omnibus qui ſunt Antipodes, unus eſt horizon, & meridianus unus.

Antipodum unus horizon, & meridianus.

Intelligo autem meridianum circulum, qui per zenith noſtrum, perque polos tranſcurrens totam ſphæram amplectitur, cauſam eius ex his quæ paulo ante retulimus, haud ægre accipis. Cum ergo ſol nobis oritur, ipſis occidit, & è regione, neque hoc aut admirabile uideri debet, aut captu difficile, cum ipſis ortus, occaſusque in reſpectu ad ſitum partium mundi, eodem modo quo nobis eueniant, niſi quod occidentia nobis ſydera ipſis aſcendunt, adueniuntque, ſicut & ipſis cadentia in noſtrum hemiſphærium leuantur. Negare uero hæc, & ut friuola contemnere, animi eſt degeneris, eaque quæ in naturæ rerum maieſtate cognitu ſunt pulcherrima, accipere, & intelligere reſpuentis.

An ſub æquatore habitatio ſit.

Sed dicere poſſes, te his intellectis adhuc in uno hærere, quod ex antiquorum ſententia non uideatur commodum dicere, ſub æquatore eſſe habitationem, ob ingentem & intolerabilem uitali temperamento calorem, cuius tamen oppoſitum ego aſſeram. Reſpondeo tibi, ſi modo dubitas, priſcos quotquot ſunt, qui ſub æquatore habitationem eſſe negant, opinione potius, quàm aut experiẽtia, aut efficaci aliqua ratione ductos, lapſos eſſe, & ſibimetipſis etiam neſcijs aliquando contraueniſſe. Lege Pomp. qui libro primo Zonam mediam ob æſtum inhabitabilem ait, tertio uero libro Taprobanen habitari ſcribit, Plin. quoque capite ſeptuageſimo ſecundi, Cœlum ait tres mortalibus terrę partes abſtuliſſe, ſeptentrionem, & auſtrinam frigore, mediam autem qua ſolis orbita eſt, exuſtam flammis, & ob id inhabitabilem, & tamen idem, quemadmodum & Pomp. Taprobanen frequentiſsimam hominibus eſſe capite uigeſimoſecundo libri ſexti aſſeruit, id quod & Solinus ſimia Pliniana multis uerbis confirmat. Addit Plinius capite ſecundo libri ſeptimi, ex Artemidori ſententia, in Taprobana inſula longiſsimã uitam ſine ullo corporis languore traduci. Multum illi, alijq; idem ſentientes à ſe diſſenſere Rudolphe, cum ſit compertiſsimum, ſi Ptol. credimus, Taprobanen ita æquinoctiali ſubditam, ut latitudine ferè trium graduum eundem tranſcendat, in Auſtrum porrecta. Quod is princeps Coſmographiæ Ptol. & libro ſeptimo, & tabula Aſiæ ultima oſtendit, nec dubitari quidẽ de hoc debet, cum in latitudinis deſcriptione errari non poſsit, adeo eius obſeruatio canonicis demonſtrationibus conſtat.

Latitudo deprehenſu facilis.

Vtinam tam facilis longitudinis obſeruatio eſſe poſſet, quàm latitudinis eſt, in multis enim uiri docti non hærerent. Videntur ergo mihi plerique ex uetuſtis ſcriptoribus, quod ad ſitum terræ attinebat, quatenus ad cœli circulos refertur, plura pro ingenijs differentium, quàm pro ueritatis fide tradidiſſe. Albertus magnus Germanus princeps philoſophus, & Auicenna noſter, non affirmant ſolum, ſed certe demonſtrare uidentur, ſub ęquinoctiali, eo etiam tempore quo ſol per ſubtus habitantium uertices graditur, temperatiorem habitationem eſſe, quàm ſub parallelis tropicis, cum ipſis ſol innititur, & conſtat tamen ſub utroque tropico frequentem eſſe mortalium ſedem. Lege Auicennam capite octauo doctrinæ ſecundæ, ſectionis ſecundæ primi Canonis, Albertum autem ſexto capite libro de natura locorum, quem Collimitius noſter nuper in lucem dedit. Eam ob rem attente perpendendum eſt, an non nimis temere Ioannes Picus, uir alioqui eruditiſsimus, & acerrimi ingenij diſputator, qui inter nongentas propoſitiones, quas adoleſcens Romæ publice proſcripſit, hanc quoque defendere uoluerit, quod ſub æquinoctiali non poſſet eſſe naturalis uiuentibus habitatio, cum contrarium tanti adeoque idonei uero ſcriptores aſſerant, quanquam conſueuere, qui diſputant, incerta, falſaq; plerunque ueritatis iuuandæ gratia diſcutienda proponere.

Ioannes Picus.

Mirum eſt profecto, ipſum quoq; Macrobium dicere fuiſſe auſum, cõmentario Somnij ſecũdo, propter Zonam exuſtam Antœcis noſtris ad nos tranſitũ eſſe nõ poſſe, cum tamẽ ex receptis authoribus, qui lõge ante ſua tẽpora ſcripſerant, diſcere debuiſſet, noſtros peregrinationibus uarijs ad intimos uſq; Aethiopas intraſſe, imò & totam Africam circumnauigaſſe, ut Hannonem Carthaginenſem authore Plin. Quin & Eudoxus quidã, cum Lathyrũ Alexandriæ regẽ profugeret, Arabico ſinu egreſsus per hoc pelagus Gades uſq; peruectus eſt, quod ex Corn. Nepotis authoritate, Plin. ſcribit cap. 69. 2. & lib. 3. Pomp. Multo uero ante Nepotem Cœlius Antipater ſcriptum reliquit,

reliquit, uidiſſe ſe, qui nauigaſſet ex Hiſpania in Aethiopiam cõmercij gratia. Quam nauiga-
tionem hodie Portugalliæ reges ſumma gloria, & euentu incredibili inſtaurarunt, multis ma
ximisq; cum in occiduo, tum Auſtrino pelago inſulis repertis, quorum intercepta memoria
erat. In extimis aũt Africæ Antœcos eſſe noſtri climatis, quis dubitat? quod ſi noſtri ad illos
uenere, quid oberat quo minus & illi ad nos uenire potuiſſent, quemadmodum noſtris tem-
poribus fieri uidemus? In ſumma, ut de hac tua quæſtione finem faciam, tam eſſe certum de-
bet Antipodas eſſe, quàm ſunt cogniti tibi digitiq; unguesq; tui. Inq; ea re his fidẽ dabis, qui
in terræ ſitu atque excurſu cognoſcendo recentius loborarunt. Quandoquidem (ut Ptol. ca.
5. libro 1. coſmographiæ ſcribit) in ſitus terræ traditione recentioribus hiſtorijs ſemper ma-
gis credendum, quàm ullis ueteribus: eò quòd pro rerũ mutatione, aut incognita prioribus,
aut ulteriori experientia deprehenſa his patefacere datum eſt. Bene (ais) mihi narras. At
de Auguſtino & Lactantio quid? aut quam in partem eorum accipienda ſententia eſt? rejj-
ciesne, quæ ſcribunt Vadiane, an probabis? Si in his perſtas, quę copioſe attuliſti in medium
hactenus, probare certe non poteris: ſi probas, nulla illa erunt, quæ ita eſſe tibi maxime uiſa
ſunt. Tua res iam agitur, uide quid agas. Ego mi Rudolphe (ut hęſitantem te ex hac tandem
charybdi liberem) ut Auguſtini de Antipodibus ſententiam probo; ita Lactantij ſomnia *Contra Lactantium.*
nequaquam aut tueri, aut aſſerere poſſum. Ille certe cur negaret, cauſam habuit; hic quid ne-
garet, neſciuit: quod ut intelligas, iterum mihi quaſi in noua cauſa ordiendum eſt: quod ſi ni
mium turgeſcere literæ illę noſtræ uidebuntur, tibi, qui me prouocare non deſinis, culpam tri
bue. Si ſcire hæc uberius adeo deſyderas, patere uel ex epiſtola fieri libellũ epiſtolarẽ. Nam me
tibi ſatisfaciẽdi quaſi uno in ſtadio, & uno curriculo cupido quædam corripuit. Nũc ad rem.
Auguſtinus nõ à ueritate, ſed ab incerta, & uero nequaquã conſentanea ueterum aliquot ſcri *Auguſtinus.*
ptorum de Antipodibus traditione abhorruit. Quã quia illuſtris alioqui, & multarũ rerum
ſcientiſsimus ſcriptor Macrobius in commentario ſomnij. 1. quaſi de reperta ueritate ſibi ipſi *Contra Macrobium.*
applaudens, ſequitur & affirmat. uidendum tibi eſt, ne eius lectione ſeducaris. Nam licet An-
tipodas admittat, in ratione tamen, & (ut ita dicam) modo ponendi, toto (quod aiunt) ob-
errat cœlo: neq; hoc in illo adeo moleſte ferendum eſt, cum uulgarem opinionem ſequutum;
cum antiquioribus citra ueri deprehenſionẽ periclitari eum cõtigerit. Voluerũt aũt illi, terræ
molẽ in duo hemiſphæria interceptã, ingenti pelago & innauigabili diſcerni, ita ut unius ali- *Antiquorum opinio.*
quid ad alterũ nihil perueniret, inq; altero nos eſſe, in altero à nobis longe ſecluſo Antipodas
noſtros & Periœcos. Et quemadmodum hoc noſtrum, torrida zona interueniente, in duas ha
bitabiles diſtingueretur, extremis ob frigora relictis, ita ſimili modo apud illos omnia ſe habe
re dixerunt. Quod ex Cic. ductũ, Macrobius euidentiſsime indicat. Quo cõceſſo ſequi neceſ-
ſe erat, ut duabus ampliſsimo mari diſtantibus terris, duplex eſſet hominũ in ijſdẽ, qui ad ſe
inuicẽ nunquã permearint, propagatio. Quod perpendẽs Auguſtinus, cũ in li. Ciuitatis Dei
16. cap. 8. omnes homines terrã inhabitantes, quacunq; forma eos natura effigiauerit; ex illo
protoplaſto uno, hoc eſt, Adam originem ducere affirmaſſet, ſequenti cap. 9. falſam illam, & fri
uolam de Antipodũ ſitu opinionẽ, quę ſibi unice obijci poterat, neceſſario non minus, quàm
uere reiecit, & cõfutauit. Si enim iſti eſſent eo modo, quo illi eos eſſe crediderunt, cum ad eos
nemo unquam noſtri hemiſphęrij attigerit, ex Adam originem habere nequaquã potuiſſent.
Eam ob rem perquã prouidę & erudite ſcripſiſſe Auguſtinũ nemo negare debet, cũ eo modo
ne nos quidẽ Antipodas eſſe permittamus. Tantus enim error nõ modo ueritati hiſtoriæ na-
turæ, uerum etiam religioni noſtræ, & ſacrarũ literarum authoritati refragatur: quẽ illi nulla
prorſus hiſtorica cognitione firmãtes, friuola quadã cõiectura aſſumpſere. Quod ſi quis adeo
magno eccleſię noſtræ antiſtiti, adeo omniũ bonarũ doctrinarũ auido & ſtudioſo, terram eſſe
cõtinuam mõſtraſſet, nec ullo interceptã, ut iſti fabulantur, oceano, in qua hominũ eſſet habi-
tatio. 180. gradibus expanſa, & ſibi diametro centrũ traijciente oppoſita, hinc etiam atq; illinc
nullo mari traiecto cõmercij mutui cõſuetudine coire ſine difficultate poſſe, nõ hercle Augu
ſtinus, mathematices alioqui ſtudioſiſsimus, Antipodas negaſſet, ſed demõſtrationibus è cer
tiſsima ſcientiarũ depromptis adhibuiſſet fidem, antiquorũ logis anilibus reiectis, quos uir
tantus fide haud quaquã dignos eſſe nouerat. Cum enim hodie cõtinuę terrę lõgitudo ultra *Contra Macrobium.*
280. gradum excurrat, ubi illud ingẽs tandem mare erit, quod iſta duo hemiſphæria dirimat?
cum terra noſtra utrinq; adeo ultra hemiſphærij amplitudinẽ pandatur. Imò, ut ſupra retuli,
parum abſit America præſertim adnumerata, quin totus ille globus circumcirca prominente
terra ſit habitabilis. Quo fit, ut his minus adhibeam fidẽ, qui ſub polis terram extare dixerũt, *Sub polis terra non extat.*
cum is locus iam aquæ, utpote elemento longe ſpacioſiori deberi uideatur, & natura fortaſſe;
poſtquam, terræ portione nudata, multis animalium ſuum dedit locum, aquam coërcens,
intraq; ſuos excurſus cohibens, in ea globi parte locũ deputauit ampliorẽ, quæ ob aëris incõ-
moditatẽ, & grauiſsima anni tẽpora, quę nullã, aut tardam uiciſsitudinẽ admittant, mortali-
bus minime idonea uidebatur, qualẽ ſub polis eſſe certo ſcitur. Quod aũt inter Antipodum
latera terra interſit, geographiæ tyrunculi ſciunt. Egredere ab extrema Hiſpania per Pyre-
næos, perq; Gallias, Germaniamq;, & Sarmatiam, uſq; ad Tanaim: eo ſuperato, tende in or-
tum per Scythiam citra Imaum, & ſtringe litus ſeptentrionale Caſpij: tum per Sacarum re-

gionem,traiectis Tauri iugis, in Indiam inclina eam,quę eſt ultra Gangem,cumq; ad ſinū ma-
gnum longis itineribus perueniſti,ſecundum eum in meridiē proficiſcere, donec ad Cataga-
ram perueniás, & toto ferè iſto latere Ptol.monſtrante Antipodas habes,non eorū quidem,
qui ſunt in Hiſpania,ſed qui in occidua Africa iuxta ſinum Heſperium adhabitant, ad quos,
quantum eſt in terræ nuditate,nullo penitus mari traiecto,ex India extrema perueniri poteſt:
Americam autem inhabitantes longe citerioribus locis ſuos habent Antipodas: quę omnia
Macrobius. inſtrumētis ad eam rem pertinētibus cognoſcere facillimū eſt. Macrobius Cic. quaſi gratias
agens,& ſuæ doctrinæ pręſtantiæ adſcribens,Nos,inquit,cum alījs non patitur errare, qui ter-
ram ſemel oceano cingi credidere, manifeſtū errorē profeſſus,quem Cic.ſolū indicauit. De
Lactantio mallem utiq; tacere, quàm moleſtus eſſe tibi, qui eius authoris adeo es ſtudioſus.
Verum quia deſyderas,& tuendæ me ueritatis ratio hortatur,dicendū eſt quicquam craſsiore
(quod aiunt) minerua,non inceſſendi quidē ſtudio,in quo nemo non culpandus foret, ſed ſa-
tisfaciendi tibi, qui præter reliquarum doctrinarum ſtudia, ea ſectaris cum primis, quæ lite-
rarum ſtudioſis adeo ſunt neceſſaria,ut nihil magis. Vt itaq; dicam,quod ſentio,uidetur mihi
Lactantius. Lactantius eloquentię ſuę uiribus plus ęquo quandoq; confiſus,paulo audacius aut abieciſſe
faſtu quodā pleraq;, aut multo aliter, quàm ueritas habeat, intellexiſſe,inq; his magnam ſibi
inuidiam eo cōparaſſe, quod ita ſuperbe, ita ſecure diſſerit, quaſi ipſe extra omnē ingenij aleā
poſitus errare & labi non potuerit,omnium aūt errata non uidere ſolū,ſed etiam olfacere ſeſe
crediderit. Hic cap.24. li.3. quod tuis mihi literis indicas,adeo Antipodes refutando ineptit,
ut dubitem,an,cum illa ſcripſit,ſatis ſibi conſtiterit.non enim ea ſolum,quæ eruditis explora-
tiſsima ſunt, neſcire uidetur, ſed probare etiam, & aſſerere illa, quæ, ſi Antipodes non eſſent,
quod ipſe contendit, falſa tamē & abſurda eſſe omnes,qui ſunt animi compotes, intelligerēt.
Contra Lactantium. Age,totum illud caput excutiamus,ut an ita ſit,ſicut dico,facilius accipias. Ait primum in ti-
tulo (de Antipodibus, quos ideo eſſe finxerunt,quia opinati ſunt mundum eſſe rotundum)
Ecce mundum non rotundū eſſe, pro uero, & euidenti habuit,ideoq; Antipodes ponentium
opinionem refutare conatur. Cuius tamen contrarium, de mundi rotunditate adeo euidens
eſt,non tam phyſicis, quàm noſtræ religionis ſcriptoribus id aſſerentibus,ut piaculum com-
mittere merito uideri poſſem, ſi rationib. hoc loco adductis probare uellem, quod nemo ne-
ſcit. Audi obſecro,quid à capitis initio dicatur(aut eſt quiſquā tam ineptus,qui credat eſſe ho-
mines, quorū ueſtigia ſint ſuperiora capite?) Erras ô diſerte Lactanti,& ea quidem in re,quā
iuuentutis anni tibi indidiſſe debuerāt. Quis enim uel primis phyſicæ rudimentis imbutus,
neſcit omne id, quod ſua grauitate cētro innititur, quacunq; parte circumferentiæ locatū ſit,
deorſum uerſus niti?quod aūt à centro reclinet,aut ſe expandat,ſurſum tendere? Cum igitur
pedibus in terrā uerſis centro innitantur,caput ſurſum proferant,ut nos in cœlum, caput ha-
bēt ueſtigijs ſuperius. Nec ſub noſtro eſt hemiſphærio,niſi quod aduſq; centrum demittitur:
Nota. quod cum prætergrederis, omnis linea ducta in quamcunq; partē ſurſum tēdit. Ideo Ariſtot.
lib. Meteororū.3. ubi de terræmotus cauſis fit mentio,Anaxagorā Clazomeniū reprehendit,
quod ſphærę tantū partem,quę ſupra nos eſt,ſurſum eſſe,& quæ ſub pedibus eſt,deorſum uer-
gere putauit.ſtultum enim eſt putare ignem in altero horizonte non ſimiliter ſurſum ferri, ſi-
cut in noſtro,ſurſumq; ferri,quæcunq; à centro ad circumferentiam tendunt. Nec niſi impro-
pria loquutione cœlū infra nos eſſe dicere ſolemus,uelut Vitruuius lib.9.ſydera uerſabūda la-
tentiaq;,quæ nobis non oriantur, ſub terra eſſe ait, hoc eſt ſub horizonte. Porrò & hoc Maro-
nis lib.Georg.1.ex cōmuni ratione loquendi depromptū eſt,cum de Auſtrino uertice loquēs
Locus Verg. inquit,at illū Sub pedibus Styx atra uidet, maneſq; profundi, cum reuera, ut Ariſtot. quoq;
aſſerit li.de cœlo,& mundo.2. uertex meridianus ſit ex natura rei ſurſum: quod poëta doctiſ-
ſimus,tametſi non ignorarit,maluit tamē ex cōmuni perſuaſione ducto ſermone uti, aut ue-
teres,ut ſæpe ſolet,imitari,quàm diuerſum aſſerere. Quandoquidē operis eum lege compul-
ſum eſſe ex Metrodori ſententia Seruius ſcribit,ut quędam ex ueterum traditione excerperet,
quæ obſcura forent. Vitruuius certe Boreale latus ſummum dixit,ut eo modo polus Auſtri-
nus imus, & ſub pedibus eſſe intelligatur. Niſi quis Democritū, & Leucippū ſequutum eſſe
Maronem ſuſpicetur, quorum opiniones de mundi inclinatione apud Plutarchum legito.
Nos uulgo Auſtrinum polum reſpectu arctici,qui nobis ad latus habitantibus erigitur,preſ-
ſum decliuemq; dicere ſoleamus. At ſub pedibus eſſe nemo niſi impropriè dixerit, niſi ſub pe-
dibus,hoc eſt,ſub horizonte, ut dixi, intelligas. Præterea ſi concedimus Antipodas eſſe ſub
nobis,non ſtatim id ſequitur,ut credibile ſit,eos caput deorſum uerſus ueſtigijs inferius habe-
re: quod falſiſsimum,ueriſsimū putat Lactantius. Cui hoc friuolo deſipere nō ſatis erat. Ad-
didit hoc amplius Antipodibus datis ſequi, ut tota terræ pars apud ipſos penderet, cum no-
ſtra iaceat. Item arbores deorſum creſcere, pluuias uero, & niues, & grandines ſurſum uerſus
cadere in terram. Quin & maria, & urbes, agroſq;, & montes penſiles illic eſſe. Indigna ſunt
hæc pudenda errata opere tuo ô Lactanti: utinam quod neſciebas,præterijſſes irreprehēſum,
nec laceſſendi cupidine inflammatus, ignorantiā tuam euanido linguæ fuco adeo detexiſſes.
Auguſtinus te longe omnium rerum peritior, terram rotundam eſſe negare noluit, nec tibi
aliud affirmanti fidem dare. uidit enim quæ diceres, & quibus innitereris. Omne graue

Lactant

Lactanti (quod prima philoſophiæ ueſtibula exhibent) à quacunq; cœli parte in centrũ tendet, deorſum tendit: & uice uerſa, quod à cẽtro recedit, ſurſum. Tibi uero uidebatur, quod ab antipodum periferia in centrum caderet, ſurſum cadere: quod non eſt. Ac id ipſum quidem ex cõmuni hominum loquutione didiciſſe debueras, non niſi rem grauem cadere, aut, ut grauitatis rationem habet, deſcendere, id eſt, ad centrum tendere affirmante: nam ſua ſponte ſurſum cadere nihil, ſicut nec leue quidem niſi impulſum impetu, deorſum tendere dicitur: ergo quicquid cadit, deorſum cadit. Sed quid in re aperta laboro? Qua fiducia cœlum non undique deuexum dixeris, tu uideto: mihi conſtat id aſtronomis, quibus ea in re ſumma fides eſt, nihil eſſe certius, qui cum Ariſtotele, & uolui cœlum, & moueri regulari ambitu aſſerunt: quod tu quoque contemnis, cum & Aethereos orbes ſphæricos eſſe neges. Nec ſequitur, quod putas, ſi terra rotunda eſt, neceſſe eſt, ut in omnes cœli partes eandem faciem gerat, id eſt, montes erigat, campos tendat, maria conſternat, cum maiorem partem terræ ſub aqua eſſe recte cognoſcentibus indubium ſit. Præterea quis credat, quod tu conceſſa terræ rotunditate ſequi autumas, nullam partem terræ eſſe, quæ tunc ab hominibus, cæteriſq; animalibus non incoleretur. Nam eſto tellus circumquaque (quod tamen euenire nõ poteſt) ab aquis libera nudaretur, non tamen ſequeretur eam ab omni parte habitabilem eſſe, ex multis cauſis, quas prætereo. Poſtremo non ſine quadam odioſa petulantia, hoc philoſophorũ reſponſum irrides & contemnis, aſſerentium grauia centro inniti, leuia ſurſum: & profecto quemadmodum neſcire te ſcribis, quid de his dicas, ita illi, ſi tua legent, quid de te dicant tot erroribus inuoluto, ſe neſcire faterentur, contra quem certe plurima dici poſſent. Tandem quod ais, te multis argumentis probare poſſe, cœlum terra non eſſe inferius, nemo credit hoc Lactanti, quod cœlum terra ſit inferius: mirum eſt cur formides id ab aliquo obtineri poſſe, cum hoc, admiſsis etiam antipodibus, nequaquam ſequatur: nimis in re conceſſa ſollicitus es, & ne cœlum cadat times, maxime ſi deorſum inclinet. Argumentis his iam non erat opus: probare enim id, cuius contrarium eſt impoſsibile, non prudentis eſt, aut eruditi, ſed uerboſi, & ſibijpſi ſuaui labiorum tinnitu blandienti, id quod tu hic de antipodibus calamo peregiſſe uideris. Hactenus de Lactantio, & eo quidem modo, quo Narnienſis Galeottus in libro de incognitis uulgo illi obijcit. Equidem quãti Lactantij de antipodibus ſententiã putem faciendam, ex his intelligis, quę hactenus retuli. Tu quod tibi uiſum fuerit, ſequere: nolo cogi te cuiuſpiam exiſtimatione, ſed monuiſſe certe uolui, ne incautus lector huius magna alioqui authoritate capereris. Andreas Stiborius canonicus Viennenſis, theologiæ, & mathematicæ peritiſsimus, & encyclopediæ magiſter, tanti alioqui ſcriptoris temeritatem demirari ſatis non potuit, cum ego ei caput hoc, quod antea quidem legerat, ſed tum attentiſsime relegebat, iudicij gratia adhibendi propoſuiſſem. Nec abſtinuit quidem, quin aſſereret, magnum Lactantio apud doctiores, & fidei, & doctrinæ æſtimationem imminui, quod adeo hallucinatus eſſet, non ob hoc quidem, quod neſcierit. neſcire enim humanum eſſe aiebat, ſed quod adeo conſtanter ignorata partim defenderit, partim reiecerit. Namq; ubi quis errori ſe addicit, dummodo in eo perſtet, ſibiq; obſit ſoli, tolerabile id quidem eſſe aiebat, ubi autem per inſolentiam & pertinacem faſtum, & uero improperare, & tueri falſum cœperit, eum non odium modo commune, uerum etiam publicam deteſtationem commereri. Mihi uero uidetur hoc ex Hieronymi ſententia commode in Lactantium uſurpari poſſe, quod Picus quadam ad Hermolaum barbarum epiſtola contra eundẽ uſurpauit, in hęc uerba, Si fuiſſes ô Firmiane tam frequens in ſacris literis, quàm in fictis litibus fuiſti, & hoc non dixiſſes, & noſtra non minus fortaſſe confirmaſſes, quàm deſtruxeras aliena. Sed de his ſatis. Quod de lacus Acromi, Venetiq; nominibus quęris, perlibenter reſpondeo, uerum ſi poſſum, paucis. Nam ſum pleraque editurus, fortaſſe fuſius, de hoc lacu in patrię illuſtratę Sylua ſecunda: quã quia adoleſcens ſcripſi, non eram editurus, ſed datam olim de ea edenda fidem, ita expoſtulat Hermannus Miles uir clariſsimus, & ſumma mihi neceſsitudine iunctus, ut quod ſemel ſum pollicitus, ſine magno pudore denegare nequeam. Quicquid igitur illud lucubrationum iuuenilium fuerit, in lucem propediem dabitur. De Acromo Pomponius libro tertio, Rhenus, inquit, ab Alpibus decidens propè à capite duos lacus efficit, Venetũ, & Acromum &c. quorum alterum eum eſſe conſtat, cui Hydropurgum patria tua iuncta eſt, mea uero, hoc eſt, oppidum ſancti Galli, paſs. plus minus octo millibus ad occaſum uicina. His hodie ab uicinis urbibus protrita uocabula ſunt: ſuperior enim, ut ſcis, lacus Conſtantienſis, à Conſtantia urbium, quę ad eius ſunt ambitum, clariſsima. Inferior lacus Cellæ, à Cella oppido rei frumentariæ copia admodum famigerato: ſicut & Larius hodie Cumanus dicitur à Como, & Lemanus Geneuenſis, à Geneua, ut Cæſar, ſiue Gebenna, ut ferè alij. Albertus tamen noſter, neſcio quomodo lapſus, Lemanum hunc noſtrum eſſe putauit, per quem Rhenus fluit: cum Lemanum ad Allobroges eſſe, exq; Alpibus profluentem Rhodanum tranſmittere, omnes ſcribant. Lucanus libro primo, Deſeruere, inquit, cauo tentoria fixa Lemano. Tentoria autem in Gallijs tum habuiſſe Cæſarem notius eſt, quàm ut referri debeat. Credo Alberto feciſſe opinionis occaſionem Alemannos, quos ad noſtrum lacum habitaſſe Ammianus tradit. Et ſunt hodie, qui à deo Alman, quẽ peculiariter coluerint, Almannos di-

Notã.

Andreas Stiborius mathematicus.

Notã.

Hermanus Miles uir clariſsimus.

Albertus lapſus.

Alman deus.

nos di-

nos dictos credant, cuius ſimulachrum adhuc in eius ripæ uetuſtiſsimo cœnobio, quam Au-
Augia maior. giam hodie maiorem uocant, cernitur: ut uidiſſe ſe in ſua geographia Vladislaus Suntham
Volaterranus. retulit. Raphaël Volaterranus Acromum lacum Bodinæ uocabulo non ſanè feliciter excogi
tato nominat: cum enim hoc ex lingua indigena ducatur, uocãdus potius eſt aut Podmicus,
aut Podamicus: cum & maioribus noſtris uernacula lingua dictus fuerit, de Podmer ſee, ab
antiqua familia nobilium de Podmen, quorũ nomen adhuc durat. Vualafridus accola olim
Veneti, Potmi cum uocare uoluit à flumine, cuius ingreſſu nutriatur, quoniã Græcis ποταμός
fluuius dicatur. Niſi quis Bodicum, ſeu Botigum dicere malit, hoc eſt, fundo carentem: ita
enim amnes profundos lacusq; Ligures, & Hetruſci dixere, quos ad lacum noſtrum ſedes ali-
quando tenuiſſe multa ſuæ linguæ monimenta docent. Sed hoc puto minus etymo nominis
accedere: licet & Padum Plinius capite decimoſexto, libri tertij à Liguribus Bodicum nomi-
natum ſcribat, quod ſuorum lingua fundo carẽtem ſignificet: & Acromus multis locis adeo
altus exiſtat, ut demiſſo perpendiculo deprehendi fundus uix queat. Hoc magis mihi quæ-
ſtione dignum eſſe uidetur, cur uetuſtis alter Acromus, alter Venetus dictus ſit. Quod & tu
potiſsime literis tuis ſcire cupis, non illis dico proxime ad me datis: quanquam & in harum
poſtrema pagina monebar, ſed prioribus perquam (ut ſemper) elegantibus, & ſcitis, quibus
non iniuria dubitaſſe uideris, Acromus'ne apud Pomponium, an Acronius legi oporteat.
Acronius unde Ego etſi Acromus diu probarim, penitiori tamen uocabuli ſcrutinio facto, in eam ſentẽtiam
dictus. pedibus eo, ut Acronius legi debere contendam, hac uoce indicante lacum noſtrum minus
uehementia frigoris, quod noſtræ hyemes afferre ſolent, offendi prænidue, aut nulla glacie in
uniuerſum obduci, quod alioqui amnibus lacubusq; ad ſeptentrionem uergentibus pecu-
liare eſt. Græci nanque ſcriptores mundi ſitum, & terrarum partitionem ſcrutati eum ocea-
Septentrionis num, qui in extimo ſeptentrione ob immenſum eius cœli gelu perpetua glacie obductus ui-
oceanus. debatur, Cronium, id eſt, Saturnium, & frigidum tardũq; appellarunt, authoribus inter alios
Ptolemæo, & Plinio. Hic enim capite decimotertio libri naturalis hiſtoriæ 4. ſeptentrionalem
oceanum, ab Hecatæo Amalchium nominatum fuiſſe ait, quod hoc nomine Scythæ eius oræ
ſua lingua congelatum ſignificarent. Philemon à Cymbris Morimaruſan, hoc eſt, mortuum
mare dictum, ſcriptum reliquit. Ille enim oceanus (quod alijs in locis minus cõtingit) ad mul
ta paſ. mil. rigeſcere, & obdurari glacie ſolet, ultra quẽ tamen in penitiori Arctoo latere Cro-
nium poſuere, uocabulo à Saturno, qui Græcè κρόνος dicitur, deriuato: in cuius honorem
inſtituta quoque feſta Cronia, id eſt ſaturnalia, nominant. Ob eandem cauſam Dionyſio pi-
grum mortuumq; mare dictum eſſe credi debet, utpote ſempiterna glacie rigidũ, metaphra-
ſtis Ruſo, & Priſciano id aperte indicantibus. Illius de oceano Arctico ſcribẽtis uerſus ſunt hi,

Dicitur ille piger, nec non Saturnius idem,
Mortuus aſt alijs, minimo quod lumine ſolis
Perfruitur, tarde radios nam ſuſcipit ortos:
Nubibus & craſsis premitur, nimbisq; grauatur.

Saturnius idem dicitur, inquit, Mortuus aſt alijs &c. Vtroque ex ſtellæ natura ducto. nam
& tardiſsimi motus eſt, & naturæ frigidæ, uitæq; humanæ incolumitati ante alios noxius,
qua ex re extimum inter uagas ſtellas in cœlo locum habere eum, ita artifice cœlorum proui-
dente, ueriſimile eſt. Rufi autem in eandem ſententiam hi uerſus ſunt,

Nomine Saturni late iacet æquoris unda,
Hic denſata ſali ſtant marmora, pigraq; ponti
Se natura tenet &c.

Quia igitur lacus noſter undiq; uinetis arbuſtisq; ſeptus, & uerna ferè ſemper facie conſpi-
cuus, adeo raro glacie ſummis etiam brumæ frigoribus ingruentibus contegitur, ut rigeſce-
re eum portenti loco accolæ habeant. Acroniũ, id eſt, ſine frigore & brumali moleſtia dictum
putarim, imò conſtanter aſſeruerim, à particula priuatiua exiſtente: ſicut Atheon dixere priſci
Diagorã, quod an dij eſſent (teſte Cic.) dubitarit. Venetum uerò alterum à colore marino,
Lacus Venetus. qui cæruleus eſt, nominatum eſſe ſatis conſtat. Et licet utriusq; uocabuli ratio utriq; lacui con
gruat, malo tamen intelligi à Pomp. ſuperiorem lacum Acronion, inferiorem Venetũ Acro-
nio proximum, quem & Cellæ lacum uocari diximus. Quanquam Pomp. Venetum dicat, et
Acronium, quaſi Venetus introeunti Rheno uicinior ſit: non tamen eſt, ut ex illa uocularum
ſerie mouearis, natura ipſa præſertim hoc, quod uolui, diſcrimen faciente. Quod ad glaciem
attinet, annotandum eſt patrum memoria, ſemel Acronium menſe Ianuario, anni 1435. glacie
in 14. diem obductum, nec totum tamen egreſsis ſcilicet, qui id obſeruarint, ingenti ſpacio
intermedio deprehenſo, quod rigor non clauſerat. de his lacubus in Sylua noſtra ſecunda iu-
xta finem ſic orſi ſumus:

Acronij mihi muſa lacus Venetiq; modeſtas
Donabis laudes, patrios nam blandus uterque,
Circuitu quanquam ſpacioſo, amplectitur agros:
Summouet hic longo cedentia litora fluctu
Vnda patens, geminæ geminum cui nomen utriq;,

Fama

Fama ingens, & priſcus honos, nanq; inclyta paſsim
Oppida conſurgunt, & cinctæ mœnibus urbes,
Quarum una eſt memori Conſtantia nomine, cuius Conſtantia urbs.
Mœnia præteriens, deducta comminus unda
Rhenus iter gelidam curuat, celeratq; ſub Arcton.
Qui poſtquam elapſus Rhetæis alpibus, ortu
Vitiferam tranſit ſinuato flumine uallem,
Albentesq; undis campos, immergitur altis
Fluctibus, & longum proprijs ſibi uendicat undis
Non diuulſus iter, tandem ſuperante fatiſcit
Agmine ab Eoa uenientis parte procellæ:
Qua lacus immenſo tractu diffunditur, amnes
Vndiq; collapſos rapiens. Quem docta uetuſtas
Acronium dixit, rigido quod ab aëre nullam
Accipiat glaciem, Scythico nec frigore preſſus,
Vernanti brumæ miteſcat tempore fluctu.
Cæruleo Veneti nomen duxere colore,
Nanq; ubi Parrhaſio Boreas propellit ab axe
Sudificus nubes, ſplendensq; intermicat æther,
Aemula cœleſti ductim iacet unda colori,
Et uarium tremulis inſcribit motibus æquor.
Hic, ubi contactis iterum ſe includere ripis
Incipit, & ſalicum rurſus proſerpere in umbra
Rhenus Nympharum pater inclytus, & decus oræ
Arctoæ &c.

Omnino autem mecum ſentiũt, qui hunc lacum Brigantinum à Solin. nominatum defendunt, cũ ille cap. 32. ubi de Gallia, inquit, in hęc uerba. Si Thracia ſit petenda, excipit ager Rheticus opimus, & ferax, Brigantino lacu nobilis &c. Strab. enim ultra Rhenũ in meridiem ab eius fontibus, & in ortum Rhetos eſſe libro 4. ſcribit: poſt quos trans Licum intra Iſtrum & alpes Vindelici, & quos ibidem Solin. nominat, Norici, uſque ad Pannonias in ortum uergunt. Brigantinum autem à Briganto dictum oppido perquam uetuſto indubium eſt, quod ad Acronij initium ſitum, frequenti hodie hominum habitatione colitur. Et quoniam citra Rhodanũ in ortũ ſolis Heluetij aduſq; Rhenum circũcirca excurrunt, quod Florus quoq; lib. 3. ſcribit, quicquid ultra Rhenum, & Acronium eſt, ad Rheticos pertinebit, quos illis uicinos eſſe conſtat. Claudianus quoq; ad Rheni, & Danubij principia Rhetiæ tractum eſſe, his uerſibus in Alarici uictoria prodidit:

Sublimis in Arcton
Prominet Herciniæ confinis Rhetia ſyluæ, Rhetia ſyluæ.
Quæ ſe Danubij iactat Rheniq; parentem,
Vtraq; Romuleo prætendens flumina regno,
Primo fonte breues, alto mox gurgite regnant,
Et fluuios cogunt unda coëunte minores
In nomen tranſire ſuum, te Cymbrica Tethys
Diuiſum biduo conſumit Rhene meatu,
Thracia quinq; uadis Iſtrum uorat Amphitrite,
Ambo habiles remis, ambo glacialia ſecti
Terga rotis, ambo boreæ Martisq; ſodales, &c.

Quos eo libentius adſcripſi, quod Rheni in hunc noſtrum lacum fluentis, Danubijq; laudes continent. Non me latet Ptolemæum non longe à lacu Verbano, qui iuxta Larium eſt ad radices alpium, Brigantios poſuiſſe, quorum oppidum hodie Brianſon uocant, Brigantino uino nobile, de quo hic intelligere nemo poteſt, cum quod Italiæ confinia ad Galliam attingentia prius memorauit Solinus: tum etiã quod ex Gallia, inferiori pręſertim, & ad Rhenum tendente, per Rheticum, iter proximum in Thracię latus eſt. Habes de lacubus Veneto, & Acronio. Intellige paucis (ut faciam epiſtolæ finem) de Lucano. Ego ſanè caſu factum nõ credo, ut is de quo mihi ſcribis Panno, de locis grammaticis mota controuerſia interim ex te ſcire uoluerit, quid de illo Lucani ex libro eius ſexto ſentires: Quæ tetigit Philace, Pteleosq; Lucani locus. & Dorion ira Flebile Pieridum. ubi de celebribus Theſſaliæ urbibus mentio fit. Erratũ enim eſt à poëta doctiſsimo, alioqui & prope omnium rerum perito, quod ego antequam literas tuas legi nunquam animaduerti, quandoquidem & ſenſus perplanus, & interpretum conſenſus non aliud mihi offerebant. Verum cum de Dorio lego Plinium inter Theſſaliæ loca, libri quarti cap. 9. incido caſu in Hermolaum Plinianę eruditionis theſaurum, & (quod omnium maxime mirabar) hallucinatum eſſe Lucanum intelligo, quod is Theſſaliæ oppido id tribuiſſet, quod in Achaia contigiſſet, ubi Dorion eſſet iraſcentibus Thamyrę muſis memoratum,

Dorion. Dotion. ratum: illud autem in Theſſalia non Dorion, ſed Dotion dici. Verum eſt illud Horat. Quandoque bonus dormitat Homerus. atq; opere in longo fas eſt obrepere ſomnum. Cęterum ita eſſe ex Homero & Statio cap. 5. quarti de hiſtoria naturæ Plin. Hermolaus probat. Ago ego tibi hoc loco gratias Rudolphe, quod occaſione ſtudij tui, factus ſum te commonēte eruditior. Non enim facile quis alius mihi de tanti ſcriptoris errore tam leui, quicquam perſuaſiſſet, & tanto literarum & gręcarum & latinarum cenſori fides debebatur, in tuto enim ille gradum ſiſtere mihi uidetur, qui in rerum obſcurarum iudicio ab Hermolao raro diſſentit. Habes quod petieras, ac neſcio, an ea diligentia conquiſita, ut uotis tuis abunde poſsint ſatisfacere, ipſe neruos contendi, quodq; potui intra id tempus, quod mihi ad ſcribendum dabatur, feci. Nec eſt ut in hoc diſſerendi tecum genere, aut elegantiam expectes, aut aptam rerum ſeriem, ſcribimus enim ut in animum res uerbaq; incidunt, in his præſertim, in quibus res tractatæ plus loci dignitatisq; ſortiuntur, quàm ulla nitoris gratia comparare queat. Si quid eſt, quod aut temeritati, aut pertinacię accedere putaueris, id fide careat. Sin autem placuerint ſingula, eatenus placeant, ut me Dauū, non Oedipum, ſicut uolebas, exiſtimes, quaſi porrò alia quærenti tibi, æqua feſtinatione ſatisfacere poſſem, aut de quibuſuis rebus proponēti, quod Carneades ſolebat, extemplo reſpondere, quis enim hoc faxit non doctiſsimus, & expertiſsimus aliquis? Mihi certe ipſi multa reſtant in his dubia ſcriptoribus, è quibus illa deprompta ſunt, quæ te torſerunt. In ſumma, gratiſsimum mihi erit, ſi proximis tuis ad me literis id egiſſe me fateberis, quod officij ratio poſtulare uiſa eſt. Nulla mihi alioqui cura ſtruitur, in quancunq; Stephanus Taurinus. partem hęc noſtra ſedulitas caſura ſit. Vale bene, & Stephanum Taurinum iuriſconſultum uirum optimum, & doctiſsimum, ſi adhuc Iſtrograni apud cardinalem ueſtrum degit, meo nomine impenſe ſaluta, utq; aliquid ad me literarum det hortare: ex eo enim tempore, quo ex urbe Roma reuerſus, Viennæ apud me Collimitiumq;, & tū conuiuij noſtri Sympoſiarcham Iacobum Spiegel iureconſultum, & Secretarium Cęſareum, una ſe amica iucunditate oblectauit, quid agat, aut qua fortuna ſua ſtet conditio, nec fama, nec literis intelligere potui, id quod mihi non parum in hominis pręſertim tam amici deſiderio moleſtię affert. Si iſthic non eſt, mihi ſignifica. Vale iterum. Viennæ Auſtriæ, anno M. D. XII.

F I N I S.

IOACHI-

IOACHIMI VADIANI HELUETII MYTHICUM ſyntagma, cui titulus Gallus pugnans.

RES TOTA IN DISCEPTAtione poſita eſt.

Accuſant gallinæ, patrono Philonico. Galli ſe tutantur, propugnante Euthymo. Capi Semimares decreti arbitri pronunciant, litemq́ue ſedant partibus conciliatis, Nomothete interprete.

EIVSDEM AD LECTOREM, allegoricum.

Ad uada ſe ſiſtit uulgus, refugitq́ue profundum,
 Anchora & in tenui littore fixa iacet.
At fluctus pius Æneas, Ithacenſis Vlyſſes
 Experti, & Minya Theſſala turba duce.
Caſus ineſt auſis, quæ, ſi meliora ſequentur,
 Æternæ uirtus præmia laudis habet.
Si negat, & fato ſors inquinat orſa maligno,
 Hoc ſaltem laus eſt, non timuiſſe necem.

REVERENDO PATRI D. IOANNI PVTSCHIO VIENNAE PANnoniæ cathedralis eccleſiæ pręposito digniſsimo, & gymnaſij uniuerſalis cancellario meritiſsimo Ioachimus Vadianus Heluetius S. D.

CVm nuper Budam, obſeruātiſsime pater, ego & Georgius Collimitius mathematicus & medicus inferioris Pannoniæ metropolin celerrimo itinere perducti attigiſſemus, præter alia compluria, quæ inibi maxima cum uoluptate ſumus expiſcati, animaduerti etiam priſcam illam inter gallos certaminis paleſtram ſtatiuis in ſingulos annos ferijs multo ſpectatorum deſyderio ſolitam exerceri, Quam quia adeo celebrem maioribus fuiſſe antea me & Plinius, & Aelianus docuerant, quorum alter Pergami omnibus annis gallorum ſpectaculum ceu gladiatoriū, editum, alter Athenis poſt Themiſtoclis de Perſis obtentam uictoriam, quotannis inſtitutum fuiſſe aſſerit, quædam me quaſi ſcabies, ludendi quicquam in eam rem, ſtilo remiſsiore, horisq; ſaltem ſecundarijs, corripuit, idq; ut proſequerer, me eſt hortatus humaniſsimus, nec protritæ eruditionis uir Vlricus Tobriacher, qui tum ludo literario pręfectus nos & humaniter & eleganter non ſemel excepit, cuius efflagitationibus audatior factus fœturam ſubita feſtinatione conceptam ſubito etiā partu, nec per præſcriptos menſes ematurato, fere inuitus edidi, neſcius adhuc, fœturam, an abortum potius dixerim, locum certe & ſudoris & anxietatis nonnullius, quod in omni partu euenire ſolet, perquam conſcium, quem tibi iuſtiſsimis inducti cauſis offerre non dubitauimus, non quidem, ut uel latinitatem uel rem ipſam tāti fecerimus, ut tuo aſpectu digna iudicata fuerint, uerum potius, quòd erga nos ſemper patronus magis, quàm condus extitiſti, imparisq; & ingenij & fortunę hominem quàm ardentiſsime proſequutus es, nec literas & earū ſtudioſos amaſti minus, quos in hunc uſque diem, plus quàm credi poſſe uideatur, foues & amplecteris. Leges tu quidem gallinarum multa ægro animo ferentium inſolentiam eam, quę ferè flatili mulierum naturę adpropinquat, tum gallorum uirilem & excuſſam maturis conſilijs cauſisq; defenſionem, poſtremò uero caporum ſeminarium arbitrium, qui, ut eos generis natura hortabatur, pacis gratia, & coniugalis amoris pręſtantia perpenſa, partibus inductis fœdus conciliant. Omniaq; hęc per patronos ſedulos & ſtudioſos, à me uindemialibus ferijs, ingenij exercitandi gratia, ut in animum uenere, conſcripta. Quod ſi ea quantulacunq; dignitati tuę minus reſponſura uidebuntur, perpendes obſecro, clientis gratitudinem, qui interim, dum maiora afficit, minoribus ſuam in tua ampliſsima beneficia memoriam teſtatam eſſe uoluit. Neq; hęc quidem accipies, quaſi pro Perca (ut aiunt) ſcorpium dederim. Nō enim in hoc dolo tā malo bene grati uerſamur, ſed ut magna me aliquando, aut ſaltem his maiora daturum confidas. quanquam te & hæc ceu magna accepturum ſubolfacio, cū & ſententijs paſsim ceu gemmulis aſperſa ſint, & hiſtoriarum annotamentis rerumq; ad phyſicam pertinentium, cęterasq; artes, ſuis in locis inſignita corollis, & earundem authoribus ad marginem locatis, id tamen tua præſtabit beneuolentia & ſingularis manſuetudo, ne quibus acri nimium in tuos cenſura prouehi uidearis. Ego uero, pater obſeruandiſsime, ne ollas oſtentare (ut aiunt) quis me dicat, ſi mea nimium extollam, & tibi & tui ſimilibus liberam arbitrij, iudicijq; indulgeo immunitatem, ſatis ſuperq; uel in hoc quieturus, ſi Vadiani tui ſyntagmate quaſi ſomnio auſpicante bonam rem, promptitudinem, ſedulitatem agnoſces. Vale ex collegio principis Viennæ Pannoniæ, Idibus Decembris, Anno M. D. XIII.

THOMAE VELOCIANI

poëtæ à Cæſarea Laureati, & cathedræ Viennenſis Canonici, in Vadiani ſui Syntagma.

Bellaces ſi forte uelis dignoſcere gallos,
Si gallinarum iurgia compta placent.
Myſtica doctiloquę uideas ſpectacula pugnę,
Ducta ſub ingenio mi Vadiane tuo.

M. Sebaſtianus Bunderlius, in Vadiani ſui doctiſſimi, Gallum.

Qua nitido terras conſcendit lumine Titan,
Pronus, quaq; iterum præcipitatur aquis.
Ille canet gallus, pulchro certamine uictor,
Tranſibit laudes nec Vadiane tuas.
Quando prius tremulā potuit uix edere uocē
Te duce nunc cygni dulcius ore ſonat.

Nicolai Gerbelij Phorcēſis in Vadiani Syntagma.

Bella gerunt ranę, uario diſcrimine mures
Obſiſtunt, paſsim Martia turba ruit.
Nuper ab elato quot uulnera nomina uerbo
Pertulerint, noſti docte poëta ſatis.
Scilicet hęc terras animoſa licentia uexat
Illa malos tollit, deprimit illa bonos.
Sed quis non gallos potius, niueasq; ſorores
Atq; harum natas oua rotunda probet?
Muribus infandis, ranisq; loquacibus, illos
Quis non præponat? qui ſatur eſſe uelit?

Bernhardi Ottonis Studtgardini, Octoſticon.

Quū nimis exagitat ſubiectos dira poteſtas
Quum negat inferior debita ferre iuga.
Inuida tū magno conſurgit utrinq; tumultu
Lis, tum iuſtitiæ quæritur auxilium.
Hoc gallinarum certamine conſtat iniquo,
Aduerſus gallos quod ſtatuere ſuos.
Hāc igitur Phrygio condignā autore fabellā
Accipe, nam multum crede iuuabit opus.

Ioan. Abhauſer Vindelicus. Gallus de ſe.

Gallus ego alituum rex idem pręſcius omnis
Aërios caſus, militiaq; potens.
Turbor ab imbelli gallinarum grege, quasq;
Imperio decuit ſubdere colla meo.
Et neutro ſexu dignus capo, iudicis auſus
Tentat, & in ſacro uerba referre foro.
Aſt ego crediderim mortales ſępe periclis
Fœmineo turpi ducier arbitrio.
Eunuchos itidem, quos ius & fama notauit
In dubios caſus uerba ſuperba loqui.
Dumq; ſuos faſtus & inania uerba recenſent
Obijciunt prędę ſeq; ſuosq; ſimul.
Sic mihi cum lites nati uxoresq; reportant,
Rem iudicatam ſoluimus exitio.

Ambroſij Zilagij, reuerendiſs. cardinalis Strigonienſis, & Conſtantinopolitani patriarchæ, nepotis, ad Ioachimum Vadianum præceptorem unicè dilectum, Decaſtichon.

Iupiter ante ſui diti faſtigia regni
Reddet, Tænareas & reget ipſe domos.
Phœbus & occaſu ſudantes ante caballos
Retrahet in duplicem ſole manente diem.
Ante Calydonio uenient à littore gemmę
Quas niger Eois colligit Indus aquis.
Inq; uicem albentis mittet Gangetica Gleſsi
Terra globos, illuc quàm Cynoſura nitet.
Quàm tua de hoc facili decedat fama libello,
Pręceptor, patriæ lausq; decusq; tuæ.

Philippi Gundelij Boij, ad lectorem Epigrāma.

Accipe rixantes lepido certamine gallos,
Nec ſperne egregium lector amice iocum.
Nam licet Heroę placeant grauia ora Thalię,
Attamen hęc inter charta iocoſa iuuat.
Dulychias naueis, Phrygijq; incendia belli
Nō tam quàm ranę diſcimus arma trucis.
Scilicet eſt aliquid, q̄d in his cōfertq; placetq;
Et quod nō pudeat tollere frugis habent.
Deniq; conciliet nouitas, qua gallus & uxor
Bella, capo cauſam diſcutiente, gerunt.

Chriſtophori Craſſi Gallenſis in Vadiani præceptoris Syntagma.

Docta dedit cunctis natura animalib. iram,
Vt proprijs abigant damna aliena bonis.
Vis tamen eſt trepidi nimiū propēſa furoris,
Et uitij multum creber abuſus habet.
Ira tamē tantū nec obeſt, quantū in uda cęci
Conſilij rabies. Hoc tibi teſtis opus.
Quo iuſtis titulis petulans gallina reclamat,
Inq; ſuum torquet, tela inimica decus.

Ludouici Reſtionis Vordingani, Octoſticon.

Qualia non unq; (nec enim pax ulla per orbē
Vſquā eſt) ſi forſan bella uidere cupis.
Quæ neq; ſulphureis flāmis, trucibusue Bo- (ardis,
Nec bouis horribili cōficiūtur ope.
Sed quæ non ſegni gallus nil territus ore,
Non bene cum ſponſa conueniente, gerit.
Quę diſcernit auis neq; mas neq; fœmina, do- (ctos
Cerne iocos noſter q̄s Vadianus agit.

Vlricus Lener à pedibus Vadiani.

Ficta iuuant, et uera nocent, diſcrimine, bella,
Vera parant damnū, ficta ſequetur honos.

IOACHIMI VADIANI

Heluetij Syntagmatis, cui titulus, Gallus pugnans, initium.

SENARII IAMBICI.

Præco loquitur.

Nouus poëta rebus excitus nouis,
Compegit arte non poëtica iocum,
Vt plus uel inde gratiæ conquireret.
Verſu ſoluto nec polito maxime
Incedit auditu iucunda fabula,
Quod diligens auditor aure intelliget.
Linguis fauete prorſus, atq; attendite,
Gallina gallum (quis putarit omnium?)
Liuoris œſtro concitata poſtulat.
Silete prorſus & labella ſtringite,
Prorſus ſilete, pręco ſum, hoc me muneris
Iuſſum decet, nec pœnitebit id moræ
Vos, ut puto, raris tribuiſſe luſibus.
At nunc adeſt, qui rem docebit pauculis,
Summamq; perſtringet nouatæ fabulæ,
Attendite obſecro, & factum cognoſcite.)

O PRO-

PROLOGIVM ARGVMENTVM CONtinens. Philolaus loquitur.

ADuerti ſæpe ſpectatores optimi, paruis initijs maxima inter mortales diſsidia exoriri ſolere: Et latentem inuidiã uehementiſsimis irarũ flãmis erumpere. Nec id ſolum noſtro in genere qui rationalis creaturę gradũ occupamus. Id enim minus eſſet mirum, hoc præſertim tempore, quo omnes omnibus in locis diſſentiũt, Verum & in Brutis, quę à ratione aliena, ſolo naturæ inſtinctu pergere creduntur, Proh boni dij, quid inuidia poteſt? quantum ſecum periculi honores trahunt? galli & gallinæ litigant. Hæ inuidẽt, illi quòd annui uictores ſunt laceſcuntur, Vidi ò uos nutare ſpectatores & negare fidem nouæ rei, quam tamen ut credatis, obſecro animo auribusq; arrecti, paucis accipite. Poſtquam gallinæ, quotquot in hac noſtra prouincia ſunt, audentes gallos, celebribus ludis, annuoq; gymnaſio depugnare, & uictorẽ regem inſtitui, intellexerunt, inuidia magna, quæ creſcentis ſemper gloriæ comes eſt, ſuccenſæ atq; exagitatæ quòd domi negligi, & ingloriæ degere ſibi uiderentur, pumiles nũcias per omnia paſsim Gallinaria atq; Ornithoboſcia conſilij inſtituendi gratia emiſerunt, quibus rem omnem interpretãtibus, decretum eſt conſulto, ut per patronum iuſtæ poſtulationis cauſa agatur ne prorſus alioqui imbecilla gens non gallis modo, ſed & anaticulis, & anſeribus deſpectui foret, utq; gallis per alienę linguæ ſubſidium, inter homines quoq; inuidiam ſuſcitarent. Hi uero hoc diu ludicrũ eſſe putantes, tam frequentibus gallinarum conuenticulis, tamq; inſolito contẽptu animaduerſo, rem agi ſerio acceperunt. Et eueſtigio, ne clamoſæ multitudini indulgendo (quod ſæpe euenit) dignitatis aliquid ſibi aut ęſtimationis imminuatur, ſuffarcinati optimis conſilijs accelerant, ſeq; & uellicando & propugnando uindicant. Philonicus illarum eſt patronus, horum diſſertus Euthymus, accuſat ille, hic refutat, resq; agitur graui admodum certamine. Capi tandem, neutrum genus nec ſuſpectum partibus, arbitrij nacti copiam, gallis illatam eſſe iniuriam pronunciant. Interpres eſt Nomothetes, qui ut ſint concordes imperat, ſeq; ament ut antea, galli & gallinæ tum ſilentes abeunt, remq; omnem ex patronis ediſcunt domi. Lichenor tandem Paraſitus, ridens factum, ridiculum pronunciat. Audite obſecro placidis animis remq; ut partibus concepta eſt ſilentes dijudicate, galloſq; & gallinas amabitis.

PH. I.

PHILONICI, PRO GALLINIS, ADVERSVS GALLOS inſtituta oratio.

VIdeo ego, in iſta ſpectatorum accurrentium multitudine, iudicem etiã ignorans, multa grauiter & attentè pro gallinis dici oportere, propterea quòd Euthymum cerno, uirum facundum agendarum rerum, mira præditum ſolertia, quem inſolentiſsimam Gallorum turbam, patronum conduxiſſe audio, quaſi aut purgare ſe, tanto ſpectatorum aſſentiente numero ſuperbiſsima gens, aut uincere nos, uiri tã eruditi ingenio aliquo modo poſſent, Cum penes nos uictoriam fore uſq; adeo certum habeam, ut quantum in me eſt, nullum cauſæ noſtræ deſtinatum iudicem exoptem, Sed uos òmnes ſpectatores, æque uelim ita ueritatis eſſe patronos, ut ego hodie gallinarum ero, auditis etiamnum quàm aperta partis noſtræ ſit integritas, quàm magna fiducia. Seſe ipſum uidetur abſoluere, omnium conſenſu, qui ſuæ cauſæ optimos quoſq; uult eſſe iudices, nec te quidem Euthyme reformidarem, ſi modo nec precibus, nec præmijs illectus uerum dicere libere uelles, nihil enim iam reſtaret, quin tuo te gladio confoderemus. At quia eo diſcordię peruentum eſt, ut ſine iuſtę accuſationis excurſu gallinarum fides & ſimplicitas dinoſci nequeant, gallis præſertim adeo obluctantibus, agam ego ſpectatores, ut quæ hodie mihi ad dicendum commiſſa ſunt, citra faſtidium accipiatis. Cum prima luce diei huius, è lectulo, me me rapuiſſem, pulſarunt fores gallinæ tres, inſignes forma, quas ipſo ſtatim aſpectu non plane ruſticas eſſe iudicabam, eas ut uideretis adduxi mecum, ne quis me nugas texere putaret, dum, quod factum eſt eloquor. Harum maiuſcula quæ ſe Quaquerram nuncupat, ut me ſalutauit, quęrere cępit perhumaniter, ut ſolent, an iuris peritiam tenerem. Ego linguę fere omnibus ignotæ nouitate oblectatus, tenerę me reſpõdi. Cœpit hinc precari me, ut gallinarum hoc die patronus eſſem, bonamq; operam in re decentiſsima nauarem. quod cum me facturum eſſem pollicitus, demiſſo uultu ac humentibus ocellis, generis ſui & ſexus in primis contemptum, tum uero iniurias prope infinitas, quæ contemptum ſequi ſolent, cum laude & commendatione gallinarum omnium tam prudenter tãq; diſtincte narrare cœpit, ut mihi eius miſerto & ſingultienti, fere lachrymas extorſiſſet, ni eas uirilis officij firmitas repreſsiſſet. Tum primũ eam, ut gallinarum noſtrę prouinciæ prudentiſsimam ex ingenti aliquo cœtu, ad me comitibus duabus deſtinatã animaduerti. Videtis quàm ſit ampli pectoris, quàm capitis exacti? Corpus certe conſpicuum Quaquerræ noſtræ, fidem facit uerbis meis ſpectatores, quod ſi itineris longitudine laſſata non eſſet, nec raucam feciſſet tam abundans uecturæ puluis, rem omnem ore ſuo, ut mihi explicata eſt, enarraſſet coram proinde ipſa non firmorum laterum, ad rei exitum oratrix ſtare non potuiſſet, cum iam ſedeat: Et timuit hercle ſuam linguam à uobis non teneri, quam ego, non didici dico ſed deglutiui penitus. Itaq; negocium meis humeris impoſitum eſt, qui coniugali commertio tot ineſſe ærumnas nunquam antea credidiſſem. Specta. quanpuam ego nõnullas & meo coniugio expertus eram, At nunc ut credam gallinarum faciunt lachrymæ, perpetuis iurgijs, & intolerabili gallorum inſolentia citatæ, qui dum ſe maritos & eſſe & nominari uolunt, ea agunt, quæ ne Tygres quidem ſi miſcerentur ouibus unquam agerent. Primum omnium, quamuis inclytę genere ſint gallinæ & cũ alijs uirtutibus, tum uero maxime humilitate inſignes, gallorum contemptũ tamẽ, ſi moderatior eſſet ęquo animo ferre poſſent, propterea quòd patientiæ mater eſt humilitas, ut inſolentiæ ſuperbia. Quia uero aſperitas & iſta gallorum contumacia adeo increbuit, ut ſui gèneris partem, quæ ipſę ſunt, tam audenter negligere & exibilare audeant, non humiles amplius galline ſed ignauę uideri potuiſſent ſi tacerent. Omnia enim pati, & obſtare nullis, non iam humilitas cenſenda eſt, ſed ignauia, Et naturæ ſuæ profecto iniuriam faciunt, qui eam ludibrio eſſe malunt quã modeſte tutari. Recte igitur non minus quàm oportune quidam dixit poëta: Veterem nos ferendo iniuriam nouam inuitare. At quis iſte, dicet Euthymus, contemptus adeo magnus? ubi iſta nondum intellecta gallorum inſolentia? Attendite quęſo ſpecta. aureſq; arrigite, res agitur nõ ſane ludrica. Tota gallorum hodie cura in eo uerſatur, ut firmiores in harena pugiles appareãt, quàm ad gallinaria cuſtodes, cum eos tamen gallinarum cuſtodes eſſe natura uoluerit, & abominabiles pugnas non niſi luxus inſtituerit & petulantiſsima quædam libido, quid enim à mortalium ſalute plus alienum eſſe deberet, quàm diſſenſio & pugna, quę maximorum ſcelerum incitabula ſunt, non in externos tantum, uerum etiam in cognatos, & neceſsitudine arctiſsima iunctos. Id quod hi uidere poſſunt, nil miſerantibus oculis, qui gallos, ut pugnent inſtituunt. Ex quo tandem, quid ſequi gallinæ miſerrimæ quęrũtur? Nempe nihil niſi hoc, quòd ubi illorum opera qui ſignate rixoſarum auium laniſtę uocãtur, uel allio, uel pipere, ſiue alio quopiam ad luctã exacerbati, pręparantur, & uincit alteruter, non minus moleſtus eſt uictor cum domum repedat, quàm qui uictus eſt. Hic enim ut à uicto prius ordiar, inuidia & mœro-

re abſumitur,& indignatione perpetua inuidioſus eſt, nec ſatis adminiſtrat, ut antea officiū,
qui potius ubi rogatur,ut agat, quid agere eſt opus,collum incuruat minans,caput girat,ro-
ſtrumq; & calcaria tendit mordendo & ſcalpuriendo, quaſi par ſibi cum gallinis pugna futu-
Plinius. ra ſit,quæ ante cum gallis fuit. Proinde nec canit ut ſolet, aliâs, nec protegit, ſed ita raucit,ut
galli ſolent,qui gallaſcunt,odio præterea ſui ipſe marceſcit, & quaſi uitę inglorium tędeat cal
Plinius. caribus obuius pugnam ſæpe repetit,& pugnādo commoritur. Hinc miſer crebro, ſpectato.
gallinis terror,hinc ingens euenit anxietas,qua cum ſe uiduas eſſe in animum inducūt ſuum,
luctu obteruntur, & miſeria.Sunt enim re uera miſeræ mulieres, quum à uiris quos adama-
runt,deſeruntur. Lachrymis igitur & uexantibus animum uigilijs aperta ſui amoris indicia,
quamuis mala in parte facere ſolent,nec mirum,cum natura gallorū amantiſsimæ eſſent gal-
linæ,ſi ſanctiſsimas inter eos coniugij fidei leges,libido atq; inſania non impedirent, id quod
inter nos homines quoq; nimis frequenter locum habet.Multorum enim uel à natura inſtitu
tam amicitiam,uel melior fortuna uariat, uel peior inuertit,& gloriæ creſcentibus titulis,ue-
tuſtæ amicitiæ neceſsitudinem adnexam retinere,non niſi ſummæ prudentiæ uiri ſolent,tan-
tum eſt in multorum animos ambitionis & oſtētationis imperium. Victores gallos quis iam
nō credat ſpect.inſolentiſsimos eſſe,ſi uictis ea eſt,quam retuli inſolentia. Cum uictorię pro-
prium ſit,inflare & audentiores facere, quo circa & inter nos pauciſsimi ſunt, qui eam æquo
animo ferant,caueantq; ne maximæ uictoriæ,maximus contemptus ſit comes,galli uictores,
inquit Quaquerra,cum Ornithoboſcia repetunt,ſola ſuperbia ſaginantur, & memoria tume
ſcunt rei uiriliter actæ,adduntq; quicquid eſt leuitatis & libidinis, nec adquiſitæ nos gloriæ
titulis faciunt, ſed ferociæ participes. Videres inquit Philonice, ſi nobis hoſpes eſſes uel bi-
duo,oſtentatæ fortitudinis iactantiam,& eum corporis cultum, qui uix fœminas deceat,mi-
nuſq; & amoris & cuſtodię,quàm ante unquam.E quibus nos aperti contemptus euidentiſ-
ſima ueſtigia annotare neceſſe eſt, ac deinde nonnulla occultiora quæ intra fibras reſident,
Solon. odorari. Quod certe à uero non eſt alienum : Ex manifeſtis enim, ut noſtri inquiunt philoſo-
phi,quæ occulta ſunt deprēhenduntur.Licet mihi hoc in loco exclamare, miſerandā eſſe gal-
linarum conditionem, quarum mariti galli uictores euadunt: Cęteros enim aſſerit uictoria,
gallinas mancipat,& grauiori ſeruitutis iugo coercet.Non poſſum ego ſpectatores, aut me-
moria complecti, aut oratione conſequi, eas iniurias,quibus uel uno die gallinas illi ſangui-
narij Athletæ afficiunt.Primùm omniū cum Veneris comites gratiæ ſint, ut ego cum adole-
ſcens poeticę uacarem,ſępe legi,gallorum Venus,non eſt Venus, cum eam nō gratiæ ſed pro
charitibus furię comitentur.nullus enim hodie eſt gallis ſine ſanguine concubitus, adeo mi-
ſeras illas criſtis deprehenſas,mordēt & uellicāt gallinas.Videtis ſpect.quàm altera comitum
Quaquerræ ſecundum criſtam & oculos ſanguinolenta ſit,putabam eam uepribus lęſam ue-
rum,ut mihi retulit Quaquerra,uictor eam gallus ita torſit,peſſundedit,& coinquinauit. Eſt
ne hęc blanda Venus? An non hęc iniuria eſt? Tales uiros mulieres noſtrę formidant,& tamen
gallinis ſunt fortiores.Pręterea cū Quaquerra,nuper ad pręcipitē uicini fluminis ripam, apri
Columell. caretur,& ſe puluere ac harena molliori non nihil lauaret, nihil mali ſuſpicans,gallus uictor
infeſtus ei, quòd caſta Veneris immodeſtiam contemneret, roſtro & calcaribus in cœruleos
eam fluctus deijcere conatus eſt,& deturbaſſet impius, ni proſpero uolatu in alterā ſe ripam
perterrita corripuiſſet.Adeo tamen morti uicina fuit ut pedes & uentrem imum ſummę un-
dę madefecerint. Quęro uos ſpect. an hoc factum parricidio non ſit uicinius quàm iniurię?
Hic gallus merſili culeo dignus foret, qui tam audax auſus eſt facinus. Quod ſi quę iam lo-
quor,Quaquerra noſtra ſine interprete acciperet,abunde lachrymaretur.Raro enim duros ca
ſus qui ſuſtinuere retentis lachrymis audire ſolent. Si uero quis inter uos ſpect. factum aliter
putat quàm dixerim,ſemimares capos,quaquerra noſtra producet,quib.et cōfidit optime,et
multarū iniuriarū teſtes fore perquā ſperat;ſunt enim hęc omnia die ipſo clariora, quodq; in
agello Quaquerrę cōtigit,fieri alibi frequentius,publici gallinarū cōuentus teſtimonio, com
pertum eſt.Hęc ſunt ſpect.pugnarum pręmia,hęc munera uidelicet, quę uictores galli coniu-
gibus ſuis domum referunt. E heu inſignia ſpolia, quibus ornatę, non his tantum, uerum
etiam anſeribus & anatibus deſpectui ſunt. Vides Euthyme,qui gallorum partes defenſurus
es,quàm iuſte accuſari per me uideantur,quàm iniuſte autem per te defendi,ſi defenderis,Vi-
dere enim uideor, à propugnando te deſiturum, & ſenſurum mecum. Quid daretis galli? ut
tantū ab hac lite abeſſetis,quantū Hypanis ab Eridano abeſt.Qua mulcta uos obligaretis,ut
à grauiſsimæ cenſuræ ſentētia eſſetis hac tota noſtra prouincia liberi? credo ego,aliquos tan-
dem repertum iri,qui hoc ſaxum ad metam uſq; uoluant,ut ueſtræ uos aliquādo luctæ pœni
teat. Verū quid hęc eloquor,cū non intelligant galli, Tu Euthyme qui gallicinium noſti, hęc
ipſis ſi lubet,interpretare,reperient forſan,quo ſe tutentur.Multa enim excogitat metus.Sed
Plin. Cecilius. ad rem redeo.Gallinæ ſpectatores,gallos & pariunt & enutriunt, eoſq; proſequuntur amore,
quo matres filios decet,gallorum amor et impar eſt & impius,indulgeretur enim hoc ipſis,ut
plures una amarent,ſexus huius ita natura poſtulante.Verum poſtquàm uictores fuere & au
dentes morſus imbuerunt ſanguine, nulla amatur uerius, quàm quę & libidine & ſuperbia
gallis proxime accedit, harum autem, & in ſexus huius fragilitate,ut ingenuè faſſa eſt Qua-

querra,

querra, nonnullę ſunt, ita forte natura ſiue fato inſtituente, ut nihil ab omni parte perfectũ at- *Euripides.*
que abſolutum ſit. Cæterum, ne caſſum omnino & elumbe genus gallinę tibi Euthyme & tui
ſimilibus uideantur, qui nihil præter gallos ex merito laudari poſſe dudum uobis perſuaſi-
ſtis, paucis quæ ad earum nobilitatẽ attinere uidentur, peſtringam ſeu uiuas reſpicis, ſeu mor-
tuas, Et ea quidem in re, quod optimum patronum decet, agam, qui clientis cauſam nõ ſem-
per ut propoſita eſt, enunciat & inſtituit, uerum addit, ubi addendũ eſt, minuitq;, ubi minuen
dum. Ne aperta ſimplicitas (quod alioqui ſæpe euenit) uerſutia tergiuerſantis fraudulentiæ
ſuperata, iniquitatis titulum ſubire cogatur. Gallinæ frugiuorum & humile genus, non fere
ſuperbiunt, nemini nocẽt, quod ueræ nobilitatis ueſtigium eſt, nec in bellum quenquã pro-
uocant, ſed agmine cohortali paſtæ, oua pariunt, quæ, ut in humani generis uſum emergant,
clamore oſtendunt, Si quæ uero eis ſobolis iuuandæ gratia relinquuntur, excubant, maresq;
& fœminas edunt, educantq́ue, quorum in numero galli, cum ſe fortiſsimos iactant, fortiora
neſciunt oua ex quibus gignuntur, ſuę nimis temere, ne dicam ſtultę imbecillitatis pręcones,
Illorum enim putaminis tanta firmitas eſt, ut nec ui nec pondere ullo frãgatur, niſi paululum *Plinius.*
inflexa rotunditate. Proinde nullum eſſe alium cibum, medici aiunt, qui in ęgritudine plus
alat, & minus oneret, ſimulq; & cibi & potus uim habeat, quam ouorum, Quorum candido
calci uiuæ admixto, uitri fragmenta glutinari magni authores aſſeruerunt, ijdem contacta eo
dem ligna, ueſtesq; nequaquam aduri. Gallus decrepitus ouum parit duriſsimæ pellis, quod *Hermes.*
fimi calore fœcundatũ Baſiliſcum edit, animal uel ſolo uiſu, ferale, Attẽdite ſpect. q; uenenata
& hominum ſaluti cõtraria gallorũ oua ſint, quę (ut mihi uidetur) rectius excrementa eſſent.
Bene ergo ſapientes aliquando homines inſtituiſſe, Quaquerra inquit, quòd ſenes galli tem
plorum, turriumq; faſtigijs affiguntur, Ita enim oua parta per tecta, perq; fornices decidũt &
rumpuntur, ne toties crudeles Baſiliſcos uidere cogamur, gallinę illuc non deſtinantur, fran- *Iocus.*
gerentur enim bona oua, & ſaluti noſtrę conducentia, multumq; in re parua periculi foret.
Ideo ut inter frutices obrepant, natura inſtituit, & pacatas ac cohortales uoluit (de Numidi-
cis enim & his quę Meleagrides uocantur iam nõ loquor) ipſisq; gallos pręfecit tutores, olim
adprime fortes, iam uero non tam fortes quàm clomoſos. Sępe enim ut ex Quaquerra accepi
dum accipitrem uident, clamant quidem, ſed clamando interim fugiunt. Quod noſtrũ quoq;
multi faciunt, qui cum ad pugnam peruentum eſt, poſtremos cohortari ut audeat, malumus
quàm primi eſſe, ab rapacibus auibus gallinę cõſpicuę ſępe rapiuntur, gallo interea ad ſepem *Columella.*
occultato. Ridendum eſt profecto ibi pugnaces eſſe gallos, ubi res non poſtulat. Vbi aũt eſſet
opus horrere & intremiſcere, ac ſtertendo nonnunquam negligere, Perperam certe nobis om
nibus gallorum uigilias quæ tantę non ſunt admirantibus: Qui enim fieri poteſt ut ex effœ-
minato & in ſummis delitijs enutrito adoleſcente, uigil gallus oriatur? Bonum ego degene-
rare poſſe ſępe accepi, Malum autem ita adcreſcere ut bonum ſit aut fiat, fere nunquam. Ferũt
aũt non poetę ſolũ ſed & philoſophi, adoleſcentẽ olim fuiſſe gallum nomine, Marti adamatũ, *Lucianus.*
ipſumq; Deo compotaſſe & colluſitaſſe. Itaq; eum cum Venerem adiret cũ ea cubiturus, hũc
quoq; gallum una ſecũ adduxiſſe, & cubiculi foribus pręfeciſſe, ut intus Venere & Marte ſe-
curè dormientibus, ipſe ſolis aduentũ uigilãs expectaret, eũq; maturę Marti, ne adulterio de-
prehenderetur indicaret. Semel aũt is puer ſomno correptus excubias deſeruit, inſcius, ſoleq;
exurgentẽ torpidus ad diuę thalamũ admiſit. Quo poſtea factũ eſt ut ab eodem certior factus
Vulcanus uoluptarios in lectulo minutiſsimis uinculis, quę iam olim in illos fabricatus fue-
rat implicuerit, ſummo utriuſq; numinis pudore, ſummaq; ignominia. Mars igitur ſimul at-
que dimiſſus eſt, aduerſus gallum indignatus, eum in auem transformauit, ijſdeq; armis, ut in
capite pro galea criſtã obtineret. Hæc eſt ſpect. gallorũ origo, quæ an aliquã nobis in eis uigi
liarũ ſpem pręſtare poſsit, ipſi perpendite. Nunquã ego hunc prę cęteris uigilem dixero, qui
pro inſigni deſidia, inſignes pœnas dedit. Quãobrem male mihi de ueritate meriti uidentur,
qui gallis, ceu rationali quodã diſcerniculo pręditis, horarum per cantũ obſeruationẽ & diſ-
crimen attribuũt. Hoc enim quod certis canunt interſtitijs, ex ſalacitate potius & Veneris ſuę *Opinio Ambro-*
imaginatione, prouenire, uel ex hoc conſtat, quod caſtrati nõ canũt, eadẽ ipſis alioqui manen *ſij Leonis Nolani*
te natura, & priusq; quàm ineũdis gallinis maturi ſint, ſilent. Gallus ergo (ut magni in philo-
ſophia uiri opinio eſt) dilabente iam per uiſcera cibo, ſomnoq; diſcedente, quo tempore cor-
pora, ſua ſponte, concitantur ad Venerem, ſtatim gallinarũ meminit, quoq; copioſior ſit fœ-
tura, cantus illecebra prouocat, & hæc perpetui clamoris per interualla in ſingulas noctes, pa
ria, ſuſcitati, cauſa eſt, ſed uideo Quaquerram allicere mę, nutante capitulo, Eho, uideor uide-
re, quid uelit, rei forte unius oblita eſt, Sinite quęſo ſpectatores, ut eam pauliſper audiã. Ago
gratias tibi mi Quaquerra, & habebo, prudentiſsima certe es & digna, quam omnes audirẽt
ſi modo intelligerent, Suſurrauit mihi ad auriculam, gallinas celebrem habere in cœlo imagi
nem, & hãc ſe ſępe uidiſſe (nullũ enim animal eſt, quod cœlum frequentius aſpiciat.) Hoc ego,
quanquam non ignoraui, præterijſſem tamen ex obliuione, non enim omnium una memo- *Ptolemæus &*
riam habere poſſumus. Aiunt Aſtronomi, gallinam in cœlo eſſe, & gallum nullum qui eſſet fa *Arabes.*
migeratus, licet eam nonnulli, nomine perperam inducto, cygnum dici uelint, quos certe lip *Aratus & Hygi*
pos fuiſſe exiſtimo & cœlos peruidere non potuiſſe. Inter gallinam enim & cygnum multum *nius.*

intereſt,pro gallinæ nomine etiam Arabes,ut audio,accedunt,pro gallo nemo in uniuerſum, Quis autem non aſſerat maximi meriti cauſa in lucentium ſtellarum effigies, gallinam euectam fuiſſe? Cum cœlum eorum ſit expers,qui aut de dijs,aut de hominibus male ſunt meriti,galli autem,haud ſcio quo ſuo merito, locum habent,quod equidem ſciam, percelebrem in codice Iuſtiniani,ubi de his agitur,qui parentes uel liberos occiderunt, ea lege cuius initiū eſt: Si quis parentis(poſſum equidem ea citare quæ mihi per officij rationem comperta ſunt) Qua iubetur,ſpecta.ut Parricidio conuictis, conſuatur, præter ſerpentem canem & ſimiam gallus gallinaceus,qui Parricidæ in lubricos fluctus,comes eat,atq; unà moriatur,infami culeo.Id quod & inſtitutionibus repetitum eſt, eo titulo quo de publicis iudicijs agitur, Quid cachinnaris Euthyme? An non confeſſa profero,niſi falſum ſcripſerint hi, quorum ita adhæremus,ut nulla his ueriora,aut euidentiora eſſe credamus, Hui pulchram & amabilem gallorum conditionem,ſubeunt aquas cum his morituri, qui nec terra nec cœlo digni ſunt, dum gallinæ ad ſolem inſontes ſpaciantur, aut matrices in nutricatu aut excubatione occupatæ ſunt. Prætcrea,cum gallinæ aut taceant ſemper, ant quo in loco ſita oua ſint, quæ ediderunt, commonſtrent,nil certe patefaciunt, quod homines ſcire ſit nefas. At galli præter hoc quòd aliquando clamando monent, produnt etiam, ac ſubinde proditores appellari poſſunt. Petrum equidem ut ſcitis & ſingulis auditis annis, peierantem gallus prodidit, & ter negātem, non die dico ſed gliſcentibus tenebris,aperto cauillo perſecutus eſt. Non'ne ferox hic gallus fuit? qui uiro pijſsimo & fidentiſsimo,illa in re deeſſe quàm adeſſe maluit, Non poteſt laudari,illa ad garriēdū procliuitas,animus enim incautus,aut oppreſſus metu,id ſæpe agit, quod

Solon. cum dignoſcit,non uult propalari. Recte igitur unus ex ſapientibus,in hæc uerba: Nō quodcunq; noueris dicas,ſed plane cognoſcens tace. At quid ago? Rapuit me ſpect. iuſticiæ & ſimplicitatis amor, ut maledicere gallis, male audire merentibus,hactenus perrexerim. Iam ego mortuas laudare recte incipiam,cum uiuæ ſe ſuæ cauſæ certitudine & ſinceritate ſatis tueantur. Quis neſcit defunctas uita gallinas & rureſtrium & urbanorum familiares focos abunde

Columella. opulentare? Nullum prandium nulla cæna ſatis opipara uidetur,cui fato functæ gallinæ deſunt, Macilentos libidine gallos nemo concupiſcit,niſi pulli ſint,aut iuuenes, Habet enim in omni fere genere animantum iuuentus gratiam,ſenectus rarius,niſi gallinas dixeris ſenes,op

Plinius. time elixatas, Quarum caro tam eſt efficax, ut aurum liqueſcens mixtum ſibi, conſummat. Quod nulla flammarum uehementia poteſt,nulla ars,quæ tamen reliquorum metallorū aut minuit aut omnino reſoluit naturam,hoc uerum eſſe magni harum rerum ſcriptores aſſerūt.

Plinius. Poſtremo ſi medicinam reſpicimus eam, quam omnes hac in re compertam habent, quæ caro ſalubrior? quis melior adeps? Parthi ut audio, gallinarum cerebrum, plagis imponunt, & ſubinde ſanantur. Auicennam ferunt gallinarum carnem laudare,quòd uocem clarificet,qua à reliquis brutis nos diſtamus, Hęc uenenatorum morſibus adligata mire prodeſt. Id habeo

Raſis Medic. compertum: Fel gallinę maculas in corpore factas auferre,eiusq; ſanguinem faciem mundificare,& decenti exornare colore,proinde nequid,quod ſciam,omittatur, Gallinarū excrementa macerrimis uineis,& omni ſurculo atque aruo mederi ſæpe legi & uenena pellere. Vultis

Columella. ne ſpecta.aut pati poſſetis hoc genus auium,iniqua ſententia deleri? quod adeo in uita nobile & commodum eſt,ut etiā ea extincta nobilitatis in ſe prioris ueſtigia relinquat, Delete potius gallos quos mortuos eſſe,in hac pręſertim prouincia,commodius eſt quam uiuere, aliūde tandem accerſiri poſſunt,qui gallinis officium faciūt. Inſtitutas enim nuper tam malo more iniurias,& hunc aſpernabilem pugnandi uſum niſi capite plectantur non elimabunt, obduruit equidem ceruix & in ſcelere ipſis ſupremæ gloriæ tituli quæruntur. Sed iam ſatis ſuperq; dictum eſt,quanquam plura Quaquerra iuſſerat,quæ ideo miſſa facio quod omniū animos in gallinarum fauorem,id quod iuſtiſsimum eſt,inclinatos uideo. Dixi.

EVTHYMI PRO GALLIS CONTRA GALLINAS *inſtituta defenſio.*

NVlla eſt penitus inter mortales labes, ſpect. quæ uirtuti, & ex ea natis gloriæ & felicitati, plus ſit aduerſaria ꝙ inuidia, quę aliquādo (ut ſcitis) infandis exilijs, & iniquiſsimis repulſis,eos uiros agitauit,qui de dijs & de hominib. ꝙ optime meriti uidebātur, poſt hos aūt pleroſq; tāta inſolētia adorta eſt, ut ſuſtinere inſontes moleſtiſsimas accuſationes fuerint coacti, Id ſi hodie gallis contigit, eo eſt ęquius ferendū,quòd & primū talis rei exemplū nō ſunt,& ab his accuſantur,in quibus iuſtiſsimę pœnæ plus loci eſt ꝙ querelæ, Audiſtis ſane Philonici noſtri copioſam & diſertā poſtulationē,ꝙ ego cōmendarē magis ſi tanto liberioris maledicentiæ tabo illita nō eſſet, quod enim eſt dictū,quòd gallos nō taxet,eleuet,alliciat? cum ſolæ gallinę commendētur, & ab his rebus etiam laus ſumatur, quæ fere laudari nec poſsint,nec debeāt. Laudanda eſt certe ſedulitas & eloquētia Philonici, qui more ſuo,non tam uerum & iuſtum tuetur, quàm etiam ita falſum & excogitatum inſtituit, ita obumbrat, ut ueri & iuſti loco ab auditoribus accipi debeat, tanta eſt in eo eloquentiæ potentia, Quę certe alioqui, ſine malo conſilio non male meretur. Verum unde Philonico tam conſilium malum? Vnde illa pertinax rei non ſatis intellectę defenſio? Nempe ſi uerum dicere fas eſt, ut certe eſt, à ſolis gallinis, id quod

tu Phi-

tu Philonice faſſus es. Quæ te adeo precib. præmijsq́; induxere, & mercati ſunt, ut falſum pro
uero tutari fueris auſus, eoq́;, audaciæ mens tua proceſſerit, ut uictoriam ipſe tibi, nondũ co-
gnito iudice promiſeris, meq́; quem tibi ex officio nouiſti aduerſarium, de ueritate dicenda
interrogaueris, quaſi ego eius animi quo ſunt gallinæ dicere uerum libere non audeam. Con
ſtantiores eſtis ſpect. quàm ut ſimplici querelæ totq́; anilib. fabellis adauctæ, fidẽ illico adhi-
beatis: Nullum eſt hodie uitiũ quod ſuum patronũ non habeat, & iniquis rebus eloquentia, *Seneca.*
ſi uult, multũ affert, ac fere nõ minus ornatus quàm recte factis, tãta eſt, delinitæ illecebris ora
tionis efficacia. Aperte ego uobiſcum agam & ſimpliciter, ſunt enim uetuſti authoris teſtimo *Aeſchylus.*
nio, ſimplicia uerba ueritatis, Nec fuco uos aut orationis delinimẽtis ſuſpendam. Iuſta enim
lingua robur immenſum habet, & uiribus eloquentiæ adeo certe non eget, quàm hæc, quę cũ
rei candore diffidit, ad obductæ tectorijs blanditias linguæ, & oſtentoſam uerborũ iactãtiam *Sophocles.*
refugium habet. Scitis Carmeadem philoſophum, Romę, cũ legatus ueniſſet, Catonis ſenten
tia, à Senatus cõſpectu amoueri iuſſum, quod uir grauis & ueritatis amans, hominis eloquen *Gellius.*
tiam ſuſpectã habebat. Te aũt Philonice, ut ad inſtituta perueniã oratũ uolo, ut, quantũ gal-
linarũ inuidia ſeductus fueris, quidue aut quantũ defenderis ex hiſce, quæ iam ſum dicturus
patienter accipias. Intelliges enim ſane omnia & mecum ſenties, Quanquam quod tu paulo
ante non feciſti, nihil aſſerere temere uelim, nec polliceri mihi uictoriam, ſed id ſolum cona-
ri, ut quod eſt uerũ in aperto ſit, reliquum in eius manib. erit qui cauſæ futurus eſt iudex, rem
enim noſtrã ad unum, aut pauciores ſaltẽ relatum iri exiſtimo, quod ſi non fit, ęque mihi uos
omnes ſpectatores, in iudices eligo, ac Philonicus fecit. Veritas etenim multorũ diligẽtia re-
ctius deprehenditur, q̃ unius opinione, & pręceps admodum eſt conſiliũ, quod non multo-
rum trutinato iudicio elucidatur. Dignemini igitur, ſi modo uobis maſculi galli, cordi un-
quam fuere, ueritatis & iuſtitiæ iuuandæ gratia, me hoc in loco qui gallos ſum defenſurus, pa
tienter audire, ut noſtris litibus iudicio prouocato, uerũ dinoſcatis. Venere ad me pridie galli
quatuor, quos aſsidere mihi hic uidetis, ut forma pręſtãtes, ita hercle animo acutiſsimi & uigi
lantiſsimi, quorum ſenior, Giggulirus nomine, poſtquã hoſpitij ſibi copia facta eſt, clamare
cœpit, Euthyme (Nouit enim me iam à teneris annis, parenti ſuo, itidẽ prudenti ſæpe comes,
cum de rebus grauioribus R.P. ſuę conſulturus aduolauit) Euthyme inquit, qui Gallicinium
intelligis & patrocinio tuo ſtrenuos gallos, multis iam annis fideliſsime iuuiſti, cauſisq́; gra-
uiſsimis ſępe tutatus es. Nos ingenti gallorum conuentu publicę legationis muneri pręfecti,
ad te mittimur, qui cęteris & prudentia pręſtas, & eo in loco oportune agis, quo coniuges nõ
ſtras, ſi modo coniuges dici merentur, longa excogitatam inuidia poſtulationem per patro-
num habituras intelleximus, eo neruos animi tendes, & duce ueritate retundes, quicquid
nobis, falſo plebs illa mobilis impegerit. Ego poſtquam coniugis audiui nomẽ adeo quidem
obſtupui ut fere, quaſi extaſi correptus, decubuerim, & in animo uoluere incepi id iam adeſ-
ſe, quod ſæpe cito nimis affuturum timuerã. Noui enim mulieres, quæ cum natura ſint inui-
dę & ad iram propenſę, dum offenduntur, ſiue potius caſtigantur, ex feſtuca trabem, ex ſtupa
magnetem ſuo clamore facere. Tum quę belli cauſa foret, inquirẽti, ſolam gloriam gallorum
eſſe Giggulirus reſpõdit, quam decentiſsimis pugnis adquiſitam, ſibi non eſſe diuiduã, galli-
nę quęrerentur, & dolerent, quid mares quid fœminas deceat, ſane non intelligentes. Deinde
nonnullarum rerũ me prudenter & diſerte admonens, Rem, inquit, tenes Euthyme, noſti gal
los, noſti gallinas, omnia prudentię tuę cõmittimus. Nec, ſi commode hoc in loco uerba face-
re poſſemus, faceremns tamen, male enim propoſitis, & doloſe excogitatis, adeo in gallinas
poſſemus accendi, ut ea in medium adduceremus, quorum nos poſthac forſan pœniteret, fa-
ma enim noſtra plus nobis curę eſt quàm gallinarum infamia, loquenti tamẽ tibi aſsiſtemus,
ut uerbis tuis noſtra pręſentia fides fiat. Hęc cũ audiſſem, gallos me hercule, ut apertos & pau
corum uerborum uiros miſeratus, cogitare omnia & inquirere diligentiſsime cœpi, & breui
ſum expiſcatus gallinas adeſſe & Philonicũ conductum patronum, cumq́; paulo ante, domũ
ęgrediens, tot hunc in locum homines confluere animaduerti, forte ſubſecutus ſum, animus
enim mihi, neſcio quid præſagiuerat, nec fruſtra, Philonicum ſiquidem ita anhelantem uidi,
ut folles mihi ſub pectore premere uideretur, cui me locuturo oppoſui, ut omnia quibus re-
ſpondendum eſſe uideretur ex eius ore colligerem. Collegi igitur non parum multa, quibus
ut ſerie, reſpondeam eſt opus. Dixti Philonice gallorum curam in eo uerſari, ut in harena pu-
giles ſint potius, quàm ad gallinaria cuſtodes, & ex eo quidem omnis diſſenſionis & contro-
uerſię fundamentum deriuas, nimis certe temere, ne dicam imprudenter, non enim hoc reue-
ra gallinis dolori eſt, quod pugnant galli, ſed longe aliud, inuidia ſiquidem ſuccenſę ęgreſe-
runt extolli gallos, dum interim ipſę ſibi domi quaſi inglorię degere uidentur, Debebas igi-
tur ex gallinarum immenſa inuidia rem duxiſſe, non pugna gallorum, quam ego hoc in loco,
non modo decentem ſed & neceſſariã eſſe aſſero. Quandoquidem pugnaces & cordatos opor
tet eſſe gallos, ſi tot gallinarum cuſtodes glorioſi eſſe & uideri uolunt, & quę noxia inſurgũt,
eliminare. Nemo autem ſpect. aut cordatus unquam, aut ad pugnam idoneus fuit, à quo pu-
gnę ratio & truculenti hoſtis aſpectus ignoratur. Miſerum exercitum uetuſtas putauit, quem
inexpertus & nullis aſſuetus uulneribus, imperator duceret. Proinde ut ex pugna reuerſus,

per immenſos terrores,uariumq; armorum ſtrepitum & dubios Martis uultus,miles audentior fit. Id quod uerè .L. Sicinius Dentatus, Manlius Capitolinus, M. Sergius ſæpe uulnerati,docuere. Ita & ex lucta ad pugnandum,animoſiores ubi res poſtulat fiunt galli. Dicite mihi ſpect. an Tyroni Veteranus pręferendus ſit? Hercle pręferendum dicetis,idq; ſolius fortitudinis gratia,quę longo uſu & diutinis caſtris comparatur. Non aduertiſti Philonice,q̃ tecum diſſenſeris. Vis gallos à pugna eſſe alienos? & noxijs auibus uiſis non fugere? cum fuga pugnandi neſcios maxime deceat. Erras tu quidem, quod aiunt,toto cœlo, & anilibus gallinarum nugis,quo uolunt flecteris. Gallos mares,ut audiſtis ſpect. pugna decet, non tam honoris aucupandi gratia,quàm gallinarum tutelæ,& ſalutis,id quod iſtę uitiligatrices non aduertunt. Neque ſunt hi percelebres ludi cruenti ſemper, nec lætiferi quod gallinæ ingerunt. Quotus enim quiſq; illic perit ubi pugnatur? Nec præterundum eſt, quòd hoc inſtituto maximis ciuitatibus ſempiternæ glorię galli fuerunt. Poſtquam enim gallorum certamē Pergami increbuit,& Athenis poſt Themiſtoclis cum Xerſe pugnam,die in ſingulos annos decreto,inceptum eſt,nobilitata eſt,Rhodos,Tanagra,& Media regio, Rhodij enim & Tanagrici, omniū pugnaciſsimi fuere, ſecundum hos aūt, ut accepi,Chalcidici & Melici. Videtis ſpect. multos gallos,ex lucta,ſibi & patriæ,ſelectę gloriæ titulos reportaſſe,quaſi aut Olympijs,aut Iſthmicis ludis athletę fuiſſent uictores. Vetuſtiſsimum igitur morem & longa annorum ſerie inductum,noſtri galli ſi æmulantur, quis uituperat? Eſtis certe moroſum genus gallinæ, eſtis inuidiſsimæ,non amatis maritos,quos contra uiri officium paſtoralis cuſtodiæ inertia domi obtorpere mauultis,quā ex celebribus Gymnaſijs,deſideratis gloriæ titulis inſignitos redire, Vos ſubinde fingendo, quid prodeſtis? Quid iuuat inſerere ea ueſtris lachrymis,quæ ne hili quidem facienda ſunt, Augetur eſtimatio generis ueſtri, ſi uiri galli pugna fatigantur, Romanæ matronæ, quorum uiri coniuges, R. P. externorum caſu, pro uirili iuuerunt,è uictorijs,triumphis,& omnino honoribus,non paruam ſibi gloriæ partem aſcripſerunt. Putatis non lętatam Herſiliam non etiam elatam,Romulo non ſemel tam glorioſe uincente? Cinnati uxorem & ſi trepidam,Raciliam,Dictatura tamē in medijs aruis oblata uiro,gauiſam quis dubitat? Quid alias recenſeam ſpect. immenſi ordinis fœminas, quas maritorum uirtus adfecit,participem habetis gloriam gallinæ, & eam uobis participē eſſe non intelligitis. Verum eſt,mulieres fere omnes in malam partem,pertinacioris animi eſſe quàm in bonā, Hinc tot lachrymis illitę querelę,tot curę aſtutia etiā ſimulatę,& irritante inuidia, clamoſę iniuriarum & ampullatę obiectiones, quas gallinarum credo municeps, Philonicus, linguę blādimentis accurate ſatis & uigilanter iuuit,ſed fruſtra,nam & in hoc honeſtiſsimę pugnę decore, multiformis hominibus uoluptas accidit,& uiris interim maximis nulla in re propius accedūt galli,q̃ luctę exercitatio. Neſtorē ego Triſeclē,& cōſultiſsimi pectoris heroen,legi multis gymnicis certaminib. exercitatū,in rei militaris tādem experientiam ueniſſe, unde ſibi dubio procul ſenilis illa prudentia incalluit,alios prætereo qui ſunt innumeri. Intelliges ex his Philonice,q̃ indecenter,laniſtæ nomine laceſſantur,qui gallos ad pugnā inſtituūt,nō enim in his crudelitas,ſed amœnitas,nō periculū ſed incrementū, ineſt, nec rixoſi ſunt ſubito galli cū uicere,uerū in eā,quę pro gallinis ſummēda eſt pugnā,plus animoſi. Quod ſi unus aut alter,qui uictoria temere abutatur,reperitur,nō ſtatim in omnes culpā reijcies. Sūmæ enim petulantiæ eſt,ne dicā inſanię,q̊d pauci cōmiſere,in omnes referre. Proinde cū laniſtæ nomē odioſum admodū & infeſtū ſit,eos ita nominabimus,qui humanis oculis,humani cruoris profluuio,ſpectaculū ex diglatiatione,ſummo ſcelere inſtituūt,is horror, hęc immanitas lōge Philonice ab gallis aliena eſt. Quod ſi aliquādo ſpect. quaſi grauiſsimo aliquo incōmodo agitati galli poſt luctā tacēt,uicti,nō eſt quòd miremur, nuſquā enim uinci amœnū eſt,minimos etiā & pueris idoneos percenſentib. ludos, Nō nullius ergo mœroris ratio id efficit,quòd à cātu abſtinet uictus gallus,qui pro gloria,pro honoris incolumi perennitate,luctā inſtituerat. Eā fortē ſi indignatio ſequitur,ęquo animo ferre debēt gallinę,cum interim nō minus amētur q̃ antea,aliter Philonico ſomniante quam res habeat. Pręterea, ut uictoriā adeptis clamor eſt peculiaris,in noſtra etiam fragilitate,ita & eandem amittentibus ſilentiū præcipuum, Romanus olim miles poſt Cannenſem cladem certe non cecinit, uerum ſummo ſilentio Romam eſt amplexus, ſi forte quis Romam tunc,non Italiam deſerturus peruenit, At Scipionis triumpho,qui Carthaginis ſuperatæ & Italiæ uindicatę index fuit,multiplex cantus,multiplexq; exultatio,Punicis immixta ferculis,dubio procul audita & uiſa eſt. Crœſus quem omnes, fama uarię fortunę nouiſtis, ſuam felicitatem non ſemel blando riſu admiratus,non hercle riſit cum pyram illam fatalem aſcēdit moriturus, Verum quid moræ in re tam aperta facio? Galli ſpect. ut Philo. nugas continenter eliminem,ſeu uicti ſunt ſeu uictores euadunt,officium faciunt,gallinas amant,fouent,tutantur,nec ullam æſcam ſoli comedunt niſi longiſsime abſint gallinę, Noſtis etenim quàm coczyſent familiariter quàm blando has murmure inuitēt. Oua excubant uicesq; matricum gerūt, ubi defecerint,quid frons tibi Philonice adeo caperat? Gallinas ego certe bardas & inſipidas appellare auſim ſi aliud ſentiant, ita enim res habet,ut dico,nec aliud nuganti Quaquærrę fidem habebunt, qui uerum amant,ſed pergo,galli peruigiles,paucisſima ſibi ad quietem monimenta deligunt, perſpiciuntque omnia, nec minus clamore interim mo-

Plinius. *Plinius, & Aelianus.* *Philoſtratus in Heroicis.* *Lactantius.* *Liuius.* *Herodotus.* *Aelianus.*

rim monet, & quæ gallinis nocent animalia, nõ ſolũ nõ pertimeſcunt, ſed etiã pro cõiugibus *Varro.*
propugnãt. Fertiles preterea eas faciũt, indefeſſo accubitu, cũq; modeſtiori Veneris uoluptate
perfrui poſſent, amore tamẽ cõpulſi, ſeſe omnib. cõmunicant, omnibusq; miſcẽt, Quo minus
tibi Philonice, gallorũ macilentia taxanda fuit, cũ adeo uigilent, & ardentis thori officiũ adeo
exequantur, nõ quidem ſui gratia, ſed gallinarũ potius, q̃bus optime eſſe uolunt. Nec faciũt
in ſua R.P. quicquã diuiduũ, ꝙd aut maritus aut fœmina propriũ dicere poſſet, ſed in cõmune
prõptiſsime cõſpirant, Puto uos Spect. agnoſcere poſſe, ſint ne uera? quæ ex Quaquerræ ore *Columella.*
profatus eſt Philonicus? Omnia manſuetiſsimus gallorũ amor efficaciter uincit, & anihilat,
quo ſibi cõiuges præferunt, teſtibus, cum omnibus his, qui aut gallos aut gallinaria unquam
curarunt, tum maxime caſtratis Capis, qui rem omnem ſatis cõpertam habent, Gigguliro no
ſtro id aſſerente, fuerũt enim & ipſi galli, & gallinas etiamnũ amant, ne quis me ſuſpecto teſte
uti uelle exiſtimet. Faceſſe igitur Philonice, cũ iſta tua delirante Lamiga, faceſſant illa iniuria-
rum præſtigia quę ut relatu ita & oppugnatione magna ex parte indigna ſunt, Nihil enim fe
re eſt, quod non rideri potius quam oppugnari debeat. Et tu Giggulire cachinnaberis, poſtq;
ego tibi domi rem tam futilem, tam muliebribus cõmentis quadrantem interpretatus fuero,
Certe iam nunc ridere uidetur, trementib. ocellis, Spect. & omnia capite concuſſo floccipen-
dere, partim ſiquidem ſermonis mei excurſum intelligit, & latinum addidicit, quando eas re-
giones iuuenis peruagatus eſt, quibus Galli latine loquuntur, & ſi latine loqui exacte neſciat,
id quod inter nos quoq; euenit, Sæpe enim exoticæ linguæ ſententiã ſubodorari uidemur, no
bis interim ea ipſa nihil loqui potentibus, Age Giggulire, cum rem ad unguem accipies, pro-
penſius ridebis, & anilium technarũ inuolucra demiraberis, Nimis medius fidius lingulaca
fuit hæc tua ſuſurratrix Quaquerra, Philonice, & tu plus quam decebat temerarius, ignorans
quam fallax res ſit temeritas, Si enim quicquam gallinis cõmiſiſſe galli uidebantur, hoc ſecre- *Periander.*
to coram his quibus fama utriuſq; curæ eſt, tractari, & prudentiſsime placari redigiq; poterat.
Amicorum enim errata ſecreto debent cenſeri uirtus uero laudari palam, ut uetuſta eſt philo-
ſophorum ſententia, Idq; Hercle galli feciſſent hac in re, ſi effrenis gallinarum inuidia ullo mo *Seneca.*
do aut placari, aut cohiberi potuerit, quo minus res ipſa in omnium oculos dijudicanda per-
ueniſſet. Quis agger tamen huic torrenti, quod uallum obijciatur? quo gallinæ perſtrepunt,
Philonicus uero ita furit, ut Achelous cum Hercule certans eſſe uideatur. Cui ego iam eruam
alterũ cornu, Spect. & dijs iuuantibus, qui iudices & teſtes actionũ noſtrarũ ſunt, illam ſuam
ebulientem petulantiam cominuã. Nunq; ne hoc legiſti Philonice: Vir iracundus prouocat *Cicero.*
rixas, & qui ad indignandũ facilis eſt, erit ad peccandum procliuior. Peccaſſe hodie nimirum *Salomon.*
recte, te omnes ęſtimãt ꝙd adeo credulus cæcam gallinarũ inſaniẽ euomuiſti, ut furijs q̃buſdã
agitari uideri potueris, Parcius ego ueſtra errata diſtringo, quanq; ſeueriſsime poterã, ſeueriſ-
ſime enim rem occepiſtis, Tamen cum uxore (ut Giggulirus mihi hodie ex multorũ ſententia *Cleobolus.*
retulit) nõ nimis cõtendendum eſt, neq; ei nimiũ confidendũ, Potuiſſes tu quidẽ Gallinas lau
dare pulchre, magno ſpectatorũ applauſu, Sed accuſare uoluiſti, & iniuriari gallis multorum
ſane qui eos amant, nauſeante moleſtia, Quocirca, qui toties maledixiſti, ſi paſsim male audis
patienter ſuſtineto, Noſti uetus uerbũ, Si uis bene audire, diſce prius bene dicere. Oua pariũt,
inquis, Gallinę, & ea clamore, ubi ſint indicant, Eſt ne hoc Spectatores pium? fœtum prodere, *Epictetus.*
ut abortus fiat, ut ſui generis extinguatur ſoboles? Praue Philonice Gallinas à ſcelere laudas,
lauda potius à uirtute, At quæ iſta tandem in Gallinis uirtus? Humilitas, ais, Nempe quam
ſint humiles, hoc die uerbis tuis refertiſsimis iniuriarum oſtenderunt, quæ profecto non ex
humilitate, ſed inuidente ſuperbia proficiſcũtur. Gallus inquis decrepitus ouum parit quod
Baſiliſcum edit, Quis credat hoc, Dij ueſtram fidem, quã petulans genus fœminæ ſunt, quam
fabulas quam uerum, ſequi malunt, Amo poetam qui inquit, Quiſquis confidit mulieri fron *Heſiodus.*
dibus hęret. nunq; putaſſem hoc anile in mediũ productũ iri, At nihil omittit inuidia: Gallos
ſenes. Spect. (quanq; ſenectus malorum omnium portus eſt) officioſiſsimos eſſe omnes ſcitis, *Bion.*
& à mõſtriferis fœturis longe alienos, quod ſi quis eſt, qui aliud aſſerit, quemadmodum Ba-
ctrianum quendã regulum aſſeruiſſe ferũt, Ridiculus ſane eſt, & cum experientia, tũ maximo-
rum philoſophorũ autoritate, cõuincitur, qui hæc in uniuerſum fabuloſa eſſe cõtendunt. Cũ
enim ſenes Gallos habeamus & decrepitos, quis unquã apud nos Baſiliſcum è galli ouo natũ *Albertus M.*
uidit, aut ouum ſaltem è gallo. Si hæc monſtra Philonice tibi terrori ſunt, Europã nõ deſeres,
nec gallos decrepitos inſequeris, Sed Africã, cuius harenoſis deſertis, quibus pauciſsimi aut *Plinius & Al-*
omnino nulli Galli agunt, Baſiliſci cõplures, irrepunt. Quod autem cauſam affers cur faſtigijs *bertus mag.*
templorum inſigantur galli, rideo leuitatem tuam, & hoc addo. Nequitia eſt quæ te non ſinit *Ouidius.*
eſſe ſenem, Mallem te per Iouem lapideum, gallinam eſſe, credere, quam Philonicum ſi ſolum
plumis penniſq; inuolutus reperes, nihil enim ab his animo differs. Lõge alia cauſa eſt Spect.
Quandoquidẽ, cum hoc animal horarũ obſeruatione & perpetuis uigilijs, curaq; rerũ ſuarũ
diligentiſsima omnibus fere alijs antecellat, Voluit ſtudioſa illa patrum & cõſulta ſedulitas, *Veritas.*
earũ ædium, apices gallo inſigniri quib. multorũ ſalus curatur, Quibus precib. per horarum
interſtitia diſtributis, placatur Deus optũ. Maxu. Vt enim gallis uigilia eſt, ab omni errore a-
liena, ſi modo naturæ copiam relinquimus, Ita eos uigilijs inſignes eſſe decet, quibus

noſtri pars melior curanda & tuenda committitur. Gaudete Galli, tuq; Giggulire exulta, pul-
chri enim myſterij, ænigmaticam imaginē præbetis, &, ſi nullo alias, hoc tamen pręcipue uigi
lantiſsimi & optimi probamini, Nec terrebit uos Gallos in uniuerſum Philonicus, quod gal
linā in cœlo eſſe aſserit, & gallū nullū, Neſcitur an gallus ſit an gallina, quis enim per tam altū
interuallū criſtam, qs calcaria uideat? Cęterū ipſe Quaquerrę credit cęcutienti, Idq; gallinis tri
buit, quod Gallorū eſt potius, Nemo enim gallis cœlū frequētius aſpicit, magnus inquit natu
Plinius. rę hiſtoricus. Proinde ego cygnū eſſe credere mallē Apollinis nato, quando Steneleia proles
Higi. & Arato. fuit, ſummo amore iunctā, id quod certe multis placere audio, Quanq; eſt, qui eam uolucrem
Vitruuius uolu- ſpeciei uocabulo appellat, q̄ nec gallū Philonice, nec gallinā neq; etiā cygnū recte intelliges,
crem dicit. alię etenim cōplures in illa uoce ut cōmuni cōtinentur, Potuiſſē ego ſpectatores, ſi ex præme-
ditato rē agere mihi cōtigiſſet, ut Philonico, multa adducere quæ certe his quæ hactenus pro
bene meritis gallis in medium attuli, efficatiora, Scitis enim exactius refutari poſſe, quæ ſibi
obiecta eſſe ſciunt accuſati, aut obiectum iri præſagiunt, quàm ea quæ ſubito & nil tale ſuſpi-
cantibus ingeruntur, dijs tamen interim ago gratias quod ea quæ mihi dicenda obiter uide-
bantur tam prompte hactenus in mentē uenere. Sed pergo, Parricidarū comites eſſe gallos læ
tari uideris Philonice, quaſi & ipſi eo genere pœnę digni uideātur, quo ſceleratiſsimi puniun
tur, Cum tamē ipſi Parricidarū ultores ſint, & ſummorū principum uoluntate inſtituti uindi
ces, perpende quęſo iniuriam Philonice, non poſſunt hęc pręteriri ſine retaxatione, nec debēt,
maior ſiquidem deinceps uobis, tibi dico & gallinis, laſciuiendi & blatterādi daretur occaſio,
Hyperides. Sapienter & oportune quidam ex magnis oratorib. dixit: Occurrere oportere iniuriæ, quam
ſi inueterauerit quemadmodū connutritū morbum uix quiſpiam extinxerit. Scio quidē & in
codice Iuſtiniani, & eiuſdē Rudimentis quas inſtitutiones uocamus, id ſcriptū eſſe quod tu re-
tuliſti, & legē ex Modeſtino deprōptam, ad legem Pōpeiam de Parricidis lib. digeſtorū qua-
Periander. drageſimo octauo addo, à te præteritā & neglectam, qui pręſentibus obſonijs plus uteris quā
antiquis legibus, qua quidem & culei & Galli mentio fit, & præterea uirgarū ſanguinearū, id
quod à te inducti nō habēt. Verum omnia nō ea ꝓcacitate & inſolentia, qua tu tumeſcis, ſed
Parricidij per Modeſtinū modeſtiſsime in hęc uerba. Pœna Parricidij more maiorū hæc inſtituta eſt, ut
pœna. Parricida uirgis ſanguineis uerberatus, dein in culeo inſuatur, cum Cane Gallo Gallinacio &
Vipera & Simia, dein in mare profundū culeus iactetur, hoc ita ſi mare proximū ſit, alioquin
beſtijs ſubijciatur, ſecundū diui Hadriani conſtitutionem. Hęc Specta. Parricidij uetuſtis legi-
bus expreſſa pœna eſt, qua Gallos adſui ob comiſſum Parricidis, quis ueſtrum eſt qui credat?
Cauſas ignorantibus, proximū eſt errare. Audite igitur cauſam, ut à Philonici explodenda cę
Bap. Pius & citate longe abſitis. Credidere uetuſti, qui naturę per experientiam, proprietatē non una in re
Panormita. obſeruarunt, Canem Simiæ odioſum eſſe, Simiam uero Gallo, hunc aūt Serpenti, qua ex re,
factū eſt, ut in nefandiſsimi ſceleris pœna à qua etiam elemēta abeſſent, hæc animalia iūgenda
legū latores Parricidæ uoluere, ut Simia à cane agitata Gallū, Gallus ſerpentē urgeret, quæ ſe
in hominē maleficum mergeret, ita ut uiuus Parricida, uiua nocētis animalis ſepultura fieret.
Hoc ęqui & ueri interpretes aſſerūt, Quid tu igitur? cur inſontiſsimam illam animaliū nil ma
le hoc in ſcelere meritorū, turbam, contēnis & taxas Philonice? An nō potius Gallos laudabi
mus, quod uitam in medijs undis deſerere nō timent, ut ex hominū cōmertio peſsimi & ſcele
Iuuenalis. ſtiſsimi tollantur. Poëta unus, cū Simię meminit in culeum ſutæ eam innoxiā dicit hoc uerſu:
Clauditur aduerſis innoxia Simia fatis. Audis Philo. innoxiam Simiā, uel à mordaci & uicijs
Chilon. non parcente, uate nominari. Quod ſi cauſam diſsimulaſti, non eſt quod cōmenderis. Lingua
enim ſapientis à mente diſcrepare non debet, ut ſcis. Verum hæc ut obęrato Spect. & muneri-
bus illecto, cōdonemus. Accepiſtis hactenus quid reſponderim, & quam recte, uide Philoni-
Iocus. ce, ne in foueam quam paraſti incidas. Scio Quaquerram illam tuam, & oua ad te ſua & pullos
dediſſe, ut diu inſtitutam accuſationē eo proſequereris diligentius, quęro te, an nō parricidio
ſit cōformius, prolem ad elixandū, & aſſandum dare, & Thyeſtęam cœnam inſtituere, quàm è
ripa ſomniantem Gallinam deturbare, quę tua antea, tanta quęrela fuit. Cęterū hęc inuitus di
co, & attigiſſe tranſeunter q; dixiſſe malo, eſſent, equidem id genus multa, ſed taceo. Eſt enim
tantum cōiugalis neceſsitudinis uinculū, ut neutrū ſine alterius incōmodo uituperari poſsit,
Quamobrem, recte Giggulirus, qui me laceſſere noluit, pugnare uero & propugnare uoluit.
Hoc Philonice ſat mirari nō poſſum, quod Petrū à Gallo proditū dixiſti, quaſi uero plus pro-
dant Galli cātu ſuo diuino q; moneant, quid ſi nō prodiderit ſed monuerit potius? quis enim
hoc ipſum pręter Petrū intellexit, cui repetita memoria magiſtri uerba, cōſcientiam exſtimu-
laſunt, inducto mœrore. Nō nouit Petrū Gallus ille, quiſquis fuit, ſed officio ſuo, in horarū di
ſcrimine, ſatisfecit. Quoties Gallo cātante Philonice luditur? ſcortatur, cęditur quorū nullius
eum recte accuſaueris, ſicut nec huius quod peierauit Petrus, quē mihi crede, conſulto pręter-
ijſſes uerum tua iſthuc petulantia prouectus es, ut his etiā qui alio in orbe, uitaq; meliori beati
degunt, nō peperceris. Ad Summam ſpectatores, Vt aliquādo noſtro ſermoni finis ſtatuatur,
Plinius. Galli gallinacei, uigilantiſsimi, ſtrenuiſsimi, ꝓuidentiſsimi, Reipublicę, qua nihil inter mor-
tales excellētius, ſunt ſtudioſi, & terrarū imperio maxime imperitant, ſiderumq; periti, tēpus
olfaciunt, nō ratione dico ſed naturę inſigni munere, Nec ſolis ortum incautis patiūtur obre-

pere,

pere, diemq; uenientem nunciant cantu,hincq; magnus Poëta,quartam uigiliam depingens,
ſic infit:Excubitorq; diẽ cantu prædixerat ales.Odioſa quoq; in hac re uetuſtas,Nocti Deę gal *Macrob.*
lum,imolare cõſueuit,cantante Poëta cum primis docto, Nocte Deę noctis criſtatus cæditur *Ouidius.*
ales, Quod tepidum uigili prouocat ore diem.Ridẽda eſt ſane, Philonici ex teſtibus audacia,
qui galli cantũ laſciuiæ tribuit, quaſi diſparem cantũ,iuuenũ & ſenũ hactenus didicerit, quos
paris eſſe uigiliæ,nec diſparis indicij,omnia omnium experimenta prędicant,& tamen cõſtat
naturæ ratione,plus in iunioribus laſciuiæ eſſe ꝙ ſenibus : Præterea gallos uictos non canere *Plin. & Ae-*
amplius,ſunt,qui aſſerant, abſtinere autem, & laſciuire nihil,neminem exiſtimo dixiſſe hacte *lianus.*
nus,quibus apertum eſſe uidetur non è laſciuia,ſed naturæ inſtinctu,cœliq; influxu,maſculos
gallos cantare,& cantando diſcernere, Sed hæc ut alia Philonico condonemus, Quem ut ipſe
gallum ex homine adoleſcente factum eſſe credit, ita uos Spect. in gallinã aliquando Pytha-
gorica Palingeneſi mutatũ iri exiſtimate.Non fruſtra Hercule illuſtres uariarũ artium profeſ- *Fulgentius.*
ſores & philoſophi,in Mercurij tutela gallos recenſent,ob miram naturę ſuę in obſeruando &
diſcernendo,celeritatem: Quos ex eodem hoc inſigne accepiſſe uerarum narrationum autor, *Lucianus.*
ſcriptum reliquit, Vt cuicunq; longiſsimã ex cauda pinnam, ſi dextra eſt, geſtandam tradide
rint,is comite gallo,omnes fores aperire omniaq; inuiſibilis ipſe uidere,poſsit,hi quondã ma *Plinius.*
giſtratus rexere, Victoriarũ omnino toto orbe partarũ auſpices,Non'ne hoc ingens eſt deorũ
munus Spect. Ferũt Themiſtoclẽ, prius ꝙ cum Xerſe pugnaret, ingentẽ gallornm ſtrepitum *Aelianus.*
audijſſe,ad quod exemplũ ſuos milites hortatus,uictoriam conſecutus eſt.Boetij contra Lace
dęmonios pugnaturi,cũ totis noctibus galli cantaſſent,nobilẽ uictoriã pręſagiuere, ita conie *Plinius.*
cta interpretatione,quod ales illa uicta nõ caneret. Quin & ad Inſubres potẽs genus Galeatij *R. Volaterr.*
nomen ex inſolito gallorũ cantu accepiſſe ferũtur, qui tota nocte dicitur,cum Vicecomes ma
gnus,Matheus primogenitum ex Bonacoſa filium ſuſcepit.Hęc eſt Spect. laſciuiæ uis cẽſente
Philonico,ut Gallos fatidicos efficiat,& futurorũ ingerat ſpiritũ,mendaces ſunt iſti qui laſci-
uia corpora diſſolui,animũ obfuſcari,memoriã elui, multorum applauſu docuere.ſed pergo.
Parturientibus adeſſe galli exiſtimantur,poſtquã unus Latonæ parienti aſtitit, eidem poſtea *Aelia. & Plu.*
charus admodũ,generoſiſsimiſq; ferarũ, leonibus & ſcolopendris terrori ſunt,Ex quo Afri-
cam petentes,quod ea regio his maxime abundet feris,hanc alitẽ ſecũ ferre cõſueuere,Idq; cer
te Spect. nec magnitudine ſit,nec potentia, quis enim in his gallũ leoni cõferet? ſed potius ex
ſuperni ordinis contẽplatione, Maximus enim naturę admirator,& leonẽ & gallũ ſolares eſſe *Proclus.*
dixit,pręſentiã tamẽ uirtutis eius,gallo maiorẽ ineſſe,quod & inde apparet,quod gallus qua-
ſi quibuſdã hymnis ſurgenti ſoli applaudit,hincq; fieri,ut à leone timeatur,& colatur.Pytha-
goras ſapiẽs uel ob id præcipue putatus,quod ſapiẽtis ſe nomine dignũ nunquã exiſtimauit,
præcipere ſolebat,ut gallũ nutriremus,quo,quemadmodũ doctiſsimorũ interpretatio eſt, di *Io. Pici & ſuo-*
uinam animę noſtræ partẽ,quæ diuinarum rerum cognitione, quaſi ſolido cibo & cœleſti am *rum.*
broſia paſcitur intelligimus,Et hic quidẽ Gallus eſt,cuius aſpectũ leo,id eſt,omnis terrena po
teſtas formidat & reueretur.Cui ſingularẽ intelligentiã datã eſſe Propheta teſtatus eſt, ſingu- *Iob.*
lare patientiæ & ueritatis exemplar. Auditis Spect. an nõ galli uocabulo & natura uenerãda
admodũ myſteria,Philoſophi & Theologi cælarint,quę quidẽ hoc in loco minus retuliſsem,
niſi mihi perſuaſiſſem,gallorũ gloriã & nobilitatẽ, hiſce nõ parum auctũ iri,quę attuli.Et her
cle neſcio, an id ſatis de ſe galli intelligant, cũ ſint multi mortalium, quibus hęc ut myſtica,&
ęnigmatica ignorantur.Sed ad inſtitutum redeo. Hũc gallum Socrates cum diuinitatẽ animi *Picus.*
ſui,diuinitati maioris mũdi,copulaturũ ſe ſperaret, Aeſculapio,id eſt animarũ medico,debere
ſe dixit, quanq; magnus qdã inter Chriſtianos poëtas fidei propugnator, cũ Socraticũ gallũ *Prudentius.*
minus forte decenter,ꝙ oportuit ludicro eſſet inſecturus,eum gallinã appellauit,ut mollis &
effœminatę rei uocabulo,quod te nolui latere Philonice, qui tam auguſtũ & auſpicatũ,hacte
nus extollere ſatis & laudare nõ potuiſti.Quis uero neſcit,gẽtis & ampliſsimę & uetuſtiſsima
bellorum memoria apud ſcriptores notæ, nomen à gallis gallinaceis ſumpſiſſe,tũ multi aliâs
& docti galli nomine & ſancti fuerunt,Ceu Cor. gallus poëta,Ceu Gallus abas quẽ apud eos *Gallus Abas.*
Heluetios ſepultũ audiuimus,q ſecundũ militarem peritiã, in texendo lino & poliendo,om-
nium ſunt famigeratiſsimi. Quid plura Spect? tanta etiam defunctis gallis uis & nobilitas
ineſt (ne gallinarum demortuarũ pulpamenta omnia poſſe Philonicus putet) ut perunctos
galli cerebro nec pantheræ nec leones attingant, hoc plagis recentibus prodeſt, hoc uenena- *Plinius.*
torum morſus,& ſerpentum incommoda mortalibus perdomat, contraq; morbos innume-
ros ualet.Quod ſi tam pinguis tam ſapida eorum caro nõ eſt,quę gallinarum,non eſt mirum,
Siquidẽ tot curæ,tot Veneres,totq; uigiliæ,pingueſcere eos nõ ſinunt. Cęterum ſi in pingue
dine ſita eſt æſtimatio ut quiſq; pinguiſsimus eſſet, ita optimus foret, q̊d profecto pauci ue-
ſtrum admittunt,Non enim ſemper pondus, ſed uirtutem ipſam attendimus,hincq; eſt ut e-
go in cana una, turdum boui præferam, & anſeri phaſianum.Ferunt medici in galli ueſica la- *Plinius.*
pidem reperiri,q ueſicę noſtrę incõmodis medeatur. Item teſtes gallinaceorũ, perinde ſi à con
ceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur, Non poſſum ego & hoc in loco præter- *Raſis medicus*
ire, quod magnis uiris perſuaſum eſt , pedem dextrum uidelicet galli, gallinacei tantam *huius rei eſt*
uim habere, ut aduerſarij uictor futurus ſit,quicunque hunc eo animo ſecum geſſerit,quod ſi *autor.*

ego frau-

ego fraude potius,aut potius naturæ ſubſidio,quod à multis in fraudis aut ſuperſtitionis infa-
miam deturbatur,Philonicũ hoc in loco uincere,quàm rei à gallis propoſitæ efficacia uoluiſ-
ſem,Certe uel dextro unius galli pede uiciſſem,tam acria gallorũ calcaria ſunt.Nunc dinoſci-
te Spect. dum alius iudex non eſt, & uobis omnibus cenſendi & dinoſcendi copia facta eſt,
quàm inique accuſati ſint galli quamq́ꝫ petulans & impetuoſum genus ſit gallinarũ,& ſtatui-
te pœnam parti aduerſæ,ut deinceps, quid agendum in tali re ſit, intelligant & conſilium mu-
Plato. tent.Summite in animum ueteris & excellentis philoſophi ſententiam.Qui caſtigare noxios
dicit oportere,ne ipſorum exemplo,cæteri quoqꝫ peccent,Corripite igitur gallinas,& plecti-
te, abſterrite & erudite, ut galli tandem agnoſcere queant, uos æquitatis eſſe Patronos, &
uirtutis uindices. Dixi)

PARASCEVE, INSTITVENDAE CONcordiæ. Collocutores.

PHILONICVS, EVTHYMVS, NOMOTHETES.

AVdiſtis hactenus ſpectatores, ephebi, grandeui & medioximi, me narrantē
breuiter,Euthymo uero longiſsime & faſtidioſiſsime,quid gallinę deſiderent,
quid galli reponant, ſiue potius Euthymus,qui de gallis ea retulit, quæ ne ipſi
quidem ſciunt, & ſi ſcirent ne unquam crederent. Eu. Audiſtis inquam Spect.
quam inique gallinæ accuſarint, quanquam pertinenter, argumentis euiden-
tibus, & indicijs plus quàm ueris galli ſe me Patrono purgarint. Qui etſi ea
quæ dicta ſunt, aut propoſita per Philonicum nequaquam dictum iri putarunt, Propterea,
quòd aliter ſenſurum amorem,aliter fidem, aliter coniugium credidere,Suſpicati tamen plæ-
raqꝫ eas iniurię loco habituras,me purgationis & defenſionis ꝓuinciã ita ſubire uoluere,ut ni-
hil pręterirē eorũ,quæ ad gloriã ſuã ꝑtinere uideretur,quod quidē pro uirili perfeci,reſpōden-
do magis,ꝗ̃ retaxando,multa enim cōſulto prętermiſſa ſunt,quę uehemētib. uerborũ aculeis
ex officio ꝓſequi potuiſſem, ſi me adcreſcētis orationis uaſtitas nō abſterruiſſet, Magis igitur
tibi Philo. temeritatis culpa tribuēda eſt,ꝗ̃ mihi lōgitudinis,Poteſt,ingens maledicētia, pau-
ciſsimis uerbis cōprehēdi,imo quinqꝫ tantũ literis,ut ſi dixero,Fur es:amoueri aũt & expun-
gi paucis nō poteſt. Phi.Sæpe in me maledicentiã, tua uaniloquētia notas, an non tu uanilo-
quus es potius, quòd me bonã operã pro uirili nauantē, maledicũ dicere falſo audes, Videſis
Euthyme,& cognoſcēs loquitor,inſtituã ego (mihi crede) iſti tuę tam inuerecundę petulātię,
alio in loco ultionē. Eut. Heus Spec. nō eſt ſatis à Philonico, tot falſo gallis eſſe aſſcripta, niſi
etiam in Euthymo libidinē exaturet, minãs ipſe aliam iam nunc aliarũ iniuriarũ actionē inſti-
tuit,Pergamꝰ obſecro Philo.ne gallorũ & gallinarũ obliti,in alius cauſę luctã acerbiorē deue-
niamus. Phi. & iſtud mihi adprime placet, quãqꝫ te monitũ uelim, ut horũ quæ in me dixti
memor ſis,ego enim ea nō intermittã,nec ut ſepulta pręteribo. Eut.Dicite ergo Spect.ut eſtis
hortati,& ſententiã pronunciate,nouiſtis inſontiſsimos gallos. Phi.Dicite obſecro Spect.o-
ptimi, nouiſtis optimas & inſontiſsimas gallinas. Eut.Eheu quid tacetis, ita enim utra pars
occubuerit,haud promptũ erit intelligere.Phi.Eia age proferemini,quod uobis eſt in animo,
reiq́ꝫ finē date,faſtidioſa eſt illa in re ſatis propoſita,ſatisq́ꝫ clara,cunctatio. Eut.Tacere omnes
ſentis, muſſare tamen uides, & conari quicqꝫ nōnullos. Quod ſi unus uerba faceret primus,
plures ſenſim eſſemus audituri.Etenim cum reſpōdere omnes nequeant, ſinguli eum qui pri-
mus loqui audeat,expectant,quem tandem ordientem,certatim urgere & impellere (ut ſæpe
in cœtu fit) reliqua multitudo ſolet. Phi.Ego te Nomothetes,cũ prudentiſsimis quibuſqꝫ cō-
ſiliorũ acumine par ſis,tam diu tacere,attente audientē,admodũ miror, Effare obſecro, quod
felix fauſtumq́ꝫ ſiet,ut & alij aut in tua ſententia cōquieſcant,aut ad dicendũ inuitati, quę ani-
mo cōcepere proloquantur,noſq́ꝫ cum primis quid ſentias, nō ignoremus, Amas tu quidē,
ut ſcio,Gallinas,& Ornithoboſcia frequētiſsima,ea uilla fouet,quã nuper ad ſuburbanũ,exæ-
dificaſti. Eut.Salua res eſt,eloquente Nomothete,poteſt enim cęteris qui aſſunt,recte ſentien-
di exemplum,prębere.Dicito ergo mi Nomothetes,& ordire fauſtiter. Nom.Quia me Philo-
nice,tuq́ꝫ Euthyme, adeo ut primus eloquar, quid ſentio hortamini,duco nō tacendũ eſſe,ma-
xime quòd nullius ſententia noſtra opinione pręuertitur. Idq́ꝫ omnium maxime uelim ut Ca-
Tex. in argu. eſt pos caſtratos in ueſtra illa diſceptatione,galli, gallinæq́ꝫ arbitros deligerent. Iudices enim eſſe
L. Qui uno teſti- nō poſſunt cũ ſint Eunuchi,id quod noſtrarũ legum ſanctione,ſi bene ſentio,cōprehēſum eſt,
culo.ff.de re Arbitri Hercle optime erunt,ob cōmunis animicitiæ uinculũ & mores utriuſqꝫ multis annis
Mili. examuſsim perſpectos,Et hoc etiã uocabulũ,illo plus eſt ſonorũ,Nam arbitrorũ officiũ, mul-
to manſuetius,multoq́ꝫ in affiniũ & coniugũ diſsidijs oportunius.Hos enim legũ adeo non li-
gat ſeueritas,quin multa poſsint pro partium cōmodo manſuetiſsime moderari.Illos aũt of-
ficij rigor legumq́ꝫ dictamen nō ſinunt niſi cum incōmodo quodã mites eſſe. Præterea, odio-
ſiſsimum eſt,pati iudicē qui noſtri generis nō ſit,Ad ſui enim ordinis iudicem fugere debet le-
gibus & natura permittentibus, quiſquis accuſatur, eumq́ꝫ ſequatur, qui accuſat, oportet.
Quia igitur utraque pars Caporum fidem ueſtris uerbis implorauit, quod ego præ cæteris
inter audiendũ animaduerti,quos alios cōmode præter Capos,obſecro inſtituetis Arbitros?

Eut. Her-

Eut. Hercle ita fieri deſidero, ut Nomothetæ placet, utq; alijs ipſi annuentibus placere uideo. Verum quis Caporum commodus interpres erit? Phi. Prius quære, an gallis, gallinisq; hoc ipſum ſit placiturū Euthyme, his ſiquidē nolētibus nihil loci Nomothetę cōſulta obtinebūt. Nom. Quin igitur, quid uelint rimamini? Phi. iam rimabimur ſi placet Euthyme? Eut. perplacet. Vos interim Spectatores libero & hilaro animo eritis. Nom. Video ego medius fidius, utriſq; acceptos eſſe Capos, nam utrinq; cōniuent & uerbis quoq; aſſentiuntur, Verum reuertentes audiamus. Phi. Pulchre gallinæ ſibi eueniſſe putant, quod Capos arbitros habituræ ſunt. Eut. Et pulcherrime galli, nam Capi Galli aliquando fuere, Gallinę nunq;. Phi. Subi obſecro Nomothete prouinciam id eloquendi quod Capi uolunt. Nullū enim omniū ſcio qui maiori ipſis familiaritate, interociandum iunctus ſit. Enarra igitur eis prius rem omnem ut eam accepiſti, & Democriti arte, qua multarum uolucrum ſermonē intelligis, gnauiter utere. Nom. Quia ita Patroni uultis ita agetur, uerum immorandum eſt pauliſper donec omnia explicem Capis, & quæ rurſum dicenda ſint accipiam. Vos interim Spectat. orate ſuperos, ut Nomothetes noſter ex Caporum Senatu id referat, quod pro pace & concordia, tantæ diſcordiæ proſpere faxit. *Plinius.*

CAPORVM ARBITRIVM.

NOMOTHETES INTERPRES LOQVITVR.

Recenſui, ut iuſsiſtis Philonice, tuq; Euthyme breuiter & enucleate rem omnem Capis, qui neſcio an alia in re unquam adeo ſtupefacti fuerint, ac hodie fuere, poſtquam illam inter Gallos, Gallinasq; audiuere diſſentionē. Sciunt equidem, inteſtinis bellis nil peſtilentius eſſe, & eius reipublicæ fulcimenta durare diu non poſſe, qua à capite membra diſſentiant, & alioqui, ueritatis amator Hiſtoricus, Concordia dixit: Res paruas creſcere, Diſcordia maximas dilabi. Id quod *Saluſtius.* adeo uobis eſt notum, ut quod maxime. Quapropter eis, re breuiter accepta, uiſum eſt eo feſtinantius admoderati arbitrij præſcriptum contendendum eſſe, quanto res in ſe plus habitura periculi eſt, ſi longius proteletur, Gratiasq; agunt bonæ ſorti, & ſecundo fato, quod arbitrij ad eos liberta ſueſtro, & partium conſenſu peruenit. Si enim res ceſsiſſet aliter, timendū ipſis, uidebatur, ne quis immitius quam huiuſmodi generis imbecilla ſecuritas commeruiſſet, agere fuerit auſus, quod hercule nemo in Capis animaduertet. Sunt enim hi qui & Gallos & Gallinas, pari amoris moderamine proſequuntur, ac de gallis quidem non eſt quod dubitet quiſpiam, cum & ipſi aliquando galli fuerint, quod tu Euthyme paulo ante dicebas. pro Gallinis uero hæc indicia ſunt, quod olim mares, eas cōmuui inſtinctu dilexere, Et iam nunc cum excubatrix deficit, in amoris argumentum pullos fouent, tactu ſubtus iacentiū pullorum prurientе, quoq; ſe oblectantes, ſemper deinceps, amant, ducunt, paſcunt, quod ſe expertum magnus naturæ indagator, aſſeruit. Quæ cum uera eſſe conſtet, nemo ſane Capos in arbitratu ſuſpectos habebit, utcunque ceſſerit ſententia, Quam ego, ut iuſſerunt breuiter & aperte uobis Specta. audientibus partium patronis effabor. Gallinis enim & Gallis plura à Capis ipſis, iuſte nonnihil indignantibus, poſt ſedatam hanc contentionem dicentur, maxime ſi ad aliorum noſtrę prouinciæ aures hæc res aperte peruenerit, ut certe perueniet. Quod enim iam ſum locuturus, ex horum animis defluxit præcipue, quos hic mihi aſsidere uidetis, qui noſtri Ornithoboſcij incolæ, ſupremæ autoritatis locū inter omnes obtinent, idq; tenent memoria, quod à lōgis annis inter eos actū eſt, & per exercitam illam prudentiā facile quid futurum ſit, odorari potuerunt, ſemper, ex longa & honeſtiſsima cōſuetudine, & libero prouinciæ ſuæ decreto, in difficillimarū rerum ęſtimatione omniū conſenſu, primores. Hi igitur acclamantibus qui domi noſtræ ſunt reliquis, ingenue fatentur, fere omnia ab Gallis, Gallinisq; gnauiter & attente agi, remq; ruſticam & uiliaticas diuitias, per eos leuiſsimis impenſis augeri, Eſſe tamen, quod in utroq; (ut imbecillitas fert mortaliū) uicio dare quis poſsit. Nimis enim moroſas Gallinas, Gallos uero nimis petulātes, ſæpe animaduertiſſe aſſerūt, nec morigerantes ſemper Gallinas, nec Gallos ſemper tuentes. Quę quidē, cum & inter homines habeant libertatē impunem, quis gallis & gallinis imputabit? At iſtud conſilium quo per inuidiam correptæ Gallinæ, eo dementiæ peruenerunt, ut Gallorum famam inter mortales illuſtrem admodum & perſpectam, infringere atq; infamem reddere, rebus non tam ueris quàm confictis & perperam excogitatis conatæ fuerint, adeo diſplicet, ut quod maxime. Nullo enim inſtituto maior ruina, rei ſuæ publicæ parari poterat, ſi eo uoto ad metam peruentum eſſet, quo res cœpta eſt. Idcirco partium conſilijs diligenter perpenſis, cognitoque uniuerſo negocij excurſu, non poſſunt non aſſerere, Gallis ſtrenuis illatam eſſe iniuriam. Quod tu Philonice, ubi Gallinis dixeris ne ægreferant, oratas habeto, Apertæ enim iuſticiæ nemo commode, pro amicis etiam amiciſsimis, refragari poteſt, cumquie iuſtæ pœnæ non nihil loci in Gallinis eſſe uideretur, eam abolitam & expunctam in amoris ſui argumentum uoluere. Nouiſtis legem, *L. reſpiciendum ff. de pœ.* quæ Iudices in leuioribus cauſis uult eſſe ad lenitatem proniores, In grauioribus autem pœnis, ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. Capi cauſæ noſtræ non iudices, ſed Arbitri, pœnam commiſsi, hercule non parui, non temperare,

ſed non

ſed non reminiſci uoluerunt, eius loco munus expectantes pulcherrimũ,& partibus commo
diſsimum,Cõcordiam uidelicet & matrimonij perenni pace ſtabiliti mite comertiũ,ad quod
prȩſtandũ,tu Philonice,tuq; Euthyme,cum domũ uenietis,Gallos,Gallinasq;,iterũ atq; iterũ
hortemini. Quid eſt enim, Dij boni, in ea familia, qua uir & uxor rerum habent adminiſtra-
Licurgus. tionem,diuinus?quid utilius pace & amore?Magnũ legislatorẽ dixiſſe ferunt, Vitam reliquã
minime uiuẽdam eſſe,quando uxor cum uiro in diſcordia eſt.Vbi enim illa eſt moroſa & iur-
gioſa inuidia,Vbi irȩ & moleſtiæ,per dies perq; noctes ſcatent,Ibi de uita quotidie plus amit-
titur,adeo,ut mortuũ eſſe ſatius eſſet,q; ad mortem tam lento & moleſto paſſu peruenire.Mo
nendȩ igitur Philonice ſunt Gallinȩ,ut ſe ſuosq; maritos ament, remq; domeſticam curent, &
Theognes. inuidiæ errore cõceptȩ ſtimulos,ex animis ſuis procul eliminẽt,ſintq; probȩ (.Cõiuge, namq;
proba nihil extat dulcius uſquam) & apertȩ,ut uirorum ſuorum maior per hȩc ſalus,maiorq;
Xenophon. quies aſtruatur. Nõ fruſtra diligens quidam rei domeſticȩ prȩceptor dixit: Exiſtimo probam
Columella. cõiugem,ſociam domus eſſe,magnumq; momentũ ad uiri felicitatem. Natura ſiquidem,quã
primus ille mundi genitor perpetua fœcũditate donauit,operam mulieris ad domeſticam di
ligentiam cõparauit,Viri uero ad exercitationem extraneã,Itaq; uiro calores & frigora perpe
tienda,tum etiam laborem pacis & belli diſtribuit,mulieri aũt domeſtica negocia curanda tra
didit,quȩ ut curaret diligentius,uiro timidiorẽ eſſe uoluit. Nam metus ad diligentiam cuſto-
diendi plurimũ confert nobilis agricolȩ teſtimonio.Perperã ergo inuident Gallinȩ Gallis ho
neſtam illam,ſocialis pugnȩ exercitationem,& hȩc quaſi militaria ſtipendia,quȩ in uiris rem-
publicam apud maiores adminiſtrantib. raro deſiderata ſunt.Ex his enim exerciti propugna
bunt audentius,& timebunt minus, quos tu Euthyme, ut Gallinas cõiuges cõtinenter amẽt
curentq; obſecrato,decet hoc eos,quia reipub. noſtrȩ ſuo imperio ȩmuli cognoſcuntur.præte
rea,ut omnium iniuriarũ obliuio ſit. Fidus enim & ſincerus amor ibi eſſe non poteſt,ubi iniu
riarum memoriam,latentibus ſcintillis inuidia nutrit.Quod ſi priſtinæ beneuolentiȩ fauore,
reſipiſcentes Gallinȩ,Galliq; amantes cõſenſerint,ſalui erunt,uitamq; agent beatam & utiliſ-
ſimam his,quorum prȩdijs ſuam iſtam ciuitatem locauerint.Nobilis Poëtȩ ſententia eſt.Nec
Euripides. diuitias nec quicquam aliud tantum uoluptatis habere, quantum uirum & uxorem bonos.
Eam ſi domi ueſtrȩ Gallis & Gallinis explicabitis ſeſe amabunt, ut antea, capisq; agent,ut cer
te debent, infinitas gratias, ite igitur actutũ domum, & concordiæ conſulite, in cuius ſolius
incolumitate,Gallinarum & Gallorum ſita eſt ſalus,Dixi.)

LICHENOR PARASITVS, LOQVITVR.

HHodum ſpectatores, quidnam eſt, quod adeo diſpaleſcitis unius hominis ine-
pta,& nimis in leuiſsima re graui ſentẽtia ſaturi?nunquid & uos quicquam eſtis
bona Minerua, bonoq; genio his ſubiuncturi quæ Nomothetes attulit? State
paululum obſecro, & quantum in multorũ conſilijs frugis extet, perdiſcite. Ve-
tus eſt ſententia: Neminem unum omnia noſcere, & hoc itidem percelebratum.
Ex Gellio. Sæpe etiã eſt olitor ualde oportuna loquutus.Paraſitũ me noſcitis Lichenora,qui Paraſitan-
Ex Plauto. do multis iam annis uentrem paui meũ, & alienum cibũ ceu muſculus quidam ſemper edi,
nullorum edacitate unq; uictus,ueſtibusq; ut uidetis nõ plane ſumptuoſis,nec plane ſordidis
amictus. Qui cõſilijs haudquaquã malis, leui adoleſcentiæ ſæpe ſuppetiatum affui. En ego ſi
nemo ex uobis aliud eſt dicturus, quid ſentiam ipſe eloquar, eſto nõ multũ amplius loci mea
ſententia,habitura ſit,propterea quod abſunt partes, dicam tamẽ quòd dicturus antea fuerã,
quanquam me fortaſsis ut hominem ſemiſſem, nihil ad rem dicere poſſe, exiſtimẽt nonnulli.
Nõ enim barba,nec pallio,nec pallore in faciẽ inducto Cimino,prudentiam oſtento,id quod
ſolent multi,Sed Lichenora me & ore & habitu profiteor,quid mihi abſcõdita,intra caluiciẽ,
& caluam hanc caluariam mea mens, ſecum ſæpe muſsitet, nõ omnibus eſt in aperto. Idcirco
Lichenora audire contendite,paulumq; ipſi date moræ,quo ſe à ſcreatu liberet,ne raucus ora-
tor appareat,Hem,hem,Ho,oho,Pfnui. Ah male ex gutture habeo,ob heſternum acre & im-
maturum uinũ, quod mihi Saturio cõbibo & cõuiuator meus in cœna dedit. Verum uos ſpe
cta. nõ uocem ſed uerba pẽſabitis. Audiſtis hodie,quid cõductus donis animus poſsit, quan-
tumq; munerib. ſuſcitatæ uires incrementi ſumant. Philonicum ego his quatuor annis pro-
ximis,quibus mihi eſt familiaris,nunquam grauius loquentem audiui,& eo uiſo primum an
Philonicus eſſet dubitare occœpi, Cũ enim una ſumus in cœna, ſalib. me & lepore paraſitico
multo eſt urbanior,& ea ludit,quæ elegans ſolet Pantomimus. Cũ obæratus præmijs loqui-
tur,talis eſt quem audiſtis. Magnæ primum artis eſſe mihi uidetur,uariare poſſe uultũ &,cum
ſapientia eſt opus, ſapientis pellem induere. Ethymus ipſe, paulo grauior cum domi eſt, & ſi
me amet,nõ tamen leuitate ſuperat,Aſt animũ exhilarat meis ineptijs ſuum, ut inde attratos
& bicolores codices minus moleſte uoluere queat, Quem heri fere hoc dicturum olfeci, quæ
hodie dixit,multũ enim ſudoris in chartis reliquerat,antequam potaret,quod ſi tot horis nõ
dormijſſet, perturbaſſet ordinem, & ſuſceptis donis nequaquam feciſſet ſatis. Nomothetes,
qui legibus ſuis barbatorũ hominum ſapientiam adnexuit,idem in Gallorum Gallinarumq;
lite referendũ putauit,quod refertur,dum maximi principis in maxima diſcordia ſunt, nimis
Paraſiti ſentẽtia. in friuolis rebus ſtudioſus. Verum quid ego hos imprudens enumero Specta. Si mihi nõ im-

putatum fuiſſet præ cæteris clamanti, in hæc uerba, ut in animum uenerant, pronunciaſſem, Gallos & Gallinas cum Capis, quia nihil apud eos æris eſt, quo litis ſumptibus ſatis fieri poſſit, in coquinarium carcerem conijciendos exiſtimo, ibiq́; retinendos donec rerum omnium ambiguitas excuſſa pateat, Sponſio enim in tam uolucri genere non eſt tuta. Quid ſi humanos animos, mendacibus auſis, & inſultu temerario, agitare & ludibrio habere uiſi fuerint & ſapere uelle in alieno genere uideri, Cenſeo breuiter ea pœna puniendos, ut ſenſim eis, Pinna poſt pinnam, & poſt plumam pluma, radicitus euellātur, prius ipſis iugulatis, & in bulientē aquam immerſis. Poſt uero in omnium Spectatorū oblectationē aſſentur partim & elixētur, partim cōminutis oſsibus & pulpis, in ſapidi iuſculi liquorem conterantur, quod pro ſalutē multorum fiat, felixq́; ſit & fauſtum toti turbæ, & hæc quidem ſunt, quæ dicta uolui, Qua ſententia Spectatores, multum uobis acceſsiſſet commodi, Nihil enim præter nugas & nebulas Galli, Gallinæq́;, garritidarunt, adauctas cauſidicorum uerſutia, latiore fuco, quorum hodie tantus clamor fuit, ut aduentans ego Pharmacopolas me audire putarim. Et profecto crediđi eſſe aliquem, qui uiuum ſerpentem, aut lacertam uiridem, aut araneolum uoratutus eſſet, ſed clamore falſus ſum, & fruſtratus etiam ad finem meo uoto, Dij perdant trepidos Paraſitos, & ubi res poſtulat ad loquendum Creperos. Iam Gallis, Gallinis, & Capis ueſceremur. Iam potaremus ex ſymbolo, promptumq́; erat ſaginarinos maligni generis obitu. Nec ullus nos Legirupas dicere fuiſſet auſus, quod rem ciuilem cruore clauſiſſemus. Nemo enim Pullis, Gallis, Gallinisq́; & Capis enectis, libētius uictitat, quàm hi qui penes ſe ſummum legum arbitrium locatum eſſe autumant. Videte quantū neglexerimus ſilendo commodum, Fruſtra iam labia tergitis, qui angimini fame, fruſtra uacuum deglutitis, deſiderium ueſtrum latius hoc in loco exaturari non poteſt. Conſulat igitur ſibi quiſq́; domi, & captiui generis faciat ſibi quiſq́; copiam, pro conditione. Ego Euthymum adibo, quem Gallis ſuis domi male conſulere habeo compertum, ut Philonicus quoq́; male Gallinis conſulit, utrinq́; enim deplumantur iam, & ad culinam deſtinantur, lætitiam facturi auidis faucibus. Illic ego uiſcera diſtendam, & ut me pinguiorem Giggulirus faciat curabo, bibamq́; adeo, ut ueternoſum me tota familia putet. Valete uos. Et poſthac, ſi huc litigatum galli, gallinæq́; peruenerint, quid cenſendum ſit, me iudice, memoriæ commendate.)

FINIS, IVVANTE DEO OPT. MAX.

PHILIPPVS GVNDELIVS
Boius Lectori.

Gallos Cauſidicos, amice Lector,
Plenum ſuauiloquo iocum lepore,
Iuuentuq́; nouum poëma ſume,
Nec ſemper ſtomacho ſeueriori
Pones triſtia, ſis Cato licebit.
Nam nunquam dare delicatiora
Pulmenta eſt Cynici trucis, ſed illa
Cum ſint ingenuis pudica nugis,
Quas Lucretia, quas Catonis uxor,
Nequaquam facie legat rubenti,
Nil eſt, quod fugias, ſed & legenti,
Fructus, ingenium, ſtilus, placebunt.)

BASILEÆ, PER HENRICVM PETRI,
MENSE AVGVSTO ANNO
M. D. L V I I.

J557
C182c
2-SIZE
06-100

P1 —

K21